ROSARIVM SERMONVM

PER QVADRAGESIMAM,

AC IN OMNIBVS DIEBVS, TAM DOMINICIS, QVAM FESTIS PER ANNVM.

NECNON DE VNAQVAQ. MATERIA PRAEDICABILIVM.

AVCTORE

VENERABILI, ET ERVDITISSIMO VIRO F. BERNARDINO DE BVSTO ORD. MIN. S. Francisci de Obseruantia.

QVOD QVIDEM PEREGREGIVM OPVS NON MODO, Verbi Dei Concionatoribus, & Parochis; sed & sacræ Theologiæ studiosis summam afferet vtilitatem.

NVNC PRIMVM EX ANTIQVA, IN HANC EMENDATIOREM, ac luculentiorem formam restitutum; ac triplici locupletissimo Indice ornatum.

Tomus secundus.

BRIXIAE,

Apud Petrum Mariam Marchettum. M. D. LXXXVIII.

INDEX COPIOSISSIMVS COMPLECTENS FIDELISSIME

omnia,

QVAE IN HOC SECVNDO VOLVMINE CONTINENTVR.

INDEX.

Conscientiæ

F

G

Hæredita-

H

I

L

Q

R

Spei

INDEX.

FINIS.

INDEX
SERMONVM
ORDINE DISPOSITORVM
Secundi Voluminis.

Feria

De diui-

FINIS.

SECVNDA PARS QVADRAGESIMALIS, EDITI

PER FRATREM BERNARDINVM DE Busti, ordinis minorum, ac verbi Dei prædicatorem, quod Rosarium Sermonum appellatur.

SOLENT generosi ciues, hi qui nouam cōtrahere amicitiam, vel antiquā cōfirmare affectāt, aliquid ad amoris inditium suis amatoribus, ac beneuolis elargiri. Ait n. Ouidius. 2. de arte amādi. Aurea nunc verè sunt secula, plurimus auro. Venit honos, auro conciliatur amor, vnde vulgaris est sententia q ex datione, ac receptione munerum, conseruantur, atq; corroboratur amicitia. Ea propter eximius ille Patriarcha Iacob, antequam ad fratris sui Esau aspectum accederet, cum de Mesopotamia reuerteretur, ei dona non modica præmisit, vt ad amorem sui, illius animum inclinaret, vt Gene. 32. habetur. Vnde vt sequenti capitulo scriptum est, cum ei obuiam Esau accessisset interrogauit illum quare tot sibi munera transmisisset? Cui Iacob respondit. Vt inuenirem gratiam coram domino meo. Quæ munera suscipiens Esau, fratrem suum Iacob magis quam antea dilexit. Qua instructus experientia, Patriarcha prædictus, cum post nonnulla temporum curricula, filios suos in Ægyptum mittere statuisset, vt in conspectu principis terræ illius gratiam inuenirent, præcepit eis illud Gene. 43. dicens. Sumite de optimis terræ fructibus & deferte viro munera. Tertij quoq;. Re. 10. & dicitur q cum regina Sabba Hierusalem ingressa esset, vt videret Salomonē atq; eius sapientiam audiret, centum ac viginti talenta auri illi obtulit, & aromata multa nimis, gemmasq; preciosas, quæ proculdubio ad amoris effecit augmentum. Quæ omnia ego considerans, cupiensq; iamdiu contractam vobiscum amicitiam ampliare, atq; singularem erga vos dilectionem, qua vobis afficior, aliquibus beneuolentię inditijs demonstrare, deliberaui pro complemento incepti operis quædam & si non inaudita, perutilia tamen, ac necessaria documenta vobis tradere, sperans nostris in sermonibus poeticum illud adimpleri. Horatij in poetica dicentis. Decies repetita placebunt.

✠

DOMINICA DE PASSIONE,

MORIENTIVM RELIGIOSA SEPELITIONE, ATQ; DE EORVNDEM TESTAMENTARIA DISPOSITIONE.

SERMO PRIMVS.

Abrahã mortuus est, & prophetæ. Ioannis. 8. c. & in Euangelio occurrẽtis dominicę. Sententia est iurisperitorũ q̃ notat in. l. si domus §. qui confitet̃ ff. de lega. 1. & in. l. aurelius. §. titius. ff de li. le. & in. l. si seruus. in fi. ff. de ser. expor. dicentes, ꝙ affectionis, & sanguinis habenda est ratio. Quæ ex re concludi potest licitum esse, mortem amici sui deflere, dũ modo ille fletus non excedat limites rationis, & ratio consentiat voluntati diuinæ. Vnde vt dicitur Gen. vlt. Duodecim Patriarchæ cum magnis lachrymis sepelierunt Iacob patrem suũ. Similiter scriptum est Actuum. 8. ꝙ sepelierunt Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eũ. Dominus quoq; noster Iesus Christus Lazarum mortuũ fleuit. Vnde dicebant iudei hoc vidẽtes. Ecce quomodo diligebat eum, vt habet̃ Ioannis. 11. Amicus. n. debet communicare & sentire commoda & incõmoda amici sui. ff. faml. her. l. item ex diuerso. in fi. Laudabile igitur & Deo gratum est ad funera defunctorum accedere, & eorum cõsanguineos atq; affines de illorum obitu dolentes, & afflictos consolari, & hoc est quod inquit sapiens. Eccle. 7. di. Ne desis plorantibus in cõsolatione Super quibus verbis, duas cõsiderationes faciem⁹. Prima dr̃ religiosę sepelitionis. Sc̃da appellabitur testamentarię dispositionis.

Amici mortem deflere q̃to liceat.

PARS PRIMA, de morientium religiosa sepelitione.

PRO expeditione primę partis quę runtur septẽ dubia. Primo vtrũ cõgruum sit, & laudabile mortuos sepelire? Et respõdent quidã ꝙ non. Ait. n. Seneca, in li. de remedijs fortuitorũ. Si nihil sentio, nõ pertinet ad me iactura corporis in sepulchro, si sentio, sepultura mihi tormentũ est. Et Tulius, in tuscula. quæstionibus dicit. Q̃d Socrates & Anaxagoras crediderunt sepulturas esse superuacuas, nihilque mali, aut honesti esse iacere cadauer inhumatũ, quẽ ritum seruant Caspij. Diogenes insuper Cinicus iussit se inhumatũ proijci volucrib⁹, canibus, & feris dicens. Quid ferarũ mihi nil sentienti, oberit laniatus. Refert quoq; Eusebius Pãphili in primo de Euãgelica præparatione, ꝙ Hircani corpora defunctorũ rapacis generis auibus proijcere consueuerunt. Anchises etiã pater Enec videbat̃ parum curare de sepultura dicens, vt habetur in 2. Eneidos. Facilis iactura sepulchri. Et Lucanus lib. 7. suĩ operis, inquit. Cęlo tegitur qui non habet vrnam. Sed contra prædicta ꝙ sint irrationabilia, est oĩs scriptura tã sanctorũ q̃ moraliũ philosophorũ. Nã Gen. 23. laudat̃ Abrahã de pietate, quia sepeliuit Sarrã vxorẽ suam mortuam in Ebron, in terra Chanaam, in spelunca duplici. Et Gen. 25. & 13. q. 2. c. Ebron, dr̃, ꝙ Isãac, & Ismael sepelierunt Abraham patrẽ eorũ in ca-

Mortuos sepelire an sit congruũ & laudabile, & primo ꝑ negatiua arguitur.

Ad oppositũ ostenditur irrationabile esse mortuorum corpora sepulturæ nõ tradere.

in eadem spelunca. Et Gen. 35. habetur, quod Esau, & Iacob sepelierunt Isaac patrem suum, & posuerunt in eadem spelunca, vt etiam dicitur in eodem c. Ebron. Scriptum quoq; est Gen. 49. Quod Iacob in extremo vitæ suæ, præcepit filijs suis dicens. Ego congregor ad populum meũ, sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ebron in terra Chanaam, quam emit Abraham. In qua sepultus est Adam, & Eua: Abrahã, & Sarra: Isaac, & Rebecha: Iacob, & Lia: & postea Ioseph filius eius vt ibidem dicitur. Et Iosue, vltimo, habetur qualiter eo mortuo sepelierunt eum filij Israel in finibus possessionis suæ. Ibidem etiam dicitur, quòd ossa Ioseph, quæ tulerant de Ægypto, sepelierunt in Sichen. Item quòd Eleazarum filium Aaron sepelierunt in Gabaath, fratres, & filij eius. Iudicum quoq; 16. fit mentio de sepultura Sansonis. Et primi Regum. 25. de sepultura Samuelis. Et primi Macha. nono de sepultura Iudæ Machabæi. Et secundi Reg. 2. dixit Dauid viris Iabes Galaath. Benedicti vos a dño qui fecistis misericordiã hãc cũ dño vẽo Saul, & sepelistis eum. Thobias quoq; laudatur quia sepeliebat corpora mortuorum, vt habetur eius primo, & secundo. c. Et præcepit filio suo vt eum mortuum sepeliret, & vxorem suam matrem, eiusdem filij prope eum Thob quarto. Laudatur quoque Iudas machabæus interfectorum corpora sepeliens, secundi Macha. 12. & discipuli Ioannis eum sepelientes. Marci sexto, & Matth. 14. Saluator quoque noster vnguentum sepulturæ suæ seruari iussit. Ioannis. 12. Commendatur etiam Ioseph ab Arimathia cum Nicodemo, quia Christum sepelierunt Matthæi. 28.

Mortuorũ sepulturas leges ciuiles approbant, priuilegijsq; ornant.

LEges quoque ciuiles approbant, & priuilegijs decorant sepulturas mortuorum, vnde in. l. ossa. in prin. ff. de reli. & sumpti. fu. dicitur, quòd si ossa mortui sepeliantur in agro alieno, non potest dominus agri eijcere illa, nec extra habere sine licentia principis vel pontificum, aliter contra eum potest agi actione iniuriarũ. Et in. l. sunt personæ. circa finem. eo. ti. inquit iurisconsultus, quòd propter publicam vtilitatem, cadauera mortuorum sepeliuntur. Quapropter dicit glosa, in capitulo. alias. §. nunc autem. 21. di. quòd si quis mandaret corpus suum non sepeliri, sicut fecit Marcellinus Papa in detestationem idolatriæ commisse, non est implendum eius mandatum. Et idem habetur in. l. quidã. ff. de condi. insti. Ad officium ergo pietatis pertinet mortuos sepelire. Et propter Valerius maximus, libro quinto. ti. de ingratis, reprehendit Athenienses quĩ Milciadem in carcere mortuum sepeliri non permiserunt, nisi Cimõ eius filius carcerem pro eo intrasset. Vnde sic inquit idem Valerius. Nec te Cimõ silentio inuoluam, qui patri tuo sepulturam voluntarijs vinculis emere non dubitasti. Et in libro primo. tit. de somnijs, prædictus Valerius narrat qualiter Simonides poeta peregre vadens cum nauis in qua erat applicuisset ad litus, & corpus inhumatum iacens vidisset sepulturæ tradidit. Quo beneficio is qui sepultus fuerat motus nocte sibi in somnis apparuit, eumque ne proximo die nauigaret admonuit. Qui somnio parens in terra remansit. Illi vero qui inde recesserunt, nauigantes in eius conspectibus procellis, & fluctibus absorti sunt, & suffocati. Et ipse lętatus est, quia vitam suam magis somnio quã naui commiserat. Idem quoque Valerius, libro quinto titu. de humanitate, cõmendat Cæsarem, qui caput sui hostis Pompei sibi per regem Ægypti destinatum, honorifice cremari, & sepeliri fecit, fleuitque videns illud. Idem etiam Valerius ibidem laudat affricanum Annibalem, qui successiue tres Romanos duces: Paulum scilicet, Gracchũ, & Marcellum hostes ipsius honorifice fecit sepeliri.

Mortuorum corpora quare sepeliantur aliquas rationes assignat

SEcundo quæritur quare corpora mortuorum sepeliuntur? Et respondet Ricar. in 4. dist. 45. ar 6. q. 2. quòd propter tria. Primo propter astruendam futuram resurrectionem, propter quam Paulus appellat mortuos dormientes, prime ad Thesa. 4. vt ergo subleuetur spes ad resurrectionem vere fiendam, corpora sepulturæ traduntur. De qua resurrectione dicitur. Dan. 12. Qui dormiunt

in terræ puluere euigilabunt. Alij in vitam æternam, alij vero in opprobrium sempiternum. Dicuntur autem mortui dormientes tribus de causis. Primo, propter spem resurrectionis, quia sicut de dormiente est spes, quòd debeat euigilare, sic de mortuo est spes, q debeat resurgere, & ideo ait Apostolus primæ ad Thessalo. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristem.ni, sicut & cęteri qui spem non habent. Secundo propter facilitatē resurrectionis. Ait em Augu. Dominus tanta facilitate excitat de sepulchro, quanta tu excitas dormientem de lecto. Tertio, propter melioratio nem immutationis. Sicut enim dormientes surgunt meliorati, idest in melius mutati, sic, & mortui boni resurgent in melius mutati. Vnde primæ ad Cor. 15. ait Paulus. Seminatur in corruptione, resurget in incorruptionem. Et ideo nemo debet nimium contristari de morte amicorum cum eos non amittamus, sed præmittamus, c. quam est præposterum. 13. q. 2. vnde dicitur, quòd qui nimis tristatur de suorum morte, videbitur desperare de futurorum bonorum resurrectione. c. habent. 13. q. vltima. & c. vbicunque, eadem quæstione, & causa ybi etiam dicitur, quòd talis contristatio, & luctus in ordinatus, prouenit ex pusillanimitate. Secundo sepeliuntur corpora defunctorum, propter amouendum horrorem, vnde Quintilianus, libro quinto, declamationum, ait. Ad operiendum fœditatem, subtrahendamq; dolori materiam, mortuus viuentiū causa sepelitur.

Mortui dicuntur dormientes tribus causis.

2. Ratio quare mortuorum corpora sepeliuntur.

3. Ratio.

Tertio sepeliuntur defuncti propter meritationem, vt illos sepelientes propter talem misericordiam magnam in cœlesti gloria retributionem mereantur, vt inquit Aug. 1. de ciui. Dei. c. 14.

In charitate morientibus an psit ecclesiastica sepultura.

Tertio quæritur, vtrum prosit in charitate morientibus ecclesiastica sepultura, quando habent aliquid purgabile? Et respondet Ricar. in 4. di. 45. ar. 6. q. 2. quòd sic, non per se, sed per accidens. Et hoc propter tria. Primo propter inspicientiū excitationē, in quantū proximi, & amici ipsorum mortuorum conueniētes ad ecclesias in quibus sepulti sūt, & inspicientes sepulturam eorum de his recordantur, & Deum pro illis deprecātur. Et hoc inquit Grego. in. 4. dialogorū, & habetur in capitulo, cum grauia. 13. q. 2. Ideo locus sepulturæ dicitur monumentum, eo q moneat mentē. s. ad orandum pro defunctis, vt inquit Aug. in libro de cura agenda p mortuis. Et secundum hoc potest intelligi illud poeticum quod refert Glosa, in cap. vbicunq; 13. q. 2. Melius ossa cubant manibus sepulta suorum. Dicit autem quilibet mortuus illud Eccle. 38. Memento iudicij mei: sic enim erit, & tuum. Mihi heri, tibi hodie.

Sepultura quare monumentum vocetur.

Sciendum est quoq; q cultus exequiarum & cerimoniæ, quæ in eis fiunt non modicum prosunt defunctis. Et 1. secundum Tho. in 4. di. 45. Cera & oleum prodest defunctis in quantum offerē ecclesiæ, vel pauperibus datur, & in quantum in reuerentiam Dei expenditur. Vnde dictæ ceremoniæ velut quoddam holocaustum sunt Deo acceptæ, secundum Damascenum. Secundo, prosunt eis circundantia teretrum in quantum ex ipsis ecclesia decoratur, quia fiunt ex eis paramenta, vel pauperes ex ipsis fructum capiunt, vnde ad rogandum Deum pro defuncto obligantur. Tertio, pecuniæ distributæ in sepulturis, in quantum ex eis ecclesiæ edificantur vel restaurantur, aut ministri ecclesiæ sustentantur & pro hoc ad orandum pro defunctis ipsis incitantur. Quarto incensum, in quantum per hoc apparet quòd sacrificium defuncti, & orationes pro eo factæ sunt acceptæ in conspectu domini, & ad illum diriguntur, dicentem psalmista. Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Quinto aqua benedicta, in quantum per aspersionem eius a peccatis venialibus purgatur. Sexto, campanā pulsans, vt populus audiens oret pro defuncto. Septimo, amici associantes corpus & pro defuncto orantes. Nam quia caro est pars hominis. 2. de anima: Ideo naturaliter homo ad carnem suam afficitur, iuxta illud Apostoli, ad Ephe. 5. Nemo vnquam carnē suā odio habuit, & similiter afficitur ad carnem amici, & videns eam mortuā ad cōpassionē cōmouetur. Octauo

Exequiarū cultus cerimoniæ, alia q; pro exequijs data, defunctis psunt, dūmodo non p pompa tantū dentur.

no prædicator, in quantum per eius prę dicationem homines incitantur ad patiendum, defuncto, & per consequens ad orandum pro eo. Nono propinquus plorans pro anima, & pro corpore, licet in domo defuncti post ablationem corporis remanens. Lachrymæ enim moderatæ & ex pietate effusæ, sunt Deo gratæ. Et ideo dicitur. Ecclesia. 7. Modicum super mortuo plora. Decimo officium sepulturæ ab ecclesia ordinatum, & deuote ad impletū. Vndecimo, cruces, quæ ante feretrum portantur. Duodecimo, clerici, ac sacerdotes, & religiosi funus associantes. Nam omnia hæc videntes incitant ad deuotionem, & ad orandum pro defuncto. Secundo principaliter prodest mortuis sepeliri in locis sacratis, maxime vbi sunt deuoti ministri, ratione impetrationis. Licet enim omnes clerici, & religiosi teneantur orare pro mortuis. Imo omnes christiani, pręcepto charitatis. Tamen magis particulariter tenentur ministri ecclesiarum, siue religiosi, orare pro defunctis sepultis in cimiterijs eorum, vt inquit Ricar, vbi supra. Quanto autem ipsi fuerint deuotiores, tanto facilius exaudiuntur a Deo. 1. q. c. ipsi sacerdotes, & citius liberant à pœnis purgatorij animas defunctorum pro quibus deprecantur.

3. Quid ecclesiastica sepultura mortuis prodest.

Tertio prodest mortuis ecclesiastica sepultura, ratione interuentionis, quia sancti ad quorum honorem fabricatę sunt ecclesiæ, orant pro illis qui sepeliuntur in suis ecclesijs, vel cimiterijs, vt inquit Aug. 13. q. 2. capitulo, non exti memus.

An quilibet possit eligere sepulturam?

Quarto quæritur, nunquid quilibet possit eligere sepulturam? Et respō der magister Gratianus. 12. q 3. §. econtra, & capitulo sequenti, q̄ vbi quisq; sit tumulandus, in voluntate sua constituitur, imo post quis eligere sepulturam in loco minus religioso, relicta sepultura antiqua, extra de sepulturis capitulo. cū quis. libro sexto, licet hoc esset illicitum de iure antiquo, extra. e. c. firmitatem. Melius tamen est vt eligat quisq; sepulturam in locis deuotis, rationibus supradictis. Religiosi tamen non possunt eligere sepulturam, sed in suis ecclesijs, & monasterijs debent tumulari. Possent tamen eligere si quando moriuntur adeo sunt remoti, quòd comode portari non possunt ad sua monasteria, extra, de sepul c. religiosi. lib. 6. Impuberes etiam nō possunt sibi legere sepulturam, sed parentes eorum possunt eos sepeliri facere vbicunq; voluerint si consuetudo patriæ hoc habeat, alias non, extra de sepul. c in nostra. in textu, & in glosa. Et idem dicit glosa in c. de vxore. e. ti. Item qui non est compos mentis, non potest eligere sepulturam, extra de succes. ab intesta. c. cum dilectus.

Religiosi quando possunt, & quando non possunt eligere sepulturam.

Qui moritur sine electione alibi debet sepeliri debent.

Quinto quæritur, vbi debet sepeliri ille qui moritur sine electione sepulturæ? Et respondet. Io. An. in c. animarum, de sepul. li. 6. debere sepeliri in sepulchro maiorum suorum. Exēplo patriarcharum. 13 q. 2. c. ebron. Et extra de sepul. c. nos instituta. & c. fraternitatem. vbi est textus ad litteram, vel in parochiali ecclesia si sit consuetudo. Et de hoc etiam habetur in c. is, qui de sepul. libro. 6. Si autem decedens non habeat aliquod sepulcrum in quo sepeliri consueuerunt maiores sui, debet sepeliri in parochiali ecclesia nisi aliud velit consuetudo patriæ quæ habetur pro lege, de quibus. ff. de legibus. Si autem moriens sit alienigena vel viator debet sepeliri apud ecclesiam in cuius parochia mortuus est, quando non eligit sepulturam specialem. 13. q. 2. capit. ecclesias, vel in ecclesia cathedrali si sit consuetudo. 16. q. 1. c. 1. Hostiensis autem dicit quòd si de facili sine fetore portari posset, tumulandus est cum suis parentibus, extra de sepul. capitulo primo, & c. fraternitatem, nisi contraria consuetudo appareret, cui standum esset, vt inquit etiam Ricard. in 4. distin. 45. Et ideo vt ait Innocentius in capitulo primo, extra dē sepul Hæc omnia discretioni iudici cō mittuntur. Clerici quoque si non elegerint sepulturam debent sepeliri in ecclesia in qua sunt clerici secundum Innocentium, vt notatur in summa. confes. libro primo. tit. 16. q. 10. tacit. 16. q. 1. capit. 1. Item ille qui habet domicilium

in ciuitate, vel castro, licet moriatur in villa in qua ictat causa recreationis, vel vt ruralia exerceret, debet sepeliri in sepulchro maiorum suorum vel in parochiali ecclesia secundum superiorem determinationem, & non in ecclesia dictæ villæ in qua mortuus est. Vt inquit Archi. & Io. An. in c. is qui. de sepul. li 6. qd intelligitur si commode portari potest, alias non ar. in c. religiosi. eodem li. & titulo. Item mulier quæ moritur sine electione sepulturæ debet sepeliri in sepulchro cũ viro suo. dicto c. is qui. & c. vnaquæq; mulier. 13. q. 2. Si autem habuerit plures viros debet sepeliri in sepulchro vltimi viri, vt inquit glosa. in dicto c. vna quæq; mulier. Sicut enim accepit domicilium vltimi viri. l. filij. §. 1. ff. ad munici. ita debet accipere requiem in tumulo vltimi viri, quando alibi non eligit sepulturã. vt expresse dicitur in dicto. c. is qui de sepul. li. 6.

Quid de muliere cui plures fuerunt viri.

Sexto quæritur, nunquid obsit ecclesiastica sepultura in peccato mortali decedentibus. Et respondet Ricar. in 4. di. 45. ar. 6 q. 1. quòd impio non nocet ecclesiastica sepultura, nisi in quantum hanc sepulturam sibi indignam procurauit Et ita intelligitur illud quod scriptum est, 13. q. 2. c. quibus, & c. cũm grauia, vbi dicitur. Impijs nocet in sacro sepeliri. Et Gregorius, in 4. dialogorum. ait. Quos grauia peccata deprimunt, non ad absolutionem, sed ad maiorem damnationis cumulum eorum corpora in ecclesijs ponuntur.

In mortali peccato decedentibus an obsit ecclesiastica sepultura.

Septimo quæritur quibus prohibeatur ecclesiastica sepultura? Et respondent theologi in 4. di. 45. q; morientes in malo statu non debent in sacro sepeliri. Primo, nullus infidelis, aut hæreticus, extra de here. capitulo. sicut. Et de consecra. distinct. 1 capit. ecclesiam, & c. se. Imo si etiam post mortem appareat de eius infidelitate vel hæresi, debet ei negari ecclesiastica sepultura. 24. q. 2. c. sane profecitur. Et si tumulatus fuerit debet exhumari, & proijci extra sacrum. c. quicunque, de hæredi. libro. 6. Secundo moriens in torneamento non debet in sacro sepeliri, & etiam si ibi non moriatur sed vulnus lethale accipiat, licet postea aliquibus diebus superuiuat quamuis de peccato pœniteat, & ei eucharistia non negetur, carebit tamen ecclesiastica sepultura si moriatur propter illud vulnus. c. primo, de tornea. Et ibi Hostien. Hoc tamen intelligitur de illo qui venit causa exercendi se in torneamento. Et etiam secundum Guilhelmum de armigero eius qui ei in armis seruiuit, extra de torneamen. capitu. tertio. Secus de astantibus cum curiositate. Tertio prohibetur sepultura illis, qui seipsos occiderunt. 23. q. 4. capit. placuit. Quod intelligendum est secundum Guliel. si interfecerunt se ex desperatione, vel iracundia, secus si ex insania, quia non habent vsum rationis, vel a casu, & fortuito. Vnde dicit Bernardus glosator, in c. ex parte, de sepul. quòd siquis propter fugam præcipitaret se in aquam, quia inde credebat sic euadere non imputabitur ei quo ad sepulturam, si contrarium eueniat. ar. ad hoc in capitulo. nerui. 13. distinct. & 23. q. 4. capit. de occidendis. & concordat Hosti. in summa. Quarto prohibetur sepultura illis qui non confitentur, vel non communicant semel in anno, extra de pœniten. & remis. capitu. omnis. Et hoc intelligitur nisi in articulo mortis signa contritionis & emendationis ostendant.

ecclesiastica sepultura quibus prohibeatur.

Secundo.

Tertio quibus prohibeatur sepultura ecclesiastica.

Quarto.

Quinto monachus & religiosus qui reperitur proprietarius in fine vitæ suæ, debet proijci in sterquilinio, & ibi sepeliri, extra de statu. mona. capit. super quodam. Sexto blasphemus si moriatur absque pœnitentia, postquam blasphemauit non debet sepeliri in loco sacro, capit. final. de male. Septimo excommunicatus priuatus est ecclesiastica, sepultura. 24. q. 2. c. sane. quod super Et extra de priui. c. Episcoporum. libro. 6. Excommunicatus etiam iniuste non debet in sacro sepeliri, quando est notorie excommunicatus, & non constat manifeste, q; excommunicatio sit nulla, vt non extra de recti expo. c. litteras, circa si. Octauo quilibet notorius peccator vt manifestus vsurarius prohibetur in ecclesiæ sepeliri, extra de vsuris. capit. quia in omnibus, & capitulo. quamquam, eo. titu. libro

Quinto.

Sexto.

Septimo.

Octauo.

Nono.

libro. 6. Nono nullus raptor qui moriatur sine satisfactione debet sepeliri in ecclesia, imo quamuis ad mortem veniens sit male contentus de rapina, & vellet restituere si posset, licet ei Eucharistia ministretur, tamen sepultura denegatur ad aliorum terrorem, quando vsq; ad mortem in malitia perseuerauit licet tunc pœniteat, extra de rapto. c. super. eo.

Decimo quibus ecclesiastica sepultura prohibetur.

DEcimo tempore interdicti non potest quis in sacro sepeliri. Et hoc intelligitur de laicis, & secularibus, quibus interdicitur sepultura etiam si pœnitentiam acceperint, & confessi fuerint, de pę. & re. c. quod in te, quia interdicti sũt etiam si peccatores non sunt, ar. in c. miror. 17. q. 4 cum ibi nota. per glo. & doc. Debent ergo in loco non sacro sepeliri, & si mortui fuerint vt boni christiani, post ablatum interdictum talium corpora erunt ad ecclesiam transferenda, ar. in c. cum illorum, & in c. a nobis. el. 2. de sen. excom. Clerici tamen qui non sunt specialiter interdicti, quando interdictum est generale tantummodo possunt sepeliri sine pulsatione campanarum, di cto. c. quod in te. & c. alma in argumentum eo. ti. lib. 6. dummodo officium sepulturæ fiat submisse ianuis clausis, & interdictis exclusis. Si autem clerici essent interdicti, vel ecclesiæ essent specialiter interdictæ, non possent in ecclesia sepeliri. Ex quibus omnibus patet quòd grauissime peccant illi seculares qui tempore interdicti portant nocte ad sepeliendum in cimiterijs corpora defunctorum, secundum enim Inno. & Host. in summa peccant mortaliter, & debent per ecclesiam puniri, vt etiam dicitur in summa. cõfes. lib. 3 tit. 33. q. 254. Sacerdos vero sepeliens, vel sepeliri permittens in suo cimiterio secundũ Hostiẽ. in summa, irregularis fit & suspensus extra de cle. ex. mi. c. postulastis §. vlt. & de sen. ex. c. is qui. li. 6. & remouendus est à beneficio, vt in d. c. postulastis,

In sacro sepelientes, in terdicti tẽpore, ne tãtum sunt in terdicti ab ingressu ecclesiæ vel & sunt excõicati.

SCiendum etiam ꝙ quilibet sepeliens in sacro tempore interdicti in casibus non concessis, est interdictus ab ingressu ecclesiæ. c. Episcoporum de priui. li. 6. Licet autẽ antiquitus quilibet sepeliens in sacro tẽpore interdicti non esset ipso facto excõicatus, hodie tñ excõmunicationem incurrit ipso facto, pro clementinã, eos de sepul. Deportantibus autẽ ad sepulturam non tñ sepelientibus, & de comitantibus funus, & fodientibus, vel aperientibus sepulturam, & de prælatis, clericis, vel ministris ecclesiarum, in quorũ cimiterijs sepeliuntur, qui id non prohibent cum possent, & de clericis portantibus crucem, & similia facientibus, vtrum sint excommunicati dicit glosa ordinaria. Io. An. in dicta cle. eos, ꝙ hoc magis indiget, Papæ declaratione, q̃ glosatorũ. Deinde ponit opinionem quorundã dicentium ꝙ non sunt excõicati. Et vltimo subiungit dicens. In contrarium est quia esset hæc constitutio ludibrio, si vnus solus ribaldus vel seruiens per quẽ poterit id impleri dicatur ligari, reliquis vsitatis pompose & solẽniter expeditis, hæc ille. Et huic opinioni videt̃ magis adhærere, cum doctores communiter in fine ponãt opinioné, quæ eis magis placet Hãc etiã opinionẽ ꝙ sint excõmunicati, tenet Paulus de Liazarijs in dicta cle. eos. dicens ꝙ non solum prædicti, sed etiã dicentes diuinũ officium super funus, & omnes mandantes & cooperantes, aut dantes consilium auxilium, vel fauorem, c. mulieres. & c. nuper & c. quanto. & c. si concubinę. de sen. excom. Facit c. sicut dignum. §. illi de homi. vnde dicit Lapus & Stephanus super dicta cle. quòd de hoc non est dubium, cum omnis participans in crimine criminoso incurrat eandem pęnam cum principali, vt in dictis iuribus. Franciscus tamen zamba. in dicta clemen. eos. & in c. vnico de Bap. tenet contrarium. Et Ioannes cal. in suo tractatu de ecclesiastico interdicto sic dicit. Si tempore interdicti in casu non permisso a iure, quis cum diuino officio sepeliatur, omnes prædicti, scilicet sepulchrum aperientes, fabricantes, aut fodientes, vel associantes funus, & non prohibentes & similes sunt excommunicati. Facit c. præcipue. 11. q. 3. Si vero sine officio clericorum talis defunctus sepeliatur in cimiterio à laicis licet sit tutius dicere omnes prædictos fore ligatos excommunicationis sententia, tamen licet trepidus credo istos non ligari dicta pœna,

Quid de clericis per mittentibus vel associãtibus funus interdicti tempore? & quid de sepulturam aperientibus.

sed quia videtur contemnere generalem prohibitionem ecclesiæ poterunt arbitraria pœna puniri per iudicem ecclesiasticum. 3. q. 4. capitulo. engeltrudam, hæc ille. Pro hac opinione facit quòd dicta cle. solum nominat sepelientes. Et ideo quibusdam videtur non debere extendi ad alios, quia pœnæ sunt restringendæ. l. interpretatione legum. ff. de pœnis. Et c. odia. de reg. iu. libro sexto. Pro declaratione autem huius quæstionis dico, quòd cum multi doctores dicant hos esse excommunicatos etiam si non inter fuerit aliquis clericus, cum in dubijs tutior pars sit tenenda, capitulo. ad audientiam, de homi. c. illud, de cle. ex. mi. c. iuuenis. de spon. Qui prædicta commisit, ad cautellam debet se facere absolui ab excommunicatione. Sciendum tamen secundum omnes doc. in dicta cle. eos, quòd non solum ignorantia facti, sed etiam iuris excusat ab hac excommunicatione illas personas, quæ non tenentur scire iura. Tales enim non sunt excommunicati. 1. q. 4. §. notandum, & de sen. ex. c. cum illorum.

Cõcluditur quis nã ecclesiastica sepultura priuari debeat

Concludo igitur quo ad prohibitionẽ sepulturæ, quòd quilibet moriens in peccato mortali debet priuari ecclesiastica sepultura, quando eius peccatum est notum. 13. q. 2. capit. non extimemus, & cap. quibus. & cap. pro obeuntibus & hoc verum est nisi talis sit reconciliatus ecclesiæ, vel saltem fecerit aliquod signum pœnitentiæ, tunc enim sepeliri potest, & hæredes tenentur satisfacere pro eo. extra de sepul. c. parochiano. & c. a nobis. el 2. de senten. exco. nisi in illis casibus in quibus etiam post pœnitentiam negatur sepultura, vt supradictum est de raptore. Similiter si quis excommunicatus in morte ostendat se contritum, & moriatur antequam absolui possit, non debet sepeliri in sacro nisi prius absoluatur ab excommunicatione, extra de senten. excom. c. a nobis. el 2. Si autem iam fuerit sepultus in sacro talis excommunicatus non debet exhumari sed ibi absolui potest post mortem vt notatur in dicto cap. a nobis, quando in morte ostendit signa contritionis, & pœnitentiæ, vt etiam dicitur in summa confes. libro. 3. titulo 33. q 121. Quando autem aliquis dicatur ostendisse signa contritionis sufficit probare per vnum testem. 26. q. 5. c. qui recedunt, & c. se. & ibi nota. glos. quia ex hoc nulli præiudicium generatur. ar. in c. placuit. Et c. cum itaque, cum ibi nota. per glo. de con. dist. 4. Et idem notatur in summa confes. libro primo, tit. 16. q. 3. O benedicte Deus, quot sceleratissimi homines morientes in peccatis mortalibus, & publici peccatores publice in ecclesijs sepeliuntur cum maximis honoribus. Profecto clerici, seu religiosi tales sepelientes mortaliter peccant, extra de rap. c. 2. Et talium corpora si possunt ab alijs discerni, debent exhumari, & proijci extra sacrum. c. sacris. de sepul. & ecclesia siue cimiterium debet reconciliari. c. consuluisti. de con. ec. vel al. Secundum tamen Hostien. Ray. & Gof. vt nota. in summa. confes. vbi supra occulti peccatores possunt sepeliri nisi sint excommunicati vel hæretici, quia quibus non communicamus viuis, nec mortuis communicare debemus. c. sacris. de sepul. & c. sane quod super. 24. q. 2. c. a nobis. el 2. de senten. excom. Alij autem christiani quibus non est prohibita sepultura, nec ratione peccatorum suorum, nec ratione interdicti debent sepeliri a viuis cum diligentia. Vnde dicit Ricar. in 4. distin. 45. quòd illi, qui sepeliunt mortuos suos cum honore, licet faciant aliquã pompã in exequijs, dummodo solum id faciant secundum consuetudinem patriæ, & nõ excedant statum suum non sunt reprehendendi, vt enim dicitur in. l. si quis sepulchrum. §. sumptus funeris. ff. de reli. & sum. fu. Sumptus funeris debet fieri secundum facultatem, & dignitatem defuncti. Et vt habetur in. l. & si quis, eodem ti. Satius est testatoré funerari de suo, quam legatarios legata consequi, vel hæredes. Talia namque funeralia sunt opera pietatis, & misericordiæ. l. & si quis. §. sed interdum. ff. de reli. & sumptibus fu. cum ibi nota. Hoc etiam vertitur in magnam consolationem viuorum, & honorem mortuorum, & est opus laudabile. Vnde laudatur magnus Alexander, qui vt inquit quintus Curtius inuento Dario inimico

suo

suo à proprijs seruis derelicto, vulnerato & mortuo in vehiculo suo fudit lachrymas, & fecit eum more regio sepeliri. Et hæc sufficiant pro prima nostri sermonis.

PARS SECVNDA.
De morientium testamentaria dispositione.

CIRCA secundam partem huius sermonis de morientium testamentis, & vltimis dispositionibus quæruntur tria dubia. Primo nunquid omnia testamenta debeant seruari? Et videtur prima facie quòd sic. Nam dicitur in c. iudicante. alias. indicante extra de testa. voluntas testatoris debet per omnia adimpleri. Facit ad hoc c. consideratio. & capitul. admonere. 16. q. 1. vbi idem habetur. Leges quoque ciuiles fauent vltimis defunctorum voluntatibus vnde dicitur quòd attendenda semper est voluntas testatoris. l. si mihi & tibi. in fin. & l. ab omnibus hæredibus. §. 1. ff. de lega. 1. sed contra argui potest. Nam dicit gloss. in capit. admonere. 16. quæstione prima super verbo. pie. quòd si voluntates defunctorum non sunt piæ seruari non debent 17. quæstio. vltima. c. quicunque. & ff. de reli. & sum. fu. l. si quis §. huius actio. ver. quid ergo. & l. quidam. ff. condi. institu. & l. non oportet. ff. de his quibus vt in di. Ad hanc quæstionem respondet Ric. in 4. di. 45. ar. 4. q. 1. dicens, quòd testamenta rationabiliter facta debent seruari, & nullo modo infringi. Non autem quando continent irrationabilitatem. Est autem testamentum irrationabile tripliciter. Primo ratione testatoris. s. quando non potest facere testamentum, vt sunt clerici, qui nõ possunt testari de rebus ecclesiæ, vt inquit glos. in c. quia nos. de testa. Et notat D. Dominicus de S. Geminiano in c. præsenti. de offi. ord. lib. 6. & Ant de But. in c. relatum el 2. de testa & Inno. in c. eum in officijs. eo. tit. per dictum capitulum. Et per capitulũ ad hæc. de testa. & per c. 1. 12. q. 3. Dicit tamen glo. in d. c. præsenti. de offi. ord. post Host. quod clerici possunt testari, & disponere de redditibus quos percipiunt solum vt stipendia personalia. Et ita videtur esse de consuetudine. Et idem inquit Panor. in d. c. cum officijs. de testa. vnde de distributionib. quotidianis quæ sibi prouenjunt pro stipendio personali, testari possunt & disponere. c. vnico. de cle. non resi. lib. 6. possunt etiam testari de bonis acquisitis intuitu dignitatis clericalis, vt pro missis dicendis, & huiusmodi secũdum Petrum, quẽ sequitur Cinus in auten licentiam. C. de episc. & cle. Et hanc eandem sententiam tenent Host. & Ion. in c. quia nos. de testa. vbi dicunt, quòd si clericus ratione officij aliqua acquisiuit, vt puta, quia fuit capellanus alicuius principis, qui ei multa donauit, potest de talibus donatis ad libitum disponere, & multo magis de acquisitis intuitu personæ, vel ex successione cognatorum, aut donatione amicorũ, vel industria propria, vt pro doctrina vel exercitio licito, vt in d. c. quia nos, & qđ ibi nota. De alijs autem rebus mobilibus ecclesiæ, & de fructibus perceptis ex beneficijs habentibus dotem assignatam, licet dicat Vide. vt refertur in sum. confes. lib 2. ti. 5. q. 12. quòd de ipsis clerici possunt testari, vbi est consuetudo, quam opinionem etiam tenuit Host. & Lau. in c. si episcopus. 12 q. 5. tamen tutius est tenere quod non possint per iura præallegata, nisi dimitterent causa eleemosynæ pauperibus, vel religiosis locis, & huiusmodi. c. ad hæc. & c. relatum el 2. de testa. vel causa remunerandi seruitia honesta tam a consanguineis, quam ab extraneis recepta, d. c. relatum. §. licet. Vltra præfatos autem casus potius dicenda est corruptella, quàm consuetudo, & ideo est reprobanda, quia quicquid habent clerici de talibus redditibus ecclesiæ est pauperum, & debet distribui in pios vsus. c. clericos. 1. q. 2. & c. aurum. 12. q. 2. & c. fi. 16. q. 1. possent tamen de prædictis bonis testari ad libitum si tantundem expendissent de proprijs bonis in vtilitatem ecclesiæ, vt inquit Panor. in d. c. cum in officijs. per capitulum. si quis 12. q. 2. Et capitulum. si episcopus 12 q 5. Limito tamen hoc, & illud quod dictũ est supra, scilicet clericos posse testari de redditibus quos perceperunt tanquam stipendia personalia, & huiusmodi, non esse verum, quando dicti clerici essent obli-

An oĩa testamẽta adimpleri dẽant per affirmatiua.

Ad oppositũ argum.

Respõsio ad dubium.

Testamẽtũ dicitur irrationabile tripliciter, primo.

Clerici de qb. possũt testari, & d qbus non.

Prædictorũ limito.

gati reddere ipsi ecclesię, vt puta, quia dolo, vel culpa sua etiam leui damnificauerunt ecclesiam, tunc enim tenentur satisfacere dictæ ecclesię secundum Ber. & Hostien. in c. ea quæ. de officio archi. Et de hoc videtur esse textus apertus in l. quicquid. C. arbi. tu. Facit lex si res. ff. de admi. tu. Item si de bonis ipsius ecclesiæ alicui fecerunt gratiam, secundum Inno. in c. cum in officijs. de testa. allegat. l. ostendimus. ff. de fideiuss. tu. & l. 2. & vltimam. C. eo. Item si passi sunt propter negligentiā suam rem ecclesiæ præscribi, secundum Panor. in c. ex præsentium. de pignoribus. & allegat capitulum. placuit el 2. 16. q. 3. Item si redditus ecclesiæ in vsus inhonestos consumauerunt 12. q. 4. c. 1. In his enim casibus & similibus tenentur satisfacere ecclesiæ antequam aliud disponant. Et dicit Panor. in c. cum secundum de præben. & dicens quòd debent satisfacere de patrimonio vel aliunde. 12. q. 4. c. 1. & 2. quia de altari viuere debent, nō luxuriari. Et accipitur luxuria pro omni luxu, seu illicita concupiscentia 43. dist. in principio. Et ideo aliter testari de prędictis non licet.

Religiosi tria vota substātialia vouētes testari nō possunt.

Religiosi quoq; profitentes tria vota substantialia testari non possunt 19. q. 3. c. quia ingredientibus. & in auten. de mona. §. illud. & C. de sacrosanc. eccle. auten. ingressi. Et c. 2. de testa. & 12. q. 2. c. nō dicatis. Salua tamen determinatione capituli, si qua mulier. 19. q. 3. & §. si qua mulier. in auten. de san. episcopis. vbi conceditur patri, qui ingressus est religionē, antequam disponeret de bonis suis postea diuidere dicta bona inter filios. Religiosi tamen nouitij antequam fecerint professionem, testari possunt, cum etiam ad seculum reuerti valeant extra de reg. c. statuimus.

Impuberes testari non possunt.

Impubes quoque idest masculus ante quartumdecimum annum, & fœmina ante duodecimum annum, non potest cōdere testamentum. Si tamen tetigerit vltimum annum, quartumdecimū. s. in masculo, & duodecimum in fœmina, potest testari. l. qua ætate ff. de testa & §. præterea. & ibi glo. Insti. quibus non est per. fa. te. fatuus etiam non potest testari nec furiosus si nō habet lucidum interuallum. §. item nec furiosi. insti. eo. tit. & c. cum dilectus. de suc. ab intesta. Et c. fin. de testa. & l. furiosum. C. qui testa. fa. pos. Itē nec filiusfamilias non habens peculium castrense, nec quasi castrense. Insti. quibus non est per. fa. te. in prin. & §. 1. & C. eo. l. penul. & c. licet de sepul. lib. 6.

Nec furiosi.

Nec filiusfamilias.

De seruo & de aliquib. alijs qui testari nō possunt.

Seruus quoq; non potest testari. insti. eo. in princ. & c. illud 13. q. 2. facit lex. quod attinet. ff de reg. iur. Item nec prodigus cui est administratio bonorum interdicta. l. is cui. ff. de testa. & §. item prodigus. Insti. eo. Item nec mutus qui nihil loqui potest, & surdus qui omnino nil audit, vt patet. Insti. quibus non est per. fa. §. item mutus. Si tamen prædicta impedimenta insaniæ, vel prodigalitatis, aut surditatis & huiusmodi, venerunt postquam confectum fuit testamentum, non vitiatur per hoc nec frangitur, vt patet. Insti. e. §. sed siquis. In aliquibus etiā cassibus surdi, & muti possunt facere testamentum, quando sunt literati & sciūt scribere. §. sæpe. Insti. quibus non est per. fa. te. Cęcus quoq; potest testari cum solemnitate quæ habetur. C. qui testa. pos. l. hac consultissima. Testamenta etiā vsurariorum publicorum non valent, sed sunt irrita ipso iure c. quamquā. de vsu. lib. 6. l. quando non fecerunt prius cautionem, seu satisfactionem, secundum formam ibi traditam. Quando igitur testamentum est factum a supradictis, vel ab alijs quibus à iure prohibitum est testari non est seruandum. Item siquis faciat hæredem incapacem vt sunt fratres minores. c. exijt qui seminat. de verbo. si. & per Bar. in minorica sua.

2. Testamentū quādo dicatur irrationabile.

Secundo testamentum est irrationabile, quando aliquis testatur de re quā non habet nec habere potest. Nemo enim in alium transferre potest, quod non habet. l. nemo. ff. de reg. iur. Similiter nō valet testmentum de re quæ acquisita fuit per rapinam, vel alium malum contractum, quando debetur personis certis. Secus vero quando illorum restitutio est incerta, quia tunc potest relinqui ad pias causas c. cum tu. extra de vsuris.

3. Testamētū quādo irra

Tertio testamentum est irrationabile ratione modi testandi, cum quis

ex

tionabile dicatur. exhæredat suos filios, qui exhæredari nõ meruerunt, & totum dat alijs. Et ideo inquit Augu. in sermone de vita clericorum, & habetur. 17. q. vlt. capitulo. quicũque. Quicunq; exhæredato filio hæredẽ facit ecclesiam quærat alium qui suscipiat, non Augustinum.

Testamẽtũ dũmodo nõ sit illicitũ seruari dẽt licet sint tamẽ duo testes, & pcipue in pijs causis. QVando autem testamentum non est illicitum ex his tribus causis debet seruari etiam si non sint testes qui requiruntur de iure ciuili, vt in c. cum esses. & c relatum. extra de testa. vbi duo vel tres testes sufficiunt, & maxime ad pias causas. Vt etiam habetur in summa confess. lib. 2. tit. 5. q. 104. Vnde dicit Dominus Ant. de Bu. in d. c. cum esses quòd probatio duorum testium idoneorum, videtur reddere omnino certam voluntatem defuncti, & qualitercunq; constet pro certo de volũtate testatoris, omnino debet seruari in foro cõscientiæ si legitima est, quia non potest contrauenîri sine peccato. 13. q. 2. c. vlt. vbi dicitur vltima voluntas testatoris modis omnibus seruari debet, & sunt verba Gregorij, hæc ille.

Defuncti voluntatẽ an statĩ adimplere teneãtur executores. SEcundo quæritur, nunquid executores testamentorum teneantur statim adimplere voluntatem defuncti? Et respõdet Ric. vbi supra art 5. q. 2. Quod aut testator determinauit tempus infra quod vult testamentum executioni demandari, aut non. Si primo modo non tenentur executores tentione necessitatis ante illud tempus testamentum executioni demandare, nisi viderint citius explendo maiorem posse facere defuncto vtilitatẽ tunc. n. & si in foro iudiciali compelli nõ possint ad citius implendũ. l. cedere diẽ. ff. de verbo. si. tamen ad hoc eos. conscientia debet compellere, quando id facere possunt sine detrimento, quia præsupponendum est quòd voluntas defuncti fuit vt illo modo, & illo tempore testamentũ implerent, quo esset expedientius, & vtilius animæ suæ. Si autem non determinauit tempus, aut executores habent libere bona de quibus possent statim testamentum exequi, & tenentur quam citius possunt executioni demandare. I. in omnibus. ff. de reg. iur. vbi dicitur in omnibus obligationibus in quibus dies nõ ponitur, præsenti die debetur, prolongantes autem solutionem, minus dicuntur soluere l. si cui in si. ff. de verb. si. vbi Paulus iurisconsultus ait. Minus soluit, qui tardius soluit. Nam & de tempore minus soluitur, qui autem cito dat, bis dat vt not in § item si ille. Instit. de fideiu. plus autem soluere dicitur, qui ante tempus soluit. §. plus autem. Insti. de acti. Si igitur testamentorum executores, infra annum ab admonitione Episcopi pias defunctorum voluntates non adimpleuerint, cum possent, per Episcopum debent adimpleri, & exequi. extra de testa. c. eos quidem. & c. tua nobis. & c. Ioan. Et hoc etiam si testator interdixerit, ne Episcopus se intromittat. Vt in d. c. tua nobis. & in summa confes. lib. 2. tit. 5. q. 111. secundum Host. ibi & eo. ti. q. 97. secundũ Ray. & gl. Si vero non habent bona in promptu, non credo inquit Ric. vbi. supra. q deuoluatur post annum potestas ad Episcopum. Tenentur tamen facere quod in se est, vt bona habeant & distribuant suo tempore. Quod si non fecerint, tenentur soluere pęnas quas in testamento testator imposuit hęredibus suis non exequẽtibus voluntatem suam in tempore. Et illa pęna potest licite accipi. §. pęnę quoque nomen. versi. sed huiusmodi. Insti. de legatis. Imo in §. item mixta. Insti. de act. dicitur. quod ille qui relicta ecclesijs vel alijs venerabilibus locis dare distulerit, vsq; dum in iudicio vocetur: ipsum relictum dare compellitur, & aliud tantundem pro pœna. Tales hæredes non adimplentes volũtatem defuncti, possunt priuari hæreditate, vt notat. D. Anto. de Bu. in c. si hæredes. extra de testa. & omnes doc. in c. Ioannes. eo. tit.

Defuncto rũ aiab. an testamenti adimpletionis dilatio præiudicet. TErtio quæritur an talis dilatio præiudicet animabus defunctorum. Et respondetur secundum Th in quadã q. stione de quolibet. Et Ric in 4. di. 45. art. 5. q. 4. & vt etiam habetur in summa confes. eo. lib. & tit. 1. q. 113. q animæ defunctorum propter hoc patiuntur aliquod detrimentum, quia operatio exterior vltra operationẽ actus interioris valet ad aliquod accidentale pręmium. Ergo a simili executio voluntatis testatoris, vltra bonam voluntatem quam habuit valet sibi ad aliquod alleuamen, quo priuatur per

get dilationem. Item quanto citius ecclesiæ ministri & pauperes recipiunt legata, tanto citius pro illis defunctis orāt cum ad hoc teneantur. Similiter quādoque ipsi testatores fuerunt negligentes in faciendis illis elemosynis, quas facere tenebantur vel in restituendo male ablata, & ideo diuino iudicio sæpe permanere coguntur in purgatorio, donec ab eorum hęredibus fit satisfactum. vnde legitur in Cronicis ordinis nostri de quodam, qui tenebatur ab ingressu Paradisi, quousq; facta fuit restitutio ad quam tenebatur. Si tamen legata sua nunquam soluerentur, non tamen propter hoc perpetuo remanerent in pęna, licet tardius ab ea liberentur defuncti, & de hoc habetur exē plum quod accidit non sunt adhuc viginti quinq; anni in ciuitate Mediolani. Nā in quadam domo habitabat quædam anima quæ duobus diebus in hebdomada videbatur de nocte admodum magni fantasmatis, & cuiusdam magni gigantis nigri. In ea autem domo habitabat quędam vidua, quæ confitebatur fratribus nostris, videlicet Patri fratri Iacobo de Castiliono, & habebat filium vigintiquinque annorum deuotum ordinis nostri, qui cum esset infirmus, & quadam nocte deberet recipere medicinam, tenebat lucernam in camera tota nocte, & similiter mater eius, quæ dormiebat in anticamera cum ancillis habebat aliam lucernam accensam. Cum autem dicta vidua vellet surgere ad præparandam medicinam filio vidit dictum fanthasma transire per cameram suam; ex quo multum timuit. Intrauit autem dicta anima in cameram filij eius, quā videns ille iuuenis cępit inuocare Dominum, vt ipsum adiuuaret. Mox vero ipsa anima cepit alloqui ipsum di. Noli timere quia non veni vt tibi noceam. Tūc ille assumptis animis intertogauit quis esset. Et respondit, ego sum anima talis nobilis cuius fuit hæc domus, & venio ad faciendam pœnitentiam in hoc loco de peccatis meis bis in hebdomada, & etiam vado ad domum filiorum meorum. Et quia sunt scelerati & male viuunt, & ad infernum ibunt si non emendent vitam, facio eis multa mala, frango lebetes & alia quæ sunt in domo dissipo, & hac nocte talia, & talia mala eis intuli. Quæ oīa ille postmodū intellexit, & cognouit esse verissima. Et post multas interrogationes quas ei fecit de mortuis audiēte omnia matre sua cum ancillis, illē interrogauit & dixit. Quid est de tali patruo meo? Aīa autem respondit. Est in purgatorio. Tunc ille dixit. Quomodo hoc esse potest, cum iā per decem annos mortuus fuerit, & tot Missæ pro anima eius dictæ sint? Respondit illa anima. Tuus patruus bene mortuus est, & iam esset liberatus a purgatorio, sed quia dum viueret fuit negligens in tali restitutione facienda, ideo in purgatorio moratur diuino iudicio, donec filij eius restituant. Tunc ille iterum dixit. Vnde procedit quòd consanguinei mei filij istius mei patrui cum habeant æqualem possessionem cum mea quæ est in eodem loco, continue quolibet anno venit eis tempestas, & terra eorum non fructificat, mea autem est fertilis, & non venit in ea tempestas. Item illi consanguinei mei multas faciunt mercantias, propter quas multas deberent habere diuitias, & tamen continue efficiuntur pauperiores & semper sunt debitis pleni? Respondit illa anima. Hoc ideo procedit quia pater eorum sciens se remanere in purgatorio, quia ipsi non satisfaciunt legatis, & restitutionibus per ipsum ordinatis, omni die dat eis maledictionem. Et cum sit in gratia Dei exauditur ab eo, & veniunt dictæ maledictiones super filios & tandem venient ad nihilum nisi satisfaciant voluntati patris. Quibus dictis pulsantibus matutinis anima disparuit. Mater vero eius postquam ille sanatus est, misit eum ad locum nostrum S. Angeli, qui hæc omnia fratribus enarrauit me præsente. Ideo dicitur in cap. qui oblationes. 13. q. 2. Qui oblationes defunctorum negant ecclesijs, aut difficulter reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur, hęc ibi. Imo etiā mortuorum sunt proditores vt patet ex præcedentibus & in c. seq. ead. q. & causa dicitur. Qui oblationes defunctorum retinent, & qui ecclesijs tradere demorantur vt infideles sunt ab ecclesia eijciēdi. Sed audite aliud terribile exemplum. Nā in quadam terra quæ dicitur Galbiate, quę est prope Burgū Leucis diocesis Mediolanensis,

Exēplū declarans qd in purgatorio detinentur defunctorum aīæ quorū legata non soluuntur.

Aliud exēplū superiora cōfirmāe

Ianuenſis, & eſt in monte Britanzæ, mortuus quidam qui multa bona reliquit eccleſijs, & pauperibus, Frater autem eius nolens adimplere voluntatem defuncti, omnia illa bona ſibi vſurpabat, & faciebat eccleſiás litigare. In quo peccato dũ permaneret, vxor eius concepit ex ipſo filium, qui natus habebat effigiem ſenis, & narrauerunt mihi fratres noſtri, qui eum viderunt viuum, quod videbatur vnus ſenex decrepitus. Et hoc fuit a viginti annis citra. Cum autem ego in Vig. Pẽtecoſtes tranſirem per illas partes, errans in via perueni in ſero in illam terrãm. Vnde rogatus a ſocio prædicaui in illa terra illis tribus diebus Pentecoſtes. Vltimo autem die cum diſcedere vellem multi nobiles me aſſociantes narrauerunt mihi de hoc puero, quomodo illa die erat mortuus & adhuc non erat ſepultus. Quod audiens perrexi ad domum in qua erat puer mortuus qui adhuc non habebat niſi tres menſes, & permittente matre eius vidi eum nudum. O terribilis Dei ſententia ſuper malos teſtamentorum executores. Nam ille puerulus habebat effigiem ſenis decrepiti nonaginta annorum & non ſolum in vultu, ſed etiam in toto corpore omnia mẽbra eius, & pellis eius videbatur vnius ſenis valde antiqui, & apparebat ſimilis illi latroni deſperato qui depingitur in Cruce cum Chriſto, & hoc terribile miraculum oſtendit Deus, vt declararet quod ille puer vixiſſet vſq; ad illud tempus, ſcilicet nonaginta annorum ſi pater eius impleſſet voluntatem defuncti. O perditi hæredes, quot inueniuntur, qui habent multas obligationes legatorum non ſolum patris, ſed etiam ſuperiorum. Profecto vos eſtis perfidi fures, & latrones ar. in c. clerici. 13. q. 2. & c. amico. 13. q. 2. vbi etiam dicitur quod ſacrilegi eſtis, & ſcitote quòd taliter facient hæredes veſtri vobis ſicut vos facitis mortuis veſtris, dicente Domino Matth. 7. Qua menſura menſi fueritis, remetietur & vobis. Quod notatur in c. cum omnes. De conſti. E contra vero, ſi erga defunctos veſtros pietatem exercebitis, dabit vobis Deus hæredes pios, qui ſuis eleemoſynis & pijs operibus vos a purgatorio liberantes, ad requiem peruenire facient ſempiternam. Ad quam ille nos perducat, qui ſine ſine viuit & regnat. Amen.

EODEM

EODEM DIE POST PRANDIVM DE SVFFRAGIIS MORTVORVM.

SERMO SECVNDVS.

Quare defunctorum mors patienter sit toleranda.

MORTVO ne prohibeas gratiã. Scribuntur hæc verba Eccle. 7. transumptiue. 13. q. 2. c. in Eccle. Cũ nequeãt defuncti viuentiũ lachrymis ad vitã reduci non debet quis de morte alicuius nimium contristari, vel dolere exemplo sanctissimi Dauid prophetæ, de quo legitur. 2. Reg. 12. quòd cum filius eius, quẽ pepererat ei primo Bersabeę vxor Vrię esset infirmus, ieiunabat, & faciebat pœnitentiam segregatus ab alijs, ac male indutus, iacensq; super terram. Cum autẽ intellexisset ipsum filium suum esse mortuum postulauit vestes regales, & solito more iussit conuiuia præparari. Quapropter dixerunt ei serui eius. Quis est sermo quem fecisti? Propter infantem dum adhuc viueret ieiunasti & flebas. Mortuo autem puero surrexisti, & comedisti panem. Qui ait. Propter infantem cum adhuc viueret, ieiunaui, & fleui. Dicebã enim. Quis scit si forte donet eum mihi Dominus & viuat infans? Nunc autem cum mortuus sit quare ieiuno? Nũquid potero eum reuocare amplius? Ego vadam magis ad eum. Ille vero non reuertetur ad me. Aliud quoq; exemplum recitat Valerius maximus lib. 6. quòd Anaxagoras cum à quodam audisset mortuũ esse filium suum. Respondit, nihil mihi nouum, vel inexpectatum nuncias. Ego enim illum ex me natum sciebam illum esse mortalem. Non solum autẽ propter

Propter

reuocandi impossibilitatem, & moriendi consideratam necessitatem debet patienter tolerari mors amicorum, sed etiã propter Dei beneplacitum, & voluntatem. Et hæc sola causa etiamsi alia nõ esset, deberet sufficere. Vnde Hiero. ait. Resurgere credimus nostros, & plangimus. Quid faceremus si mori tantum præciperet Deus? Voluntas eius vtiq; sola sufficiat ad solacium, cui nullum præponere debemus affectum. Item propter seruiendi Deo maiorem facultatem, unde Hiero. ad Paulam scribit de S. Melodia; quòd mortuo sibi marito, & adhuc eius corpore calido, & necdum sepulto, cum perdidisset duos filios non est conturbata, sed steterit mobilis atque obuoluta Christi pedibus ait. Expeditius tibi seruitura sum Domine, quia tanto onere me liberasti. Item propter miseriationũ huius mundi euasionem & immortalis vitæ adeptionem. Vnde refert Solinus, quòd apud plurimos luctuosa sunt puerperia, & læta sunt funera. Quando enim puer nascitur parentes, & amici faciunt magnum planctum, ex quo quòd in istũ mundum venit, in quo passurus est multiplicitatem miseriarum, sed quando moritur faciunt magnum festum, ex eo quòd de miserijs huius mundi exijt, & ad vitæ immortalitatem vadit, hæc ille. Requiescit. n. a laboribus suis &c. Apoc. 14. & verificatur illud Esa. 14. Et erit in illa die cum requiem dederit tibi Dñs à labore tuo, quem patiebaris, & a concussione tua & a seruitute dura qua ante seruiuisti, &c. Et ideo inquit Ambro. in

aliud ẽt de defunctorum mors est tolerãda.

Propter aliud ẽt patiẽter defunctorũ more est toleranda.

lib.

lib. de bono mortis. Si plena miseria est oĩs vita, vtiq; finis aleuiamētū est aleuia mētū autem bonū. Mors autē finis. Ergo mors est bona. Et ideo vt inquit Cyprianus ad Fortunatū Christiani debēt desiderare de corpore fragili exire. vt possint in anima stolam gloriæ possidere, sicut desiderat nauta exire de naufragio, & peregrinus de exilio, ac habitaror de hospitio ruinoso. Quibus omnibus consideratis dimittendo superfluas lamētationes, & lachrymas de morte amicorum, quæ viciosæ, & reprehensibiles sunt cum terminos rationis excedunt, debetis potius quærere quomodo illis aliquod spirituale adiutorium impendere valeatis. Ait enim Iuuenalis lib. 5. Satira. 1. Ponamus nimios gemitus. Et Auctor libri qui dicitur pamphilius. 30. c. sui operis dicit.

alind ē lu- fun- ... ferendo.

Stulte quid insanis cum dolor vrget inanis?

Acquirit gemitus præmia nulla tuus.

Temperet ergo tuum modus, & prudentia fletum.

Terge tuas lachrymas, prospice quid facias.

Scilicet pro liberando animas ipsorum defunctorum a pęnis purgatorij mediantibus suffragijs. De quibus in præsenti sermone tres considerationes faciemus. Prima dicitur distinctionis, Secunda liberationis, Tertia & vltima fructificationis.

Sermonis diuisio.

PARS PRIMA.

Huius sermonis de distinctione locorum, ad quæ vadunt animæ cum egrediuntur de corpore, & quando pro eis debeant fieri suffragia, & quando non.

Propter aliud & pariter defunctorū mors est toleranda.

QVO ad primam partem nostri sermonis. Sciendum est secundū Ricar. de Media Villa in 4. dist. 45. ar. 2. q. 1. Et Tho. eadem di. ar. 2. q. 4 ꝙ animæ decedentium ex hac vita, aut vadunt in Paradisum, vel in limbo, aut in inferno, vel in purgatorio, In Paradiso vadunt statim post mortem tres species hominū quæ sunt significatæ per illos tres homines quibus apertum est Cœlum. Primo apertum est Christo baptizato Luc. 3. per quod significatur quòd Cœlū aperiẽ baptizatis. Quicunq; etenim recte baptizati sunt siue paruuli siue adulti, si decederent statim post baptismum, ad Cęlos recto tramite euolarent, baptismus .n. vrtute passionis Christi mundat ab omni peccato, tam originali quam actuali secundum Aug. in lib. de baptismo paruulorum, vt etiam habetur in c. per baptismum. de consec. dist. 4. & per magistrum in 4. sen di. 4. Secundo apertū est Cœlum Stephano lapidato & martyrizato. vnde dixit Act. 7. Ecce video Cœlos apertos, per quod significatur quòd Cœlum aperitur omnibus martyribus, ita quòd statim post mortem euolant ad Cœlos, & omnia peccata quæ habent falce martyrij resecantur quo ad omnē pœnam c. baptismi vicem. & c. cathecuminum. de consec. di. 4. & c. firmissime. 15. q. 1. Tertio apertum est Cęlum Ioanni euãgelistæ viro perfectissimo, vnde ipse dixit Apoc. 4. Vidi ostium apertum in Cœlo, per quod significatur quòd viris perfectis qui totaliter pœnitentiam de peccatis cōpleuerunt, vel nulla peccata mortalia commiserunt, & siqua venialia fecerunt a feruore charitatis protinus absorta sunt, Cęlum ipsum continuo aperitur & mox in illud perpetuo regnaturi ingrediuntur, vt habetur Apoc. 14. vbi dicit aquila volans. Audiui vocem de Cœlo dicentem mihi scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur. A modo enim iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

Tria hoīum genera statim ad Paradisū euolant.

COncludo igitur secundum Ricar. & Tho. vbi supra & Aug. in lib. Enchi. quòd suffragia non debent fieri pro existentibus in Paradiso, cum ipsi ex nostris orationibus non possint percipere aliquam vtilitatem, cum sint immunes ab omni indigentia & habeant quicquid habere cupiunt secundum omnes Theo. in 4. dist. 49. Ideo dicit Aug. vbi supra. Iniuriā facit martyri, vel beato qui orat pro ipso, tamen si quis orauerit pro aliquo qui sit in Paradiso de cuius statu non est certus,

Cōclusio pro qbus suffragia fieri debeant.

certus, non amittit mercedem suam quia oratio eius vt ait, psalmista. in sinu suo conuertetur.

Qui nō vadūt ad limbum.

SEcundo dico quòd ad limbum vadūt omnes illi qui moriuntur solum cum peccato originali secundum prædictos Theologos. videlicet. Ric. & Tho. vbi supra. Et sciendum est secundum Ric. in 4. di.45.ar.1.q.2. quòd subter terram sunt quatuor loca. Vnus supra alterum, quæ omnia possunt appellari infernus, quasi inferius generaliter accipiendo, sed particularia habent nomina. Nam vltimus dicitur infernus proprie. Secundus prope ipsum dicitur limbus. Tertius purgatorium. Quartus sinus Abrahæ. Leui. 16. In quo nunc non est aliquis sed ibi steterunt sancti Patres ante Christi aduētum, & aliquando etiam appellatur limbus. Qui ergo vadunt ad limbum sunt morientes sine baptismo sine aliquo actua li peccato. Et pro his non debemus suffragia facere quia nihil eis prosunt, sicut probat. Franc. de May. in tractatu suo de suffragijs. Et potest sic probari. Fundamētum omnium Sacramentorum est baptismus, de consec. dist.4. c. cum itaq; & sine eo alia Sacramenta conferri non possunt 1.q.1.c si quis per ignorantiam. Cum ergo in limbo non sint nisi illi qui non sunt baptizati, & pro peccato originali puniuntur pęna damni. s. carentia visionis diuinæ, ergo non poterunt adiuuari per suffragia cum non sint vniti per baptismum corpori mystico ecclesiæ. Ex quo apparet quàm graue sit peccatum illorū qui occidunt pueros ante baptismum, quia nunquam possunt restituere illis quod auferunt. s. vitam æternam, & gloriam cęlestem. Et hæc carentia. Est maior pœna quàm pœna sensus, vt inquit Ric. in 4. di.50.ar.5.q. vlt.

Pro his qui ad limbum descēdūt nō est orandū, qd hic ostenditur.

TErtio ad infernum descendunt omnes illi qui moriuntur cum peccato mortali. Ideo cuilibet sic morienti dicitur Esa.14. Ad infernū detraheris in profundum laci. Et de his sciendum secundum Augu. in lib. Enchi. & magistrum in 4. dist.45. & sanctum Bonau Scotū & Ric. & Tho. eadem di. & habetur extra de celeb. Mis. c. cū Marthæ. & 13.q.2.c. in præsenti. & c. pro obeuntibus, quòd pro dānatis non debent fieri suffragia; quia nihil eis prodesse possunt. Nam sicut membra præcisa a corpore non possunt recipere alimentum de cibo assumpto ab ipso corpore, ita damnati cum sint præcisi a corpore mystico ecclesiæ, quia non habent charitatem per quam membra corporis mystici vniuntur, nō poterunt sentire aliquod iuuamen per suffragia ecclesiæ. Vnde concludit S. Bonau. in 4. di.46. ar.1.q.1. quòd in inferno nulla est redemptio, nec quo ad totalem liberationem, nec quo ad pœnæ diminutionem, vel mitigationem, nec quo ad temporis suspensionem, nec quo ad fortificationem ad leuius tolerandum. Et hoc est quòd dicitur Prou. 11. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes. Et dicit S. Bonau. vbi supra, quòd ecclesia non intendit vllo modo pro damnatis orare, quia nec ipsi nec alij possunt pro eis Deo satisfacere. Quāuis enim ipsi damnati semper ieiunabūt, tamen hoc illis non erit ad meritum, sed ad supplicium Hiere.14. Cum ieiunauerint non exaudiam preces eorum &c. Nō etiam poterunt satisfacere Deo per orationes. Prou.1. Tunc inuocabunt, & ego non exaudiam dicit Dominus, vnde de damnato ait Psal. Et oratio eius fiat in peccatum, nec etiam per opera misericordiæ. Non enim poterunt aliquem induere quia ipsi erunt totaliter denudati Ezec.16. Eris nuda & confusione plena. Non cibum vel potum alicui porrigere, quia erūnt perpetua fame, & siti afflicti. Esa. 65. Ecce serui mei comedent & vos esurietis &c. Nec hospitio aliquos recipere, quia erunt a ciuitate Dei banniti. Apoc.22. Foris canes, & venefici, & impudici &c. Nec infirmos visitare, quia iacebūt perpetuis doloribus eruciati. Esa.50. In doloribus dormietis &c. Nec ad incarceratos ire, quia erunt perpetuis vinculis compediti Sap.17. Vinculis tenebrarum, & longę noctis compediti &c. Nec aliquos sepelire, quia ipsi erunt in inferno in æternum sepulti Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus in inferno. Nec etiā sancti poterunt eis veniam impetrare, dicēte Domino Hiere.7. Tu noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eo laudem quia non exaudiam te. Sed contra prædicta

Qui nō ad infernū descendunt.

Dānatis suffragia nō possunt.

Dubium de Traiano oratiõe Gregorij liberato.

dicta inducunt aliqui exemplum Gregorij, de quo legitur in vita eius, quòd cum semel transiens per forum Traiani recordaretur de eius mansuetudine Nã eũ quadam die ipse Traianus festinaret ad bellum, vidua quædam occurrit ei di. Obsecro vt sanguinem filij mei innocentis perempti, vindicare digneris. Cumque, Traianus dixisset, quod si sanus reuerteretur vindictam faceret. Tunc vidua dixit. Quis mihi hoc præstabit, si tu in prælio mortuus fueris? Respondit Traianus. Ille qui post me imperabit. Cui vidua. Et quid tibi proderit si alter mihi iustitiam fecerit? Respondit Traianus. Vtique nihil. Et vidua ait. Nonne melius est vt tu mihi iustitiam facias, quam alteri transmittas. Tunc Traianus pie commotus de equo descendit, & viduæ iustitiam ministrauit. Inuenitque quòd filius suus dum per vrbem equitando nimis lasciue discurreret, filium viduæ interemit. Quare traianus filium suum qui hoc fecerat viduæ loco filij sui defuncti tradidit, & magnifice eam dotauit. Quam mansuetudinem considerans beatus Grego. in ecclesia sancti Petri, pro anima Traiani amarissime fleuit. Et ibi diuinitus sibi responsum fuit. Ecce petitionem tuam compleui, & Traiano pœnam æternam peperci. De cætero autem caue ne pro damnato aliquo preces fundas hæc omnia habentur in legenda beati Grego. Damascenus autem in quodam sermone dicit, quòd Gregorius audiuit vocem sibi diuinitus dicentem vocem tuam audiui: & Traiano veniam do. Ex quibus videtur concludi, quòd oratio Gregorij profuit traiano damnato. Sed super hoc diuersi varia senserunt. Aliqui enim dixerunt, quòd traianus fuit reuocatus ad vitam, & fecit pœnitentiam, & sic veniam meruit, & gloriam obtinuit. Sed hæc responsio non tollit argumentum. Alij dixerunt quòd anima traiani non fuit simpliciter a reatu pœnæ æternæ absoluta, sed eius pęna vsque ad tempus, idest vsque ad diem iudicij fuit suspensa. Et etiam hæc responsio non tollit argumentum, quia dictum est in superioribus quòd nullum adiutorium possunt dare suffragia damnatis. Ioannes vero diaconus qui vitam beati Grego. describsit inquit, quòd non legitur Greg. orasse, sed fleuisse pro anima traiani imperatoris, & frequenter Deus misertus concedit, q homo quãuis desiderãs petere nõ pręsumit. Et ideo inquit q anima Traiani nõ fuit ab inferno liberata, & in paradiso posita, sed tñ ab inferni cruciatibus facta exẽpta. Põt. n. anima ĩ inferno existere, & inferni cruciatus per Dei misericordiam nõ sentire Hec tamẽ opinio nõ tollit argumentũ, vnde aliorũ est opinio verior & cõior, q traianus nõ fuerat dãnatus a Deo per diffinitiuã sententiã. Diuina enim sapiẽtia pręuidẽs beatum Greg. debere orare pro Traiano, ex singulari dispensatione distulit sententiã diffinitiuã. Et ideo oratione beati Greg. pepercit traiano pęnã ad quã merebatur dãnari, & gloriã ęternã illi cõcessit. Et ideo nõ est dicendũ ex hoc vnico & singularissimo exemplo, q damnatis per diffinitiuam sententiam suffragia ecclesię prosint cum nec in minimo põssint eis fauere. Ius enim singulare non trahit ad consequentiam l. quod vero contra. ff. de legibus l.

Respõsio aliquorum.

Aliorũ responsio.

Verior opinio ac responsio.

Dãnatis nil prosunt orationes ecclesie, vt liberãtur a penis, quas a venialibus patiuntur.

ET quamuis dicat Scotus in 4. di. 21. q pro peccatis venialibus ex sui natura, vel etiã mortalibus factis venialibus, per contritionem damnati tollerando pœnam illam temporalem liberantur ab ipsa pœna post terminum, vsque ad quem talia peccata merebantur torqueri, & non patiuntur pœnas æternas pro illis peccatis venialibus, quia quando passi sunt illam pœnam quam dicta peccata merentur secundum se, Deus non facit illis misericordiam, permittendo eos liberari ab illa pœna peccatorum venialium. Imo iustitia hoc requirit, cum plus non meruerint, tamen per suffragia ecclesiæ non possunt adiuuari, nec liberari ab illa pœna, etiam pro peccatis venialibus sibi debita. Quia talis liberatio per suffragia non potest fieri sine gratia, & misericordia Dei cuius non est capax qui est in mortali. Et hoc inquit Ricar. in 4. di. 21. artic. 2. q. 3. & scilicet Bona. in 2. di. 42. arti. 2. q. 2. Ideo inquit Salomon Ecclesiastes. 9. Quodcunque potest manus tua facere,

instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia, erit apud inferos quo tu properas.

Dicit ergo Aug. in lib. Enchi. de suffragijs quæ fiunt pro malis. Talis omnia, & si pro valde malis nulla sint adiumenta, qualescunque tamen sunt consolationes viuorum, hæc ille. Pro conclusione ergo quo ad hoc dico, quòd quia nescimus sepenumero vtrum quis sit saluus vel damnatus. Et multi sunt qui videntur boni, & in morte creduntur transire ad cœlum, & tamen vadunt ad purgatorium propter aliqua peccata secreta, quę non purgauerant. Alij vero qui semper fuerunt mali, aliquando in morte accipiunt talem contritionem, quòd ab inferno liberantur, & ad purgatorium mittuntur, & de eorum contritione nobis non constat, possumus rogare Deum cum conditione scilicet si sunt in tali statu, quòd nostra oratio illis prodesse valeat, & tales orationes non erunt frustratoriæ, quia si non proderunt illis, proderunt nobis, iuxta illud saluatoris dictum Mat. & Lucę 10. cap. Si ibi fuerit filius pacis, requiescet super eum pax vestra, sin autem ad vos reuertetur.

Quo p defunctis cū conditione orandū sit.

Qvarto dico secundum prædictos doctores, quòd aliquę animæ vadunt ad purgatorium, & sunt illæ quæ moriuntur cum peccatis venialibus solum, vel si qua mortalia commiserunt, & tempore mortis contritionem habuerunt, sed pęnitentiam debitam non impleuerunt. Tales enim non debent ire ad infernum, quia non sunt mortuę in peccato mortali, nec ad limbum, quia sunt baptizati, nec Paradisum possunt intrare, quia scriptum est in cap. non potest de pe. dist. 1. Non potest quisquam gratiam vitæ cęlestis accipere nisi purgatus fuerit ab omni labe peccati. Scriptum est enim. Apoc. penultimo. Nihil coinquinatum intrabit in illam, vnde dicit Ric. in 4. distinctio. 21. articul. primo, quæstione prima, quòd nullus potest de lege communi intrare vitam æternam, donec est obligatus alicui pœnæ. Quia ergo iustitia requirit, vt peccata purgentur & puniantur. l. si longius. cum similibus. ff. de iudicijs. Ideo necesse est dicere quod tales animæ quæ in hoc mundo non fuerunt purgatæ, & non supportauerunt pœnas quas meruerunt pro peccatis, postmodum vadunt ad aliquem locum in quo purgantur. Et ille locus dicitur purgatorium, a purgando, vt inquit Franciscus de May. in suo tractatu de purgatorio. Vnde de igne purgatorij potest exponi illud quod dicitur. Numeri. 31. Omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur. & illud Prouerb. 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Sed notandum secundum Ricard. in 4. distinctione 21. articul. primo, quęstione tertia, & distinctio. 45. articul. primo, quæstione secunda. & sanctus Bonauent. in 4. distinctio. 20. articul. 1. quæstione 6. quòd est vnum purgatorium commune, & generale sub terra super infernum, ad quod communiter vadunt animæ purgandæ. Sunt & alia purgatoria particularia, ad quæ aliquando animæ a Deo mittuntur ad faciendam pœnitentiam, etiam in hoc mundo. Et hoc facit secundum prædictos docto. quinque de causis.

Qui nam ad purgatoriū vadāt.

Duplex purgatoriū, cōmune. s. & peculiare.

Primo propter earum leuiorem punitionem, quia aliquando non meruerunt horribilia tormenta purgatorij communis, & ideo mittuntur in hoc mundo, vt eorum peccata leuia sic purgentur, vnde Gregor. in 4. dialogorum refert aliquibus reuelatum fuisse, animas quorundam defunctorum esse in vmbra ad faciendam pœnitentiam. Et cuidam sancto Patri reuelatum fuit, animam cuiusdam defuncti esse in glatie ad faciendam pœnitentiam.

Deus aliqbus ālabus in hoc mundo purgatoriū tribuit qnq; ex causis, prima causa.

Secundo propter earum celeriorem liberationem, vt possint viuis suam indigentiam reuelare, & eos ad orandum pro ipsis prouocare, vnde retulit mihi quidam frater noster, quòd in ciuitate Mantuæ in quodam pulchro pallacio non poterat quis habitare, ad huc non sunt quadraginta anni, quapropter quidam iuuenes Papienses Marchionis camerarij, & armigeri, quorum vnus hoc ei retulit, ad

2. Cā quare Deus aliqbus ālabus purgatoriū in hoc mundo dat.

Exēplo hoc confirmans.

ad dictum pallacium cum armis percexerunt, sed propter strepitum, & lapides iactos stare non potuerunt non enim videbant qui eos iactabant. Deinde in eo pallacio accessit quidam qui sotulares aptabat, qui igne magno accenso in quadam principali camera aptabat sotulares suos. Media autem nocte post magnum auditum strepitum vidit venire tres sericis vestitos, qui se ad ignem cum illo posuerunt, nihil dicentes, sed sedentes. Deinde vnus ex eis videns quòd ille perseuerabat in suendo, surrexit & procliuus ante eum stetit, aspiciens quomodo bene laboraret, quasi vellet addiscere, deinde cum ipse non desisteret ab incepto licet trepidaret, ille surrexit & cum alijs loqui cepit, sed eorum loquelam ipse pauper non intelligebat, tandem animum assumens rogauit eos, vt dicerent ei qui essent. Qui promitti sibi fecerunt ab eo quòd faceret vnam eis gratiam. Quo promisso dixerunt quòd erant tres Marchiones illius terræ qui faciebant ibi pœnitentiam, sed si ipse promittebat ire pro eis quibusdam vicibus ad quandam ecclesiam sanctæ Mariæ campestrem extra illam ciuitatem & hoc nudis pedibus, statim intrarent gloriam paradisi. Quo promisso, statim disparuerunt & amplius ibi terremotus non fuit.

3. Cū quare aliq̄ aīæ in hoc mundo purgentur.

TErtio mittit eos Deus in hunc mundum ad pœnitentiam faciendam, vt nobis aliquid dicāt, vel nos de aliquo instruant, vnde in ciuitate Mediolani ad huc non in 1481. Cuidam Iuueni annorum octo & decem apparuit quodam sabbato hora secunda noctis pater suus, qui erat mortuus, & indutus erat vestibus albis Et cum cœpisset velle alloqui illam, ipsa cecidit quasi mortua. In die etiam dominico hora prima noctis apparuit eidem cum esset cum alia puella, & vocauit eam dicens. Bianchina? quia sic erat nomen eius, quare statim cecidit in terram quasi mortua. Alia autem nocte cum illa iuuenis esset in lecto non dormiens, & esset ostium cameræ clausum ipsa audiuit patrem suum prope lectum venientem, qui ibi cum accessisset dixit Bianchina? At illa tremefacta, exclamauit voce tremebunda. O Iesus quis est iste? Et ille inquit. Noli timere quia sum pater tuus. Et postea addidit. Vocaui te his duabus noctibus præteritis & noluisti mihi respondere, sed nunc non potes fugere. Tunc illa inquit. Quid vultis? Ipse vero ait. Dic dominæ Ioannæ amitæ tuæ, quòd faciat fieri annuale pro anima matris tuæ, quia transiuit tempus, & ipsa eo indiget. Interrogatus autem quare potius ipsa non apparuisset. Respondit quia ita fuit Dei dispositio vt ego venirem. Postea interrogatus quomodo staret ipse & quidam alij sui consanguinei mortui. Respondit. Nos omnes bene stabimus in breui, quia exibimus a purgatorio, sed facias fieri orationes pro nobis, & amplius non apparebo. Et his dictis disparuit. Mane autem facto misit prædicta domina Ioannina de russinis ad sanctum Angelum, & fecit fieri annuale pro anima matris illius puellæ, & fecit fieri orationes pro illis mortuis prædictis, maxime pro illo qui apparuerat, & amplius non apparuit mortuus. Et hanc veritatem mihi narrauit dicta Iuuenis cui apparuerat mortuus, & mecum erat pater frater Iustus de Ipporegia confessor dictæ puellæ, & ipsa domina Ioannina erat præsens.

Exēplo hoc affirmatur.

4. Cū missionis mortuorū ad aliquem locū particularem.

QVarto hoc facit Deus vt ostendatur veritas pœnarum purgatorij, & diuinę iustitię contra eos qui dicunt non esse purgatorium, sed quòd presbyteri fecerunt hanc adinuentionem, vt capiant eleemosynas. De veritate autem huius purgatorij habetur exemplum fratris mei Bartholomei qui mortuus est octo annorum. Et post mortem eius in camera in qua mortuus est, dormientibus duabus nutricibus puerorum cum quibusdam alijs mulieribus, & propter periculum puerorum tenentibus lucernam accensam tota nocte, veniebat dictus frater meus & extinguebat lucernam omni nocte, licet ab aliquo non videretur. Deinde dicebat alta voce. Pater noster, & credo in Deum, & quasdam alias orationes, cuius vocem audiebant omnes qui erant in camera prædicta &

Exemplum

cognoscebant eam. Quibus dictis discedebat. Et sic continuauit multis diebus, Ideo autem ibi dicebat prædictas orationes quia cum mater nostra nobis præcepisset vt ante quam lectum intraremus ipsas diceremus, ipse fortassis illas dicere aliquotiens prætermiserat.

5. Cũ quare mortuũ ãlæ ad aliquem locũ particularem mittuntur.

QVinto mittuntur mortui ad aliquẽ locum particularem ad peragendam pœnitentiam vt ibi satisfaciant per pœnam vbi deliquerunt. Quod etiam est de iure quo determinatum est latrones debere suspendi in loco maleficij l. capitalium. §. famosos. ff. de penis. Et hoc ponit. Vgo de sancto Victore in 2. lib. de sacramentis. parte. 15. cap. 7. & de hoc habetur exemplum. Nam in ciuitate Papię quædam anima habitabat in domo cuiusdam doctoris qui appellabatur dominus Mattheus de curte, & tantum strepitum faciebat in nocte in camera ipsius doctoris, quòd non sinebat eum dormire, & multum terrorem ei immittebat. Tandem ille doctor rogauit quendam nepotem suum, socium nostrum, qui & ipse erat doctor, vt dormiret secum. Dormientibus autem illis simul venit ille mortuus magnum faciens strepitum in illa camera in qua faciebat pœnitentiam. Deinde incepit trahere pannos quibus illi cooperiebantur quia erat tempus magni frigoris. Illi autem duo doctores ceperunt manibus & pedibus atque dentibus tenere pannos, ne discooperirentur, sed ille mortuus præualuit, & dimisit eos nudos. Qua ex re, ille iunior doctor surgens coniurauit illum mortuum dicens. Si es anima alicuius mortui quę indigeat aliquo suffragio, vade & amplius noli reuerti ad locum istum, & cras in mane faciemus dicere missas pro te, & eleemosynas pauperibus erogabimus, vt a pęnis eruaris. Quibus dictis, illa anima discessit. Mane autem facto fecerunt celebrare missas pro anima illa. Et sic liberata fuit a pœnis, & nunquam ibi amplius rediję. Et hoc mihi narrauit ille doctor iuuenis, qui fecit hanc coniurationem, qui tunc erat meus socius. Nunc autem est frater noster prædicator, & appellatur frater lucas de Papia.

Exemplum.

Scitote quoque secundum sententiam Ricard. in 4. distinctione 45. artic. primo quæstione tertia quòd animæ quandoque exeunt de paradiso, & ueniunt in hunc mundum diuina dispensatione ad aliquid faciendum. Quandoque exeunt de inferno, aut de purgatorio, & postea ad sua loca reuertuntur, vnde in ciuitate Gaietę quidam vsurarius mortuus erat deportatus in quodam monasterio, vt in die sequenti sepeliretur. Cum ergo duo fratres in nocte corpori facerent custodiam, comedentes, & dissolutiones facientes, vnus voluit in ore eius bolum cibi calidi ponere. Quapropter ille defunctus surgens accepit candelabrum de metallo ibi existentem, & insecutus est eos, vnus autem ex illis fratribus in quandam capellam fugiens mortuus est. Alius fugiens ad sacristiam cum aperuisset ostium, ille defunctus proiecit candelabrum post illum cum tanto impetu, quòd illud in ostio fregit, & adhuc apparent signa in ostio, & monstratur illud candelabrum ruptum in testimonium huius rei. Quæ omnia vidit quidam frater noster qui hæc mihi narrauit. Ille vero frater insecutus a mortuo, infra vnum diem vel duos mortuus est, & ille mortuus amplius non est visus. In ciuitate etiam Papiæ mortuus est quidam nomine Mattheus de Lothonibus qui post mortem suam apparuit duobus de domo sua stans in porta domus, quem illi videntes perrexerunt ad illum. Ille autem videns eos venire recessit longe, forte per so. brachia, & deinde reuoluit se aspiciens eos. Et illis sequentibus perrexit pauloante & similiter retrospexit, & sic fecit quousque peruenit ad ecclesiam in qua erat sepultus. Et illi sequentes viderunt eum disparere in loco sepulchri sui, de quo trementes & attoniti, domum peruenientes se proiecerunt in lectum. Et narrata hac visione, mortui sunt paucis diebus elapsis. Et hoc narrauit mihi quidam ciuis Papiensis nomine d. Hiero. de Lothonibus frater dicti Matthei, qui præsens erat morti illorum duorum, qui ex pauore mortui sunt, & hoc ei dixerunt. Quidam etiã

Animæ aliquandoque exeũt de Paradiso, vel de purgatorio, vel de inferno, & postea illuc reuertuntur, qd exemplis cõfirmatur.

iuuenis

iuuenis Mediolanensis transiens cum armis prope quodã cimiteriũ iuxta Mediolanũ, vidit vnum mortuum surgere de se poltura armatum, & contra se venienté, contra quem cum ille iuuenis gladiũ vibrasset, ille disparuit. Et iuuenis ad domum suam reuersus, infra biduum mortuus est. Et hoc mihi retulit quidam frater noster, eiusdem iuuenis germanus. Itẽ in quodã monasterio prope Mediolanum ante horã matutini, euigilatus fuit sacrista cum socio suo, a mortuis dicentibus horam esse matutini. Illi vero credentes se vocatos fuisse ab aliquo fratre viuo surrexerunt, & intrantes ecclesiam inuenerunt chorum plenum fratribus mortuis per multos annos ante, qui habebant in manibus luminaria, & capucia vsque ad oculos, & dicebant officium. Quorum aspectu territi, infra pauco s dies ambo mortui sunt. In ciuitate quoque Nouariç, cum esset mortua in quadam domo quædam vetula, nocte quadam descendente per quandam scalam eiusdem domus vna puella 18. annorum inuenit illam mortuam, quam videns cepit fugere dicta iuuenis, illa autem mortua apprehendens eam per vestes, tantum ei terrorem immisit, quòd ad lectũ se ponens, sanguine ad cor currente, infra paucos dies expirauit. Et hoc fuit nõ sunt adhuc decem & octo anni, & ego illam puellam agnoui. Legitur quoque ꝙ quidam de nocte volens consurgere, in maxilla a quodam mortuo percussus est. Et forte hoc, fuit, quia pro anima eius non orabat, aut orari faciebat, sicut tenebatur. Retulit quoque mihi quidam frater noster, quòd tres armigeri transeuntes per locum in quo erat vnus per gulam suspensus, interrogabant eum derisorie si vellet ire cum eis, Ipse autem respondit, volo. Et fugientibus illis clamabat currens post eos dicens. Expectate, expectate. Tandem illi introierunt in quandam ecclesiam, & ibi se clauserunt cum porta, & lapide grandi ibi reperto. Ille autem ad ianuam clamabat dicens. Aperite mihi, & sic fecit tota nocte. Mane autem facto, venientes multi ad dictam ecclesiam inuenerunt corpus illius suspensi ad ianuam, Illi autem armigeri erant intus inclusi, nec poterant amouere lapidem a ianua, licet illud ipsi posuissent ibi, timore illis viris dante, vnde per fenestram intrantes multi cum magna difficultate lapidem amouerunt, vtrum autem in illo corpore intrauerit anima sua diuina dispensatione ad terrorem deridentium mortuos, an diabolus, nescitur. Dicitur quoque, & mihi retulit quidam frater noster, quòd in quadam terra omni nocte per singula ostia ibat quidam pulsans & percutiens, & non videbatur quis esset. Quidam autem custodiens vigilias super quandam turrim, ex qua poterat videre supra cimiterium ecclesiæ, aspiciens supra dictum cimiterium, vidit de quodam tumulo surgere mortuum, qui depositis linteaminibus quibus erat inuolutus, ibat per singula ostia pulsando. Quibus visis, ille descendit de turri, & ibi asportauit linteamina illius mortui. Qui mortuus reuersus, & non inueniens linteamina sua, statim affuit super dictam turrim, vbi erant. Et dixit illi qui abstulerat ea. Quare abstulisti linteamina mea? Ex quo tantum terrorem ille habuit, quòd tota pellis ex eius corpore exiuit, & per multum tempus infirmus stetit. Ille autem mortuus reuersus est ad tumulum suum.

EX quibus apparet quòd mortui mittuntur multoties a Deo in hunc mundum, ad nostram punitionem. Et non solum illi qui sunt in purgatorio, sed etiam qui in inferno sunt, ex aliqua speciali dispositione diuina aliquando ad tempus exeunt inde, secundum Ricardus. in quarto distinctione. 45. articulo primo, quæstione tertia. non tamen interim mutato loco carent sibi debito supplicio. Prædicta autem de egressu animarum de locis pœnalibus probari possunt multis exemplis. Nam in quadam terra Nouariensis diocesis quæ dicitur Trechatæ. 1482. interfectus fuit quidam sutor, post cuius mortem quintodecimo die, vnus eius famulus nomine Franciscus, dum per quendam agrum pergeret, vnus quem non videbat eum retro impellebat. Et cum conaretur anteire, ille magis eum retrocedere cogebat. Quapropter prædictus Franc.

Exẽplis aliqbus ostẽdũtur aĩæ aliquãdo, permittente diuina iustitia, exire de locis pœnarum.

inquit illi mortuo quem non videbat. Quis eras viuus? Respondit ille, sum Iacobinus, qui fui interfectus. Et postea subiunxit. Si alias tibi acciderit ꝙ retro impellaris, noli anteire tunc Franciscus dixit. Quomodo status? Et ille respondit. Non possum tibi dicere nec alicui antequam venerit tempus, in quo naturaliter debebam mori Ille vero domum rediens cum magno timore & tremore ac febre, quotidie desiccabat. Et post sex menses totus desiccatus mortuus est. Retulit autem mihi quædam deuota mulier, quæ hæc ab ipso Francisco audiuit. Et etiam ipsa dixit mihi, quòd dum ille Iacobinus esset vulneratus, vixit per aliquos dies, & nunquam voluit confiteri. Nocte vero præcedente mortem eius, dum dicta mulier sibi faceret vigiliam, ille media nocte rogauit illam, vt eum aliquatenus leuatum sustentaret. Quo facto, ille oculis toruis terribilem faciem reuoluens, leuauit pugillos, & signa faciebat quasi percutere vellet aliquos. De qua re timens, dicta mulier dixit. O Iesu. Et ille dixit. Noli timere, quia non offendent te. Ipsa vero rogabat eum, vt confiteretur. At ipse ait. Iam prǣterijt tempus. Et sic mortuus est. In valle Gicida quidam post mortem primæ vxoris, duxit aliam. Nocte autem qua duxit eã, apparuit in ea domo vxor prima, discurrens per totam domum aperiens ostia, clamans ac vocãs noĩatim duos filios, qui erant fratres ordinis nři, quasi vellet cum eis lamentari de iniuria sibi facta a patre eorum, & videbantur lamentari, & multũ dolere de hoc. Et hoc mihi retulit quidam frater noster, nepos illius mulieris, qui audiuit eam clamantem. Item in ciuitate Ipporegiæ. 1483. die octauo nouembris, apparuit in nocte cuidam Ioanni nomine quidam magister Christoforus Barbitonsor mortuus, habens secum quendam presbyterum fratrem suum etiam mortuum, & apprehendit brachium eius. Ille autem interrogauit eum quid vellet? Respondit, quòd faceret dicere aliquam Missam pro eo, quod ipse promisit, de qua promissione ille valde gauisus recessit. Multi quidam homo nobilis, & magnę nobilitatis mortuus, per multos dies in domo sua in forma porci apparuit, & cum verberaretur & eijceretur, dicebat. Ne facias quia sum talis. Et hoc mirabile multis innotuit. Ipse autem fuerat voluptatibus deditus.

Alia quoq; terribilia exẽpla supe rioribus similia.

AVdite quoque aliud terribile exemplum quod accidit nondum multis annis transactis. Nam cum in quodam cõuentu essent duo magistri in theologia qui continue erant in rixa simul, & multas iniurias sibi intulerant, vnus ex eis veniens ad mortem, fecit rogari alium vt sibi parceret de iniurijs illatis, & secum reconciliaretur. Cui alius fecit responderi, quòd nolebat parcere. Quod audiens ille, positus in desperatione dixit. Nec ego sibi parco, sed vindictam faciam & sic desperatus mortuus est. Postquam autem fuit sepultus quotidie apparebat per claustrum monasterij, pilam lapideã magnam pedibus proijciens, quæ adeo erat grauis, vt quatuor viri eam mouere non possent. Ipse vero eam quasi pẽnam leuabat, & sic faciendo perseuerauit per multos menses, nunquam aliquid dicens alicui, nec respondens. Qua de re fama huius rei procedente deliberauerunt fratres illius ordinis facere sibi suum capitulum, vt aliquo modo intelligerent quidnam hoc significare vellet. Cum autem quadam die vocales illius capituli panderent in quodam cenaculo super solatium & posuissent custodes ad ianuas cum seris ostia claudentes, ne ille mortuus intraret. Ille venit ad dicta ostia, & baiulans dictum lapidem contra clausuras, aperuit omnia ostia. Et cenaculum intrans perrexit vbi erat ille magister inimicus suus qui & ipse prandebat, & eum sic allocutus est. O maledicte, tu noluisti mihi parcere in morte mea, ex quo ego desperatus damnatus sum. Nunc ego faciam vindictam meam. Quibus dictis baiulans dictum lapidem super caput illius totum penitus confregit, & quasi ad nihilum redegit. Sicq; ille mortuus est, & secũ ad tartara perrexit. In loco quoq; nostro sancti Angeli apud Mediolanum, quadam nocte in dormitorio apparuit cuidam fratri vnus defunctus vestitus veste nigra, cũ multis alijs similiter indutus. Ipse autem frater nesciebat eum mortuum esse: nam erat suus familiaris de

Alia quoq; terribilia exēpla supe rioribus si-milia.

terra varijs. Tamen ex hac apparitione suspicans eum esse mortuum, videns illum ad se venire intrauit ecclesiam in qua se posuit ante sacramentum altaris: & ille mortuus ibi semper cum socijs deambulauit. Demum pulsato matutino recessit: & ille frater quasi mortuus ex timore remansit: inuentumque est, illum qui apparuerat ea nocte mortuum fuisse. In ciuitate quoque Mediolani adhuc nō sunt decem anni accidit hoc quod mihi narrauerunt quidam fratres nostri scilicet quod in quadam domo morabatur quidam pauper qui habebat vnicam filiam paruam & cum essent ambo infirmi iacebant in eodem tugurio. Mortuus est autē pater illius puellę & sepultus: post cuius sepulturam omni nocte audiebatur magnus strepitus in illa camera in qua mortuus erat. Quidam autem dormientes desuper illam cameram audiebant quendam per illam cameram pergentem: & ad lecticam pulsantem & percutientem; deinde audiebant vocem illius puellę infirmę di. Deus: pater mi dimittatis me aliquantulum dormire. Ille autem magis percutiebat postmodum autem illi descendentes in illam camerā inuenerunt & ipsam puellam mortuam. In territorio Ipporegię die. 8. nouēbris. 1483. quidam qui fuerat interfectus ab hostibus: bis apparuit vxori suę. Et hoc fuit duobus diebus ante prædictum diē Supradicto autem die iterum apparuit ei cum candela in manu & interrogatus ab ea quidam facere vellet de illa candela: respondit. Ista est candella quam posuisti ante imaginem virginis Mariæ in ecclesia maiori Ipporegiæ pro anima mea. Et postea dixit. Fac aliquid boni pro me: ego enim sum in purgatorio: & quia non faciebam eleemosynas pro patre meo ipse vsque nunc remansit in purgatorio: sed modo est liberatus; quia Deus dedit sibi omnia bona: quę ego feceram pro me: & voluit quod irent pro anima illius: & ego nunc remaneo in purgatorio. Dicas ergo filijs meis, quòd benefaciant pro me; aliter Deus faciet eis sicut fecit mihi: & in signum huius dicas illis: quòd crepuit eis os: & vas plenum vino euacuatum est: & effusum est vinū in terra. Quod factum est illis: quia non recordantur de me. Et ex his dictis disparuit. Illa autem mulier venit vt diceret mihi hanc apparitionem: sed cum non potuisset me alloqui: vocato patre guardiano loci nostri Ipporegiensis in quo eram: narrauit sibi hæc omnia: & ipse postea mihi retulit. Aliud etiam mihi narrauit quidam presbyter secularis socius meus scilicet quòd dum quadam nocte euigilasset a somno sensit in lecto ad pedes suos iacere quendam valde frigidum: quem interrogauit: quis esset. Ex ille respondit. Ego sum pater vester: & statim discessit. Qua re ille sacerdos de mane pro anima patris sui celebrauit: & ab alijs celebrari fecit. Et ille amplius non comparuit. Et hoc sufficiat ad primam considerationem de suffragijs.

PARS SECVNDA huius sermonis de liberatione animarum a pęnis purgatorij.

Secunda consideratio dicitur liberationis. Pro cuius declaratione propono hanc conclusionem secundū canonistas in cap. cum Marthæ. extra de cele. missarum. & Franciscum de may. in tractatu de suffragijs & magistrum petrum lombardum in 4. sen. dist. 45. Et ibi scilicet Bona. & Ricar. 2. q. prima & b. Tho. in eadem di. arti. 1. q. 2. quòd animæ in purgatorio existentes: possunt viuorum suffragijs adiuuari intelligendo purgatorium: siue secundum legem communem: siue secundum diuinam dispensationem. Et hoc probatur sic. Inquit commentator Auerois in prohemio phisi. Sicut in naturalibus: ita suo modo in spiritualibus. Quo præsupposito dico secundum sententiam pauli ad Roma. 12. quòd multi vnum corpus sumus in Christo: singuli autem aliter alterius membra. Et pe. Cor. 12. dicit idem Apostolus. Sicut corpus vnum est: & multa habet membra: omnia autem membra corporis cum sint multa: vnum corpus sunt. ita & nos in Christo. Et enim vno spiritu omnes nos in vnum corpus sumus baptizati: & omnes vno spiritu potati sumus. Ecce ergo q̄ de mente Pauli est q̄ similitudo quæ

Aīæ in purgatorio exītētes. viuorū suffragijs adiuuari possunt quid rōne ostenditur.

est inter membra vnius corporis naturalis illa est inter omnes Christianos fideles: sed inter mẽbra naturalis corporis ista est vnitas: ꝗ ad remedium adhibitũ vni membro redundat in omnia membra. Et cibus aut medicina sumpta pro vno membro adiuuat aliqualiter omnia membra & prodest toto corpori. Item vnum membrum dat auxilium alteri mẽbro: ergo sili in corpore mystico quod est vniuersa multitudo Christianorum: cuius caput est Christus: vt ait Apostolus ad Ephe. 1. Suffragia ecclesiæ quæ sunt cibaria & medicamina spiritualia quæ quotidie fiunt): prosunt omnibus membris. Et vnus homo potest adiuuare alterum: sicut vnum membrum adiuuat aliud: & ei debet compati & succurrere in necessitatibus spiritualibus. Et hoc est quòd inquit Apostolus vbi supra scilicet 1. Cor. 12. di. Pro inuicem solicita sint membra: & siquidem patitur vnum membrum compatiantur omnia membra· siue gloriatur vnum mẽbrũ congaudeant omnia membra. Vos autẽ estis corpus Christi & membra de membro: cũ ergo animę existentes in purgatorio sint membra viua ipsi corpori ecclesiæ vnita per vinculum charitatis: quæ morte corporis non finitur: iuxta illud 1. ad Cor. 13. Charitas nunquam excidit. Item per vnionem gratię diuinę: sequitur quòd omnes medicinę spirituales quas assumit ecclesia & facit: ipsis animabus prosunt. Et per consequens omnes orationes & eleemosynę viuorũ prosunt illis pro quibus fiunt. Ideo Aug. in li. Enchi. cap 65. & ponitur a magistro sen. in 4. distin. 45. cap. 2. & a Gratiano 13. q. 2. cap. obeuntibus & cap. in potenti. & habere in cap. tempus. eadem questione & cap. dicit. Non est negandum animas defunctorum pietate suorum viuentium releuari: dum pro eis sacrificium mediatoris offertur vel eleemosynæ in ecclesia fiunt: sed hæc illis prosunt qui cum viuerent: hæc eis vt postea possent prodesse meruerunt: hæc ille. Ex cuius dictis patet responsio ad auctoritatem quæ posset in oppositum allegari Eccl. 9. vbi dicitur de mortuis quòd non habent partem in opere quod sub sole geritur: quia suffragia viuorum quæ fiunt pro existentibus in purgatorio dicuntur opera eorum: in quantum in hac vita meruerunt vt eis prodesset si pro eis fierent: vel dicendum quòd licet tali operi non cooperentur actualiter: habent tamen partem in fructu ipsius operis ratione prædicti meriti. Ad confirmationẽ quoque prędictorum facit quòd dicitur in l. is qui suis. ff. de manumis. scilicet quòd seruus potest redimi non solum operibus proprijs sed etiam alienis. Modus autem liberandi animas est quadruplex vel quadrupliciter reducibilis. Nã scriptum cap. 13. q. 2. ca. diem defunctorum. & sunt verba Greg. Animæ defunctorum quattuor modis soluuntur: aut oblationibus sacerdotum: aut orationibus sanctorum: aut charorum eleemosynis: aut ieiunio cognatorum & idem habet in c. non extimemus. ead. q. & c. Ideo Aug. in sermone de cathedra sancti Petri ait. Ostendam hominibus qua ratione defunctorum suorum animas iuuare vtilius possint. Orent quotidie pro charis suis: interpellent Deum voce flebili, deprecentur pro eis errorum veniam: lapsuum remissionem: pascant esurientes: vestiant nudos: & si quid horum defunctorum negligentia minus actum est, fide viuentium suppleatur. Adhibeat quoque vnusquisque pro charis suis sanctorum preces, sacrificia offerat, & sacerdoti tali eos persecutione domino commendet, hęc enim sunt quę charos nostros iuuare possunt, hæc sunt refrigeria quiescentium, hæc remedia defunctorum, hęc ille. De qua & ille inclytus dux Iudas Machabeus laudatur secundum Macha. 12. vbi dicitur. Vir fortissimus Iudas collatione facta duodecim milia dragmas argenti misit Hierosolymam, offerri eas ibi pro peccatis mortuorum, iuste & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur, & vanũ orare pro mortuis. Sed quia considerabat quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperant optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo, & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare vt a peccatis soluantur ibi. Et ideo debet vnusquisque sollicitare vt orationibus, & eleemosynis atque alijs bonis operibus

Marginalia: *Respõsio ad quãdã auctoritatem Eccle. 9.* — *Cõfirmatio pdictorum.* — *Ad quadruplicẽ modũ reducere possum⁹ oẽs modos liberãdi aĩas a purgatorio.*

bus animas defunctorum absolui faciat a vinculis pœnarum, iuxta illud, ad Hebre. decimotertio. Mementote vinctorum tanquam simul vincti, & laborantium tanquam, & ipsi in corpore morantes. Ad hoc autem nos inducere debet exemplum animalium etiam irrationalium se inuicem adiuuantium, & subleuantium in necessitatibus. Aues quoque videntes socias suas debiles ab æstu, & calore solis terræ, prostratas, opponunt se radijs solaribus & faciunt eis vmbram donec resumptis viribus resurgant. Et ideo & nos debemus proximis nostris in purgatorio existentibus, ac maximo pœnarum feruore prostratis, nostris suffragijs apud diuinam clementiam facere vmbram donec resumptis viribus resurgant a loco pœnarum, & miseriæ, vnde Iob 12 dicitur interroga iumenta & docebunt te volatilia cœli & indicabunt tibi. Propterea si ex præcepto diuino exhibenda est cura iumento cadenti, iuxta illud Deute. 22. Si videris asinum aut bouem fratris tui in via cecidisse, non despicies sed subleuabis eum. Multo magis debemus proximos nostros qui in pœnis purgatorij ceciderunt, subleuare, maxime cum ipsi per seipsos non possint exurgere, cum sint extra statum merendi per bona opera, iuxta illud. Ioan. 9. Venit nox in qua nemo potest operari. Nos vero possumus satisfacere Deo pro peccatis eorum & pro alijs pœnitentiam agere, vnde legitur in cronicis ordinis nostri quod in prouincia Marchiæ accidit quod vnus magnus peccator venit ad mortem, sed in infirmitate confessus est cum magna contritione omnia peccata sua. Cui confessor pro satisfactione iniunxit vt diceret quædam psalteria, & aliquibus diebus ieiunaret, ac faceret nonnullas disciplinas, cum autem Guardianus nostri conuentus post confessionem illum visitaret, & quomodo se haberet quæreret, ille respondit. Gratias ago Deo quia sine pœnitentia non morior, sed de hoc doleo quòd pœnitentiam pro peccatis mihi iniunctam implere non possum. Tunc Guardianus confortauit eum di. Ne timeas fili, ego enim pro te faciam satisfacere, statimque abiens vocatis fratribus suis rem exposuit, & ad charitatem hortatus est eos, qui libenter ipsam pœnitentiam susceperunt atque eam simul cum ipso Guardiano facere ceperunt. Tunc ipse Guardianus ad infirmum reuersus dixit. Ex quo fili tua pœnitentia est a me & fratribus meis pro te incepta, & cito perficietur, perge securus quia a pœnis purgatorij liberaberis. Ille igitur mortuus postea fratribus ipsis pro se orantibus apparuit di. Gratias vobis ago pater Guardiane, & vobis omnibus fratres, quia vestram charitatiuam pœnitentiam a vobis pro me factam Deus acceptauit, & ideo liberatus a pœna purgatorij ad cœlum euolo.

Marginalia (left): ...uādā ... oritatem ... ccle.9. — ...ōfirmatio ... dictorum. — Ad quadruplicē modū reducere possun̄t modos ... rādi de ... purgatorio. — Exemplum.

SED hic quæritur, nunquid suffragia facta pro vno prosint æqualiter omnibus in purgatorio existentibus? Et respondet præpositiuus cum sequacibus suis quòd sic, dans exemplum de candella quæ accensa pro vno reddit lumen omnibus existentibus in eadem camera cum illo. Similiter lectio lecta pro vno omnibus prodest cum illo existentibus, quia vox omnibus communicatur. Ergo sic dicendum videtur ei de suffragijs. Sed hæc opinio est falsa, contra quam tenet magister senten. in 4. distinct. 45. & ibi Ricard. noster artic. secundo. quæst. tertia, & Sanctus Bonauent. ibidem per omnia, & Franciscus de May. in tractatu de suffragijs, & beatus Thom. in quarto distinct. 45. articu. quarto quæst. secunda. & Petrus de Palude in eadem di. & doctor subtilis in suo quolibet di. vigesimo. Et hæc sententia præpositiui est contra August. in libro de cura agenda pro mortuis, & Gregorium ad Bonifacium. Et contra consuetudinem ecclesiæ quæ erraret si opinio ipsius præpositiui esset vera. Nam ecclesia quandoque facit officium pro vno defuncto particulariter, & quãdoq; pro pluribus, quod esset inutile si omne suffragium generaliter omnibus defunctis prodesset. Non est ergo tennenda opinio præpositiui quæ est cõtra rationem naturalem. Nam virtus vnita fortior est multiplicata. Vt ait auctor in

Marginalia (right): An suffragia facta p vno prosint oībus æqualiter in purgatorio existentibus? aliquorum opinio, & eius reprobatio.

in lib. de causis. Et ideo suffragium factũ pro vno efficacius operatur, quàm si ad multos extenderetur. Nam omne suffragium est bonum limitatum, nullum autẽ bonum limitatum potest esse æqualis virtutis ad plura & ad vnum, suffragia nãq; fiunt ad soluendam pœnam seu reatum. Sed plus est satisfacere pro debito multorum quàm vnius tantum, & facilius satisfit pro debito vnius quam multorũ. Ergo pluribus suffragijs indigent duo q̃ vnus, si autẽ diuiduntur inter eos vterq; minus habet. Præterea eadem ratione qua suffragium posset prodesse duobus posset & tribus, & quattuor, & centum, & sic in infinitum. Cum non sit magis dare rationem in vno quàm in alio, ergo si vnum suffragium haberet infinitum valorem quod est impossibile, item si hoc esset verum quòd suffragium tantum valeat pro pluribus quantum pro vno, & quòd factum pro vno defuncto prodesset generaliter omnibus, sequerentur ꝙ qualibet die possent tot animæ liberari quot sunt in purgatorio cum omnia suffragia quotidiana totius ecclesiæ videantur sufficere pro vna quantumcunq; scelerata, & sic sequeretur ꝙ nullus staret in purgatorio vltra vnum diem, & per consequens ecclesia erraret quæ ordinauit septima, trigesima, ac anniuersalia fieri pro defunctis, & quolibet anno commemorationem generalem omnium defunctorum. Dicunt ergo prædicti doctores quòd potest diminui pœna alicuius, vel per diminutionem virtutis ex parte agentis, vel per diminutionem dispositionis ad patiendum ex parte sustinentis, quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. 2. de anima. Et videmus ista per experientiam. Nam pœna magnũ onus portantis diminui potest, vel per diminutionem grauitatis oneris, vt si quis ipsum onus auferat in toto vel in parte, vel per aliquam confortationem virtutis illius qui portat onus qua minuitur in ipso disposito ad patiendum ab onere, vt si quis eum fortificet per cibum vel per aliquod bonum nouum, quo reddatur fortior ad onus ipsum portandum, licet aliquatenus non auferatur ab eo nec diminuatur grauitas oneris in se. Et sic dico in proposito ꝙ suffragia facta

Pœna dupliciter diminui pot.

determinate pro vno tantum, non prosunt alijs quo ad diminutionem pœnæ eis debitæ, sunt tãtum illi pro quo fiunt, quia solum illi subtrahitur quantitas pęnæ pro modo suffragiorum. Quantum vero ad diminutionem doloris & grauedinis q̃ prouenit ratione cõfortationis, bene prosunt omnibus alijs, quia se perfecte amant cum sint in charitate confirmati. Et ideo videntes proximos suos ꝑ suffragia liberari a penis, tantum gaudent quòd pœna sua eis tollerabilior efficitur ratione huius cõsolationis, & letitiæ. Sicut enim multũ dispositus ad tristitiam ex modica causa fortiter tristatur secundum Aui. 6. naturalium. c. vlt. Ita letitia mentis facit supportari melius afflictiones & non tantum sentiri earum tristitias, secũdum philosophum. 2. Ethi. Non obstat modo argumentũ prępositiui, quia respondet Ric. vbi supra, quòd lumen candelæ & vox doctoris se communicant per naturæ necessitatem, suffragia autem communicantur per suffragantis intentionem, Et ideo dicit Magister. sen. in 4 lib. di. 45. & beatus Tho. in 2 suo quolibet. ar. 14. Quod ille citius exibit de purgatorio pro quo fient plura suffragia, dato ꝙ in eodem instanti plures intrauerint æqualibus pęnis obligati. Et in hoc valde vtile est habere hæredes deuotos, posset enim esse quòd duo existentes in purgatorio mereantur permanere ibi ꝑ centũ annos, & pro vno fiet tot suffragia & eleemosynæ quòd infra horam liberabitur, ab illis pęnis. Et alius pro quo nulla fient suffragia particularia permanebit ibi per multos annos,

Quo suffragia oĩbus existẽtibus in purgatorio pœnam aliqualiter diminuũt.

Respõsio ad argumentũ pro alia opinione adductum.

SI autem quæratur qua ex causa fiunt septima, & trigesima. Respondet beatus Ambro. in libro de obitu Theodosij Imperatoris, & habetur. 13. q. 2. c. quia alij, quòd quia filij Israel luxerunt septẽ diebus post sepulturam Iacob patrem suum, vt habetur Gen. vltimo, & Moysen triginta diebus. Deuteronomij vlti. Ideo adiuncta est hæc consuetudo. Sed melius est quam citius potest facere officia & eleemosynas pro mortuis & non expectare vt post multa tempora fiant. Si enim quis esset infirmus, & grauibus anxiaretur doloribus, non esset contentus expectare

Quare fiũt septima, & trigesima.

Quo suffragia olim existentibus in purgatorio penam aliqualiter diminuit.

stare vt in sequenti anno pro medico, vel medicinis mitteretur. Itē si quis quotidie in eculeo torqueretur, non esset cō tentus vt vsque ad annum expectaretur ad impetrandam eius liberationem. Et si militer habens filium infirmum, & cruciatibus & tormentis angustiatum quā citius ei posset subuenire procuraret. Melius est quoq; missas & officia celebrari facere & eleemosynas distribuere in vita, vt statim post mortem ipsa bona inueniat, & non expectare vt ab alijs fiant. Si enim eris negligens in vita facere bona pro anima tua, multo erunt negligentiores hæredes tui. Et ad prædicta potest adduci exemplum quod legitur de quodam vsurario qui tres habens filios diuisit inter eos pecuniam suam faciens quattuor partes de ea & vnam tantum partem sibi reseruans. Postmodum vero ad quādam prædicationem conuersus misit pro eis rogans vt satisfacere vellent & restituere pecuniam ipsam male acquisitam ne ipse damnaretur. Maior autem filius eius promisit ei magna magnalia facere, capellas facere edificare & dotare, atque missas celebrari facere & hmōi multa. Secundus vero promisit puellas multas nuptui tradere & quam plura similia bona pro eius anima facere. Minor autem noluit promittere se pro anima eius aliquid facturum, sed eum cum fratribus suis ad cęnam inuitauit quam splendissime parauerat, paruamq; candelam tanquam posuit in mensa ante patrem suū, retro vero cereum magnum atq; lumino sum post cortinam, cum autem patrem suum ad comedendum inuitaret, ille dixit. Ego lumen non video. Quid est q̄ tam abunde mensam pręparasti & cibis replesti, & non plura luminaria sed vnā paruam tantum modo candelam in mē sa posuisti? Ad quem filius inquit. Respice retro pater, amoueq; cortinam, & videbis ibi cereum magnum positū. Cui pater ait. Et quid mihi prodest nisi ante me posueris? Ita inquit filius minimum bonum quod ante mortem tuam feceris plus proderit tibi, quam multa & magna quæ post mortem tuam pro te re liqueris facienda. Quapropter noli aspicere quòd pro te quicquā boni facturus sim post mortem tuā, imo nec volo, nec

Exemplo ostēditur q̄ melius sit facere bona in vita, q̄ post mortē relinquere ipsa fienda.

Responsio ad argumenti pro alia opinione adductum.

Quare fit septima, & trigesima.

promitto. Bona vero omnia quæ mihi dedisti cum tua sint accipe, & de eis dum viuis fac quicquid boni tibi videt̄, quod audiens pater omnia abstulit non solum ab eo sed etiam ab alijs filijs & restituit illis quibus per vsuram abstulerat, sicq; ab inferno animam suam liberauit. Dum ergo sani estis & facultatem habetis facite manibus vestris quòd ab hæredibus vestris fieri post mortem optaretis, & mittite candelam ante vos. Ad quod adduci potest exemplum quod legitur de quadam visione quam habuit quidam bonus heremita. Vidit enim vnum defunctum sedentem, & ante se habentem mensam repletam omnibus bonis post tergum autem eius vidit mēsam vacuā. A quo quærens quid significarent, respō dit. Mēsa hæc quæ stat ante me, sunt opera misericordiæ & alia bona quæ feci ante mortem & illis bonis modo vtor. Mensa vero post me posita, sunt bona & eleemosynæ quæ mandaui vxori & filijs, & amicis ac hęredibus meis fiēda post mortem meam vt animæ meæ subuenirent. Et ecce hæc mēsa adhuc stat vacua, quia mei obliti sunt. Et ideo quidam sapiens ait. Fac bene dum viuis post mortem viuere si vis. Et iterum. Munera quæ donas moriens hæc munera non sunt. Ad prædicta etiam facit quod eleemosyna est ad instar candellæ lumen præbentis. Et ideo de ea dicitur. Thobiæ. 4. q̄ non patitur ire in tenebras. Qui igitur tantum post mortē eleemosynas vult facere eius anima cum de corpore egreditur lumen habet post tergum suum, & ideo viam qua itur ad cęlum non potest clare videre. Item oculos habet post caput suum, & ideo sępe contingit in foueam purgatorij ipsum incidere. Præterea bona facta in vita custodiunt animam ne in ipsam purgatorij foueā cadat, & ne in carcere purgatorij includatur & ne in igne ipsius purgatorij comburatur. Bona aūt facta pro ipsa anima post hanc vitam adiuuat eam vt ab ea ipsa fouea resurgat, & vt a carcere purgatorij educatur, & vt post combustionem ab igne liberetur. Melius autem est in foueam non cadere, quam inde resurgere, & non incarcerari quam de carcere educi, & non comburi quam post combustionem ab igne liberari.

Exemplum aliud.

Aliquibus congruitatibus ostenditur meliora esse bona in vita, q̄ post mortē facta.

ri. Ergo multo melius est in vita quàm post mortem bona pro nobis fieri. Vtile tamen & laudabile est etiam aliqua suffragia ordinare quæ post mortem fiant. Sed illud quod vultis fieri per longa tempora, ordinate vt post vestrum decessum quam citius fiat. Vnde si desideratis pro vobis dici centum missas, statuite quòd dicantur in die vestri obitus vel sequenti si possibile fit. Et anniuersalia quæ vultis fieri vsq; ad viginti, & triginta annos facite celebrari in viginti vel triginta diebus, vt velocius exire possitis, de tormentis. Illi namq; qui ordinant vt vsque ad centum annos vel in perpetuum fiat pro eis annuale. Videt habere animum seu intentionem permanendi vsq; ad illud tempus in purgatorio, a quo tanto citius liberabuntur quanto velocius à viuis ad iuuabuntur. Et ideo stultus dici potest qui magis quærit commoda hæredis sui in eleemosynis pro se faciendis, quàm liberationem animæ suæ a tormentis.

Exemplis aliquibus ostēditur p suffragia mortuorum animas a purgatorio liberari.

QVod autem verum sit mortuos a pœnis per suffragia liberari patet per exemplum quod ponit Grego. 4. dialogorum dicens, quòd cum quidam monachus suus nomine. Iustus ad extremum veniens tres se habere occultos aureos indicasset & de hoc ingemiscens mortuus fuisset, præcepit Grego. fratribus vt corpus eius cum tribus aureis in sterquilinio sepelirent, tamen cuidam e fratribus Grego. præcepit vt vsq; ad dies. 30. omni die pro eo corporis Christi hostiam immolaret. Qui cum iussa complesset is qui defunctus fuerat in die trigesimo cuidam fratri sibi germano apparuit. Quem Germanus requisiuit dicens, quomodo es? Cui ille respondit. Hucusq; male fui, sed iam modo bene sum quia hodie communionem accepi. Quia vero virtute triginta missarum ex impositione beati Gregorij dictarum anima illa fuit liberata a pœnis purgatorij, ideo laudabilis consuetudo inter christianos exorta est, vt pro defunctis suis faciant celebrari triginta missas, quæ dicuntur missæ sancti Greg. ꝑpter prædictam causam, quo nihil gratius facere possunt ipsis mortuis: Similiter Greg. in prædicto lib. ostendit quantum orationes prosint existentibus in

Quare missa sancti Gregorij sic nominetur.

purgatorio. Narrat enim de Pascasio qui cum vir miræ sanctitatis, & virtutis extiterit, & suo tempore duo fuissent summi pontifices electi, conuenissetq; tandem ecclesia in vnum, ipse tamen Pascasius quasi ex errore alium Papam prætulit, & in hac sententia vsq; ad mortem permansit. Qui cum esset defunctus, & dalmaticam super feretro super positam demoniacus tetigisset, statim sanatus est, post multum vero temporis cum Germanus Capuanus Episcopus Balneum ob gratiam sanitatis petijsset prædictum Pascasium diaconem ibi stantem & obsequentem inuenit. Quo viso vehementer extimuit, & quid illic tantus vir faceret inquisiuit. Qui pro nulla alia causa se in illo loco pœnali deputatum asseruit nisi quia in illa causa pontificis plus iusto sensit. Et addidit dicens. Quæso te deprecare Deū ꝑ me, atq; in hoc cognosces quòd exauditus sis si huc rediēs me non inueneris. Qui cum pro eo orasset, & illuc post paucos dies redijsset prædictum Pascasium in eodem loco non inuenit. Legitur quoq; quòd in quodam monasterio vnus deuotus frater semper dicebat missas, & officia per mortuis, ita q multum tempus consumebat in dictis officijs. Vnde prohibuit eum prior suus ne tanta officia diceret. Nocte vero sequenti dum iuxta cimiteriū prædictus prior pergeret audiuit mortuos clamantes. Dimitte nobis adiutorem nostrum, redde nobis aduocatum nostrum. De quo territus ille prior præcepit ei vt solita officia diceret, minati nanq; fuerant ei mortui, quòd si eis procuratorem suum non restituisset illum mori facerent. In ciuitate etiā Mediolani mortuus est quidam doctor qui appellabatur dominus Iacobus de Arzonibus, & morabatur prope patrem meum, quem doctorem ego vidi portari ad tumulum veste purpura indutū. Nocte vero trigesimi sui dictus mortuus apparuit ad ostiū præsbiteri illius ecclesiæ in qua erat sepultus, & ibi pulsabat. Quia vero prædictum ostium erat per medium domus patris mei, quidam de domo nostra dormiens in quadam camera respiciente versus portam sacerdotis, audiens pulsari ad dictum ostium, surrexit, & aspiciens vidit illum doctorem

Aliud exemplum.

Aliud exemplum.

Aliud exemplum.

rem

rem mortuum qui indutus veste purpurea pulsabat, & vocabat præsbyterum dicens. O domine surgite & præparate vos ad faciendum meũ trigesimum. Ite & dicite vxori meę ꝙ faciat eleemosynas pauperibus pro aīa mea. Et his dictis rediјt ad ecclesiã Et iste doctor fuit pater cuiusdam fratris nostri prædicatoris. In ciuitate quoq; Ferrariæ sicut retulit mihi quidã fide dignus socius meus tunc doctor, nunc frater noster prædicator. In quodã palatio nõ poterat habitari ꝑꝑ terribiles strepitus ibi factos. Quidã aũt scolaris vl tramontanus aĩolus promisit dño ipsius palatij ibi habitare, dũmodo ꝑmitteret eũ morari ibi ꝑ decẽ annos sine solutione alicuius pẽsionis, de quo ille fuit contentus. Perrexit ergo dictus scolaris ad dictũ palatiũ faciens portari libros suos, & oĩa q̃ habebat, & quia in mane sequenti debebat facere quandã disputationẽ, posuit se ad studendũ tota nocte in quadã pulchra camera, & habebat candelas benedictas, quarũ lumine studebat. Cũ aũt per modicũ tẽporis ibi fuisset, audiuit horribilẽ strepitũ ꝑ totã domũ. Deinde audiuit venire quẽdã qui habebat multas cathenas circũquaq;, qui cũ magno strepitu ascẽdit scalã & intrauit illã camerã in qua ipse erat. Aspiciens autẽ ille scolaris quis esset, vidit quoddã magnũ fantasma admodũ statuæ magnæ, & nigræ q̃ venit prope eũ ad sedendũ super qddã scanũ. Ille aũt scolaris nõ dimisit studiũ suum, sed voluebat libros sicut prius. Tunc ille mortuus q apparebat dixit illi. Quid q̃ris? Rñdit scolaris. Quæro talẽ legẽ quia volo facere vnũ argumentũ ꝓ tali disputatione. Dixit aũt ille mortuus. Si vis bene disputare istã materiã, vide talẽ doctorẽ in tali loco, & multa pulchra puncta ostẽdit ei in materia illius disputationis, postmodũ sonãtibus matutinis, ille surrexit. Quẽ descendere videns scolaris ꝑrexit post eũ candelis benedictis, & tandẽ peruenit ad quoddã penu, & vidit in quodã loco eiusdẽ disparere illum mortuũ, & posuit in illo loco candelã benedictã. Mane autẽ facto vocatis socijs cepit fodere ibi terrã & inuenit corpus vnius mortui, qd fecit vt decebat ad ecclesiam portari & sepelliri, & ꝓ aĩa illius fecit missas celebrari, & amplius strepitus non fuit auditus in illo palatio. Et idem exẽplum quasi per omnia accidit in ciuitate Thaurini vt mihi retulit quidam frater noster.

Aliud exẽplum.

QVIA ex re nos debemus esse solliciti circa sepulturas mortuorũ, hoc enĩ non solũ placet Deo, sed etiã Virgini gloriosæ rẽ gratã facimus mortuos sepelientes maxime deuotos suos. Vñ legitur ꝙ quidã clericus deuotus Virginis, quotidie ante altare eiusdem deuote dicebat Aue Maria, sed tñ erat illaqueatus in rebus mũdanis, & multa mala cõmittebat. Vñ quadã die ab inimicis suis occisus est & quia malã duxerat vitã præsbiteri noluerunt eũ sepelire in sacro, sed posuerũt eũ in loco prophano, post triginta autẽ dies gloriosa virgo Maria apparuit sacristæ ecclesiæ in qua beneficiũ habebat ille clericus mortuus, & dixit ei. Quare fecistis tantã iniustitiã contra seruũ meũ ponentes eũ extra cimiteriũ? Et ille clericus dixit. Quis est ille seruus vester? Rñdit dña. Ille clericus qui iam triginta diebus elapsis sepultus fuit in loco prophano. Ite ergo cito & extrahite eũ de loco illo, & ponite in loco condecenti & honesto. Fuit.n. semper meus fidelis seruus & cũ deuotione me salutabat quotidie ante altare meum. Mane autem facto hora tẽpestiua omnes clerici perrexerunt ad dictum corpus & excauantes terram inuenerunt in ore eius vnum pulchrum florẽ & linguam eius sanã, pulchrã, & integrã. Ex quo gloriosa Virgo significare voluit quãtũ sibi placuit angelica salutatio, quã benedictã virginem pro nostris mortuis hac oratione deuota rogitemus.

Exẽplo ostẽditur Deo esse gratum mortuos sepelire.

PARS TERTIA, huius sermonis de fructificatione, & vtilitate quam consequuntur facientes suffragia, & eleemosynas pro mortuis.

TErtia & vltima consideratio de suffragijs dr̃ fructificationis. Magnas enĩ consequit̃ vtilitates ille qui facit aliqua bona ꝓ mortuis. Sed duæ sunt principales. Prima dr̃ adiuuationis. Adiuuant enim nos tam temporaliter quam spiritualiter. Vnde est sciẽdum quod illi qui sunt in purgatorio sciunt bona quæ

Duæ sunt præcipuæ vtilitates quas consequuntur ꝓ mortuis aliqua bona facientes.

fiunt

fiunt a viuis. Et hoc duobus modis secundum Augu. in libro de cura agenda pro mortuis, & habetur in c. fatendum. 13. q. 2. s. aut relatione eorum qui moriuntur & ea sciunt, aut relatione Angelorũ maxime illorum qui habuerunt eos in cura qui sunt solliciti de illorum salute, & consolatione, quia debent prope eos stare in cœlo. Et ideo eis referunt bona quæ pro illis fiunt & a quibus. Doctores autem in 4. di. 45. addunt duos modos, videlicet inspirationem diuinam, quia Deus hoc facit eos intelligere. Et pœnarum subtractionem, quia cum deberent multo tẽpore stare in purgatorio, & pati magnã quantitatem pœnarum, vident sibi subtrahi pęnas & diminui tempus, ex quo intelligunt suffragia pro se facta ab amicis suis. Vnde cum sint in gratia Dei, deprecantur eum pro illis, & obtinent illis dona spiritualia, & temporalia. Imo ipsi quandoq; apparentes ex permissione diuina eos defendunt a periculis. Vnde legitur de quodam qui semper quando transibat per quoddam cimiterium dicebat Deprofundis pro illis mortuis qui ibi iacebant. Quadam autem nocte cum deberet inde transire inimici eius volentes ipsum occidere eum super dictum cimiterium expectabant. Cum autem ille veniret & cepisset dicere deprofundis, statim apparuerunt cum eo multi mortui in forma hominum armatoriũ. Quos videntes inimici eius territi abierunt. Legitur etiam de quodam alio qui quotidie dicebat orationes pro mortuis, q̃ semel de nocte rediens domum associatus fuit cum quattuor luminaribus duobus ante & duobus post ipsum, & non videbat qui ea portarent. Cum autem peruenisset ad domum suam audiuit vocem dicentem sibi. Vade in pace quia nos sumus mortui (qui te sociauimus, & nisi nos fuissemus interfectus esses, & statim illa luminaria discesserunt. Non solum autem defuncti existentes in purgatorio pro talibus orant, sed etiam omnes sancti, quia cum diligant illos qui sunt in purgatorio, gratissima habent suffragia quæ pro eis fiunt. Nam ex liberatione illorum augetur numerus sanctorum, & ideo continue rogant Deum pro his qui defunctis opera pietatis exhibent. Et cũ

Duobus modis in purgatorio existentes sciũt bona pro ipsis facta.

Exẽpla ostẽdentia mortuos pro se orantes aliquando defendere.

sint in gratia Dei, ab eo exaudiuntur, secundum Theo. in 4 di. 45. & ibi Ricar. ar. 7. q. 2. & sanctum Bona. e. di. ar. 3. q. 2. Maxime autem orabunt pro nobis ipsę animæ a pęnis liberatæ suffragijs nostris q̃ erunt in paradiso. Et ideo inquit Aug. in sermone ad hæc. Ora ergo pro defunctis vt dum fuerit in æterna vita pro te orare non negligant, Expectant enim nos, nã tempus orandi iam profugit ab eis. Clamant igitur quotidie qui iacent in tormentis, sed pauci sunt qui respondeãt. Vlulant & non est qui consoletur eos. O quam grandis crudelitas fratres mei, o q̃ grandis inhumanitas. Clamant ad nos quotidie qui dum vixerunt multa pro nobis sustinere voluerunt, nec eis subuenire curamus o vere magna inhumanitas. Ecce enim infirmus iacet, & medicus consolatur, cadit asinus & omnes eum subleuare festinant, sed clamat in tormentis fidelis, & non est qui respondeat. Ecce nostra inhumanitas fratres. Eya ergo non sic, sed mementote fratres quòd sancta, & salubris, pia & felix, & suauis Deo, & Angelis, est cogitatio pro defunctis exorare vt a pęnis quas patiuntur soluantur, hæc ille.

ET ideo ecclesia ordinauit vt in omnibus horis canonicis quotidie fiat oratio pro defunctis, & dicatur: Fideliũ animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Item instituit die commemorationis omnium fidelium defunctorum. Cuius causam assignat auctor ratio nalis diuinorum officiorum lib. 7. dicens quòd sicut festum omnium sanctorum ordinatum est multis de causis, maxime propter omissorum festorum suppletionem, quia propter ipsarum multitudinẽ de omnibus specialiter festiuare non valemus. Item propter negligentiarum in festis quæ celebramus commissarum expiationem. Vnde in sermone omnium sanctorum dicitur. Decretum est vt die ista omnium sanctorum memoria habeatur, vt quicquid humana fragilitas per ignorantiam, aut negligentiam, vel per occupationem rei familiaris in solemnitatibus sanctorum minus peregisset, in hac sancta obseruatione persoluatur. Ita pariformiter commemoratio omnium fidelium

Ecclesia cur ordinauit in horis canonicis vt dicat fideliũ aĩæ etc. & cur etiã ordinauit cõmemoratiõẽ oĩum fidelium defunctorum.

delium defunctorum instituta est fieri ab ecclesia tali die vt generalibus beneficijs adiuuentur qui specialia habere non pos sunt. Sicut enim Petrus Damianus ait. Sanctus Hedibo compariens quòd apud vulcanum Ecclesiæ crebrę voces & vllulatus demonum audiebatur lamentantiũ pro eo ꝙ animæ defunctorum per eleemosynas, & orõnes de locis penalibus eripiebantur, ordinauit in suis monasterijs vt post festum omnium sanctorum fieret commemoratio defunctorum, quod fuit postmodum a tota ecclesia approbatum. Et ideo talem diem expectant mortuorũ animæ cum maximo desiderio, sperantes a pęnis eripi per fidelium suffragia in totum vel in parte.

An suffragia facta ꝑ defunctis ab illis qui sunt in peccato mortali, eis ꝓsint opinio aliquorũ primo recitatur.

SED hic quæri posset vtrum suffragia facta per defunctis ab illis qui sunt in peccato mortali eis prosint cui quæstioni respondet Tho. in 4. di. 45. ar. 1. q. 2. & Ricar. in eadem di. ar. 2. q. 4. & communiter alij theologi in præfata distinctione quòd talia faciens aut hæc agit vt minister, aut vt auctor nomine proprio. Si primo modo, etiam distinguendum est, ꝙ aut agit hæc vt minister publicus omniũ sicut sacerdos qui est sicut sindicus totius ecclesiæ, & minister generalis a Deo ordinatus pro sacrificijs offerendis, & ipsius opera sacramentalia, vt missa, officiũ mortuorum, & huiusmodi similia prosunt defunctis, quia illa a Deo non ab operante efficaciam habent. Item quia malitia ministri non tollit efficaciã operis boni auctoris, nec sacramẽta possunt pollui, aut infici malitia ministrantis, vnde. 1. q. 1. c. dominus, dicitur. Dominus declarauit in vno cetu hominum eadem sacramenta sumuntium non obesse mũdis aliquorum immunditiam, hæc ibi. Spiritus enim sanctus dat sacramentis efficaciam per quoscunq; ministrentur. c. multæ, & c. ita fit, & tribus capitulis sequentibus, & c. non nocet. eadem quæstione, & causa. Et ideo ipsa sacramenta ab immundis ministris inquinari nequeunt. c. remissionem peccatorum. 1. q. 1. nam alicuius malitia non prophanat sacramenta. c. nonne. eadem quæstione & causa. Et sacramenta virtutem suam non amittunt si per malum ministrum in forma ecclesiæ exhibentur. 33. di. §. verum, & §. porro & 1. q. 1. c. si fuerit, & c. sequenti vsq; ad finem. Deus enim in administratione sacramentorum non pensat merita ministrorum sed officia. 1. q. 1. c. cum scriptura. Aut vero talis est minister alicuius particularis personæ, & tunc etiam distingunt prædicti doctores scilicet quòd aut talis persona quando sibi præcepit tale opus erat in charitate aut non. Si post modo & tunc dicta opera pietatis prosunt defunctis siue talis mandans viuat siue non, quia hoc opus principaliter ipsius est qui illud fieri mandauit. Qui enim mandat solui, ipse soluere dicitur. Et qui per alium facit per seipsum facere videt. l. ita autem. §. gessisse. ff. de admi. tuto. & l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi ar. Sicut ergo seruus in peccato mortali existens potest opus meritorium facere non prout est suum, sed prout illud opus facit ex præcepto domini sui charitatem habentis, ita oratio & alia suffragia peccatoris cuiuscunq; quamuis non sint meritoria ex parte sui, sunt tamen meritoria ex parte principali agentis quia ille intelligitur agere cuius vice, vel nomine fit, vt dicit Dio. 13. c cęlestis hiera. Similiter si aliquis in charitate decedens præcipiat sibi suffragia fieri, illa suffragia sibi proderunt quamuis illi per quos fiũt sint in peccato mortali. Si vero persona quæ suffragia fieri mandauit erat in peccato mortali, dicunt prædicti doctores ꝙ aut hoc erat quando mandauit fieri, aut quando opus executioni, fuit demandatum. Si primo modo dicunt quòd talia suffragia non prosunt quamuis sit in charitate eo tempore quo eius mandatũ adimpletur, nisi illud iterum fieri mandet, aut demandationem factam de nouo acceptet, quia opus illud secundum eos non est ipsius in gratia existentis nisi in quantum illud fieri mandet vel fieri acceptet in gratia, si vero erat in peccato mortali quando opus illud demãdatum fuit executioni, sed erat in charitate quãdo præcepit fieri, dicunt ꝙ prodest defunctis pro quibus fit, quia tale opus est maxime a præcipiẽte ratione illius actus voluntatis quam habuit quando illud fieri mandauit. Magis tamen prodessent suffragia si ministri etiam forent in charitate

ritate, quia tunc meritoria essent ex vtraq; parte. Si autem talis faciens suffragia non alieno sed proprio nomine hæc agat, vt principalis actor, dicunt quod non prodest defunctis, quia oratio peccatoris caret cælesti gratia, & Dei amicitia, ac spirituali vita, & peccatores Deus non exaudit. Ioannis. 9. Vnde Grego. in pastorali, ait. Dum is qui displicet ad interpellandum mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur, hæc ille. Sed Scotus in. 4. di. 45. & Franciscus de mayro. in tractatu de suffragijs ar. 5. tenent de directo oppositum dicentes quod a quibuscunque existentibus in peccato mortali fiant talia suffragia pro animabus defunctorum prosunt eis, quia licet sint mortua, tamen secundum omnes doctores bona facta in peccato mortali prosunt ad bona temporalia, & ad pœnas téporales euadendas ac mitigandas. Cum igitur pœnæ purgatorij sint temporales tantum, sequitur quòd talia opera valeant ad ipsas mitigandas & euadendas, hæc illi. Quorum dictum potest corroborari per illud quod ait beatus Tho. in 4. di. 45. ar. 2. q. 1. in solutione primi argumenti di. quod oratio & alia suffragia acceptantur a Deo magis pro mortuo quàm pro viuo, quia magis indiget mortuus cum non possit sibi auxiliari sicut potest viuus. Dicit tamen Franciscus de mayro. vt supra, quòd si bona sunt æqualia semper prosunt magis a meliori facta, quia sunt magis meritoria. Si autem sint inæqualia plus promereri possunt quo ad hoc etiam a deteriori, quia etiam mali homines temporalia possunt promereri. Auctor quoq; rationalis diuinorum vbi supra reprobat opinionem dicentium quod suffragia a malis facta nihil prosint defunctis, & ait sic postquam eorum argumenta recitauit. Verum cum pauci sine crimine viuant talis sententia quæ misericordiã, & tot suffragia defunctis adimit & viuorum charitatem ad illos refrigescere facit, est nimis dura, & ideo nõ sequenda videt. Si enim omnium quos conscientia culpæ arguit suffragia condemnamus, illi paucorum suffragijs iuuabuntur. Et ideo dicendum videtur quòd quamquam suffragia eius qui & si non in charitate tamen in fide est, illi qui in charitate decessit non prosunt ex merito vitæ agentis, supplet tamen meritum fidei, & charitas ecclesiæ talia dictantis, ac defuncti capacitas suscipientis, nec non & liberalitas Dei miserentis, qui secundum Ambrosium beneficia non reuocat, imo cumulo liberalitatis amplificat & sua liberalitate opus ab alio factum proinde reputat, ac si per illum pro quo fit factum esset. Nam secundum iura aliquo alieni debitum exoluente ipse debitor liberatur. Et si seruo legata sit libertas, si titio decem præstiterit quocunque illa decem præstante liber est. Sed & per eum qui capax est non est alteri legatum, & hæreditas acquiri potest, & secundum August. Quamquam in lapideo canali nil generetur tamen aqua inde transiens terram fecundat. Et Hier. inquit. Si quando viderit inter multa opera peccatorum quemquam facere aliqua quæ iusta sunt, non est tam iniustus Deus, vt propter multa mala paucorum bonorum obliuiscatur, hæc auctor rationalis diuinorum. Et ideo omnes non solum boni sed etiam scelerati peccatores debent pro defunctis orare, & ieiunare atque eleemosynas, & alia opera pietatis facere.

Opinio Scoti, & Fran. de May. circa hoc.

Secunda vtilitas dicitur meritationis, vnde sciendum est secundum Thom. in quarto. distinct. 45. vt etiam habetur in summa confes. libro tertio. titul. 34. quæst. 166. quòd faciens suffragia pro mortuis multum meretur, & possumus sic probare. Nam sicut tanto magis demeretur quis, & peccat, quanto maius damnum infert proximo. Ar. in. §. atrox. cum glo. insti. de iniur. & probatur in. l. aut facta. § quantitas. ff. de pœ & in l. pedius. §. primo. ff. de incen. rui. & nau. & in. l. 1. §. primo. ver. sed & qui. ff. de abigeis. Ergo quanto quis maiorem vtilitatem, & charitatem impendit proximo, tanto maius habet meritum, & maiorem consequitur gratiam diuinam, & gloriam æternam quæ acquiritur per opera charitatis, primæ ad Thi. 4 Cum ergo per suffragia liberentur animæ ab horribilissimo igne purgatorij, ergo qui illud faciunt maiorem eis gratiam, & charitatem impendunt, quam si illis viuis, & indigen-

2. Vtilitas quã consequuntur a mortuis ali quod bonũ facientes.

digentibus totum mundum largirentur darent enim mille mundos imo centum mille millia si tot haberent, vt possent ab illis cruciatibus liberari. Nam vt inquit Gregor. in quarto dialog. Sub eodem igne electus purgatur, & damnatus crematur. De quo igne inquit idem Gregor. vbi supra, quòd est corporeus, & materialis, vt etiam refert beatus Bonauent. in 4. distin. 21. artic. secundo. Et ideo naturaliter ex sua virtute non posset animas separatas cruciare, quia vt dicitur primo de gene. Omne corporeum agens agit per contactum, inter ignem autem & spiritum non potest esse contactus, quia vt quinto Phisic. dicitur. Illa se tangunt quorum vltima sunt simul, in spiritu autem non est assignare primum, vel medium aut finem, ergo in eum non potest ignis naturaliter agere, sed vt dicit Franciscus de may. in quodam sermone, & Ricard. in 4 distin. 44. agit in animas, & eas cruciat in quantum est instrumentum diuinæ iustitiæ. Ex quo apparet grauitas, & acerbitas ipsius purgatorij. Nam quanto agens est vigorosius, tanto actio est vigorosior. Deus autem est vigorosior agens, quam sit aliqua creatura. Et ideo illa actio quæ fit ab eo immediate, aut mediante aliqua creatura, vigorosior est. Et ideo cruciatus purgatorij ex parte agentis est vigorosissimus. Item ex parte patientis. Quanto enim natura patiens est nobilior, tanto ipsa passio est vigorosior. Vnde si nobilis, & delicatus patitur febre, vt duo, & rusticus vt tria, maior est passio primi quam secundi. Cum igitur in purgatorio patiantur animæ quæ omnibus corporibus nobiliores sunt. 24. quæst. 3. capit. si habes. & 22. q. 5. c. Ille qui sequitur verã esse sententiam August. in sermone de igne purgatorij dicens. Ignis ille asperior est quã quicquid in seculo pœnarum, aut videre, aut sentire, aut cogitare quis potest.

Distingue de cõtactu mat. & virtuali, & declarat ppositionẽ Ari. & hoc quod hic dicit.

2. Vtilitas quã consequuntur ã mortuis ab quod bono faciamus.

SI autem quæratur cuius ministerio pœna purgatorij infligatur? respondet Ricard. in 4. di. 2. ar. 2. q. 3. & sanctus Bonauen. eadem di ar. 1. q. 5. quòd non videtur conueniens nec verisimile quòd dæmones exerceant hoc ministerium. Nam non decet eum, qui iustè de aliquo triumphauit postea puniri per ipsum, & illi subijci post triumphum. Sed animæ quæ sunt in purgatorio iustitiæ adhærendo diabolum deuicerunt, & de eo triumphauerunt in hac vita, ergo non est rationabile quòd eius ministerio puniãtur. Iniustumque est quòd diabolus habeat super ipsas potestatem post hanc vitam. Præterea istam pœnam purgatorij sciunt dæmones indubitanter esse vtilem illis, qui ibi cruciantur, quia ad hoc puniuntur vt purgẽtur, & ad Deum introducantur, sed dæmones vtilitatem hominum non quærunt sed damnum, abhorrentque animarum liberationem, & purgationem, ergo talem punitionem non administrant sed fugiunt. Item alius est qui punit filium, & alius qui punit latronem. Nam filium punit dominus domus, & doctor, sed latronem punit commissarius, & tortor. Sed dæmones sunt tortores, & iusti sunt sicut filij, & ideo non est conueniens illos a dæmonibus puniri. Præterea vt August. inquit, si diabolus cognouisset patientiam Iob, & quòd de eius tentatione debebat proficere, nequaquam ipsum vexasset, ergo cum sciat certis signis ꝙ illæ animæ iustæ non sunt suæ, & quòd ex pœna sunt meliorandæ, non videtur ꝙ eas vllatenus vexet. Si aũt quæratur vtrũ hoc fiat ministerio bonorum Angelorũ? Respondet S. Bona. vbi supra, ꝙ nõ quia non est verisimile ꝙ ipsi tam grauiter affligant conciues suos. Cruciãtur ergo illi qui sunt in purgatorio nullo alio ministerio eos torquente, sed solum illa pœna vt instrumento diuinę iustitiæ ipsos cruciante. Et ideo existens in purgatorio inquit illud Iob. 19. Manus domini tetigit me. Ipsæ tamen animæ iustæ cum exeunt de corporis ergastulo per ministerium Angelorum deferuntur ad purgatorium, si habent aliquid purgandum, & finita purgatione educuntur ab eisdem & ad cęlum deferuntur, ita ꝙ ipsi Angeli boni sunt prædictarum animarum solummodo adiutores, & non tortores.

Cuius ministerio crucientur in purgatorio existentes, an Angelorũ, vel dæmonũ

ISte autem ignis purgatorij quantum sit terribilis habetur, de pœ di. 7. c. nullus. §. hic aũt. vbi dicitur, hic autem ignis

De terribilitate pœnæ purgatorij.

& si æternus non sit, miro tamen modo grauis est. Excedit enim omnem pœnā quam vnquam aliquis in hac vita passus sit. Nunquam in carne inuenta est tanta pœna etsi mirabilia passi sint martyres tormenta, hæc ibi. Et sunt verba Aug. in libro de pœnitentia, & eadem sententia quasi per omnia habeť 25. di. c. qui in aliud, & idem dicit. Magister sen. in 4. di. 21. & ibi S. Bona. ar. 1. q. 2. & b. Tho. in eadem di. ar. 1. q. 3. Et Franciscus de may. in tractatu de purgatorio. Ric. quoq; noster in 4. sen. di. 20. ar. 2. q. 1. dicit q̄ pœna causatur dupliciter. s. ex abundantia boni amati, & pœnitentia mali oditi. Et vtroq; istorum modorum pœna purgatorij est maior qualibet pœna temporali, declarando vt ibi & eadem di. q. ic. ait, q̄ parum de pęna quam homo voluntarie assumit in hoc mundo liberat eum a magna portione illius pœnæ quæ est in purgatorio. Algazel quoq; 5. libro Phi. c. 4. de pœna purgatorij, dicit q̄ est cruciatus ineffabilis. Vnde scri. Iaco. Episcopus Tusculanus q̄ quidam mortuus precibus cuiusdam sancti fuit ereptus de purgatorio ad agendam pœnitentiam in terris, Qui postmodum ita se affligebat q̄ in sepulchris habitabat, & in igne, ac niue, & glacie se inuoluebat. Vnde interrogatus cur hoc faceret, respondit Si lacus ante ecclesiam totius igneus esset, eligerem in eo esse vsq; ad diem iudicij, vt possem euadere pœnam purgatorij Item legitur de b. Greg. quòd postquam orauit pro Traiano apparuit ei Angelus, & ait. Quia pro damnato rogasti, duorum tibi datur optio. Aut in purgatorio duobus diebus cruciaberis, aut toto tempore vitæ tuæ fatigaberis doloribus, & infirmitatibus, quod ipse potius elegit q̄ duobus diebus in purgatorio cruciari. Legitur quoq; de quodam sancto viro q̄ cum esset infirmus ad mortem, propter quædam peccata, quæ adhuc non purgauerat dedit Deus hanc illi electionem, q̄ aut staret per horam in purgatorio, aut septem annis in hoc mundo cum magnis & continuis infirmitatibus Quo eligente purgatorium, cum ibi fuisset per spatium minimum cępit clamare ad Angelum qui eum detulerat. Tu non seruasti promissum, nam me dimisisti huc per

Exēplis grauitas pœnarum purgatorij ostenditur.

annū, quo dicente quòd non steterat nisi per mediū vnius Aue Maria, ille potius elegit reuerti ad corpus & stare septem annis in hoc mundo cum omnibus pęnis præsentibus, q̄ illic illud parum temporis quod residuū erat. O deuoti christiani si vos vultis, potestis faciliter liberare mortuos vestros a tantis tormētis. s. orationibus, eleemosynis, atq; ieiunijs, ac alijs suffragijs. Legitur enim in cronicis ordinis nostri, quòd quidā frater noster mortu⁹ apparuit beato Conrado de Offida eiusdē ordinis, & interrogatus ab eo quo staret, Respondit quòd erat in purgatorio, sed rogabat eum vt pro eo faceret aliquam orationem. Tunc b. Conradus dixit vnum pater noster pro anima eius. Quo dicto ille mortuus dixit. O pater charissime quantam consolationem dedit mihi oratio vestra, certe videť mihi quòd magnas pęnas mihi abstulerit, ita quòd sum valde alleuiatus. Tunc b. Conradus dixerit iterum centum pater noster ꝓ eo, quibus finitis dixit ille mortuus. Gratias vobis immensas ago pater venerande quia per orationes vestras sū liberatus ab omnibus pœnis purgatorij, & vado ad gloriam cęlestem, & his dictis ad cęlos ascendit. Legitur quoq; in eiusdem cronicis quod dum b. Frater Ioānes de Aluerna eiusdem ordinis in die mortuorum missam diceret ꝓ eis. Vidit quasi infinitas aīas de purgatorio exeuntes, & paradisum ascendentes tanquā scintillas de ardenti fornace exeuntes, & in aera transuolantes. O si possemus aures ad os purgatorij ponere audiremus profecto mortuos nostros clamantes in igne horribili, & dicentes. O q̄ terribilis est ista flāma, o q̄ crudele incendium, ò q̄ ardentissimus ignis. Quis nobis aliquod refrigeriū præstabit. Vt. n. inquit Greg. 4. dialo. Nō est differentia inter ignem purgatorij, & inferni, nisi quòd illi qui sunt in purgatorio habent spem aliquando exeundi inde, quam non habent damnati. Clamant ergo patres, & matres in purgatorio dicentes. O filij ingrati quibus bona nostra dimisimus, succurrite nobis. Clamant mariti, vxores vocantes, & dicentes. O vxores impiæ in quibus confidentiam habentes diuitias nostras vobis dimisimus, & dotes accreuimus atq; dominas nostrorum

bono-

bonorum vos relinquimus, subuenite miseris, & nos adiuuate vt exuamur ab his atrocissimis pœnis. Vbi est amor quem nobis ostendebatis? Heu nobis quia quilibet nostrum dicere põt cum Psal. Obliuioni datus sum tanq̃ mortuus a corde. Et de nobis prophetauit idem. Psal. di. Perijt memoria eorum cum sonitu. s. campanarum, & fletuum in morte, & sepelitione nostra. O igitur propinqui & affinitiones nostri. Si nos diligitis ostendite modo in tantis calamitatibus nostris. Clamant quoq; alij mortui dicentes. O commissarij nostri, o executores testamétorum nostrorũ, expedite fideliter quæ vobis commisimus. Audirent profecto singuli si possent ad purgatorium descendere mortuos suos plangentes & dicentes, illud Iob. 19. Clamat enim quilibet mortuus dicens. Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Primo dicunt miseremini, scilicet quo ad effectum, quia primæ Ioan. 3. dicitur. Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit ab eo viscera misericordiæ, quomodo charitas Dei manet in illo? Secundo addunt miseremini alia vice, scilicet quo ad effectum, quia dominus. Matth. 18. dicit. Nonne & te oportuit misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Tertio assignant huius compassionis rationẽ dicentes. Saltem vos amici nostri. Omni æterni tempore diligit qui amicus est. Prouer. 27. Et secũdum Philosophum. 9. Ethi. Proprium amici est alteri compati, & probatio dilectionis exhibitio est operis, vt inquit Greg. in homilia pascali. Vnde Montarius in luna celeri inquit Quisquis amat seruit. Habete ergo compassionẽ defunctis vestris, & benefacite pro eis, scriptum est em̃ Matth. 5. c. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentẽ. Ad quam &c.

FERIA SECVNDA POST DOMINICAM DE PASSIONE,

DE ELEEMOSYNA.

SERMO TERTIVS.

VIdit Deus opera eorum & misertus est populo suo: Ione. 3. & in epistola occurrentis feriæ. Inquit moralis Sene. ad Lucillum. Non potest quisquã beate degere qui se tantum intuetur, qui omnia ad vtilitates suas cõuertit, alteri viuas oportet, si vis viuere tibi. Et idem in li. de beata vita, ait. Vbicunq; homo est beneficio locus est, scdm n. Alex. de Ales, in 4 parte sũmæ, in tractatu de eleemosyna. q. 3. Et Ric. in 4. di 15. ar. 2. q. 1. & Tho. ibidẽ ar. 1. q. 3. Facere beneficiũ & eleemosynã pximo, est actus magnæ virtutis. Iõ Tuli⁹ in primo de officijs, inqt. Quicqd sine detrimẽto cõmodari põt, id tribuaĩ cuiq;, vel ignoto. Et Plato in Thimeo ait. Bonos viros decet cõmodo esse. Quid quoq; in li. 2. de Põto, inqt. Ouid. Regia crede mihi res est succurrere lapsis. Conueniens homini est hominem seruare voluptas. Quod sciẽs Christianissimus Imperator Iustinianus inquit; in. l. priuilegia. §. fi. C. de sac. san. ec. Humanitatis nostræ est egenis pspicere & dare operã vt pauperibus alimẽta nõ desint. Ait. n. Dauid. Psal. 40. Beatus vir q intelligit sup egenũ & pauperẽ. Et Thob. 12. dr. Bona est oẽo cũ ieiunio & eleemosyna. Et Eccle. 7. Facere eleemosynã ne despicias Et Isa 58. Frãge esurienti panẽ tuũ, & egenos vagosq; induc in domũ tuã. Cũ videris nudum operi eum, & carnem suam ne despexeris. ait enim. Hie. 86. di in c. qui clemẽtiam. Qui clementiam non habet nec indutus est viscera misericordiæ, quamuis spiritualis sit non adimplet legem Christi. Et in c. in singulis, eadem di. inquit Amb. Misericordiæ communis est vsus, ideo preceptum commune est, omnibus officijs, omnibus ętatibus necessaria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola, non vrbanus, diues & pauper oẽs in cõi admonenẽ, vt conferant nõ habẽti, hęc ille. De qua eleemosyna tractaturi tres considerationes faciemus. Prima dicẽ fructificationis. Secunda obligationis: Tertia conditionis.

Sermonis diuisio.

PARS PRIMA

de eleemosynę fructificatione.

SCiendum est secundum magistrum in 4 se. di. 15. & omnes Theo. ibidẽ & Alexan. de Ales, vbi supra, ꝙ tres sunt partes satisfactionis, videlicet oratio, ieiunium & eleemosyna. Maior autẽ & efficacior istarũ ad satisfaciendũ p peccatis nostris est eleemosyna vt inqt Ric. noster in 4. di. 15. ar. 2. q. 3. vbi hoc pbat p rationes. Et Petrus de Tha. ea. di. ar. 2. q. 1. Et b. Tho. ibidẽ ar. 1. q. 2. Arch. quoq; in c. nõ sufficit, de pę. di. 1. dicit ꝙ eleemosyna plus valet q̃ oẽo, & oẽo plusq̃ ieiuniũ. Et iõ prima fructificatio eleemosynę dr satisfactionis. Ea pp dicit saluator nr. Luc. 11. Date eleemosynã & ecce oia mũda sũt vobis. Et Thob. 4 dr. Eleemosyna ab oĩ peccato liberat. Vñ Dan. 4. inqt Daniel Nabucodonosor regi. Pc̃tã tua eleemosynis redime, & iniqtates tuas misericordijs pauperũ, trãsumptiue in c. quã obrẽ, & in. §. hẽ ergo secreta de pe. di. 1. Iõ Lact. in 6. diuinarũ institutionũ aduersus gẽtes. c. 12. inqt. Magna est miræ merces cui De⁹ pollicet oia se pc̃tã dimissurũ. Ea pp inqt Aug in sermone. 2. de ieiunio 40. Ieiunia nr̃a eleemosynarum pinguedo cõmẽdet, qa tale est ieiuniũ sine eleemosyna, qualis sine oleo ẽ lucerna. Nã sicut si lucerna sine oleo accẽdit fumigare potest lumen aũt habere non potest, ita ieiunium sine eleemosyna caruem quidẽ cruciat,

Eleemosyna efficacior est ad satisfaciẽdũ oratione, & iõ prima eius vtilitas dicitur fructificatio-nis.

ciat, sed charitatis lumine animam non illustrat. Petrus etiam Rauennas ait. Quod eleemosyna conuenit ieiunio, sicut oleũ lucernæ, & sicut sol diei, ac sicut anima corpori. Amb. quoq; in quodam sermone, vt habetur de pœ. di. 1. in. c. medicina, dicit. Medicina misericordiæ tollit magna peccata, habemus plura subsidia quibus peccata nostra redimimus. Pecuniam habes, redime peccata tua. Non venalis est domin⁹ sed tu ipse venalis es, & peccatis tuis venundatus, redime ergo te operibus tuis & pecunia tua, crimina.n. eleemosynis redimuntur. Sapiens etiam. Eccle. 3. inquit facienti eleemosynam. Sicut in sereno glacies soluentur peccata tua. Chriso. quoq; vt habetur in prædicta di. in c. medicamentum, inquit. Medicamentum fortius quod maxime in pœnitentia operatur est eleemosyna. Patent ista per ethimologiam eleemosynæ. Eleemosyna enim dicitur ab elis ꝙ est misereri, & Moysis ꝙ est aqua quasi aqua miserationum diluens peccata. Vel dicitur ab eli qđ est Deus, & Moysis ꝙ est aqua quasi aqua Dei extinguẽs peccata: Ideo scriptum est Eccle. 3. Ignem ardentem extinguit aqua & eleemosyna peccatum.

Eleemosynæ ethimologia.

2. Eleemosynæ vtilitas, seu fructificatio.

SEcunda fructificatio eleemosynæ dicitur gratiositatis. Facit enim hominem gratum Deo & hominibus. Vnde Eccle. 29. dicitur. Eleemosyna viri quasi sacculus cum eo & gratiam eius quasi pupillam conseruabit. Quantum enim habeat gratum dominus eleemosynas factas amore suo ostendit. Matth. 25. c. vbi dicit. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Vt autem dicitur in conformitatibus beati Francisci, Christus apparens ipsi beato Francisco ei reuelauit ꝙ illa verba principaliter intellexit de fratribus minoribus. Vnde tũc prophetauit de ordine fratrum minorum qñ dixit ꝙ in iudicio dicet electis. Amen dico vobis q̃diu fecistis vni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis, & ꝙ reprobis dicet. Amen dico vobis quãdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Per ista tñ verba etiam subsequenter intellexit de omnibus alijs religiosis & pauperibus. Vnde Hiero. ad Nepotianum ait. Mensam tuam pauperes & peregrini si nouerint, & tu cum illis Christum conuiuam noueris. Ideo inquit Aug super Psa. 123. Cum damus eleemosynam pauperi non damus quasi de nostro, sed tanquam de dono Christi, nec dare debemus quasi mendico, sed tanq̃ patri. Quod autẽ hæc sint vera, patet per exemplũ sancti Martini, qui dum pauperi nudo partem clamidis suæ dedisset, nocte sequẽti vidit Christum illa vestitum, audiuitq; eum dicentem magnæ multitudini Angelorum quę eum circundabat. Martinus adhuc cathecuminus hac me veste contexit, similiter legitur in cronicis ordinis nostri ꝙ dum beatus Franciscus adhuc secularis existẽs cuidam pauperi militi vestem nouã, quã in dorso habebat dedisset, nocte sequenti Christus pulcherrimum palatium ei ostendit plenum armis fulgentibus, crucis signaculo insignitis di. Hęc omnia tua erunt militumq; tuorum. i. tuorũ fratrũ. Legitur quoq; in legenda Ioãnis eleemosynarij, ꝙ dum quadã die quidam nomine Petrus optimis vestimentis indutus peregrino cuidam naufrago & nudo vestimentum suum dedisset, ille accipiens illud, statim vendidit. Quapp Petrus de hoc tristitiã habuit di. Nõ sui dignus vt memoriã mei haberet egenus. Et ecce dũ dormiret, vidit quẽdã fulgentẽ super solẽ habentẽ indutum vestimentum qđ ille tradiderat egeno, q dixit ei. Quid contristaris Petre? cognoscisne vestimentum istud? Cũ ergo ille rñderet ꝙ bene cognoscebat. Rñdit Christus. Ego illo vestior ex quo dedisti pauperi amore meo. Legitur quoq; ꝙ quadã vice Christus apparuit b. Greg. in specie peregrini petens sibi dari sex argenteos, quos & accepit. Qui & eadẽ die iterũ rediẽs, scutellã vnã argenteã valde gratã b. Greg. petijt, quã b. Greg. amore Christi illi dedit, postea vero apparuit Christus b. Grego. di. Ego erã paup ille cui scutellã argenteã dedisti. Recitat etiã Petrus Damianus ꝙ Abbas quidã fecerat emi vnã lampredã viginti nummis parisiensibus, quæ cũ esset cocta, & illi apposita ad mẽsam, ecce pauper ad ianuam venit petens sibi dari pro eleemosyna illud ꝙ abbati appositũ erat. Abbas ergo pietate motus misit ei totum piscẽ integrum. Ecce mirabile dictu. Illico pauper cum paropside plena pisce in subli

Eleemosyna efficaciter est ad satisfactionem, & à prima vtilitas dicitur fructificatio.

Ex'plis ostẽditur quod pauperibus datũ Christo largitũ est.

sublime se extulit & cælum cunctis viden tibus penetrauit. Multotiens quoq; legitur Christus apparuisse in forma peregrini, aut leprosi, & in domo deuotorum suorum hospitatus, vt cognoscant fideles se recipere Christum in pauperibus. Ideo Petrus Rauennates in quodam sermone ait. In regno cœli coram omnibus Angelis in couentu resurgentium, quòd Abel passus sit, ꝙ Noe mūdum saluauit, ꝙ Abraham fidem custodiuit, ꝙ Moyses legem tulit, quòd Petrus crucē ascēdit, dominus tacet, & clamat quòd pauper comedit.

3. Eleemosynæ vtilitas, seu fructificatio.

Tertia fructificatio dicitur multiplicationis, scilicet bonorum inquit enim saluator. Luc. 6. Date & dabitur vobis, & Matth. 19. Centuplum accipietis & vitā æternam possidebitis, & Prouer. 11. ait Salomon. Alij diuidunt propria, & diuites fiunt, alij rapiunt aliena & semper in egestate sunt. Ideo eiusdem libri. 19. c. idem ait. Feneratur dominus qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei, & Prouer. 28. Qui dat pauperi non indigebit, qui autem despicit deprecantem sustinebit penuriam. Sit ergo hæc verissima conclusio quòd homini pietatis operibus dedito non deerunt ad vitam præsentem necessaria, & postea vitam consequetur æternam. Quod patuit in illo gentili de quo legitur in viridario orationis, quòd cum fuisset a quodam Episcopo baptizatus, audiens ab eo prædicari illud euangelij. Centuplum accipietis &c. dedit ei trecentos ducatos faciens sibi fieri ab Episcopo scripturam manu ipsius factam, quòd ꝑ illis ducatis dandis pauperibus amore Dei, redderentur ei centies totidem in vita æterna. Vnde ad mortem veniens iussit in manu sua poni illam scripturam cum poneretur in monumento. Sed post aliquis dies apparuit Episcopo di. se recipisse promissum & multo plus. Vnde Episcopus cum filijs illius fecit aperiri sepulchrū eius, & inuenit illā scripturam manu ꝓpria dicti mortui recenter subscriptā, in qua protestabatᷣ prædicta. Ista etiā fructificatio patet dicto Psa. qui ait. Nūq̄ vidi iustū derelictū, nec semē eius q̄rens panē. Patet quoq; ꝑ exēplū qd̄ recitat Petrus Damianus di. ꝙ fuit quidā paterfamilias magnas faciens eleemosynas. Cū aūt semel tantū haberet vnū nummū de quo emere velet aliquid ad comedendū cū pane intēdebat, venit pauper eleemosynā postulās. Cui ille dictū nummū dedit. Cū ergo prandere cepisset, & solū panē ad comedendū haberet, ecce vir quidam ignotus festinus venit, & viginti solidos in manu eius posuit di. Dn̄s meus eos misit vobis, & statim discessit, & amplius non fuit visus in illis partibus.

Homini pietati dedito nō desunt temporalia, & postea etiā vitam æternā cōsequitur, exēplis quibusdā ostenditur.

Exemplum.

Aliud exemplum.

Legitur quoq; ꝙ quidā Ep̄s valde misericors & pius dum semel sitiret, sibi vinum afferri præcepit. Cūq; pincerna totū illud quod erat in vasculo hausisset & potum Ep̄o detulisset, ecce subito pauper vnus illud sibi dari postulauit amore Dei. Ep̄s itaq; præcepit vinū illi dari. Et cum postea Ep̄s amplius sitiret q̄ antea, iussit iterum in vas vinarium inspici si aliquid forte superesset, & repertum est plenum vino. At contra de illis qui nolūt facere eleemosynā timore ne eis deficiat.

Exēplū de quodā nolente eleemosynas facere.

Legiᷣ exēplū de quodā hortulano solitario bonæ vitæ, qui totū laborē suum in pios vsus conuertebat vix sibi victum retinens. Quod videns humani generis inimicus, inuidens bonis operibus illius, ipsum tentare cepit dicens in corde illius. Congrega in iuuentute vt possis prouidere tibi in senectute, & infirmitatibus. Cui ille consensit, & magnā quantitatem pecuniæ collegit, & ab operibus misericordiæ cessauit. Contingit aūt Deo permittente vt putresceret pes eius, cōsumptisq; nummis suis in medicis, & medicinis, liberari non valuit, sed cuiusdā boni medici consilio, vt viuere posset, pedē abscidi fecit. Eadem vero nocte cum ad se reuersus fleret, affuit ei Angelus di. Vbi sunt nummi quos collegisti, in q̄bus posueras spē tuā ꝙ te adiuuarent in senectute & infirmitate? Et ille inquit. Peccaui, & si potero laborabo, nec aliquid cōgregabo de cetero. Tunc Angelus videns ipsum pœnitere de auaritia tetigit pedē eius, & sanatus est. Medicus aut mane ad ipsum rediens, inuenit eum in agro operantem, & Deum laudantem. Aliud miraculum ꝙ multipliciter bona tam temporalia q̄ æterna facientibus eleemosynam. Legitur videlicet ꝙ vnus Archiepiscopus & quidam Episcopus simul pergebant

Aliud miraculū ostēdēs bona tā temporalia quā æterna

Multiplicari eleemosynã facientibus.

gebant ad quoddam consilium. Accidit aũt quodã sero eos hospitari in vno pauperę hospitali, hospitalarius aũt petiuit eleemosynam ab Archiepõ amore Dei pro loco suo releuando, qui decem libras dedit ei pro eleemosyna, quod videns ille petiuit etiam ab Episcopo vt sibi prouideret in aliquo. Episcopus vero plus præ verecundia Archiepiscopi, & aliorum quam pietate motus, tristis & dolens dedit illi quinq; libras. Cumque mane pariter ad ciuitatem venissent, & vnusquisq; per se hospitium acciperet. Archiepiscopus pro quodã negotio misit quendam suum clientem Episcopo, q inuenit illum tristitia plenũ. Cuius causam cum quæreret a familia, didicit illum tantum tristari propter pecuniam quam dederat hospitali. Archiepiscopus autem audiens hoc fecit eũm ad se vocari rogans, vt acceptis quinq; libris venderet & concederet sibi meritum eleemosynæ quam dederat hospitali. Quod mi ser fecit, & pecuniam recepit. Nocte autem sequenti ille Episcopus vidit in somnis quendam Angelum ducentem ipsum in quendam locum pulcherrimũ in quo erant omnia quæ in corde hominis possunt desiderari. Vbi inter alia vidit qđdam palatium pulcherrimum & magnũ in cuius anteriori parte erat titulus sic scriptus, nominando ipsum Episcopum, hoc palatium est talis Episcopi qui pecuniam dedit hospitali. Quem titulum antequam recederet vidit ab Angelis abradi & sic scribi, hoc palatium est talis Archiepiscopi qui ipsum emit ab Episcopo tali. Videns vero Episcopus, nomen suũ Abradi, & subscribi nomen Archiepiscopi vehementer doluit ꝙ tale palatiũ sic vendendo perdidit. Et in his excitatus, statim sine mora ad Archiepiscopum iuit, & ei qđ viderat iudicauit. Et sic venditionẽ quã fecerat ꝓcibus multis recuperauit. Recitat quoq; b. Greg. in li. dialo. ꝙ quidã raptus fuit in spiritu & vidit in paradiso ex lateribus aureis edificari pulchrũ palatiũ die Sabbati. Et audiuit vocẽ dicentẽ sibi, hæc domus est talis operarij, qui qcquid ꝑ totã septimanam acquirit pauperibus erogat. Oẽs.n. eleemosynæ, q̃ fiunt ex charitate scribunẽ in cœlo litteris aureis & etiã nomina eas fa

cientiũ ab Angelis corã Deo recitanẽ vñ Thob. 12. dixit Angelus. Qñ orabas cũ lachrymis & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam domino.

4. Eleemosynæ vtilitas, seu fructificatio.

QVarta vtilitas eleemosynæ dr̃ liberationis, liberat.n. ab oĩ malo tã temporali q̃ æterno, vñ Dauid Psal. 40. de faciente eleemosynã inquit. In die mala liberabit eũ dñs, & Prouer. 21. ait Salomõ. Munus absconditũ extinguit iras, & donũ in sinu indignationẽ maximã. Appellatur aũt eleemosyna munus absconditum quia a laude humana debet abscondi, qđ quidem munus cum Deo offerimus, eius contra nos iram mitigamus. Vnde Thob. 4. dr̃. Eleemosyna a morte æterna liberat. Quapropter in die iudicij vos defensabit & aduocata nostra erit, dicẽte Dauid Psal. 111. Iocundus homo qui miseretur, & cõmodat, disponet sermones suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur, & Thobiæ. 4. dr̃. Eleemosyna non permittit ire in tenebras. s. inferni ideo. Eccle. 29. dicit sapiens. Conclude eleemosynã in sinu pauperis & orabit pro te, & liberabit te ab omni malo, patent ista per exempla. Legit.n. in cronicis ordinis nostri ꝙ quidam frater minor eleemosynã ab vna muliere petijt quæ illi prandium obtulit, & amore Dei dedit. Erat autem huic mulieri filia quę parisma domus in cista extra portabat vt de altissima ripa deijceret. Cum vero ad ripam venisset non aduertens vbi pedes poneret, cũ cista etiam ipsa de ripa in profundum cecidit tota laceranda etiã si vt sic dixerim ferrea fuisset. Et ecce in medio casu statu sibi apparuit frater ille mane illo a matre eius cibatus, qui cadentem filiã appræhẽdens eã illesam in terra posuit. Sicq; sana domum reuersa matri retulit quanta magnalia eleemosynæ virtute Deus sibi fecisset, & quomodo eam ab horribili morte liberasset. Legitur quoq; in legenda Ioannis eleemosynarij ꝙ quidam nomine Petrus valde diues sed durus pauperibus in tantum habebat eos exosos ꝙ ad domum suam accedentes cum indignatione maxima repellebat. Quadam autẽ die cum pauperes simul loquerentur de duritia istius, vnus ex eis dixit. Ego vobiscũ facio pactũ, ꝙ hodie ab ipso recipiã eleemosynam. Facto aũt pacto & pigno-

Aliud exemplum.

Exemplũ dicitur eleemosynas liberare a pœnis temporalibus, & æternis.

Aliud exemplum.

re posito, pauper ad domum illius iuit & eleemosynam petiuit. Quem cum Petrus videret præ foribus stantem, circa se aspiciens cum lapidem inuenire non posset, panem vnum siliginis factũ pro canibus accepit in manibus & cum furore & indignatione proiecit pauperi, pauper vero illum accepit, & pro eleemosyna se accepisse ab eo socijs retulit. Post duos autẽ dies infirmatus est Petrus ad mortem & vidit se duci coram iudice, deinde venire quosdam Ethiopes portantes omnia mala quæ fecerat in scriptis & ponentes in statera, ex altera autẽ parte erant duo viri dealbati tristes, dicentes nihil se habere quòd ibi ponerent nisi vnũ panem siliginis quem dederat pauperi licet coactus & cum indignatione, quem posuerunt super stateram. Et cum non esset facta æqualitas Angeli dixerunt ei. Adauge aliquid ad siliginẽ hãc, alioquin Ethiopes te appræhendent. Quibus dictis reuersus est spiritus eius in eo & sanatus ab infirmitate dixit. Si vna siligo quam furore iactaui tantũ profuit q damnatus non fui, quanto magis ꝓderit facere multas eleemosynas? Quapropter mutatus in alterum virũ eleemosynarius factus est magnus Non solum autem liberant eleemosynæ facientes a malis, sed etiam eos pro quibus fiunt, vnde legitur in eadem legenda Ioannis eleemosynarij q cũ quidam captus fuisset ab hostibus simul cum multis alijs, tandẽ aliqui ex concaptiuis suis ad patriam illius reuertentes, dixerunt ipsum esse mortuum, quia similem sibi sepeliri viderant, & illum esse putabant. Parentes ergo illius singulis annis quasi pro mortuo eleemosynas faciebãt, post quattuor autem annos ille redijt, & cum cognouisset ea quæ pro eo facta fuerant dixit se illo tempore quo eleemosynæ fiebant a quodam candidato solutũ fuisse a vinculis ferreis quibus erat ligatus, & tota die libere ambulasse. Et sic fiebat singulis annis in die eleemosynarum.

Eleemosynæ liberant a malis eos pro quibus fiunt, quod exẽplis ostẽditur.

Aliud exemplum.

Legitur quoq; q quędã bona dña quę credebat virũ suum defunctum, quia cum foderet aurum sub rupe quadã quæ super eum ceciderat videbatur impossibile eum esse viuũ, quotidie pro aĩa eius offerebat sacerdoti vnum panem, & vnã candelã missæ apponebat. Qui postea trãsito multo tempore viuus repertus est, & dixit q omni die cum esset oppressus lapidibus in illa cauerna obscurissima pa nem illum recipiebat ad manducandum, & candelam accensam cum qua videbat. Legitur quoq; aliud exemplum quo patet valere defunctis eleemosynas ad liberationem pœnarum. Nam cum quidam miles tempore Caroli magni. bellum intrare deberet rogauit cognatum suum, vt si in bello moreretur equum suum venderet & precium pauperibus daret. Quo mortuo equus illi placuit, & ipsum pro se retinuit, & postmodum grauiter infirmatus, equum vendi fecit, & pauperibus precium distribui, quod non fecisset si viuere credidisset, hoc facto ille defunctus tanquã sol fulgens apparuit cognato suo infirmo di. Cognate tu me per octo dies fecisti pęnas purgatorij pati ꝓpter equum, cuius precium sicut dixerã pauperibus non dedisti, sed non feres impune, quia animam tuam portabunt dęmones in infernum. Vnde sequenti nocte venerunt quidam dęmones sicut corui nigerrimi, & sustulerunt eum in aere clamantes sicut leones, lupi, & vrsi, & postea illum dimiserunt cadere, & sic miser expirauit, & perdidit animam propter eleemosynam quam dare noluerat.

Aliud exemplum.

Reuertendo ergo ad propositũ, si vultis liberari ab omnibus periculis habete curam pauperum. Sicut.n. habens bonum factorem studet eum longo tẽpore retinere, & eũ tuet, & defendit quantum põt, ita Deus facientes eleemosynas pauperibus, qui in hac distributione sunt ei factores longo facit viuere tempore, & vitam illis prolungat, & ab aduersitatibus & malis defendit. Et ideo dicit Thobiæ. 4. Noli auertere faciem tuam ab vllo pau pere, ita.n. fiet vt non auertatur a te facies dñi. Ex quo datur intelligi q Deus habet specialem curam facientium eleemosynas, eleemosyna.n. aduocat pauperes vt patronos coram Deo. Vnde Bernardus ait. Pauperes non sunt contemnendi, vt egeni sed exorandi vt patroni. Eleemosyna quoq; est armatura fortis ad defendẽdum nos cõtra diabolum, & alios hostes. Vnde Eccle. 29. dr. Eleemosyna sup scutũ potentis & lanceã impugnabit ꝓ te inimicos tuos. Iõ Hiero. in quadã epist. ait.

Exortatio ad faciendũ eleemosynã

Non

Nō memini me mala morte vidisse mortuum qui misericordem duxerit vitam. Et August. ad heremitas inquit. Fratres mei charissimi nunquam recordor me legisse mala morte perijsse illum qui libenter in hac vita opera pietatis, & charitatis voluit exercere, hæc ille. Et ratio huius est quia misericordia hominem semper associat, & egredientem animam de corpore comitatur. Vnde Ambro. inquit. Non sunt hominis opes quas secum ferre non potest, sola misericordia comes est defunctorum. At contra de illo qui est crudelis pauperibus psalmographus canit. Dispereat de terra memoria eius pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam. Scriptum est enim Iacobi 2. Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Patuit hoc per exemplum quòd retulit mihi quidam socius meus prædicator. Nam adhuc non sunt viginti anni quòd quidam nobilis valde diues in ciuitate Mediolani infirmatus ad mortem, visitatus fuit a prædicto socio meo. Qui cum hortaretur eum ad confessionem & pœnitentiam, ille desperatus dicebat. Non possum confiteri, quia sum damnatus. Cum ergo longo tempore ei prædicasset de misericordia Dei, ille semper dicebat, sum damnatus. Tandem ille socius meus quæsiuit causam suæ damnationis ab eo. Qui respondit. Quia fui durus pauperibus. Ideo durus est mihi Deus. Et quia non habui misericordiam ad pauperes, ideo non possum misericordiam a Deo impetrare, & sic desperatus mortuus est. Aliud quoque terribile exemplum accidit in prouincia terræ laboris, vbi quidam diues, sed erga pauperes impius cum esset mortuus, & solemniter ad ecclesiam deportatus atque sepeliri deberet. Ecce canis terribilis nigerrimus aduenit, & ad cadauer appropinquans mox illud ac si frustum panis dilaniando deuorauit quo facto disparuit, nec corpus, nec canis amplius visi sunt. In Cronicis etiam ordinis nostri, legitur quod in Anglia inter Landoniam, & Oxoniam erat hospitale celeberrimum in quo prior hospitalis cum quatuor socijs erat. Sero autem ibi applicuerunt tres pauperes fratres a sancto Francisco missi in Angliam ad prædicandum, & hospitium petierunt, sed per illum priorem sine misericordia repulsi sunt. Iuuenis autem quidam ex socijs prioris hoc videns misericordia commotus est, & clam portinario dixit. Cum prior ierit dormitum introduc eos in domum fenariam, & ego de reliquis prouidebo, quod & factum est. Stantibus igitur fratribus super fenum, iuuenis ille panem & aquam portauit, & se eorum orationibus commendauit, ac in lectum suum intrauit. In primo autem somno hanc habuit visionem, Vidit namque Christum in throno terribili ad iudicium cunctos euocantem, & singulariter audiuit citari rectores illius hospitalis. Cumque adducti fuissent omnes, vidit quendam pauperem in habitu illorum fratrum ante iudicem conquerentem & dicentem. Iustissime iudex clamabat ad te sanguis fratrum meorum, qui ista nocte per istos rectores in tanta necessitate hospitium petentes sine cibo, & potu repulsi sunt. Cum tamen ipsi fratres pro amore tuo cuncta reliquerint & huc venerint vt animas tuo sanguine precioso redemptas ad te conuertant, & isti seruis tuis negauerunt quæ ioculatoribus, canibus, & accipitribus tribuunt. Tunc Christus terribili vultu rectores illos respiciens ait. O bonorum meorum infideles dispensatores, & dissipatores, sic dispensatis res vobis per me commissas? Et illis obmutescentibus præcepit iudex vt suspenderentur omnes, quod & factum est. Iuuenis autem ille hoc videns ad pauperem illum coram iudice conquerentem qui erat sanctus Franciscus abijt dicens. O pater roga pro me obsecro, ego enim feci quod potui fratribus tuis, & mihi displicuit seueritas, & impietas istorum sociorum meorum. Cui dixit beatus Franciscus. Ne timeas fili. Ego enim te in meum fratrem recipio ex nunc, & cœpit illum amplexari. In cuius amplexu iuuenis ille excitatus est, & totus territus ex tali visione ad prioris camerā cucurrit, vt hęc illi nūciaret, & intrans cameram, illum reperit deforma-

Exemplū ostēditur quā abfit nō facere elemosynam.

Aliud exemplum.

Aliud exemplum terribile.

tet

ter suffocatum, & mortuum. Quo magis territus ad alios socios properauit, & ipsos similiter reperit strangulatos, quod videns veritatem visionis iudiciarie cognouit, & fratrum pedibus obuolutus frater minor effectus est, & sancte perseuerauit in ordine. Cum autem fama tantæ rei diuulgara esset, multi magni viri, & nonnulli episcopi ordinem intrauerunt. Ex quo prodigio patent duo, primo seueritas Dei contra non facientes misericordiam pauperibus, & secundo eius benignitas erga misericordes respectu illius iuuenis fratribus subuenientis. O igitur sancta eleemosyna quanta est potentia tua, profecto tu es illa quæ omnia nobis bona impetras, tu es illa quæ placas Deum vt non mittat nobis flagella quæ pro peccatis nostris meremur vnde. Eccle. 3. dicitur Eleemosyna pauperis non erit in obliuione. Nam pro ea restituetur tibi bonum, & iustitia edificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur. Quinta fructificatio eleemosynæ dicitur impetrationis. Facit enim orationes nostras exaudiri. Vnde glo. super illud psalmus. Iudica me Deus, in fine ait. Si orationem tuam vis volare ad Deum fac duas alias sibi, ieiunium & eleemosynam ideo Esaiæ 58. dicitur Frange esurienti panem tuum &c. sequitur. Tunc inuocabis & ipse exaudiet te, clamabis, & dicet adsum. Facit quoque nobis gratias diuinas impetrare & benedictionem. vnde Prouer. 22. scriptum est. Qui pronus est ad misericordiam benedicetur. Dicit enim Deus pauperi illud. Ruth. 2. Sit benedictus qui misertus est tui.

5. Fructus eleemosynæ.

Sexta fructificatio eleemosynę dicitur illuminationis. Illuminantur enim homines a Deo propter eleemosynas. Patuit de Cornelio centurione Actuum. 10. qui cum esset gentilis, quia operibus misericordiæ & eleemosynis insistebat, misit Deus angelum ad ipsum, qui dixit ei. Deus misit me ad te vt annunciem tibi quòd eleemosynæ tuæ ascenderunt in conspectu eius. Vade ergo ad Simonem Petrum, & dicet tibi quid te oporteat facere. Et sic mediante eleemosyna illuminatus fuit in fide & saluatus. De qua illuminatione fit mentio in cap. deinde circa finem 26. di. De hoc etiam habetur aliud exemplum quod legitur in miraculi virginis Mariæ, valet quòd quædam mulier Christiana deuota ipsius virginis habebat virum paganum, qui habens quosdam denarios dixit vxori suę. Bonum esset quòd nos daremus hos denarios ad vsuram vt aliquid lucraremur pro vita nostra. Cui respondit vxor. Rogo te vt concedas hos denarios deo Christianorum, & ipse reddet tibi centum pro vno. Cui ille dixit. Et vbi inueniam istum Deum Christianorum? Respondit illa. Vade ad ecclesiam Christianorum, & omnibus pauperibus qui amore Christi, & matris suæ petent eleemosynam concede istos denarios. Ipse autem deus noster restituet illos nobis quando necessitatem habebimus. Quod audiens prædictus gentilis omnes denarios pauperibus eroga uit. Cum autem indigeret post aliquos dies, dixit vxori suę. Vellem quòd iste Deus Christianorum nobis redderet aliquam partem pecuniæ sibi concessę. Et illa respondit. Vade ad ecclesiam & ibi inuenies aliquid. Cum autem intrasset ecclesiam stati inuenit denarium argenteum, & magna cum letitia portauit vxori. Illa autē dixit Sufficit hoc denarius pro nunc, vade ergo & eme nobis necessaria. Perrexit igitur hoc emit piscem in cuius corpore inuenit lapidem preciosum, quem de consilio vxoris portans artificibus gemmarijs vendidit eis pro ducētis siue trecentis aureis. Tunc dixit illi vxor eius. Ita remunerat Deus noster illos qui faciunt eleemosynas amore suo. Respondit autem ille. Vere bonus & pius est Deus iste & mater sua plena est misericordiæ, & ideo volo effici Christianus. Et sic illuminatus in fide in eleemosynis faciendis perseuerauit.

6. Eleemosynæ utilitas seu fructificatio.

Exēplu quod dicitur quõ p eleemosynã illuminamur.

Septima fructificatio eleemosynæ dicitur præmiationis. Magnam enim remunerationem & gloriam recipiemus in regno cœlorum pro eleemosynis scriptum est enim Eccle. 16. Misericordia facit locum vnicuique secundum meritũ operum suorum. Quadrupliciter autem Deus

7. Eleemosynæ utilitas.

Quadrupl.

Quia Deus faciētē elemosynas remunerat.

Deus remunerat facientem eleemosynā. Nam ei qui per amore suo dat bona temporalia pauperi, ipse dat bona temporalia ad sustentationem. Corporalia ad consolationem, & spiritualia ad iustificationem, ac cœlestia ad glorificationem vnde. Es. 58. dicitur Frange esurieti panem tuum &c. & sequitur, & sanitas tua citius orietur, quod refertur ad bona corporalia, & ante faciem tuam ibit iustitia tua, quod refertur ad bona spiritua lia. Et gloria domini colliget te, quod refertur ad bona cœlestia. Et eris quasi hortus irriguus cuius non deficiēt aquę, quod refertur ad bona temporalia quę sic a Deo eleemosynarum largitione continuantur vt nunquam deficiant. Ideo inquit Aug. in tractatu de oratione & misericordia. Misericordia tantum efficaciæ obtinet, vt auctorem suum sine præmio esse non patiatur. Scriptum est enim Eccle. 12 benefac iusto, & inuenies retributionem magnam & si non ab ipso, certe a Deo. Nec mirū si Deus tātum honorat faciētes Elemosynas cū ipse ab eis honoretur dicente Salomone Prouer. 14. Honorat Dominum qui miseretur pauperis. O sancta elemosyna, tu es illa quæ valde placet Deo. vnde Prou. 21. dicitur. Facere misericordiam magis placet Deo quàm victimæ. & Oseæ 6. inquit Dominus. Misericordiam volo & non sacrificium, transumptiue de pe. di. 1. c. libenter. & 50. di c. pōderet. propterea inquit propheta Miche. 6. Indicabo tibi homo quid sit bonum & quid Dominus requirat a te, vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiam. De qua misericordia in quit Tullius in oratione facta pro laude Cæsaris, vt recitat Augu. lib. 9. de ciuit. Dei. c. 9. & ad Amantium. c. 10. Nulla de virtutibus plurimis grarior, aut admirabilior est misericordia. Homines enim ad Deos nulla re propius accedunt, quā salutem hominibus dando. Iccirco inquit Saluator Luc. 6. Estote misericordes sicut & pater vester cœlestis misericors est, transumptiue in 5. ex his. 23. q. 5. Beati enim misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur Matth. 5. Facite ergo vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in ęterna tabernacula Luc. 16 Scriptum est enim 1. ad Thi. 4. Pietas ad omnia videlicet promissionem habens vitæ quę nunc est & futuræ.

PARS SECVNDA. De obligarione elemosynæ.

SECVNDO in isto sermone vt videamus qualiter teneamur facere elemosynam, sciendum est prius secundum Alex. de Ales. in 4. parte sum. in tractatu de elemosyna. q. 4. & B. Tho. 2. 2. q. 32. quòd septem sunt opera misericordiæ corporalia, & septem spiritualia, corporalia continentur in hoc versu. Visito, poto, cibo, redīo tego, colligo, cōmodo. de primo opere scriptum est Ecclesia. 7. Non te pigeat visitare infirmum. ex hoc enim in dilectione firmaberis. Et Iac. 5. Religio munda & immaculata apud deū & patrem hęc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Vnde vt dicitur in vitis patrum, frater quidam interrogauit quendam senem di. Duo fratres sunt quorum vnus ieiunat sex diebus in hebdomada multū laborans. Alius vero p̄fuit ęgrotātibus cuius opus magis acceptum est Deo? Respondit senex. Si frater ille qui sex diebus laborans ieiunat, appendat se per pedes non potest esse æqualis illi, qui infirmantibus deseruit. Secunda eleemosyna est potare sitientem, iuxta illud Prouer. 25. & ad Ro. 12. Qui sitit potum da illi. Et de hac saluator. Matth. 10. ait. Qui potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam. Tertia eleemosyna est cibare esurientem. Et de hac. Thob. 4. dicitur. Panem tuum cum egenis & esurientibus comede. Talibus enim pascentibus pauperes dicet Christus in die iudicij illud Matth. 25. Esuriui & dedistis mihi manducare. Quarta eleemosyna est redimere captiuos soluendo pro eis debita ipsorum, vt verificetur illud ad Hebre. 10. Nam & vinctis compassi estis. Item defendendo impotentes & pauperes ab opprimētibus eos. Et de hac. Eccle. 4. Scriptum est. Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi. Quinta est vestire nudum de

De operibus misericordiæ corporalis.

de qua Luc. 3. dicitur Qui habet duas tunicas det vnam non habenti. Sexta est colligere hospites, de qua dicitur Esa. 58. Egenos vagosq; induc in domum tuam. Et de hac misericordia comēdatur Abraham. vnde vt habetur. Gen. 18. recepit in domo sua Angelos, imo ipsum Dominum, cum putaret se recipere peregrinos.

Leprosus Christus reperitur. LEgitur quoq; in vitis patrum quòd quidā Martinus nomine monachus valde honorabilis in suo monasterio, vi stationis gratia ad aliud monasterium pergebat. In via autem leprosum quendam reperit, volentem ad suum hospitium redire, sed præ lassitudine non valentem. Vir autem Dei eiusdem leprosi lassitudinem miseratus, palium quo vestiebatur in terra protinus proiecit & expandit, ac desuper leprosum posuit, eumq; suo palio vndiq; constrictum super humerum leuauit, secumque reuertens detulit. Cumque iam monasterij foribus appropinquaret, Abbas eiusdem monasterij magnis vocibus clamare cepit. Currite fratres & ianuas monasterij citius aperite, quia frater Martinus venit portās Dominum Iesum Christum. Statim verò vt Martinus ad monasterij portam peruenit is qui leprosus esse putabatur de collo eius exiliens, & in ea specie apparens qua recognoscitur ab hominibus solet Saluator noster ad Cœlum aspiciente Martino redijr, eiq; ascēdens dixit. Martine tu non erubuisti me super terram, & ego te non erubescam super Cœlos. Cum autem prædictus sanctus vir monasterium ingressus esset dixit illi Abbas. Frater Martine vbi est ille quem portabas? Cui ille respondens dixit. Ego si sciuissem quis erat tenuissem pedes eius. Et narrabat quod dum eum portabat nullum pondus sentiebat. De hoc etiam laudantur illi duo discipuli Christi euntes in Emaus qui eum coegerunt ad hospitandum secum credenres ipsum esse peregrinum. Vnde meruerunt eum cognoscere in fractione panis, vt habetur Luc. 24. Hospitalitatis autem virtus maxime commendatur in c. 1. 42. di. Septima elemosyna est mortuos sepelire De qua laudatur Thobias. eius 1. c. vbi dicitur. Mortuis atq; occisis sepulturam solicitus exhibebat. Ad has septem elemosynas reducuntur omnes subuentiones corporales quæ possunt fieri proximo, vt inquit B. Th. vbi supra.

De operibus misericordiæ spiritualis. SVnt autem aliæ septem elemosynæ spirituales quæ continentur in hoc versu Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora. Et istæ elemosynæ spirituales sunt digniores corporalibus. Vt inquit Alex. de Ales. vbi supra. Et sub prima di ctione. s. consule, comprehenduntur duæ elemosynæ videlicet docere ignorantem, & consulere dubitantem. De quibus dicitur Iaco. vlt. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit a veritate, & conuerterit quis eum, scire debet quòd qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ saluabit animam eius a morte, scriptum quoque est in c. inter opera. extra de spon. vbi Clemens III. inquit. Inter opera charitatis non minimum est, errantem ab erroris sui semita reuocare. Beatus igitur ille qui erranti seu dubitanti proximo dicit illud 3. Reg. 1. Accipe consilium a me, & salua animam tuam. Tertia elemosyna est castigare delinquentem cum charitate, de qua in c. tria sunt genera. 45. di. dicitur, quòd elemosyna est delinquentes corrigere, & errantes in viam deducere veritatis. Quarta est remittere iniurias, de qua dicitur in d. c. tria. quòd magna est elemosyna parcere illis qui offenderunt. Et in c. duę sunt. 45. di. & sunt verba Aug. in lib. 50. homiliarum homilia 6. scriptum est Elemosyna cordis est dimittere a quo quis lęsus est, multaq; maior est hæc elemosyna, quam corporis. Quinta elemosyna est consolari tristes de qua Eccle. 7. dicitur. Ne desis plorantibus in consolatione & cum lugentibus ambula. Et 1. ad The. 5. Cōsolamini pusillamines & inuicem edificate alterutrum inquit Apoc. Sexta est supportare defectus proximi. iuxta illud ad Gal. 4. Supportate in uicem in charitate, & eiusdem epistolæ. 6. c. iterum ait apostolus. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Septima est orare pro viuis & defunctis Iac 5. ait apostolus. Orate pro inuicem vt saluemini & Matth. 5. ait Dominus. Orate pro persequentibus & caluminantibus vos.

His

An quis ad elemosynã faciẽdã teneatur sub pœna peccati mortalis.

HIs ita declaratis quæritur verum homo teneatur ad faciendum elemosynam sub pœna peccati mortalis. Clarum est enim quòd semper quis peccat saltem venialiter quando potest subuenire proximo indigenti, & non subuenit secundum omnes doctores. Nam homo homini obsequium, & officium debet.l. in commodato.§.sicut.ff.commo.l.si non sortem.§. libertus. ff. de condi. inde. & l. seruus ea. ff. de seruis expor. & Respondeo secundum Ricard. in 4. distinctio. 15. & communiter omnes Theo. in eadem distinctio. quòd cum præceptum de elemosyna sit affirmatiuum, licet obliget semper, non tamen obligat ad semper, sed pro loco,& tempore secundum doctrinam datam a theologis de præceptis affirmatiuis vt habetur per Thom. 2. 2. quæstio. 150. ar. 2. in solutione secundi. ar. & per sanctum Bonauen. in 2. distinct. 29. in quæstionibus circa litteram. & Scotum in 3. distinctio. 9 & Ricard. in 4. distinctio. 26. art. 3. quæstio. 3. & Alexander de Ales. in 3. parte summæ, in explanatione decalogi. capitul. 1. Et ideo inquit Ricar. noster vbi supra quod consideranda est facultas habentis & miseria indigentis. Si enim homo habet aliquid quod non sit necessarium sustentationi suæ naturæ, nec illorum quibus tenetur subuenire, sicut est vxor, filij, serui & ancillæ, & sit causa necessitatis seu notabilis indigentiæ ex parte illius cui dandum est, ita quòd immineant probabilia signa extremæ necessitatis, tunc tenetur subuenire indigenti ex præcepto. Si vero homo habet aliquid superfluum non tantum sustentationi naturæ sed etiam decentiæ sui status, tenetur de illo facere elemosynam pauperibus, etiam si non inueniantur qui sint constituti in prædicta necessitate. Conclusio ergo est quod in casu extremæ necessitatis, vel quasi quis tenetur subuenire indigenti quando potest, vt inquit Thom. 2. 2. quæstio. 32. Et habetur in summa confessio. libro 3. titul. 8. quæstio. 4. Ad hoc enim quisque tenetur. Primo legi diuina. Vnicuique enim Deus mandauit de proximo suo Ecclesiast. 17. Item Deus charitas est & qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo, 1. Ioan. 4. Et ideo qui non facit opera charitatis contrarius est Deo vt dicitur in c. abijt. 11. quæstio. 3. Secundo ad hoc tenetur lege naturali, quæ dicit vt quisque faciat alteri quod desiderat fieri sibi Thobiæ. 4. & habetur in capitul. humanum genus. dist in. 1. Et ideo beatus Iob hortatur nos ad misericordiam exemplo omnium creaturarum dicens sui libri capit. 12. Interroga iumenta & docebunt te, volatilia Cœli, & indicabunt tibi, loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt tibi pisces maris. Primo igitur nos mittit ad iumenta. Et istud patet in elephantibus, quia si vnus cadit cæteri currunt ad subleuandum eum, patet etiam in equabus, quia si mater vnius pulli moritur, aliæ suscipiunt filium ad nutriendum. Deinde mittit ad volatilia & istud patet in ciconijs quæ parentes senes in nido collocant, & nutriunt. Item in aquila quæ prædam sola non comedit, sed auibus se sequentibus partem dimittit, patet etiam in chobar, de quo dicit philosophus in lib. de animalibus quod aquila quando tres pullos habet nimis grauatur in pascendo illos, & ideo vnum a nido eijcit, & auis quæ arabice dicitur chobar eum suscipit ad nutriendum, deinde mittit ad terram, de qua inquit Ambrosius. Noli esse deterior insensibili elemento. Terra illos fructus quos affert non suis vsibus vendicat, sed tuis ministrat obsequijs. Tu vero fructus illius inuadis & tibi soli concludis. Deinde mittit ad pisces. Et istud patet in delphinis qui homines mortuos in mari ad litus portant, patet etiam in conchis marinis quæ semper sunt clausæ. Quidam autem piscis ad eas pastum defert, ad cuius tactum illæ se aperiunt, qui pastum in eas proijcit & recedit. Albertus autem in tractatu de virtutibus politicis in c. de misericordia diffusius declarat prædicta dicta dices. Hæc virtus nobilissima medullitus sic est naturæ impressa vt cã doceat & ostẽdat oĩs natura creata siue sit cœlestis, vel terrena. Nam vt taceam de diuina mĩa qua plena est terra, & de misericordia angelica

Hoc & tenetur lege naturali.

ad

ad humanam naturã, veniamus ad aliã. Nam corpora cęlestia quamuis non viuant nec, sentiant nec intelligant, nobis tamen influere nunquam cessant res vitę necessarias generando, & eas quantũ necesse est conseruando. Item planetæ & omnes stellæ nobis non cessant seruire nocturnas tenebras repellendo, aerem depurando, vniuersa illuminando, frigida calefaciendo, nimis calida frigore temperando, sicca nimis, humectando, & nimis humida vt expedit dessiccando. Itẽ quis vlla exprimere lingua posset, quanta nobis auxilia ferãt ignis, sine quo homo viuere non posset? Item aer quo ad momentum carere non possumus? Quis enunciet seruitia aquarum, marium, & fluminum, fontium & puteorum? Quis dicere possit verbo quanta nobis grana terra gignit? Numera si potes aues aeris, & fructus, & genera, & animalia terreni corporis. Item considera quanta sit misericordia inter mundani corporis membra inter se tam distantia, tam diuersa, dum superiora influunt media, mediaq; in infima, & omnia mutuo sibi sunt seruientia. Nam Luna lumen quod à Sole recipit terris infundit. Item terra omne quod virtute cęlestis influentiæ gignit animalibus tribuit, similiter aqua, & aer facit. Vlterius considera minoris mundi membra in quibus perfecta apparet misericordia, dum vnum membrum sic totum alteri se impendit quòd gladijs pro alijs se exponit, pro alio sponte se vulnerari facit, quod tam sollicite vnum alteri seruit, & quòd vnum de altero vindictam non expetit. Mirabile valde, quia nunquam inter eiusdem corporis membra vlla oritur discordia, vlla ad alterum inuidia, vlla respectu alterius arrogãtia; sed semper compassio pia & misericordia vera ex intimis medullarum creata. Nam cor membrorum nobilissimum creatione primum, carne solidum, motu continui, virtute permaximum omnibus membris corporis vitam administrat, & motum. Item omnia corporis membra cordi sunt seruientia, & ei obtemperantia, & dolenti condolentia, & mortificato commorientia, & est notabile quòd etsi corpora superiora, & cœlestia nulla ab inferioribus & terrenis recipiant seruitia, ipsis tamen influere nunquam cessant quæq; bona. Item anima influit in corpus sensum, & vitam quamuis ab eo multum sit prægrauata. Imo anima in tantum corpori suo compatitur, vt corpore inciso ipsa non incisa doloris gladio perforetur, & quæ nũquam comedit, nunquam bibit, & nũquam dormit. Ista tamen corpori indigenti appetit. Quibus subtractis corporis compassione tabescit. Non ergo Dei se credat esse qui hac tanta caret virtute. Nec diuino igne se credat ardere, qui cor pium se inuenit ad proximum non habere. Nam constat per se quòd ferrum est durius humano corde, nec minus constat ęternum, ac diuinum ignem hoc creato igne potentiorem existere, imo ipsum in virtute in infinitum excedere. Et tamẽ hic materialis ignis dum in ferrum agit, ipsum vtique molle facit, & si eius actio fuerit fortis ipsum dissoluens penitus liquefacit. Igitur multo magis cor quod diuinus ignis incendit, durum vtique esse nequit, sed totum pietate liquescere incipit. Ergo tu qui cor durum, & non piũ habere te sentis, scias certissimè quòd in te diuinum incendium non existit. Non enim potest esse cor ferreum vbi diuinũ ardet incendium. Ferro ergo durior esse cognoscitur, qui proximo suo patienti non ex toto corde compatitur, nec cum infirmante non infirmatur. Item nobilior & potentior est sanguis humanus quàm Hircinus. Sed adamas Hircino sanguine rumpitur. Ergo cor illud adamante est durius quod humano sanguine non mollitur. Et hoc de sanguine Redemptoris verum esse ostenditur. Item maior est coniunctio membrorum spiritualium in corpore spirituali, quam corporalium in corporali, quia corpus spirituale est longe nobilius corporali. At vbi maior vnio, maior est compassio, quia non est aliud dolor, teste philosopho, quàm partium diuisio. Et ideo dolorosius separantur, quæ fortius vniuntur. Ergo maior est cõpassio membri spiritualis ad spirituale quàm corporalis ad corporale. Sed omnino est impossibile vt patiatur membrum aliquod corporale sine omnium aliorum compas-

Aliarum creaturarũ exemplo ad mĩam exortamur.

compassione. Ergo magis est impossibile si dici valeat in spirituali corpore. Est ergo certissimum, nec ducẽdum in dubium quòd qui dolorem fratris sui non sentit, membrum spiritualis corporis non existit, quia nec membrum paralyticum, vel a corpore omnino præcisum est doloris corporis sensitiuum. Rideant ergo miseri quando audiunt proximum cecidisse. Nam hoc est signum certissimum quod sunt membra diaboli, & non Christi, misericordia enim est medullæ simillima quæ est ossium duriciei vngitiua, & miti-gatiua, ac ariditatis temperatiua. Nunc animalium ponantur exempla. Nam passeres filios nutriunt alienos sicut & suos, & si vnus sit captus ab alijs ei toto posse succurritur, & ab eis in ipsis vinculis enutritur. Item columba filios aliarum nutrit, & si vna aliam errantem inuenerit, eam ad se reducit, & recolligit. Item quod magis est, falco auis prędæ, cui deberet esse naturaliter cor crudele, filium quem aquila abijcit ex pietate recolligit & cum filijs suis in nido ponit, & vt proprium nutrit. Item lupa fera crudelissima voracitati & rapacitati assueta inuenitur ad infantulos esse pia. Nam si puerum vagientem à matre derelictum inueniat, ipsum vt dicitur nutrit, & lactat. Vnde Aug. secundum vnam opinionem dicit quod Remus & Romulus vrbis Romanæ conditores, quos mater quia virgo credebatur proiecit lupa nutriuit, quamuis alij dicant quòd fuit quædam meretrix sic vocata a qua meretricum loca dicta sunt lupanaria. Item Leo seuissima fera nescit homini quasi irasci, maximè si ab eo læsus non fuerit, sed ab homine naturaliter pius existit, quòm si aspera fames non coegerit præstatis hominibus parcit. Et si captiuos homines obuios habuerit, illæsos abire permittit, & eos per desertum associans viâ illis ostendit. Sed proh dolor quia parcit homini leo, & non parcit homini homo. Plorat cocodrillus natura seuissimus postquã hominem occiderit, sed ridet homo natura mansuetus postquam suos proximos vulnerauerit, vel ad mortem adduxit. Elephas si hominem in deserto inuenerit, primo ne eum terreat aliquantulum de via se subtrahit & gressum figit, deinde paulatim ipsum præcedit, & illi viam ostendit. Et si draco illis occurrerit pro defensione hominis se draconi opponit, & eum pro posse defendit. Vide porcorum clementiam ad alios: nam dũ vnus clamat omnes ad illum iuuandum accelerant. Item nota admirabilem pietatem quorundam auium ad parentes. Est enim ciconijs eximia erga filios pietas, & similiter filiorum ad parentes. Nam quantum expendunt temporis in filijs educandis, tantum dum senescunt ab eis vice reciproca adiuuantur. Cornices quoque cum genitores suos pro senectute à pennis nudari contingit, eos fouent pennis proprijs, & eis sollicite quærunt escam, eosque tamdiu pascunt donec pennas & vires ad volandum ressumunt. Quo facto ipsos parentes suis alis subleuant, & ad volandum excitant in pristinos vsus membra dissueta reducant. Vpupa auis cum ita senescit, vt videre & volare non possit, pulli eius euellunt sibi pennas inualidas, & liniunt ei oculos quibusdam herbarum succis, & suis eam fouent sub allis donec pennæ eius creuerint, & visum receperit, & ad pristina officia redierit. Glires quoque longi mures admirabili pietate genitores suos in senectute adiuuant, quibus alimenta sollicite administrant. Ecce quanta viget pietas in brutis, quæ vtinam inueniretur in nobis, vt releuaremus necessitatem in proximis. Nam misericordia est oleo simillima cuius virtus est ciborum conditiua, vulnerum curatiua, & dolorum mitigatiua, & semper loci superioris appetitiua. Quia misericordia opera nostra dulcorat, vulnera animę curat, dolores omnes mitigat, & ad ęterna premia sursum leuat, vnde notabile valde est quod dominus de monte oliueti cœlos ascendit, in quo intelligi voluit quòd nemo nisi filius misericordię fuerit in cœlum ascendere poterit, & ideo in finè mundi de solis operibus misericordię iudicabit, hęc ille. Qui etiam in eodem capitulo in principio ait. Misericordia est virtus nobilissima omni homini necessaria, quia omnino nulli salus est sine ipsa. Ipsa est enim virtus diuinę iracundiæ acatiua.

Exẽpla de misericordia irrationalium cõpassione.

Mia oleo assimilatur.

catiua. Ignis siue sempiternalis incendij extinctiua, peccatorum rubiginis abstersiua, & misericordiæ proximi releuatiua. Prædictus etiam doctor in capitul. sequenti inquit. Misericordiæ opponitur immisericordia, duricia, crudelitas, & sæuitia, quibus plena est hodie omnis terra. Sunt enim corda hominũ lapidibus duriora, quæ licet sint val de solida, ferro tamen frangi possunt, vel alia forti materia. Valde durus est adamas, sed sauguine rumpitur Hircino, & inter plumbum positus frangitur si maleo feriatur. Valde forte est ferrum, sed si a strutione deglutiatur sui stomaci calore digeritur. Quæ est ergo duricia hominis, vt nec percussa dometur, nec Christi sanguine diuidatur, nec diurno incendio maturetur? Vere misericordia hodie recessit ab aula, & regnat crudelis duritia mortalisque sæuitia, sub Iustiniana clamide paliata, sub pelle enim ouina crudelitas lupina tenetur inclusa. Similiter murilegus si murem ceperit cum eo ludendo se amicum ostendit, sed qualem ad eum animum mens gerat post ludum aperit, quia eum confractis carnibus, & ossibus totum rodit. Lupus quoque si puerum inuenit, prius cum eo ludit, ac pietatem ostendit, sed vltimo cum occidit, & comedit. Cocodrillus etiam prius lachrymas fundit quando hominem occidit, sed post lachrymas eum deuorare non desinit. Tanta etiam hodie est humana crudelitas vt nec ad suos habeat pietatem Sunt enim multi similes aquilæ, quæ filium de nido abijcit, & ei alimenta non tribuit, quod mulieres quædam faciunt dum filios suos proijciunt, & bestijs deuorandos exponunt. Porca etiam est tantæ crudelitatis quòd quando multos filios parit, omnes præter primum aliquando comedit, quod etiam aliquę mulieres fecerunt, quæ sicut historiæ referunt proprios filios comederunt. Scorpio quoque postquam multos filios genuit quasi omnes occidit, & comedit, sed dum vnus ex filijs sagacior cæteris qui hæc perpendit, super matrem ascendit, & in vltionem fratrum sanguinis, eam occidit. Item attende crudelitatem humanam. Est enim generale in auibus quòd nulla auis quantuncunque prædalis auem suæ speciei comedit. Vnde accipitres accipitribus parcunt, & falcones non comedunt, & idem bestiæ faciunt, sed homines se inuicem deuorare non desinunt, vnde narrat Hieronymus se vidisse gentem Scotorum carnibus vesci humanis, & cum haberent greges porcorum & armenta ouium, illis dimissis incidebant nates pastorum & mãmas mulierum, & illis in cibum pro delitijs vtebantur. Crudelitas etiam humana non solum proximorum filios non pascit sicut facit natura bruta, sed inueniuntur fœminæ, & non paucæ quę occulte fornicantes dum nolunt videri grauidæ filios dum adhuc in ventre sunt, quibusdam medicinis, vel herbarum, succis occidunt, vel postquam pepererunt eos interimunt, quod bruta non faciunt. Nam Aper quamuis sit crudelis, filios tamen in tantum diligit quòd pro eis morti se exponit, & crudelissimo morsu eorum inuasores inuadit. Et hoc idem facit leena quamuis sit crudelissima fera. Lupus quoque portat super se filios quando eum oportet fugere venatores. Item simia miro modo filios diligit, & quando venatores fugit, vnum super se ponit & alium quem magis diligit portat in brachijs. Sed homines nostri temporis sequuntur naturam canis. Nam quando aliquis canis percutitur, ab alijs omnibus laceratur. Sic & modo siquis cadat non solum alij eum non iuuant, sed omnes ei insultant & clamant vt pereat, hæc ille. Ex quibus omnibus patet quod qui proximo non miseretur beluis, & irrationabilibus animalibus, cæterisque creaturis deterior reputatur, quia contra naturalis legis instinctum operatur. Tertio principaliter dico quod ad misericordiam proximo exhibendam quisque tenetur lege Mosayca. vnde Deutoronomij. 15. dicit Moyses. Præcipio tibi vt aperias manum tuam egeno, & pauperi. Quarto ad hoc tenetur lege Euangelica dicente Domino Lucæ 12. Vendite quæ possidetis, & date elemosynam. Et Lucæ sexto. Omni petenti te tribue. Et Matthæi quinto. Qui petit a te da ei vbi

Illa quæ opponũtur.

Proximo q nõ miseretur brutis est peior.

Mosayca lege tenemur ad mĩam.

Etiam lege Euãgelica.

vbi dicit glos. Si deest facultas da affectum, obsequium vel verbum. Et Lucæ sexto dicit Saluator. Quod superest vobis date elemosynam. Si enim ad hoc nō teneretur quis sub pœna peccati mortalis quando in necessitate extrema est proximos, non diceret Dominus in iudicio illud Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare &c. Quinto quisque tenetur lege Apostolica. Scriptum est enim primæ Ioan. tertio. Qui habuerit substantiam mundi huius, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit ab eo viscera misericordię quomodo charitas Dei manet in illo? quasi dicat, nullo modo manet. Sexto quis tenetur ad hoc lege canonica dicente Ambrosius in capitulo pasce. 86. distinctione. Pasce fame morientem, si non paueris occidisti. Septimo quis tenetur ad hoc lege ciuili. Scriptum est enim in lege necare. ff. de libe. agno. Necare dicitur qui alimenta denegat. Quæ omnia sciens Ambrosius inquit in capitulo. sicut hi. 47. distinctione. Non minoris est criminis quàm habenti tollere, cum possis, & abundans sis indigentibus denegare. Esurientium panis est quem tu detines. Viduarum indumentum quod tu recludis. Miserorum redemptio, & absolutio pecuniā quam tu in archa fodis, tot ergo te scias bona inuadere quot posses præstare. Et in eodem capitulo etiam dicit. Nemo proprium dicat quod commune est, plusquam sufficit ad sumptus violenter obtentum est. & in capitul. primo. 42. distinctio. dicitur. Aliena rapere conuincitur qui vltra necessaria sibi retinere probatur. Dicit tamen Thom. in quadam quæstione de quolibet quòd quis non obligatur sub præcepto quærere positos in necessitate, quia esset nimis onerosum, sed sufficit satisfacere eis quando quis cognoscit necessitates eorum, tunc enim tenetur eis prouidere. Vnde Chrisostomus super Matthæus inquit. Quando venis ad ecclesiam ad orandum, munera tecum in manibus porta. Infirma est enim oratio, quæ elemosynarum largitate non est munita. Date ergo

Canonica lege ēt quis tenetur.

Etiam lege ciuili.

Quis nō tenetur in necessitate positos q̄rere.

elemosynam o auari, quia inquit Augustinus in quodam sermone. Quicquid pauperibus dederimus ipsum integre possidemus. & Thobiæ quarto. dicitur. Fiducia magna est coram summo Deo elemosyna omnibus facientibus eam.

PARS TERTIA. Huius sermonis de conditione elemosynæ.

TERTIO circa elemosynam dico quòd ad hoc, vt sit Deo grata debet, fieri cum nouem conditionibus, & circunstantijs. Prima dicitur Gratiositatis, idest cum hilaritate & suauitate, & læto animo. Scriptum est enim Ecclesiastici trigesimoquinto. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Et secundæ ad Corinthios 9. inquit. Apostolus. Non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus, quod etiam habetur. 32. quęstio. 6. §. ex his. vbi dicitur. Ad bonum autem quisque inutiliter cogitur, cum coacta sacrificia Deus aspernetur. Ideo Hieronymus ad. Iulianum loquens de illa vidua de qua habetur Marci duodecimo. & Lucæ 21. inquit. Paupercula vidua duo æra misit in Gazophilatium, & quia totum contulit quod habebat, omnes dicitur in oblatione munerum Dei superasse locupletes, quoniam non pondere Deo, sed offerentium voluntate pensatur. Debet etiam fieri elemosyna cum compassione, & affectu ad pauperes, vt inquit Alexan. de Ales. 3. parte summæ. in tractatu de præceptis beneficentiæ iuxta illud Esaiæ 58. Cum effuderis esurienti animam tuam &c. Sicut faciebat beatus Iob qui ait sui libri 30. ca. Flebam super eum, qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur pauperi. Cum benignitate itaq; fieri debet elemosyna, & non cum asperitate. Ideo dicitur Ecclesiast. 4. Inclina pauperi aurem tuam sine tristitia, & ibidem. Congregationi pauperum affabilem te facito. Et in eodem. capit. etiam scriptum est. Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum melius quàm datum. Contra quod faciunt quidam, de

Elemosyna ad hoc vt sit Deo grata dēt habere nouē conditiones.

quibus Gregor. in quodam sermone inquit. Sunt nonnulli qui mox vt ab egenis fratribus fuerint necessaria postulata prius in eos contumeliosa verba iaculantur, qui & si rebus ministeria pietatis efficiunt, verbis tamen contumeliosis humanitatis gratiam perdunt. Ita vt plerunque videantur iniuriæ illatæ satisfactionem exoluisse, cum post contumelias dona largiuntur, hæc ille. Ideo Ecclesiastici 20. dicitur. Datum insipientis non erit vtile tibi, exigua dabit & multum imperabit, & apertio oris illius inflammatio est, & odibilis est homo huiusmodi.

2. Elemosinæ cōditione.

SEcunda conditio elemosynæ dicitur celeritatis. Non enim debetis dare repulsam pauperibus quia scriptum est. Prouerbiorum 28 Qui despicit deprecantem sustinebit penuriam, velociter ergo dare debemus quod petitur, vnde Prouerbiorum tertio, dicit Salomon. Ne dicas amico tuo vade & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Ait enim Seneca libro secundo. de beneficijs. Ingratum est beneficium quod diu inter dantis manus hæsit. Et vt ait Macrobius libro secundo saturnalium. Pars beneficij est si quod petitur cito neges. Quapropter dicit Seneca vbi supra. Nihil carius emitur quàm quod multis precibus comparatur. Et Ecclesiastici .4. capitulo inquit sapiens. Cor inopis ne affixeris, & ne protrahas datum angustianti. Et de hoc gloriabatur Iob 31. capitulo. sui libri dicens. Non negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ spectare non feci. Contra quod faciunt multi qui pauperibus ad ostia eorum pulsantibus, & clamantibus diu nihil respondent, & demum dicunt, Ite cum Deo, quod quidem verbum licet in se sit bonum, non tamen quod vadunt sine pane, & alijs necessarijs bonum est eis. nec illis qui eos taliter licentiant, vel post multas preces aliquod dant. Et ideo qui vult Deo placere debet quam primum potest quod postulat pauperi dare, & postea mittere eum cum Deo, & omnibus sanctis. Nam Augustinus. in lib. quinquaginta homeliarum homelia. 40. dicit. Perfecta misericordia est vt ante occurrat esurienti cibus quàm roget mendicus. Non est perfecta misericordia si precibus extorquetur. Quantum vero placeat Deo cito facere elemosynam patet per exemplum quod legitur de quadam muliere valdè deuota, & pia, quæ cum esset in ecclesia in qua cantabatur Missa, accessit ad eam pauper quidam nudus frigore, & algore grauiter cruciatus elemosynam petens, quem cum mulier aspexisset, cogitauit quòd si pro veste accipienda iret domū, perderet Missam. Si autem Missam finiri expectaret, pauper algore cruciaretur. Qua de re ad angulum quandam ecclesiæ perrexit, clamq; se pelliceā exuit & pauperi dedit. Mirabile dictu, cum per tractum temporis stetisset in exuendo vestes & remittendo, postea ad Missam rediens inuenit sacerdotem dicere eadem verba & esse in eodem passu in quo erat quando discessit pro facienda elemosyna. Estote ergo veloces in dando pauperibus quod petunt, quia dicitur in communi Prouerbio. Qui cito dat bis dat, vt nota in §. item si ille. instit. de fideius. & in §. plus autem. insti. de acti. Ad hoc etiam faciendum natura nos inuitat quæ quando aliquod membrum læditur, statim ad eius adiutorium mittit sanguinem ad locum læsionis. Et ideo similiter debet homo quando videt indigentiam proximi, statim ei necessarium subsidium subministrare. Ait enim Seneca libro quarto, de beneficijs, gratissima sunt beneficia homini faciliter occurrentia, & facilia, vbi nulla mora est nisi recipientis verecundia. Sic autem non faciunt qui antequam pauperi petenti denarium offerant, decies vultum auertunt. Et ideo inquit idem Seneca. Vidi quòd non tulit gratis, qui cum precibus accepit. Molestum enim verbum est, & onerosum demisso vultu dicere rogo. Et propterea dicitur Ecclesiastici 14. Ante mortem benefac amico tuo, idest noli expectare vt moriatur, vel deficiat in necessitatibus, sed statim & citissimè subueni illi. Et sequitur idem Sapiens ibidem. Secundum vires tuas exporri-

Elemosyna cito fienda.

Exēplo ostēditur elemosynā cito facere esse gratum Deo.

gens da pauperi. Exportigens idest eç- leriter porrigens. Ait enim Augustinus. Qui dat ut careat tedio interpellantis, non vt reficiat viscera indigentis, & rem perdit & meritum. Debet igitur ele- mosynam faciens imitari illam mulie- rem fortem de qua dicitur Prouerb. vlt. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperes. In quibus verbis promptitudo, & celeritas elemo- synę designatur.

3. Elemosynæ conditione.

TErtia conditio dicitur charitatis. Nihil enim prodest ad vitam æter- nam elemosyna, nisi fiat in charitate vt inquit beatus Thom, 1.2.q. vltima, ar- ticul. vlt.& in 3. parte quæstio. vlt. art. 5.& in 4. senten. distinct. 17. articul. 8. Ideo inquit. Augu. 21. de ciuitate Dei. cap. 27. Qui facere vult pro peccatis suis elemosynas, prius eis incipiat facere in seipso. Et idem in communibus sermo- nibus sermone. 23. ait. Elemosyna tunc animam liberat, si criminosus mortife- ra peccata iam deserat. Et in capit. in grauibus. 3. quæstio. 7. dicitur. Dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus eorum, nec in multitudine sacrificiorum, eorum pro- pitiatur peccatis. Et idem dicendum est de alijs partibus satisfactionis, quæ nihil iuuant ad præmium essentiale vitæ ęter næ sine charitate. Vnde elemosynæ fa- ctæ in statu gratiæ sunt tanquam mel, sed factæ in peccato mortali sunt sicut fel. Orationes quoque factæ in gratia sunt tanquam vinum optimum, factæ vero in peccato mortali sunt sicut ace- tum, similiter ieiunia facta in gratia sunt sicut balsamum, sed facta in mortali pec cato sunt sicut absinthium, hæc autem intelligenda sunt comparatiue, plus enim valent elemosynæ, orationes, & ieiunia vnius diei facta in charitate, quàm cen- tum annorum in peccato mortali, & ideo dicit sapiens Eccle. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo.

4. Elemosynæ conditione.

QVarta conditio elemosynæ dicitur largitatis. Vnde laudatur Zachæus qui dimidium bonorum suorum dedit pauperibus Lucæ 19. Ideo Thobiæ. 4. di- citur. Si multum tibi fuerit abundanter tribue. Hic autem oritur dubium, vtrum liceat omnia distribuere pauperibus amore Dei? Et respondet Alexander de Ales in 4. parte summæ, quòd licitum est, imo valde meritorium. Vnde Au- gustinus in libro de Ecclesiasticis dog- ma. ait. Bonum est facultates cum dispen satione pauperibus erogare, sed melius pro intentione Deum sequendi insimul omnia donare, & ablata sollicitudine ege re cum Christo, hæc ille. Onustus enim diuitijs non potest pauperem Christum sequi. cap. Cocrates. 12. q. 2. Quia igitur medium sapit naturam extremorum 1. Physic. cum pauperes nascamur & mo- riamur vita nostra quæ est medium in- ter principium, & finem, debet etiam in paupertate foueri, & maxime quia vita nostra est continua colluctatio cum diabolo, vt dicitur ad Ephe. 6. qui est nudus quantum ad bona temporalia, & ideo etiam nos debemus denudari si volumus victoriose cum ipso luctari. Vnde Gregorius inquit. Nudi ergo cum nudo luctari debemus, quia si vestitus quisque cum nudo luctetur, citius ad ter ram deijcitur, quia habet vnde teneatur. Serpens enim vt dicit Magister hysto. ho minem nudum fugit, sed insilit in vesti- tum. Et similiter diabolus serpens an- tiquus pauperes fugit, & in diuites ten- tatione sua insilit, qui enim volunt diui- tes fieri incidunt in tentationem, & la- queum diaboli primæ ad Thim. 6. Opus igitur magnæ virtutis, & perfectionis est omnia ex charitate pauperibus elargiri & Christum pauperem sequi, ipso dicen te Matth. decimo. Quicunque habes ven de & da pauperibus, vbi glos. ait. Om- nino omnia, non partem vt Ananias. Ideo Apostoli hoc fecerunt qui relictis omnibus secuti sunt eum. Vnde Matth. 19 & Mar. 10. & Luc. 18. dixerunt Chri- sto. Ecce nos reliquimus omnia ei secuti sumus te. Petrus quoq; Actuum. 3. dice- bat. Argentum & aurum non est mihi, ex quibus omnibus concluditur quòd large & abundanter sunt faciendæ elemo synæ, propterea inquit. Paulus secundæ ad Corin. 9. Qui parce seminat, parce & metet, qui autem seminat in benedictio- nibus, de benedictionibus & metet. Super quibus verbis dicit Alexander de Ales. Nota quòd elemosyna semini compara- tur decem rationibus. Prima quia semen oc-

Elemosyna semini cōpa

ratur decē rationibus. occultatur in terra vt fructificet Matth. 6. Te autem faciente elemosynam nesciat sinistra tua &c. Et Ecclesiastici. 29. Conclude elemosynam in sinu pauperis &c.
2. Ratio cō parationis elemosynæ semini. Secunda quia bonæ terræ committitur, & sic elemosyna bonis pauperibus, Thob. 2. Vade, adhuc aliquos de tribus nostra timentes Deum &c. & 4. c. Panem tuum & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. Et Ecclesiast. 12. dicitur. Da misericordi & ne suscipias peccatorem. Da bono, & ne receperis peccatorem. Benefac humili, & ne dederis impio, Sicut autem quando quis nō inuenit terram bonam, tamen in mala seminat. Sic bonis non inuentis, etiam ma-
3. Ratio. tis tribuitur elemosyna Lucę 6. Omni petenti te tribue. Tertia quia sicut semen aqua irrigatur vt crescat. sic elemosyna compunctione & lachrymis compassionis Iob. 30 Flebam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Et Isa. 58. Cum effuderis esurienti
4. Ratio. animam tuam &c. Et sicut pluuia qua semen irrigatur cęlitus venit, sic dono Dei & inspiratione fit elemosyna. Quarta quia cum iacitur semen perdi videtur, cied tempore cōgruo multiplicatur & repitur, & sic elemosyna. Eccle 29. Perde ecuniam propter fratrem, & amicum, & ne abscondas eam sub lapide in perditionem, & proderit tibi. Nam elemosyna
5. Ratio. viri quasi saeculus cum eo, & postea resurget, & retribuet illi retributionem in caput eius. Quinta quia sicut semen in vno anno seminatur & in alio colligitur, sic elemosyna in hoc anno gratiæ seminatur, & in anno gloriæ inuenietur Eccle.
6. Ratio. 11. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tēpora inuenies illum. Sexta quia magis preciosa semina in anno quo seminantur non colliguntur sed in alio; sed viliora in eodem. Et similiter elemosynæ factæ in charitate & ex charitate, in præsenti vita non remunerantur integre, s. d in futura, factæ vero in mortali peccato remunerantur in pręsenti totaliter Matth. 6. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. De alijs au-
7. Ratio. tem Eccl. 36. Da mercedem Domine sustinentibus te. Septima quia semen gelu. compressum & retardatū magnā fructuū copiam facit, sic elemosynæ gelu aduersitatis & tribulationis cōpressæ. Vnde vt patet Exo. 1. Filij Isral quanto magis opprimebantur tāto magis multiplicabanē & crescebāt. Octaua quia agricola de par- *8. Ratio.* te seminis viuit, & aliam reseruat ad seminandum, sic secundū Ambr. super secūdam epistolam Pauli ad Cor. 9. c. Elemosyna partim remuneratur hic, & partim in futuro. 1. ad Thi. 4. Pietas ad oīa valet, p missionē habens vitæ q̄ nunc est & futuræ. Nona quia sicūt semen nō in vno tm̄ loco iactatur, sed per multa loca disper- *9. Ratio.* gitur ita elemosyna. Vnde psalmista ait. Dispersit dedit pauperibus, & hæc est cōtra auaros qui nihil de suo dispergunt sed congregant aliena. Abac. 2. Veh q̄ multiplicat non sua &c. dicit etiam dedit. i. donauit, non vendidit Lu. 6. Mutuum date nihil sperantes, pauperibus, non diuitibus. Decima quia sicut tria impediunt semen ne fructificet. s. cum seminatur se- *10. Ratio.* cus viam, vel super petrosa, vel inter spinas Matth 13. Sic elemosynam tria impe- *Elemosynā tria impediunt nr.* diunt. s. duricia cordis. compassione cordis, imo cū amaritudine datur, quod notatur per petras. Itē inanis gloria, & hoc notatur in via, vbi fit conculcatio a transeuntibus. Item peccata propria rodentia conscientiam eorum a quibus fiunt quasi spinæ, vel cum ex diuitijs male acquisitis fiunt de alieno, quia diuitiæ spinæ sunt, hęc Ale. vbi supra. Danda est ergo abundāter pauperibus elemosyna qa ait Chris. super Matth. Elemosyna amica Dei semper ante eius regale solium consistit, & semper ei propinqua est. Et pro quibuscunq; voluerit facile munus gratiæ impetrabit, vincula peccatorum ipsa dissoluit, fugat tenebras, & extinguit ignē inferni Huic cum multa fiducia portę cœli aperiuntur & veluti regina intrāte nullus ianitorū, nullus custodū, qui assistunt audet dicere quid quæris? Aut vnde venis? Sed oēs eam e regione suscipiūt, hæc ille. Aimo aūt inquit. Sicut calor solis & humor pluuiarum omnibus communiter tribuitur a Deo, sic quę in terra nascuntur, communiter dispensentur & communiter vtantur &c Cyprianus quoq; in Epistola ad fratres de ope & elemosynis dicit, quòd quis non debet dimittere facere elemosynas magnas timens ne veniat

niat ad paupertatem. Et idem ait Augu. in libro de decem chordis. Et etiam in libro de elemosyna idem ait. Metuis ne forte patrimonium deficiat, si ex eo operari largiter ceperis. Quando enim factum est vt iusto deesset subsidia, cum scriptum sit. Non occidet fame Dominus animam iustam, patent ista per exemplum scilicet quòd Deus nunquam permittit mori egestate facientes largas elemosynas. Nam quidam presbyter Iacobus Parochianus Casalis quæ est terra montis Briantiæ, cum ad eum venissent fratres nostri petentes vinum pro quibusdam laboratoribus incidentibus ligna pro loco nostro leuci. Ille respondit. Nihil habeo vini, nisi quid valde modicum, & tam subleuatum est vas, & illud vinum est floridum, tamen volo vobis dare partem. Cunque soror eius contradiceret, inquiens quòd nimis modicum erat pro ipso, ipse eam reprehendit dicens. Vade & fac elemosynam largè de illo modico quod habemus. Cum ergo iuisset ad vas & extrahisset spinaculum, ecce cum magno impetu erupit vinum non floridum sed pulcherrimum, optimique odoris, & saporis. Qua propter viso hoc miraculo illa incepit clamare. Accurrens autem ille prædictus presbyter & accipiens virgam ponensq; in vase reperit plusquam semiplenum quod prius erat vacuum, hoc autem miraculum fecit Deus vt ostenderet quantum sibi placeat facere elemosynam abũdanter, & propriæ necessitati aliquid subtrahere pro dando pauperibus. Et istud miraculum accidit a 40. annis. citra. Et aliud simile exemplũ euenit Romæ, vbi quædam domina nomine Francisca, quæ nunc in sancta Maria noua sepulta est, & miraculis claruisse dicitur, cum esset valde diues, & grano, & vino abundaret, videns pauperes egentes tempore magnæ carestiæ, misericordiam eis faciebât, & vnicuiq; granum, ac vinum distribuebat pro vt necesse habebat. Hoc autem agebat clam fratri suo qui de ipso grano ac vino multas pecunias facere credebat. Cum autem ipsa domina Francisca in faciendis elemosynis cellaria grani & vasa vinaria euacuasset, prædictusq; frater eius qui ipsum granum, ac vinum

Exēplis ostēditur, Deū nō pmittere elemosynas facientes fame mori.

Aliud exēplum.

vendere disposuerat hoc reperijsset, cepit valde contristari, clamare & conqueri, atq; cum ea rixari. Cui domina Francisca ait. Ne contristeris frater mi. Fieri enim non potest vt ita sint vacua sicut tu dicis. Quis n. potuit ea auferre. Cunq; il le magis furens affirmaret illa esse euacuata, intulit ipsa. Videam' vnde exijt vinum. Et accedentes ad cellam vinariam inuenerunt omnia vasa repleta optimo vino, & insuper pergentes ad granaria adeo impleta repererunt vt ostia aperiri non possent. Quo confusus frater nesciebat quid diceret. Ipsa vero domina Francisca ait illi. Ecce frater mi. Magis diues es ex elemosynis factis quam ex venditis rebus, & hæc potior & vtilior negociatio. Et hoc miraculum publicatum est Romæ. In regno quoq; Aragoniæ ciuitate Ilerda fuit nobilis valde diues nomine Raymundus qui cum fratres nostros vidisset qui illuc ad prædicandum accesserunt pietate commotus illos hospitio suscepit. Quorum statu, & vita plenius intellecta. Cum in loquendo deuotionem magnam eis ostenderet, inspirante Deo rogatus fuit a fratribus vt eis locum diuitijs suis ædificaret, promiseruntq; ipsi fratres q Deus ad sufficientiam ei pecuniam cum diuitiarum suarum augmento ministraret. Quibus ipse credens locũ eis ædificare cepit extra ciuitatem, crescentibus autem expensis vt in huiusmodi consueuit, scrinia ducatorum eius euacuata sunt Operarij tamen mercedem suam postulabant. Mittit ergo Raymundus nuncium vt afferat pecunias, qui properans, & nihil inueniens in capsis, omnia consumpta esse Domino suo renunciauit, de thesauris suis nil amplius extare, quod ille audiens ad fratres protinus currens in eorum improperia prorupit dicẽs. O infideles homines, vbi est promissio quam fecistis? ecce propter vestra verba omnes meæ capsæ euacuatę sunt. Fratres vero humiliter respõderunt. Ne indignemini Domine, quia vt diximus ita Dominus implebit. Quæ ratis diligenter in capsis. Tunc cum nuncio suo iuit Raymundus personaliter interim fratribus orantibus. Mira res. Aperiens Raymundus scrinia propter laboritium euacuata, omnia ducatis

Aliud exēplum.

plena inuenit. Quo viso coram fratribus prostratus culpam suam recognouit, & totum ædificium cum magna deuotione compleuit. Et hoc miraculum habetur in Cronicis ordinis minorum. Ad confirmationem etiam prædictorum adduci potest auctoritas sacræ scripturæ. Nam Prouerbio. 3. ait Salomon. Honora Dominum de tua substantia & de primitijs frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt. Refert autem Cæsarius quòd cum fratres cuiusdam monasterij multum abundarent & multum pauperibus essent liberales; Tandem elemosynas dimiserunt & ipsi egere ceperunt, quod cum cuidam viro sancto referrent, & ille ait. Duo socij in isto monasterio consueuerunt habitare, scilicet frater date & frater dabitur vobis, sed quia repulistis primum, secundus quoque recessit a vobis, noluit enim sine socio suo remanere. Aliud etiam exemplum recitat Grego. 2. libro dialogorum de Bonifacio Fodensi Episcopo. Cui largienti abundanter pauperibus, Deus miraculose multiplicauit vinum collectum ex paucis vuis. Aliud miraculum accidit in terra Belinzonę adhuc non sunt 26. anni. Cum enim esset in partibus illis magna caristia, ibiq; essent duo fratres habentes magnam copiam frumenti, faciebant enim de eo mercantiam dixit iunior seniori. Frater da mihi partem frumenti mei ego enim volo facere elemosynam de eo. Cui respondit senior. Tu mihi videris stultus, modo ita carum est frumentum quod valet oculum, & vis illud pro nihilo distribuere. Vendamus illud & efficiemur diuites. Respondit ille. Non sum stultus, sed volo acquirere diuitias vitæ æternę pro terrenis rebus. Accepto ergo frumento suo, & mensurato fecit fieri panem in magna copia, & quotidie dabat large omnibus pauperibus. Deinde sciens necessitates pauperum distribuebat frumentum pro ut sibi videbatur, alicui dans modium vnum, alicui duo, & sic perseuerauit per duos vel tres menses, quotidie sic distribuendo Cum autem venisset tēpus messium & iam cessasset carestia, perrexit ad granarium vt videret quantum sibi remansisset de frumento. Audi mirabile. Cum enim introisset reperit granarium totum plenum sicut erat prius. Faciensque mensurari frumentum, tantum inuenit esse quantum erat antequam aliquid daret pauperibus. Et ideo inquit Gregor. vbi supra. Si tibi fuerit copiosa substantia ex illa fac elemosynam, si exiguum habueris, ex hoc exiguo communica, & ne timueris cum facis elemosynam, præmium bonum reponis tibi in diem necessitatis, quia elemosyna a morte liberat, & non patitur ire in tenebras, munus bonum est elemosyna omnibus qui faciunt eam coram Deo; hæc ille. De hac liberalitate laudat Hierony. Paulam in epistola ad Eustochium quæ cum esset nobilissimæ familiæ, magnasq; haberet diuinas, tanta liberalitate omnia pauperibus est largita, vt ad egestatem pœne vltimam perueneret. Grego. quoque in libr. dialogorum laudat paulinum Episcopum, qui cum omnia Pauperibus dedisset, & quid vltra daret mini me haberet, seipsum cuidam mulieri donauit, atque vendi permisit pro liberatione filij illius.

Alia similia miracula.

Aliud miraculum.

Sed heu quia hodie amissa videtur esse charitas iam quasi in totum pietas exulauit, quia pauci sunt volentes non dico multa, sed vel pauca pauperibus dare. Imo quanto ditiores, tanto minus sæpe elemosynas faciunt. Vnde plerunque euenit quod largiores elemosynas faciunt pauperes quam diuites. Et ideo sicut malum esset signum arboris quæ posita in terra aquis irrigua, & bona non ita bene fructificaret, sicut illa arbor quę est sita in terra deserta, & inculta. Ita malum & pessimum signum est diuitum, qui in vbertate diuitiarum positi minores faciunt fructus misericordiæ quàm egeni, & pauperes. Et ideo de illis ait Dominus Matth. 19. Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Cœlorum.

Exclamatio aduers⁹ nō faciētes elemosynam.

Quinta conditio dicitur bonitatis, quia pauperibus debent dari, non dico optima, sed bona, non corrupta neque

5. Elemosynæ conditione.

que nociua. Ideo Prouerb. 3. dicitur. De primitijs frugum tuarum da pauperibus. Et Ecclesiast. 35. dicit sapiens. Noli offerre munera parua. Non enim suscipiet illa Deus. Contra quod faciunt multi dantes pauperibus res putridas, & marcidas ad comedendum, quibus infirmantur. Tales elemosynas abhominatur Deus. Propterea Gene. 4. dicitur. Respexit Deus ad Abel & ad munera eius ad Caim autem, & ad munera eius non respexit. Et ratio fuit quia Caim mala, Abel vero bona offerebat. Quia igitur ipse Deus bona, & non mala nobis donauit, ideo pariformiter a nobis bona requirit. Vnde Ecclesiast. 35. dicitur. Da altissimo secundum datum eius, vt magis ac magis multiplicet tibi dona sua.

6. Elemosynæ conditio.

SExta conditio elemosynæ dicitur sinceritatis. Oportet enim quòd fiat cum sinceritate cordis, & recta intentione, quia plus Deus pensat animum purum quàm datum 42. distinctio. capitulo, quiescamus. Vt etiam inquit Augustinus. super Psal. 25. & magister senten. in 4. dist. 16. cap. 1. Nam regulariter dicitur quòd finis imponit nomen operi, ait Ambrosius in libro de officijs. Vnde phylosophus 2. de anima inquit. Omnia iuste denominantur a fine. Vt etiam notatur in l. si is qui quadraginta. §. si opus. ff. ad legem Falci. Qui ergo elemosynam meritoriam facere vult, rectam habeat intentionē, quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus & ex corde 14. quæstione 5. capitulo, si quid. 22. q. 5. capitulo, qui periurare. & 32. quæstio. 5. capitulo primo. Aliter autem facta elemosyna non valet, nec a Deo acceptatur, vt inquit Hieronymus in capitulo. odi. 24. quæstio. prima. Nam non sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita causasq; diiudicat. 14. quæstio. 5. capitulo scriptum. & eadem causa. q. 6. capitulo vltimo. & de pœniten. distin. 5. capitulo. consideret. Et ideo Saluator noster Matth. 6. ait. Cum facis elemosynam noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in sinagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suā. Sed heu quia multi sunt de talibus qui nunquam faciunt elemosynam nisi propter vanamgloriam, vt boni reputentur, & misericordes, aut ad alium malum finem. De quo loquens Hieronymus in capitulo. vide. 1. q. 1. inquit. Huic operi non tam præmium, quàm pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta quàm corona victoriæ. Ideo Saluator noster Matth. 6. ait. Te autem faciente elemosynam nesciat sinistra tua, quid faciat dextra tua. q. d. Noli eam publicare ex vanagloria, & laude humana, neq; facias elemosynam propter pompam, & fastum, ne tibi accidat sicut illi diuiti de quo refert Cæsarius quod post mortem suam apparuit vxori dicens se esse damnatum. De quo illa stupefacta, dixit ei. Quomodo hoc est possibile cum tantas elemosynas feceritis, & tot hospitalitates exhibueritis? Cui ille respondit. Heu mihi, quia nihil omnia ista profuerunt ad salutem, & vitam æternam, quia non ex amore Dei illas elemosynas & alia pietatis opera fecit sed propter vanamgloriam.

7. Elemosynæ conditione.

SEptima conditio dicitur liberalitatis, elemosyna libere debet dari pauperibus. Et non eis vendi, sicut quidam faciunt, maxime mulieres quædam, quæ fœminis pauperibus eleemosynas ideo dant, vt aliquibus seruitio ab eis remunerentur. Aliqui etiam dant aliquid modicum pauperi quasi pro eleemosyna, & postea tantum faciunt ipsum laborare quòd multo plus meretur. Alij vero in domo sua hospitantur pauperes, & eos pascunt sub specie pietatis, sed hoc principaliter intendunt vt sibi donationem fieri faciant de aliqua vinea aut possessiuncula quam habent. Contra quos inquit Hieronymus ad Nepotianum. Sunt qui pauperibus parum tribuunt vt multum accipiant, & sub prætextu eleemosynæ diuitias quærunt, quæ magis venatio quam eleemosyna appellanda est. Sic bestiæ, sic aues capiuntur, & pisces dum modica hamo esca apponitur. Ideo Ecclesiastici vigesimonono dicitur. Super humilem animo fortior esto, & pro eleemosyna non trahas eum ad seruitiū tuum. Propterea Lucæ.

Elemosyna nō est fienda vt aliquid facienti impedatur a recipiente.

14. ait Dominus. Cum facis conuiuium voca pauperes & debiles, claudos & cęcos, & beatus eris quoniam non habent tibi retribuere. Retribuetur autem tibi in retributione iustorum. Quæ verba exponens Leo Papa in sermone de aduentu inquit. Sed dicet aliquis. Ergo amicos & parentes non debeo ad conuiuium inuitare? Vocandi sunt parentes, & vicini, sed rarius vocandi sunt, & non nimis sumptuosa, & delicata, sed tam parua, & sobria ac honesta illis debent conuiuia præparari, vt remaneat vnde possint pauperes refici. Et aliquid possit indigentibus elargiri, hæc ille. Qui etiam ibidem ait. Licet expediat nobis semper facere elemosynas præcipue tamen in sanctis solemnitatibus secundum vires nostras abundantius debemus erogare. Pauperes ante omnia frequentius ad conuiuium euocemus. Non est enim iustum vt in sancta solemnitate in populo ad vnum Deum pertinente alij inebrientur. Alij vero famis periculo crucientur. Et nos, & omnis populus vnius Domini serui sumus. Vno precio redempti, & pari conditione in hunc mundum intrauimus. Simili etiam exitu migraturi sumus. Et si bene egimus in eandem beatitudiné pariter veniemus. Et quare pauper non accipiat tecum cibum, qui tecum accepturus est regnum? Quare pauper non accipiat vel veterem tunicam, qui tecum recepturus est immortalitatis stolam? Quare pauper nó mereatur panem tuum, qui tecum meruit accipere baptismi Sacramentum? Cur indignus fit accipere reliquias ciborum tuorum, qui tecum ad conuiuium vocatus est Angelorum? hæc ille. Ex quibus patet quòd elemosyna non debet fieri expectatione retributionis, sed instinctu charitatis. Vnde inquit Lactan. sexto diuina. instit. aduer. gen. c. 12. Tenendum est omnino vt ab officio misericordiæ spes retributionis absit. Nam si ab homine expectetis, iam non humanitas erit illa, sed feneratio beneficij. Et ibidem etiam ait. Nihil a viro iusto faciendú est nisi quod sit beneficium. Beneficium autem si refertur interit, & finitur. Nec enim id possumus habere integrum cuius precium nobis persolutum est. Seneca quoq; in libro de beneficijs inquit. Nihil venali misericordia turpius.

Octaua conditio elemosynæ dicitur proprietatis. Non enim debet fieri de rapina, vel vsura, aut de rebus alienis: nisi habita licentia expressa, vel verisimiliter interpretata, quod dico pro religiosis & filijs, ac seruis, & famulis, qui sine peccato faciunt aliquando elemosynam de rebus aliorum, habentes licentiam ab eis, aut verisimiliter eos esse contentos existimantes, secundum quòd dicit Ale. de Ales. in 4. par. sum. in tract. de elemosyna. Aliter aút facere elemosyná de alieno est peccatú. Et ideo dicitur Prou. 3. Honora Dominum de tua substantia, quasi dicatur, non de aliena. Et Thob. 4. Ex substantia tua elemosynam fac. Et Is. 58. Frange esurienti panem tuum &c. & 16. eiusdem libri dicitur. Ego Dominus odio habens rapinam & holocaustú, & Eccle. 24. Immolatus ex iniquo, maculata est oblatio eius. Et ibidé. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Et ibidem habetur. 1. q. 1. c. non est, vbi Greg. ait. Non est putanda elemosyna si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus acquiritur. Qui hac intentione male accipit vt bene dispensetur grauatur potiusquam iuuatur. Quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur omnipotentis Dei non placat iracundiam, sed irritat, hinc scriptum rursum est. Honora Dominum de tuis iustis laboribus. Qui ergo male tollit vt quasi bene præbeat, constat quòd sine dubio Dominum non honorat. Ex quibus verbis concluditur quòd non est faciendum aliquod turpe lucrum ad hoc vt postea detur pauperibus, vt ait glosa super prædicta verba, quod patet etiam 32. q. 4. c. sic non sunt. & 22. q. 2. c. ne quis, & in 14. q. 5. c. nolite. & in c. elemosyna. ead. q. & causa Gre. ait. Elemosyna Redemptoris nostri oculis illa placet, quæ non ex illicitis, & iniquitate congeritur, sed quæ de rebus concessis, & bene acquisitis impenditur. Facit ad hoc 14. dist. c. quod ait. & 30. q. 1. c. nosce. & 32. q. vlt. c. non solum, & 33. q. 5. c. si dicat. & 27. q. 2. c. si tu abstines. Ideo in capitulo, forte. 14. q. 5. inquit Augustinus

8 Elemosynæ conditio

Elemosyna nó est fiéda ex rapinis, vel ab his qui non habent authoritatem aliquam.

stinus. Forte aliquis cogitat & dicit. Multi sunt christiani, & diuites auari, & cupidi. Non habeo peccatum si suum illis abstulero, & pauperibus dedero. Vnde ipsi nil boni agunt mercedem habere potero. Sed huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam si totum tribuat quod abstulerat, addit potius peccatum, quàm minuat. Facit ad hoc capitulum, quod habetis eadem quæstione & causa.

De male acqsitis quãdo põt fieri eleemosyna.

Non tamen ex prædictis innuitur quin de male acquisitis possit fieri eleemosyna quando aut sunt incerta, aut non debentur alicui particulari personæ. Hoc enim casu licitum est dare pauperibus. capitulo. cum tu. de vsuris. Sed hæc intelliguntur quando sunt debita alicui certæ personæ, quia illi debent restitui, & aliter faciens non meretur sed peccat, vt inquit Augustinus, libro 2. de verbis domini. ser. 12. & in libro 50. homiliarum, homilia. 4. & in libro de vita christiana vbi ait. Abhominatur, & reprobat Deus quod de lachrymis, & laboribus præstatur alienis.

De 9. eleemosynæ cõditione.

NOna conditio eleemosynæ dicitur modalitatis. Debet enim eam facere volens considerare quibus faciat, vt non det diuitibus, sed indigentibus. Vnde ait Bernardus in quodam sermone. In vacuo liquore eleemosynæ fundatæ non in pleno, quia quarti Reg. 4. dicitur quòd vacua vasa præcepit. Heliseus impleri, non autem plena. Ideo Gregorius in morali. inquit. Iniuriam facit hortis, stillam proijciens in mare. Et Isaias. 58. dicitur. Cum effuderis esurienti animã tuam &c. Et ideo multi in hoc errant, qui eleemosynas inconsideratẽ tribuunt. Non enim omni quæstori, & ceretano danda est eleemosyna. Imo tales simulatores paupertatis, & deceptores hominum debent dure puniri secundum leges, & in seruitutem imperatoris redigi. l. vnica. C. de mendi. vali. libro 11.

De multis cõsiderãdis circa hos qbus eleemosynã dare intendimus

Sunt enim quidam qui quæstorum exercent officium, & postea in tabernis, & in locis inhonestis, ac turpibus expendunt omnia in commessationibus ludis: & luxurijs: & cum meretricibus quę per diuersas simulationes; & adinuentiones ac innumera mendacia de manibus simplicium virorum ac mulierum extorserũt. Blasphemantq; & irrident eos qui ipsis elemosynas fecerunt. Ideo dicitur in capitulo; cum. ex eo. de pęnitentia, & remissione. Melius est cum seueritate diligere, quam cum leuitate decipere. Vtilius enim esurienti panis tollitur si de cibo securus iustitiam negligat: quam esurienti panis frangitur vt iniustitiæ seductus acquiescat: hæc ibi. Mercator enim prudens pecunia sua in certis nundinis indigens non accommodat eam homini, qui ad ipsas nundinas non est venturus. Nec illi aduocato damus salarium: quem nobis cõtrarium fore dubitamus. Sic nec passim omnibus est largienda eleemosyna. Sciendum est autem secundum Ricar. nostrum in quarto sententiarum. dist. 15. artic. 2. q. 8. & beatum Tho. in eadem di. quòd in homine malo possunt duo considerari, scilicet natura, & vitiũ.

Hõi malo q̃uo benefacere debemus.

Quo ad naturam debemus benefacere etiam malis inquantum sunt homines, & ratione creationis sunt fratres nostri, & maxime christianis, & illis præcipuè qui sunt in extrema necessitate. Omnibus enim est subueniendum in tali articulo. Et ita intelligitur capitulum. pasce. & capitulum. nõ satis. 86. dist. & c. quam pio. 1. q. 2. Imo etiam inimicis nostris debemus subuenire in tali casu. Iuxta illud. Prouer. 25. & ad Roma. 12. Si esurierit inimicus tuus ciba illum, & si sitierit potum da illi. Quantum vero ad vitium nullo modo debemus benefacere malis, quando videmus quòd per eleemosynã efficiuntur peiores, & perseuerant in malo. Et ideo reprehenduntur illi qui faciũt eleemosynas histrionibus, & similibus turpibus personis ad fomentum peccati. c. qui venatoribus. 86. di. Si ergo non possumus facere eleemosynam omnibus pauperibus, & in necessitate existẽtibus, debemus potius benefacere iustis q̃ peccatoribꝰ data pari necessitate Et ita intelligitũ illud. Eccl. 12. Da iusto & ne dederis peccatori.

Similitudine ostenditur prius suis benefaciendũ esse, deinde extraneis, si

Similiter debemus potius benefacere nostris q̃ extraneis. Hoc autem faciendum esse natura edocet. Cor enim magis & prius infundit de calore membris sibi ꝓximis, q̃ remotis. Et ideo etiã nos magis, & prius debemus benefacere propinquis nostris datis paribus, q̃ alie

nis

eleg secun-dar.

nis, & propterea inquit Seneca. Quamuis omni petenti dare debeas, tñ in beneficio spectandi sunt recipientium mores, animus habitatio, societas, & obsequia nobis impensa. Et diuus Amb. in c. cęterum 86. di. ait. Cęterum Dei traditio est vt priua pascas parentes. Nam si iuxta diuinum oraculum contumelia patris morte luitur, quanto magis fames quæ grauior est? Et in lib. de officijs idem Amb. ait illud quod habetur in c. non satis. 86. di. scilicet. Est etiam alia probanda liberalitas vt proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius enim est vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitatis, hęc ille. Non ergo debemus facere eleemosynas illis, qui nolunt laborare, nec volunt aliquid boni facere. Sed viuere appetunt solum de bonis crucifixi, cum tamen sint mali, & scelerati. Ait enim Apostolus secundæ ad Thesa. 2. Qui non vult operari non manducet. & notatur in. l. si ex duobus. ff. de noxa. & 1. q. 2. c. si. quod intelligendum est non solum de corporalibus operibus, sed etiam de spiritualibus, sicut sunt opera religiosorum, secundum Ambrosium super Lucam. c. 2. & Hieronymum super Iob. & August. in li. de opere monachorum. Licet autem non debeamus esse nimis curiosi discutiendo vitam pauperum eleemosynas petentium, vt inquit Greg. in c. quiescamus. 42. dist. Tamẽ ad hoc vt cum discretione faciamus eleemosynã debemus considerare illud Ambrosij, in. §. item cõsideranda. 86. dist. vbi ait. Consideranda est etiam in largiendo ętas atq; debilitas, nonnunq̃ etiam verecundia quæ ingenuos prodit Natales, vt senibus plus largiaris, qui sibi iam nequeunt victum quærere. Similiter etiam debilitas corporis est promptius adiuuanda. Tum præsertim si quis de diuitijs cecidit in egestatem, & maxime si nõ suo vitio, sed aut latrocinijs, aut prosecutione, aut calumnijs, quæ habebat amisit, hæc ille. Quas conditiones eleemosynæ si obseruauerimus verificabitur in nobis illud Psal. 111. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.

Illud Pau. Thes. 2. qui non laborat non manducet, quo intelligendum.

Quod nobis facere concedat omnipotens Deus. Amen.

FERIA III.

POST DOMINICAM DE PASSIONE,

DE PECCATO LINGVÆ.

SERMO QVARTVS.

MVrmur erat de eo in turba. Ioannis septimo, & in Euangelio occurrētis feriæ. Cum animaduerterem imperatorem dicere. in.l.fin. C.de donatio. Verba superflua respuenda esse censemus, & in.§.illud vero, in prohemio digestorū. Oportet primum animas, postea linguas fieri eruditas. Et iurisconsultum hortari & dicere in l. labeo.§.fina.ff. de seppel. lega. Nemo dicat nisi quod priua mente agitauerit. Magnum mihi desiderium in mentem venit intelligere in particulari causam horum consiliorum. Sciebam enī in generali leges esse factas ad persuasionem boni & prohibitionem mali.l.1. &.l. legis virtus ff.de legi.& capitulo.priuilegia.§.officium.tertia dist. & distinctio.4. c.facte. In hac ergo existens anxietate cepi perambulare amenissimum viridariū sacræ scripturæ a quo collecti sunt omnes pulchri flores, non solum qui in libris christianorum reperiuntur, sed etiā paganorum, & gentilium. Sperabamq; aliquem reperire, qui dubitationi meæ satisfaceret. Et ecce visum est mihi habere obuiam Dauid prophetam cantorem spiritus sancti regalibus vestitum indumentis, qui habens citharam auream in manu, dulci modulatione sonabat, & cantabat illum versiculum. Psalmi.33. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Cui cum ego respondissem quòd hoc summe desiderabam. Ipse rursus cepit canere versiculū sequentem dicens Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Quibus verbis ego cognoscens q custodia linguæ facit hominem pacifice viuere, & vitam quodammodo beatam ducere, cōsequenter cognoui causam propter quā leges imperiales prohibent eloquium superfluum & inconsideratum, & multo magis vitiosum. Et ideo in hoc sermone tres perutiles considerationes faciemus ad linguam pertinentes. Prima quarum dicetur refrenationis: Secunda blasphemationis: Tertia vero murmurationis siue detractionis.

Leges imperiales quare prohibēt eloquiū superfluum, ac vitiosū.

Sermonis diuisio.

PARS PRIMA de refrenatione linguæ.

TRipliciter probatur linguam debere refrenari, scilicet rationibus, auctoritatibus, & exemplis. Primo rationibus, quarum prima dicitur exemplaritatis. Quæ sic declaratur. Exteriora indicant interiora.§.ceruos.institu. de rerum di.& ibi glosa.l.naturalem.§.in his.ff. de acqui.re.domi. cum similibus multis. Vnde ait philosophus secundo priorum. Per signa corporis nobis nota silogizamur dispositiones animæ nobis ignotas. Maxime autem hoc fit per verba quæ sunt notæ earū quæ sunt in animo passionum, vt inquit Aristoteles.1. Perier. & auctor in li. sex principiorum, Et ideo dicunt iuristæ quòd ex sermonibus

Rationibus pbatur linguam refrenandā esse.

bus

bus & loquela cognoscitur stultus & sapiens. l. his qui. §. fina. ff. de tuto. & cu. da. ab his. l. quidam. ff. de conditio. institu. & l. diuus pius. §. fina. & alias allegatur. l. de minore. ff. de quæst. Bonus ergo sermo bonam conscientiam ostendit. Et econtra. Qui male loquitur detrahendo, blasphemando, aut verba vitiosa dicendo, & huiusmodi, malam se ostendit habere conscientiam. Vnde Ambro. in sermone de moribus & vita honesta. sic ait. Morem hominis lingua pandit, & qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur, & Augusti. ad hære. inquit. Vanus sermo vanæ conscientiæ est index. Quia qualis in mente talis verbositas depingitur in ore, & Isa. 32. dicitur. Fatuus fatua loquitur, & Eccle. 21. scriptum est. Labia imprudentum stulta narrabunt. Verba autem prudentum statera ponderabuntur. Tenemur ergo loqui moderate, & verba ædificatoria, ac virtuosa vt ædificemus proximum; & fugere verbositatem ac verba iniqua ne eum scandalizemus. Sicut enim per loquelam cognoscitur quis an sit thentonicus, vel italicus, aut de territorio Franciæ, & vtrum sit Bergamensis, aut Ianuensis & huiusmodi. Ita per verba cognoscitur vtrum quis sit ciuis regni cœlestis, an inferni. Et ideo ille qui tacet cum discretione, ædificat proximos & ab eis honoratur, dicente Ecclesiastico. sui libri. 21. c. Tacitus & sensatus honorabitur, & Prouer. 17. inquit Salomon. Stultus quoq; si tacuerit sapiens reputabitur, & si compresserit labia sua intelligens. Et hoc patuit per exemplum cuiusdam stulti Romani de quo refert glosa. in l. 24. circa prin. ff. de origi. iu. quòd cum Romani petissent ab Atheniensibus sibi concedi legem duodecim tabularum. Ipsi Athanienses miserunt Romam vnum sapientem vt exploraret an essent digni eam recipere. Quod cognoscentes Romani posuerunt quendam stultum ad disputandum cum eo, vt si vinceret, haberent omnes victoriam. Si autem perderet dicere possent eum esse stultum. Et sic non essent in derisum apud græcos. Ille igitur græcus Atheniensis volens nutibus disputare, eleuauit digitum, volens per hoc ostendere quòd vnus solus est Deus. Stultus vero credens quòd vellet dicere quòd erueret illi vnum oculum, eleuauit duos digitos, & cum eis inaduertéter etiam pollicem, sicut fieri naturaliter consueuit. Et ex ipsorum digitorum eleuatione volebat ille stultus dicere græco quòd erueret sibi ambos oculos. Ipse autem græcus per hoc intellexit quòd vellet illis tribus digitis denotare trinitatem diuinarum personarum. Et tunc eleuauit palmam manus, tenens ipsam manum apertam, volens per hoc significare quòd omnia nuda sunt, & aperta Deo. Ille autem stultus credens quòd dicere vellet. Dabo tibi maxillatam. Eleuauit pugnum, volés dicere. Et ego te percutiam. Græcus vero intellexit quòd dicere vellet, quòd Deus mundum pugillo continet. Vel secreta Dei iudicia nobis esse clausa ac ignota. Et admiratus de actibus istius stulti, iudicauit Romanos sapiétes esse, ac dignos recipere legem prædictam. Et ipse stultus quia tacuit ab Atheniensibus prudentissimus ac doctissimus reputatus est. Ideo Iob dicebat amicis suis qui venerant eum visitare & nimis loquebantur, sui libri. c. 7. Vtinam taceretis vt putaremini sapientes. Contra autem verbosos inquit August. in sermone ad heremitas. O verbose erubesce. Nam omnino cognosceris quid agis. Tua enim conditio est occulta manifestare. Nota in conuentibus prædicare. Sed si nescis, somnis inaudita. Fingis scire quod non scis, vt libenter audiaris a cunctis. Et in eodem sermone idem ait. Loquentes laudare nó audeo, sed tacentes beatos prædicare præsumo. Iuristæ autem notant. in. l. si. ff ad legem ro. de iac. & in l. sed & si quis. §. quæsitum ff. si quis cau. & in. l. vt responsum. C. de transac. quòd ille est reprehendendus qui loquitur indistincte. Iccirco auctor libri qui dicitur Pamphilus inquit. & c. Verbi principium finem quoq; respice verbi. Vt melius possis præmeditata loqui. Et auctor Astrolabij canit. Prouidet ante diu quid recte dicere possit. Vir sapiens, stultus immeditata refert.

Exemplo ostēditur quod stultus reputabitur sapiens, si tacuerit.

Secunda ratio quare debet lingua refrenari dicitur eu itabilitatis. Se enim aliquis habet leonem in domo, aut aliquā bestiam

2. Ratio quare lingua refrenari debet.

beat ostentur. bestiam ferocem tenetur claudere illam in aliquo loco, vel ligare, ne extra domū fugiens alicui noceat, secundum doctor. in.l.1.§.sed & si canis.ff. si quadru.pau.fe. di. Et similiter fieri debet de furiosis.l. congruit.§.furiosi.ff.de offi præsi. Sed lingua non refrenata non modo potest afferre mortem corporalem proximo, sed etiā spiritualem, faciendo eum peccare mortaliter. Imo etiam infert mortem spiritualē ipsi maledicenti, & etiam audienti. c.non solum. 11.q. 3. Item potest inferre infamiam proximo, quam boni magis timent quàm mortem.l.isti quidem.§.si.ff. quod me. cau. Bona autem fama est preciosior cunctis operibus mundi, vt ait Alex. de Ales. in secunda parte summæ. Vnde dicitur quod melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ. Prouer.22. & Eccle.41.& notatur in.l.si quis stipulatus, in si.ff.de ver.ob. & in.l. iulianus.ff si quis om.is. cau. te. & in.l. scire oportet.ff.de tuto.& cu. da. ab his. Item mala lingua est causa multotiens quòd quis amittit omnia bona sua, & est causa multorum bellorum, & homicidiorum atque depopulationum, aliorumq; malorum, dicente Augustino ad heremi. O lingua, tu periculum imminens luctum producis, discordias sæpe spargis, procuras venenum, detractiones paris, & ad infernum qui tibi credunt conducis, &c. Cum igitur sit quòd vbi maius est periculum ibi cautius est agendum. capitulo.vbi periculum. de elec. libro.6. l.1. ff. de car. edic. & in auten. de testi.§. hæc omnia ver. sed & si quis. coll. 7. Ergo tanto magis lingua est refrenanda, quanto magis periculosa est, quàm leo, aut canis rapidus, aut aliqua alia bestia & quicunque furiosus. Et confirmatur hæc ratio sic. Quilibet tenetur vitare causam mali, vt inquit sanctus Bonauentura in 2. senten di. 25. in quæstionibus circa litteram. Et facit.l. qui occidit.§. in hac.ff. ad legem aqui. &.l. prætor ait. la. 2.§. hæc autem.ff. vi bonorum rapto. &.l facere oportere.ff. de ver. sig. vnde Eccle.21.dicitur. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Sed lingua non refrenata facit vt quis licet baptizatus, non sit verus christianus, & vt ille qui in religione votum fecit non sit verus religiosus, quia scriptum est Iacobi.1. Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suā huius vana est religio. Ergo magno studio debet ipsa lingua refrenari.

QVapropter diuus Ambro. vbi supra ait. Retine verbum quod non ædificat. Quia qui otiosum verbum non reprimit, cito ad noxia transit. Vanus sermo cito polluit mentem, & facile agitur quod libenter auditur. Hoc proferatur ex labijs quod aures non polluat audientis. Prouer. quoq; 25. dicitur. Sicut vrbs patens absq; murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Qua ex re inquit Gregorius in mora. Mens quæ non habet murum silentij, de facili penetratur iaculis inimici. Et in communi Prouer. dicitur quòd ille qui nō potest refrenare os suū, est sicut domus sine ostio, in qua nullus intrare prohibetur imo omnes eius hostes ad libitum intrare possunt. Et sicut possessio non habens sepem, de qua dicitur. Eccle.36. Vbi non fuerit sepes diripietur possessio, & Prouer. 10. ait Salomon. In multiloquio n n deerit peccatum. Qui autē moderatur labia sua prudentissimus est. Eccle. quoq; 20. dicitur. Odibilis est qui procax est ad loquendum. Et ideo Aug ad hære. inquit. Ecce lingua egredi quærit, motum perquirit. Tu vero o monache per tēperantiam ipsam refrena. Apone ei pessulum rationis. Circunda eam maturitate discretionis. *Aucttoritatibus ostenditur vtile esse linguā refrenare.*

TErtio probatur linguam debere refrenari ratione vtilitatis, sic arguendo. Bonum est argumentum a contrario sensu.l.1.§.huius rei ff.de officio eius cui man.est iuris.l.si procuratorē.§. si ignorantes.ver. igitur si ignorauerunt.ff.man. Et tangitur de hoc in.l. conuenticulam. C.de Episcopis & cle.& in.l.2. C. de con di.in ser.& 8.q.1.c. sciendum. Sed lingua non refrenata est causa omnis mali vt supra patuit. Vnde Prouer.25. dicitur. Os lubricum operatur ruinas. Ergo si refrenata fuerit erit causa multorū bonorū. Ait enim Aristo. 2. Phisi. & 5. Methaphisicæ. Idem aliter se habens est causa contra- *3 Ratio ostēdens linguā refrenandā esse.*

trariorum. Ideo Tren. 3. dicitur. Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei nostri, & Esa. 32. Cultus iustitiæ silentiũ, & securitas vsq; in sempiternum, & Prouer. 13. ait Salomõ. Qui custodit os suũ, custodit animam suam, qui autem incoo sideratè loquitur, sentiet mala. Transum ptive. 5. q. 5. §. sed aliud.

Secundo principaliter linguam debere refrenari probat auctoritatibus. Ait enim Aug. ad Eremitas. Stultus valde est qui non prius verbum ducit ad limã rationis, quãm ad linguam oris. Maxime autem hoc debent facere religiosi, dicente Hieronymo in suo testamento. In ore sacerdotis, vel monachi nullum sit verbũ in quo non sonet nomen Christi. Quia vt inquit Ber. in quodam sermone. Inter seculares verba otiosa nugæ sunt, in ore autẽ sacerdotis blasphemię. Dicit quoq; S. Bonauent. in 2. senten. di. 21. ar. 3. q. 1. Quod verbum otiosum, & mendacium iocosum, ac risus dissolutus de sui natura sunt peccata venialia. Saluator etiam noster ait. Matth. De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines reddent rationem in die iudicij Ex verbis enim tuis iustificaberis. Et ideo dicitur. Eccle. 25. Beatus qui lingua sua non est lapsus. Vnde sciendum quòd dominus dedit homini linguam multiplici de causa. Primo ad notificandum conceptum cordis. Iuxta illud Augusti. in li. Enchiridion. Verba propterea sunt instituta non vt per ea homines sinuicem fallant, sed vt per ea in alterius quisq; noticiam cogitationes suas proferat, contra quod faciunt illi q proximum suum mendacijs, & verborũ fallacijs decipiunt. Secundo dedit linguã ad erudiendum proximum, iuxta illud. Esa. 50. Dominus dedit mihi linguã eruditam vt suscitarem eum qui lapsus est verbo. Contra quod faciunt qui proximum hortantur ad malum, vel ipsum de illicitis instruunt. Tertio dedit Deus homini linguam ad consolandum. Iuxta illud. Eccle. 40. Tibiæ & psalterium suauẽ faciunt melodiam, & super vtrunq; lingua suauis. Contra quod faciunt illi qui verbis suis proximum ad iracundiam prouocant, eum irridendo vel conuicia illi inferendo, quod peccatum grauiter punietur in inferno. Ait. n. saluator. Matth. 5. Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis. Quarto dedit Deus homini linguam ad accusandum, vt scilicet seipsum reprehenderet, & accusaret per cõfessionem quando peccatum fecit. Sicut faciebat beatus Iob qui sui libri. 42. c. inquit. Idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam. Iustus enim in principio accusator est sui. Prouerb. 18. Contra quod faciunt illi, qui de peccatis suis nolunt confiteri. Quinto & principaliter dedit Deus homini linguam ad laudandum scilicet ipsum Qui ait Esa. 43. Populum istum formaui, laudem meam narrabit. Sed hoc non obseruant peccatores qui cum blasphemant, & verbis turpibus n honorant. Quibus dicit Apostolus ad Roma. 2. Nomen dei per vos blasphema batur inter gentes. Sciendum quoq; q est triplex lingua, scilicet diuina, ac cœlestis, & angelica, & istius linguæ officium est loqui de pertinentibus ad salutem, & ad proximi vtilitatem, ac ad Dei laudẽ, & ista est lingua perfectorum. Inter quos fuit Ecclesiasticus qui 51. c. sui libri. ait. Dedit mihi dominus linguã, in ipsa laudabo eum. Istam autem linguam super omnes habuit Saluator noster cui dixit Petrus Ioannis. 6. Verba vitæ æternæ habes. Secunda lingua dicitur humana cuius est loqui de mundanis, & ista est imperfectorum. De quibus dicitur. 1. Ioannis. 4. Ipsi de mũdo sunt, & ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Tertia lingua dicitur diabolica siue infernalis, cuius est detrahere & mendacia dicere, sicut facit diabolus. De quo dicitur. Ioannis. 8. Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, huius etiam linguæ tertiæ est discordias seminare De qua dicitur. Eccle. 28. Lingua tertia mulieres viratas deiecit, scilicet a gratia virorum suorum, & priuauit eas laboribus suis, hanc autem linguam habentes signum est quòd sunt diabolici. Vnde inquit saluator. Matth. 12. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona, & malus homo de malo thesauro cordis pfert mala. Quantum autem displiceat Deo hæc diabolica

Auctoritatibus probatur linguã refrenandã esse.

Verba otiosa, mendacia iocosa, ac risus dissoluti, ex sui natura illi peccata venialia.

Multiplici ex causa Deus homini linguam dedit.

2. Causa quare homini concessa est lingua.

3. Causa.

4. Causa est cessionis linguæ homini a Deo.

5. Causa.

Triplex lingua reperitur.

Detestatio linguæ seminantis discordian

ca

ea lingua, maxime illa quæ discordias cō citat reportando, ostendit Salomon. Prouer. 6. di. Sex sunt quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, & eū qui seminat discordas inter fratres. Ex quo apparet grauitas huius criminis, quia est illud septimum vitium qđ Deus tantopere detestatur. De hac quoq; lingua dicitur Iacob. 3. Lingua constituitur in membris nostris quæ maculat totum corpus, & inflammat totam natiuitatis nostræ inflammata a gehenna. Ex prædictis autem patet quòd sunt tres totius mundi prouinciæ, in singulis quarum est vnum linguagium, scilicet prouincia cęlestis, terrestris, & infernalis. Linguagiū vero prouinciæ cęlestis est laudare, & benedicere Deum. Iuxta illud psalmistæ. Beati qui ambulant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Linguagium autem prouinciæ terrestris est de terrenis tractare. Iuxta illud Ioannis. 3. Qui de terra est de terra loquitur. Sed linguagium prouinciæ infernalis est Deū maledicere, & blasphemare. Iuxta illud. Esaiæ. 8. Cum esurierit irascetur, & maledicet regi suo & Deo suo. Cognoscitur igitur quilibet de qua prouincia sit ad loquelam suam. Vnde dictum fuit Petro. Math. 26. Galileus es nam & loquela tua manifestum te facit. Et dominus qui erat de prouincia cęlesti, inquit. Ioannis 8. Quare loquelam meam non cognoscitis? Est insuper notandum quòd secundū Isidorum, & Remigium, lingua hebrea fuit prima quam habuit Adam, & Eua, & erit etiam vltima, quia post iudicium solum ipsa vtemur in loquendo. Et dicit Rabi Moyses, quod in illa lingua nullum vocabulum est ad nominandum aliquid inhonestum. Ex quo apparet quòd vocabula turpitudinum non fuerunt ab institutione diuina, sed ab inuentione humana, & quòd multum displicent Deo verba scurrilia quia ea ponere noluit in lingua quam homini concreauit. Quia ergo mali homines non vtuntur lingua ad id propter quod eam Deus illis dedit. Ideo

Lingua hebrea fuit prima q̄ habuit Adā. & ipsa etiā post iudiciū vtemur.

ipsi taliter ea abutentes digni sunt priuari priuilegio ipsius linguæ, quia priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. c. licet de regula. 11. q. 3. c. priuilegium. & 25. q. vltima. §. his ita. & 74. di. c. vbi ista. & C. de iudeis. l. iudeos, in fine, & ibi glosa. Et in signum huius multi in articulo mortis loquelam amittunt, vt in eo puniantur in quo peccauerunt. Sicut diues epulo qui in lingua cruciabatur, vt habetur Lucæ. 16. Quod ideo erat quia in ea peccauerat. Vnde Petrus Rauennas ait. Lingua magis ardet, quæ pauperi insultauit, & nūc degustat cruciatus, quia preciosos cibos, & odorata pocula degustauit. Et Chrisosto. inquit. Qui in conuiuando magis in loquacitate peccauerat, in lingua atrocius ardebat. Ex quibus omnibus patet quòd loquacitas est vitanda. Vnde Hieronymus in capitulo. quotiens. 22. q. 5. ait. Quotiens loquimur, aut non opportuno tempore, aut non opportuno loco, aut vt non conuenit audientibus totiens sermo malus procedit de ore nostro ad destructionē eorum, qui audiūt. Consideremus itaq; quid loquamur, qa pro omni otioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicij, hæc ille. Et Calistus Papa in capitulo, pōderet. 50. dist. inquit: Ponderet vnusquisque sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Sed sciendum quòd sicut dicit Isidorus in libro de summo bono. Quadripartita est loquendi ratio, vel quia bonum bene, vel malum male, seu bonum male, seu malum bene profertur. Bonū quippe bene loquitur qui ea quæ recta sunt humiliter annunciare videt. Malum male loquitur qui quodlibet flagitium suadere conatur. Bonum male loquitur qui rectum aliquid aroganter prædicare sentitur. Malum autem bene loquitur qui aliquod vitium narrando detestatur vt ab eo homines auertantur, hæc ille. Si autem omnes debent refrenare linguam multo magis iuuenes, dicente Ecclesiast. 32. capitulo sui libri. Adolescens loquere in tua causa vix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens, & loqui in medio magnatorum

Quadripartita loquendi ratio.

rum non præsumas,& vbi sunt senes non multum loquaris. Fugiamus ergo multiloquium,maxime nos religiosi, quia sanctus Franciscus in admonitionibus suis ait. Beatus illi religiosus, qui non habet iocunditatem in alio nec lætitiam, nisi in sanctissimis eloquijs domini, & cum his prouocat homines ad amorem Dei. Sed vbi illi religioso, qui delectatur in verbis otiosis,& inanibus,& cum his prouocat homines ad risum. Ideo Bernar. in quadam epistola inquit religioso. Cũ aliquid dicis, verba tua sint rara, vera, ponderosa,& de Deo. Augustinus quoq; ad hæremitas,sic ait. Itaque fratres obsecro vt non peccetis, custodite linguas vestras, seruate eas, claudite cum vecte ferreo, quoniam sermo vanus in vacuum non ibit, sed de omni verbo otioso in die nouissimo reddituri sumus rationem.

Tertio principaliter probatur exemplis linguam esse refrenandam, vt enim inquit Albertus, in tractatu de vir tutibus politicis. Valde turpe est, & extraneum a ratione vt lingua canis sit medicinalis,& lingua hominis sit mortalis, & loquacitas est naturæ contraria. Nam natura inter cor, & linguam collum longum posuit vt verba cordialia prius ad limam procederent quàm ad linguam vt prius essét examinata quàm ad vsum loquendi adducta. Item natura quæ dedit omnibus animalibus magni corporis ora lata, & linguas vt plurimum longas, homini os modicum contulit, cui modicam linguam impressit, in quo docere voluit, quòd non multum loquendum sit. Natura etiam omnes sensus, sicut oculos,aures, & nares in homine duplicauit, duasq; manus, ac duos pedes ei contulit,sed vnum,os solum, & vnicam linguam dedit, In quo ostendit minus esse in duplo loquendum, quam audiendum, vel alijs sensibus vtendum. Natura insuper quæ nares, & aures homini patulas dedit, linguam inter duo claustra collocauit,eamq; infra dentes,& labia conclusit. In quo demonstrare voluit, quòd homini raro loqui conuenit. Exemplis etiam sacræ scripturæ,loquacitatis dispendium innotescit. Nam propter loquacitatem Euæ cum serpente totum genus humanum interfectum est. Genes. 3. Item Sanson, quia cum Dalida concubina nimis locutus est,captus est ab hostibus. Iudicum. 16. Ideo Oratius in epistolis inquit. Nec retinent patulæ, commissa fideliter aures. Et semel emissum volat irreuocabile verbum. Ideo debet quisque bene conspicere cui reuelet secreta sua. Vnde inquit Cato. 3. capitulo. Consilium archanum tacito comite sodali. Ait etiã Ouidius libro 3. de arte amandi. Conscius assiduos commissi tollet honores. Quis minor est autem, quàm tacuisse labor? Ideo Micheæ. 7. dicitur. Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui,& Seneca,in lib. de moribus ait. Quod tacitum esse vis nemini dixeris. Si tibi ipsi non imperasti, quomodo ab alio silentium speras? Ideo legitur in vitis patrum, quòd Abbas Macharius semel videns fratres in hæremo loquentes insimul dixit. Fugite fratres,fugite,& ait ei vnus frater. Pater quomodo habemus fugere amplius a solitudine ista? Et ille posuit digitum suum in ore dicẽs. Istud est quod fugiendum dico. Sicut enim modestia loquendi valde vtilis est, sicut patet in Abigail, quæ ex discretione locutionis iram Dauid temperauit, primi Regum. 35. Ita econtrario indiscreta locutio est valde nociua,& omnibus odiosa. Ideo auctor libri qui dicitur Facetus c. 2. dicit. Maxima rusticitas,turpia verba loqui. Et Montanarius, in Luna cęleri c. 16. dicit. Turpia sinceros corrumpunt famina mores. Et fuit sententia Pauli. 1. ad Cor. 15. dicentis. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Quapropter Abbas Arsenius sciens vtilitatem refrenationis linguæ, dum moriens rogaretur, vt aliquid notabile diceret inquit. Nihil melius video quam tacere.

Exẽpla linguã refrenandã esse ostendẽtia.

Exẽplis sacræ scripturæ hoc idẽ ostenditur de linguæ.

Ea propter Dauid. Psalmo. 141. dicebat Deo. Pone domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis. Salomon quoq;. Prouer. 29. ait. Totum spiritum suum profert stultus, sapiens vero differt & reseruat in posterũ. Et Ecclesiast. 5. dicitur. In multis sermonibus inuenitur stultitia. Et ideo legitur quòd Solõ philosophus cum alijs lo-

Exẽpla, ac auctoritates aliquorum ostendentes silentij vtilitatẽ.

loquentibus taceret, interrogatus si ideo taceret quia loqui nesciret, vel quia stultus esset. Respondit. Nullus stultus tacere potest. Nam stultus verba multiplicat Ecclesiast. 10. Xenocrates vero philosophus interrogatus quare alijs sermocinantibus non etiam ipse loqueretur ait. Quia os vnum & aures duas a natura accepimus, quasi diceret. Multa debemus audire, & pauca dicere. Iuxta illud. Iacobi primo. Sit autem omnis homo velox ad audiendum & tardus ad loquendum. Idem quoque philosophus cuidam verboso dixit. Si nostris auribus te audires taceres. Pithagoras vero videns quendam indutum nobilibus pannis indecenter loquentem dixit illi. Aut loquere sermone proportionato tuis vestibus, aut induas te pannos proportionatos tuis eloquijs. Plato vero dicebat. Quod sicut vasa aurea probantur per sonos quos reddunt in sua percussione cum experiantur vtrum sint solida vel cremata, sic probantur homines suis eloquijs quibus eorum cognoscitur sensus, & prudentia. Et sicut vasa ferrea sono probantur si sint integra, vel fracta, sic homo ex luto confectus sono loquelæ suæ cognoscitur. Vnde Hierony. in epistola ad Paulinum vt habetur in c. si cupis. 16. q. 1. ait. Christianum quem sen seris semper aut crebro de nummis loquentem, institorem potius habeto, quam monachum. Debemus ergo totis studijs inuigilare custoditioni linguę sicut faciebat abbas Paphnum, de quo legitur, lib. 9. histo. iæ tripartitæ. Quod cum esset sine litteris accessit ad quendam vt addisceret, & cum venisset ad illum versiculum. Psal. Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam &c. dixit se satis didicisse, & quòd non oportebat eum amplius addiscere si illam lectionem posset bene scire. Sed ipsius exemplum non imitantur multi. De quibus ait Albertus, in tractatu de vi rtutibus politicis. Quidam non humanam linguam habent, sed potius serpentinam, ac veneno maledictionis plenam. De quo inquit psalmista. Venenum aspidum insanabile. Quæ quidem lingua nunquam a feriendo potest esse quieta, sed continue mota semper est alterum ferire parata, & tales sunt corniculæ similes, quæ est auis semper garrula, & auibus predæ supra modum molesta, ita etiam post Aquilam clamoribus suis impetit, & sæpe ab ea percussa mortem incurrit. Detractores autem indigerent sæpe comestione alij, quia dum alium manducatur fetor oris tunc non sentitur, eo quòd ab odore alij superetur. Item detractores & bilingues quorum os fetens est, menta indigerent quæ est herba odorifera & stomaci confortatiua ac in aceto cocta fetoris est diminutiua, hæc ille. De detractoribus enim inquit psalmista. Sepulchrū patens est guttur eorū. Nā sicut sepulchrū patens recipit corpus cuiuslibet mortui, & quia non est clausum fętorem suum omnibus expandit, & omnes approximantes inficit. Ita detractor cuius domus, idest anima, est sine oris ostio, omnes proximos euaporatione murmurationis inficit, & quoscunque viros, & mulieres in ore suo fętido per detractionem recipit, & quia caret operculo nihil celare potest. Sicut autem vt habetur. Numeri. 19. Vas quod non habebat operculum immundum erat. Ita os quod per loquendi moderantiam non fuerit ligatum, neque per custodiam fuerit coopertum, habebit anhelitum fętidum detractionis, & immundum erit coram Deo, & hominibus, quibus quando credet placere murmurando, eis summe displacebit. Iuxta illud Esopi. Displicet imprudens vnde placere putat. Vnde assimilatur coruo, de quo referunt fabulæ poetarum, quod cum esset albus naturaliter, postea quia Ioui retulit malū de quadam sua amica ex quo ipse Iupiter eam occidit ipsum coruum in pęnam istius malę relationis perpetua nigredine damnauit, & vt de cętero malorum rumorum esset nunciator instituit. De quo coruo Ouidius, in 2. Methamor, eum alloquens ait. Cum candidus ante fuisses. Corue loquax, subito nigrantes versus in alas. Nam fuit hæc quōdam niueis argentea pennis Ales, vt equaret totas sine labe columbas. Lingua fuit damno, lingua faciente loquaci Qui color albus erat,

Multæ detractorū similitudines

Coruo assimilatur detractor.

nunc est contrarius albo. Et iterum ibidem inquit. Sperantemq; sibi non falsæ præmia linguæ. Inter aues albas vetuit consistere coruum. Tales autem linguosi, & detractores debent expelli a consortio hominum, quia perturbant pacem humanam, & faciunt contra leges imperiales quæ factæ sunt ad pacem hominum conseruandam. c. factę sunt autem leges. 4. di. &. §. ideoq; lex. in prohen io digestorũ. Cum ergo leges præcipiant ne aliquis alteri noceat, & ne vicinus vicinum perturbet. Vnde vt habetur. ff. de reg. iur. l. domum. Non debet quis aliquid in domo sua facere quod proximo noceat. Nam siquis in domo sua fumo facto apes alienas fugauerit, vel nacuerit, causam mortis præstitisse videtur, & tenetur ad satisfactionem. l. siquis. ff. ad legẽ aquil. Multo magis prouidendum est detractioni quæ rẽ publicam perturbat amicitiam ciuium destruit, & vicinum a vicino diuidit. Imo fumus ipsius detractionis simplices, & innocentes fugat, & occidit. Vnde Ecclesiastici. 9 dicitur. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus. Et ideo propter prædicta omnia eiusdẽ libri. c. 28. idem sapiens dicit. Ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Cato quoq; c. 2. ait. Virtutem primã esse puto compescere linguã. Proximus ille Deo est q scit ratione tacere. Matthæus quoq, poeta ait, in poetria sua c. 5 Lingua loquax odium pariet, faciet tibi litẽ. Effreni lingua surgere bella solent. Et ibidẽ. Ob linguam multi iam periere viri Et auctor Astrolabij dicit. Copia verborum cui non est copia sensus. Et ibidẽ: Pręualet in lingua, qui non est fortis in armis. Nullus in hac pugna plus meruisse pôt. Multæ aliæ auctoritates de prudentia loquendi habentur tam in libris sacræ scripturæ q̃ paganorũ. Vnde Eccle. 20. dicitur. Homo sapiens tacebit vsq; ad tempus, lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus. Et 22. eiusdem lib. Musica in luctu, importuna narratio, qui narrat verbum non attendenti, quasi qui excitat dormientem a graui somno. Et 32. c. Vbi auditus non est, non effundas sermones. Et Prouer. 18. ait Salomon. Qui prius respondet quãm audiat, stultum se esse demonstrat. Et 26. eiusdem libri. Ne respondeas stulto iuxta stulticiam suam, ne similis ei efficiaris. Cuius consilium est seruandum quando stulti dementia est nota, & eius verbis non datur fides. Si autem nõ esset cognita eius stultitia, & ipsius verba putarentur vera, ita q facerent sapientes videri stultos, esset ei respondendum. Et ideo prædictus Salomon in eodem c. inquit. Responde stulto iuxta stultitiã suam, ne sapiens sibi videatur. De hac etiã loquendi discretione dicitur Eccle. 5. Si est tibi intellectus respõde proximo, sinautem sit manus tua super os tuum ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Et in. l. iulianus. §. 1. ff. de act. emp. iurisconsultus inquit. Non debet quis facile asserere, quã ignorat. Prouer. c. 28. c. inquit Salomon. Vidisti hoĩs velocem ad loquendũ? Stultitiã magis sperãda est, q̃ illius correctio. Ideo Ambro. lib. 1 de officijs. c 8. ait. Sapiens vt loquatur multa prius considerat. Quid dicat, cui dicat, quo in loco & tempore. Eccle. c. 14. dicatur. Beatus qui non est lapsus in verbo. & Ouidius. 2. lib. de arte amandi. dicit. Eximia est virtus pstare silentia rebus. At contra grauis est culpa tacenda loqui. Semper igitur debemus bona verba proferre. Ait. n. Ricar. in lib. de nuptijs c. 9. Pacẽ sermo bonus gignit, & gaudia mestis Cordibus infundit lętitiamq; parit Sermo bonus q̃nq; magis quã facta perorat. Nil sermone bono gratius esse solet. At contra de male loquentibus dicitur. Eccle. 2. Veh labijs scelestibus, & Ric. vbi supra. ait. Sermo quidem prauus, hoĩes accendit ad iram. Lætitiã turbat, iurgia magna mouet. Mores quippe bonos sermo corrumpit iniquus. Soluit & accẽsis arma cruenta parat. Discordare facit concordes, scandala gignit. Sermo magis prauus q̃ mala facta nocẽt. At econtra de bona lingua. d. Prouer 22. Lingua sapientũ sanitas est. Et 25. c. eiusdem libri. Lingua confringit duritiẽ. Et 18. Mors & vita in manu lingue. Et Ecclẽ. 5. Honor & gloria in sermone sensati, lingua vero imprudentis subuersio ipsius est. Et. 20. c. eiusdem. li. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit. Et hoc sufficiat pro prima parte nostri sermonis.

Detractores ab hominum consortio expelli debent.

PARS

PARS SECVNDA huius sermonis, quæ dicitur Blasphemationis.

De perditionis detestatione, quæ & linguæ peccatum.

SCiendum est quòd multa alia sunt peccata linguæ, vtputa, proditio. A quo sceleratissimo vitio nos abstinere hortatur Iacobus Beneuentanus. c. 9. di. Hoc ego te moneo, fugias vt perditionem. Turpius hoc omni crimine crimen adest. Proditor & nullus tibi coniungatur amicus. Spe sub amicitiæ mors inimica datur. Et auctor Astrolabij dicit. Proditor alterius nec tibi fidus erit. Propter hoc autem solet dici ꝙ proditiones placent principibus, sed non proditores. Omnes igitur. Principes debent proditores etiam inimicorũ suorũ execrari. Vñ Ambrosius, in lib. de officijs, laudat Fabricium ducem Romanorũ ad quem cũ medicus Pirrhi regis venisset asserens ꝙ medicinã intoxicatã Pirrho daret, & sic rege mortuo ipse victoriam obtineret. Iussit eum Fabricius ligari, & ad dñm suum demitti. Propter quod Pirrhus cũ eo ad libitũ composuit, & eius amicus factus est. Ea propter inquit Salomon. Prouer. 3. Nõ moliaris amico tuo malũ, cum ille in te habeat fiduciã. Quia n. atrocius est hoiem veneno extinguere q̃ ferro necare. l. 1. C. de malefi. Ideo dolosus inimicus q sub specie pietatis, & amicitiæ nocet homini, peior est q̃ qui aperta malitia eũ offendit. De quo Philosophus. 9. Ethi. ait. Qui fingit se amicum & nõ est, peior est eo qui fingit falsam monetã, & isti sunt illi de quibus inquit Psal. Qui loquũtur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

De adulationis impugnatione, q̃ est alienæ linguæ peccatum.

ALiud peccatum est adulationis quod hodie valde frequentatur. Dicitur. n. in communi prouerbio. Si quis honorari desiderat atq; ditari. Discat adulteri, qa tales modo sunt chari. Hos aũt adulatores a nobis esse vitãdos docuit Christus qui vt habetur Matth. 22. Cum pharisei volentes eũ capere in sermone misissent ad eũ discipulos suos cum herodianis dicentes. Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces & non est tibi cura de aliquo &c. Ipse cognita eorũ nequitia, illos reprehendit dicens. Quid me tẽtatis hypocritæ? Sicut. n. dicit Aug. super psalmistam. Duo sunt genera persecutorũ. s. lingua adulatium, & manus persequentium, sed plus persequitur lingua adulatorũ, q̃ manus persecutorũ. Debẽt igiť adulatores rõne quadruplici euitari. Primo qa sunt sicut aucupes aĩas capientes. Iuxta illud. Prouer 29. Homo q fictis blandisq; sermonibus amico loquiť, rete expãdit gressibus eius. Sed debemus esse oculati vt fallacias eius ꝑpendamus Dicit. n. Prouer. 1 Frustra iaciť rete añ oculos pẽnarorũ. Vñ quidã Philosophus nepos Platonis cuidã adulatori dixit. Desine adulari. Nihil. n. proficis cum te intelligã. Secundo adulatores sunt sicut fricatores. Fricant. n. sermonibus blandis quẽ non possunt vincere minis. Sicut ponit exẽplũ Chriso. de tauro quẽ si nõ põt qs viribus subiungare, fricat manibus ceruicẽ eius, & sic eũ apprehendit. Similiter q vult porcũ, interficere, manu eũ sub ventre fricat, & ille se ad terrã prosternit, & dũ in illa dulcedine, & sensualitate delectatur, macellarius ei gladiũ in gutture figit. Nõ debet ergo aliquis sustinere vt qs eũ fricet, vel oleo impinguet adulationis sed dicat quilibet cum psalmista. Corripiet me iustus in misericordia & increpauit me, oleũ aũt peccatoris non impinguet caput meũ. Tertio sunt adulatores sicut sirenæ dulces, aĩas in peccatis dormire facientes. Iuxta illud. Isa. 13. Sirenę in delubris voluptatis. Sirenæ aũt sunt pisces maris, habentes a superiori parte speciem mulieris q̃ ita dulciter cantãt ꝙ nautas obdormire faciũt, & sic naufragiũ patiũť. Sed sapiẽtes nautæ aures claudũt & sic euadũt. Et similiter adulatores obdormire in peccatis faciunt auditores. Iuxta illud. Isa. 3. Popule meus q te beatũ dicunt ipsi te decipiunt. Et ideo debemus claudere aures spinis. i reprehensionibus duris. Iuxta illud. Eccle. 28. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequã. Vnde Hiero. inquit. Nos ergo ad patriam festinantes mortiferos sirenarũ cantus surda debemus aure pertransire. Quarto sũt sicut scorpiones & apes. Scorpio. n. facie blanditur sed cauda pungit. Apis vero mel portat in ore, sed pungit a posteriori parte. Et similiter adulatores laudant homines in facie, & absentia vitupe-

Quadrupliex causa adulatores euitare debemus.

2. Causa.

3. Causa.

4. Causa adulatores fugienda.

tuperant. Et ideo tales serpentes & scorpiones sunt expellendi. Ait.n. Hiero. in epistola ad matrẽ & filiam. Quis vnq̃ iuxta viperã securus somnum capit? Quæ si nõ percutiat certe sollicitat. Securius est perire non posse, q̃ iuxta periculum non perijsse, Seneca quoq; ait. Habet suũ venenũ adulatio. Magnũ est ergo nocumentum adulationis. De quo Prouer. 27. dr̃. Meliora sunt vulnera diligentis, q̃ fraudolẽta oscula blandientis, & Ouid. lib. 1. de arte amandi, dicit. Impia sub dulci melle venena latent. Ideo Caro. c. 2. ait. Noli homines blando nimium sermone probare. Fistula dulce canit, volucrẽ dũ decipit auceps, & Esopus, fabula. 64 Blãdiriq; plusq̃ dira venena nocent. Et Montanarius in luna celeri dicit. Surgit adulator lac peccatoris ad vber.

De simulationis detestatione q̃ est linguæ peccatum.

TErtium peccatum est simulationis. De quo. Iob. 36. dr̃. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Salamon aũt inquit. Prouer. 11. Simulator ore decipit amicum suum Et Vegetius, de re militari lib. 3. c. 3. inquit. Frequentius cõuentiones, pacisq; simulatio, credulis nocuere q̃ arma Et Cato. c. 2. Qui simulatur verbis nec corde est fidus amicus. Tu quoq; fac simile, sic ars deluditur arte. Et Esopus fabula. 64. Pacis amatorem simulat se perfidus hostis. Caurius vt vulnus exitiale ferat. Hoc autẽ vitium est quasi idẽ cum peccato ꝓditionis, quod quidẽ cõmittunt illi qui ex inimicitia simulantes se reconciliatos expectant tẽpus vindictam faciẽdi. Et ideo dr̃. Eccle. 12. Nõ credas inimico tuo in æternum. Et si humiliatus vadat curuus abijce eum & custodi te ab ipso. Oculis.n. suis lachrymabitĩ inimicus, & si inuenerit tempus non satiabitur sanguine, &c.

Maledicti ónis creaturarũ grauitas ostenditur, eam detestando.

QVartum peccatum dicitur maledictionis. s. creaturarum. Quod quantum sit prohibitum patet ex hoc ꝙ etiã diabolus in quantum est creatura Dei nõ debet maledici. Vnde dr̃ in epistola Iudę. Cum altercaretũ Michael cũ diabolo maledictionis dignissimo, noluit tñ cũ Angelus maledicere Ideo. 24 q. 3. c. si igitur. Dicit Hiero. Si igitur Michael non fuit ausus diabolo iudicium inferre blasphemiæ, quanto magis nos ab omni maledictione puri esse debemus? Et hoc est contra quosdã, q aut ex quadã leuitate, vel surreptione, seu iocose, bestialiter rñ, nesciunt loqui cum socio sine maledictione dicẽtes. Sis suspensus ꝑ gullã, nascaĩ tibi vermis, & similia. Sed quid dicemus de illis qui ex liuore & odio, ac malo aĩo tales maledictiones fulminant? Profecto mortalissime peccant. Ideo non debemus dicere alicui, sicut Ouid. in 1. de amandi. c. 8 Dij tibi debet nullosq; lares, in opẽq; senectam. Et longas hyemes, perpetuãq; sitim. Et in libro de Ibide.

Terra tibi fruges, mare cunctas deneget vndas.
Deneget afflatus ventus, & aura suos.
Nec tibi sol clarus, nec sit tibi lucida phebe.
Destituant oculos sydera clara tuos.
Nec se vulcanus, nec se tibi præbeat aer.
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.
Exul inops erres alienaq; limina lustres.
Exiguumq; petas, ore tremente cibum.
Nec corpus querulo, nec mẽs vacet egra dolore.
Noxq; die grauior, sit tibi nocte dies.
Sisque miser semper, nec sis miserabilis vlli.
Gaudeat aduersis fęmina virq; tuis.
Accedat lachrymis odium, dignusq; puteris.
Quot mala commiseris plurima plura feras.
Sitq; quod est rarum solito defecta fauore.
Fortunæ facies inuidiosa tuæ.
Causaq; non desit, desit tibi copia mortis.
Optatam fugiet vita coacta necem.
Luctatusq; diu cruciatus spiritus artus.
Deserat, & longa torqueat ante mora. Et ibidem etiam inquit.
Sis frigus mortis causa famesq; tuæ.

Ille autem cui dicerentur istæ imprecationes posset respondere illud Ouidij in. 1. de remedio amoris. c. 12. Quæte alium pro me qui velit ista pati. Nos igitur o deuoti christiani non debemus aliquem maledicere, sed seruare illud apostolicum, ad. Roma. 12. Benedicite persequentibus & calumniantibus vos, benedicite, & nolite maledicere.

SED

De blasphemia hic aliqua tractantur, quæq; sit horribilis, ostenditur.

SED dimissis his peccatis linguæ, aliquid de blasphemia dicamus, vltra ea quæ diximus in sermone de secundo præcepto decalogi. Dico igitur secundū Ricar. de S. Victore in quodā sermone ꝙ sceleratissimū genus peccati est blasphemia. Vnde glosa, super illo verbo Isai. 18. Ad populum terribilē, &c. inquit. Omne peccatū, blasphemiæ cōparatū leuius est. Et iterum. Nihil est horribilius blasphemia, quæ ponit os suum in cœlum. Sciendū igitur ꝙ tria peccata horribilia superat blasphemia. Primum est paganorū, seu infidelium. Quia vt ait Tho. 2. 2. q. 13. Infidelis ea de Deo dicit, & loquitur quæ licet falsa sint, tñ credit esse vera. Christianus vero blasphemans, loquitur contra veritatem quam credit. Secundum peccatum est homicidarū, vt enim dicit Tho. ibidem. Quantum ad nocumētum, maius peccatum est homicidiū q̄ blasphemia eo ꝙ magis nocet homini interfecto, q̄ blasphemus Deo blasphemato, cui nihil nocere potest. Sed quantū ad obiectū, maius peccatum est blasphemia quā homicidium, quia homicida licet interficiendo hominem offendat Deum, tamen principaliter intendit offendere hominē. Sed blasphemus, & maledicus intendit principaliter & directe offendere ipsum Deū. Tertiū est peccatū iudeorū crucifigentiū Christū, vñ Aug. in quodā sermone inqt. Plus peccāt blasphemātes Christū triūphantē in cœlis, q̄ q crucifixerunt eū ambulantē in terris. Et ratio est scdm Alexan. de Ales in 2. parte summæ, quia iudei non bene cognouerunt ipsum esse Deum dicente Apostolo. 1. ad Co 2. Si cognouissent Sed qui nunc blasphemat cognoscunt ipsum esse Deum. Item iudei non permiserunt ei fidem in baptismo sicut christiani, & ideo est maior iniuria ratione maioris status, quia graue est fidem fallere. l. 1. ff. de consti. pe. tunc maius est peccatū ratione maioris ingratitudinis qa beneficia maiora receperunt christiani a Deo, & beata Virgine, & ab alijs sanctis q̄ iudei. O maledicti blasphematores qd mali fecit vobis Deus noster, ꝙ eū tā crudeliter blasphematis? Quid fecit vobis pijssima virgo Maria, quia eam tā vituperose laceratis? Quid fecerunt vobis sancti, in quo nocuerunt vobis? Nō ne assidue pro vestra salute intercedunt ad dñm? Nonne virgo illa humanissima mater gratiæ, & fons misericordiæ ꝓ vobis indefessa est aduocata? O ingratissimi, o furentes animi, o venenosa, & amarissima lingua, o deniq; perditissimi hoīes ꝓfecto beata virgo cū oībus sanctis pōt dicere illud Psal. Retribuebāt mihi mala ꝓ bonis, & odiū pro dilectione mea profecto vos estis peiores bestijs. Videtis n. ꝑ experientiā ꝙ aues cęli, pisces maris, & bestiæ terræ, suo modo laudant Deū vñ August. in sermone vnius martyris dicit. Oīa quæcunq; fecit Deus, laudant Deū, cęlestia, terrestria, Angeli, hoīes, luminaria cęli, arbores terræ, flumina Maria. Quicquid Deus creauit, siue in cęlo, siue in terra, siue in mari, laudat Deū, hæc ille. O blasphemator ingrate, feralis mens, o impudica lingua, cum Deus fecerit tibi vnū singulare beneficiū, dana tibi loquelam, danśq; tibi linguā rationabiliter effari volentē, quod alteri non fecit animali. Tu de hoc non solum nō agis ei gratias, sed cum illa lingua quā tibi pro singulari gratia concessit illi crudeliter maledicis, & blasphemas faciśq; sicut seruꝰ, cui dñs donauit gladiū pulchrū & ipse in pectore dñi sui statim illū transfixit. O blasphematores iniquissimi, vos estis similes dānatis, de quibus dr. Apoca. 16. Blasphemauerunt Deum cęli præ doloribus, & vulneribꝰ suis, sciatis ergo vos esse, filios diaboli, & non Dei. Bonus enim filius nō pōt supportare iniuriā patris sui. Vnde legitur ꝙ cum quędam mulier irata cum marito suo, dixisset ei ꝙ ex tribus filijs quos putabat se habere ab illa, non habebat nisi vnū, tandē mortua ipsa, maritus & ipse veniens ad mortē fecit testamētū, relinquens totā hęreditatē suā illi q erat suus verꝰ filius. Cū ergo qlibet diceret se esse illū, princeps regionis dedit sentētiā vt mortuus ille poneretē ad palū, & sagittaretē ab his q putabāt se eius filios. Qui aūt in corde eū rectius sagittasset, totā haberet hereditatē. Primus ergo & secūdus audacter sagittauerūt vt melius q̄ potuerūt, tertius vero q erat minor, & verus filius sentiens nimiam teneritudinē mentis, dixit quód nullo modo posset sagittare patrem suum, vnde potius volebat perdere totam hæreditatem. Qua

Blasphemia est maius peccatū, infideliū peccato.

Est etiā maius peccatum homicidio.

Est quoque maius peccatū, peccato iudeorū crucifigentium Christum.

Exageratio contra blasphematores.

ppterea iudex dixit. Hic est verus filius, & eum constituit hæredem. Sic profecto esset de nobis si essemus veri filij Dei, quia contra eum blasphemiæ sagittas nõ iactaremus. Ideo dicitur. Isaiæ. 1. Veh genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam filijs sceleratis. Et sequitur propheta causam dicens. Blasphemauerunt Deum Israel. Et ideo vobis, o maledicti blasphemi dici põt illud. Ioannis 8. Vos ex patre diabolo estis. Sed vobis profecto veniet terribile iudicium Dei. Legitur enim quod in ciuitate Mediolanensi, quidam qui amiserat magnas diuitias in ludo, desperatus accepit pugionem, & infixit illum cum magno impetu in terram, ac blasphemans Deum dixit. O maledicte Christe vtinã te potuissem ita transfigere in vẽtre matris, sicut trãsfixi terram. Audi mirabile, cum extraxisset pugionem ecce quod sanguinolentum inuenit totum cunctis videntibus. De quo miraculo non contritus perrexit domum statimq; domus super caput eius cecidit, eũq; totum conquassauit & sic a dæmonibus ad infernum deportatus est. Corrigatur igitur vnusquisq; blasphemator ne sibi accidat sicut Senacherib, ob cuius blasphemiam, Angelus vna nocte exercitum eius aggrediẽs. 185. millia hominum interemit, vt habetur quarti Regum. 19. vbi etiam dicitur, quod post istã plagam a proprijs filijs interremptus est. Et ideo seruate consilium Thobiæ dicentis sui libri. 4. c. Omni tempore benedic Deum, & Ecclesiast. 39. Benedicite dominũ in omnibus operibus suis, & Dauid. Psal. 33. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

Exemplũ de quodã blasphemante Deum.

PARS TERTIA de peccato detractionis, & murmurationis.

Aliud est linguę vitium quod dicitur detractionis, & murmurationis, de quo quattuor considerationes faciemus, scilicet detractionis, modificationis, remediationis, & restitutionis. Est autem detractio secundũ Pluraiehum, corruptio, vel diminutio famæ alterius circa bonos mores. Quo ad primam dico valde detestabilem esse detractionem. Ideo Prouer. 4. dicitur. Remoue a te os prauum, & detrahentia labia sint procul a te, & 24. eiusdem libri. ratio nem assignat dicens. Abhominatio est hominum homo detractor, & Ecclesiastici. 10. dicitur. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui in occulto detrahit, & Iacobi. 4. scriptum est. Nolite detrahere alterutrum, & Leui. 19. Non eris criminator, nec susurro in populis, & Prouer. 22. Qui seminat iniquitatem metet mala, & Ecclesiastici. 5. Susurratori, odium inimicitia, & contumelia. Et 21. eiusdem libri. Susurro coninquinabit animam suam, & in omnibus odietur. Et 28 idem sapiens ait. Vir peccator turbabit amicos, & in medio pacẽ habentium mittit inimicitias. Susurro, & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas diruit, & domos magistratorum effudit, virtutes populorum concidit, & gẽtes dissoluit. Ideo Gualterius, de Castelione lib. 1. ait. Consultor procerum seruos contemne bilingues. De murmuratoribus enim dicitur. Psal. 13. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum. Ideo Psal. 3. dicitur. Muta fiãt labia dolosa, quia scriptum est Psal 56. Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Et Psal. 63. Linguas eorum exacuerũt vt gladium intenderunt arcum rem amaram vt sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum & non timebunt firmauerunt sibi sermonem nequam, & Psal. 60. Acuerunt linguas suas sicut serpentes. Ideo Dauid. Psa 140. rogabat Deũ dicens. Domine libera animam meam a labijs iniquis & a lingua dolosa. Mali enim detrahunt bonis propter inuidiam, iuxta illud Psalmi. 36. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi quoniam sequebar bonitatem. Hoc autem est signũ stultitiæ, vnde Iob. 19. dicitur. Stulti quoque despiciebant me, & cum ab eis recessissem detrahebant mihi. Et Ecclesiastici. 19. scriptum est. Audisti verbum detractionis de proximo moriatur in te. Sed melius est facere quod dicitur Eccle-

Detractio quid est

Detractionis, ac murmurationis detestatio.

Ecclesiastici. 28. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. O murmuratores audite quid dicat Apost. ad Roma. primo. Detractores Deo odibiles. Ideo ad Gal. 5 ait idem Paulus. Si inuicem mordetis, & comedetis, videte ne inuicem consumamini. Detractores enim dicuntur comedere carnes proximorum iuxta illud. Hiere. 19. Vnusquisque carnes amici sui comedit. Et in hoc sunt peiores lupis qui non comedunt seipsos. Sed isti detractores inueniunt aliós lupos nequiores se, qui eos lacerant non solum verbis sed etiam factis, scilicet potentiores se de quibus murmurauerunt. Ideo dicitur Ecclesiastici. 10. In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubilis tui ne maledixeris diuiti, quia & aues cœli portabunt vocem tuam, scilicet propter quam punieris. Ideo inquit Augustinus, in primo sermone de Quadragesima. Omnino abscide a lingua tua detractionis vitium, alienam vitam ne laceres. Detractio enim graue peccatum est. Et Hieronymus ad Rusticum ait. Nulli detrahas, nec in eo te sanctum putes si cęteros lacesces, accusamus sępe quod facimus, contra nosmet ipsos, deserti in nostra vitia inuehimur. Si me vis corrigi delinquentem aperte increpa, tamen ne occulte mordeas. Et super Isaiam iterum dicit. Quid mihi prodest si alijs mala mea referas, si me nesciente peccatis meis, imo detractionibus tuis alium vulneres, & cum certatim omnibus narres, sic singulis narres, quam nulli alteri dixeris, hoc est non me emendare, sed vitio tuo satisfacere? hæc ille. Ideo. 6. q. 1. in c. deteriores. Anacletus Papa inquit. Deteriores sunt qui bonorum vitam moresq; corrumpunt, his qui substantias aliorumque preda diripiunt. Ipsi enim ea quæ extra nos sunt licet nostra sint auferunt, nostri vero detractores, & morum corruptores nostrorum proprie nosipsos decipiunt. Facit ad hoc capitulum. sunt plurimi eadem. quæst. & causa. Ideo in capitulo. ex merito. sexta quæstio. prima Grego. inquit. Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantque sermones suos, sciantque quia cuncta quæ de alijs loquuntur sua sententia iudicabuntur. Et ideo Augustinus. 11. quæstio. tertia. capitulo. nemo. ostendit grauedinem huius peccati di. Nemo putet quòd minus sit peccatum in verbis lingua mentiendo, quàm manibus sanguinem fundendo, vnde de pœni. distin. prima. capitulo. homicidiorum. scribitur. Homicidiorum tria esse genera dicebat beatus Petrus, & pœnam eorum parem esse asserebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum ita detractores eorum, eosque odientes homicidas esse manifestauit, hæc ibi. Facit ad hoc Adriani Papæ decretum. 2. quæst. 3. capitulo. qui non. Et quinta q. sexta. capitulo. omnes. Et decretum Sixti Papæ. 2. q. 8. capitulo. qui crimen. Et concilium Arelatense. 3. q. 10 capitulo. eos. Et decretum Stephani Papæ. 3 q. 11. capitulo. neganda. Et decretum Anacleti. 6. q. 1. capitulo. si omnia. Ideo Tulius contra Salustium de malignitate huius peccati inquit. Sæpe vidi grauius offendere animos auditorum eos qui aliena vitia aperte dixerunt, quàm eos qui commiserunt.

Detractionis grauitas.

SED heu quia hoc vitium est adeo hodie multiplicatum quòd verum est quod inquit Valerius. libro. 4. di. Nulla tam modesta fęlicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit. Qui alienis malis sicut suis bonis lætantur, diuites sunt alienis iacturis, locupletes calamitatibus. Ideo Ouidius primo. de arte amandi, inquit illis qui ob vitium vnius toti congregationi detrahunt. Parcite paucorum crimen diffundere in omnes, & Claudianus ait. Ne cunctos paucorum crimine damnes. Nam vera est sententia eiusdem Ouid. primo de remedio amoris dicentis. Et mala sunt vicina bonis, errore sub ipso. Pro vitio virtus crimina sæpe tulit. Ideo Prosper in libro epigramatum dicit. Culpare in quoquam quæ non sunt nota malignum est.

QVuando autem tales scelerati detrahunt nobis non debemus contristari, imo debemus pro malo habere si tales laudant nos. Ait enim Seneca in lib. de quattuor virturibus. Paria sunt laudari a turpibus, & laudari ob turpia. Ideo ad Lucillum scribens idem inquit. Magna

Ob detractionē contristari nō debemus.

dementia est vereri ne ab infamibus infameris.

Nullus admirari debet, si detractores] murmurent.

O Detractores sceleratissimi, nullus mirari debet si semper de aliquo murmuraris. Malus enim homo de bonis bene dicere non consueuit. Iudicium est autem quòd quis est bonus quando mali ei detrahunt, atq; ipsum vilipendunt. Ait enim Salomon Prouer. 14. Ambulans recto itinere ac timens Deum despicitur ab eo qui infami graditur via. O maledictum detractionis vitium, tu es illud de quo inquit glosa, super illis verbis. Prouerbio. 24. Cum detrahentibus ne commiscearis di. Propter hoc vitium periclitatur fere totum humanum genus. Et Hierony. ad Celantiam ait. Raro inuenies qui ita irreprehensibilem velit exhibere vitam suam, vt non libenter reprehendat alienam. O iniqua rabies detractionis. Tu es illa, quæ sanctũ Ioseph iniuste a domina sua infamatum incarcerari fecisti. Gen. 38. c. Propter tuam malignitatem multa millia hominum perierunt in deserto, quia murmurauerunt, vt habetur. Numeri. 11. Tu es illa cruenta bestia quæ nemini parcis. Vnde inquit dominus. Matth. 11. & Lucæ. 7. Venit Ioãnes non manducans, neq; bibans, & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt. Ecce homo vorax, & potator vini peccatorum & publicanorum amicus, quasi dicat. Nullus potest linguam detractorum euadere qui sunt bestijs peiores. Vnde ait Iacobus Apost. 3. suę canonicæ c. Omnis natura bestiarum, & volucrum, atq; serpentium domatur a natura humana, linguam autem hominis nullus domare potest. Est enim inquietum malum, & plena veneno mortifero.

Detractor porco assimilatur.

O Detractor impudẽtissime tu es similis porco qui nulli immunditiæ parcit. Nam & tuos tuum omni verbo abhominabili fędas. Et sicut porcus amœnum intrans viridarium plenum pulchris floribus de illis non curans, si qua ibi sint stercora diligenter inquirit, ita & tu de virtutibus tui proximi loqui renuens, solum ad illius vitia exquirenda insudas. Et quemadmodum porcum a luto, & stercoribus non faciliter amouemus, quia in illud se totum proijcit, & inuoluit, ita & te a nepharijs detractionibus proximi in quibus suino more te extendis, amoueri difficillimum est. De hoc crudeli peccato inquit Alexander Papa. 6. q. 1. c. summa iniquitas. Summa iniquitas est detrahere quia omnis qui detrahit fratri suo homicida est, quod intelligitur ꝑ quandam similitudinem. Quia sicut homicida extinguit proximi corpus, ita & famã detractor. Bartholomeus autem Brixiensis ibi super verbo. detrahit. assignat rationem dicens ꝙ detractor quantum in se est, priuat animã quæ est melior pars hominis vita sua, dum negat virtutes quibus anima viuit.

Detractores leoni assimilantur.

ET ex hoc comparatur leoni deuoranti humanas carnes. Vnde Ezech. 18. dicit. Leo factus est, didicit rapere prædam & comedere homines. Et Grego. 13. lib. moralium, exponens illud Iob. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? ait. Hi sunt qui alienæ vitæ detractione pascuntur, & aliorum proculdubio carnibus saturantur. Cum talibus nemo debet cõuersari dicente Salomone. Prouer. 23. Noli esse in conuiuijs peccatorum, nec in commessationibus eorum qui portant carnes ad vescendũ, quod exponit glosa de detractoribus dicens. Carnes ad vescendum portare est in locutione detractione vicissim vitia proximi dicere Hoc sapientis consilium seruans beatus Augustinus neminem detractorem ad mensam suam comedere ꝑmittebat, anteq̃ talia metra describi fecerat. Quisquis amat dictis absentũ rodere vitã. Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. Nec mirũ si tantopere detractores Augustinus fugiebat. Vt. n. inquit Hieronymus in quadã epistola. Nemo cũ scorpionibus, aut serpentibus securus inhabitat. Quibus similes sunt detractores Et hoc ostendi potest per illud quod ponit Ouidius. 2. Metha. s. ꝙ Cadmus seminauit dentes serpentinos, ex quibus statim nati sunt milites armati qui ad inuicem contra se insurgentes se occiderunt. Per dentes serpentinos significantur morsus detrahentium, ex quibus rixe & contentiones seminãtur inter homines, & sæpe homicidia crudelissima generantur.

Verum

Sapiēs detractiones despicit.

VErum sapientes viri faciunt quod scriptum est Psal 90. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Despiciunt enim serpentina detrahentium verba, reputantes eos personas vituperabiles iuxta illud Ecclesiastici 5. Denotatio pessima super bilinguem. Ideo inquit Seneca in libro de remedijs fortuitorum. Male de me loquuntur homines, sed mali. Mouerer si de me maximus Cato, si Lelius sapiens, si Scipiones duo ista loquerentur. Refert quoque Valerius maximus libro 7. exemplum ad propositum de Diogene philosopho. Cui cum quidam dixisset. Te amici cuncti vituperant. Respondit. Oportet sapientiam ab insipientibus feriri. Esse enim meliorem iudicat mala lingua quem carpit. Isti murmuratores sunt cæci ita quòd albedo virtutis proximi illis videntur nigrescere per vitium. Vnde Greg. 11.q.3. c. inter verba ait. Quod n. aliud detractores faciunt nisi quòd in puluerem sufflāt & in oculos suos terram excitant, vt vnde plus detractionis perflant, inde minus veritatis videatur, hæc ille.

Detractores a iudicio expelli debēt, nec eis dāda est fides.

NOn igitur debet aliquis fidem dare murmurantibus, sed eorum maledicta reijcere tanquam suspecta. Detractor enim ad testificandum, & accusandum non debet admitti capit. detractores. 3. quæstio. 4. & capitul. nullus. 3. quæstio. 5. Et ratio est quòd detractor facit se suspectum testem cum se offerat ad testificandum non requisitus, quod à iure reprobatum est capit. testimonium. de testi. Sicut igitur iudices nimis festini in danda sententia recusari possunt quia faciunt contra legem. si finita. ff. de damn. infecto. vbi dicitur quòd iudices non debent esse festini, neque currentes, sed plena cum deliberatione procedere, Et Prouerb. 8. scriptum est. Quod melior est iudex lentus, quàm iudex currēs, ita detractores qui de omnibus, quæ videant, dilacerare proximum festinant, nō debent admitti ad condemnandum seu corrigendum proximum. Cum enim correctio fieri debeat ex charitate 23. q. 5. capitul. prodest. Et tunc talis corrigens non potest dici maleuolus sed amicus capit. non vos iudicetis. 2. quæstio. 5. profecto cum detractor moueatur ex prauitate & inimicitia non est appellandus corrector sed proditor 2. q. 1. c. si peccauerit & ideo tanquam perfidus & infamis à testimonio repelli.

In religiosos, vel plates detractio, magis detestanda est.

MAxime autem detestanda est detractio contra personas religiosas, & prælatos, qui in sacra scriptura dij appellantur, quibus inquit Dauid in Psal. Ego dixi dij estis & filij excelsi omnes. Ideo Exod. 22. dicitur. Dijs non detrahes. Qua propter inquit Alexander de Ales in 2. parte summæ, in tractatu de vitio detractionis articul 4. quòd cum omnis detractio sit perniciosa, in istis tamē est perniciosior. Isti diabolici detractores debent acritur puniri, Sicut enim accusans obligatur ad talem pœnam qualem accusatus sustinere deberet quando in accusatione deficit c. quisquis. & cap. qui non probat. 2. q. vlt. Sic detractor diuino iudicio sustinebit illam calumniam, & infamiam, qua iudicat dignum illum cui detrahit. Extra de calum. c. cum dilectus. Quomodo autem in futuro seculo puniatur demonstrat Anacletus Papa in c. accusatio 2. q. 7. di. Si detractores quorumcunq; grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt? multo magis laceratores, & detractores, atque accusatores famulorum Dei damnantur, & in baratrum nisi se correxerint, & satisfactionem, ac pœnitentiam condignam fecerint, indubitanter cadunt, & æternis flammis exuriuntur, hæc ille.

Detractio tribus modis committitur.

SEcundo circa detractionem querēda est eius modificatio. Vnde sciendū est secundū Ale. de Ales vbi supra & B. Th. 2. 2. q. 73. ꝙ multis modis hoc maledictū detractionis vitiū perpetratur qui ad tres cā breuitatis reduci possunt. Primus dicitur iniquus, secundus astutus, tertius simulatus, primus modus. f. iniquus tripliciter committitur. Primo cū quis peccata secreta ꝓximi publice reuellat, & alijs ea ignorantibus innotescere facit, agens contra pręceptū euangelicū de correctione fraterna Matth. 18 scriptū, vbi inquit Dñs Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eū inter te, & ipsum solū, Scdo cōmittit hic modus iniquis fugiēdo mala de proximo, quæ nō fecit, & de illis eū imputādo, ꝙ est cōtra iustitiā, & rōnē. Nemo

Primi modi detractionis tres species.

mo.n.debet damnari, quem culpa non grauat.l.fancimus.C.de penis & l.fi.C.de modo mul. Tertio cōmittitur sicut hodie fieri solet. Inuentiuas, & cantilenas, leno cinio verborum fucatas componendo, vel famosos libellos contra proximū scri bendo, quod quàm graue sit peccatum, patet per punitionem legis ciuilis. Tales namq; non solum facientes libellos, sed etiam inuenientes, & non corrumpentes, & destruentes, sed continentiam eorum manifestantes, decapitari debent vel deportari l.vnica. C.de famo.li & c.hi qui. 5.q.1 Secundum autem canones, flagellari debent, & excommunicari, d.c.hi qui. & c.quoniam in alterius.ea.q. & causa. Et possunt deponi cum sit graue crimen & damnatione dignissimum. 25.d. §. nunc autem.

2. Detractionis modus, qui et fit tripliciter.

SEcundus modus principalis detrahendi dicitur astutus. Sunt enim aliqui cum astutia detrahentes, & hoc etiam fit tripliciter. 1.tacendo. Nam cum interrogantur de alicuius virtutibus licet nullum malum dicant tacent tamen verum & bonum quod sciunt dicereq; deberét. Sicut si quis interrogaretur de aliqua puella nobili, an esset honesta & ille sciret sic esse, & tamen taceret, aut diceret. Non me interpono de alienis factis. Talis enim & si non directe, tamen indirecte proximi sui famam læderet. Ideo dicebat Gilbertus Porretanus. Grauis rapacitas est cum veram alterius gloriam, & si mendacio non corrumpis silentio præteris.

SEcundo astuti detrahunt negando. Cum.s. & si malum non dicant de proximo, negant tamen bonum quod de illo ab alijs narratur. Et hoc ex inuidia procedit, vnde Gilbertus Porretanus iterum dicebat. Liuor excellentiam propriam semper cogitans obscurat alienam.

TErtio astuti detrahunt venenando. Cum.s.multa bona dicunt de aliquo venenando, cum aliquo malo interposito, sicut multi faciunt semper addentes sed vel si. Dicunt.n. O si talis non haberet illum defectum, vel illum, tot virtutibus quibus floret laudaretur à cunctis vel dicunt. Talis est doctus vel probus, sed defficit in humilitate, & huiusmodi. Sicq; detrahendo ne videantur loqui ex malignitate laudant, vt magis vituperét, & simul cum melle porrigunt ad bibendum venenum, de quibus inquit Hiero. in quadam epistola. Venena non dant ni si melle abscondita.

3. Detractionis modus, qui tripliciter fieri contingit.

TErtius modus principalis detrahendi dicitur simulatus, & fit etiam tripliciter. Et est proprie hypocritarum, qui primo detrahunt dolendo. Fingunt namq; voce, vultu, verbis, gestu, ac suspirijs dolenter, & ex charitate referre criminationes, & infamationes proximorū suorum, cum tamen id faciunt ex impietate, liuore & inuidia. Et hoc est quod Ber. super Can. sermone.24. inquit. Detractores quodam simulato verecundiæ fuco conceptam malitiam, quam retinere non possunt adumbrare conātur. Videas à detractore alta præmitti suspiria cum quadam grauitate, & tarditate, vultu mesto, demissis superciljs, & voce plangenti, egredi maledictionem, & quidem tanto persuasibiliorem quanto creditur ab his qui audiunt corde inuito, & magis condolétis affectu quàm malitio se proferri, hæc ille.

2. Species huius tertij modi detractionis.

SEcundo detrahunt hypocritæ p rouocando. Simulant.n.se defendere velle errorem proximorum, & eos excusare dicentes. Talia dicuntur de tali, sed melius est non credere, & ista dicunt vt alios prouocent ad maledicendum. Interdum etiā laudant aliquem vltra veritatem, & maximè coram inimicis eius, vt eos magis prouocent ad contradicendum, & infamādum illum. Cum n.inimicus nequeat bono animo pati, quòd eius æmulus laudetur de virtutibus quas habet, quia eas reputat vitia esse, & defectus, dicente Cassiodoro super psalmistam. Menti furore ebriæ, omne quod rectum dicitur peruersum videtur, multo minus poterit supportare, quod de virtutibus quas non habet magnificetur.

3. Huius modi species

TErtio detrahunt hypocritę amplian do, & paliando suas detractiones. Incipiunt. n. primo laudare auditores de his, quæ in alijs volunt damnare, vt eos magis incitent ad credendum. Deinde simulant se ex zelo veritatis, & iustitiæ dicere, vnde secundum Bernadum vbi supra, dicit hypocrita cum infamare vult proximum. Doleo vehementer pro eo,

quod

quod diligo eum ſatis, & nunquam potui corrigere eum. Et aliquando etiam dicit bene mihi compertum fuerat hoc, ſed per me nunquam innotuiſſet ſed quoniam per alterum res patefacta eſt veritatem negare non poſſum dolens dico, re vera ita eſt. Et adiungit. Grande damnũ eſt: nam alias quidem in pluribus valet. Cæterum in hac parte, vt verum fatear excuſari minime poteſt, hęc ille. Et ſic iſti hypocritæ ampliando, & augendo crimẽ proximi, eum vituperant multa falſa inferentes, & quod non audent voce dicere, ſignis, & nutibus faciunt, minimũ proximi delictum valde aggrauantes. Nam non ſolum lingua, ſed etiam factis, & ſignis animi conceptus exprimitur. c. cum apud. & c. tue. deſpon. O hypocritæ nequiſſimi profecto in hoc oſtenditis vilitatem & ambitionem veſtram. Ait. n. Hieronymus in quadam epiſtola. Vilium ſanè hominum, & ſuam laudem quærentiũ eſt, alios viles facere, quia alterius vituperatione, ſe laudari putant, qui & ſi ſuo merito placere non poſſunt placere volunt in comparatione peiorum.

De remedijs erga detractionẽ & 1. parte eorũ q detrahũt tria aſſignantur.

TErtio principaliter circa detractionẽ videnda ſunt nouem remedia. Primo tria ex parte eorum, qui detrahunt quorum primum dicitur. Charitatiua dilectio. Cũ. n. detractio procedat ex odio vt ſupra diximus, profecto nihil ita militat contra eam ſicut dilectio charitatiua, quæ eſt ei contraria Ait. n. Ariſt. 10. Metha. quòd contraria mutuo ſe expellunt & vno exiſtente in ſubiecto aliud præualere non poteſt. Si igitur habebimus charitatem erga proximum & amabimus eũ ſicut nos ipſos, ſecundum præceptum Domini Matth. 22. Non detrahemus illi, ſicut nec alios vellemus detrahere nobis imo de proximo bene loquemur. Hoc n. eſt ſignum charitatiuę dilectionis. Vnde ſecundus philoſophus dicebat. Principium amicitiæ eſt bene loqui. Maledicere autem eſt inimicitiarum exordium, hanc dilectionem habebat Dauid qui quamuis Saul eum vſq; ad mortem perſequeretur tamen audita eius morte, vt habetur 2. Reg. 1. ſcidit veſtimenta ſua, & planxit eum, atq; alios ad plangẽdum inuitauit, multa in laudem inimici ſui dicens. In ſignum quòd mentem ſuam in caritate locauerat. De hoc remedio loquitur Hieronymus in tranſitu ſuo dicens. Vbi charitas vera eſt, ibi inuidia nulla eſt, ibi ambitio nulla cognoſcitur, nec murmuratio, aut detractio.

2. Cõtra detrahẽtes remedium.

SEcundum remedium dicitur bona ſociatio. Nam ſi cum detractoribus qs conuerſetur, quandoq; eum detrahere quodammodo neceſſe erit. Inquit. n. Augu. 28. q. 1. c. ſepe. & 13. q. 4. c. quiſquis. Sæpe malorum conſortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos qui ad vitia proni ſunt. Ideo Ariſt. 2 Ethic. dicit. Incorrigibilis homo tollendus eſt de medio ſociorũ. Tertium remediũ eſt propriè conſcientiæ examinatio. Et de hoc loquitur Iſido. in quodam ſermone dicens. Nũquam detrahes ſi te bene proſpexeris.

3. Cõtra detrahẽtes remedium.

Tria remedia ex parte detractionem audientium.

SEcundo ex parte eorum qui audiunt detractionem ſunt tria remedia. Primum dicitur vultus contriſtatio. Debemus. n. detractoribus triſtum vultũ oſtẽdere, vt à murmuratione deſiſtant. Quia vt inquit Anterius Papa. 6. q. 1. c. ex merito. Nemo inuito auditori libenter refert, & ideo Hiero. ad Ruſticum monachum ait. Non minus auribus quàm lingua fugias detractionem. Nam ſicut ſi ſagitta mittatur contra duram materiam. Nonnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerãtem. Et ſi quis mittit in altum lapidem, ſæpe recidit in caput eius. Ita detractor cum triſtem viderit faciem audientis imo non audientis quidem, ſed obturantis aures ſuas ne audiat iudicium ſanguinis illico conticeſcit, pallet vultus, hæret labia, ſaliua ſiccatur, hæc ille. Ait. n. ſapiens Prou. 25. Ventus aquilo diſſipat pluuias, & vultus triſtis linguam detrahentem. Debet etiam audiens detractores repręhendere quando non immineret maius ſcandalum. Et hoc oſtendit Chriſtus exemplo ſuo repręhendens diſcipulos de Magdalena murmurantes. Io. 12. Dauid quoq; inquit in Pſal. 100. Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar, & Iob 29 ſui libri dicit. Conterebam molas iniqui detractoris, & de dentibus illius auferebam pdã.

2. Remediũ pro his qui detractiões audiunt.

SEcundum remedium eſt receſſio. Si. n. ſine ſcãdalo fieri poteſt, cum quis detrahere incipit, ſtatim debet audiens verba eius recidere aut ab eo recedere quia

vt ait.Hier.Si deest auditor,deest & detractor, hoc autem quisq; facere debet cogitans ꝙ mortaliter peccat, qui libenter detractores audit. vnde Ber.ad Eugenium scribit. Detractor & detractionis auditor, vterq; diabolum portat, ille in lingua, ille in aure.

3. Remediū ꝓ detractionem audientibus.

TErtium remedium est cordis stabilitio vt non cito credatur malū quod dicitur. Qui.n.cito credit leuis est corde Eccl 19. Ideo Cato in suis documentis inquit. Rara fides ideo quia multi multa loquūtur. De isto remedio Hiero. in quadam epist. inquit. Si nō passim detractoribus crederemus, iam detrahere omnes timerent, ꝙ si ita notum sit vitium proximi, vt aliter credi non possit, debemus ei compati, & audita non publicare. Sed seruare illud Pauli consilium 1. ad Cor. 12. Si quid patitur vnum membrum, cōpatiantur alia membra. Considerare etiā debemus illud quod Lactan. inquit in 6. diui. insti. aduer. gentes di. Nemo est tam circunspectus, aut prudens, qui non aliquādo labatur. Et ideo quilibet magis timere debet de suis lapsu quàm de peccatis alienis gaudere.

Tria remedia pro his quibus detrahitur.

TErtio ex parte eorum quibus detrahitur, sunt alia tria remedia. Primum dicitur præuisio, quia homo debet primo præuidere, vt ab eo tollatur occasio detractionis. Quod non faciunt quidā dicentes. Sufficit mihi cōscientia mea, quia inquit Pau. 1. ad Thes. vl. Ab omni specie mali abstinete vos. Et ideo debemus ita bene viuere, vt non demus alicui materiā de nobis detractionem faciendi.

2. Remediū ex parte eorū quibus detrahitur.

SEcundū remedium dicitur recordatio. Meminisse.n. debemus ꝙ patiēter tolerantes detractiones iniuste de nobis factas, facti socij Christi, ac B.Virg. aliorūq; sanctorū, qui diffamati sæpius fuerunt ab iniquis, consequemur præmium de quo Saluator ait Matth 5. Beati eritis cū maledixerint vobis homines, & dixerint omne malū aduersum vos mentientes propter me, gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Recordari et debemus, ꝙ Deus pro vtilitate animæ nostræ, & cōseruatione in humilitate, permittit nobis detrahi, vnde inquit Greg. in c. sunt autē plurimi 6.q. 1. Sunt autem plurimi qui vitam bonorū fortasse amplius ꝗ debent laudant, & ne aliqua elatio de laude subrepat, permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, vt si qua culpa ab ore laudantiū in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocet. Debemus quoq; seruare illud consilium eiusdē Greg. super Eze. di. Sicut linguas detrahentiū nostro studio non debemus excitare, ne pereant, ita per suam malitiā excitatas, debemus æquanimiter tolerare vt nobis meritum crescant.

3. Remediū pro his quibus detrahitur.

TErtiū remediū dr̄ recursio. Debemus namq; adimplere illud Greg. documentū in c. inter verba. 11.q.3. qui dicit. Inter verba laudantiū siue vituperantiū ad mentē semper recurrendū est. Et si in ea non inuenitur bonum quod de nobis dr̄, magnam debet nobis tristitiā generare. Rursus si in ea non inuenitur malum quod de nobis homines loquūtur, in magnā debemus lætitiam prosilire, ꝙ si non omnes laudant, & conscientia liberos nos esse demonstrat, habemus Paulū dicentē. Gloria nostra hæc est testimoniū consciētiæ nostræ. Iob quoq; dicit. In cœlo testis meus si ergo est nobis testis in cœlo, & testis in corde, dimittamus stultos foris loqui, quod volunt, hæc ille.

De restitutione famæ.

VLtimo circa detractionem, videnda est eius restitutio, & satisfactio, quæ ē valde difficilis. Quia sicut semel annihilatum nō reddit idē numero, vt ait Arist. 2. de generatione ita fama proximi sublata nō faciliter ei restituitur, plus.n. attēdūt hoies, quod est in opinione, ꝗ quod in veritate. l. his qui hęres. in fi. ff. de acqui. hęre. l. Barbarius. ff. de offi. pręt. Ideo vera est illa Hērici poetę sentētia li.1.par.1.

Quem semel horrēdis maculis infamia nigrat.
Ad bene tergendum multa laborat aqua.

Ouidius etiam in 6. de fastis ait.

Rumor vt est velox, agitatis peruolat alis. s. ad infamandum proximum. Et ideo vera est illa poetæ sententia.

Fama malum, quo nō aliud velocius vllū.
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo
Parua metu primo: mox se se attollit in auras.
Ingrediturq; solo & caput inter nubila cōdit.

Exageratio cōtra detrahentes.

& sunt verba Virgil. 4. Eney. O diabolica lingua o lingua serpētina, o lingua male-

maledicta, quæ tantos infamasti, melius stares in ore accipitris, vt ab eo medereris, quàm in ore humano. O quot docti viri propter detractores reputantur indocti, quot Virgines creduntur corruptę quot viduæ continentes & castæ luxuriosæ tenentur & vanæ, quot pœnitentes hypocritæ, quot Dñi iustitiæ amatores tiranni, quot boni mercatores, & probi viri, censentur mali, & iniqui. O Susanna continentię amatrix, quis te infamauit de adulterio, nisi malę perfidorum senum linguæ, Dan. 13. O perditum genus detractorum audi quid de te Salomon Prou 30. inquit. Est generatio, quæ pro dentibus gladios habet & comedit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Hoc autē vos detractores facitis, cum bonā proximorū famam annullatis de qua inquit Tullius in 2. de oratore. Bona existimatio, diuitijs præstat. Ideo dicitur. l. vnica. in fin. C. de his qui po. no. quòd ille dicitẽ prodigus qui pro nihilo habet famam suam Hanc famam preciosam, destruunt lacerant, & feriunt linguę murmurātiū, q̄ sunt oībus sensibus acutiores. Vnde interroga:* Salomon philosophus q̄d acutius gladio? Rñdit praua hoīs lingua. Item interrogatus Secūdus philosophus. Quid est lingua? Rñdit flagellū est, & bene flagellū dicitur, qa illos quos attingere non possunt omnes gladij qui reperiuntur in mundo, attingit maledicta lingua detrahentium. Et ideo interrogatus Anacharsis philosophus, quid est in hominibus bonum, aut malum. Respondit lingua est enim optima ad comedendum, sed pessima ad detrahendum, & obloquendum. Item optima quando bene loquitur, sed pessima quando male sermocinatur. Vnde de illa dici potest illud quod de origene ait Hiero. s. quòd vbi bene nemo melius, & vbi male nemo peius. Et ideo ipsa lingua ne polluta loquutione putrescat debet sale discretionis & præmaturæ considerationis condiri. Vnde legitur inquirenti cuidā a Demosthene, quomodo posset optime dicere ait. Si nihil dixeris nisi quod optime scieris. Hoc autem consilium non seruant detractores, qui non solum non loquunẽ ea quę bene sciūt sed potius dicūt q̄ nesciunt. Et q̄d deterius est affirmāt illa q̄ ipsi ex iniquitate sua confixerunt, q nunq̄ absolui poterunt, nisi famā proximo restituāt, scd̄m determinationē Scot. ac Ric. & aliorū theologorum in 4. di. 15.

Quis pximo famā triplr auferre potest tripliciter q̄ reddere tenetur.

Tripliciter aūt potest quis auferre famā proximo. Primo verū crimen impōnēdo nō seruatis debitis circūstātijs. s. ordinis, & modi, vt puta, manifestando id quod verū est, sed occultū. Talis autē licet grauiter peccet reuelādo secreta crimina nō tamen teneẽ dicere se falsum dixisse qa mentiretur. Nemo. n. mētiri debet, pp quodcunq; bonum proximo suo reddendum quia vt dr̄ ad Ro. 3. Nō sunt facienda mala vt eueniant bona. Tenetur tñ aliquo modo licito reddere famam, hæc vel similia verba dicendo. Non credatis hunc hoīem esse talē, male dixi, fatue locutus sum. Et quidē hæc vera sunt, quia illa proposuit non seruato ordine iuris. Proposuit. n in publico, quod non erat publicū. Consimilis quoq; persuasio est, si dicat. Non reputetis eū esse malum. Quilibet nāq; p̄sumendus est bonus donec probetẽ contrariū c. vnico. de scru. in ord. fa. vbi dicitur. Humana fragilitas, illū quē indignū esse non nouit, dignū debet existimare. Cū ergo nō sit p̄batus malus corā illis, nō est repuādus ab eis malus. Debet igiẽ vnusquisq; tractare diffamationes p̄ximi. Nā magnæ sapiētię est reuocare hoīem q̄d male locutus est 22. q. 4. c. magnæ. & scd̄m Th. in prædicta di. quarti. & Ric. ibid. ar. 5. q. 3. in corpore q̄stionis, tenetur talis infamans infamato, ad recōpēsationē aliā ī æqualenti, si possibile est, qn̄ famā restituere non pōt, vel aliter ad arbitriū boni viri satisfacere debet si æqualens reddere nō valet ar. in c. 2 extra ne lite. pē.

2. Q̄uo q̄s infamare potest & reddere d̄eat.

Scdo dānificat q̄s proximū in fama verū crimen sibi impositū ab aliquo in iudicio, publice negando, & tali q̄uis peccet, quia mentiẽ negando veritatē, & notādo accusatorē de īfamia impositiōis falsi criminis, tñ nō teneẽ postea, tētione necessāria ad salutē accusatori restituere famā, recognoscēdo crimē sibi impositū verū esse, vt inqt Sco. & Ric. vbi supra. Nā cū accusator nō seruauerit iustitiā in accusatione, vel denūtiatione, qa proposuit corā iudice quod proponēdū nō erat, & quod probare nō poterat sibi iputare dēt. Ipse etenim fuit prīa & prin-

principalis causa infamationis suæ. Licet autem non teneatur quis coofiteri in iudicio crimen de quo nondum est conuinctus, quia posset esse tale propter quod suspenderetur, vel alias grauiter puniretur, & sui filij exhæredarentur. Tamen secundum Ricardum vbi supra, tenetur per aliqua sobria verba restituere famam quam abstulit ei indirecte eum imputando de calumnia, vtputa, dicendo. Non habeatis ipsum pro calumoiatore, quia forte imponendo mihi hoc crimen habuit bonam intentionem, vel credebat sic esse. Ad euitationem autem mendacij in his accusationibus, danda est responsio iurisperitorum, scilicet nego proposita, vt proponuntur. Hoc enim sine meodacio dici potest, quia proponuntur in publico, & vt publica, & non publicè probanda. Sic autem sine mendacio negare potest, qui scit ea in publico non posse probari, quòd si iudex vrgeat eum, vt impositum crimen fateatur, vel vt publice neget, respondere potest, quòd ipse ad accusationem sufficienter respondit. Attamen etiam in tali casu tutissimum est post huiusmodi abnegationem pœnitere, quia bonarum mentium est ibi culpam cognoscere, vbi culpa non est capitulo, ad eius quinta distinctione.

3. Quis in famam põt falsum crimẽ imponẽdo, & hoc cũ dupliciter esse põt ideo ẽt famã boĩ me restitue re dupliciter contingit.

Tertio damnificat quis proximum in famam falsum crimen imponendo, & hoc dupliciter contingere potest. Aut malum a se inuentum narrando, aut dicendo quod ab alio audiuit. Primo modo tenetur talis detractor retractare simpliciter verbum suum, & hoc publicè vel secretè, sicut proximum diffamauit. Alias non seruat iustitiam quæ vult reddi proximo quod suum est. lege. ff. de iustitia, & iure. Et institu eodem. in princip. Et dicit Raymundus in summa, quòd eodem modo quo proximum infamauit, debet illi restituere famam suam dicendo quòd mentitus est capitul. inter sollicitudines. §. precipias. de pur. cano. Quod intelligendum est nisi ex tali retractatione aperte facta magis diffamaretur infamatus. Non dicat ergo detractor. Ego de tali crimine infamaui talem specificando peccatum, quia forte amplius non recordantur & sic illis ad memoriam reduceret. Sed dicat Ego infamaui talem apud vos de quodam crimine, si non habetis de eo memoriam bonum est, si autem de eo recordamini, sciatis quòd ego adioueni hoc mendacium. Non dicat autem quod falsum dixit, sed quòd mentitus est, quia contra mentem dixit proximum infamando, eo quod putabat esse falsum & tamen poterat esse verum. Et dicit Scotus & Ricardus. vbi supra, quòd quamuis magis teneatur quis seruare famam suam, quàm alienam cæteris paribus, tamen detractor qui iniuste abstulit famam proximo magis tenetur illi restituere famam iuste, quam seruare propriam famam iniuste. Et dicit Raymund. & Hostien. in summa, quòd nisi rationabilis causa obstet, tenetur infamans ab infamato veniam postulare ar. in capitul. primo 14. quæstio. 6. & in cap. quidam. 5. quæstione prima. Secundo autem modo diffamat proximum quis narrando quod ab alio audiuit, non affirmando pro certo ita esse veritatem. Et tunc si ex leuitate, aut in consideratione nõ malignitate, & aĩo lædenti talia loquatur videtur veniale, cum humana lingua in lubrico sit posita Iacob 3. Si autem animo infamandi murmuret, & detrahat, etiam loquendo per auditum, non videtur excusari a mortali peccato, non tamen tenetur ad reuocandum dictum suum, quando solum dixit quod audiuit ab alijs, secundum Scotum, & Landulfum Neapolitanum in 4. distinctione 15. Si tantum ad audita addidit aliquid ex quo de ingrata fit fama proximi, vel si per talem relationem etiam non addendo aliquid sequatur infamatio alicuius, tenetur talis referens bono modo restituere famam ablatam, secundum Astensem nostrum in summa. O quot millia hominum propter istas maledictas detractiones ad tartara descendunt, nolentes propter verecundiam reuocare diffamationes proximorum, sine quarum retractatione non possunt absolui. Scriptum est enim in cap. cleri-

clericus. 46. distinctione. Clericus maledicus maxime de sacerdotibus cogatur ad postulandum veniam, si noluerit degraderur, nec vnquam ad officium sine satisfactione reuocetur.

Cũ multa mala, a lingua pcẽdũt ideo verba, antequã ꝓferamus põderare debemus.

PRo conclusione igitur huius sermonis, dico quòd tanta mala ex lingua procedunt, vt verbis exprimi non possint. Et tamen pauci sunt, qui illam bene regere sciant, vnde Iacobi tertio. dicitur. Qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir. Non est igitur mirum si pauci saluantur. Cum enim multi proximorum suorum, de opinione hominum auferant famam, de libro viuentium delent animam suam. Et licet magnum damnum, faciant proximo, maius tamen supplicium est, quod eis paratur in inferno. Ideo Ecclesiastici. 28. dicitur. Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladij, sed plures interierunt per linguam suam, hæc ibi. Seruare igitur debemus documentum quod ponit Cato 3. sui libri. c. di. Quod pudeat socios prudens celare memento. Et seq. c. iterum inquit. Productus testis, serua tamen ante pudorem. Quantuncunque potes crimen amici. Salomon quoque Prouerb. 25. ait. Quæ viderunt oculi tui ne proferas cito in iurgio, ne postea emendare non possis cum dehonestaueris amicum tuum Propter prædicta igitur damna inconsiderate locutionis euitanda, Socrates phylosophus raro loquebatur, vnde semel interrogatus cur taceret. Respondit. Quia me loquutum esse aliquando pœnituit, tacuisse nunquam. Est ergo proprium sapientia verba irrepræhensibilia loqui. Ideo Macrobius 3. saturnalium ait. Nihil est tam congruum sapientiæ, quàm locis & temporibus aptare sermones. Et sapiens Paulus ad Ephe. 3. inquit. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat. Quod quidam salutare consilium adimplere nobis ille concedat, qui sine fine viuit & regnat. Amen.

FERIA

FERIA IIII.

DE CHARITATE DEI ET PROXIMI.

SERMO QVINTVS.

LEGES meas custodite. Leuit. 19. Secundum Phi. sententiam in 3. de anima. Anima nostra tres habet potentias videlicet intellectum, memoriam, & volũtatem, quibus illustratur, illuminatur, & nobilitatur, ac perfecta dicitur. Sine quibus anima rationalis esse non potest. Quarum vna est cæteris nobilior s. voluntas. Quod patet quia potentia determinans est nobilior determinata, sed voluntas habet determinare actum intellectus, & memoriæ secundum Arist. & comentatorem 7. Metha. Ergo dignior est intellectu, & memoria. Item potentia quæ est libera per essentiam est nobilior. Sed voluntas est huiusmodi dicente Anselmo in lib. de conceptu virginali. Volũtas est Regina & Domina in toto regno animæ, ergo &c. Ideo de S Victore. in lib. de libero arbitrio dicit. Voluntas est potentia nobilissima.

An ãt hoc sit verũ, q voluntas sit ĩtellectu nobilior, vide Scotũ. 4. dis. 49. q. 4. art. 2 & Th. 1. parte sum. q. 22. ar. 3.

SIcut autem ad perfectionem animæ rationalis & eius essentiam necessariç sunt hæ tres potentiæ, ita sunt tres virtutes fundamentales in his potentijs fundatæ sine quibus anima in gratia Dei viuere non potest, vel ad summum bonũ peruenire. s. fides, spes, & charitas. Fides fundatur in intellectu. Spes ĩ memoria, Charitas in voluntate, secundum theologos in 3. distin. 27. De prima illarum virtutum dicitur ad Hæbr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. De secunda ad Roma. 8 Spe. enim salui facti sumus. De tertia ad Rom. 12. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Ipsa enim est via qua peruenitur ad Deum. Aug. quoq; in lib. de spiritu & anima. cap. 11. ait. Charitas est via Dei ad homines & via hominum ad Deum. De hac etiam. de pę. di. 2. c. hęc est charitas dicitur. Sicut sine via nullus peruenit quo tendit, ita sine charitate quæ dicta est via non ambulare homines possunt sed errare. Sicut ergo inter alias animæ potentias voluntas est præstantior, ita charitas in ea fundata, cæteris fundamentalibus virtutibus est dignior, quia qualia sunt prædicata, talia conueniunt esse subiecta, vt dicit glo. in c. dudum. de deci. ex nobilitate ergo subiecti ostenditur nobilitas prædicati. Et pariformiter ex nobilitate voluntatis demonstratur nobilitas charitatis in ea fundatæ. Et ideo Paulus 1. ad Cor. 13. inquit. Nunc autem manét fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas. Est autẽ charitas dilectio qua Deus diligitur propter se, & proximus propter Deum vel in Deo vt dicunt theologi in 3. dist. 27. Et in hoc duplici mandato. s. de dilectione Dei & proximi tota lex pẽdet & prophetæ, vt ait Saluator Matth. 22. Et ideo vt diuinas leges custodire valeamus. De hac dignissima charitatis virtute quinq; pulchras speculationes contemplabimur. Quarum prima dicetur dignitatis, Secunda vtilitatis, Tertia necessi-

Charitatis descriptio.

Sermonis diuisio.

cessitatis, Quarta ordinabilitatis, Quinta cognoscibilitatis.

P A R S P R I M A

De charitatis dignitate.

QVO ad primam partem quæ dicitur dignitatis. Fuit inter homines quæstio sæpius disputata videlicet quę esset maior nobilitas illius mundi? & diuersi varia senserunt. Quidam enim dixerunt quòd est dignitas temporalis vt esse regem, vel Imperatorem, vel spiritualis vt esse Cardinalē, seu Papam, &c. Quorum opinio est falsa. Nam vt dicitur in c. non loca. 40. dist. Non loca aut ordines Creatori nostro nos proximos faciunt, sed nos ei aut merita bona coniungunt, aut mala disiungunt, & in c. sicut 23. q. 4. dicitur. Apud Deum non gradus elegātior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Et in c. homo Christianus 40. dist. inquit. Christ. Homo Christianus fortiter cadit in peccatum propter duas causas, aut propter multitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis.

Confutatur opinio asserētiū maiorē nobilitatē cōsistere in dignitate tēpali, vel spirituali.

Alij vero posuerunt nobilitatem in generositate sanguinis, quod etiam est falsum Scriptum est enim in c. illud. 40. di. Non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisq; gratiam comparat sibi. & in c. venerabilis. de præben. & di. dicitur. Non generis sed virtutum nobilitas morumque honestas, gratum Deo faciunt & idoneum seruitorem, & ideo Gregor. in cap. nos qui 40. di. ait. Non ex locorum aut generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus.

Confutatio alterius opiniōis de maiori nobilitate.

Alij autem dixerunt illum esse nobiliorem qui maiores habuerit diuitias quod etiam est falsissimum, vt enim ait Apostolus primæ ad Thim. 6. Qui volunt diuites fieri incidunt in tētationes varias, & laqueos diaboli quæ demergunt homines in interitum & perditionem, & ideo ait Saluator Lucæ 6. Veh vobis diuitibus qui habetis consolationes vestras, vnde mortuus est diues & sepultus in inferno Lucæ 16. & ideo Ecclesiast. 13. dicitur. Quę pars bona diuitiis?

Alteri⁹ opinionis impugnatio.

Alij verò dixerunt quòd nobilitas consistit in explendo appetitum carnalem, vt in epulando, luxuriando, delitijs perfruendo, & in mundi huius delectationibus gaudendo, & suo modo viuendo, quod euidenter est falsum; quia vt inquit Grego. Momentaneum est quod delectat, æternum verò, quod cruciat, & August. ad hære. ait. Post mundi gaudia sequatur æterna supplicia.

Alteri⁹ opinionis confutatio.

Alij autem dixerunt ipsam nobilitatem consistere in corporis sanitate, ac fortitudine contra quos est dictum Christi quod refert Paulus 2. ad Corinth. 12. vbi ait. Nam virtus in infirmitate perficitur. Vnde ipse Apostolus ibidem de seipso inquit. Cum infirmor tunc fortior sum. Alij autem posuerunt nobilitatem in gloria humana, vel in formositate, contra quos inquit Salomon Prouerbiorum vltimo. Fallax gloria & vana est pulchritudo. Quidam vero putauerunt hanc nobilitatem consistere in amicitia hominum, contra quos dicitur Hieremias 17. Maledictus homo qui confidit in homine & ponit carnem brachium suum. Alij autem ipsam nobilitatem crediderunt stare in scientia, contra quos ait Apostolus primæ ad Corinth. octauo. Scientia inflat, charitas ædificat transumptiue in capitul. nisi cum pridem. §. pro defectu; de renun. Alij vero in alijs mundi rebus ipsam nobilitatem consistere putauerunt sequentes sententiam Persij poetę dicentis. Mille hominum species, & rerum discolor vsus, Velle suum cuique est nec voto viuitur vno. De quibus omnibus errantibus ait psalmista. Errauerunt in solitudine, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, quòd enim in aliqua mundana & transitoria prosperitate non consistat vera nobilitas probatur per Salomonem qui ait Eccle. 1. Vanitas vanitatum & omnia vanitas, & infra. Ego ecclesiastes fui rex Israel, & proposui in animo meo quęrere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Et locutus sum in corde meo dicens. Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Hierusalem, & mens mea cōtemplata est multa sapiēnter & didici. Dediq; cor meū

vt scirem prudentiam atque doctrinam, erroré atque stultitiam, & agnoui quòd in his quoq; esset labor & afflictio spiritus eo quòd in multa sapientia multa sit indignatio,& qui addit scientiam, addit & laborem, hæc ille. Qui in sequenti.c. iterum ait. Dixi ergo in corde meo, vadam & affluam delitijs & fruar bonis. Et vidi q hoc quoq; esset vanitas, risumq; reputaui errorem & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Et infra. Magnificaui opera mea. Edificaui mihi domos, & plátaui vineas, feci hortos & pomeria, & eó seui ea cuncti generis arboribus. Extruxi mihi piscinas aquarum vt irrigarem siluam lignorum germinantium. Possedi seruos, & ancillas, multamq; familiam habui, armenta, quoq; & magnos ouium greges, vltra omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem Coaceruaui mihi argentum & aurum,& substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delitias filiorum hominum, ciphos, & vrceolos in ministerio ad vina fundenda,& supergressus sum opibus omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem. Sapientia quoque perseuerauit mecum, & omnia quæ desiderauerunt oculi mei non negaui eis. Nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, oblectaret se in his quæ paraueram. Cúque me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerunt manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nil permanere sub sole, & iccirco tęduit me vitæ meæ videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus, hæc ille. Nobilitas ergo vera est illa de qua inquit Ouidius in libro de vetula. Nobilitas hominis virtutum clara propago. & Iuuenalis. Nobilitas sola est atq; vnica virtus. Sed hic quæritur quæ sit illa virtus quæ cæteris est nobilior, & in qua consistat maior nobilitas, hæc autem quęstio simi liter multotiens fuit ventilata,& circa ipsam verificatum fuit illud quod dicitur in c. cum in sacris. de conse. di. 4. quot capita tot sententię. Aliqui.n. dixerunt hác esse humilitatem quæ est radix omnium virtutum, sed hoc nó est verum, quia humilitas potest vitiose exerceri, iuxta illud Eccl. 19. Est qui nequiter se humiliat & interiora eius plena sunt dolo. Alij vero dixerunt q est fides sine qua nemo saluari potest sed hoc est falsum, quia etiá in malis reperitur. Vnde etiam de dæmonibus dicitur Iaco. 2. Dæmones credunt & contremiscunt. Quidam vero dixerút q est prudentia, ex eo q Salomon super salutem & omnem pulchritudinem dilexit eam Sap. 7. Sed hoc similiter est falsum quia quędam est prudentia spiritus & alia carnis quæ est vitiosa, vt dicitur ad Ro. 8. Et prudentia huius mundi stultitia est apud Deum 1. ad Cor. 3. Alij autem dixerunt quòd est virginitas quæ dicitur soror Angelorú, sed hoc est falsum quia cum ea potest quis damnari, vt patuit de Virginibus fatuis Matth. 25. Quidam vero dixerunt q est spes. Ait.n. propheta Psal. 39. Beatus cuius est nomé Domini spes eius,& Iob 11. dicitur. Habebis fiduciam propter spé. s. q peruenies ad vitam æternam, sed hæc opinio est etiá falsa, quia etiam mali habent spem de quibus dicitur Prouer. 10. Spes impiorú peribit. Alij vero dixerunt, quòd est iustitia quæ a philosopho summe commendatur 5. Ethic. Et vnicuiq; dat quod suú est. Sed hoc est falsum, quia de iustitia hominum in comparatione iustitiæ Dei potest dici illud Isa. 64. Sicut pannus menstruatæ sunt omnes iustitiæ. Item in exercendo iustitiam potest quis peccare, vnde Eccle. 7. ait Salomon. Noli esse iustus multum,& Prou. 24. etiam dicit septies in die cadit iustus. Alij autem dixerunt. Quod est patientia quæ opus perfectum habet Iac. 1. Sed hoc est falsum, quia patientiam habens potest esse inuolutus in alijs criminibus, vnde Apoc. 2. inquit Dominus. Patientiam habens & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti, sed habeo aduersum te quòd charitatem tuam primam reliquisti &c. Alij vero dixerunt quod est fortitudo de qua dicitur Neemie. 8. Gaudium Domini fortitudo vestra, sed hoc est falsum. Nam quis cum fortitudine potest esse superbus, vnde dicit Dominus Isa. 13. Arrogantiam fortium humiliabo. Item fortitudinem habés potest damnari & dicere illud Isa. 49. Va-

Quæ nã virtus alias in nobilitate pcellit.

Multæ opiniones ac eorum confutationes.

49. Vane fortitudinem meam consumpsisti. Alij etiam dixerunt quòd est misericordia, quæ facit vnicuiq; locum in cœlo. Eccle. 16. sed hoc est falsum, quia potest quis facere opera misericordiæ & pietatis in peccato mortali, & consequẽter illa misericordia siue pietas non erit accepta Deo c. in grauibus. 3. q. 7. Alij autem dixerunt quòd est temperantia quã Tullius in oratione pro Deiotaro rege dixit esse maximam virtutẽ sed hoc etiã est falsum. Multi. n. philosophi habuerunt virtutem temperantiæ & similiter alias virtutes, morales qui tamen damnati sunt deficiente in eis charitate. Et ideo concludendum est quod charitas est dignissima inter omnes virtutes, de qua Grego. 20. mora. ait. In sola dilectione omnis virtus virtutis nomen accepit, & in eadem omnium virtutum bona consistunt, hæc ille. Quod autẽ charitas sit nobilior omnium virtutum. Probatur primo ratione finalitatis. Fundamentũ cuius ponit philosophus 2. Phisi. & 1. Ethi. 2. de anima. & 3. Topicorũ dicens. Nobilior est finis omnibus quæ sunt ad finẽ, patet hæc regula: nam sanitas est melior omnibus medicinis ad eam consequendam ordinatis. Sed charitas est finis omnium virtutum vt habetur. 1. ad Thi. 1. & ad Ro. 13. & in c. charitas de pe. dist. 2. ergo est nobilior omnium virtutum.

Concludit charitatem esse omniũ virtutũ nobiliorẽ, hoc que rõnib. probatur.

2. Ratio.

SEcundo probatur ratione propinquitatis. Nam virtutes theologicę sunt nobiliores cæteris virtutibus eo quod magis attingunt Deum & magis immediate habent Deum pro obiecto, vt dicunt theo. in 3. di. 23. & Th. 2. 2. q. 23. ar. 6. inter theologicas autem virtutes charitas magis attingit Deum, quia idem est quòd Deus 1. Io. 4. Ergo alijs virtutibus est dignior. Et ideo Paulus 1. ad Cor. 12. appellat charitatem viam excellentiorem. Et ponitur transumptiue in c. charitas de pe. di. 2. in tantum autem excellit alias virtutes quod sine ipsa nulla alia virtus dici potest vt probat Thom. 2. 2. q. 23. art. 7. Ea propter Hieronymus in tractatu fidei, de charitate loquens sic ait. Vides in hac virtute vniuersa legis cauta pendere, vere si quis hanc habet iam Deus & Dei filius dici potest, Greg. quoq; in homilia super illud Ioan. 15. hoc est præceptum meum &c. sic dicit. Cum cuncta sacra eloquia plena sint Dominicis præceptis, quid est quòd de sola dilectione quasi de singulari mandato Dominus dicit. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, nisi quia omne mandatum de sola dilectione est, & omnia vnum præceptũ sunt, quia quicquid præcipitur in sola charitate solidatur, vt. n. multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multæ virtutes ex vna charitate generãtur, nec habet aliqd viriditatis ramus boni operis si non manet in radice charitatis, præcepta ergo Dominica & multa sunt, & vnum. Multa per diuersitatem operis, vnum in radice dilectionis.

3. Rõ charitatem alijs virtutibus nobiliorẽ esse pbatur.

TErtio idem probatur ratione formalitatis. Nam illa virtus est dignior quæ est forma aliarum tanquam illa quę alijs dat essentiam. Forma. n. dat esse rei 7. Phi. 2. de anima, & 7. Metaphi. Et notatur in l. Iulianus. §. sed & siquis. ff. ad exhiben. Sed charitas est forma omnium virtutum, vt dicunt theologi in 3. di. 27. ergo est alijs omnibus virtutibus excellentior, vt enim ait Aristo. 1. Phisico. Forma est quid diuinum & appetibile in natura. & 2. Phisico. etiam dicit, quod forma est magis natura quàm materia, quia vnumquodque magis dicitur secundum quòd est in actu, quàm secundum quòd est in potentia.

4. Ratio.

QVarto idem probatur ratione durabilitatis. Nam quanto aliquid est permanentius tanto nobilius est in eodẽ genere vt ait Philosophus 3. Phisico. sed charitas magis perdurat quàm fides vel spes, ergo est nobilior illis. Fides enim in patria cessabit per claram Dei visionem, quia vt inquit Gregorius in quadam homilia Pascali. Quæ videntur fidem non habent sed agnitionem. Spes etiam cessabit. Dicit enim Paulus Apostolus ad Roma. 8. Spes autem quæ videtur non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? De charitate autem inquit Apostolus 1. ad Cor. 13. Charitas nunquam excidit transumptiue in c. charitas nunquam de pœni. di. 2. imo vt ait sanctus Bonau. in 3 di. 31. ar. 3. Charitas

nostra in cœlesti patria dilatabitur, & perficietur. Ergo est alijs virtutibus excellentior, quia in actu perpetuo istius virtutis consistit tota fœlicitas nostra. Ait enim sanctus Bonau. in 2. dist. 38 in quæstionibus circa litteram. Nihil aliud est vita æterna, quàm charitas consumata.

Auctoritatibus sanctorũ hoc idẽ ostenditur qđ rõne probatum est.

EA propter considerans August. excellentiam charitatis inquit in libro de verbis Domini. Quicunque secundum regulam veræ charitatis viuit, non homo vel Angelus, sed Deus censendus est. Et rursum ait. Attende quanta est charitas, quæ si desit frustra habentur cætera, si adsit habentur omnia. Vbi enim charitas adest quod est, quod deesse possit? Vbi vero deest quod est quid possit prodesse? & in 15. de Trini. iterum dicit. Charitas est donum Dei, quo nullum est excellentius. & in libro 83. quæstionum. quæstio. 35. etiam dicit. Charitas in omnibus Dei donis ita excellit, vt etiam Deus dictus sit. Bernardus quoque in sermone de charitate inquit. Sicut aurum superat omnia metalla, & oleum supereminet omnibus liquoribus, sic charitas superat omnia bona mundi, omnem artem, omnemque virtutem. Et Vgo de sancto Victore in quodam sermone ait. Nescio quid maius in laude tua dicere possim, quam quòd Deum de Cœlo traheres, & hominem de terra ad Cœlum eleuares. O virtus excellentissima charitatis. Tu es illa propter quam Vniuersa facta sunt & creata, dicente Augustino in libro de verbis Domini. Sicut Deus omnia quæ fecit, ex charitate fecit, sic omnia ad finem charitatis reduci voluit. Et in libro de doctrina christiana, ait. Sola charitas est quæ vincit omnia, & quæ vbicunque fuerit trahit ad se omnia, & ideo omnium virtutum est Regina & eas excedit sicut probant theologi in 3. dist. 27 multis alijs rationibus quas breuitatis causa omitto.

✠
✠ ✠
✠

P A R S S E C V N D A.

De charitatis vtilitate.

QVANTVM vtilis sit charitas non potest humanis declarari sermonibus, sunt enim quasi innumerabiles eius vtilitates, quarum prima dicitur receptionis. Habens enim charitatem est receptaculum totius Trinitatis & in eo habitat Deus. Et hoc est quod dicitur 1. Ioan. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Transumptiue in cap. abijt. 11. quæstio. 3. & Ioan 14. dicit Dominus. Qui diligit me diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. Statim ergo quod charitas in nos venit, Spiritus sanctus sacrarium suum nos efficit, atque in nos descendit. Iuxta illud ad Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus vestris per Spiritum sanctum qui datus est vobis. Nullus ergo ditior, nullus potentior, nullus gloriosior reperiri potest illo, qui charitatem perfectam habet, cum habeat Deum qui est omne bonum Exod. 33. vnde canit ecclesia. Vbi charitas, & amor Deus ibi est. *1. Charitatis vtilitas.*

SEcunda vtilitas dicitur purgationis, scilicet peccatorum, de qua scriptum est primæ Petri. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Et idem habetur in 5. di. vltima, & 33. quæstio. 4. capitula pietas. & 3. quæstio. vltima. cap. tanquem admodum, & de pen. dist. 3. capi in tantum. & extra de bap. cap. maiores. Prouer. quoque 10. dicitur. Vniuersa delicta operit charitas. Ideo de Magdalena inquit Dominus Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. *2. Charitatis vtilitas.*

TErtia vtilitas dicitur cumulationis, scilicet meritorum, vnde de ipsa potest dici illud Prou. vlt. Multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias, tu vero supergressa es vniuersas. Ea propter Isaac de Syria in suis sermonibus dic. Maioris est meriti apud Deum solus affectus cum amore, quàm totius mundi cæsus sine charitate. & Augu. in sermone quodam de charitate inquit: Non minus totitas opt eum nõ diuturnitas tẽporũ, sed maior charitas *3. Charitatis vtilitas.*

tas maius auget meritum. Ex quibus cõcluditur quòd magis meretur ille qui est in charitate audiendo vnam missam, quàm ille qui est in peccato mortali audiendo decem millia missarum, plus meretur ieiunans vna die in charitate, quàm ieiunans mille annis sine charitate. O preciosa charitas tu es illa quę nos ad bona opera accendis, & innumerabilibus premijs gloriosos reddis, dicente Grego. in quadam homilia. Charitas si semel mentem ceperit ad innumerabilia opera extendit.

Tantam deniq; tamq; ardentem posset homo habere charitatem, quòd plus mereretur in vna die, quam alius tepidus in centum annis. Vnde inquit Hiero. in quodam sermone de charitate. Noli fidem pensare temporibus neque iccirco meliorem te putes quòd prius in Christi seruitio ceperis militare. Charitas enim est secundum quam opus mensuratur & attenditur.

4. Charitatis vtilitas. Quarta vtilitas dicitur impetrationis, scilicet gratiarum a Deo. Vt. n. dicunt doctores, vna anima existens in charitate orans Deum pro aliqua gratia, citius obtinebit illam quàm viginti millia hominum sine charitate. Ideo Augu in regula sua inquit. Plus valet apud Deum oratio vnius isti, quàm decẽ mille contemptoris. Et quod existens in charitate faciliter impetret gratiam a Deo probatur fundamento quòd ponit Phi. 8. Ethico. & auctor in libro de causis dic. Quanto magis aliquid appropinquat primæ causæ tanto plus accipit de virtute eius. Exemplum patet de igne, cui magis appropinquans magis accipit de eius calore. Similiter quanto quis magis appropinquat Papæ per gratiam vel sanguinem, tanto magis ab eo impetrabit quod requirit. Cum ergo existens in charitate sit vnitus Deo vt patuit supra, sequitur quòd quamcunque volet gratiam animæ suæ vtilem ab illo faciliter impetrabit. Vnde dicunt doctores in 4. distinctione 15. quòd ille qui in charitate aliquid a Deo petit semper accipit vel illud, vel quod melius & salubrius est animæ suæ.

5. Charitatis vtilitas. Quinta vtilitas dicitur decorationis, de qua inquit Bernardus in sermone de charitate. Sicut pulchra vestis corpus mirabiliter decorat, & lapis preciosus annulum venustat, sic charitas in anima posita reddit eam mirabilem in pulchritudine & sanctitate.

6. Charitatis vtilitas. Sexta vtilitas dicitur fortificationis, scilicet ad pugnandum, vnde ad Roma. octauo. dicit Paulus. Quis nos separabit a charitatẽ Christi? & Cant. 8. dicitur. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatẽ, nec flumina obruent illam. Et ratio est illa quæ ibidem ponitur, scilicet. Fortis est vt mors dilectio. Homo igitur per charitatem perfectam dicitur fieri quodam modo impeccabilis peccato mortali de pe. dist. 2. §. ex præmissis.

7. Charitatis vtilitas. Septima dicitur aspernationis, scilicet mundialium voluptatum primæ Ioan. 2. Si quis diligit mundum non est charitas Dei in illo, vnde Gregorius in quadam homilia inquit. Sicut mors corpus interimit, sic charitas vitæ æternæ ab amore temporalium mentem auertit. Nam mentem quam perfecta charitas absorbuerit, ad terrena fortis desideria insensibilem reddit.

8. & 9. Charitatis vtilitas. Octaua dicitur consolationis, de qua dicitur Psalmo 132. Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in vnum.

Nona dicitur tolerationis, scilicet omnis laboris pro Deo 1. ad Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est.

10. 11. & 12 Charitatis vtilitates. Decima dicitur custoditionis. s. mundiciæ, ad Eph. 1. Elegit nos Deus ante mundi constitutionem, vt essemus mũdi & immaculati in conspectu eius in charitate.

Vndecima dicitur fugationis. s. timoris seruilis 1. Io. 4. Timor nõ est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem Transumptiue in cap. quis nos. 23. quæstio. 4.

Duodecima dicitur copulationis. s. animorum, Amor. n. est vis vnitiua copulans amantem cum amato, vt inquit Dyonisius 4. c. de diuinis nominibus. Ideo dicit Apo. ad Colo. 3. Super oĩa aũt charitatem habentes, quę est vinculũ aĩorũ. Eapropter Augu. diffiniens charitatẽ in lib.

de spiritu & anima dicit. Charitas est vita copulans amātem cum amato. Vgo vero de S. Victore inquit. Scio anima mea quòd quicquid diligis in eius similitudinem transformaris, & Aug. dicit. Vnusquisq; talis est qualis est dilectio sua. Si Deum diligis Deus es. Si terram diligis terra es. De Aristotile etiā legitur quòd interrogatus quid esset amicus, respondit, quòd est quasi eadem anima cum amato.

13. 14. & 15. charitatis vtilitates.

TErtiadecima dicitur executionis.s. diuinorum mandatorum 1. Io.4. Hæc est charitas Dei vt mandata eius custodiatis.

QVartadecima dicitur directionis.s. cordium, vnde 2. ad Thes. vlt. dicit Paulus. Dominus autem dirigat corda, & corpora nostra in charitate.

QVintadecima dicitur perductionis.s. ad vitam æternam. Ideo dicitur ad Ephe. 3. In charitate radicati & fundati vt possitis comprehendere. s. vitam æternam cum omnibus sanctis. Ber. quoq; in sermone de charitate ait. Sicut non habenti charitatem clauditur ianua regni cœlestis, sic habenti charitatem aperitur ianua Paradisi. Dicit quoq; B. Augu. in lib. de verbis Domini. Et declarat Th. 2. 2. q.2. ar.9. quòd omnes actus qui eliciuntur a charitate sunt meritorij de condigno vitæ æternæ, vnde super illa verba Pauli ad Ro. 8 Diligentibus Deum omnia cooperantur in bo. si, glosa inquit. s. vitæ æternæ. Hiero. quoq; in testamento dicit. Qui manet in charitate iam in Cęlo cepit habitare, & Aug. in lib. de moribus ecclesiæ. c.28. inquit. Nihil tam durum, tamq; ferreum est, quòd non amoris igne vincatur, quo se anima eleuat in Deum, & a carnis grauedine libera volitat pennis pulcherrimis atq; integris, quibus ad Dei amplexum amor castus innititur. Ideo Ber. in sermone de charitate ait. Dilatemur in affectu charitatis vt exaltemur in gloria celsitudinis, quia ad illam nemo peruenit nisi qui hic dilectionem Dei, & proximi deuota mente tenuerit.

PRosper etiam in lib. de vita contemplatiua, & ponitur de pe. di.2. c. charitas in laudē huius virtutis inquit. Charitas est recta voluntas ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus auersa, iuncta vero Deo inseparabiliter, & vnita igne quodam spiritus sancti, a quo est & ad quem refertur incensa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, super omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum omnium potentissima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus semper inuicta, summa actionum bonarum, salus morum, finis cęlestium pręceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorū, arma sanctarum mentium, causa meritorum, pręmium perfectorum, sine qua nullus Deo placuit, cum qua nec potuit aliquis peccare nec poterit, fructuosa in pęnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyribus, operosa in omnibus fidelibus, ex qua quicquid est operis viuit, hæc ille. Charitas ergo est virtus a qua omnia bona procedunt 1. ad Thi.1. & extra de reg. iur. c. licet. in fi. Ideo Hiero. in tractatu fidei dicit. Est ergo dilectio vinculum animorum, casta & sincera sine æmulatione charitas, consumatio omnium mandatorum, breuis clauus omnium præceptorum, quam quis cum habuerit omnia habet, & sine hac remanet imperfectus. O sancta atq; vtilissima charitas tu es illa quæ nos ad regni cœlestis altitudinem trahis, dicente Domino Oseæ. 11. Trahā vos in vinculis charitatis Tu es illa quę Dei secreta nos intelligere facis, & comprehendere quæ sit longitudo, altitudo, sublimitas & profundum, vt dicitur ad Ephe.3. Tu es illa quæ nobis viam pœnitentiæ suauem facis. Ait. n. Aug in lib. cōfessionum. Qui amat non laborat. Omnis enim laborans non amantibus grauis est. Solus amor est qui nomen difficultatis ignorat. Et iterum inquit. O iugum sancti amoris quàm fœliciter oneras, quàm dulciter illaqueas, quam suauiter stringis, quàm vtiliter vris, quàm subtiliter vulneras, & quam salubriter sanas. Et in lib. de perfectione idem ait. Amor nō sentit amaritudinem sed dulcedinem, quia

Charitatis quadā descriptio.

soror

soror amoris est dulcedo. Et 1. Ioan. 5. dicitur. Mandata Dei grauia non sunt, vbi glosa ait. s. amanti.

PARS TERTIA.
Huius sermonis, de charitatis necessitate.

Charitatem necessariã esse probatur auctoritatibus ostẽditur.

PRO declaratione tertiæ partis. Sciendum est quòd charitatem esse saluti nostræ necessariam probari potest tripliciter. Primo ergo probatur via auctoritatis propheticæ, euangelice, apostolicæ, canonicæ, autenticæ, physicæ, & politicæ. Auctoritates propheticæ sunt quasi innumerabiles. Scriptũ est. n. Exo. 20. Facio Misericordiam inquit Dominus his qui diligunt me, & Deut. 10. Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit a te nisi vt diligas eum & ambules in vijs eius? Et 30 eiusdem libri. Diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua vt possis viuere.

Euãgelij auctoritatib. hoc idẽ ostẽditur.

AVctoritate etiam euangelica ostenditur necessitas charitatis. Ait. n. Dominus Mar. 12. & Matth. 22. & Luc. 10. Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Et idem habetur Deut. 6 Quę verba exponit Chris. super Matthæum sic. Ex toto corde diligas Deum. i. fac vt cor tuum ad nullius rei amorem magis sit inclinatum quam Dei, tota anima idest vt certissimum animum habeas in veritate & firmissimum in fide, tota mente, idest vt omnes sensus tui vacent circa Dei voluntatem, scilicet intellectus, cogitatio, sapientia, & memoria, vel sic toto corde vt omnes cogitationes in Deũ dirigas, tota anima vt omnes affectiones in Deum retorqueas, tota mente vt omnes bonas operationes propter Deum facias iuxta illud. 1. ad Cor 10. Omnia in gloriam Dei facite. Et hæc etiam est expositio Chrisostomi vbi supra. Vgo vero de sancto Victore sic exponit. Ex toto corde. i. deuotione quo ad Virgines, tota anima. i. discretione quo ad confessores, tota mente. i perseuerantia quoad martyres Gregorius vero dicit. Toto corde tota anima, & tota mente. i. super omnia. Et est conculcatio verborum quæ significat excellentiam amoris. Nicol. de Lira super Deut. 6. sic exponit. Ex toto corde. i. ex toto motu voluntatis, quæ hic designatur nomine cordis, quia sicut cor mouet alia membra, sic volũtas alias animi potentias ad actus suos. Ex tota anima idest, ex toto intellectu, & appetitu sensitiuo, vt ex motu dilectionis intellectus sit Deo subditus maxime in his quæ pertinent ad fidem, & appetitus sensitiuus sit secundum ordinem dilectionis regulatus. Ex tota fortitudine per quam designatur vis exterior executiua. Quod fit cum ex diuina dilectione actus noster exterior exequitur imperij voluntatis diuinæ prompte, & expedite. Sanctus autem Bernardus sic exponit in libro de diligendo Deum. Toto corde, idest sapienter & prudenter. s. vt non diligamus aliquid supra Deum vel sicut Deum, sed omnia infra Deum. Tota anima, idest dulciter quia quilibet debet Deum diligere cum dulcedine. Dulcedo autem constat in benedicendo, regratiando, & accepta beneficia recognoscendo, & sæpe recogitando, tota mente, idest fortiter non deficiendo ab eius amore, vel ab eius seruitio propter timorem, aut verecundiã, vel asperitatem laboris, aut imminentiam periculi, iuxta illud Martialis libro vndiq; suscepto. c. 6. Nescit amor vehemens ad quæq; pericula rumpi, vt enim dicitur in c. hæc est charitas. de pe. di. 2. & sunt verba Prosperi in lib. de vita contemplatiua. Si charitatem Deo exhibeamus omnia quæ difficilia sunt humanæ fragilitati vel aspera etiam cum dilectione perficimus.

Expositio illius diliges Dominum Deũ tuũ ex toto corde. &c. Luc. 10.

Aliæ expositiones illius diliges Dominũ Deũ tuũ. &c.

AVgustinus vero in 1. de vita Christiana exponit Toto corde, i. intellectu sine errore. Debemus ergo captiuare intellectum nostrum ad obsequium Christi & totum studium nostrum primarie Christo dare, & ad visionem Dei toto desiderio anhelare iuxta illud 2. ad Corinth. 10. In captiuitatem redigentes omne intellectum in obsequium Christi. Secundo exponit Augustinus tota anima. i sine contradictione quia nunquam propter aliquod commodum vel incommodum amor Dei est dimitten-

 dus,

mo.n.debet damnari, quem culpa non grauat.l.sancimus.C.de penis & l.fi.C.de modo mul. Tertio cõmittitur sicut hodie fieri solet. Inuentiuas, & cantilena., leno cinio verborum fucatas componendo, vel famosos libellos contra proximũ scribendo, quod quam graue sit peccatum, patet per punitionem legis ciuilis. Tales namq; non solum facientes libellos, sed etiam inuenientes, & non corrumpentes, & destruentes, sed continentiam eorum manifestantes, decapitari debent vel deportari l.vnica. C.de famo.li & c.hi qui. 5.q.1 Secundum autem canones, flagellari debent, & excommunicari, d.c.hi qui. & c.quoniam in alterius.ea.q.& causa. Et possunt deponi cum sit graue crimen & damnatione dignissimum. 25.d.§. nunc autem.

2. Detractionis modus, qui et fit tripliciter.

SEcundus modus principalis detrahendi dicitur astutus. Sunt enim aliqui cum astutia detrahentes, & hoc etiam fit tripliciter. 1. tacendo. Nam cum interrogantur de alicuius virtutibus licet nullum malum dicant tacent tamen verum & bonum quod sciunt dicereq; deberẽt. Sicut si quis interrogaretur de aliqua puella nobili, an esset honesta & ille sciret sic esse, & tamen taceret, aut diceret. Non me interpono de alienis factis. Talis enim & si non directe, tamen indirecte proximi sui famam læderet. Ideo dicebat Gilbertus Porretanus. Grauis rapacitas est cum veram alterius gloriam, & si mendacio non corrumpis silentio præteris.

SEcundo astuti detrahunt negando. Cum.s.& si malum non dicant de proximo, negant tamen bonum quod de illo ab alijs narratur. Et hoc ex inuidia procedit, vnde Gilbertus Porretanus iterum dicebat. Liuor excellentiam propriam semper cogitans obscurat alienam.

TErtio astute detrahunt venenando. Cum.s.multa bona dicunt de aliquo venenando, cum aliquo malo interposito, sicut multi faciunt semper addentes sed vel si. Dicunt.n. O si talis non haberet illum defectum, vel illum, tot virtutibus quibus floret laudaretur à cunctis vel dicunt. Talis est doctus vel probus, sed deficit in humilitate, & huiusmodi. Sicq; detrahendo ne videantur loqui ex malignitate laudant, vt magis vituperẽt, & simul cum melle porrigunt ad bibendum venenum, de quibus inquit Hiero. in quadam epistola. Venena non dant nisi melle abscondita.

3. Detractionis modus, qui tripliciter fieri contingit.

TErtius modus principalis detrahendi dicitur simulatus, & fit etiam tripliciter. Et est proprie hypocritarum, qui primo detrahunt dolendo. Fingunt namq; voce, vultu, verbis, gestu, ac suspirijs dolenter, & ex charitate referre criminationes, & infamationes proximorũ suorum, cum tamen id faciunt ex impietate, liuore & inuidia. Et hoc est quod Ber. super Can. sermone. 24. inquit Detractores quodam simulato verecundiæ fuco conceptam malitiam, quam retinere non possunt adumbrare conatur. Videas à detractore alta præmitti suspiria cum quadam grauitate, & tarditate, vultu mesto, demissis supercilijs, & voce plangenti, egredi maledictionem, & quidem tanto persuasibiliorem quanto creditur ab his qui audiunt corde inuito, & magis condolẽtis affectu quàm malitio se proferri, hæc ille.

2. Species huius tertij modi detractionis.

SEcundo detrahunt hypocritæ p rouocando. Simulant.n.se defendere velle errorem proximorum, & eos excusare detentes. Talia dicuntur de tali, sed melius est non credere, & ista dicunt vt alios prouocent ad maledicendum. Interdum etiã laudant aliquem vltra veritatem, & maximè coram inimicis eius, vt eos magis prouocent ad contradicendum, & infamãdum illum. Cum n. inimicus nequeat bono animo pati, quòd eius æmulus laudetur de virtutibus quas habet, quia eas reputat vitia esse, & defectus, dicente Cassiodoro super psalmistam. Menti futore ebriæ, omne quod rectum dicitur peruersum videtur, multo minus poterit supportare, quod de virtutibus quas non habet magnificetur.

3. Huius modi species

TErtio detrahunt hypocritę amplian do, & paliando suas detractiones. Incipiunt. n. primo laudare auditores de his, quæ in alijs volunt damnare, vt eos magis incitent ad credendum. Deinde simulant se ex zelo veritatis, & iustitiæ dicere, vnde secundum Bernadum vbi supra, dicit hypocrita cum infamare vult proximum. Doleo vehementer pro eo, quod

quod diligo eum satis, & nunquam potui corrigere eum.]Et aliquando etiam dicit bene mihi compertum fuerat hoc, sed per me nunquam innotuisset sed quoniam per alterum res patefacta est veritatem negare non possum dolens dico, te vera ita est. Et adiungit. Grande damnũ est: nam alias quidem in pluribus valet. Cæterum in hac parte, vt verum fatear excusari minime potest, hęc ille. Et sic isti hypocritæ ampliando, & augendo crimẽ proximi, eum vituperant multa falsa inferentes, & quod non audent voce dicere, signis, & nutibus faciunt, minimũ proximi delictum valde aggrauantes. Nam non solum lingua,]sed etiam factis, & signis animi conceptus exprimitur. c. cum apud. & c. tue. de spon. O hypocritæ nequissimi profecto in hoc ostenditis vilitatem & ambitionem vestram. Ait. n. Hieronymus in quadam epistola. Vilium sane hominum, & suam laudem quærentiũ est, alios viles facere, quia alterius vituperatione, se laudari putant, qui & si suo merito placere non possunt placere volunt in comparatione peiorum.

De remedijs erga detractionẽ & 1. parte eorũ q detrahũt tria assignãtur.

TErtio principaliter circa detractionẽ videnda sunt nouem remedia. Primo tria ex parte eorum, qui detrahunt quorum primum dicitur. Charitatiua dilectio. Cũ. n. detractio procedat ex odio vt supra diximus, profecto nihil ita nilit tat contra eam sicut dilectio charitatiua, quæ est ei contraria. Ait. n. Arist. 10. Metha. quod contraria mutuo se expellunt & vno existente in subiecto aliud præualere non potest. Si igitur habebimus charitatem erga proximum & amabimus eũ sicut nos ipsos, secundum præceptum Domini Matth. 22. Non detrahemus illi, sicut nec alios vellemus detrahere nobis imo de proximo bene loquemur. Hoc. n. est signum charitatiuę dilectionis. Vnde secundus philosophus dicebat. Principium amicitiæ est bene loqui. Maledicere autem est inimicitiarum exordium, hanc dilectionem habebat Dauid qui quamuis Saul eum vsq; ad mortem persequeretur tamen audita eius morte, vt habetur 2. Reg. 1. scidit vestimenta sua, & planxit eum, atq; alios ad plangẽdum inuitauit, multa in laudem inimici sui dicens. In signum quod mentem suam in caritate locauerat. De hoc remedio loquitur Hieronymus in transitu suo dicens. Vbi charitas vera est, ibi inuidia nulla est, ibi ambitio nulla cognoscitur, nec murmuratio, aut detractio.

2. Cõtra detrahẽtes remedium.

SEcundum remedium dicitur bona sociatio. Nam si cum detractoribus qs conuersetur, quandoq; eum detrahere quodammodo necesse erit. Inquit. n. Augu. 28. q. 1. c. sepe. & 13. q. 4. c. quisquis. Sæpe malorum consortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos qui ad vitia proni sunt. Ideo Arist. 2. Ethic. dicit. Incorrigibilis homo tollendus est de medio sociorũ. Tertium remediũ est propriè con scientiæ examinatio. Et de hoc loquitur Isido. in quodam sermone dicens. Nũquam detrahes si te bene prospexeris.

3. Cõtra detrahẽtes remedium.

Tria remedia ex parte detractionem audientium.

SEcundo ex parte eorum qui audiunt detractionem sunt tria remedia. Primum dicitur vultus contristatio. Debemus. n. detractoribus tristum vultũ ostẽdere, vt à murmuratione desistant. Quia vt inquit Anterius Papa. 6. q. 1. c. ex merito. Nemo inuito auditori libenter refert, & ideo Hiero. ad Rusticum monachum ait. Non minus auribus quàm lingua fugias detractionem. Nam sicut si sagitta mittatur contra duram materiam. Nonnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerãtem. Et si quis mittit in altum lapidem, sæpe recidit in caput eius. Ita detractor cum tristem viderit faciem audientis imo non audientis quidem, sed obturantis aures suas ne audiat iudicium sanguinis illico contiscet, pal let vultus, haberet labia, saliua siccatur, hæc ille. Ait. n. sapiens Prou. 25. Ventus acquilo dissipat pluuias, & vultus tristis linguam detrahentem. Debet etiam audiens detractores reprehendere quando non immineret maius scandalum. Et hoc ostendit Christus exemplo suo reprehendens discipulos de Magdalena murmurãtes. Io. 12. Dauid quoq; inquit in Psal. 100. Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar, & Iob 29 sui libri dicit. Conterebam molas iniqui detractoris, & de dentibus illius auferebam pdã.

2. Remediũ pro his qui detractiões audiunt.

SEcundum remedium est recessio. Si. n. sine scãdalo fieri potest, cum quis detrahere incipit, statim debet audiens verba eius recidere aut ab eo recedere quia

vt

vt ait.Hier.Si deest auditor,deest & detractor, hoc autem quisq; facere debet cogitans ꝙ mortaliter peccat, qui libenter detractores audit.vnde Ber.ad Eugenium scribit. Detractor & detractionis auditor,vterq; diabolum portat, ille in lingua,ille in aure.

3. Remediũ ꝑ detractio nes audien tibus.

Tertium remedium est cordis stabilitio vt non cito credatur malũ quod dicitur.Qui.n.cito credit leuis est corde Eccl 19. Ideo Cato in suis documentis inquit.Rara fides ideo quia multi multa loquũtur.De isto remedio Hiero. in quadam epist.inquit. Si nõ passim detractoribus crederemus, iam detrahere omnes timerent,ꝙ si ita notum sit vitium proximi,vt aliter credi non possit, debemus ei compati,& audita non publicare. Sed seruare illud Pauli consilium 1. ad Cor. 12. Si quid patitur vnum membrum,cõpatiantur alia membra. Considerare etiã debemus illud quod Lactan. inquit in 6. diui.insti.aduer.gentes di. Nemo est tam circunspectus,aut prudens, qui non aliquãdo labatur.Et ideo quilibet magis timere debet de suis lapsu quàm de peccatis alienis gaudere.

Tria remedia pro his quibus detrahitur.

Tertio ex parte eorum quibus detrahitur, sunt alia tria remedia. Primum dicitur præuisio,quia homo debet primo præuidere, vt ab eo tollatur occasio detractionis. Quod non faciunt quidã dicentes.Sufficit mihi cõscientia mea, quia inquit Pau. 1.ad Thes. vl. Ab omni specie mali abstinete vos. Et ideo debemus ita bene viuere,vt non demus alicui materiã de nobis detractionem faciendi.

2. Remediũ ex parte eorũ quibus detrahitur.

Secundũ remedium dicitur recordatio.Meminisse.n.debemus ꝙ patiẽter tolerantes detractiones iniuste de nobis factas,facti socij Christi, ac B.Virg.aliorũq; sanctorũ, qui diffamati sæpius fuerunt ab iniquis,consequemur præmium de quo Saluator ait Matth 5. Beati eritis cũ maledixerint vobis homines, & dixerint omne malũ aduersum vos mentientes propter me,gaudete,& exultate,quoniam merces vestra copiosa est in cęlis. Recordari ẽt debemus, ꝙ Deus pro vtilitate animæ nostræ,& cõseruatione in humilitate, permittit nobis detrahi, vnde inquit Greg. in c.sunt autẽ plurimi 6.q. 1.Sunt autem plurimi qui vitam bonorũ fortasse amplius q̃ debent laudant, & ne aliqua elatio de laude subrepat, permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, vt si qua culpa ab ore laudantiũ in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocet. Debemus quoq; seruare illud consilium eiusdẽ Greg.super Eze. di. Sicut linguas detrahentiũ nostro studio non debemus excitare,ne pereant, ita per suam malitiã excitatas, debemus æquanimiter tolerare vt nobis meritum crescant.

3. Remediũ pro his quibus detrahitur.

Tertiũ remediũ dr̃ recursio. Debemus namq; adimplere illud Greg. documentũ in c.inter verba.11.q.3. qui dicit. Inter verba laudantiũ siue vituperantiũ ad mentẽ semper recurrendũ est. Et si in ea non inuenitur bonum quod de nobis dr̃,magnam debet nobis tristitiã generare. Rursus si in ea non inuenitur malum quod de nobis homines loquũtur, in magnã debemus lętitiam prosilire,ꝙ si non omnes laudant,& conscientia liberos nos esse demonstrat,habemus Paulũ dicentẽ. Gloria nostra hęc est testimoniũ consciẽtiæ nostrę. Iob quoq; dicit. In cęlo testis meus si ergo est nobis testis in cęlo, & testis in corde,dimittamus stultos foris loqui,quod volunt,hæc ille.

De restitutione famæ.

Vltimo circa detractionem, videnda est eius restitutio,& satisfactio,quæ ẽ valde difficilis. Quia sicut semel annihilatum nõ reddit idẽ numero,vt ait Arist. 2.de generatione ita fama proximi sublata nõ faciliter ei restituiẽ,plus.n.attẽdũt hoies, quod est in opinione, q̃ quod in veritate.l.his qui hęres.in fi. ff.de acqui. hęre.l.Barbarius.ff.de offi.prę̃t. Ideo vera est illa Hẽrici poetę sentẽtia li.1.par.4.

Quem semel horrẽdis maculis infamia nigrat.
Ad bene tergendum multa laborat aqua.

Ouidius etiam in 6.de fastis ait.

Rumor vt est velox, agitatis peruolat alis.s.ad infamandum proximum. Et ideo vera est illa poetæ sententia.

Fama malum,quo nõ aliud velocius vllũ.
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo
Parua metu primo, mox se se attollit in auras.
Ingrediturq; solo & caput inter nubila cõdit.

Exageratio cõtra detrahentes.

& sunt verba Virgil.4.Eney. O diabolica lingua o lingua serpẽtina,o lingua male-

maledicta, quæ tantos infamasti, melius stares in ore accipitris, vt ab eo mederetis, quàm in ore humano. O quot docti viri propter detractores reputantur indocti, quot Virgines creduntur corruptę quot viduæ continentes & castæ luxuriosæ tenentur & vanæ, quot pœnitentes hypocritæ, quot Dñi iustitiæ amatores tiranni, quot boni mercatores, & probi viri, censentur mali, & iniqui. O Susanna continentię amatrix, quis te in famauit de adulterio, nisi malę perfidorum senum linguæ, Dan. 13. O perditum genus detractorum audi quid de te Salomon Prou 30. inquit. Est generatio, quæ pro dētibus gladios habet & comedit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Hoc autē vos detractores facitis, cum bonā proximorū famam annullatis de qua inquit Tullius in 2. de oratore. Bona extimatio, diuitijs præstat. Ideo dicitur. l. vnica. in fin. C. de his qui po. no. quòd ille dicit prodigus qui pro nihilo habet famam suam Hanc famam preciosam, destruunt lacerant, & feriunt linguę murmurātiū, q̄ sunt oībus sensibus acutiores. Vnde interrogat? Salomon philosophus qd acutius gladio? Rñdit praua hoīs lingua. Item interrogatus scd'us philosophus. Quid est lingua? Rñdit flagellū est, & bene flagellū dicitur, qa illos quos attingere non possunt omnes gladij qui reperiuntur in mundo, attingit maledicta lingua detrahentium. Et ideo interrogatus Anacharsis philosophus, quid est in hominibus bonum, aut malum. Respondit lingua est enim optima ad comedendum, sed pessima ad detrahendum, & obloquendum. Item optima quando bene loquitur, sed pessima quando male sermocinatur. Vnde de illa dici potest illud quod de origene ait Hiero. s. quòd vbi bene nemo melius, & vbi male nemo peius. Et ideo ipsa lingua ne polluta locutione putrescat debet tale discretionis & præmaturæ considerationis condiri. Vnde legitur inquirenti cuidā a Demosthene, quomodo posset optime dicere ait. Si nihil dixeris nisi quod optime scieris. Hoc autem consilium non seruant detractores, qui non solum non loquunt ea quę bene sciūt sed potius dicūt q̄ nesciunt. Et qd deterius est affirmāt illa q̄ ipsi ex iniquitate sua confixerunt, q nunq̄ absolui poterunt, nisi famā proximo restituāt, scd'm determinationē Scot. ac Ric. & aliorū theologorum in 4. di. 15.

Tripliciter aūt potest quis auferre famā proximo. Primo verū crimen iin ponēdo nō seruatis debitis circūstātijs. s. ordinis, & modi, vt puta, manifestando id quod verū est, sed occultū. Talis autē licet grauiter peccet reuelādo secreta criminia nō tamen teneī dicere se falsum dixisse qa mentiretur. Nemo. n. mētiri debet, pp quodcunq; bonum proximo suo reddendum quia vt dr̄ ad Ro. 3. Nō sunt facienda mala vt eueniant bona. Tenetur tñ aliquo modo licito reddere famam, hæc vel similia verba dicendo. Non credatis hunc hoīem esse talē, male dixi, fatue locutus sum. Et quidē hæc vera sunt, quia illa proposuit non seruato ordine iuris. Proposuit. n in publico, quod non erat publicū. Consimilis quoq; persuasio est, si dicat. Non reputetis eū esse malum. Quilibet nāq; p̄sumendus est bonus done c probet contrariū c. vnico. de seru. in ord. fa. vbi dicitur. Humana fragilitas, illū quē indignū esse non nouit, dignū debet extimare. Cū ergo nō sit p̄batus malus corā illis, nō est repuādus ab eis malus. Debet igiī vnusquisq; tractare diffamationes p̄ximi. Nā magnæ sapiētię est reuocare hoiem qd' male locutus est 22. q. 4. c. magnæ. & scd'm Th. in prædicta di. quarti. & Ric. ibid. ar. 5. q. 3. in corpore q̄stionis, tenetur talis infamans infamato, ad recōpēsationē aliā ī æqualenti, si possibile est, qñ famā restituere non pōt, vel aliter ad arbitriū boni viri satisfacere debet si æqualens reddere nō valet ar. in c. 2 extra ne lite. pē. Scd'o dānificat q s proximū in fama verū crimen sibi impositū ab aliquo in iudicio, publice negando, & talis quis peccet, quia mentiī negando veritatē, & norādo accusatorē de ifamia impositiōis falsi criminis, tñ nō teneī postea, rētione necessaria ad salutē accusatori restituere famā, recognoscēdo crimē sibi impositū verū esse, vt inqr Sco. & Ric. vbi supra. Nā cū accusator nō seruauerit iustitiā in accusatione, vel denūtiatione, qa proposuit corā iudice quod proponēdū nō erat, & quod probare nō poterat sibi īputare dēt. Ipse etenim fuit prīa & prin-

Quis p̄ximo famā tripliciter auferre potest tripliciterque reddere tenetur.

2. Qūo q̄s infamare potest & red dere dēat.

principalis causa infamationis suæ. Licet autem non teneatur quis confiteri in iudicio crimen de quo nondum est conuinctus, quia posset esse tale propter quod suspenderetur, vel alias grauiter puniretur, & sui filij exhæredarentur. Tamen secundum Ricardum vbi supra, tenetur per aliqua sobria verba restituere famam quam abstulit ei indirecte eum imputando de calumnia, vtputa, dicendo. Non habeatis ipsum pro calumniatore, quia forte imponendo mihi hoc crimen habuit bonam intentionem, vel credebat sic esse. Ad euitationem autem mendacij in his accusationibus, danda est responsio iurisperitorum, scilicet nego proposita, vt proponuntur. Hoc enim sine mendacio dici potest, quia proponuntur in publico, & vt publica, & non publicè probanda. Sic autem sine mendacio negare potest, qui scit ea in publico non posse probari, quòd si iudex vrgeat eum, vt impositum crimen fateatur, vel vt publice neget, respondere potest, quòd ipse ad accusationem sufficienter respondit. Attamen etiam in tali casu tutissimum est post huiusmodi abnegationem pœnitere, quia bonarum mentium est ibi culpam cognoscere, vbi culpa non est capitulo, ad eius quinta distinctione.

3. Quis in famam pôt falsum crimẽ imponẽdo, & hoc cũ dupliciter esse pôt ideo & famã hol mo do restitue re dupliciter contingit.

Tertio damnificat quis proximum in famam falsum crimen imponendo, & hoc dupliciter contingere potest. Aut malum a se inuentum narrando, aut dicendo quod ab alio audiuit. Primo modo tenetur talis detractor retractare simpliciter verbum suum, & hoc publicè vel secretè, sicut proximum diffamauit. Alias non seruat iustitiam quæ vult reddi proximo quod suum est. lege. ff. de iustitia, & iure. Et institu eodem. in princip. Et dicit Raymundus in summa, quòd eodem modo quo proximum infamauit, debet illi restituere famam suam dicendo quòd mentitus est capitul. inter sollicitudines. §. precipias. de pur. cano. Quod intelligendum est nisi ex tali retractatione aperte; facta magis diffamaretur infamatus. Non dicat ergo detractor. Ego de tali crimine infamaui talem specificando peccatum, quia forte amplius non recordantur & sic illis ad memoriam reduceret. Sed dicat Ego infamaui talem apud vos de quodam crimine, si non habetis de eo memoriam bonum est, si autem de eo recordamini, sciatis quòd ego adinueni hoc mendacium. Non dicat autem quod falsum dixit, sed quòd mentitus est, quia contra mentem dixit proximum infamando, eo quod putabat esse falsum & tamen poterat esse verum. Et dicit Scotus & Ricardus. vbi supra, quòd quamuis magis teneatur quis seruare famam suam, quàm alienam cæteris paribus, tamen detractor qui iniuste abstulit famam proximo magis tenetur illi restituere famam iuste, quam seruare propriam famam iniuste. Et dicit Raymund. & Hostien. in summa, quòd nisi rationabilis causa obstet, tenetur infamans ab infamato veniam postulare ar. in capitul. primo 14. quæstio. 6. & in cap. quidam. 5. quæstione prima. Secundo autem modo diffamat proximum quis narrando quod ab alio audiuit, non affirmando pro certo ita esse veritatem. Et tunc si ex leuitate, aut in consideratione nõ malignitate, & aĩo lædenti talia loquatur videtur veniale, cum humana lingua in lubrico sit posita Iacob 3. Si autem animo infamandi murmuret, & detrahat, etiam loquendo per auditum, non videtur excusari a mortali peccato, non tamen tenetur ad reuocandum dictum suum, quando solum dixit quod audiuit ab alijs, secundum Scotum, & Landulfum Neapolitanum in 4. distinctione 15. Si tantum ad audita addidit aliquid ex quo denigrata sit fama proximi, vel si per talem relationem etiam non addendo aliquid sequatur infamatio alicuius, tenetur talis referens bono modo restituere famam ablatam, secundum Astensem nostrum in summa. O quot millia hominum propter istas maledictas detractiones ad tartara descendunt, nolentes propter verecundiam reuocare diffamationes proximorum, sine quarum retractationem non possunt absolui. Scriptum est enim in cap.

cleri-

clericus. 46. distinctione. Clericus maledicus maxime de sacerdotibus cogatur ad postulandum veniam, si noluerit degradetur, nec vnquam ad officium sine satisfactione reuocetur.

Cũ multa mala, a lingua pcēdūt ideo verba, antequã ꝓferamus põderare debemus.

PRo conclusione igitur huius sermonis, dico quòd tanta mala ex lingua procedunt, vt verbis exprimi non possint. Et tamen pauci sunt, qui illam bene regere sciant, vnde Iacobi tertio. dicitur. Qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir. Non est igitur mirum si pauci saluantur. Cum enim multi proximorum suorum, de opinione hominum auferant famam, de libro viuentium delent animam suam. Et licet magnum damnum, faciant proximo, maius tamen supplicium est, quod eis paratur in inferno. Ideo Ecclesiastici. 28. dicitur. Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladij, sed plures interierunt per linguam suam, hæc ibi. Seruare igitur debemus documentum quod ponit Cato 3. sui libri. c. di. Quod pudeat socios prudens celare memento. Et seq. c. iterum inquit. Productus testis, serua tamen ante pudorem. Quantuncunque potes crimen amici. Salomon quoque Prouerb. 25. ait. Quæ viderunt oculi tui ne proferas cito in iurgio, ne postea emendare non possis cum dehonestaueris amicum tuum Propter prædicta igitur damna inconsiderate locutionis euitanda, Socrates phylosophus raro loquebatur, vnde semel interrogatus cur taceret. Respondit. Quia me loquutum esse aliquando pœnituit, tacuisse nunquam. Est ergo proprium sapientia verba irrepræhensibilia loqui. Ideo Macrobius 3. saturnalium ait. Nihil est tam congruum sapientiæ, quàm locis & temporibus aptare sermones. Et sapiens Paulus ad Ephe. 3. inquit. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat. Quod quidam salutare consilium adimplere nobis ille concedat, qui sine fine viuit & regnat. Amen.

✠ ✠
✠

FERIA IIII.

DE CHARITATE DEI ET PROXIMI.

SERMO QVINTVS.

LEGES meas custodite. Leuit. 19. Secundum Phi. sententiam in 3. de anima. Anima nostra tres habet potentias, videlicet intellectum, memoriam, & volũtatem, quibus illustratur, illuminatur, & nobilitatur, ac perfecta dicitur. Sine quibus anima rationalis esse non potest. Quarum vna est cæteris nobilior. s. voluntas. Quod patet quia potentia determinans est nobilior determinata, sed voluntas habet determinare actum intellectus, & memoriæ secundum Arist. & commentatorem 7. Metha. Ergo dignior est intellectu, & memoria. Item potentia quæ est libera per essentiam est nobilior. Sed voluntas est huiusmodi dicente Anselmo in lib. de conceptu virginali. Volũtas est Regina & Domina in toto regno animæ, ergo &c. Ideo de S Victore. in lib. de libero arbitrio dicit. Voluntas est potentia nobilissima.

An ãt hoc sit verũ, q. volũtas sit intellectu nobilior, vide Scotũ. 4. dis. 49. q. 4. art. 2 & Th. 1. parte sum. q. 22. ar. 3.

SIcut autem ad perfectionem animæ rationalis & eius essentiam necessariç sunt hæ tres potentiæ, ita sunt tres virtutes fundamentales in his potentijs fundatæ sine quibus anima in gratia Dei viuere non potest, vel ad summum bonũ peruenire. s. fides, spes, & charitas. Fides fundatur in intellectu. Spes in memoria, Charitas in voluntate, secundum theologos in 3. distin. 27. De prima illarum virtutum dicitur ad Hæbr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. De secunda ad Roma. 8 Spe. enim salui facti sumus. De tertia ad Rom. 12. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Ipsa enim est via qua peruenitur ad Deum. Aug. quoq; in lib. de spiritu & anima. cap. 11. ait. Charitas est via Dei ad homines & via hominum ad Deum. De hac etiam. de pę. di. 2. c. hęc est charitas dicitur. Sicut sine via nullus peruenit quo tendit, ita sine charitate quæ dicta est via non ambulare homines possunt sed errare. Sicut ergo inter alias animæ potentias voluntas est præstantior, ita charitas in ea fundata, cæteris fundamentalibus virtutibus est dignior, quia qualia sunt prædicata, talia conueniunt esse subiecta, vt dicit glo. in c. dudum. de deci. ex nobilitate ergo subiecti ostenditur nobilitas prædicati. Et pariformiter ex nobilitate voluntatis demonstratur nobilitas charitatis in ea fundatæ. Et ideo Paulus 1. ad Cor. 13. inquit. Nunc autem manét fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas. Est auté charitas dilectio qua Deus diligitur propter se, & proximus propter Deum vel in Deo vt dicunt theologi in 3. dist. 27. Et in hoc duplici mandato. s. de dilectione Dei & proximi tota lex pẽdet & prophetæ, vt ait Saluator Matth. 22. Et ideo vt diuinas leges custodire valeamus. De hac dignissima charitatis virtute quinq; pulchras speculationes contemplabimur. Quarum prima dicetur dignitatis, Secunda vtilitatis, Tertia necessi-

Charitatis descriptio.

Sermonis diuisio.

necessitatis, Quarta ordinabilitatis, Quinta cognoscibilitatis.

PARS PRIMA

De charitatis dignitate.

QVO ad primam partem quæ dicitur dignitatis. Fuit inter homines quæstio sæpius disputata videlicet quæ esset maior nobilitas illius mundi? & diuersi varia senserunt. Quidam enim dixerunt quod est dignitas temporalis vt esse regem, vel Imperatorem, vel spiritualis vt esse Cardinalē, seu Papam, &c. Quorum opinio est falsa. Nam vt dicitur in c. non loca. 40. dist. Non loca aut ordines Creatori nostro nos proximos faciunt, sed nos ei aut merita bona coniungunt, aut mala disiungunt, & in c. sicut 13. q. 4. dicitur. Apud Deum non gradus elegatior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Et in c. homo Christianus 40. dist. inquit. Chri. Homo Christianus fortiter cadit in peccatum propter duas causas, aut propter multitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis. Alij vero posuerunt nobilitatem in generositate sanguinis, quod etiam est falsum. Scriptum est enim in c. illud. 40. di. Non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisq; gratiam comparat sibi. & in c. venerabilis. de præben. & di. dicitur. Non generis sed virtutum nobilitas morumque honestas, gratum Deo faciunt & idoneum seruitorem, & ideo Gregor. in cap. nos qui 40. di. ait. Non ex locorum aut generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus. Alij autem dixerunt illum esse nobiliorem qui maiores habuerit diuitias quod etiam est falsissimum, vt enim ait Apostolus primæ ad Thim. 6. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationes varias, & laqueos diaboli quæ demergunt homines in interitum & perditionem, & ideo ait Saluator Lucæ 6. Veh vobis diuitibus qui habetis consolationes vestras, vnde mortuus est diues & sepultus in inferno Lucæ 16. & ideo Ecclesiast. 13. dicitur. Quæ pars bona diuitis? Alij verò dixerunt quòd nobilitas consistit in explendo appetitum carnalem, vt in epulando, luxuriando, delitijs perfruendo, & in mundi huius delectationibus gaudendo, & suo modo viuendo, quod etiam est falsum; quia vt inquit Grego. Momentaneum est quod delectat, æternum verò, quod cruciat, & Augustinus hæc. ait. Post mundi gaudia sequatur æterna supplicia. Alij autem dixerunt ipsam nobilitatem consistere in corporis sanitate, ac fortitudine contra quos est dictum Christi quod refert Paulus 2. ad Corinth. 12. vbi ait. Nam virtus in infirmitate perficitur. Vnde ipse Apostolus ibidem de seipso inquit. Cum infirmor tunc fortior sum. Alij autem posuerunt nobilitatem in gloria humana, vel in formositate, contra quos inquit Salomon Prouerbiorum vltimo. Fallax gloria & vana est pulchitudo. Quidam vero putauerunt hanc nobilitatem consistere in amicitia hominum, contra quos dicitur Hieremias 17. Maledictus homo qui confidit in homine & ponit carnem brachium suum. Alij autem ipsam nobilitatem crediderunt stare in scientia, contra quos ait Apostolus primæ ad Corinth. octauo. Scientia inflat, charitas ædificat transumptiue in capitul. nisi cum pridem. §. pro defectu. de renun. Alij vero in alijs mundi rebus ipsam nobilitatem consistere putauerunt sequentes sententiam Persij poetæ dicentis. Mille hominum species, & rerum discolor vsus. Velle suum cuique est nec voto viuitur vno. De quibus omnibus errantibus ait psalmista. Errauerunt in solitudine, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, quòd enim in aliqua mundana & transitoria prosperitate non consistat vera nobilitas probatur per Salomonem qui ait Eccle. 1. Vanitas vanitatum & omnia vanitas, & infra. Ego ecclesiastes fui rex Israel, & proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Et locutus sum in corde meo dicens. Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Hierusalem, & mens mea cōtemplata est multa sapienter & didici. Dediq; cor meū vt

Confutatur opinio asserētiū maiorē nobilitatē cōsistere in dignitate tpali, vel spirituali.

Confutatio alterius opiniōis de maiori nobilitate.

Alteri⁹ opinionis impugnatio.

Alteri⁹ opinionis confutatio.

vt scirem prudentiam atque doctrinam, errorē atque stultitiam, & agnoui quòd in his quoq; esset labor & afflictio spiritus eo quòd in multa sapientia multa sit indignatio,& qui addit scientiam, addit & laborem, hæc ille. Qui in sequenti.c, iterum ait. Dixi ergo in corde meo, vadam & affluam delitijs & fruar bonis. Et vidi q̄ hoc quoq; esset vanitas, risumq; reputaui errorem & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Et infra. Magnificaui opera mea. Edificaui mihi domos, & plātaui vineas, feci hortos & pomeria, & cōseui ea cuncti generis arboribus. Extruxi mihi piscinas aquarum vt irrigarem siluam lignorum germinantium. Possedi seruos, & ancillas, multamq; familiam habui, armenta, quoq; & magnos ouium greges, vltra omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem Coaceruaui mihi argentum & aurum,& substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delitias filiorum hominum, ciphos, & vrceolos in ministerio ad vina fundenda,& supergressus sum opibus omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem. Sapientia quoque perseuerauit mecum, & omnia quæ desiderauerunt oculi mei non negaui eis. Nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, oblectaret se in his quæ paraueram. Cūque me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerunt manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nil permanere sub sole, & iccirco tęduit me vitæ meæ videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus, hæc ille. Nobilitas ergo vera est illa de qua inquit Ouidius in libro de vetula. Nobilitas hominis virtutum clara propago. & Iuuenalis. Nobilitas sola est atq; vnica virtus. Sed hic quæritur quæ sit illa virtus quæ cæteris est nobilior, & in qua consistat maior nobilitas, hæc autem quęstio similiter multotiens fuit ventilata,& circa ipsam verificatum fuit illud quod dicitur in c. cum in sacris.de conse.di.4 quot capita tot sententię. Aliqui.n.dixerunt hāc esse humilitatem quæ est radix omnium virtutum,sed hoc nō est verum, quia humilitas potest vitiose exerceri, iuxta illud Eccl.19. Est qui nequiter se humiliat & interiora eius plena sunt dolo. Alij vero dixerunt q̄ est fides sine qua nemo saluari potest sed hoc est falsum, quia etiā in malis reperitur. Vnde etiam de dæmonibus dicitur Iaco.2. Dæmones credunt & contremiscunt. Quidam vero dixerūt q̄ est prudentia, ex eo q̄ Salomon super salutem & omnem pulchritudinem dilexit eam Sap.7. Sed hoc similiter est falsum quia quędam est prudentia spiritus & alia carnis quæ est vitiosa, vt dicitur ad Ro.8. Et prudentia huius mundi stultitia est apud Deum 1.ad Cor.3. Alij autem dixerunt quòd est virginitas quæ dicitur soror Angelorū, sed hoc est falsum quia cum ea potest quis damnari, vt patuit de Virginibus fatuis Matth.25. Quidam vero dixerunt q̄ est spes. Ait.n. propheta Psal.39. Beatus cuius est nomē Domini spes eius,& Iob 11.dicitur. Habebis fiduciam propter spē.s. q̄ peruenies ad vitam æternam, sed hæc opinio est etiā falsa, quia etiam mali habent spem de quibus dicitur Prouer.10. Spes impiorū peribit. Alij vero dixerunt,quòd est iustitia quæ a philosopho summe commendatur 5.Ethic. Et vnicuiq; dat quod suū est. Sed hoc est falsum,quia de iustitia hominum in comparatione iustitiæ Dei potest dici illud Isa.64. Sicut pannus menstruatæ sunt omnes iustitiæ. Item in exercendo iustitiam potest quis peccare, vnde Eccle.7.ait Salomon. Noli esse iustus multum,& Prou. 24. etiam dicit septies in die cadit iustus. Alij autem dixerunt. Quod est patientia quæ opus perfectum habet Iac.1. Sed hoc est falsum,quia patientiam habens potest esse inuolutus in alijs criminibus, vnde Apoc.2.inquit Dominus. Patientiam habens & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti, sed habeo aduersum te quòd charitatem tuam primam reliquisti &c. Alij vero dixerunt quod est fortitudo de qua dicitur Neemie. 8. Gaudium Domini fortitudo vestra, sed hoc est falsum. Nam quis cum fortitudine potest esse superbus, vnde dicit Dominus Isa. 13. Arrogantiam fortium humiliabo. Item fortitudinem habēs potest damnari & dicere illud Isa. 49. Va-

Quæ nā virtus aliat in nobilitate p̄cellit.

Multæ opiniones ac eorum confutationes.

49. Vane fortitudinem meam consumpsisti. Alij etiam dixerunt quòd est misericordia, quæ facit vnicuiq; locum in cęlo. Eccle. 16. sed hoc est falsum, quia potest quis facere opera misericordiæ & pietatis in peccato mortali, & consequẽter illa misericordia siue pietas non erit accepta Deo c. in grauibus. 3. q. 7. Alij autem dixerunt quòd est temperantia quã Tullius in oratione pro Deiotaro rege dixit esse maximam virtutẽ sed hoc etiã est falsum. Multi. n. philosophi habuerunt virtutem temperantiæ & similiter alias virtutes morales qui tamen damnati sunt deficiente in eis charitate. Et ideo concludendum est ꝙ charitas est dignissima inter omnes virtutes, de qua Grego. 20. mora. ait. In sola dilectione omnis virtus virtutis nomen accepit, & in eadem omnium virtutum bona consistunt, hæc ille. Quod autẽ charitas sit nobilior omnium virtutum. Probatur primo ratione finalitatis. Fundamentũ cuius ponit philosophus 2. Phisi. & 1. Ethi. 2. de anima. & 3. Topicorũ dicens. Nobilior est finis omnibus quæ sunt ad finẽ, patet hæc regula: nam sanitas est melior omnibus medicinis ad eam consequendam ordinatis. Sed charitas est finis omnium virtutum vt habetur. 1. ad Thi. 1. & ad Ro. 13. & in c. charitas de pe. dist. 2. ergo est nobilior omnium virtutum.

Concludis charitatem esse omniũ virtutũ nobiliorẽ, hoc que rõnib. probatur.

2. Ratio.

SEcundo probatur ratione propinquitatis. Nam virtutes theologicę sunt nobiliores cæteris virtutibus eo ꝙ magis attingunt Deum & magis immediate habent Deum pro obiecto, vt dicunt theo. in 3. di. 23. & Th. 2. 2. q. 23. ar. 6. inter theologicas autem virtutes charitas magis attingit Deum, quia idem est quòd Deus 1. Io. 4. Ergo alijs virtutibus est dignior. Et ideo Paulus 1. ad Cor 12. appellat charitatem viam excellentiorem. Et ponitur transumptiue in c. charitas de pe. di. 2. in tantum autem excellit alias virtutes ꝙ sine ipsa nulla alia virtus dici potest vt probat Thom. 2. 2. q. 23. art. 7. Ea propter Hieronymus in tractatu fidei, de charitate loquens sic ait. Vides in hac virtute vniuersa legis cauta pendere, vere si quis hanc habet iam Deus & Dei filius dici potest, Greg. quoq; in homilia super illud Ioan. 15. hoc est præceptum meum &c. sic dicit. Cum cuncta sacra eloquia plena sint Dominicis præceptis, quid est quòd de sola dilectione quasi de singulari mandato Dominus dicit. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, nisi quia omne mandatum de sola dilectione est, & omnia vnum præceptũ sunt, quia quicquid præcipitur in sola charitate solidatur, vt. n. multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multæ virtutes ex vna charitate generãtur, nec habet aliqd viriditatis ramus boni operis si non manet in radice charitatis, præcepta ergo Dominica & multa sunt, & vnum. Multa per diuersitatem operis, vnum in radice dilectionis.

TErtio idem probatur ratione formalitatis. Nam illa virtus est dignior quæ est forma aliarum tanquam illa quę alijs dat essentiam. Forma. n. dat esse rei 7. Phi. 2. de anima, & 7. Metaphi. Et notatur in l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhiben. Sed charitas est forma omnium virtutum, vt dicunt theologi in 3. di. 27. ergo est alijs omnibus virtutibus excellentior, vt enim ait Aristo. 1. Phisico. Forma est quid diuinum & appetibile in natura. & 2. Phisico. etiam dicit, quod forma est magis natura quàm materia, quia vnumquodque magis dicitur secundum quòd est in actu, quàm secundum quòd est in potentia.

3. Rõ charitatem alijs virtutibus nobiliorẽ esse pbatur.

4. Ratio.

QVarto idem probatur ratione durabilitatis. Nam quanto aliquid est permanentius tanto nobilius est in eodẽ genere vt ait Philosophus 3. Phisico. sed charitas magis perdurat quàm fides vel spes, ergo est nobilior illis. Fides enim in patria cessabit per claram Dei visionem, quia vt inquit Gregorius in quadam homilia Pascali. Quæ videntur fidem non habent sed agnitionem. Spes etiam cessabit. Dicit enim Paulus Apostolus ad Roma. 8. Spes autem quæ videtur non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? De charitate autem inquit Apostolus 1. ad Cor. 13. Charitas nunquam excidit transumptiue in c. charitas nunquam de pœni. di. 2 imo vt ait sanctus Bonau. in 3 di. 31. ar. 3. Charitas

nostra in cœlesti patria dilatabitur, & perficietur. Ergo est alijs virtutibus excellentior, quia in actu perpetuo istius virtutis consistit tota fœlicitas nostra. Ait enim sanctus Bonau. in 2. dist. 38 in quæstionibus circa litteram. Nihil aliud est vita æterna, quàm charitas consummata.

Authoritatibus sanctorũ hoc idē ostenditur qd rōne probatum est.

EA propter considerans August. excellentiam charitatis inquit in libro de verbis Domini. Quicunque secundum regulam veræ charitatis viuit, non homo vel Angelus, sed Deus censendus est. Et rursum ait. Attende quanta est charitas, quæ si desit frustra habentur cætera, si adsit habentur omnia. Vbi enim charitas adest quod est, quod deesse possit? Vbi vero deest quod est quid possit prodesse? & in 15. de Trini. iterum dicit. Charitas est donum Dei, quo nullum est excellentius. & in libro 83. quæstionum. quæstio. 37. etiam dicit. Charitas in omnibus Dei donis ita excellit, vt etiam Deus dicta sit. Bernardus quoque in sermone de charitate inquit. Sicut aurum superat omnia metalla, & oleum supereminet omnibus liquoribus, sic charitas superat omnia bona mundi, omnem artem, omnemque virtutem. Et Vgo de sancto Victore in quodam sermone ait. Nescio quid maius in laude tua dicere possim, quam quòd Deum de Cœlo traheres, & hominem de terra ad Cœlum eleuares. O virtus excellentissima charitatis. Tu es illa propter quam vniuersa facta sunt & creata, dicente Augustino in libro de verbis Domini. Sicut Deus omnia quæ fecit, ex charitate fecit, sic omnia ad finem charitatis reduci voluit. Et in libro de doctrina Christiana iterum ait. Sola charitas est quæ vincit omnia & quæ vbicunque fuerit trahit ad se omnia, & ideo omnium virtutum est Regina & eas excedit sicut probant theologi in 3. dist. 27 multis alijs rationibus quas breuitatis causa omitto.

✠

✠ ✠

✠

PARS SECVNDA.
De charitatis vtilitate.

QVANTVM vtilis sit charitas non potest humanis declarari sermonibus, sunt enim quasi innumerabiles eius vtilitates, quarum prima dicitur receptionis. Habens enim charitatem est receptaculum totius Trinitatis & in eo habitat Deus. Et hoc est quod dicitur 1. Ioan. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Transumptiue in cap. abijt. 11. quæstio. 3. & Ioan 14. dicit Dominus. Qui diligit me diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Statim ergo quod charitas in nos venit, spiritus sanctus sacrarium suum nos efficit, atque in nos descendit. Iuxta illud ad Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus vestris per spiritum sanctum qui datus est vobis. Nullus ergo ditior, nullus potentior, nullus gloriosior reperiri potest illo, qui charitatem perfectam habet, cum habeat Deum qui est omne bonum. Exod. 33. vnde canit ecclesia. Vbi charitas, & amor Deus ibi est. — *1. Charitatis vtilitas.*

SEcunda vtilitas dicitur purgationis, scilicet peccatorum, de qua scriptum est primæ Petri. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Et idem habetur in decreti vltimo & 23 quæstio. 4. cap. ipsa pietas. & 3. quæstio. vltima. cap. tanquem admodum. & de pœn. dist. 3. cap. in tantum. & extra de bap. cap. maiores. Prouer. quoque 10. dicitur. Vniuersa delicta operit charitas. Ideo de Magdalena inquit Dominus Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. — *2. Charitatis vtilitas.*

TErtia vtilitas dicitur cumulationis, scilicet meritorum, vnde de ipsa potest dici illud Prou. vlt. Multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias, tu vero supergressa es vniuersas. Ea propter Isaac de Syria in suis sermonibus dic. Maioris est meriti apud Deum solus affectus cum amore, quàm totus mundi census sine charitate, & Aug. in sermone quodam de charitate inquit: Non multitudo operum, non diuturnitas temporis, sed maior charitas — *3. Charitatis vtilitas.*

tas maius auget meritum. Ex quibus cõcluditur quòd magis meretur ille qui est in charitate audiendo vnam missam, quàm ille qui est in peccato mortali audiendo decem millia missarum, plus meretur ieiunans vna die in charitate, quàm ieiunans mille annis sine charitate. O preciosa charitas tu es illa quę nos ad bona opera accendis, & innumerabilibus premijs gloriosos reddis, dicente Grego. in quadam homilia. Charitas si semel mentem ceperit ad innumerabilia opera extendit.

Tantam deniq; tamq; ardentem posset homo habere charitatem, quòd plus mereretur in vna die, quam alius tepidus in centum annis. Vnde inquit Hiero. in quodam sermone de charitate. Noli fidem pensare temporibus neque iccirco meliorem te putes quòd prius in Christi seruitio ceperis militare. Charitas enim est secundum quam opus mensuratur & attenditur.

4. Charitatis vtilitas. Quarta vtilitas dicitur impetrationis, scilicet gratiarum a Deo. Vt. n. dicunt doctores, vna anima existens in charitate orans Deum pro aliqua gratia, citius obtinebit illam quàm viginti millia hominum sine charitate. Ideo Augu in regula sua inquit. Plus valet apud Deum oratio vnius isti, quàm decē millie contemptoris. Et quod existens in charitate faciliter impetret gratiam a Deo probatur fundamento quòd ponit Phi. 8. Ethico. & auctor in libro de causis dic. Quanto magis aliquid appropinquat primæ causæ tanto plus accipit de virtute eius. Exemplum patet de igne, cui magis appropinquans magis accipit de eius calore. Similiter quanto quis magis appropinquat Papæ per gratiam vel sanguinem, tanto magis ab eo impetrabit quod requirit. Cum ergo existens in charitate sit vnitus Deo vt patuit supra, sequitur quòd quamcunque volet gratiam animæ suæ vtilem ab illo faciliter impetrabit. Vnde dicunt doctores in 4. distinctione 15. quòd ille qui in charitate aliquid a Deo petit semper accipit vel illud, vel quod melius & salubrius est animæ suæ.

5. Charitatis vtilitas. Quinta vtilitas dicitur decorationis, de qua inquit Bernardus in sermone de charitate. Sicut pulchra vestis totum corpus mirabiliter decorat, & lapis preciosus annulum venustat, sic charitas in anima posita reddit eam mirabilem in pulchritudine & sanctitate.

6. Charitatis vtilitas. Sexta vtilitas dicitur fortificationis, scilicet ad pugnandum, vnde ad Roma. octauo. dicit Paulus. Quis nos separabit a charitatē Christi? & Cant. 8. dicitur. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatē, nec flumina obruent illam. Et ratio est illa quæ ibidem ponitur, scilicet. Fortis est vt mors dilectio. Homo igitur per charitatem perfectam dicitur fieri quodam modo impeccabilis peccato mortali de pe. dist. 2. §. ex præmissis.

7. Charitatis vtilitas. Septima dicitur aspernationis, scilicet mundialium voluptatum primæ Ioan. 2. Si quis diligit mundum non est charitas Dei in illo, vnde Gregorius in quadam homilia inquit. Sicut mors corpus interimit, sic charitas vitæ æternæ ab amore temporalium mentem auertit. Nam mentem quam perfecta charitas absorbuerit, ad terrena fortis desideria insensibilem reddit.

8. & 9. Charitatis vtilitas. Octaua dicitur consolationis, de qua dicitur Psalmo 132. Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in vnum.

Nona dicitur tolerationis, scilicet omnis laboris pro Deo 1. ad Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est.

10. 11. & 12 Charitatis vtilitates. Decima dicitur custoditionis. s. mundit iæ, ad Eph. 1. Elegit nos Deus ante mundi constitutionem, vt essemus mūdi & immaculati in conspectu eius in charitate.

Vndecima dicitur fugationis. s. timoris seruilis 1. Io. 4. Timor nō est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem Transumptiue in cap. quis nos. 23. quæstio. 4.

Duodecima dicitur copulationis. s. animorum, Amor. n. est vis vnitiua copulans amantem cum amato, vt inquit Dyonisius 4. c. de diuinis nominibus. Ideo dicit Apo. ad Colo. 3. Super oīa aūt charitatem habentes, quę est vinculū aīorū. Eapropter Augu. diffiniens charitatē io lib.

de spiritu & anima dicit. Charitas est vi ta copulans amātem cum amato. Vgo vero de S. Victore inquit. Scio anima mea quòd quicquid diligis in eius similitudinem transformaris, & Aug. dicit. Vnusquisq; talis est qualis est dilectio sua. Si Deum diligis Deus es. Si terram diligis terra es. De Aristotile etiā legitur quòd interrogatus quid esset amicus, respondit, quòd est quasi eadem anima cum amato.

13. 14. & 15. charitatis vtilitates.

TErtiadecima dicitur executionis.s.diuinorum mandatorum 1. Io.4. Hæc est charitas Dei vt mandata eius custodiatis.

QVartadecima dicitur directionis.s. cordium, vnde 2.ad Thes.vlt.dicit Paulus. Dominus autem dirigat corda, & corpora nostra in charitate.

QVintadecima dicitur perductionis.s. ad vitam æternam. Ideo dicitur ad Ephe. 3. In charitate radicati & fundati vt possitis comprehendere. s.vitam æternam cum omnibus sanctis. Ber. quoq; in sermone de charitate ait. Sicut non habenti charitatem clauditur ianua regni cœlestis, sic habenti charitatem aperitur ianua Paradisi. Dicit quoq; B. Augu. in lib.de verbis Domini. Et declarat Th.2.2.q.2.ar.9. quòd omnes actus qui eliciuntur a charitate sunt meritorij de condigno vitæ æternæ, vnde super illa verba Pauli ad Ro. 8 Diligentibus Deum omnia cooperantur in bo 6, glosa inquit.s. vitæ æternæ. Hiero.quoq; in testamento dicit. Qui manet in charitate iam in Cęlo cępit habitare, & Aug.in lib.de moribus ecclesiæ.c.28.inquit. Nihil tam durum, tamq; ferreum est, quòd non amoris igne vincatur, quo se anima eleuat in Deum, & a carnis grauedine libera volitat pennis pulcherrimis atq; integris, quibus ad Dei amplexum amor castus innititur, Ideo Ber.in sermone de charitate ait. Dilatemur in affectu charitatis vt exaltemur in gloria celsitudinis, quia ad illam nemo peruenit nisi qui hic dilectionem Dei, & proximi deuota mente tenuerit.

Charitatis quædā descriptio.

PRosper etiam in lib. de vita contemplatiua, & ponitur de pe. di.2.c.charitas in laudē huius virtutis inquit. Charitas est recta voluntas ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus auersa, iuncta vero Deo inseparabiliter, & vnita igne quodam spiritus sancti, a quo est & ad quem refertur incensa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, super omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum omnium potentissima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus semper inuicta, summa actionum bonarum, salus morum, finis cęlestium pręceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorū, arma sanctarum mentium, causa meritorum, pręmium perfectorum, sine qua nullus Deo placuit, cum qua nec potuit aliquis peccare nec poterit, fructuosa in pęnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyribus, operosa in omnibus fidelibus, ex qua quicquid est operis viuit, hæc ille. Charitas ergo est virtus a qua omnia bona procedunt 1.ad Thi.1. & extra de reg. iur.c.licet. in fi. Ideo Hiero. in tractatu fidei dicit. Est ergo dilectio vinculum animorum, casta & sincera sine æmulatione charitas, consumatio omnium mandatorum, breuis clauus omnium præceptorum, quam quis cum habuerit omnia habet, & sine hac remanet imperfectus. O sancta atq; vtilissima charitas tu es illa quæ nos ad regni cœlestis altitudinem trahis, dicente Domino Oseæ.11. Trahā vos in vinculis charitatis Tu es illa quę Dei secreta nos intelligere facis, & comprehendere quæ sit longitudo, altitudo, sublimitas & profundum, vt dicitur ad Ephe.3. Tu es illa quæ nobis viam pœnitentiæ suauem facis. Ait.n. Aug in lib.cō fessionum. Qui amat non laborat. Omnis enim laborans nonamantibus grauis est. Solus amor est qui nomen difficultatis ignorat. Et iterum inquit. O iugum sancti amoris quàm fœliciter oneras, quàm dulciter illaqueas, quam suauiter stringis, quàm vtiliter vris, quam subtiliter vulneras, & quam salubriter sanas. Et in lib.de perfectione idem ait. Amor nō sentit amaritudinem sed dulcedinem, quia

soror

foror amoris est dulcedo. Et 1. Ioan. 5. dicitur. Mandata Dei grauia non sunt, vbi glosa ait. f. amanti.

PARS TERTIA. Huius sermonis, de charitatis necessitate.

Charitatem necessariã esse probatũ auctoritatibus ostẽditur.

PRO declaratione tertiæ partis. Sciendum est quòd charitatem esse saluti nostræ necessariam probari potest tripliciter. Primo ergo probatur via auctoritatis propheticæ, euangelicæ, apostolicæ, canonicæ, autenticæ, physicæ, & politicæ. Auctoritates propheticæ sunt quasi innumerabiles. Scriptũ est. n. Exo. 10. Facio Misericordiam inquit Dominus his qui diligunt me, & Deut. 10. Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit a te nisi vt diligas eum & ambules in vijs eis? Et 30 eiusdem libri. Diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua vt possis viuere.

Euãgelij auctoritatib° hoc idẽ ostẽditur.

AVctoritate etiam euangelica ostenditur necessitas charitatis. Ait. n. Dominus Mar. 12. & Matth. 22. & Luc. 10. Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Et idem habetur Deut. 6 Quę verba exponit Chris. super Matthæum sic. Ex toto corde diligas Deum. i. fac vt cor tuum ad nullius rei amorem magis sit inclinatum quam Dei, tota anima idest vt certissimum animum habeas in veritate & firmissimum in fide, tota mente, id. est vt omnes sensus tui vacent circa Dei voluntatem, scilicet intellectus, cogitatio, sapientia, & memoria, vel sic toto corde vt omnes cogitationes in Deũ dirigas, tota anima vt omnes affectiones in Deum retorqueas, tota mente vt omnes bonas operationes propter Deum facias iuxta illud. 1. ad Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite. Et hæc etiam est expositio Chrisostomi vbi supra. Vgo vero de sancto Victore sic exponit. Ex toto corde. i. deuotione quo ad Virgines, tota anima. i. discretione quo ad confessores, tota mente. i. perseuerantia quoad martyres Gregorius vero dicit: Toto corde tota anima, & tota mente. i. super omnia. Et est conculcatio verborum quæ significat excellentiam amoris. Nicol. de Lira super Deut. 6. sic exponit. Ex toto corde. i. ex toto motu voluntatis, quæ hic designatur nomine cordis, quia sicut cor mouet alia membra, sic volũtas alias animi potentias ad actus suos. Ex tota anima idest, ex totu intellectu, & appetitu sensitiuo, vt ex motu dilectionis intellectus fit Deo subditus maxime in his quæ pertinent ad fidem, & appetitus seu sinnus fit secundum ordinem dilectionis regulatus. Ex tota fortitudine per quam designatur vis exterior executiua. Quod fit cum ex diuina dilectione actus noster exterior exequitur imperij voluntatis diuinæ prompte, & expedite. Sanctus autem Bernardus sic exponit in libro de diligendo Deum. Toto corde, idest sapienter & prudenter. f. vt non diligamus aliquid supra Deum vel sicut Deum, sed omnia infra Deum. Tota anima, idest dulciter quia quilibet debet Deum diligere cum dulcedine. Dulcedo autem constat in benedicendo, regratiando, & accepta beneficia recognoscendo, & sæpe recogitando, tota mente, idest fortiter non deficiendo ab eius amore, vel ab eius seruitio propter timorem, aut verecundiã, vel asperitatem laboris, aut imminentiam periculi, iuxta illud Martialis libro vndiq; suscepto. c. 6. Nescit amor vehemens ad quæq; pericula rumpi, vt enim dicitur in c. hæc est charitas. de pe. di. 2. & sunt verba Prosperi in lib. de vita contemplatiua. Si charitatem Deo exhibeamus omnia quæ difficilia sunt humanæ fragilitati vel aspera etiam cum dilectione perficimus.

Expositio illius diliges Dominum Deũ tuũ ex toto corde. &c. Luc. 10.

Alia expositiones illi° diliges Dominũ Deũ tuũ. &c.

AVgustinus vero in 1. de vita Christiana exponit Toto corde, i. intellectu sine errore. Debemus ergo captiuare intellectum nostrum ad obsequium Christi & totum studium nostrum primatie Christo dare, & ad visionem Dei toto desiderio anhelare iuxta illud 2. ad Corinth. 10. In captiuitatem redigentes omne intellectum in obsequium Christi. Secundo exponit Augustinus tota anima. i sine contradictione quia nunquam propter aliquod commodum vel incommodum amor Dei est dimittendus,

dus,sed est seruandus tam in aduersitate quam in prosperitate. Iuxta illud Iacobi Beneuentani c.34. sui libri. Mutari nescit immoderatus amor. Tota autē mē te debet diligi.i sine obliuione, qa amor Dei de alio quàm de Deo diu cogitare non finit.vnde Bern super Canticam dicit. O amor impetuose qui præter te aliud cogitare non finis.Ric.vero de media villa in suo quolibeto. q.32. dicit ꝙ Deus posuit in hoc præcepto, toto corde,tota anima,& tota mēte, ratione mollificationis cordis nostri duri. Quia vt dicit Chris. Sicut clauus vno ictu & vna percussione non figitur in materiam duram,sic in cor humanum induratum,& obstinatum non infigitur bonum & vtile præceptum vna tantum iussione. Quapropter videns Deus cor humanum vt adamantem,posuit hæc verba replicatoria vt cor nostrum mollificaret ad eius amorem.

Quare ĩ pcepto ꝗ diligē do Deo ponitur ex oī bus viribus tuis.

Propter quatuor rationes Deus sup oīa est diligendus.

SCiendum est autem quòd Luc.10.additur.Et ex omnibus viribus tuis. Et sic ponuntur ibi quatuor modi diligendi Deum,quamuis Deute. 6. non posuerit Deus nisi tres. Et dicit Vgo Cardinalis super Lucam,quòd Lucas attendit quatuor rationes propter quas diligēdus est Deus,& propter quamlibet super omnia Prima quia est Creator ad esse. Secunda quia conseruator in esse. Tertia quia est. Redēptor,& reparator in bene esse.Quarta quia est glorificator in optimo esse,vel quatuor ad tria reducuntur vt illud mēbrum ex omnibus viribus, referatur ad quodlibet aliorum trium quasi modus, vt sit sensus. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua,& ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis.i.ex omnibus viribus totius cordis, totius animæ, & totius mentis, Alexander autem de Ales, & Iacobus de Alexandria super 3.sen dist 27.exponunt hæc verba tripliciter primo modo sic secūdū Gregoriū Nisenum. Toto corde idest per totam virtutem vegetatiuam, quæ proprie viget in corde. Tota anima idest per totam virtutem sensitiuam, quæ viget in anima. Vnde animatum ab inanimato proprie dignoscitur sensu.Tota mente idest per totam virtutem rationalem & intellectiuam, quę viget in mente. Ita vt quicquid viuimus, quicquid sentimus,quicquid intelligimus totum ad Dei amorem ordinemus, & referamus. Verum quia omnes istæ virtutes simul collectæ debent viriliter ad Deum ordinari, ideo adiungitur. Et ex omnibus viribus tuis. Vnde Theophilus ait. Per hoc intelligendum est quod oportet nos omnem virtutem animæ amori diuino subijcere viriliter,& non remisse.Debemus ergo Deum amare toto affectu cordis, animæ & mentis, & ita vt omnia quæ sunt in corde hominis debeant ipsi Deo. Exemplo Dauid qui dicit in Psal. In corde meo exquisiui te, ne repellas me a madatis tuis.Dicit autem Basilius. Quod dicitur tota mente tua in cætera non recipit sectionem. Nam quantamcunque dilectionem in infimis ex pende ris,hoc tibi necessario a toto deficiet. Sicut enim in vase aliquo pleno liquore inquantum emanat foras,tantum necesse est plenitudini derogari. Sic & in anima inquantum emanauerit ab ipsius dilectione ad illicita, in tantum minui necessarium est amorem ad Deum. Nihil autem gratius darr potest Deo ab homine. Nam & diabolus hoc habere quærit. Vnde legitur quòd quidam interrogauit dæmonem quid habere magis desideraret ab omnibus.Cui diabolus respondit. Vellem quòd mihi darent lunam vacuā, & Solem cum manicha rotæ. Et coniuratus vt exponeret quid dicebat ait.Luna vacua est sicut vnum C. sol est sicut vnum O.manicha rotæ est sicut. r.Vellem enim cor hominis.Vnde dicit Christo illud Gen.14. quod dixit rex sodomorum ad Abraham. Da mihi animas,cætera tolle tibi. O igitur Christiane noli dare cor tuum diabolo, sed Creatori tuo qui illud a te petit. Vnde metrice dicitur.Dimidium spere speram cum principe Romæ. Postulat a nobis totius conditor orbis.Et alibi etiam dicitur. Tolle caput ceruí,caput ouis viscera ceruí.Offer illa Deo,inde beatus eris. Inquit enim. Prouerb. 23. Fili præbe mihi cor tuum. Cui obtemperabat Dauid dicens in Psal. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

Secundo

Alia expositio illius ex toto corde, ex tota aña, & ex tota mente &c.

SEcundo modo exponitur a prædictis doctoribus vt per totum cor penes quod residet appetitus rei desiderabilis, intelligatur sic debere nos amare Deum, vt in corde nostro nõ remaneat amor auaritiæ ad res tẽporales. Per totã animam apud quã residet concupiscibilis virtus ad delectabilia, intelligatur Dei amor sic debere occupare animam, vt nulli prauæ cogitationi relinquatur locus. Per totam mentem apud quam residet quędã eleuatio hoĩs supra se intelligatur amor Dei sic debere desiderari ab hoĩe vt in ipso solo totaliter glorietur. Vñ sanctus maximus inquit. Cũ hac intẽtione trinã ad Deũ dilectionem lex pertractat, vt auellat nos a trina mundi habitudine, qua respicitur ad possessiones, ad gloriam, & ad voluptates, hæc ille. Vt sic per totum cor excludatur auaritia amando Deum super oẽs res tẽporales. Per totã animã excludatur concupiscentia carnis amando Deũ sup̃ oẽs creaturas. Per totã mentẽ excludatur superbia & vanagloria, amando Deũ sup̃ oẽs honores. Ista.n. sunt tria peccata quibus plenus est mundus. Vnde 1. Ioãnis. 2. dicitur. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.

Alia eorundem verborum declaratio.

TErtio exponitur ab eisdem. Ex toto corde. i. intellectu quem debemus totaliter subiugare ad credendum oĩa quæ dicunẽ in sacra scriptura de Deo, & ad inuestigãdũ diuinũ beneplacitum. Ex tota anima, idest voluntate qua debemus velle omnia quæ vult Deus, & cõtentari de omnibus quæ Deus facit. Ex tota mẽte. i. memoria qua debemus reminisci omniũ operũ dñi, iuxta illud. Trenorũ. 4. Memoria memor ero, & tabescet in me aĩa mea. Subditur autẽ ex omnibus viribus tuis, ad exprimendũ vniuersalẽ conatum quo debemus interius & exterius in Deũ ferri per amorem. Ad quem etiam nos teneri probatur auctoritate apostolica. 1. ad Cor. 13. vbi inquit Paulus. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatẽ autem non habeam factus sum velut ęs sonãs, aut cimbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim misteria omnia, & omnem scientiam. Et si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habeã nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem aũt non habeam nihil mihi prodest.

Canonũ auctoritate ostẽditur charitatẽ nobis esse necessariam.

AVctoritate etiam canonica probatur necessariam esse nobis charitatem, p̃ c. nullus, de pe. di. 7. vbi dicitur, neminem sine charitate posse saluari. Item auctoritate autentica Ambrosij ad Rufinum qui ait. Reus fit omnium qui contra charitatem facit in qua pendent omnia, & tanto quis in peccato inuenitur minor, quanto in diligendo Deum, & proximum inuenitur maior. Et tanto in perpetratione peccati inuenitur maior quanto in dilectione Dei, & proximi inuenitur minor.

Philosophorum auctoritate charitatem necessariã esse ostenditur.

AVctoritate quoq; physica probatur necessitas charitatis. Nam vt patet ex prædictis, charitas est amicitia quædam & beniuolẽtia, quam habemus Deo & proximo. Ad amicitiam autẽ oẽs philosophi, & etiam oratores ac poetæ nos venire iubent. Ideo inquit Ari. 8. Ethi. Amicitia maxime necessaria est in vita. Vñ sine amicis nullus eligit viuere, etiã si oĩa alia bona habeat, & Quintilianus. 5. declamationũ dicit. Non reperio quid in rebus humanis excogitauerit natura præstantius amicitia, & Tulius, in lib. de amicitia, ait. Amicitia oĩbus rebus humanis præponenda est, nihil est enim tã naturæ aptum, tamq; conueniens ad res secundas vel aduersas q̃ amicitia. Et Ouidius, in libro de ponto, canit. Nomẽ amicitiæ barbara corda mouet, & Boetius, in 2. de consolatione, inquit. O felix hominum genus, si vestros animos amor quo cęlum regitur regat, Theophrastus etiam philosophus dicebat. Quanti est sine aĩa corpus, tanti sine amicis est homo. Auctoritate etiã politica. i. ciuili cõmendaẽ.

Hocq; idem ciuili aucto ritate demõstratur.

Quantũ.n. sit necessaria amicitia ostendit glo. Accursij iuriscõsulti. in l. late culpe. §. amicos. ff. de ver. si. dicens. Quod amicus dicitur, quasi animi custos. Si ergo necessarius est amicus mortalis ad custodiam animi nostri, multo magis amicitia Dei q̃ est charitas, necessario nobis habẽda est, qa ipse Deus nõ solũ est aĩ custos. sed creator ipsius aĩ, & vitę cõseruator.

tor. Ideo inquit Cato in suis documētis.
Si Deus est animus nobis vt carmina dicunt.
Hic tibi præcipue sit pura mente colendus.

Aliquibus rationibus charitatem nobis necessariam esse ostenditur.

SEcundo principaliter probatur charitatem esse necessariam, via rationabilitatis, prima ratio dicitur acceptionis. Fundamentum cuius ponit Philo. 4. Ethi co. di. Nullum obsequium proprie dicitur bonum nisi liberale sit. Vnde beatus Bona. in 3. di. 27. ar 2 q. 1. inquit. Nullum obsequium est meritorium vel Deo acceptum nisi quod fit ex amore & charitate, quia amor est donum in quo omnia alia dona donantur, secundum theologos. in. 3. di. 27. ergo sine charitate nullū opus est Deo acceptum. Secunda ratio dicitur correspondentis. Vt enim ait Augustinus, in libro de moribus ecclesiæ. Præmium correspondet merito. Sed clarum est quòd meritum dependet a charitate, dicente Bernardo, in libro de diligē do Deum. Secundum mensuram amoris datur mensura æternæ retributionis, ergo sine charitate habere non possumus mercedem supernæ fęlicitatis. Tertia ratio dicitur meritationis Illud enī nobis est summæ necessarium sine quo nulla operatio nostra est vitę æternæ meritoria, sed sine charitate omnis operatio nostra est inutilis quo ad consequē dam æternam retributionem. 1. q. 1. c. vide. & c. teneamus. Sine charitate enim omnes aliæ virtutes nihil nobis prosunt ad salutē, de pœni. di. 2. §. opponitur, & §. euidenter itaq;, & di. 3. c. si quis autē, & de conse. di 4. c. solet queri. Ergo &c.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

QVarta ratio dicitur contrariationis. Illud enim nobis est necessarium, si ne quo contrarij, & inimici Dei sumus. Sed sine charitate contrariamur Deo. Ergo charitas est nobis necessaria. Maior patet, minor probatur. Inquit enim dominus Lucæ. 11. Qui non est mecum, contra me est, quod dictum etiam habetur in. l. cęlicolarū in fi C. de iude. Sed Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo, vt patuit supra. Ergo qui est sine charitate, non est cum Deo, & consequenter est cōtra Deū, ergo inimicus Dei, & sic ad æternam non perueniet vitam.

5. Ratio.

QVinta ratio dicitur impugnationis. Illud enim valde nobis est necessarium quo inimicos nostros crudelissimos impugnare valemus. Sed contra principes & potestates tenebrarum habemus continuam colluctationem. Vt dicitur ad Ephe 6. Quos terribilissimos hostes non possumus melius debellare quam per virtutem charitatis, quæ eis contrariatur, & quam summopere timent. Ergo illā amplecti debemus. Quantum enim timeat diabolus charitatem ostendit Gregorius super Ezechiel. di. Antiquus hostis castitatem in nobis non timet, quia ipse carne non premitur, vt luxuria dissoluatur. Abstinentiam non timet, quia ipse cibo non vtitur, qui necessitate corporis non vrgetur. Distributionem terrenarum rerum non timet, si eidem operi charitas desit, quia diuitiarum subsidijs nec ipse eget. Valde autem in nobis charitatem veram. I amorem humilem quem nobis vicissim impendimus timet, & nimis concordiæ inuidet, quia hanc nos tenemus in terris, quam ipse tenere nolens amisit in cęlo. Nec curat antiquus hostis, vt terrena nobis tollat, sed vt charitatem in nobis feriat, hæc ille. Scit enim diabolus quòd parum nobis prodest fidem christianam habere si non habemus charitatem. Inquit enim glo. super illud Pauli, ad Galla. 5. Fides per dilectionem operatur, sicut lampas sine oleo nihil proficit ad illustrandum, sic fides sine charitate nihil proficit ad saluandum. Item alia glo. super 1. c. ad Roma. ait. Fides dicitur informis & indigna ad salutem eo quòd sociam non habeat charitatem. Et Augustinus super epistolam Iacobi inquit. Sicut corpus sine anima mortuum est, ita fides sine charitate quæ est vita ipsius mortua profecto reputatur. Et idē in libro de fide ad Petrum ait Opus fidei & perfectio est ipsa dilectio, sine dilectione autem fides est inanis. Cum dilectione verò fides est christiani, sine delectione autem fides est dęmonis. Ex quibus omnibus possumus concludere inconuincibiliter quòd charitas est necessaria, & quòd sine ipsa nemo saluabitur etiam si haberet omnes alias virtutes. Ait enim

Charitas quantum à diabolo timeatur.

philo-

philosophus. 8. Phi. & recitat b. Tho. 2. 2. q. 1. ar. 1. quòd causarum essentialiter ordinatarum remota prima remouentur posteriores, & econtra, stante prima stat, & posteriores, exempli gratia. Radix arboris est prima causa truncus vero & rami sunt causæ subordinatæ, quæ insimul cõstituunt arborem. Radix autem influit in truncum, truncus in ramos, rami in folia, & folia in flores, ac flores in fructus. Ecce quòd omnia prædicta sunt essentialiter ordinata ad inuicem. Sed prima causa est radix. Ponatur ergo, quòd radix abscindatur, statim truncus arescit & rami, & per consequens folia & flores, ac fructus deficient. Et ratio est prima causa, scilicet radix quæ erat origo & fundamentum omnium aliorum est amota. Si autem solum abscinderentur rami, & radix permanat necesse est quòd viuat truncus, &c. Aliud quoq; fundamentum ad propositum nostrum ponit idem philosophus. 2. Metha. dicens. In quolibet genere rerum non est ire in infinitum, sed oportet venire ad vnum principium a quo omnia illius generis procedunt. Quo deficiente omnia simul cũ suo principio deficient & patet exemplo. Nam cyathus habet aquam a vase, vas a fonte, fons a flumine, flumen autem a mari, & vltra non est procedere, quia vt ait Salomon. Ecclesiastes. 1 Omnia flumina a mari exeunt, & ad ipsum reuertuntur. Tunc sic deficiente mari deficeret aqua fluminis, & deficiente flumine, deficeret aqua fontis & sic vsq; ad vltimum. Aliud etiã fundamentum ponit idem philosophus. 8. Phisi. dicens. In mouentibus & motis non est ire in infinitum, sed est deuenire ad aliquem motorem primum a quo omnia moueantur, & quo cessante omnia cessabunt. Exemplum. Nos videmus q̃ manus mouetur, virtute brachij, & brachium virtute cordis & corporis, cor & corpus virtute animæ. Et ideo remota anima a corpore deficit omnis virtus in corde, & brachio. His præsuppositis, & declaratis concluditur quòd remota charitate quæ est prima causa, super quam omnis structura virtutum consurgit, & quæ est causa gratiç, & meriti, & premij vt supra probauimus, oportet quòd omnia posteriora remoueantur. Vnde remota ipsa charitate ab homine remouetur gratia, & remota gratia remouetur meritum, & remoto merito, remouetur præmium, & remoto præmio, remouetur beatitudo & fęlicitas vitæ eternæ. Et sic a primo ad vltimum est bona consequentia, quòd remota charitate remouetur & gloria. Et contra vero stante charitate stabit gratia, & stante gratia stabit meritum & stãte merito stabit præmium &c. Et sic a primo ad vltimum stante charitate habebitur gloria. Aliud quoq; fundamentum ad probandum prædicta potest sumi ab eodem philosopho. 2. de anima, vbi ait. Quod vnaquæq; res sortitur nomen & speciẽ a sua forma. Nam cultellus totam pulchritudinem quam habet sortitur a forma quæ facit illum apparere cultellum. Si vero frangatur, tunc tota species deperit, quia eius forma est ablata, & sic de alijs. Nam ablata forma quæ dat essentiam rei, res ipsa desinit esse secundum philosophum vbi supra & auctorem in libro sex principiorum. Cũ enim homo constet ex corpore vt materia, & anima vt forma, separata anima a corpore desinit esse ille homo. Et in hoc errauit Magister senten. in 3. di. 5. dicens Christum fuisse verum hominem in illo triduo quo eius corpus mortuum stetit in sepulchro. Nam reprobat eum Alexã. de Ales, in 3. summę, in tractatu de assumptione humanæ naturæ. q. 6. & sanctus Bonauentura in 2. di. vltima, in quæstionibus circa litteram, & Scotus in 3. di. 22. in 1. q. Et ideo pariformiter concluditur quòd ablata charitate quæ est forma omnium virtutum, & dat illis nomen virtutis non remanebit amplius virtus. Et corroborantur prædicta per illud quod ait beatus Thomas. 2. 2. q. 23. in fine vbi dicit, quòd charitas est mater omnium virtutũ, quæ ex appetitu finis vltimi cõcipit omnes actus aliarum virtutum imperando ipsis. Sicut ergo impossibile est quòd homo generetur sine matre sic impossibile est vt aliqua sit virtus sine charitate. Quia sicut dicitur in prædicamẽtis Aristo. Non potest dici pater nec mater nisi sit filius aut filia, quia sunt correlatiua. Et ideo nulla potest dici virtus sine eius genetrice quę est charitas. Ex prędictis etiam inferre possumus quòd cum cha-

Aliqua fundamenta ponuntur ex quibus postea concluditur quod remota charitate, oĩa alia auferũtur, vel sit bonum gratia vel gloriæ, vel aliquod aliud.

Quanto q̃ erit in ma-

principalis causa infamationis suæ. Licet autem non teneatur quis confiteri in iudicio crimen de quo nondum est conuinctus, quia posset esse tale propter quod suspenderetur, vel alias grauiter puniretur, & sui filij exhæredarentur. Tamen secundum Ricardum vbi supra, tenetur per aliqua sobria verba restituere famam quam abstulit ei indirecte eum imputando de calumnia, vtputa, dicendo. Non habeatis ipsum pro calumniatore, quia forte imponendo mihi hoc crimen habuit bonam intentionem, vel credebat sic esse. Ad euitationem autem mendacij in his accusationibus, danda est responsio iurisperitorum, scilicet nego proposita, vt proponuntur. Hoc enim sine mendacio dici potest, quia proponuntur in publico, & vt publica, & non publicè probanda. Sic autem sine mendacio negare potest, qui scit ea in publico non posse probari, quòd si iudex vrgeat eum, vt impositum crimen fateatur, vel vt publice neget, respondere potest, quòd ipse ad accusationem sufficienter respondit. Attamen etiam in tali casu tutissimum est post huiusmodi abnegationem pœnitere, quia bonarum mentium est ibi culpam cognoscere, vbi culpa non est capitulo, ad eius quinta distinctione.

3. Quis in famam pôt falsum crimē imponēdo, & hoc cū dupliciter eße pôt ideo & famā hoi mo do restitue re dupliciter contingit.

Tertio damnificat quis proximum in famam falsum crimen imponendo, & hoc dupliciter contingere potest. Aut malum a se inuentum narrando, aut dicendo quod ab alio audiuit. Primo modo tenetur talis detractor retractare simpliciter verbum suum, & hoc publicè vel secretè, sicut proximum diffamauit. Alias non seruat iustitiam quæ vult reddi proximo quod suum est. lege. ff. de iustitia, & iure. Et institu eodem. in princip. Et dicit Raymundus in summa, quòd eodem modo quo proximum infamauit, debet illi restituere famam suam dicendo quòd mentitus est capitul. inter sollicitudines. §. præcipias. de pur. cano. Quod intelligendum est nisi ex tali retractatione aperte facta magis diffamaretur infamatus. Non dicat ergo detractor. Ego de tali crimine infamaui talem specificando peccatum, quia forte amplius non recordantur & sic illis ad memoriam reduceret. Sed dicat Ego infamaui talem apud vos de quodam crimine, si non habetis de eo memoriam bonum est, si autem de eo recordamini, sciatis quòd ego adinueni hoc mendacium. Non dicat autem quod falsum dixit, sed quòd mentitus est, quia contra mentem dixit proximum infamando, eo quod putabat esse falsum & tamen poterat esse verum. Et dicit Scotus & Ricardus. vbi supra, quòd quamuis magis teneatur quis seruare famam suam, quàm alienam cæteris paribus, tamen detractor qui iniuste abstulit famam proximo magis tenetur illi restituere famam iuste, quam seruare propriam famam iniuste. Et dicit Raymund. & Hostien. in summa, quòd nisi rationabilis causa obstet, tenetur infamans ab infamato veniam postulare ar. in capitul. primo 14. quæstio. 6. & in cap. quidam. 5. quæstione prima. Secundo autem modo diffamat proximum quis narrando quod ab alio audiuit, non affirmando pro certo ita esse veritatem. Et tunc si ex leuitate, aut in consideratione nō malignitate, & aīo lædenti talia loquatur videtur veniale, cum humana lingua in lubrico sit posita Iacob 3. Si autem animo infamandi murmuret, & detrahat, etiam loquendo per auditum, non videtur excusari a mortali peccato, non tamen tenetur ad reuocandum dictum suum, quando solum dixit quod audiuit ab alijs, secundum Scotum, & Landulfum Neapolitanum in 4. distinctione 15. Si tantum ad audita addidit aliquid ex quo denigrata sit fama proximi, vel si per talem relationem etiam non addendo aliquid sequatur infamatio alicuius, tenetur talis referens bono modo restituere famam ablatam, secundum Astensem nostrum in summa. O quot millia hominum propter istas maledictas detractiones ad tartara descendunt, nolentes propter verecundiam reuocare diffamationes proximorum, sine quarum retractationem non possunt absolui. Scriptum est enim in cap.

cleri-

clericus. 46. distinctione. Clericus maledicus maxime de sacerdotibus cogatur ad postulandum veniam, si noluerit degradetur, nec vnquam ad officium sine satisfactione reuocetur.

Cū multa malæ, a lingua pcēdūt ideo verba, antequā p̄feramus pōderare debemus.

PRo conclusione igitur huius sermonis, dico quòd tanta mala ex lingua procedunt, vt verbis exprimi non possint. Et tamen pauci sunt, qui illam bene regere sciant, vnde Iacobi tertio. dicitur. Qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir. Non est igitur mirum si pauci saluantur. Cum enim multi proximorum suorum, de opinione hominum auferant famam, de libro viuentium delent animam suam. Et licet magnum damnum, faciant proximo, maius tamen supplicium est, quod eis paratur in inferno. Ideo Ecclesiastici. 28. dicitur. Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladij, sed plures interierunt per linguam suam, hæc ibi. Seruare igitur debemus documentum quod ponit Cato 3. sui libri. c. di. Quod pudeat socios prudens celare memento. Et seq. c. iterum inquit. Productus testis, serua tamen ante pudorem. Quantuncunque potes crimen amici. Salomon quoque Prouerb. 25. ait. Quæ viderunt oculi tui ne proferas cito in iurgio, ne postea emendare non possis cum dehonestaueris amicum tuum Propter prædicta igitur damna inconsiderate locutionis euitanda, Socrates phylosophus raro loquebatur, vnde semel interrogatus cur taceret. Respondit. Quia me loquutum esse aliquando pœnituit, tacuisse nunquam. Est ergo proprium sapientia verba irrepræhensibilia loqui. Ideo Macrobius 3. saturnalium ait. Nihil est tam congruum sapientiæ, quàm locis & temporibus aptare sermones. Et sapiens Paulus ad Ephe. 3. inquit. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat. Quod quidam salutare consilium adimplere nobis ille concedat, qui sine fine viuit & regnat. Amen.

✠ ✠
✠

FERIA

FERIA IIII.

DE CHARITATE DEI ET PROXIMI.

SERMO QVINTVS.

LEGES meas custodite. Leuit. 19. Secundum Phi. sententiam in 3. de anima. Anima nostra tres habet potentias vi delicet intellectum, memoriam, & volūtatem, quibus illustratur, illuminatur, & nobilitatur, ac perfecta dicitur. Sine quibus anima rationalis esse non potest. Quarum vna est cæteris nobilior. s. voluntas. Quod patet quia potentia determinans est nobilior determinata, sed voluntas habet determinare actum intellectus, & memoriæ secundum Arist. & commentatorem 7. Metha. Ergo dignior est intellectu, & memoria. Item potentia quæ est libera per essentiam est nobilior. Sed voluntas est huiusmodi dicente Anselmo in lib. de conceptu virginali. Volūtas est Regina & Domina in toto regno animæ, ergo &c. Ideo de S Victore. in lib. de libero arbitrio dicit. Voluntas est potentia nobilissima.

An at hoc sit verū, q voluntas sit intellectu nobilior, vide Scotū. 4. di. 49. q. 4. art. 2 & Th. 1. parte sum. q. 22. ar. 3.

SIcut autem ad perfectionem animæ rationalis & eius essentiam necessariæ sunt hæ tres potentiæ, ita sunt tres virtutes fundamentales in his potentijs fundatæ sine quibus anima in gratia Dei viuere non potest, vel ad summum bonū peruenire. s. fides, spes, & charitas. Fides fundatur in intellectu. Spes in memoria, Charitas in voluntate, secundum theologos in 3. distin. 27. De prima illarum virtutum dicitur ad Hæbr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. De secunda ad Roma. 8 Spe. enim salui facti sumus. De tertia ad Rom. 12. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Ipsa enim est via qua peruenitur ad Deum. Aug. quoq; in lib. de spiritu & anima. cap. 11. ait. Charitas est via Dei ad homines & via hominum ad Deum. De hac etiam. de pę. di. 2. c. hęc est charitas dicitur. Sicut sine via nullus peruenit quo tendit, ita sine charitate quæ dicta est via non ambulare homines possunt sed errare. Sicut ergo inter alias animæ potentias voluntas est præstantior, ita charitas in ea fundata, cæteris fundamentalibus virtutibus est dignior, quia qualia sunt prædicata, talia conueniunt esse subiecta, vt dicit glo. in c. dudum. de deci. ex nobilitate ergo subiecti ostenditur nobilitas prædicati. Et pariformiter ex nobilitate voluntatis demonstratur nobilitas charitatis in ea fundatæ. Et ideo Paulus 1. ad Cor. 13. inquit. Nunc autem manēt fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas. Est autē charitas dilectio qua Deus diligitur propter se, & proximus propter Deum vel in Deo vt dicunt theologi in 3. dist. 27. Et in hoc duplici mandato. s. de dilectione Dei & proximi tota lex pēdet & prophetæ, vt ait Saluator Matth. 22. Et ideo vt diuinas leges custodire valeamus. De hac dignissima charitatis virtute quinq; pulchras speculationes contemplabimur. Quarum prima dicetur dignitatis, Secunda vtilitatis, Tertia necessi-

Charitatis descriptio.

Sermonis diuisio.

cessitatis, Quarta ordinabilitatis, Quinta cognoscibilitatis.

PARS PRIMA

De charitatis dignitate.

QVO ad primam partem quæ dicitur dignitatis. Fuit inter homines quæstio sæpius disputata videlicet quę esset maior nobilitas illius mundi? & diuersi varia senserunt. Quidam enim dixerunt quod est dignitas temporalis vt esse regem, vel Imperatorem, vel spirituali vt esse Cardinalē, seu Papam, &c. Quorum opinio est falsa. Nam vt dicitur in c. non loca. 40. dist. Non loca aut ordines Creatori nostro nos proximos faciunt, sed nos ei aut merita bona coniungunt, aut mala disiungunt, & in c. sicut. 23. q. 4. dicitur. Apud Deum non gradus elegatior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Et in c. homo Christianus 40. dist. inquit. Homo Christianus fortiter cadit in peccatum propter duas causas, aut propter multitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis.

Confutatur opinio asserētiū maiorē nobilitatē cōsistere in dignitate tpali, vel spirituali.

Alij vero posuerunt nobilitatem in generositate sanguinis, quod etiam est falsum. Scriptum est enim in c. illud. 40. di. Non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisq; gratiam comparat sibi. & in c. venerabilis. de præben. & di. dicitur. Non generis sed virtutum nobilitas morumque honestas, gratum Deo faciunt & idoneum seruitorem, & ideo Gregor. in cap. nos qui 40. di. ait. Non ex locorum aut generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus. Alij autem dixerunt illum esse nobiliorem qui maiores habuerit diuitias quod etiam est falsissimum, vt enim ait Apostolus primæ ad Thim. 6. Qui volunt diuites fieri incidunt in tētationes varias, & laqueos diaboli quæ demergunt homines in interitum & perditionem, & ideo ait Saluator Lucæ 6. Veh vobis diuitibus qui habetis consolationes vestras, vnde mortuus est diues & sepultus in inferno Lucæ 16. & ideo Ecclesiast. 13. dicitur. Quę pars bona diuitis?

Confutatio alterius opiniōis de maiori nobilitate.

Alij verò dixerunt quòd nobilitas consistit in explendo appetitum carnalem, vt in epulando, luxuriando, delitijs perfruendo, & in mundi huius delectationibus gaudendo, & suo modo viuendo; quod etiam est falsum; quia vt inquit Grego. Momentaneum est quod delectat, æternum verò quod cruciat, & August. ad hære. ait. Post mundi gaudia sequatur æterna supplicia.

Alteri⁹ opinionis impugnatio.

Alij autem dixerunt ipsam nobilitatem consistere in corporis sanitate, ac fortitudine contra quos est dictum Christi quod refert Paulus 2. ad Corinth. 12. vbi ait. Nam virtus in infirmitate perficitur. Vnde ipse Apostolus ibidem de seipso inquit. Cum infirmor tunc fortior sum. Alij autem posuerunt nobilitatem in gloria humana, vel in formositate, contra quos inquit Salomon Prouerbiorum vltimo. Fallax gloria & vana est pulchritudo. Quidam vero putauerunt hanc nobilitatem consistere in amicitia hominum, contra quos dicitur Hieremias 17. Maledictus homo qui confidit in homine & ponit carnem brachium suum. Alij autem ipsam nobilitatem crediderunt stare in scientia, contra quos ait Apostolus primæ ad Corinth. octauo. Scientia inflat, charitas ædificat transumptiue in capitul. nisi cum pridem. §. pro defectu. de renun. Alij vero in alijs mundi rebus ipsam nobilitatem consistere putauerunt sequentes sententiam Persij poetę dicentis. Mille hominum species, & rerum discolor vsus. Velle suum cuique est nec voto viuitur vno. De quibus omnibus errantibus ait psalmista. Errauerunt in solitudine, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt; quòd enim in aliqua mundana & transitoria prosperitate non consistat vera nobilitas probatur per Salomonem qui ait Eccle. 1. Vanitas vanitatum & omnia vanitas, & infra. Ego ecclesiastes fui rex Israel, & proposui in animo meo quęrere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Et locutus sum in corde meo dicens. Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Hierusalem, & mens mea cōtemplata est multa sapienter & didici. Dediq; cor meū

Alteri⁹ opinionis confutatio.

vt scirem prudentiam atque doctrinam, errorē atque stultitiam, & agnoui quòd in his quoq; esset labor & afflictio spiritus eo quòd in multa sapientia multa sit indignatio, & qui addit scientiam, addit & laborem, hæc ille. Qui in sequenti. c. iterum ait. Dixi ergo in corde meo, vadam & affluam delitijs & fruar bonis. Et vidi ꝙ hoc quoq; esset vanitas, risumq; reputaui errorem & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Et infra. Magnificaui opera mea. Edificaui mihi domos, & plātaui vineas, feci hortos & pomeria, & cōseui ea cuncti generis arboribus. Extruxi mihi piscinas aquarum vt irrigarem siluam lignorum germinantium. Possedi seruos, & ancillas, multamq; familiam habui, armenta, quoq; & magnos ouium greges, vltra omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem Coaceraui mihi argentum & aurum, & substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delitias filiorum hominum, ciphos, & vrceolos in ministerio ad vina fundenda, & supergressus sum opibus omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem. Sapientia quoque perseuerauit mecum, & omnia quæ desiderauerunt oculi mei non negaui eis. Nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, oblectaret se in his quæ parauerant. Cūque me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerunt manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nil permanere sub sole, & iccirco tæduit me vitæ meæ videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus, hæc ille. Nobilitas ergo vera est illa de qua inquit Ouidius in libro de vetula. Nobilitas hominis virtutum clara propago. & Iuuenalis. Nobilitas sola est atq; vnica virtus. Sed hic quæritur quæ sit illa virtus quæ cæteris est nobilior, & in qua consistat maior nobilitas, hæc autem quæstio simi liter multotiens fuit ventilata, & circa ipsam verificatum fuit illud quod dicitur in c. cum in sacris. de conse. di. 4 quot capita tot sententiæ. Aliqui. n. dixerunt hāc esse humilitatem quæ est radix omnium virtutum, sed hoc nō est verum, quia humilitas potest vitiose exerceri, iuxta illud Eccl. 19. Est qui nequiter se humiliat & interiora eius plena sunt dolo. Alij vero dixerunt ꝙ est fides sine qua nemo saluari, potest sed hoc est falsum, quia etiā in malis reperitur. Vnde etiam de dæmonibus dicitur Iaco. 2. Dæmones credunt & contremiscunt. Quidam vero dixerūt ꝙ est prudentia, ex eo ꝙ Salomon super salutem & omnem pulchritudinem dilexit eam Sap. 7. Sed hoc similiter est falsum quia quędam est prudentia spiritus & alia carnis quæ est vitiosa, vt dicitur ad Ro. 8. Et prudentia huius mundi stultitia est apud Deum 1. ad Cor. 3. Alij autem dixerunt quòd est virginitas quæ dicitur soror Angelorū, sed hoc est falsum quia cum ea potest quis damnari, vt patuit de Virginibus fatuis Matth. 25. Quidam vero dixerunt ꝙ est spes. Ait. n. propheta Psal. 39. Beatus cuius est nomē Domini spes eius, & Iob 11. dicitur. Habebis fiduciam propter spē. s. ꝙ peruenies ad vitam æternam, sed hæc opinio est etiā falsa, quia etiam mali habent spem de quibus dicitur Prouer. 10. Spes impiorū peribit. Alij vero dixerunt, quòd est iustitia quæ a philosopho summe commendatur 5. Ethic. Et vnicuiq; dat quod suū est. Sed hoc est falsum, quia de iustitia hominum in comparatione iustitiæ Dei potest dici illud Isa. 64. Sicut pannus menstruatæ sunt omnes iustitiæ. Item in exercendo iustitiam potest quis peccare, vnde Eccle. 7. ait Salomon. Noli esse iustus multum, & Prou. 24. etiam dicit septies in die cadit iustus. Alij autem dixerunt. Quod est patientia quæ opus perfectum habet Iac. 1. Sed hoc est falsum, quia patientiam habens potest esse inuolutus in alijs criminibus, vnde Apoc. 2. inquit Dominus. Patientiam habens & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti, sed habeo aduersum te quòd charitatem tuam primam reliquisti &c. Alij vero dixerunt quod est fortitudo de qua dicitur Neemie. 8. Gaudium Domini fortitudo vestra, sed hoc est falsum. Nam quis cum fortitudine potest esse superbus, vnde dicit Dominus Isa. 13. Arrogantiam fortium humiliabo. Item fortitudinem habēs potest damnari & dicere illud Isa. 49. Va-

Quæ nā virtus aliis in nobilitate præcellit.

Multæ opiniones ac eorum confutationes.

49. Vane fortitudinem meam consumpsisti. Alij etiam dixerunt quòd est misericordia, quæ facit vnicuiq; locum in eg lo. Eccle. 16. sed hoc est falsum, quia potest quis facere opera misericordiæ & pietatis in peccato mortali, & consequẽter illa misericordia siue pietas non erit accepta Deo c. in grauibus. 3. q. 7. Alij autem dixerunt quòd est temperantia quã Tullius in oratione pro Deiotaro rege dixit esse maximam virtutẽ sed hoc etiã est falsum. Multi. n. philosophi habuerunt virtutem temperantiæ & similiter alias virtutes, morales qui tamen damnati sunt deficiente in eis charitate. Et ideo concludendum est quod charitas est dignissima inter omnes virtutes, de qua Grego. 20. mora. ait. In sola dilectione omnis virtus virtutis nomen accepit, & in eadem omnium virtutum bona consistunt, hæc ille. Quod autẽ charitas sit nobilior omnium virtutum. Probatur primo ratione finalitatis. Fundamentũ cuius ponit philosophus 2. Phisi. & 1. Ethi. 2. de anima. & 3. Topicorũ dicens. Nobilior est finis omnibus quæ sunt ad finẽ, patet hæc regula: nam sanitas est melior omnibus medicinis ad eam consequendam ordinatis. Sed charitas est finis omnium virtutum vt habetur. 1. ad Thi. 1. & ad Ro. 13. & in c. charitas de pe. dist. 2. ergo est nobilior omnium virtutum.

Concludit charitatem esse omniũ virtutũ nobiliorẽ, hoc que rõnib. probatur.

2. Ratio. SEcundo probatur ratione propinquitatis. Nam virtutes theologicę sunt nobiliores cæteris virtutibus eo quod magis attingunt Deum & magis immediate habent Deum pro obiecto, vt dicunt theo. in 3. di. 23. & Th. 2. 2. q. 23. ar. 6. inter theologicas autem virtutes charitas magis attingit Deum, quia idem est quòd Deus 1. Io. 4. Ergo alijs virtutibus est dignior. Et ideo Paulus 1. ad Cor 12. appellat charitatem viam excellentiorem. Et ponitur transumptiue in c. charitas de pe. di. 2. in tantum autem excellit alias virtutes quod sine ipsa nulla alia virtus dici potest vt probat Thom. 2. 2. q. 23. art. 7. Ea propter Hieronymus in tractatu fidei, de charitate loquens sic ait. Vides in hac virtute vniuersa legis cauta pendere, vere si quis hanc habet iam Deus & Dei filius dici potest, Greg. quoq; in homilia super illud Ioan. 15. hoc est præceptum meum &c. sic dicit. Cum cuncta sacra eloquia plena sint Dominicis præceptis, quid est quòd de sola dilectione quasi de singulari mandato Dominus dicit. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, nisi quia omne mandatum de sola dilectione est, & omnia vnum præceptũ sunt, quia quicquid præcipitur in sola charitate solidatur, vt. n. multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multæ virtutes ex vna charitate generãtur, nec habet aliqd viriditatis ramus boni operis si non manet in radice charitatis, præcepta ergo Dominica & multa sunt, & vnum. Multa per diuersitatem operis; vnum in radice dilectionis.

TErtio idem probatur ratione formalitatis. Nam illa virtus est dignior quæ est forma aliarum tanquam illa quę alijs dat essentiam. Forma. n. dat esse rei 7. Phi. 2. de anima, & 7. Metaphi Et notatur in l. Iulianus. §. sed & siquis. ff. ad exhiben. Sed charitas est forma omnium virtutum, vt dicunt theologi in 3. di. 27. ergo est alijs omnibus virtutibus excellentior, vt enim ait Aristo. 1. Phisico. Forma est quid diuinum & appetibile in natura. & 2. Phisico. etiam dicit, quod forma est magis natura quàm materia, quia vnumquodque magis dicitur secundum quòd est in actu, quàm secundum quòd est in potentia. *3. Rõ charitatem alijs virtutibus nobiliorẽ esse pbatur.*

QVarto idem probatur ratione durabilitatis. Nam quanto aliquid est permanentius tanto nobilius est in eodẽ genere vt ait Philosophus 3. Phisico. sed charitas magis perdurat quàm fides vel spes, ergo est nobilior illis. Fides enim in patria cessabit per claram Dei visionem, quia vt inquit Gregorius in quadam homilia Pascali. Quæ videntur fidem non habent sed agnitionem. Spes etiam cessabit. Dicit enim Paulus Apostolus ad Roma. 8. Spes autem quæ videtur non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? De charitate autem inquit Apostolus 1. ad Cor. 13. Charitas nunquam excidit transumptiue in c. charitas nunquam de pœni. di. 2 imo vt ait sanctus Bonau. in 3 di. 31. ar. 3. Charitas *4. Ratio.*

F 2 nostra

nostra in cœlesti patria diletabitur, & perficitur. Ergo est alijs virtutibus excellentior, quia in actu perpetuo istius virtutis consistit tota fœlicitas nostra. Ait enim sanctus Bonau. in 2. dist. 38 in quæstionibus circa litteram. Nihil aliud est vita æterna, quàm charitas consumata.

Authoritatibus sanctorũ hoc idē ostenditur qđ rõne probatum est.

Ea propter considerans August. excellentiam charitatis inquit in libro de verbis Domini. Quicunque secundum regulam veræ charitatis viuit, non homo vel Angelus, sed Deus censendus est. Et iterum ait. Attende quanta est charitas, quæ si desit frustra habentur cætera, si adsit habentur omnia. Vbi enim charitas adest quod est, quod deesse possit? Vbi vero deest quod est quid possit prodesse? & in 15. de Trini. iterum dicit. Charitas est donum Dei, quo nullum est excellentius. & in libro 83. quæstionum. quæstio. 37. etiam dicit. Charitas in omnibus Dei donis ita excellit, vt etiam Deus dicatur. Bernardus quoque in sermone de charitate inquit. Sicut aurum superat omnia metalla, & oleum supereminet omnibus liquoribus, sic charitas superat omnia bona mundi, omnem artem, omnemque virtutem. Et Vgo de sancto Victore in quodam sermone ait. Nescio quid maius in laude tua dicere possim, quam quòd Deum de Cœlo traheres, & hominem de terra ad Cœlum eleuares. O virtus excellentissima charitatis. Tu es illa propter quam vniuersa facta sunt & creata, dicente Augustino in libro de verbis Domini. Sicut Deus omnia quæ fecit, ex charitate fecit, sic omnia ad finem charitatis reduci voluit. Et in libro de doctrina Christiana ait. Sola charitas est quæ vincit omnia, & quæ vbicunque fuerit trahit ad se omnia, & ideo omnium virtutum est Regina & eas excedit sicut probant theologi in 3. di. 27 multis alijs rationibus quas breuitatis causa omitto.

✠ ✠ ✠ ✠

PARS SECVNDA.

De charitatis vtilitate.

Qvantum vtilis sit charitas non potest humanis declarari sermonibus, sunt enim quasi innumerabiles eius vtilitates, quarum prima dicitur receptionis. Habens enim charitatem est receptaculum totius Trinitatis & in eo habitat Deus. Et hoc est quod dicitur 1. Ioan. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Transumptiue in cap. abijt. 11. quæst. 3. & Ioan 14. dicit Dominus. Qui diligit me diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Statim ergo quod charitas in nos venit, spiritus sanctus sacrarium suum nos efficit, atque in nos descendit. Iuxta illud ad Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus vestris per spiritum sanctum qui datus est vobis. Nullus ergo ditior, nullus potentior, nullus glorioſior reperiri potest illo qui charitatem perfectam habet, cum habeat Deum qui est omne bonum. Exod. 33. vnde canit ecclesia. Vbi charitas, & amor Deus ibi est. *1. Charitatis vtilitas.*

Secunda vtilitas dicitur purgationis, scilicet peccatorum, de qua scriptum est primæ Petri. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Et idem habetur in de poeni. di. 1. c. 43 quæstio. 4. cap. ipsa pietas. & 3. quæstio. vltima. cap. tuk quem admodum. & de pen. dist. 3. capi in tantum. & extra de bap. cap. maiores. Prouer. quoque 10. dicitur. Vniuersa delicta operit charitas. Ideo de Magdalena inquit Dominus Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. *2. Charitatis vtilitas.*

Tertia vtilitas dicitur cumulationis, scilicet meritorum, vnde de ipsa potest dici illud Prou. vlt. Multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias, tu vero supergressa es vniuersas. Eapropter Isaac de Syria in suis sermonibus dic. Maioris est meriti apud Deum solus affectus cum amore, quàm totus mundi census sine charitate, & Augu. in sermone quodam de charitate inquit. Non multitudo sapientiæ, nõ diuturnitas temporũ, sed maior charitas *3. Charitatis vtilitas.*

tas maius auget meritum. Ex quibus cõcluditur quòd magis meretur ille qui est in charitate audiendo vnam missam, quã ille qui est in peccato mortali audiendo decem millia missarum, plus meretur ieiunans vna die in charitate, quàm ieiunans mille annis sine charitate. O preciosa charitas tu es illa que nos ad bona opera accendis, & innumerabilibus premijs gloriosos reddis, dicente Grego. in quadam homilia. Charitas si semel mentem ceperit ad innumerabilia opera extendit.

TAntam deniq; tamq; ardentem posset homo habere charitatem, quòd plus mereretur in vna die, quam alius tepidus in centum annis. Vnde inquit Hiero. in quodam sermone de charitate. Noli fidem pensare temporibus neque iccirco meliorem te putes quòd prius in Christi seruitio ceperis militare. Charitas enim est secundum quam opus mensuratur & attenditur.

4. Charitatis vtilitas. QVarta vtilitas dicitur impetrationis, scilicet gratiarum a Deo. Vt. n. dicunt doctores, vna anima existens in charitate orans Deum pro aliqua gratia, citius obtinebit illam quàm viginti millia hominum sine charitate. Ideo Augu in regula sua inquit. Plus valet apud Deum oratio vnius isti, quàm decẽ millie contemptoris. Et quod existens in charitate faciliter impetret gratiam a Deo probatur fundamento quòd ponit Phi. 8. Ethico. & auctor in libro de causis dic. Quanto magis aliquid appropinquat primæ causæ tanto plus accipit de virtute eius. Exemplum patet de igne, cui magis appropinquans magis accipit de eius calore. Similiter quanto quis magis appropinquat Papæ per gratiam vel sanguinem, tanto magis ab eo impetrabit quod requirit. Cum ergo existens in charitate sit vnitus Deo vt patuit supra, sequitur quòd quamcunque volet gratiam animæ suæ vtilem ab illo faciliter impetrabit. Vnde dicunt doctores in 4. distinctione 15. quòd ille qui in charitate aliquid a Deo petit semper accipit vel illud, vel quod melius & salubrius est animæ suæ.

5. Charitatis vtilitas. QVinta vtilitas dicitur decorationis, de qua inquit Bernardus in sermone de charitate. Sicut pulchra vestis totpus mirabiliter decorat, & lapis preciosus annulum venustat, sic charitas in anima posita reddit eam mirabilem in pulchritudine & sanctitate.

SExta vtilitas dicitur fortificationis, scilicet ad pugnandum, vnde ad Roma. octauo. dicit Paulus. Quis nos separabit a charitate Christi? & Cant. 8. dicitur. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatẽ, nec flumina obruent illam. Et ratio est illa quæ ibidem ponitur, scilicet. Fortis est vt mors dilectio. Homo igitur per charitatem perfectam dicitur fieri quodam modo impeccabilis peccato mortali de pe. dist. 2. §. ex præmissis. 6. Charitatis vtilitas.

SEptima dicitur aspernationis, scilicet mundialium voluptatum primæ Ioan. 2. Si quis diligit mundum non est charitas Dei in illo, vnde Gregorius in quadam homilia inquit. Sicut mors corpus interimit, sic charitas vitæ æternæ ab amore temporalium mentem auertit. Nam mentem quam perfecta charitas absorbuerit, ad terrena fortis desideria insensibilem reddit. 7. Charitatis vtilitas.

OCtaua dicitur consolationis de qua dicitur Psalmo 132. Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in vnum. 8. & 9. Charitatis vtilitas.

NOna dicitur tolerationis, scilicet omnis laboris pro Deo 1. ad Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est.

DEcima dicitur custoditionis. s. mundiciæ, ad Eph. 1. Elegit nos Deus ante mundi constitutionem, vt essemus mũdi & immaculati in conspectu eius in charitate. 10. 11. & 12 Charitatis vtilitates.

VNdecima dicitur fugationis. s. timoris seruilis 1. Io. 4. Timor nõ est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem Transumptiue in cap. quis nos. 23. quæstio. 4.

DVodecima dicitur copulationis. s. animorum, Amor. n. est vis vnitiua copulans amantem cum amato, vt inquit Dyonisius 4. c. de diuinis nominibus. Ideo dicit Apo. ad Colo. 3. Super oĩa aũt charitatem habentes, quę est vinculũ aĩorũ. Eapropter Augu. diffiniens charitatẽ in lib. de

soror amoris est dulcedo. Et 1. Ioan. 5. dicitur. Mandata Dei grauia non sunt, vbi glosa ait. s. amanti.

PARS TERTIA.
Huius sermonis, de charitatis necessitate.

Charitatem necessariã esse prophetarũ auctoritatibus ostẽditur.

PRO declaratione tertiæ partis. Sciendum est quòd charitatem esse saluti nostræ necessariam probari potest tripliciter. Primo ergo probatur via auctoritatis propheticæ, euangelicæ, apostolicæ, canonicæ, autenticæ, physicæ, & politicæ. Auctoritates propheticæ sunt quasi innumerabiles. Scriptũ est. n. Exo. 10. Faciõ Misericordiam inquit Dominus his qui diligunt me, & Deut. 10. Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit a te nisi vt diligas eum & ambules in vijs eius? Et 30 eiusdem libri. Diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua vt possis viuere.

Euãgelij auctoritatib' hoc idẽ ostẽditur.

AVctoritate etiam euangelica ostenditur necessitas charitatis. Ait. n. Dominus Mar. 12. & Matth. 22. & Luc. 10. Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Et idem habetur Deut. 6 Quę verba exponit Chris. super Matthæum sic. Ex toto corde diligas Deum. i. fac vt cor tuum ad nullius rei amorem magis sit inclinatum quam Dei, tota anima idest vt certissimum animum habeas in veritate & firmissimum in fide, tota mente, idest vt omnes sensus tui vacent circa Dei voluntatem, scilicet intellectus, cogitatio, sapientia, & memoria, vel sic toto corde vt omnes cogitationes in Deũ dirigas, tota anima vt omnes affectiones in Deum retorqueas, tota mente vt omnes bonas operationes propter Deum facias iuxta illud. 1. ad Cor 10. Omnia in gloriam Dei facite. Et hæc etiam est expositio Chrisostomi vbi supra. Vgo vero de sancto Victore sic exponit. Ex toto corde. i. deuotione quo ad Virgines, tota anima. i. discretione quo ad confessores, tota mente. i perseuerantia quoad martyres Gregorius vero dicit: Toto corde tota anima, & tota mente. i. super omnia. Et est conculcatio verborum quæ significat excellentiam amoris. Nicol. de Lira super Deut. 6. sic exponit. Ex toto corde. i. ex toto motu voluntatis, quæ hic designatur nomine cordis, quia sicut cor mouet alia membra, sic volũtas alias animi potentias ad actus suos. Ex tota anima idest, ex toto intellectu, & appetitu sensitiuo, vt ex motu dilectionis intellectus sit Deo subditus maxime in his quæ pertinent ad fidem, & appetitus sensitiuus sit secundum ordinem dilectionis regulatus. Ex tota fortitudine per quam designatur vis exterior executiua. Quod fit cum ex diuina dilectione actus noster exterior exequitur imperij voluntatis diuinæ prompte, & expedite. Sanctus autem Bernardus sic exponit in libro de diligendo Deum. Toto corde, idest sapienter & prudenter. s. vt non diligamus aliquid supra Deum vel sicut Deum, sed omnia infra Deum. Tota anima, idest dulciter quia quilibet debet Deum diligere cum dulcedine. Dulcedo autem constat in benedicendo, regratiando, & accepta beneficia recognoscendo, & sæpe recogitando, tota mente, idest fortiter non deficiendo ab eius amore, vel ab eius seruitio propter timorem, aut verecundiã, vel asperitatem laboris, aut imminentiam periculi, iuxta illud Martialis libro vndiq; suscepto. c. 6. Nescit amor vehemens ad quæq; pericula rumpi, vt enim dicitur in c. hæc est charitas. de pe. di. 2. & sunt verba Prosperi in lib. de vita contemplatiua. Si charitatem Deo exhibeamus omnia quæ difficilia sunt humanæ fragilitati vel aspera etiam cum dilectione perficimus.

Expositio illius diliges Dominum Deũ tuũ ex toto corde. &c. Luc. 10.

Alia expositiones illi' diliges Dominũ Deũ tuũ. &c.

AVgustinus vero in 1. de vita Christiana exponit Toto corde, i. intellectu sine errore. Debemus ergo captiuare intellectum nostrum ad obsequium Christi & totum studium nostrum primatie Christo dare, & ad visionem Dei toto desiderio anhelare iuxta illud 2. ad Corinth. 10. In captiuitatem redigentes omne intellectum in obsequium Christi. Secundo exponit Augustinus tota anima. i sine contradictione quia nunquam propter aliquod commodum vel incommodum amor Dei est dimittendus,

dus, sed est seruandus tam in aduersitate quam in prosperitate. Iuxta illud Iacobi Beneuentani c. 34. sui libri. Mutari nescit immoderatus amor. Tota autē mēte debet diligi. i. sine obliuione, qa amor Dei de alio quàm de Deo diu cogitare non sinit. vnde Bern super Canticam dicit: O amor impetuose qui præter te aliud cogitare non finis. Ric. vero de media villa in suo quolibeto. q. 32. dicit q; Deus posuit in hoc præcepto, toto corde, tota anima, & tota mēte, ratione mollificationis cordis nostri duri. Quia vt dicit Chris. Sicut clauus vno ictu & vna percussione non ingitur in materiam duram, sic in cor humanum induratum, & obstinatum non infigitur bonum & vtile præceptum vna tantum iussione. Quapropter videns Deus cor humanum vt adamantem, posuit hæc verba replicatoria vt cor nostrum mollificaret ad eius amorem.

Quare ĩ pcepto d diligēdo Deo ponitur ex oĩbus viribus tuis.

Sciendum est autem quòd Luc. 10. additur. Et ex omnibus viribus tuis. Et sic ponuntur ibi quatuor modi diligendi Deum, quamuis Deute. 6. non posuerit Deus nisi tres. Et dicit Vgo Cardinalis super Lucam, quòd Lucas attendit quatuor rationes propter quas diligēdus est Deus, & propter quamlibet super omnia

Propter quatuor rationes Deus sup oĩa est diligendus.

Prima quia est Creator ad esse. Secunda quia conseruator in esse. Tertia quia est Redemptor, & reparator in bene esse. Quarta quia est glorificator in optimo esse, vel quatuor ad tria reducuntur vt illud mēbrum ex omnibus viribus, referatur ad quodlibet aliorum trium quasi modus, vt sit sensus. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis. i. ex omnibus viribus totius cordis, totius animæ, & totius mentis, Alexander autem de Ales, & Iacobus de Alexandria super 3. sen dist 27. exponunt hæc verba tripliciter primo modo sic secūdū Gregoriū Nissenum. Toto corde idest per totam virtutem vegetatiuam, quæ proprie viget in corde. Tota anima idest per totam virtutem sensitiuam, quæ viget in anima. Vnde animatum ab inanimato proprie dignoscitur sensu. Tota mente idest per totam virtutem rationalem & intellectiuam, quę viget in mente. Ita vt quicquid viuimus, quicquid sentimus, quicquid intelligimus totum ad Dei amorem ordinemus, & referamus. Verum quia omnes istæ virtutes simul collectæ debent viriliter ad Deum ordinari, ideo adiungitur. Et ex omnibus viribus tuis. Vnde Theophilus ait. Per hoc intelligendum est quod oportet nos omnem virtutem animæ amori diuino subijcere viriliter, & non remisse. Debemus ergo Deum amare toto affectu cordis, animæ & mentis, & ita vt omnia quæ sunt in corde hominis debeant ipsi Deo. Exemplo Dauid qui dicit in Psal. In corde meo exquisiui te, ne repellas me a madatis tuis. Dicit autem Basilius. Quod dicitur tota mente tua in cætera non recipit sectionem. Nam quantamcunque dilectionem in infimis ex pende ris, hoc tibi necessario a toto deficiet. Sicut enim in vase aliquo pleno liquore inquantum emanat foras, tantum necesse est plenitudini derogari. Sic & in anima inquantum emanauerit ab ipsius dilectione ad illicita, in tantum minui necessarium est amorem ad Deum. Nihil autem gratius dari potest Deo ab homine. Nam & diabolus hoc habere quærit. Vnde legitur quòd quidam interrogauit dæmonem quid habere magis desideraret ab omnibus. Cui diabolus respondit. Vellem quòd mihi darent lunam vacuā, & Solem cum manicha rotæ. Et coniuratus vt exponeret quid dicebat ait. Luna vacua est sicut vnum C. sol est sicut vnum O. manicha rotæ est sicut. r. Vellem enim cor hominis. Vnde dicit Christo illud Gen. 14. quod dixit rex sodomorum ad Abraham. Da mihi animas, cætera tolle tibi. O igitur Christiane noli dare cor tuum diabolo, sed Creatori tuo qui illud a te petit. Vnde metrice dicitur. Dimidium spere speram cum principe Romæ. Postulat a nobis totius conditor orbis. Et alibi etiam dicitur. Tolle caput cerui, caput ouis viscera cerui. Offer ista Deo, inde beatus eris. Inquit enim. Prouerb. 23. Fili præbe mihi cor tuum. Cui obtemperabat Dauid dicens in Psal. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

Secundo

Alia expositio illius ex toto corde, ex tota aĩa, & ex tota mente &c.

SEcundo modo exponitur a prædictis doctoribus vt per totum cor penes quod residet appetitus rei desiderabilis, intelligatur sic debere nos amare Deum, vt in corde nostro nõ remanet amor auaritiæ ad res tẽporales. Per totã animam apud quã residet concupiscibilis virtus ad delectabilia, intelligatur Dei amor sic debere occupare animam, vt nulli prauæ cogitationi relinquatur locus. Per totam mentem apud quam residet quędã eleuatio hoĩs supra se intelligatur amor Dei sic debere desiderari ab hoĩe vt in ipso solo totaliter glorieť. Vñ sanctus maximus inquit. Cũ hac intẽtione trinã ad Deũ dilectionem lex pertractat, vt auellat nos a trina mundi habitudine, qua respicitur ad possessiones, ad gloriam, & ad voluptates, hæc ille. Vt sic per totum cor excludatur auaritia amando Deum super oẽs res tẽporales. Per totã animã excludatur concupiscentia carnis amando Deũ sup̃ oẽs creaturas. Per totã mentẽ excludatur superbia & vanagloria, amando Deũ sup̃ oẽs honores. Ista.n. sunt tria peccata quibus plenus est mundus. Vnde 1. Ioãnis.2. dicitur. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.

Alia eorundem verborum declaratio.

TErtio exponitur ab eisdem. Ex toto corde.i.intellectu quem debemus totaliter subiugare ad credendum oĩa quæ dicunť in sacra scriptura de Deo, & ad inuestigãdũ diuinũ beneplacitum. Ex tota anima, idest voluntate qua debemus velle omnia quæ vult Deus, & cõtentari de omnibus quæ Deus facit. Ex tota mẽte.i. memoria qua debemus reminisci omniũ operũ dñi, iuxta illud. Trenorũ.4. Memoria memor ero, & tabescet in me aĩa mea. Subditur autẽ ex omnibus viribus tuis, ad exprimendũ vniuersalẽ conatum quo debemus interius & exterius in Deũ ferri per amorem. Ad quem etiam nos teneri probatur auctoritate apostolica.1. ad Cor.13. vbi inquit Paulus. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatẽ autem non habeam factus sum velut ęs sonãs, aut cimbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim misteria omnia, & omnem scientiam. Et si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habeã nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem aũť non habeam nihil mihi prodest.

Canonĩa auctoritate ostẽditur charitatẽ nobis esse necessariam.

AVctoritate etiam canonica probatur necessariam esse nobis charitatem, p̃ c. nullus, de pe. di.7. vbi dicitur, neminem sine charitate posse saluari. Item auctoritate autentica Ambrosij ad Rufinum qui ait. Reus fit omnium qui contra charitatem facit in qua pendent omnia, & tanto quis in peccato inuenitur minor, quanto in diligendo Deum, & proximum inuenitur maior. Et tanto in perpetratione peccati inuenitur maior quanto in dilectione Dei, & proximi inuenitur minor.

Philosophorum auctoritate charitatem necessariã esse ostenditur.

AVctoritate quoq; physica probatur necessitas charitatis. Nam vt patet ex prædictis, charitas est amicitia quædam & beniuolẽtia, quam habemus Deo & proximo. Ad amicitiam autẽ oẽs philosophi, & etiam oratores ac poetæ nos venire iubent. Ideo inquit Ari. 8. Ethi. Amicitia maxime necessaria est in vita. Vñ sine amicis nullus eligit viuere, etiã si oĩa alia bona habeat, & Quintilianus. 5. declamationũ dicit. Non reperio quid in rebus humanis excogitauerit natura præstantius amicitia, & Tulius, in lib. de amicitia, ait. Amicitia oĩbus rebus humanis præponenda est, nihil est enim tã naturæ aptum, tamq; conueniens ad res secundas vel aduersas q̃ amicitia. Et Ouidius, in libro de ponto, canit. Nomẽ amicitiæ barbara corda mouet, & Boetius, in 2. de consolatione, inquit. O felix hominum genus, si vestros animos amor quo cęlum regitur regat, Theophrastus etiam philosophus dicebat. Quanti est sine aĩa corpus, tanti sine amicis est homo. Auctoritate etiã politica.i. ciuili cõmendať. Quantũ.n. sit necessaria amicitia ostendit glo. Accursij iurisćõsulti. in l. late culpe. §. amicos. ff. de ver. si. dicens. Quod amicus dicitur, quasi animi custos. Si ergo necessarius est amicus mortalis ad custodiam animi nostri, multo magis amicitia Dei q̃ est charitas, necessario nobis habẽda est, qa ipse De⁹ nõ solũ est aĩ custos. sed creator ipsius aĩ, & vitę cõseruator.

Hocq; idem ciuili auctoritate demõstratur.

tor. Ideo inquit Cato in suis documẽtis. Si Deus est animus nobis vt carmina dicunt.
Hic tibi præcipue sit pura mente colendus.

Aliquibus rationibus charitatem nobis necessariam esse ostenditur. Secundo principaliter probatur charitatem esse necessariam quia rationabilitatis, prima ratio dicitur acceptionis. Fundamentum cuius ponit Philo. 4. Ethico. di. Nullum obsequium proprie dicitur bonum nisi liberale sit. Vnde beatus Bona. in 3. di. 27. ar 2 q. 1. inquit. Nullum obsequium est meritorium vel Deo acceptum nisi quod fit ex amore & charitate, quia amor est donum in quo omnia alia dona donantur, secundum theologos. in. 3. di. 27. ergo sine charitate nullũ opus est Deo acceptum. *2. Ratio.* Secunda ratio dicitur correspondentionis. Vt enim ait Augustinus, in libro de moribus ecclesiæ. Præmium correspondet merito. Sed clarum est quòd meritum dependet a charitate, dicente Bernardo, in libro. de diligẽdo Deum. Secundum mensuram amoris datur mensura æternæ retributionis, ergo sine charitate habere non possumus mercedem supernæ fęlicitatis. *3. Ratio.* Tertia ratio dicitur meritationis Illud enim nobis est summæ necessarium sine quo nulla operatio nostra est vitę æternæ meritoria, sed sine charitate omnis operatio nostra est inutilis quo ad conseqnẽdam æternam retributionem. 1. q. 1. c. vide. & c. teneamus. Sine charitate enim omnes aliæ virtutes nihil nobis prosunt ad salutẽ, de pęni. di. 2. §. opponitur, & §. euidenter itaq;, & di. 3. c. si quis autẽ, & de conse. di 4. c. solet queri. Ergo &c.

4. Ratio. Quarta ratio dicitur contrariationis. Illud enim nobis est necessarium, sine quo contrarij, & inimici Dei sumus. Sed sine charitate contrariamur Deo. Ergo charitas est nobis necessaria. Maior patet, minor probatur. Inquit enim dominus Lucæ. 11. Qui non est mecum, contra me est, quod dictum etiam habetur in. l. cęlicolarũ in si C. de iude. Sed Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo, vt patnit supra. Ergo qui est sine charitate, non est cum Deo, & consequenter est cõtra Deũ, ergo inimicus Dei, & sic ad æternam non perueniet vitam.

5. Ratio. Quinta ratio dicitur impugnationis. Illud enim valde nobis est necessarium quo inimicos nostros crudelissimos impugnare valemus. Sed contra principes & potestates tenebrarum habemus continuam colluctationem. Vt dicitur ad Ephe 6. Quos terribilissimos hostes non possumus melius debellare quam per virtutem charitatis, quæ eis contrariatur, & quam summopere timent. Ergo illã amplecti debemus. *Charitas quantum a diabolo timeatur.* Quantum enim timeat diabolus charitatem ostendit Gregorius super Ezechiel. di. Antiquus hostis castitatem in nobis non timet, quia ipse carne non premitur, vt luxuria dissoluatur. Abstinentiam non timet, quia ipse cibo non vtitur, qui necessitate corporis non vrgetur. Distributionem terrenarum rerum non timet, si eidem operi charitas desit, quia diuitiarum subsidijs nec ipse eget. Valde autem in nobis charitatem veram. i amorem humilem quem nobis vicissim impendimus timet, & nimis concordiæ inuidet, quia hanc nos tenemus in terris, quam ipse tenere nolens amisit in cęlo. Nec curat antiquus hostis, vt terrena nobis tollat, sed vt charitatem in nobis feriat, hæc ille. Scit enim diabolus quòd parum nobis prodest fidem christianam habere si non habemus charitatem. Inquit enim glo. super illud Pauli, ad Galla. 5. Fides per dilectionem operatur, sicut lampas sine oleo nihil ꝓficit ad illustrandum, sic fides sine charitate nihil proficit ad saluandum. Item alia glo. super 1. c. ad Roma. ait. Fides dicitur informis & indigna ad salutem eo quòd sociam non habeat charitatem. Et Augustinus super epistolam Iacobi inquit. Sicut corpus sine anima mortuum est, ita fides sine charitate quæ est vita ipsius mortua profecto reputatur. Et idẽ in libro de fide ad Petrum ait Opus fidei & perfectio est ipsa dilectio, sine dilectione autem fides est inanis. Cum dilectione verò fides est christiani, sine dilectione autem fides est dęmonis. Ex quibus omnibus possumus concludere inconuincibiliter quòd charitas est necessaria, & quòd sine ipsa nemo saluabitur etiam si haberet omnes alias virtutes. Ait enim philo-

Aliqua fundamenta ponuntur ex quibus postea concluditur quod remota charitate, omnia alia auferuntur, vel sit bonum gratiae vel gloriae, vel aliquod aliud.

philosophus. 8. Phi. & recitat b. Tho. 2. 2. q. 1. ar. 1. quòd causarum essentialiter ordinatarum remota prima remouentur posteriores, & econtra, stante prima stat, & posteriores, exempli gratia. Radix arboris est prima causa truncus vero & rami sunt causae subordinatae, quae insimul cōstituunt arborem. Radix autem influit in truncum, truncus in ramos, rami in folia, & folia in flores, ac flores in fructus. Ecce quòd omnia praedicta sunt essentialiter ordinata ad inuicem. Sed prima causa est radix. Ponatur ergo, quòd radix abscindatur, statim truncus arescit & rami, & per consequens folia & flores, ac fructus deficient. Et ratio est prima causa, scilicet radix quae erat origo & fundamentum omnium aliorum est amota. Si autem solum abscinderentur rami, & radix permaneat necesse est quòd viuat truncus, &c. Aliud quoq; fundamentum ad propositum nostrum ponit idem philosophus. 2. Metha. dicens. In quolibet genere rerum non est ire in infinitum, sed oportet venire ad vnum principium a quo omnia illius generis procedunt. Quo deficiente omnia simul cū suo principio deficient & patet exemplo. Nam cyathus habet aquam a vase, vas a fonte, fons a flumine, flumen autem a mari, & vltra non est procedere, quia vt ait Salomon. Ecclesiastes. 1 Omnia flumina a mari exeunt, & ad ipsum reuertuntur. Tunc sic deficiente mari deficeret aqua fluminis, & deficiente flumine, deficeret aqua fontis & sic vsq; ad vltimum. Aliud etiā fundamentum ponit idem philosophus. 8. Phisi. dicens. In mouentibus & motis non est ire in infinitum, sed est deuenire ad aliquem motorem primum a quo omnia moueantur, & quo cessante omnia cessabunt. Exemplum. Nos videmus q manus mouetur, virtute brachij, & brachium virtute cordis & corporis, cor & corpus virtute animae. Et ideo remota anima a corpore deficit omnis virtus in corde, & brachio. His praesuppositis, & declaratis concluditur quòd remota charitate quae est prima causa, super quam omnis structura virtutum consurgit, & quae est causa gratię, & meriti, & premij vt supra probauimus, oportet quòd omnia posteriora remoueantur. Vnde remota ipsa charitate ab homine remouetur gratia, & remota gratia remouetur meritum, & remoto merito, remouetur praemium, & remoto praemio, remouetur beatitudo & fęlicitas vitae aeternae. Et sic a primo ad vltimum est bona consequentia, quòd remota charitate remouetur & gloria. Et contra vero stante charitate stabit gratia, & stante gratia stabit meritum & stāte merito stabit praemium &c. Et sic a primo ad vltimum stante charitate habebitur gloria. Aliud quoq; fundamentum ad probandum praedicta potest sumi ab eodem philosopho. 2. de anima, vbi ait. Quod vnaquaeq; res sortitur nomen & speciē a sua forma. Nam cultellus totam pulchritudinem quam habet sortitur a forma quae facit illum apparere cultellum. Si vero frangatur, tunc tota species deperit, quia eius forma est ablata, & sic de alijs. Nam ablata forma quae dat essentiam rei, res ipsa desinit esse secundum philosophum vbi supra & auctorem in libro sex principiorum. Cū enim homo constet ex corpore vt materia, & anima vt forma, separata anima a corpore desinit esse ille homo. Et in hoc errauit Magister senten. in 3. di. 5. dicens Christum fuisse verum hominem in illo triduo quo eius corpus mortuum stetit in sepulchro. Nam reprobat eum Alexā. de Ales, in 3. summę, in tractatu de assumptione humanae naturae. q. 6. & sanctus Bonauentura in 2. di. vltima, in quaestionibus circa litteram, & Scotus in 3. di. 22. in 1. q. Et ideo pariformiter concluditur quòd ablata charitate quae est forma omnium virtutum, & dat illis nomen virtutis non remanebit amplius virtus. Et corroborantur praedicta per illud quod ait beatus Thomas. 2. 2. q. 23. in fine vbi dicit, quòd charitas est mater omnium virtutū, quae ex appetitu finis vltimi cōcipit omnes actus aliarum virtutum imperando ipsis. Sicut ergo impossibile est quòd homo generetur sine matre sic impossibile est vt aliqua sit virtus sine charitate. Quia sicut dicitur in praedicamētis Aristo. Non potest dici pater nec mater nisi sit filius aut filia, quia sunt correlatiua. Et ideo nulla potest dici virtus sine eius genetrice quę est charitas. Ex pręctis etiam inferre possumus quòd cum cha-

Quanto q̄ erit in ma-

Io. charitate, & acto eius opera erunt meritoria. charitas sit causa omnium nostrarum bonarum operationum, quanto quis habebit maiorem charitatē tanto ex sua operatione cum tali charitate facta habebit maius meritum, & consequenter & præmium, quia vt inquit Auctor in libro de causis. Vbi est plus de causa, ibi etiam est plus de causato. Sicut patet per experientiam. Nam vbi est plus de igne, ibi etiam plus de calore. Econtra vero vbi minor est charitas, ibi etiam est minus meritum & præmium & hoc probatur per illud quod legitur in cronicis ordinis minorum, scilicet quòd erant in religione ipsa duo fratres carnales quorum vnus videbatur multum spiritualis & deuotus. Alter vero hilaris erat, & iocundus, & qua si dissolutus ab omnibus putabatur. *Exēplis superius dictū pbatur.* Cū autem essent ambo mortui reuelatum fuit cuidam fratri, quòd ille hilaris transierat ad paradisum, quia semper fuerat plenus charitate. Alter vero ierat ad purgatorium. Quia quamuis faceret magnā pœnitentiam, tamen non habebat magnū feruorem charitatis. Deus autem nō tantum respicit laborem quantum magnam charitatem. Prædicta etiam patent per illud quod legitur in vitis patrum de illis duabus cognatis in ciuitate Alexandriæ commorantibus quæ propter mutuam charitatem excedebant vel saltem æquabant merita sancti Macharij, qui ꝑ tot annos in deserto solum radices comederat. Aliud quoq; terribile accidit a nō multis annis citra in quodam monasterio monialium. In quo defuncta cū esset quædam monacha quæ omnes alias excedebat in pœnitentia, & austeritate vitæ, ab omnibus vt sancta venerabatur. Contigit autem quòd post eius sepulturam vno transacto die cum aliæ sorores penes sepulchrum pergerent, ipsum sepulchrum totaliter adustum viderunt. De quo stupefactæ & attonitæ remanserunt. Abbatissa autem accersiri fecit prouincialem prælatum suum qui referari fecit sepulchrum, & nihil ibi repertū fuit præter cineres adustas quæ fætebant vt diabolus, & intellexerunt eam esse in inferno collocatam, ipse autem prouincialis volens causam damnationis eius indagare, secrete interrogauit Abbatissam de vita ipsius. Quæ respondit. Ego in ea nullum defectum prorsus cognoui, nisi quòd sæpe contendebat, & referebat mihi verba, & facta aliarum, & frequenter erat causa infringendi mutuam charitatem in nobis. Tunc dictus prouincialis dixit. Vere ista est sepulta in inferno, quia si habuisset maiores gratias quam habuit beata virgo sine charitate, tanto profundius fuisset in inferno demersa propter ipsarum gratiarum ingratitudinem, & omnes eius virtutes, si tamen virtutes appellari possunt nihil penitus ei prodesse potuissent. Nam dicitur in capitulo nisi cum pridem. §. quippe. extra de renun. Quippe si quantuncunq; virtutum flore refulgeas charitatem autem in te non habeas, nihil habere comprobaris. Et in capitulo, vbi sana. 24. q. 1. scriptum est. Vbi charitas non est, non potest esse iustitia. Et in capitulo. ad aures, de tempor. ordi. dicitur non in sublimitate graduum, sed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei. Ambrosius, quoq; in libro de vita beata, ait. Quicunq; charitatem in corde non gerit, recognoscat se veram pœnitentiam non posse peragere, per quam ad æternam vitam valeat peruenire, & Augustinus ad heremitas dicit. Habete fratres charitatem, sine qua nullus faciē Dei vnquam poterit intueri, & Abbas Isaac de siria in sermonibus suis ait. Si cupis esse sapiens, stude veram sapientiam. Si cupis esse diues, stude veras diuitias possidere. Vera autem sapientia, veræq; diuitiæ consistunt in sola charitatis possessione, quam qui habet, & si nullas alias diuitias habeat ditissimus est, quam sapientiam qui habet, & si nullam aliam scientiam habeat sapientissimus est, quā qui non habet, & si omnem aliam scientiam habeat stultissimus est, hæc ille.

Tertio principaliter probatur charitatem esse nobis necessariam via exēplaritatis. *Charitatem nobis necessariā etiam exēplis, ac similitudinibus simul ostenditur.* Primum exemplū ponit Apostolus de Esau, ad Hæbreos. 12. dicens. Quod non inuenit a Deo locum pœnitētiæ, nec remissionem peccatorum, nec salutem, quamuis cum lachrymis a Deo eam postulasset. Et rationē assignat beatus Bonauentura, in 4. dist. 14 parte 2. art. 1. q. 3. Quia non dolebat respectu charitatis & Dei offensæ, sed simpliciter ex timore

2. Exemplũ. timore futuræ pœnæ. Secundum exemplum habetur, secundi Machabæorum. 6. De rege Antiocho qui cum ex merito scelerum suorum percussus fuisset insanabili plaga: eo q vermes scaturiebant de corpore suo, & comedebant eius carnes, cepit ad agnitionem veritatis venire & dixit. Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire, & orabat ad Dominum a quo non erat misericordiam consecuturus. Et dicit beatus Bonauentura vbi supra, q ideo non meruit exaudiri quia erat sine charitate, & non orabat ex amore, sed timore tantum. Tertium exemplum ponitur figuratiue. Matth. 21. De ficulnea in qua requisiuit dominus fructum, & cum inuenisset in ea solum folia sine fructu, fecit eam arescere dicens. Nunquam nascatur ex te fructus in æternum. Simili quoque figura habetur. Lucæ. 13. De illo patre familias, qui cum inuenisset ficulneam quidam quæ per tres annos non fecerat fructum dixit. Succidam ergo illam, vt quid etiam terram occupat? Ista ficulnea significat animam, quæ tunc est arida, & sine fructu, quando est sine charitate, quam Deus faciet succidi, & ignibus æternis deputari. Ait enim. Matthæi. 7. & Mar. 3. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur.

3. Exemplũ siue similitudo.

QVartum exemplum habetur Matth. 22. De illo qui accessit ad nuptias non habens vestem nuptialem, qui ligatis manibus, & pedibus, missus est in tenebras exteriores. Hæc enim vestis purpurea & nuptialis est charitas, sine qua nullus ad cœnam agni prouidi poterit peruenire. Dicitur autem charitas vestis nuptialis triplici ex causa. Primo quia Christus in suis nuptijs eam contexuit. Nam in cruce nuptias fecit, vbi carnem pro pane, & sanguine pro vino apposuit, vt reficeret Angelos in cęlo eos reparando, homines in mundo eos redimendo, patres in limbo eos liberando. In istis autem nuptijs vestem charitatis contexuit, non de pilis animalium, non de corticibus herbarum, non de interioribus vermium, sed de interioribus suorum viscerum; & hoc quando lateris apertione amorem cordis patefecit. Vnde Bernar. inquit. Clamat vulnus, patet archanum cordis per foramen corporis. Secundo dicitur vestis nuptialis quia qui ea indutus non fuerit non poterit vt diximus intrare ad nuptias cęlestes. Quod figuratum est Hester. 4. vbi dicitur, q non licebat intrare aulam Assueri regis indutum sacco, per saccum autem significatur timor seruilis, cum quo nullus intrabit regnum cœlorum. Abijciendus est ergo ille saccus, & vestis nuptialis texenda, iuxta illud. Prouerbiorum vltimo: Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. De quo autem sit hæc vestis texenda ibidem ostenditur cum dicitur. Quęsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum. Vnde sciẽdum est quod Christus dicitur agnus iuxta illud. Ioannis primo. Ecce agnus Dei. Huius autem agni lana sunt ejus beneficia. Dicitur etiam herba ratione carnis juxta illud. Isajæ. 40. Omnis caro fenum, huius autem herbæ linum fuit candor suæ innocentiæ. Texenda est ergo ista vestis ex lana, & lino, quia charitatem nostram inflammare debent Christi beneficia, & eius innocens vita. Tertio dicitur vestis nuptialis, quia in magnis nuptijs, idest in die iudicij solę sponsę Christi hac veste indutæ erunt. Vnde Apoca. 19. dicitur. Venerunt nuptiæ agni & vxor eius præparauit se, & datum est ei vt cooperiat se bissino, &c. Adulteræ enim animæ nudæ erunt, & turpitudinem earum cuncti videbunt. Et ideo in eodem c. dicitur. Beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, & videant omnes turpitudinem suã. Aliud exemplũ in figura ponitur in forma pcepti Leuit. 6. vbi inquit dñs. Ignis semper ardebit in altari meo, quẽ nutriet sacerdos lingua super apponens. Per altare. n. significat anima, vel cor hominis, per ignem intelligitur feruor diuini amoris qui semper in nobis ardere, & crescere debet, quẽ continue debemus augmentare. Illum ignem charitatis, venit accendere in mundo filius Dei. Qui Lucę. 12. dixit. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Super quæ verba inquit Ambrosius. Sicut ignis terrenus omnium terrenorum subiginem

4. Exemplũ, siue similitudo.

Charitas dicit vestis nuptialis triplici de causa.

2. Causa.

3. Causa.

nem consumit, sic ignis diuini amoris omnem rubiginem peccatorum a se expellit. Et ideo si in anima tua debet infundi forma virtutũ necessarius est ignis diuinus, qui amota conscientiæ rubigine eam venustet & decoret, hæc ille. Sicut enim ignis inflammat, sic charitas mentem incendit incendio dilectionis. Ideo dicit dominus. Apoca. 3. Suadeo tibi eme se a me aurum ignitum. Et sicut ignis frigidos carbones reaccendit, sic charitas mentem peccato mortuam & frigidam, ad gratiæ vitam suscitando accendit. Vnde dicit Apostolis. 1. Ioannis. 3. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Sicut etiam ignis oleum seruat a mure, qui ad ardẽtem lampadem accedere propius non audet, quam extinctam prospiciens, mox eius oleum bibit. Sic charitas quãdiu in animo ardet, oleum gratiæ a mali guo spiritu custodit. Et sicut ollæ feruenti muscæ non appropinquant. Sic Beelzebub qui interpretatur dominus muscarum. i. tentationum repellitur per charitatis feruorem.

PARS QVARTA huius sermonis de charitatis ordinabilitate.

QVO ad quartam partem huius sermonis. Sciendum quòd inquit philosophus. 11. Metha. quòd bonum vniuersi consistit in ordine. Et ideo ait Apostolus, ad Ro. 13. Omnia quæ a Deo sunt ordinata sunt. Et Sapien. 11. dicitur, quòd Deus fecit omnia in numero, pondere, & mensura Si ergo Deus ordinauit omnia corporalia, & temporalia, multomagis voluit reginam virtutum, scilicet charitatem esse ordinatam. Propterea sponsa Canticorum. 2. dicit. Ordinauit in me charitatem In charitate ergo ponendus est ordo, vt probat beatus Bonauẽtura, in 3. dist. 30. & sanctus Tho. 2. 2. q. 25. & in 3 dist. 29. Quis autem ordo sit in charitate seruandus ponit Aug. in primo de doctrina christiana di. Quatuor sunt ex charitate diligẽda. Primum quod est supra nos scilicet Deus. Secundum quod sumus nos. Tertium quod est iuxta nos, scilicet proximus. Quartum

Ordo charitatis est primo diligamus Deum, secũdo nos, tertio proximũ, quarto proprium corpus.

quod est infra nos, scilicet proprium corpus, hęc ille. Primo igitur Deus sup omnia diligendus est. De cuius dilectione dicitur. Ecclesiast. 1. Dilectio Dei honorabilis est. Et dominus. Ioannis. 15. ait. Manete in dilectione mea. Et. 1. ad Cor. 16. ait Paulus. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christũ. anathema sit. Augustinus quoque in primo de doctrina christiana. c. 9. dicit Deus propter seipsum & amplius omni homine diligendus est.

HÆC autem veritas probatur per theologos, in 3. dist. 29. maxime per sanctum Bonauenturam, & Ricardũ ibidem, ar. 1. q. 2. & beatum Thomã 2. 2. q. 26. ar. 2. Et primo dici potest quòd multiplici de causa mouetur homo ad diligendum aliquid, scilicet quia bonum, quia pulchrum, quia delectabile, quia vtile, & honestum, ac similε. Vnde cum in Deo sint in summo omnia prædicta, ideo est summe diligendus. In eo enim est summa bonitas iuxta illud prophetæ. Psal. 72. Quam bonus Israel Deus &c. Item summa speciositas, iuxta illud. Sapientiæ. 7. Speciosior est sole. Vnde beata Agnes de eo dixit. Cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur. Item summa delectabilitas, dicente psalmista. Delectationes in dextera eius vsq; in finem. Item summa vtilitas & honestas, iuxta illud quod de diuina sapientia dicitur. Sapientiæ. 7. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Item in eo est nostræ naturæ confirmitas, iuxta dictum Apostoli, ad Philippẽ. 2. In similitudinem hominũ factus & habitu inuentus vt homo. Quia enim superioris ad inferiorem est habere beniuolentiam, & inferioris ad superiorem est habere reuerentiam, æqualis vero ad æqualem est habere amicitiam. Vnde philosophus. in. 8. Ethico. dicit, ꝙ amicitia est inter æquales & similes, & Hier. super duodecim prophetas inquit. Amicitia pares aut accipit aut facit. Ideo Deus ne aliquid deessent in amicitia hominis erga ipsum & econtra cũ esset dominus, factus est frater hominis & sic factus æqualis vocat se eius amicum dicens. Ioannis. 15. Vos aũt dixi amicos &c. O Deus meus quãta est benignitas tua, quàm

Deum esse summe diligendũ ostenditur.

quàm magna clementia & quàm stupenda humilitas, quòd hominem qui est cinis,& vermis appellas amicum tuum. Et ideo & ipse homo debet te super alios amicos diligere, & amore infinito si esset possibile. Quod potest probari fundamẽto quod ponit philosophus. 1. Politic. dicens. Quod quæritur tanquam finis, sine termino & mensura quærendum est, quod vero quæritur ad finem, est cum fine, & mensura quærendum, & hoc patet exemplo. Nam sanitas quærenda est sine termino, sed medicina quærenda est cum termino, aliter homo moriretur vnde sperabat viuere. Et propterea simili modo dicendũ est de amore. Nam Deum qui est finis noster debemus diligere sine termino, ac mensura. Corpus vero, & animam nostrã & proximorum, & cætera creata omnia cum termino,& mẽsura, quia sunt ad finẽ amanda. Sed pro maiori huius veritatis declaratione. s. quòd Deus est super omnia diligendus, possumus arguere quinq; rationibus. Prima dicitur coniunctionis, secundum enim philosophum. 3. Physicorum. Vbi est magna affinitas, ibi contrahitur magna amicitia. Quapropter magis se debent diligere fratres carnales, q̃ consobrini, & magis mariti & vxores, q̃ fratres, qa sunt duo in carne vna. Gen. 2. & Matth. 19. Et qui vxorem diligit, seipsum diligit. ad Ephe. 5. Super omnes autem homines mundi tenentur filij amare parentes, quia sunt eis propinquiores. Nam pater & filius censetur vna & eadẽ persona. l. fi. C. de impube & ali. sub. In tantum autem nati parentibus obligantur quòd secundum leges in casu necessitatis potest pater vendere filium in seruum l. 2. C. de patri qui. fi. di. Si ergo magis debemus diligere patrem, quia ab ipso habemus corpus, concluditur quòd super omnes alios debemus diligere Deum, qui est principalis pater. Si enim dixeris quòd habes corpus de substantia patris, dico tibi quòd non nisi mediante influentia solari. Quia vt ait Aristo. 2. Physico. Sol & homo generãt hominem Sed hoc non facit sol nisi mediante potentia, & influentia diuina. Quia omne agens agit in virtute primi actiui. 8. Physico. & 1. Phy. dicitur quod motus primæ causæ est causa motus secundæ. Si ergo Deus non daret virtutem cęlis, modo possent se mouere nec influere in ista inferiora, & cõseqnenter cessaret omnis generatio. Ex quibus arguitur quòd si es obligatus patri, qa ab eo habes corpus, multo plus teneris Deo, qa ipse est principalis causa q̃ plus influit in effectũ, q̃ omnes causæ secundariæ, vt inquit Auctor in libro de causis. Hinc est quòd ait Aristo. 8. Ethi. Dijs & parentibus non potest æquiualẽs reddi. Primo enim dixit dijs & post parẽtibus, ad demonstrandum quòd multo magis obligamur Deo quàm parentibus. Quod confirmat Augu. in quodam sermone di. Diligendus est genitor, sed præponendus est creator, & Hiero. ad Furiã de viduitate seruanda ait. Honora patrẽ tuum si te a vero parente non separat, tã diu scito sanguinis copulam, quamdiu ił le suum nouerit auctorem. Alioquin Dauid tibi protinus decantat. Audi filia, & vide,& inclina aurem tuam,& obliuiscere populum tuum & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum, quia ipse est dominus Deus tuus, hæc ille. Nõ solum autem Deus nobis dedit corpus sed etiam animam nostram creauit vt dicitur in c. nasci. 56. di. quæ est multo nobilior corpore c. solite. de maio. & obedientia Nec tantum dedit corpus & animam, sed etiam nos cõseruat in esse. Ait enim Aristot. decimosexto. de animalibus dicens. Primus motor dat esse omnibus,& conseruat omnibus entibus esse. Ideo Greg. super illud Iob. 34. Si retraxerit spiritum suum deficiet omnis caro simul & homo in cinerem reuertetur ait. Cito omnia ad nihilum tenderent nisi manus conditoris ea teneret. Hæc autem est non minor operatio, ac donatio seu gratia, scilicet conseruare nos in esse, q̃ dare esse vt probat Ricar. in 1. dist. 39. & Thomas in 1. dist. 43. Et ad hoc potest applicari illud poeticũ. Non minor est virtus, quàm quærere parta tueri. Ergo valde tenemur Deum diligere supra patrem & omnes homines mũdi, a quo habemus quicquid sumus. Ideo Bernar. in libro de diligẽdo Deum inquit. Inexcusabilis est etiam omnis infidelis, si non diligit dominum Deum suum, toto corde suo, & tota mente sua. Clamat nempe ei intus innata

Quinq; rationes ostendentes Deũ super oĩa diligendum.

innata & non ignota ratio iustitiæ, quia illum debeat diligere a quo totum se non ignorat habere.

2. Ratio ostẽdẽs Deũ super oĩa diligendũ esse.

SEcunda ratio dicitur reciprocationis. Ait enim Philosophus. 8. Ethico. Amicitia est mutua beneuolentia in comparatione. Et ideo. 9. Ethic. etiam dicit. Quod amor debet esse reciprocus, & Theophrastus dicebat. Amico exhibere ea decet q̃ tibi velis exhiberi. Quia ex re interrogatus Diogenes, quæ amicis offerre debemus respondit. Ea quæ nobis optamus fieri, scilicet propter reciprocationem. Si igitur vnus te amat iusto amore, debes eum amare. Dicit enim Seneca in libro de beneficijs. Qui non diligit diligentem se vitium ingratitudinis incurrit, & Bouina. in 1. sententiarum di. 10. ar. 1. q. 3. ait. Qui non amat vicissim amantẽ se recte, & liberaliter, aut est iniqu9 & ingratus. Sed Deus diligit omnia quæ fecit iuxta illud Sapientiæ: 11. Diligis domine oĩa quæ sunt & nihil odisti eorum quæ fecisti. Omnis enim artifex diligit opus suũ. 9. Ethic. & in libro de causis dicitur. Omnis causa naturaliter diligit effectũ suũ. Cum ergo Deus sit summus artifex, sapiens, & bonus, cuius effectus est creatura, ergo eam diligit præcipue rationalem quanto alijs est dignior. Si igitur amor debet esse reciprocus, sequitur quod omnes debemus Deum diligere, quia vt dicitur primæ Ioannis. 4. Ipse prior dilexit nos. Tanto autem amore nos amat, vt dicat Bernardus in libro de diligendo Deũ. Quod omnis amor sanctorũ amori Dei comparatus nihil est. Cuius veritatis fundamentum ponit Philosophus, in 3. de anima, dicens. Quod proprium est vnicuiq; formæ agere, secundum propriam naturam. Et primo Metha. ait. Quod vnumquodq; entium nititur natura sibi propria. Et commentator 9. Metha inquit. Quod vnumquodq; sicut se habet ad entitatem, ita se habet ad virtutem, & operationem. Cum ergo omnes creaturæ sint finitæ, cum mensura operantur, & agunt, quia vt dicitur in libro de causis. Nullus actus excedit virtutem suæ causæ. Deus vero qui est infinitæ potentiæ, infinito amore diligit. Ideo doctores. in 3. dist. 32. dicunt. Quod dilectio

Et hoc argumentũ concludit tãtũ de voluntate antecedẽte.

Dei est æterna. Quia igitur secundum Philosophum in primo de cœlo & mundo. Finiti ad infinitum, nulla est proportio. Sequitur quod sine comparatione maior est amor Dei ad animam, quam amor omnium sanctorum ad Deum. De hoc amore inquit Augustinus super Ioannẽ. Incompræhensibilis est dilectio qua nos diligit Deus. Diligamus ergo eum super omnia, quia nec sic diligendo valemus ei impendere vicem dilectionis. Maxime autem ad amorem sui nos inducere debet charitas Saluatoris nostri domini Iesu Christi, quæ superauit omnes amores mundi. Primo enim superauit amorem naturalem, qui est inter patrem, ac matrem, & filium. Nulla enim mater filium suum intantum dilexit qu[...]rum ipse dominus nos amauit Et ideo [...]t. Isai. 49. Nunquid obliuisci potest mater infantulũ sui, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te &c. Nunquam autem fuit aliquis pater aut aliqua mater tantum diligens filium suum, vt nomen eius in manibus suis pingi, vel scribi faceret, vt sic die ac nocte continuam eius memoriam haberet. Christus autem die, ac nocte in manibus suis scriptos nos portat, vt semper memoriam nostri habeat. Et illa scriptura non fuit facta cum calamo, & vel atramento artificiali, nec in charta animalis mortui, sed calami fuerunt acutissimi claui, attramentũ eius sanguis preciosus, scriptores perfidi iudei, ac milites pilati, charta vero ipsius caro delicata in cruce extensa, litteræ minores illius scripturæ fuerunt flagellorum liuores, & percussuræ, psalmi vero & ameniaturæ fuerũt quinq; cicatrices in manib9 ac pedibus ipsius, & latere. Secũdo eius amor excessit amorem matrimonialem qui est inter virum, & vxorem. Et hoc maxime in duobus. Primo in hoc quod si vxor fornicatur a viro suo repudiata vlterius vt communiter non recipitur. Sed si anima hominis Christum sponsum suum deserit, & diabolo adultero consentit, Christus tamen eam pœnitentem semper recipit. Et ideo in cruce manus extensas tenet, ad innuendum quod peccatores ad se reuersos protinus amplexatur. Vnde inquit

Non tamen p æterno, saltẽ loquẽdo de voluntate Dei efficaci, & de esse reali creaturarũ

Amor Christi superauit oẽs amores, & primo amorẽ patris, ac matris.

2. Amor Christi superat amorem matrimonialem.

se reuersos p rotinus amplexatur. Vnde inquit. Hiere. 3. Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virũ alterũ, nunquid reuertetur ad eã vltra? Nunquid nõ polluta, & contaminata erit mulier illa? Tu aũt fornicata es cu amatorib' multis tñ reuertere ad me & ego suscipiam te. Secundo amor Christi excessit ipsum amorẽ matrimonialẽ in hoc q si est aliqua vxor quę habeat maculas in corpore vel in facie, & non possit ab eis mundari nisi vir eius se vulnerari faciat vt in suo sanguine se balneet vxor, nõ est aliqs vir qui vxorẽ suã intantũ diligat vt ista sustinere velit. Aĩa aũt nostra Chri spõsa maculis peccatorũ erat plena. Et ideo Chrs in quinque partibus se vulnerari fecit, imo per totũ corpus, & sanguinem suum vndiq; fudit in quo sponsa sua se balnearet, & ab oĩbus maculis mundata fuit. Et hoc est quod dicitur. Apoca. 1. Ipse dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et ad Ephe. 5. ait Apostolus. Viri diligere vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiã, & tradidit semetipsum pro illa vt eã sanctificaret, mundãs eã lauacro vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiã non habentẽ maculã neq; rugã, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Tertio amor Christi excessit amorẽ socialẽ, qui est inter amicum, & amicũ. Nullus n. homo inueniretur qui vellet mori pro suo inimico. Vix aũt inueniretur qui vellet mori pro amico bono, & simplici, & fraudulenter decepto, & hæc est perfecta charitas. Ioannis. 15. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet vt aĩam suã ponat quis pro amicis suis. Nos aũt non eramus iusti neq; boni, sed eramus impij, & Dei inimici, & tamen Christus pro nobis voluit mori. Et hoc est quod dicitur ad Rom. 5. Cum adhuc infirmi essemus Christus pro impijs mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Cõmendat autem Deus suam charitatem in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est. Posset autem dici q Christus habebat vnum amicum scilicet Deum patrẽ, & vnum suum & patris inimicum, scilicet genus humanum. Vt igitur inter istos pacem faceret se mediatorem interposuit vnde dicitur. 1. ad Thimo. 2. Vnus est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsũ in redemptionem pro omnibus. Sæpe autem contingit, quòd quando aliquis inter duos rixãtes se interponit ab vtroque vulneratur. Et ideo ipse Christus vulneratus fuit a patre qui ait. Isa. 53. Propter scelus populi mei percussi illũ. Vulneratus etiam fuit ab homine. Vnde ipse ait illud. Zacha. 13. His plagis plagatus est in domo eorum qui me diligebãt. Quarto. Amor eius excessit amorem animalem qui est inter animam, & corpus. Anima enim in tantum diligit corpus q ab eo separari renuit & omnem corporis laborem fugit, & vitat. Anima autem Christi in tantum animas nostras dilexit quòd a corpore suo pro nostra salute valuit separari. Vnde ipse inquit. Ioannis. 10. Ego animam meam pono pro ouibus meis. In tantum etiam dilexit quòd passa est cũ multa lętitia corpus suum in quinq; partibus lacerari, & in omnibus membris cruciari, vt sic precium nostræ redemptionis abundanter efflueret. Vnde patri suo dicit per psalmistam. Conscidisti saccum meum, & circundisti me lętitia. Quibus omnibus cõsideratis & nos in amore ipsius debemus omnium aliorum amores superare.

3. Excedit amor Christi amorem socialem.

4. Amorem inter aĩam & corpus excedit amor Christi.

IPse enim motus charitate venit ad hominẽ sicut philocaptus vadit ad amatiam suam. Qui primo solet indui vestibus coloratis, secũdo solet portare girlandas floreas in capite, tertio poma aliqua vel rosas, aut aliquos flores in manibus, quarto, ire cantando & verba electiua ad amorem dicendo, quinto solet ostẽdere bursam plenam pecunijs & apertam, & ostendere gaudium, sexto portare calciamenta multum bene sculpta, & ornata, ac rubea, morella, aut alba, septimo solet inclinare caput, salutare & alia signa amoris ostendere. O bone Iesu amator cordialissime, in signum veri amoris tu primo voluisti esse vestitus purpureo vestimento & secundo ferre girlandam spineam, sicut dicitur Ioannis decimo nono. Exijt Iesus portans spineam coronam & purpureum vestimentum, tertio o bone

Christ' quõ eodẽ modo ad nos venit, vt amore capt' ad suã amicã.

Iesu tu portasti rosas vermilias in manibus, scilicet cicatrices, quarto verba magni amoris dixisti adeo dulcia, ꝙ omnia corda deberent ad te trahere, & molificare maxime quando dixisti. Ioannis. 19. Sitio, quod fuit verbum feruentis charitatis. Vt enim inquit Ber. Per hoc voluisti ostendere, ꝙ sitiebas nostram salutem & nostrum profectum ac nostrum amorē, quinto o saluator amorose tu in signum largitatis habuisti latus apertum vt cor tuum omnibus demonstrares, sicut inquit Bernar. sexto pro calciamentis rubeis habuisti pedes perforatos, & sanguine rubricatos, septimo signa amoris ostēdisti in cruce caput inclinando vt hominem salutares, os claudendo vt eum osculareris manus & brachia extendendo vt ipsum amplexareris, pedes fixos habendo vt cum eo morareris. Ex latere sanguinem & aquam emittendo vt ei dares lauacrum salutis. Et ideo ad tanti amoris habendam memoriam te inuitat dicens. Treno. 3. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, idest amoris transgredientis omnes alias dilectiones. De quo etiam. August in libro de virginitate, inquit. Aspice vulnera pendentis, sanguinem morienti, precium redimentis, & cicatrices resurgentis. Et hæc quanta sint cogita & in statera cordis tui appende vt totus tibi figatur in corde, qui totus pro te fixus fuit in cruce. Sed heu quia pro spinea corona mulieres hodie portant cornua, vel aurea serta, pro sputis vultum Christi deturpantibus, sibi faciunt fucamenta, pro vita seu binda oculorum, portant infronte formalia & alia in capite iocalia, pro sanguine per faciē decurrente hebent beleta siue alia vnguēta, pro carne dealbanda, & pro capillis artificiandis, pro clauis manuum annulos ꝑciosos, ꝓ clauo pedū calciamēta acuta, & planellas delicatas, pro corda ad collū vittam siue bindam de veluto, aut torquem vel collanā pro veste alba in qua fuit derisus, preciosa & vana vestiměta, pro signo crucis fallas, & locamenta ad corrizandū, & lecta sensualia ad luxuriandum. O ingratum genus humanum quod Deum tantopere te amantem non amas sed contemnis.

Tertia vero ratio quare Deus est super omnia diligendus dicitur assimilationis. Fundamentum cuius ponit philosophus 8. Ethicorum di. Similitudo est causa dilectionis. Ideo secundo Phisicorum dicitur. Inhabitationibus simbolum, facilior est transitus, & tertio de regi. primi. Omnia similia coniunguntur & Ecclesiast. 13. dicitur. Omne animal diligit simile sibi, ea propter Ari. 8. Ethicorum, mouet difficultatem propter quod si duo repeniuntur homines qui nunquam se viderunt & quàm primum insimul conueniunt contrahunt inter se amicitiam, simul conuersantur, & vnus nescit ab alio discedere. Et respondet ipse ꝙ est propter similitudinem. Sed dicit duplicem esse similitudinem, occultam videlicet, & expressam, & quāuis omnes homines sint similes similitudine expressa, non tamen occulta quæ consistit in similitudinem & proportione humorum, & complexionum. Ideo vnus magis inclinatur amare istum, quam alium. Cum ergo inter Deum, & homines sit similitudo occulta, scilicet secūdū animam, quia vt habetur. Gen. 1. Hoc factus est ad imaginem, & similitudinem Dei, cōcluditur ꝙ super omnia eum diligere debet. Nam propterea & non alia de causa dedit ei hanc similitudinem suam vt eum diligat, cognoscat, & amando honoret. Et hoc est quod inquit August. in lib. Enchiridion. Quod etiam recitat Magister, in 2. di. 1. Fecit Deus rationalem creaturā vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur.

3. Ratio ostē dens Deum super o͠ia esse diligēdū.

Quarta ratio dicitur conditionis, scilicet bonitatis diuinæ, fundamentum cuius ponit philosophus. 2. de anima di. Omnis potentia naturaliter appetit, & diligit suum obiectum. Sed obiectum voluntatis humanæ est bonum simpliciter. Vt ait Ari. 6. Metha. Ergo quilibet homo naturaliter appetit & amat bonum, iuxta illud primi Ethicorum. Bonum est quod omnia appetunt. Vnde b. Dionisius ait. Omnia bonum, & pulchrum desiderant. Tunc sic. Quanto res plus habet de bonitate, tanto plus habet de diligibilitate. Vnde dicitur, in tertio Topicorum. Maxime bonum, maxime

4. Ratio ostē dens Deum super o͠ia diligēdū esse

xime homines appetũt. Cum ergo Deus sit summum bonum cuncta in se continens bona. Vt inquit August. in libro de vero cultu. Cumq; sit solus bonus per essentiam vt dicitur Lucæ.18. Nemo bonus nisi solus Deus alia autem sint bona per participationem diuinæ bonitatis a qua omne bonum procedit. Iaco. primo. &c. quam pio. 1. q. 2. Cum etiam ipse Deus sit bonitas infinita. Vt ait Plato. in primo sui Thimei. Omnes autem creaturæ sint bonitatis finitæ, vt ait Dionisius ipse Deus sit non tantum bonus sed omnibonus, & super bonus. Cumque ipse Deus sit primum & vltimum bonum communicabile nobis, & finis noster ad quem ordinati sumus. Qui inquit. Apoc. 1. Ego sum principiũ & finis, omniaq; finem suum appetant. 2. Phi. Cumq; ipse Deus sit fęlicitas nostra, qui dixit. Genesis. 15. Ego sum merces tua magna nimis. Sequitur inconuincibiliter concludendum, q; eum super omnia amare debemus, quia ipse est quoddam summum bonum, quo nihil melius cogitari potest. Vt inquit Anselmus in libro. Monologion.

5. Rõ Deum super oĩa diligendũ esse ostendens.

QVinta ratio dicitur receptionis, scilicet beneficiorum. Quilibet enim tenetur diligere benefactorem suum, & ei esse gratus. l. sed & si lege. §. cõsuluit. ff. de peti. hære. c. cum in officijs, extra de testa. c. de forma. 22. q. 5. Et tanto magis tenetur ei quanto plura ab eo beneficia recepit. Vt declarat beatus Tho. 2. 2. q 106. art. primo. De qua gratitudine loquens Ari. in 9. Ethic. dicit. Beneficiatus quilibet debet in aliquo benefactorem suũ recompensare, & b. Tho. 2. 2. q. 106. ar. 6. ait q; lege gratitudinis tenetur excedere beneficium, quia recompensare equale non videtur facere gratis, sed solum referre quid accepit. Vnde Sene. lib. 2. de beneficijs inquit. Ingratum est beneficiũ quod gratis beneficiũ non excedit. Omissis ergo innumerabilibus beneficijs a Deo nobis collatis maxime quod dedit nobis esse cũ insensibilibus creaturis. Viuere cũ vegetabilibus, sentire cum animalibus, intelligere cũ Angelis. Et sic posuit in nobis proprietates oium creaturarum, propter quod homo qñq; appellatur omnis creatura, vt inquit Grego in quadã homilia, super illud Marci vlt. Prædicate euangelium omni creaturæ & ideo Ari. 8. Phisi. appellat hominem microchosmum. i. minorẽ mundũ. Tria tñ referemus Dei beneficia, quibus ad eũ diligendum astringi debemus. Primũ est beneficium creationis. s. oium creaturarũ quæ ad vtilitatem nostrã creauit Ideo Arist. 2. de aia, & 2. Phisico. inquit Finis quodãmodo omniũ est homo, & Magister, in 2. sententiarum di. 1. dicit. Oia vt ait Apustolus nostra sunt superiora, æqualia & inferiora. Superiora quidem nostra sunt ad fruendum idest Deus, æqualia ad conueniendum & ministrandũ ac custodiendum. i. Angeli. Inferiora ad seruiendum scilicet inferiores creaturæ. Qua propter sanctus Bonauentura, in 2. di. 15. ar. 2. q. 1. inquit. Deus oĩa inferiora creauit pro nobis. Aliqua creauit ad nostrum vsum & vtilitatem, vt panẽ, & vinum, & huiusmodi similia. Aliqua ad nostrã recreationem, vt aues, accipitres, canes, & huiusmodi. Aliqua in nostrum adiutorium, vt boues, equos & similia. Aliqua ad nostrum exercitiũ, vt serpentes, pulices, & similia, hæc ille. Arist. quoq; primo Politico. dicit. Natura fecit omnia alia pp hoiem, & Psal. 8. inquit. Dauid. Oia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas insuper & pecora campi. Volucres cęli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Ideo Gen. 1. dixit Deus. Faciamus hoiem ad imaginem & similitudinẽ nostrã, vt p̃sit piscibus maris, & volatilibus cęli, & bestijs vniuersæ terræ, omniq; reptili qđ mouet in terra, & in l. in pecudũ. ff de vsuris, dr̃. Absurdũ videt hoiem in fructu esse cũ oẽs fructus rerũ natura hoium gratia comparauerit Et q; Deus omnia prædicta creauerit propter vsum & vtilitatẽ hominis patet. Nam vt Ric. declarat, in 4 di. 48. ar. 1. q. 6. Post iudicium omnes istæ creaturæ cessabũt, quia hic amplius non egebit homo. Et ideo annihilabuntur oẽs præter elementa & cęlos, qui tñ cessabunt a motu, qui amplius non erit homini necessarius. Licet ergo Deus principaliter creauit omnia ad ostendendã bonitatẽ, potentiã, & gloriã suam, vt declarat b. Bona. in 2. di. 15. ar. 2. q. 1. Tñ secundario prædicta creauit ad hoĩs cõmodita

Propter tria b neficia p̃cipue ad diligendum Deum astringimur

tem. Vnde Lactantius. 1. li. de ira Dei. c. 8. inquit. Oĩa.n. quibus constat, quicquid generat ex se mũdus, ad vtilitatẽ hoĩs accomodata sunt. Et Vgo. in li. de art. spõsæ, ait. Respice vniuersum mundum istũ, & considera si aliquid in eo sit quod tibi non seruiat, oĩs natura ad hoc dirigit cursum suũ, vt obsequijs tuis famuleẽ & tuæ vtilitati deseruiat, tuisq; delectamentis pariter, & necessitatibus secundũ affluentiã indeficiẽtẽ occurrat, hoc cęlũ, hęc terra, hoc mare, hic aer, cũ his q̃ in eis sunt vniuersis explere non cessant, hęc ille. Totiens ergo tenemur Deo gratias referre, eũq; diligere, qđ speciales creaturas ad nostram vtilitatẽ condidit. Quæ oẽs vt Deum creatorem omnium super omnia amemus clamant.

2. Obligans nos ad Dei dilectionẽ. SEcundo nos ad hoc obligat beneficium redemptionis qđ non est minus beneficio creationis, vt declarat b. Bonauẽ. & Ric in 3. di. 20. Quia vt canit ecclesia in Sabbato sancto. Nihil nobis nasci profuit nisi redimi placuisset. Debemus ergo rememorari de hac indicibili charitate Dei erga nos, qui pro liberanda aĩa nostra ab æterna morte proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis oĩbus tradidit illud. Vt ait Apostolus ad Rom. 8. Ideo canit ecclesia vbi supra. O mira circa nos tuæ pietatis dignatio, o inextimabilis dilectio charitatis, qui vt seruũ redimeres filiũ tradidisti. Vnde licet alia a Deo nobis collata beneficia magna sint, hoc tñ est illud qđ animos nostros ad eius amorẽ magis accendere debet, atq; ad tolerandã mortẽ pro eius amore. Ait. n. Ioãnes Climachus in 23. gradu, vbi tractat de superbia. Si millies mortẽ quis passus esset, siue quotidie pateretur pp Christũ, necdũ rem egisset morti Christi ęqualẽ, aut q̃ guttę solius sanguinis eius adęquaretur. Altior. n. res est in infinitũ Christi sanguis q̃ sanguis seruorũ suorũ. Maiori insuper charitatis atq; amoris vinculo, Christus sanguinis guttam effudit, q̃ totũ sanguinem suum genus humanum simul effundere posset.

3. Obligans nos ad dilectionẽ Dei. TErtio nos inducit ad amandum Deũ beneficium glorificationis. De quo. Iacobi. 1. dicitur. Accipiet coronam vitæ quam repromisit Deus diligentibus se. Ille enim solet diligi & reuereri, qui liberalis est remunerator suorũ amicorũ, & seruitorũ. Diligamus ergo Deũ ex omnibus viribus cordis nostri, quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se. 1. ad Cor. 2. Propter quę beneficia inquit Aug. in lib. soliloquiorum. c. 18. loquens Deo Idcirco dñe Deus iussisti lege tua, vt diligam te oĩbus horis & momẽtis quibus fruor misericordia tua, quia semper perirẽ nisi semper me regeres, & semper morerer nisi semper me viuificares, & omni momento misericordia tua magna beneficia præstas. Sicut ergo nulla hora est vel punctus in omni vita mea quo beneficio tuo non vtar, sic nullum debet esse momentũ quo te non habeam ante oculos in memoria mea, & te non diligam ex omni fortitudine mea. Sed nec hoc valeo nisi tu dederis mihi, cuius est omne donũ perfectũ. Nõ. n. volentis neq; credentis est, sed tui miserantis vt diligam te. Tuum est dñe hoc donũ. Iube ergo te diligi, da qđ iubes, & iube qđ vis. O ignis qui semper ardes, & nunq̃ extingueris O amor qui semp vris, & nũq̃ tepescis. Accende me, & accendar. Accendar inquam totus a te, vt totus diligã te solũ. Minus. n. te amat q̃ tecũ aliqd amat, hæc ille Qui etiã in lib. de contẽplatione Christi. c. 17. ait. Da speciosissime p filijs hoĩum vt amem te quantũ volo, & quanto debeo. Immensus. n. es, & sine mensura debes amari, præsertim a nobis quos sic amasti, sic saluasti, p q̃bus tãta, & talia fecisti. Dulcis Iesu accende me totum igne tuo, amore tuo, dulcedine tua, desiderio tuo, iocũditate tua, voluptate, ac suauitate tua, vt totus flãma tuæ charitatis accensus, diligã te Deũ meũ dulcissimum & pulcherrimũ ex toto corde meo, ex tota aĩa mea, & ex tota virtute mea, cũ omni reuerentia & tremore hñs te in corde & ore, & prae oculis meis semper & vbiq;, vt nullus adulterino amori pateat locus.

2. Ex ordine charitatis quis tenetur diligere magis se ipsum. SEcundo principaliter ex ordine charitatis debet homo diligere seipsum. Nã licet dicat Greg. in quadã homilia super Lucã. Binos in prędicationẽ dñs discipulos mittit quia duo sunt præcepta charitatis, Dei, videlicet amor, & pximi. Et minus q̃ inter duos haberi charitas non potest.

test. Nemo enim proprie ad semetipsum habere charitatem dicitur, sed dilectionem ipse in alterum tendit, vt esse charitas possit. Hoc enim loco, vt dicunt theologi, in 3. di. 28. loquitur Gregorius, secundum communem amicitiæ rationē, quæ amicitia proprie loquendo nō est hominis ad seipsum. Nam veraciter potest, & debet homo habere charitatem ad seipsum, vt probat Ricar. in prædicta di. 3. art. 1. q. 2. Et Petrus aureoli in 3. dist. 12. art. 2. q. 2. & Thomas. 2. 2. q. 25. art. 4. Vnde vulgariter dicitur. Quod prima charitas incipit a seipso, iuxta illud. Eccle. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo, & probatur in c. qui vult. de pœni. dist. 3. vbi ait Aug. Qui vult ordinate eleemosynā dare, a seipso debet incipere, & eam sibi primo dare, & in c. si non licet. 23. q. 5. dicit, q̄ regula diligendi proximū a seipso incipere debet. Si autem quæratur, quare Deus non dedit explicite mandatum homini de dilectione sui ipsius? Respondet beatus Bonauentura, in 3. dist. 28. in quæstionibus circa literam. Quod hoc fecit triplici ex causa. Primo ratione naturalis inclinationis, quia quilibet naturaliter se amat. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eā vt dicitur ad Ephesios. 5. Vnde Tulius, in primo de officijs, ait. Primo enim generi animantium omni a natura tributū est, vt se vitam corpusq; tueatur, declinetq; ea quæ nocitura videntur, & omnia quę cunq; ad viuendū sunt necessaria inquirat & paret. Quod etiam per philosophū in 3. Ethico. confirmatur vbi ait. Natura maxime appetit delectabile, qđ est esse, & fugit triste, quod est non esse. Et 2. de aīa inquit. Omne animal naturaliter appetit sui permanentiā sempiternā. Si ergo irrationabilia se diligunt, & amant, q̄to magis homo ratione pollens se naturaliter diligit? Ergo non fuit necessarium dare hoc præceptum. Secundo fuit omissum hoc mandatum ratione reuerberationis, quia dicendo. Diliges proximum tuum sicut teipsum, reuerberando posuit etiam dilectionem tui. Vt inquit August. in primo de doctrina christiana. c. secundo. & Ricardus in tertio dist. 28. articulo primo. q. 2. Tertia ratio dicitur inclusionis. Fundamentum cuius ponit Philosophus primo. Phisi. dicens. Frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora. Quod etiam notatur in. l. cum fundus. §. seruum suum. ff. si certum peta. & in. l. dominus testamento. ff. de cō ditio. indebi. & l. videamus. ff. si cui plusquam, per le. fal. & C. de communia dele ga. l. 1. in prin. cum similibus. Sed Deus & natura nihil agunt frustra primo de cęlo & mundo. & 3. de anima. Ergo cum præceptum de amore sui ipsius includatur in præcepto Dei, frustra datum fuisset in particulari hoc mandatum. Et hāc rationem tangens beatus Bonauentura vbi supra subiūgit. Diligere Deum toto corde, est seipsum spiritualiter amare. Ille autem se spiritualiter amat qui corpus & animam ad honorem Dei totaliter exponit, hæc ille.

Quare De9 nō dedit homini explicite mandatū de dilectione sui ipsius.

ET ideo sciendum quòd amare seipsum tunc est laudabile, quando homo se spiritualiter diligit. Vt inquit Thomas. 2. 2. q. 25. articulo. 4. Et dicit Ricardus in suo quolibet. q. 28. quòd ille amor dicitur spiritualis, & perfectus, ac sanctus, quo homo diligit corpus ꝓpter animā & aīam ꝑ Deū, omnia in ipsum referens, sic quod animam & corpus diligit, vt possit seruire Deo. Vnde Augu. ad Macedoniū ait. Tūc quisq; seipsum diligit cū bene diligit. Qui. n. aliter se diligit, potius se odisse dicendus est. Ea propter inquit Thomas vbi supra, quòd amare seipsum non propter Deum, sed propter se solum, vel propter aliam creaturam est valde vituperabile. Sicut faciunt mali qui se diligunt non spiritualiter & secundū rationem, sed solum sensualiter & secundū carnalitatē, cui obtēperant ad votum. De quibus inquit Apostolus. 2. ad Thimo. 3. In diebus nouissimis instabunt tempora periculosa, & erunt hoīes seipsos amantes &c. Dimisso ergo isto amore sensuali & bestiali, dico secundum sententiam Ricardi, in 3. dist. 29. art. 1. q. 3. & Petri Aureoli, ac sancti Bonauenturæ in eadē dist. & Thomæ. 2. 2. q. 26. art. 4. Quod homo debet se magis quam alium diligere. Vnde August. in libro Enchiridion, dicit. Qui vult ordinate eleemosynam dare, a seipso debet incipere, & eam primo sibi dare. Et Philosophus. 9. Ethicor. dicit.

Quando homo laudabiliter diligit

Studiosus condolet, & condelectatur maxime sibiipsi, & Seneca. libro. 2. de beneficijs, ait. Dabo egenti, non vt ipse egeam, succurram perituro, non vt ipse peream. Martialis quoq; lib. vndiq; suscepto c. 3. canit. Ne noceas tibi, sic alijs prodesse memento. Et Cato in suis documentis. c. 3. ait. Dilige sic alios, vt sis tibi charus amicus Et Cassiodorus, libro. 1. Epistolarum epistola. 14. dicit. Tunc de alijs est cogitandum, cum se ratio proprie necessitatis expleuerit. Esopus etiam, fabula. 63. canit. Cuius semper eges rem nulli tradere debes. Et Iacobus Beneuentanus sui libri. c. 32. dicit. Cur onus alterius humeris imponere velles Nate tuis? Et Ricardus, in libro de nuptijs. c. 28. inquit. Plus alios q̃ se quis nisi stultus amat?

3. Ordo charitatis vt diligamus p̃ximum, & magis aĩam eius q̃ proprium corpus, & cætera temporalia.

Tertius ordo charitatis est, quòd magis debes diligere animam proximi, quam corpus proprium, & omnia temporalia, vt probat Petrus aureoli. in. 3. dist. 29. & Ricar. eadem dist. art. 1. q. 4. & Tho. 2. 2. q. 26. art. 5. Quorum rationes omitto, quia de hoc tractaui in prima parte huius operis, in sermone de martyrio. Breuiter ergo concludo, q̃ illud est magis diligendum ex charitate quod principaliter pōt participare beatitudinē per cognitionē & morē, q̃ illud quod non potest participare nisi per redundantiam, quia prima participatio est melior, & nobilior, q̃ secunda Sed anima proximi pōt participare beatitudinem primo modo. Corpus vero nostrum non nisi secundo modo. Ergo plus tenemur diligere animã proximi, q̃ corpus proprium. Et hoc est quod Aug. in primo de doctrina christiana c 7. inquit Amplius alius homo diligendus est, q̃ proprium corpus nostrum, quia potest nobiscum Deo frui, quod nō pōt corpus. Quod autem debeamus diligere proximum probatur auctoritatibus, rationibus, & exemplis, primo auctoritatibus. Scriptum est enim. Leui. 19 Diliges amicum tuum sicut teipsum. Et Eccle. 13. Oĩs homo diligit proximũ sibi, & oĩs caro ad similē sibi coniungitur, & oĩs homo simili sibi associabitur, & Math. 12. Diligere proximũ tanq se maius est omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs. Et Ioannis. 13. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. In hoc enim cognoscent omnes q̃ discipuli mei estis, si dilectionem adinuicem habueritis Et. 15. c. eiusdem euangelij. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, & Matthæi. 22. & Marci. 12. ac Lucæ. 10. præcepit dñs dicens. Diliges proximum tuum sicut teipsum, idest diliges in proximo tuo quod diligis in teipso, scilicet naturam, imaginem, & similitudinem Dei, non vitium eius c. odio. 86. di. Item sicut teipsum, idest ex quo charitatis affectu, & effectu teipsum diligis. Vt ait August. in libro. 50. homiliarum. homilia. 5. vel sicut teipsum, idest in quo teipsum, secundum August. in epistola ad Marcianum, idest in Deo & amore Dei. Vel sicut teipsum, idest ad quod teipsum diligis, scilicet ad gratiam in præsenti, & gloriam in futuro: Vt ait August. super epistolam ad Galathas di. Oĩbus pari dilectione vita æterna optanda est, si non oĩbus eadem possũt exhiberi dilectionis officia. Vel sicut teipsum, idest quo ordine diligis teipsum, idest supra res, & supra corpus proprium, & infra Deum. Vt inquit August. in libro de moribus ecclesiæ. c. 31. Vel sicut teipsum, idest q̃diu teipsum diligis, idest omni tempore. Amicus enim est qui omni tempore diligit. Prouer. 17. Vel sicut teipsum. i. in opere, & veritate, non verbo tm̃ vel signo. Vt dicit August. in libro de vera religione. c. 85. Vel sicut teipsum, idest sine spe retributionis. Vel sicut teipsum, idest nō quia frater, vel cognatus, sed quia homo, & tecum glorificãdus in cęlesti patria. Et istę duæ declarationes præcedentes habent in c. proximos, de pęniten. dist. 2. Et dicũt theolog. in 3. dist. 29. Q̃d hoc aduerbium sicut, non importat æqualitatē in quantitate amoris, sed similitudinem de qua. de pę. di. 2. c. proinde scriptum est. Sicut nos proximos nostros diligimus, quando ad bonos mores, & vitam æternã consequendã, sicut nobis eorũ saluti consulimus, quando nos in eorum peccatis, & periculis rogitamus, & sicut nobis subueniri optaremus, ita eis subuenimus, aut si facultas defuerit, voluntatē subueniendi tenemus. Quapropter charissime, tota p̃ximi dilectione satage, vt bonũ q̃d tibi conferri vis, velis & proximo, hæc ibi.

Multæ expositiones illius, diliges proximum tuum sicut te ipsum.

Nos debere diligere p̃ximum probatur primo auctoritatibus.

De

Alÿs auctoritatibus proximum esse diligēdum.

DE hac quoq; proximi dilectione inquit Paulus ad Roma. 12. Dilectio sine emulatione, odientes malum, adherentes bono, charitatem fraternitatis diligentes Et 13. eiusdem epistolæ. e. Nemini quicq̃ debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem adimpleuit. Et ad Galathas. 5. Omnis enim lex in vno sermone cōpletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum, & 1. Ioannis. 3. Si diligamus nos inuicē, Deus manet in nobis, & charitas eius in nobis perfecta est Et eiusdem epistolæ. 4 e. Qui non diligit fratrem suū quem videt, Deū quem nō videt quō pōt diligere? Et ibidē. Si q̃s diligit fratrē suū, ex Deo natus est, & 1. ad Cor. 16. ait. Paulus Sectamini charitatem, & ad Ephe 5. Ambulate in dilectione, & ad Philippen. 1 Oro vt charitas vestra magis, ac magis abundet. & primæ ad Cor. 6. Omnia opera vest a in charitate fiant, & ad Ephe. 4. supportantes inuicem in charitate, & primę Ioannis. 4. Qui diligit, legem impleuit, & Eccle. 16. Dilige proximum suum, & coniunge fidē cum illo Aug. autem in sermone ad here. ait. In charitate pauper est diues, sine charitate vere diues est pauper, hæc in aduersis tollerat, in prosperis temperat, in duris passionibus fortis est, in bonis operibus hilaris est, in temporalibus districtissima, in hospitalitate, latissima inter bonos fratres lętissima, inter filios patientissima, in Abel sacrificio lata, in Noe diluuio secura, in Abrahā peregrinatione fidelissima, in Moyse inter iniurias lenissima, in Dauid tribulationibus mitissima, in tribus pueris blandos ignes innocentissima prestat, in Machabeis sęuos ignes fortiter tollerat, casta in Susanna, supra modum in Anna post virum, in Maria pter virum, libera in Paulo ad arguēdum, humilis in Petro ad obediendum, humana in christianis ad confitendū, diuina in Christo ad ignoscēdū. Quid dicā de charitate? Ipsa enim est omnis philosophiæ virtus, sacramentorum salus scientię stabilimentum, fidei fructus, diuitiæ pauperum, & vita morientium, hęc ille, & Ber. inquit. Vere dulcis, & suauis cibus est charitas quę fessos alleuat, debiles roborat, mestos lętificat, esurientes reficit, iocundat reficientes, & diuersis diuersa

Nota tamē qd cū pręcepctū de dilectione pximi sit affirmatiuū, tō pōt dupliciter exponi vel .s. positiuum, p modū actꝰ eliciendi, vel quasi phibitiue per modū actus cōtrarÿ, ex his declarare poteris quō q̃s tenetur dilige proxi

exhibens sicut filios diligit vniuersos. Grego. etiam in quadam homilia dicit. Qualiter aūt ista dilectio sit tenenda ipse insinuat qui in plerisq; scripturę suæ sententiis, & amicos iubet diligi in se, & inimicos diligi propter se. Ille. n. veraciter charitatē habet, qui & amicū diligit in Deū, & inimicū diligit propter Deū. Et hæc sententia colligitur ex illo dicto Apostoli. 1. Ioannis. 4. Hoc mandatum habemus a Deo, vt quis diligit Deū, diligat & proximū. s. ab eodem Deo procreatū. Et hec est prima ratio probans necessitatē dilectionis proximi, quæ dicitur creationis Oēs enī qui ab eodē sunt procreati debent se diligere. Et ideo cū oēs hoīes sint a Deo creati, graue peccatū est si se inuicē non amant. Ideo. Malachiæ 2. dicitur. Nunquid non pater vnu est oīum nostrum. Nūquid nō Deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; proximum suum.

mum applicā to ad hec ea q̃ dicta sunt in prima parte de dilectione inimici.

SEcundo debemus diligere pximū rōne propagationis qa ab eisdē parentibus secundū carnē descēdimus, vn̄ Aug in lib. de doctrina chr̄ana, ait. Si pusamus nos esse pximos, nisi q de eisdē parētibus nascunt Adā, & Euā attendamus, & oēs fratres sumus. Ea pp inquit Hier. sup epist. Pauli ad Galat. Quē refert Alexā. de Ales in 3. parte summę, in tractatu de lege euāgelica in generali, q quinq; modis nomē fratris accipit. Primo ex natura & ex eisdē parētibus vt Esau, & Iacob, Gen. 25. Secundo ex gente, vt oēs iudei. Deuter. 5. Si emeris fratrem tuū qui est hębreus. &c. Tertio ex vna familia, & radice, vt Abrahā & Loth. Gen. 13. Nō sit rixa inter tē, & me, fratres. n. sumus. Quarto affectu, & baptismo, ac redemptione, vt omnes christiani, iuxta illud. Psal 132. Ecce q̃ bonū, & q̃ iocundum habitare fratres in vnum & saluator. Matthæi vltimo. ait. Ite annūciate fratribus meis. Quinto origine, vt omnes homines ex Adam, & Eua, vnde dicitur. Actuum. 17. Fecit ex vno omne hominum genus. Quæ considerans. Augustinus vbi supra inquit. Omnes quidem fratres, secundum quòd homines sumus, quanto ergo magis secundum quòd christiani sumus. Ad id quod homo es, pater vnus fuit Adam, vna mater fuit

2. Ratio qā deni nos proximum debere diligere.

Fratris nomen quinq; modis accipitur.

Eua. Ad id quod christianus, & vnus pater est Deus, vna mater ecclesia.

3. Ratio quã pximũ esse diligendum probatur.

Tertia ratio dicitur inclinationis. Quilibet enim naturaliter appetit diligi ab alijs, ergo debet alios diligere secundum inclinationem & preceptum legis naturalis dicentis. Hoc facias alijs, quod velis ipse tibi. Matthæi. 7. & Lucę. 6. ac Thobię 4. &c. humanum genus prima di. & 74. di. capitulo. quorundum, & 2. q. 6. capitulo. decreto. & extra de maio. & obe. c. dilecti. Quando ergo non diligimus alios, Deus naturæ institutor facit nos ab alijs non amari. Iuxta illud Martialis, libro vndique suscepto capitulo secundo. Nulli charus erat, erodinus, & sibi nullus. Et in eodem c. idem poeta ait. Miraris quòd nullus amat te ceciliane. Nunquid amas vllum? dilige charus eris. Et in hoc concordat cum Ouidio. in 2. de arte amandi, dicens. Vt ameris amabilis esto.

4. Ratio pximũ esse diligendum intendens.

Quarta ratio dicitur connexionis. Multi enim vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, vt dicitur Ad Roma. 12. Et ideo sicut vnum membrum alteri compatitur & diligit eum. 1. ad Corint. 12. Ita nos debemus amare inuicem & compati. Et ad confirmationem prædictorum facit illud quod legitur in libro de proprietatibus rerum, scilicet quòd Arpia quæ est auis ferocissima habens vultum similem homini si feroeitate aliquem hominem interfecerit videns se habere eius similitudinem maxime dolet. Multo ergo magis homo ratione præditus dolere debet se læsisse verbo, vel facto sibi similem, & maxime christianum cum sit commembrum suum.

5. Ratio pximũ esse diligendũ ostendens.

Quinta ratio dicitur consolationis, siue iocunditatis. Est enim maxima iocunditas amicitiæ. De qua. Prouer. 27. dicitur Vnguentis & varijs odoribus delectatur cor. Et bonis amici cosilijs animus dulcoratur, & Tulius, in lib. de amicitia, ait. Quoniam humanæ res fragiles sunt, & caducæ, semper acquirendi sunt quos diligamus, & a quibus diligamur. Charitate enim beneuolentiaq; sublata, omnis est e vita sublata iocunditas, & ibidem solem de mundo tollere videntur, qui amicitiam, quæ est vita tollunt, quia nihil a Deo melius, nihilq; iocundius habemus, hæc ille. Hierony. quoq; ad Ruffinum scribens, ait de vinculo & charitate amicitiæ. Pithagorica sunt hęc amicorum omnia esse communia & amicum esse se alterum. Vnde fingũt poetæ, quòd erant tres sorores quæ omnes simul in totum habebant vnum solum oculum, quem vna concedebat, alteri quando indigebat & erat eis communis.

Exemplis ostenditur proximũ diligẽdũ esse.

Exemplis quoq; hęc vera esse demonstrantur. Nã Auicenna de seipso scribit, ꝙ intantum quendam suum dilexit amicum vt firmiter crederet, ꝙ in duob' corporibus, vna anima esset. Refert quoq; Albertus magnus, in tractatu de virtutibus politicis, in c de amicitia, ꝙ cum quidã pauper se laudaret apud Socratẽ, ꝙ habebat quendam amicum diuitem. Ille respondit. Si tuus amicus est quõ tu pauper es? quasi diceret, si tuus amicus, esset oĩa sua tecũ diuideret. Recitat quoq; idem Albertus vbi supra ꝙ cum quidã oĩa sua in mari perdidisset, & præ verecundia lateret vnus eius amicus eũ inueniens duxit ad propria, & per medium oĩa bona sua diuisit cum eo, legit etiã ꝙ duo discipuli Pithagoræ fidelem inter se amicitiam contraxerant, quorũ vnus Dimon, alter Phitias vocabatur, cũq; Dionisius tirannus vellet vnum eorum occidere, & eum in carcere & vinculis posuisset. Ille anteq̃ occideretur cupiens domũ suam disponere, nec valens licentiã eundi habere nisi obsidem pro se daret qui ad mortem se obligaret, si ipse ad designatum terminum non rediret. Intimauit hoc amico suo qui statim & sponte se in carcerem posuit, & hilari facie se ad mortem pro eo obligauit. Cum ergo aliquantulum terminum præterisset ille ad mortem lętus ibat, quasi ad epulas inuitatus sed statim alter redijt, Et audiens illum amicum suum pro se ad mortem trahi cucurrit ad locum, & morti se obtulit, rogabatq; carnifices, vt socium dimitterent seq; interficerent. At contra ille ꝓ amico suo mori desiderãs dicebat socio. Tu pacti regalis terminũ ꝑteristi, & idõ a morte debes liberari. Egoq; ꝓ te occidi, q
me

me hac lege si ad terminum non redires ad mortem deputaui. Cumque sic inter se cōtenderent, & vno pro alio mori vellet, res ad regem delata est, qui admiratus tam fidelem amicitiam vtrumq; absoluit, & vt eum in suam reciperent amicitiam supplicauit.

Refert quoq; Albertus vbi supra, q cum quidam ad mortem duceretur, qui falso de homicidio imputatus erat, quidam eius amicus superueniens carnificibus dixit. Ego sum qui hominem illum occidi, qua ex re carnifices illum dimiserunt, & alterum ligauerunt. Ait ille ecōtra clamabat. O viri quid fecistis? Ego sum qui homicidium feci, hic autem est omnino innoxius, sed se ideo accusauit, vt pro me mori possit. Cum ergo de hoc mirarentur omnes, & res in dubium versa foret, quæsitū est de veritate, & eos non esse culpabiles est inuentum. Sicq; factum est, vt nemo eorum moreretur, dum vnus pro alio mori vellet. Sed iam ad exempla sacræ scripturæ veniamus. Primum est de Abraham qui tantum dilexit etiam sodomitas, vt pro eorum salute sæpe importunitatem quodammodo fecerit Deo. Genesis. 18. Secundum est de Moyse, qui pro salute populi sui petebat a Deo se deleri de libro vitæ Exod. 32. Tertium est de Dauid, qui luxit inimicum Saul, quando audiuit eum mortuū, secundi Reg. primo. Beatus quoq; Stephanus pro lapidantibus exorauit Act. 7. Et Saluator noster pro crucifixoribus suis Lucæ 23. Quam ob rem & nos debemus proximos nostros cordialiter amare. Refert enim Hieronymus super epistolam Pauli ad Galathas Quod Ioannes Euangelista cum Ephesi senex vix inter discipulorum manus portaretur, nil aliud ad singulas solebat proferre collectas, nisi filioli diligite alterutrum. Discipulis autem quærentibus quare id diceret, tam frequenter. Respondit. Quia præceptū Dñi est. Et si fiat solum sufficit.

Exēpla sacræ scripturæ ad propositum.

Vt autem sciatur quali amicitia & amore debemus diligere proximum, est notandum. Quod antiquitus apud Romanos amicitia depingebatur in forma iuuenis discooperto capite, qui erat tunica rudi indutus. In cuius fimbria scribebatur, mors, & vita in fronte æstas & hyems, habebatq; latus apertum, vsque ad cor, & brachium inclinatum, & digitum cor ostendentem Et ibi scriptū erat, longe, & prope. Iuuenis significat, quòd amicitia semper debet esse recens & iuuenis, & nunquam tepescere. Tunica rudis, vt ostendat se præparatum ad toleranda quælibet ardua pro amico. Discooperto capite, vt omnibus pateret, & nūquàm verecundaretur amicum suum cōfiteri. Vita & mors, quia qui vere diligit vsq; ad mortem amat. Æstas & hyems, quia tam in prosperis, quàm in aduersis seruat amicitiam. De quibus pauci reperiuntur. Ait namque Esopus poeta. Si fueris felix multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris. Latus apertum, quia nihil amico celat. Brachium inclinatum, vt opus correspondeat cordi & verbis. Longe & prope, quia loci distantia non tollit amicitiam. Ait enim Philosophus octauo. Ethico. Vera amicitia nulla vi excluditur, nullo tempore aboletur, sed quocunque se vertit semper firma perdurat, nec loci distantia amicum separat. Et ideo Albertus vbi supra dicit. Vera amicitia semper manet, semper floret, & semper feruet, & sicut in præsentia, sic in absentia diligit, & sicut in prosperis, sic etiā in aduersis. Est enim similis illis plantis quæ nullo tēpore, scilicet æstate vel hyeme spoliantur folijs, sed sui seruant continuè vim viroris, hæc ille. Qui etiam ibidem ait, Amicitia iuxta Boetij nostri doctrinam non inter vitia, nec inter fortunæ bona est computanda, sed inter virtutes nobilissimas est ponenda, cum sit charitati simillima, tanquam eius filia ab ea generata, nutrita, & consumata Sed nota quòd illa sola ē vera amicitia, q̃ creat charitas increata, siue charitas fraterna, hæc ille.

Qua nam amicitia p. ximū diligere debeamus, ostenditur, ex mō quo apud Romanos depingebatur

Qui etiā de societate bonorū ibidem loquens, ait. Quod est valde vtilis, quia dū bonū additur bono totū fit magis bonū, & amplius virtuosum. Nā & syrupus ex diuersis cōpositus simplici inuenitur esse virtuosius, & ad operandū efficacius, quia dum virtus virtuti adiungitur ex vnione fortificatur, pp quod duo hoīes facile lapidē mouent, quē vnus mouere non posset. Ob hanc causam boues ad currum, & ad aratrum vniuntur, & equi

Aliquibus similitudinibus amici vtilitas ostenditur.

equi in quadriga, vt quod non potest vir tus diuisa possit vnita, propter quod sapiens Salomon docet esse melius duos simul esse quàm vnum, & perfectam esse societatem trium, eo quod triplex funiculus non facile dissoluatur. Item dum plures candellę, vel ignes simul vniuntur, & calor simul, & lumen augetur. Item plures homines nauem ducunt quam pauci mouere non possunt. Item vbi vnus apud principem non admittitur, sæpe præces multitudinis audiuntur, quia & lapis ab una gutta cadente non mollitur, & tamen a guttarum multitudine excauatur. Item ferrum quod ad vnum ictū malei non plicatur sub multis ictibus dilatatur, & solidatur, & ad congruum instrumentum adaptatur. Item stellæ quanto plures sunt vnitæ & amplius sibi proximæ, tanto sunt maioris virtutis & luminis effectiuę, sicut apparet in constellatione pliadum, & circuli galatiæ, vbi stellæ licet sint paruæ, quia tamen sunt vicinæ multæ sunt apparentiæ, & pulchriores apparent singulæ alijs coniunctę: nam quod vni lumine deest alia lumine suo supplet. Ob hāc etiam causam Deus naturæ sensus vt oculos, aures & nares, & membra quasi omnia, & venas, ac neruos & ossa plurificauit in corpore, vt qđ vnus non posset, alteri suppleret, & virtus singulorum fortior redderetur. Nullum enim est membrum in corpore humano quod non egeat altero. Vnde cor nobilissimum omnium membrorum deficeret nisi de aere sibi pulmo seruiret, nec pulmo aerem attraheret posset nisi ei cor versa vice vitam, & motum infunderet. Nemo etiam est qui sibi sufficiat, & opus amico non habeat. Vnde Esopus canit. Nemo sibi satis est, eget omnis amicus amico Si non vis alijs credere, crede tibi. Quis enim rex quantuncunq; magnus, potens & diues sibi sufficiens, est? Imo quomodo rex erit si seruos non habuerit quorum seruitio vti possit? Est ergo quærenda bonorum societas, ut se mutuo fulciant & defendant. Nam de agno dicitur quòd quando Cœlum tonat si solus inuenitur facile moritur, quare semper tutius in grege tenetur, quia ex societatis præsentia animatur. Item columbam, quæ cum alijs tuta vadit, facile accipiter separatam inuadit. Bonus etiam panis fit ex multis granis, & bonum vinum ex multis aceruis generatur. Vnde vinum conditum ex admistione aromatum est virtuosissimum & naturæ proficuum ac amicum, & sapore delectat gustum, odore olfactum, & aromaticitate caput ac stomacum, & est sanguinis purificatiuum magis satis quàm simplex vinum. Potentior etiam est Tiriacha quæ ex pluribus est confecta, & ad pellendum venenum, & ad conferendum auxilium, hæc Albertus vbi supra, qui etiam ait. Ecce quam vtile sit bonis se sociare. Nam & ciconiæ, & hirundines diligunt cum hominibus habitare, quanto ergo magis homo cum homine, sanctus cum sancto debet viuere? Ibidem etiam sic dicit de beneuolentia, quam habere debent homines adinuicem. Si tanta est bruti animalis ad hominem amicitia sicut probat certa experientia, quanta debet esse hominis ab hominem beniuolentia? Nam inuenti sunt canes, & equi qui in suorum mortibus dominorum, non solum lachrymas effuderunt, sed etiā superuiuere noluerunt, & mori se permiserunt. Dicitur etiā quòd quidam fuit infantulus in mari se balneare assuetus, ad quem quidam piscis veniebat, & cum eo in aqua ludebat. Tantumq; amorem ad ipsum puerum piscis ille conceperit, quod eum semper vsq; ad litus associabat, & tristis de eius recessu remanebat. Cumq; puer semel se ex more balnearet, & cum pisce colluderet, casu factum fuit quòd ipse puer in tantum est attractus ab aquis quod redire non potuit, sed notando defecit, quod cum piscis aspexit tristis eum ad litus adduxit, & iuxta eum mortuus remansit. Est etiam magna amicitia delphini ad hominem. Nam sæpe ad naues venit & iuxta eas ludit, & psallit, ac nautis huiusmodi signo pericula imminentia prę nunciat tempestatis. Hic etiam piscis si hominem in mari inuenerit non solum ipsum non comedit, sed ne ab alijs piscibus comedatur obsistit, eumq; ad litus adducit. Dicitur tamen quòd si homo illе de delphino comedit, piscis hoc ex odore cognoscit & sic de illo hominem comedit, quasi in eum vindicans quòd amicitiam non seruauit, hæc ille. Ad confirmationem

tionem etiam prædictorum adduci potest quod legitur de quodam cane, qui semel pergens cum Domino suo, cum ab inimico eum expectante in certo loco ipse Dominus occisus fuisset, ipse canis videns illum mortuũ se apud corpus eius prostrauit & ibi suspiria & lamenta emittens ex dolore decessit. Alius quoq; canis dum similiter cum Domino suo perg ret qui cum multis pecunijs in mantica de chorio positis equitabat, accidit quòd ipse Dominus aliquantulum de via declinauit, forte vt comederet ad vmbram, vel alia corporis necessaria ageret. Interim tamen equum per pratum pasci dimisit, sed manticã ipsam de ipso deposuit quo securior esset, quã ipse canis ne ab aliquo auferretur custodiebat. Post modum vero cum equus aliquantulum longe a mantica recessisset ipse Dominus post ipsum pergens & de pecunijs oblitus equum ascendit & iter suum perfecit. Cum autẽ domum suam reuersus manticam ipsam sibi deficere comperisset, nõ poterat imaginari, vnde hoc ei accidisset. Tandẽ post multos dies recordatus est, quòd in illo loco eam deposuerat, vt equũ in pascuis leuiorem redderet, statimq; ad ipsum locum properauit, & eam ibi inuenit ac canem illum supra ipsum mortuum reperit, quia potius mortem ex fame, quàm pecuniam Domini sui incustoditam relinqueret sustinuit. Et ideo de homine fideli dici solet. Iste est fidelis sicut canis. *Quinq; signa veræ amicitiæ.* Sed notandum quòd Aristotiles 9. Ethicorum ponit quinq; signa veræ amicitiæ. Primum est quòd amicus velit & desideret amicum suum esse & viuere, secundũ quòd ei bonum desideret, tertium quòd operetur ad ipsum bona, quartum quòd conuiuat cum illo delectabiliter, quintum quòd concordet cum eo eisdem bonis delectatus, & malis contristatus, hæc ille.

4. Ordo charitatis ẽ vt diligamus magis corpus nostrũ q̃ cætera tẽporalia, & et magis q̃ corpus pxi mi, supra aũt aĩã ista animam nostram. QVartus ordo charitatis est vt diligamus corpus nostrum, quia est beatificabile cum anima per redundantiam, ideo est a nobis diligendum ex charitate, vt probat Petrus Aureolus in 3. dist. 28. artic. 2. q. 2 & S Bonau. ead. di. & Th. 2. 2. q. 25. ar. 5. Et hoc faciendum esse innuit Paulus ad Eph 5. dicens. Viri diligite vxores vestras, sicut corpora vestra, & de hac dilectione tractatur in c. corpus nostrum de pœn. di. 2. Tenemur ergo diligere corpus nostrum magis quã omnia terrena, quia corpus nostrum liberum, non recipit extimationem, & est inæstimabile. l. ex hac l ff si qua. pau. fe. d. l. fin. ff. de his q̃ deie. vel effu. & institu̇ta de obligatis. q̃ ex quasi delic. naſ. §. ob hominem. Plus autem debemus diligere animam nostram Cœlo digniorem, iuxta illud Ouidij in 3 Methamor. Cœloq; animus præstantior omni. Ideo inquit Aug. super Ioan. sermone. 5 Cum ergo talis articulus aduenerit, vt hæc conditio ponatur, aut faciendum contra Dei præceptum, aut ex hac vita migrandum, quorum duorũ homo cogatur alterum eligere, comminante mortem persecutore, magis eligat Deo dilecto mori, quàm offenso viuere. Ibi oderit in hoc mundo vitam suam, vt in vitam æternam custodiat eam. Licet autem vt supradiximus quilibet teneatur diligere proximum in Deo, vel propter Deum. Tamen aliquando potest, imo tenetur aliquid agere propter quod non diligetur a proximo sed odietur. *Aliquando q̃s tenetur aliq̃d agere ꝑ q̃ a pxi mo odio habeatur.* Pro cuius declaratione est sciẽdum, quòd quilibet tenetur ita viuere & facere quantum est in se, vt nemo habeat iustam causam irascendi contra ipsum, sed debet ita virtuose & laudabiliter cum omnibus cõuersari, vt a cunctis diligatur, iuxta illud Apostoli 1. ad Cor. 10. Placet omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Et tũc talis erit sicut Moyses. De quo dicitur Eccl. 45. Dilectus Deo & hominibus cuius memoria in benedictione est Sed hoc perrarum est vt quis a Deo & hominibus cunctis diligatur. Multi autem reperiuntur qui diliguntur ab hominibus, & odiuntur a Deo f amatores mundi, iuxta illud Iac. 4. Quicunque voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei constituetur. Quidam vero odiuntur a Deo & ab hominibus sicut superbi, quia odibilis est Deo & hominibus supe bia Eccle. 10. Alij autem diliguntur a Deo & odiuntur ab hominibus, inter quos vt plurimum sunt iusti qui odiuntur ab iniustis, & boni a malis, de quibus inquit Dominus Luc. 21. Eritis odio omnibus hominibus propter

nomen

nomen meum. Non debent ergo boni cessare a bonis operibus, & attendere prauis actionibus, vt diligantur a prauis q̃bus non placent nisi dissolutiones, & mala opera. Vnde seruandum est consilium Martialis poetæ dicentis. Prædicat Hermagoras non omnibus esse placendum. Vt rectis placeas prædicat Hermagoras. Et ita intelligitur illud quod ait apostolus ad Gal. 5. Si adhuc hominibus placerem Christi seruus non essem. Septem autem sunt signa quibus cognoscitur vera amicitia, qua est ex charitate Dei. Primũ est quando amicus amicum iratum mox reconciliat, sicut fecit Aug. erga B. Hiero. scribẽs ei. Si quid vere me tenere vel scio vel credo, vel etiam puto in quo tu aliter sentis, sine tua iniuria conabor asserere, quod autem pertinet ad offensionem tuam cum te indignatum senserο nihil aliud quàm veniam deprecabor. Secundum est quando amicus ab amico reprehendi affectat, sicut faciebat idem B. Aug. a S. Hiero cui scripsit dicens. Lædis me si tacueris errorem meum, quem forte inuenies in libris & dictis meis. Nam ego amicissimam reprehensionem tuã si tranquillius accepero nõ dolebo &c. Tertium signum est quando amicus omnem occasionem inimicitiæ & offensionis vitat, & resecat, sicut faciebat B. Hierony. erga S. Aug. scribens ei. Superest & diligas diligentem, & in scripturarum campo iuuenis senem non prouoces. Nos nostra habuimus tempora, & cucurrimus quantũ potuimus, nunc te currente & longa spacia transmeante nobis detur ociũ. Quartum est quòd amicus amico sua secreta reuelat, sicut faciebat B. Hierony. cum S. Aug. scribens ei de amicitia. Omnis tollenda suspitio est, & sic cum amico quasi cum altero se loquendum. De isto etiam signo scribit B. Aug. ipsi S. Hiero. di. Cum hominem charitate Christiana flagrantem atq; mihi fidelem amicum fratremque meum sentio, quicquid consiliorum meorum cogitationumq; ei committo. Quintum signum est quando amicum absentem, & ignotum facie amat, sicut faciebat B. Aug. qui B. Hiero. scripsit di. Si enim propterea te non nouimus quia faciem corporis tui non videmus hoc modo nec ipse te nosti: nam tu quoq; faciẽ tuam non vides. Si autẽ tibi non ob aliud notus es nisi quòd nosti animum tuum & nos eum non mediocriter nouimus ex litteris tuis quibus Deum benedicimus, qui nobis, & omnibus qui tua legunt talem dedit. Sextum signũ est quando amicus amici absentiam molestè portat. Sicut faciebat B. Aug. qui S. Hiero. scripsit di. Nihil equidem molestius fero in omnibus angustijs meis quas patior, quàm tam longinquam tuæ charitatis absentiã cum si fieri posset quotidie te præsentẽ habere vellem. Septimum signum est cũ amicus de amico frequenter loquitur, & eum libenter nominat, sicut faciebat B. Hiero. qui S. Aug. scripsit di. Omni tempore beatitudinem tuam eo quòd decet honorari veneratus sum, & habitantem in te dilexi Dominum Saluatorem. Sed nunc si fieri possit aliquid addimus, & plenius, vt absq; tui nominis mentione nec vnam quidem horam præterire patiamur, hæc ille. Possumus quoq; dicere q̃ amor per quatuor signa manifestatur. Primo per verba quando enim cor est plenum amore, tunc os abundat, & redundat in sermone, quia ex abundantia cordis os loquitur. Luc. 6. & Matth. 12. Secundo per collata beneficia, & istud est maius quàm primum. Multi. n. bona verba dicerent, qui tamen non seruirent de rebus suis, & istorum non est vera amicitia, & ideo dicitur 1. Io. 3. Nõ diligamus verbo neq; lingua tantum, sed opere, & veritate. Tertio cognoscitur amicitia per obsequia personalia, & istud adhuc est maius. Multi. n. seruirent de substantia sua, qui non seruirent de persona, sicut fecit Iacob. De quo dicitur Gen. 29. Seruiuit Iacob pro Rachel septem annis, & videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine. Quarto cognoscitur per aduersa quãdo quis pro amico paratus est mori, & omnia aduersa pati sicut faciebat Apostolus dicens 2. ad Cor. 13. Libenter impendam & super impendar ego ipse pro animabus vestris, & isto signo non inueniuntur maius, sed paucissimi reperiũtur talium amicorum. Multi. n. diligunt proximum non ratione virtutis, aut charitatis, sed ratione suæ vtilitatis & ista non est vera amicitia. Nam in 3. de offic. ait Amb. Vera amicitia virtutis est, & nõ

quæ-

Septẽ signa q̃bus cognoscitur vera amicitia q̃ fundatur in charitate Christi.

Amor p 4or signa manifestatur.

questus. & Tullius in lib. de amicitia inquit. Si vtilitas glutinaret amicitiam eadem commutata dissolueret. Et Boetius in lib. 3. de conso. di. Quem fęlicitas facit amicum, infortunium facit inimicum, & ideo Greg in mora. inquit Cum quis in prosperitate diligitur incertum valde est vtrum prosperitas, vel persona diligatur Amissio autem fęlicitatis vim interrogat amoris Qui. n. in aduersitate proximum despicit, aperte conuincitur quòd ipsum in prosperis non amauit. De tali amico dicitur Eccl. 6. Est amicus socius mensę, & non permanebit in die necessitatis. Vera est enim sententia Ouidij in 1. de tristibus qui ait.

Donec eris felix multos numerabis amicos.

Tempora si fuerint nubila solus eris.

Et iterum ibidem inquit.

Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum.

Tempore sic duro est inspicienda fides.

Dum micat, & vultu ridet fortuna secundo.

Indelibatas cuncta sequuntur opes.

Et simu intonuit fugiunt, nec noscitur vsquam.

Agminibus comitum qui modo cinctus erat.

Et in secundo de ponto id poeta canit.

Diligitur nemo nisi cum fortuna secunda est.

Et Esopus fabula. 28. dicit.

Nullus amor durat, nisi fructus seruet amorem.

Et fabula sexagesima secunda.

Nam refugit viso turbine fallus amor.

Dum fortuna tonat fugitiuos terret amicos.

Quis amet, & quis non sola procella docet.

Et auctor libri qui dicitur facetus. ca. 6. inquit.

Qui fuerit felix multis veneratur amicis.

Sed miser effectus solus ad ima cadit.

Et Henricus Samariensis canit.

Cum zephirus flabat multis venerabar amicis.

Nunc omnes aquilo turbine flante fugat.

Non sic autem est de veris amicis.

Ait enim Iacobus Beneuen. c. 34. sui lib. Mutari nescit immoderatus amor. & Martialis lib. vndiq; suscepto. c. 6.

Nescit amor vehemens, ad quæque pericula rumpi.

De triplici genere amicitiæ.

Est autem triplex amicitia. Prima est bonorum cũ bonis, & ista sola est vera amicitia. Au. n. Tull. in lib de amicitia Virtus amicitiã & gignit, & cõtinet. Nec sine virtute amicitia vllo pacto esse potest, & iterum inquit. Hoc primum sentio nisi in bonis amicitiam esse non posse. Dicunt. n. naturales, q quando aurum debet argento per malleationem incorporari, oportet a tribus pręcaueri. s. a vento, puluere, & humore, quia si aliqd istorũ se interponit perfecta vnio fieri non poterit. Si igitur aliqui volunt p amicitiã iungi, oportet vt caueant ne inter eos sit aliquis ventus supbiæ, vel puluis auaritiæ, vel humor luxurię, quia inter superbos, auaros, & luxuriosos vera amicitia esse non potest. Non. n. potest esse alicui verus amicus qui sibi est inimicus. Iuxta illud Eccl. 14. Qui sibi est neq̃, cui alij bonus erit? Vnde metrice dicit. Qui sibi non parcit, mihi vel tibi quomodo parcet.

De 2. genere amicitiæ.

Secunda amicitia est bonorũ cũ malis, & econuerso, & ista bonis est periculosa, quia ex malorũ familiaritate aliqñ corrũpuntur in vita, inquinãtur in cõscientia, & obfuscantur in fama. De primo est textus in c. sæpe. 28. q. 1. vbi dicit. Sæpe malorũ consortia etiã bonos corrũpuntur. Pecus. n. morbosum inficit totũ gregem ff de aqua quoti. & esti. l. 1. §. itẽ quæritur. & de statu. mona. c. vlt in prin. & 45. di. c. sed illud. Et modicũ fermentũ totã massam corrumpit. 1 ad Cor. 5. & notatur. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. & 32. di. c. hospitolium. & 32. q. 5. c. nec solo. De hoc etiam dat exemplum Chriso. super Matth. di. Quod quando vinũ miscetur aceto, vinum non corrumpit acetũ, sed acetum vinum. Acetum autem dicuntur mali, quia Deum in suis operibus exacerbant, dicente psalmista. Exacerbauerunt Deum excelsum, Vinum vero dicuntur boni, quia Deũ lætificant per bonã conscientiã & proximũ ædificant per bonã famam, iuxta illud Iudicum 9. Nunquid deserere possum vinũ meũ quod lætificat Deum, & hoies? Qñ igit boni miscenẽ cũ malis

malis quamuis mali aliquando meliorentur, boni tamen sæpe in vita corrumpuntur. Corrumpunt.n. bonos mores colloquia mala 1. ad Cor. 15. De secundo etiã ponit exemplum idem Chriso. vbi supra. Quia si admisceatur farina cum luto, farina non coinquinat lutum, sed lutum farinam. Boni autem dicũtur farina, quia molla timoris, & amoris se conterunt, & ad candorem cor suum deducunt, iuxta illud Isa. 47. Tolle mollam & molle farinam, & sic suauem Deo panẽ faciunt per mundam conscientiam, iuxta illud Oseæ 7. Ephraim factus est subcenericius panis, qui non reuersatur. Lutum autem dicuntur mali in conspectu Domini fœtidi, & immundi, ac pedibus dæmonum conculcandi, & in cloacam infernalem proijciẽdi. De quibus dicit Dominus 2. Reg. 22. & Psal. 17. vt lutum platearum delebo eos. Quando igitur boni miscentur cum malis, quamuis mali quandoq; dealbentur, tamen boni sæpe in conscientia inquinantur, iuxta illud Num. 20. Qui tetigerit immundum, immũdus erit. & Psal. 17. dicitur. Cum peruerso peruerteris, & Plato in Thimeo circa finem ait. Si malis commiscearis perdes hæreditatem & intellectum, & Eccle. 13. dicitur. Qui communicauerit superbo, induet superbiam. Et Iacobus Beneuentanus. c. 7. sui libri. tanit. Qui iacet in cœno, nõ sine sorde manet. De tertio autem ponit exemplũ Grego. di. Quod si aurum argento misceatur argentum ad auri claritatem aliqualiter exurgit sed aurum palescit. Aurum autem dicuntur viri sancti fulgidi in fama, & preciosi in vita, iuxta illud Eccle. 15. Quasi vas auri solidum, & ornatum omni lapide precioso. Argentum vero dicuntur mali qui tactu suo alios denigrant. De quibus dicitur Hiere. 6. Argentum reprobum vocate eos. Quando igitur boni miscentur cum malis quamuis mali videantur lucere, tamen boni in fama palescunt, & potest de eis dici Tren. 4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Conuersans n. cum malis reputatur malus. Dicunt namque homines, quòd omne simile appetit sibi simile 8. Ethi. c. 3. & vt ait Terentius. Pares cum paribus veteri prouerbio facile congregantur. Aliquando tamen accidit quod boni cum malis miscentur, & tamen nec boni malos conuertunt, nec mali bonos corrumpunt. Quod per tria exempla videri potest. Vinum.n. est cum fece, & tamen fex nec aufert vino suam dulcedinem, nec vinum feci suam acetudinem. Similiter rosæ morantur cum spinis, & tamen nec spinæ auferunt rosis quin redoleant, nec rosę spinis quin pungant. Similiter aurum quandoq; occultatur a luto, & tamen lutum non aufert auro suum valorem, nec aurum luto suam vilitatem. Et similiter qñq; boni morantẽ cũ malis, & tñ mali nõ auferunt bonis suã sanctitatẽ, nec boni malis suã iniquitatẽ.

Tribus exẽplis ostenditur bona cũ malis habitare, & tamen nec bonus malus, nec malus bonus effici tur.

Tertia amicitia est malorum cum malis, & ista est nimis periculosa. Mali enim sunt igne concupiscentiæ inflammati. Et ideo in simul conuersando amplius inflammantur, iuxta illud Prou. 6. Nunquid potest quis abscondere ignem in sinu suo vt conburantur vestimenta eius? Item sunt luto auaritiæ infecti, & ideo amplius inuicem inficiũtur. De quo luto exponi potest illud Abacuch 2. Aggrauat cõtra se densum lutum. Item sunt pice superbiæ inquinati, & ideo amplius mutuo inquinantur iuxta illud Eccl 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Sed dimissa hac diabolica malorum amicitia quæratis esse boni, & cũ bonis amicitiam contrahere. Ait.n. Phil. 8. Ethic. c. 3. Perfecta est bonorum amicitia & secundum virtutem similium, & Tullius. 3. lib. de offi. c. 27. inquit. Omnium societatum nulla præstantior, nulla firmior quàm cum viri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Circa prædicta autẽ de dilectione proximi est sciendũ, quòd Aug. in lib. quinquaginta homiliarum dicit quòd reperitur quadruplex dilectio. Vna est carnalis quæ est inter virum, & vxorem. Et ista licet sit licita, tamen de se non est meritoria, quia & in brutis animalibus inuenitur. Vnde inquit Aug. vbi supra. Passeres coniugia habent, nidos faciunt, oua confouent & pullos nutriunt. Quamuis autem ista dilectio de se nõ sit meritoria, põt tñ fieri meritoria qñ vir diligit vxorẽ q̃a bona est, vel vt bona fit, tunc.n. nõ diligit vxorẽ vt vxorẽ, sed Deũ diligit i vxore, iuxta illud ad Eph. 5. Viri diligite vxores vstas, sicut Xps eccl. diligit

De 3. genere amicitiæ.

Quadruplex est dilectio.

Secunda

2. *Dilectio.* Secunda dilectio est naturalis qua pater diligit filium, & ista etiam licet sit licita tamen de se non est meritoria. Vnde subdit Aug. Pro magno laudaturus sũ in homine quod video non tigride? Serpentes & lupi amant filios suos. Non est laudandus qui amat filios, sed detestandus qui non amat. Si filios amas serpentibus compararis. Si non amas a serpentibus vinceris. Potest aũt hæc dilectio fieri meritoria qñ pater diligit filium quia bonus est, vel vt bonus fit, tũc.n. non diligit filium vt filiũ, sed diligit Deum in filio, seruans illud Apostoli ad Eph. 5. Vos patres nolite ad iracundiã prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & timore Domini.

3. *Dilectio.* Tertia est dilectio socialis quæ contrahitur ex consuetudine cohabitandi, colloquendi, & conuersandi, & ista quoq; licet sit licita tñ non est meritoria quia est etiã inter animalia. Vnde subdit Aug. Duo equi manducant in simul desiderãt se videre ad aliã diẽ, præcedit die vnus, festinat alter, vix regitur a sessore, & tam diu impetu suo se prouocat donec ad amicũ perueniat, Cumq; peruenerit quasi in loco suo requiescit, quamuis autẽ ista dilectio de se non sit meritoria tñ potest fieri meritoria qñ quis diligit socium quia bonus est vel vt bonus fit, tunc.n. eũ non diliget vt sociũ, sed in eo diligit Deũ, & talis dilectio sicut & præcedentes hoc modo reducitur ad præceptũ de dilectione ꝓximi. De tali aũt amico dr̃ Eccle. 6. Amicus fidelis medicamentũ vitæ & immortalitatis, qui metuunt Dñm inueniunt illum.

4. *Dilectio.* Quarta dilectio est rationis qua quis diligit aliquẽ ꝑꝑ fidẽ, & veritatẽ, ac bonitatẽ, & ista non põt esse inter animalia q̃ ratione carent, & est valde meritoria. De qua dilectione inquit. Tull. li. 1. de natura Deorũ. Nihil est virtute amabilius, nihil qđ magis alliciat ad diligendũ. Cum ꝑꝑ veritatẽ, & probitatẽ etiã quos nunq̃ vidimus diligamus. Et iterũ ait. Tãta est vis ꝓbitatis vt eã etiã in his quos nunq̃ vidim⁹, vel ꝗ maius ẽ in hoste diligam⁹.

PARS QVINTA.

Huius sermonis de charitatis cognoscibilitate.

Quis an scire possit PRO expeditione huius partis, quæritur nunquid homo possit scire & cognoscere quando est in charitate? Et respondet Alex. de Ales. in 3. part sum. in tract de gratia & Th. in 1. scripto. di. 17. ar. 1. q. 3. & in 3. di. 23. ar. 2 & 1. 2. q. 113. & S. Bona. in 1. di. 17. ar. 1. q. 3 & Ric. ea. di. ar. 1. q. 5. *quando est in charitate.* Quod aliquid possumus cognoscere tripliciter. s. certitudinaliter, reuelabiliter, & coniecturaliter. *Quotupliciter possumus aliqđ cognoscere.* Primo possumus aliquid scire certitudinaliter, sicut illud cuius species sentitur in sensu, aut intellectu scđm ꝙ ait Phil. 1. Posterior ũ. Scire est rẽ ꝑ causam cognoscere, & qm̃ illius est causa, & aliter nõ potest habere & 1. ac. 2. Meth. Tunc vnũquodq; scire arbitramur cũ causas eius vsq; ad elemẽta cognoscimus. Et 7. Metha. idẽ ait. Quod nõ habemus scientiã nisi ꝑ magis nota. Et 1. Metha iterum di. Ad intelligendum innata est nobis via ꝑ sensus. Et in 3. de anima. Nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensum Isto ergo modo non põt cognosci charitas, quod probaẽ sic. Scđm Arist in 2. Meth. Intellectus noster ad ea quæ sunt manifestissima in natura se habet, sicut oculus noctuæ ad radios solis. Et ideo sicut lupus nesciret distinguere inter lumen diei, flãme, & lunæ. Ita intellectus noster habes ad spiritualia, nescit discernere inter lumen gratiæ gratis datæ, & gratũ faciẽtis. Cũ ergo scđm Theo. sit quidã amor naturalis acquisitus & alter infusus a Deo in aĩa vt sit perfecta. Et hic amor est charitas. Cũ homo nõ possit scire ex certa sciẽtia vtrũ diligat Deũ amore naturali, quo quilibet diligit benefactorẽ suũ, sicut etiã faciunt bruta animalia, vel acquisito aut perfecto charitatis, qui causatur a Deo, & ab eo procedit ꝙ ꝑꝑ sui excellẽtiã est nobis ignotus, qa luce habitat inaccessibilẽ 1. ad Thi. vlt. Cõcluditur ꝙ de lege cõi nõ possumus scire certitudinaliter, & sciẽtifice qñ ĩ nobis est charitas. Et hoc est qđ Apostolus ait 1. ad Cor. 4. Nihil mihi cõscius sum, tñ in hoc iustificatus nõ sum. & Eccl. 9. inquit Salomon. Sunt iusti atq; sapientes & opa eorũ in manu Dei, & tñ nemo scit vtrum amore an odio dignus sit, sed oia in futuro reseruanẽ incerta. Et Lu. 10. dixit Dñs discipulis. Neminẽ ꝑ viã salutaueritis. i. scđm Nicol. de Li. a. Neminẽ in hoc mũdo saluum esse dixeritis. Vnde ibi inquit Glosa. De lege cõmuni nullus viator potest

test scire certitudinem suæ salutis.

De 2. aliqd cognoscẽdi. Secundo possumus aliquid scire reuelabiliter.s.per Dei reuellationẽ,& hoc modo sciuit Paul⁹ se esse in charitate qñ dixit ad Roma.8. Certus sum quia neq; mors neq; vita &c. poterit me separare a charitate Dei. Et hoc idẽ fuit reuellatũ beato Francesco: de quo canit ecclesia. Quadrans quoque nouissimus culparũ sibi celitus dimitti reuellatur.

De 3. modo aliquid cognoscendi. Tertio possumus aliquid scire coniecturaliter Sicut est cognitio de aĩa. De qua ait Philosophus in 2.de aĩa. Aĩa nostra videtur cognoscibilis ꝑ sensum & motũ: & hoc mõ qs põt per circũstãtias: signa,& coniecturas cognoscere, vel melius opinari se esse in charitate. Signa *Signa q̃bus quis põt opinari se esse ĩ charitate.* ũt sunt Duodecim.Primũ dicitur Affectionis, qñ. qs affectãt mori pro Chro. Ipse enim ait. Ioan.15. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet,vt aĩam suã ponat qs ꝑ amicis suis.De hoc Origenes sup Cãt. ait.Volnntas patiẽdi probat, qa veraciter amat: & tãto erit altior amor quãto voluntas patiendi pro Chro fuerit paratior hæc ille. Veraciter ergo Deũ amant qui pro eius amore saluti suæ nõ parcũt & mortẽ corporis libenter excipiunt de

2. Signum. pen.di.2.§.charitas. Secundũ signũ dicit̃ subuentionis.s.necessitatẽ patientibus ꝑ amore Christi cũ affectu pietatis.De quo Origenes vbi supra. ait. In exhibitione pietatis probat qs magnitudinẽ amoris.

3. Signum. Tertiũ dr̃ annelationis. i. qñ quis ex vehemẽtia amoris ad Christũ cupit mori vt cũ eo cõiungat̃.dicens cũ Paulo ad Philip. 1. Cupio dissolui & esse cum Christo & rogans Deũ ac dicens cũ propheta Psal. 141. Educ de custodia animã meam ad cõfitendũ nomini tuo.Me expectant iusti donec retribuas mihi.Ad prædictã aũt coniecturã facit quod ait Greg. in homilia Pentecostẽ dicens. Qui integra mente Deũ desiderat,profecto iã ha-

4. Signum. bet quem amat.Quartũ signum dr̃ contẽptionis.s. temporaliũ amore Christi sicut faciebat Paul.dicens ad Phil.3. Oĩa arbitratus sum vt stercora, vt Christũ lucrifacerẽ.Quanto.n.corpora habent minus de materia,tãto sunt leuiora,& magis sursum tendentia., secũdo de Celo & mũdo Cum igitur pondus aĩæ sit amor vt inqt Aug.in 11.de ciuit.Dei. Ideo quanto magis quis terrena appetit, tanto minus in Deũ per charitatẽ tendit.Et e contra.Vnde Aug.in 10.Confessionum ait.Perfecta charitas est,vbi nulla est cupiditas Amor enim Dei omnem cupiditatem consumit. De penitentia dist.2.c.si fermo.

Quintum signum dr̃ despectionis.s. propinquorũ & amicorũ sæculi ad nersantiũ nobis in amore Dei,qui inquit *5. Signum.* Lu.14.Si quis venit ad me & nõ odit.patrẽ suũ,& matrem,& filios, & fratres, & sorores,adhuc aũt & animam suã,nõ potest meus esse discipulus. Vnde Greg.dicit ostendens qualiter hoc præceptũ intelligi debet. Quos ꝓximos nouimus diligamus,& quos aduersarios in via Dei patimur, odiendo & fugiendo nesciamus. Quasi.n.per odiũ diligitur, qui carnaliter sapiens dum praua nobis ingerit non auditur.Aug.quoq; in li.50.homiliarum hom.35.ostẽdit hoc signum perfectæ charitatis dicens. Amandus est Deus ita vt si fieri potest nosipsos obliuiscamur, sic ꝙ dicere valeamus cũ Paul.ad Gal.2.Viuo aũt iam non ego, viuit vero in me Christus.s.per amorẽ.Sextũ signum dicitur aggressionis. Charitas.n.facit hoĩem aggre- *6. Signum.* di & intrare quæcunq; ardua pro Dei amore sine timore. Quia vt dr̃ Cant.8. Fortis est vt mors dilectio, & aquæ multæ.s.tribulationũ non potuerunt extinguere charitatẽ, nec flumina.s.aduersitatum, & tentationũ obruent illam. Vnde Chris.super Matth.inquit. Qui Deũ pfecte amat,timorẽ suæ carnis a se funditus euellit. Hic ergo signũ est ꝙ Deũ amamus qñ oĩa ardua,& difficilia ꝑ ei⁹ amore pficimus. De pe.di.2.c.Ergo si charitatem.

Septimũ signũ dr̃ dilectionis. s. ꝓximi, & cõpassionis in eius malis.Solemus n. dilectorũ nostrorũ amicos diligere,& de eorũ bonis gaudere & ecõtra de eorũ aduersitatibus contristari. Et ideo si hoc erga hoĩes Dei creaturas ab eo dilectas facimus, signũ est ꝙ Deum diligimus. Per cõtrariũ ãt est, si ecõtrario faciamus.Vnde Aug.ad Hypponẽses ait.Qui nõ dolet de malo ꝓximi nõ est i eo charitas Chri. *7. Signum quo opinamur nos esse in charitate.*

Octauũ signũ dr̃ executionis.s.diuinorũ mandatorũ.Scdm.n.Philo.2 Eth. *8. Signum.* Virtus est habitus mentis bonus, qui habentẽ perficit,& opus eius bonũ reddit. Sed vt idẽ Philo.ait 2.Phisi.Naturalia sp agunt

agunt necessario. Nam ignis semper calefacit. Sol semper illuminat, & mel dulcedinem semper gustantibus eum reddit. Si ergo virtus est habitus mentis bonus, tunc inesse cognoscitur quando impellit ad actum. Qui enim habet habitum pietatis in corde videns aliorum calamitatem eis compatitur. Cuius ratio est quia secundum Philosophum septimo Ethicorum. & 7. Phisicorum. Virtus est dispositio perfecti ad optimum. Et secundo Ethicorum idem Philosophus dicit. Quod ad perfectionem virtutis tria requiruntur. Scire, velle, & operari. 10. Ethico. iterum ait. Non sufficit virtutes scire nisi quis operetur secundum illas. Cum ergo vt inquit Aristo. 1. Phisic. & 11. Methaphysicæ. Operatio faciat cognoscere formam. Cunq; opus laudet magistrum, vt notatur in proemio institutionum, & Saluator dicat Matth. 7. Ex operibus eorum cognoscetis eos, patet quòd signum potissimum virtutis est cum homo libenter, & gaudiose exequitur voluntatem Dei, per eius mandatorum impletionem. Quod si infirmitate vel alio impedimento non potest, plurimum de impedimento dolet, exequique desiderat. Nam Ioannis 14. dicitur a Domino. Si quis diligit me mandata mea seruabit. Vbi Gregorius ait. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Qui ergo nõ exequitur Dei mandata non est in charitate. Vnusquisq; ergo consideret si vere Deum amat, nec sibi tamen persuadeat quicquid sibi animus sine operis attestatione respondeat. De dilectione conditoris, mens, lingua & vita requiratur. Nunquam est amor Dei ociosus, operatur enim magna si est, si autem operari renuit, amor non est. Et iterum ibidem ait. Deum profecto non diligit qui ei in sua voluntate contradicit. Interroget vnusquisq; mentem suam, & videat si voluntatis feruorem vbi est charitas tantum habeat, quod paratus sit quantum in ipso est Dei exequi voluntatem. Et tunc dicat quia charitatem habet. Et possit cum propheta dicere. Viam mandatorum cucurri cum dillatasti cor meum. s. infusione charitatis.

9. *Signum.* NOnum signum dicitur directionis. s. intentionis. Omnia. n. iuste denominantur a fine 2. de anima. Et finis imponit nomen operi vt ait Amb. in lib. de officijs. Et omnis motus trahit speciẽ & determinationẽ a termino ad quẽ 5. Phisi. Qui ergo non solum bona exercet opera sed omnia ad bonum finem dirigit, hic charitatẽ habere credendus est. Vt. n. ait Th. 2. 2. q. 3. ar. 2. Ad perfectionem virtutis requiritur potentia vtputa voluntas, habitus, puta charitas, actus de se bonus & vtilis, & vltimus finis. s. vt fiat ad implenda Dei mandata, & exequendã eius voluntatem, ac consequendum æternum præmium, non timore seruili ac formidine mortis, vel pœnarum, vel propter humanam complacentiam, vel laudem, quia tunc non procederet ab habitu charitatis. Si autem faciamus omnia opera nostra pro amore Dei, & constituamus finẽ nostrum in Deo qui est charitas, poterimus credere nos esse in charitate & esse bonos. Cuius n. finis bonus ipsum quoq; bonum 3. Topic. Et hoc est quod inquit Paulus 2. ad Cor. 5. Charitas Christi vrget nos, vt omnia ad Dei gloriã faciam⁹.

DEcimum signũ dicitur purgationis. s. conscientiæ ab omni labe peccati. Nihil. n. obstat charitati nisi peccatũ, quod directe ei opponitur secundum Sco. Ric. & Bona. in 1. di. 17. & Th. 2. 2. q. 14. 2. ar. 3. Cum ergo contraria mutuo se expellant. 10. Meth. & vnum succedat alteri c. cum renunciatur. 32. q. 1. Sequitur q̃ vbi est reiectum peccatum a consciẽtia, in illa intrat charitas. Et quamuis nemo possit scire de communi lege se esse sine peccato, iuxta illud Prou. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum a peccato? Et Iob 9. Si iustus fuero, & hoc ipsum ignorabit anima mea. Tamen quando quis fecit quod potuit inquirendo peccata & per confessionem & satisfactionem purgando, potest credere, se esse in charitate, quando nullum habet remorsum conscientiæ de mortali peccato. Vt inquit. Th. in 4. di 9. Et ideo debet gaudere, iuxta illud 2. ad Cor 1. Gloria nostra hæc est testimonium cõscientiæ nostræ. Et Psal. 4. canit Dauid Signatũ est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo. 10. *Signũ.*

VNdecimum signum dicitur dispositionis, quando quis de omnibus peccatis 11. *Signũ.*

catis mortalibus dolet, quòd habet firmum propositum nunquam committendi aliquod mortale peccatum, & illud in abbominationem habet, & non solū suũ sed etiam alienum propter Dei offensam. Qui.n.aliquem diligit, dolet quòd eum offenderit, & contristatur quando videt ab aliquo ei iniuriam fieri. Et ideo habens zelum de Dei honore, & displicẽtiam de eius offensione potest credere se esse in charitate, & habere spiritum sanctum sicut Dauid qui dicebat in Psal. Vidi præuaricantes,& tabescebam quia eloqnia tua non custodierunt.

12. Signū. DVodecimum signum dicitur delectationis. Quando quis delectatur primo cogitare libenter de Deo. Dicit.n.Dominus Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Ideo Bern. in suis meditationibus hortatur di. Cogita de Deo quicquid melius potes & de te quicquid deterius vales. Omne.n.tempus in quo de Deo nō cogitas hoc te computa perdidisse. Secundo si delectatur audire verbum Dei. Nam libenter audimus loqui de dilecto nostro. Ideo dicebat Dominus iudæis Io. 8. Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Tertio si delectatur loqui de Deo. Vnusquisq;.n.libenter loquitur de dilecto suo, & non potest amorem suum in secreto pectoris sui occultare. Ea propter super epistolam ad Rom. Chriso. ait. Amantium mos est, vt amorem suum tacere nequeant, sed necessarijs & charis suis efferant & prodant, flāmasq; suas intra pectus suum cohibere non possint. Enatrant frequentius vt ipsa assiduitate nartandi solacium amoris sui captent, & refrigeria immensæ dilectionis assimilant, hæc ille. Sed si vis o popule mi clarius scire, vtrum sis in charitate, considera si in te sunt illæ qualitates quas vera charitas habere debet. Inquit enim Paulus 1. ad Cor. 13. charitas patiēs est benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam. i. peruersæ, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit. Quas conditiones charitatis si habueritis, cum alijs sanctis introducemini ad nuptias æterni regis. Qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

FERIA

FERIA V.

DE CONVERSIONE PECCATORIS AD POENITENTIAM.

SERMO SEXTVS.

IN animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur Danielis 3. & in epistola occurrentis feriæ. Recitat hodierna die sancta Mater Ecclesia historiā cōuersionis Mariæ Magdalenæ. De qua loquens B. Gregorius in homilia occurrenti inquit. Cogitanti mihi de Mariæ pœnitentia flere magis libet quam aliquid dicere. Cuius. n. vel saxeum pectus illæ huius peccatricis lachrymæ ad exemplū pœnitendi non emoliunt. Considerauit namq; quod fecit, & noluit moderari qd faceret. Super conuiuantes ingressa est, non iussa venit, inter epulas lachrymas obtulit. Discite quo dolore ardet quæ flere etiam inter epulas non erubescit, hæc ille. Sciebat.n. hæc peccatrix veram esse spiritus sancti sententiam per os Dauid prophetæ dicentis Psal. 33. Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Quapropter vt qui in malis secuti sunt hanc peccatricem, illam in conuersione committentur. In præsenti sermone pertractabimus de quatuor inducentibus ad peragendam pœnitentiam. Primum dicitur peccati malignatio, Secundum dicitur diuersa vocatio, Tertium immensa fructificatio, Quartum continua habilitatio.

Intentio ac sermonis diuisio.

PARS PRIMA.

De peccati malignitate quam euitare volentes debent ad pœnitentiam conuerti.

Vt ostendatur dānum illatū ex peccato, ppónitur pfectus status hōis in Paradiso terrestri.

QVANTA sit peccati malignitas apparet ex damno quod toto generi humano intulit peccatum primorum parentum. Cum enim creasset Deus hominem in agro Damasceno, vt dicit magister in historia scolastica, posuit eum in Paradiso voluptatis vt habetur Genesis secunda. de quo loco amenissimo inquit Damascenus libro 2. Paradisus in oriente positus est, omni terra excelsior, temperato, & tenuissimo, ac purissimo aere fulgens, plantis semper floridis comatus, bono odore plenus, lumineque repletus. Quomodo autem stetissemus in Paradiso terrestri ostendit Isidorus in libro de Trinitate, quem reffert magister in secundo distinctione 19. dicens. Si homo in Paradiso innocenter vixisset, nec ignis eum vreret, nec aqua mergeret, nec aeris absentia suffocaret, nec omnia quæ nocent mortalibus impedirent. Et Augustinus in 14. de ciuitate Dei capitulo. 26. ait. Viuebat

itaque homo in Paradiso sicut volebat, quod Deus iusserat, viuebat fruens Deo. Ex quo bono bonus erat viuebat sine vlla egestate semper ita viuere habens in potestate. Cibus aderat ne esuriret, potus ne sitiret, lignum vitæ ne illum senecta dissolueret. Nihil corruptionis in corpore, vel ex corpore vllas molestias, vllis eius sensibus ingerebat. Nullus internus morbus nullus ictus metuebatur extrinsecus. Summa in corpore sanitas erat, in animo tranquillitas. Et sicut in Paradiso nullus æstus, aut frigus, sic in eius habitatione nulla ex cupiditate, vel timore accidebat bonæ voluntatis offensio, nihil omnino triste nihil aderat inaniter lætum, gaudium verum perpetuabatur ex Deo, in quem flagrabat charitas ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, atque inter se coniugum ex honesto amore societas, concors mentis corporisque vigilia, & mandati sine labore custodia, non lassitudo fatigabat ociosum, non somnus præmebat inuitum, &c. Et in eodem libro etiam dicit ibi aeris puritas & serenitas aderat ibi humus sponte suos fructus gignebat, ibi animalia & volucres Cœli homini Deo obedienti obediebant.

Obiectio cõtra illud quod dictũ est, quod sterra pdu xisset absq; eo quod operaretur.

ETsi diceretur quod Genesis 2. scriptum est. Quod Deus posuit hominem in Paradiso vt operaretur. Respondit idem Augustinus super Genesis. Quod operatio illa non erat laboriosa, nec tædiosa, sed solatiosa, & delectabilis, qualis nunc esse solet in his qui plantulas quasdam irrigant, aut flores colligunt. Dicit quoque Augustinus, in libro quæstionum noui & veteris testamenti Deus hominem fecit, vt quamdiu non peccaret, immortalitate vigeret. Et in 13. de ciuitate Dei. capitul. tertio iterum inquit. Faciendum est primos homines ita fuisse institutos, vt si non peccassent, nullum genus mortis experirentur. Et doctores super Genesis secundo capitul. Quod postquam homo fuisset in tam fœlici statu in Paradiso terrestri illo tempore quo placuisset diuinæ bonitati, postea in corpore & anima gloriosus ad patriam cœlestem translatus fuisset. Et idem ponit magister in 2. sententiarum distinctio. 20. O maledictum peccatum, tu fuisti illud quod hominem a statu innocentiæ origenalis, & ab omnibus prædictis bonis deie cisti. Ita quòd verificatum est illud Iob 13. Homo natus de muliere, breui viuens tempore repletus multis miserijs, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Et ideo hæc malignitas dicitur deiectionis.

2. Dãnũ illatũ a peccato.

SEcunda appellatur occisionis. Triplicem enim mortem nobis intulit & infert maledictum peccatum.

Prima mors ex peccato causata.

PRima est mors corporis quam propter peccatum originale incurrit totum genus humanum, iuxta illud ad Roma. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. O diabolicum peccatum propter te abbreuiatur vita hominis, & mors accelleratur. Sicut poma marcida de arbore cadunt antequam maturentur. Vnde Iob duodecimo dicitur. Impij sublati sunt ante tempus suum. Et Dauid in Psalmo inquit. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Et Prou. 10. scripitur est. Anni impiorum breuiabuntur.

De 2. morte a peccato causata.

SEcunda mors causata a peccato est spiritualis scilicet animæ. De qua inquit Paulus ad Rom. 6. Existimate vos mortuos quidem esse peccato, & ad Eph. 2. iterum ait. Cum mortui essetis in delictis, & peccatis vestris &c. Quinque autem de causis dicitur peccator mortuus & mortuo assimilatur, primo ratione frigidatis, eo quòd instar mortui est frigidus. Et ista frigiditas causatur a duobus. Primo a frigida suggestione diaboli. De qua dicitur Eccle. 43. Ventus acquilo flauit & congelauit cristallum ab aqua. Iste. n. ventus acquilonaris tentatio est illius qui dixit Isa. 14. Sedebo in lateribus acquilonis, ex cuius tẽtatione frigida aĩa quæ erat cristallus inquantũ ad Dei imaginẽ est creata tota efficitur gelida. Secũdo causatur a frigida natura peccati.

Quinq; ex causis peccator mortuo assimilatur.

tati. Peccatum ènim de se est frigidum cum sit venenum serpentis infernalis. Intantum autem est frigidum quòd extinguit calorem cordis, & animam frigescere facit, iuxta illud Hierem. 6. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, ita frigidam facit malitia animam. Item extinguit ignem diuini amoris. Amor enim Dei ignis est. De quo inquit Saluator Lucæ 12. Ignem veni mittere in terram. &c. Vbi Chrisostomus inquit. Qui non habet istum ignem de quo dicit Dominus, in hyeme est etiam si fuerit in media æstate.

2. Quare peccator mortuo assimuletur.

SEcundo peccator assimilatur mortuo propter ponderositatem. Nihil est enim ponderosius peccato, quod patet, quia Deus habet immensam fortitudinem, iuxta illud Iob 9. Si fortitudo quæritur robustissimus est. Cœlum habet firmissimam soliditatem Iob 37. Tu forsitan cum illo fabricatus es Cœlos, qui solidissimi quasi ære effusi sunt. Item terra habet magnam soliditatem dicente Salomone Ecclesiastici primo. Terra autem in æternum stat. Et tamen peccatum ita est ponderosum, quòd nec Deus ipsum porest portare. Qui ait Hieremiæ 23. Vos estis onus mihi. Et eiusdem libri. 43. iterum inquit. Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Nec Cœlum potuit ipsum sustinere. Sicut patet in lucifero cuius superbia sic fuit ponderosa quod Cœlum fregit, & ipse subito cecidit, vnde Isaię 14. dicitur. Quomódo cecidisti lucifer qui mane oriebaris? Et Lucæ 10. ait Saluator. Videbam sathanam sicut fulgur de Cœlo cadentem. Nec terra ipsum potuit tolerare sicut patuit Numeri. 16. in Dathan & Abiron, quia terra sub eorum pedibus rupta est, & illos deuorauit. Adeo enim graue & ponderosum est peccatum quòd subito ad infernum demergit. Vnde si omnes mótes essent plumbei & super aliquem subitum caderent ipsum ad infernum trahere non possent, quod tamen faceret peccatum iuxta illud Isaiæ 14. vbi dicitur peccatori Ad infernum detraheris in profundum laci. Vnde Iob 21. scriptum est. In puncto ad infernum descendunt. Et de peccatoribus Ægyptijs dicitur Exodi 15. Descenderunt in profundum quasi lapis. Et ibidem. Submersi sunt quasi plumbū in aquis vehementibus. Ecce ergò quòd peccatum est adeo ponderosum, quòd præ sui grauitate Deum premit, Cœlum frangit, & terram scindit.

3. Quare peccatū assimiletur mortuo.

TErtio assimilatur mortuo ratione obliuionis, iuxta illud psalmistæ. Obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde. Quia enim peccator obliuiscitur Dei in mundo, ideo Deus obliuiscetur eius in inferno. Iuxta illud Oseę quarto. vbi ait Dominus. Quia oblitus es legis Dei tui obliuiscar & ego tui, & ob hanc causam infernus dicitur terra obliuionis. Deus enim obliuiscetur peccatorum in inferno quantum ad effectum misericordiæ. Iuxta illud Iob. 24. Vsque ad infernum peccatum illius. Obliuiscatur eius misericordia scilicet Dei. Ipsi vero obliuiscentur Dei quantum ad spem veniæ. Iuxta illud Micheæ 1. Desperata est plaga eius, & vnusquisq; obliuiscetur sui ipsius propter immensitatem pœnæ. Vnde legitur quòd Aristotiles cuidam discipulo suo apparuit dicens quod totam scientiam suam oblitus erat, & nihil aliud sciebat nisi pœnam suam. Vnde Ecclesiastes 9. ait Salomon. Mortui nihil nouerunt amplius.

4. Quare peccator assimiletur mortuo.

QVarto Peccator assimilatur mortuo propter vermium corrosionem. Habet n. vermem remorsus conscientiæ, qui etiam in inferno non moritur Iuxta illud Isa. vlt. Vermis eorum non morietur. & Iob 30. Qui comedunt me nunquā dormiunt scilicet remorsus peccatorum, & recordationes, atq; afflictiones dæmonum. Vnde Ambrosius inquit. Quæ pœna grauior quam interius vulnus conscientiæ? Nonne hoc magis fugiendum est quám mors, quam dispendium, & quám exilium? Alij vermes sunt ipsa vitia, & peccata quæ continue affligunt animam. Iuxta illud Hiere. 30. Propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. Et ibidem. Insatiabilis est dolor tuus propter multitudinem iniquitatis tuæ.

5. Genere peccator fit similis mortuo.

QVinto Peccator assimilatur mortuo propter fœtorem, sicut enim mortuus fœtet corporaliter, ita peccator spiritualiter. Sunt autem quatuor propter quæ cadauera mortuorum multum fœtent. Primum est locus. s. quando cadauer est in loco alto, tunc enim fœtor magis diffunditur, & signat superbiam quæ corã Deo, & Angelis fętet. Iuxta illud Ioh. 2 Ascendet fętor eius, quia superbe egit Secundum est calor, quia magis sentitur fętor cadaueris in calore quàm in frigore & signat carnalem concupiscentiam quę coram Deo fętet. Iuxta illud Isa. 34. De cadaueribus eorum ascendet fętor. Tertium est ventus qui fętorem ad longinquas partes defert, & signat detractioné, quæ semper in ore habet fętorem. Vnde de detractoribus inquit Psalmista Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant. &c. Tunc. n. detractor fętorem ad instar venti defert qñ aliorum defectus refert. Quartum est téporis diuturnitas, quia quanto magis cadauer fuerit diuturnum, tanto est magis fœtidum. Iuxta illud Ioh. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Est autem conscientia peccatoris fœtida, quia est latrina diaboli, in qua porci infernales libenter voluntantur. Vnde dæmones non petierunt mitti in columbas, quia non amant simplicitatem, neq; in turtures, quia nõ diligunt castitaté, neq; in agnos siue in oues, quia non amant innocentiã, sed in porcos, vt habetur Matth. 8. Mar. 5. & Luc. 8 quia diligunt immunditiam. Et ideo dicitur Iob. 40. Quod ipse diabolus habitat in locis humentibus. i. lutosis & fœtentibus sicut porcus in cœno Est etiam conscientia peccatoris fœtida, quia sentina peccati, & spurcitiæ vitiorum habitant in ea. Iuxta illud Numeri 19. Manebit spurcitia eius super eum.

Quid significent tres mortui à Christo suscitati.

SEd notandum quòd Christus tres mortuos suscitauit. Vnum in domo. s. filiam Archisinagogi Matth. 9. Alium extra domum, scilicet filium viduæ ciuitatis Naim Lucæ 7. Alium vero sepultum & fœtidum in monumento, scilicet Lazarum Ioan. 11. Per quos mortuos significantur tres differentiæ peccatorum secundum Bedam & et Aug. in lib sermone Domini in monte. Per mortuum. n. resuscitatum in domo, significatur peccator, qui solo consensu peccauit & extra non exiuit per operationem. Per resuscitatum autem extra domum, significatur peccator, qui peccauit per extrinsecam operationem. Per resuscitatum vero in sepulchro fetido, significatur peccator consuetudinarius, qui mala assuefactione tanquam mole graui premitur, & tenetur clausus in fœtore peccati. Sed notandum est etiam q̀ filia Archisinagogi fuit suscitata eiecta multitudine, vt significaretur q̀ peccator occultus, qui Deũ offendit in secreto, debet facere pœnitentiam in occulto, vt Deum placet. Filius autem viduæ fuit suscitatus coram multitudine, quia peccator manifestus qui Deum offendit & proximum scandalizauit debet facere pęnitentiam manifestã, vt Deum placet, & proximum ædificet. Lazarus vero fuit resuscitatus corã multitudine, ea flente. Nam fleuit Martha Magdalena, Iesus, & Iudei. Quia peccator consuetudinarius, qui Deum offendit, & proximum scandalizauit, & a Deo se nimis elongauit debet facere pœnitentiam manifestam, & acquirere sibi sanctorum virorum suffragia, vt sic placet Deũ, edificet proximum, & paulatim possit appropinquare ad Deum. Item debet plangi ipse peccator. Nam plangitur ab Angelis qui sicut gaudent de eius conuersione. Lu. 15. ita tristantur de ipsius præuaricatione. Vnde Isa. 33. dicitur. Ecce videntes clamabant Angeli pacis amare flebunt. Item plorandus est a seipso, iuxta illud Hiere. 6. Luctum vnigeniti fac tibi luctum amarum Et Micheæ 1. Faciastibi planctum velut draconum, & luctũ quasi structionum. Sicut. n. mulier amarissime plorat quando vnigenitum suum amittit, & draco plangit quando elephas caput suum conterit, & structio vlulat quando oua sua perdit, sic peccator debet flere quando diabolus animam suam vnicam extinxit, & caput suum. i. Christum ab eo separauit. ac omnia merita sua eum perdere fecit. Debent quoq; eum flere omnes Christiani, iuxta illud Eccl. 22. Super mortuum plora, defecit. n. lux eius. Vnde Augu. ait. Sunt ne in te o Christiane viscera misericordię, qui plagis

Ius corpus a quo recessit anima, & nō plā gis animam a qua recessit Deus? Ad prædicta etiā cōfirmanda adduci pōt illud ꝙ inqt Beda dī. Quanto grauior est mors aiæ, tanto acrior pęnitentiæ feruor insistet. Vnde iacentem in conclaui mortuā leui voce resuscitat. Delatum foras iuuenē pluribus dictis corroborat, ad quatriduanum vero suscitandum fremuit spiritu, lachrymas fudit, & voce magna clamauit, hæc ille. Quātertiū ait Sed & hic notandum ꝙ publica noxa, publico eget remedio, leuia peccata secreta quærunt pęnitentia deleri. Puella in domo iacens paucis arbitris resurgit, iuuenis extra domum turba multa comitante suscitatur, Lazarus de monumento vocatus, multis populis innotuit. Dicit autē Philippus Monehalerius super Lucā, ꝙ resurrectio istorum trium mortuorū fuit probata diuersimode. s. puellæ per manducationē, cū vt habetur Mar. 5. Christus post eius suscitationem præcepit ei dare manducare, Lazari vero per ambulationem, cū vt habetur Io. 11. Christus dixit Apostolis Soluite illum & sinite abire. Filij vero viduæ per locutionem, dum Lu. 7. dicitur, ꝙ cępit loqui. Et hoc factum fuit ad significandū, ꝙ cum Deus resuscitat hominem a peccato, debent & ipso dirigi & regulari omnes vires & potētiæ animæ, quæ generaliter sunt tres. s. vegetatiua, sensitiua, & intellectiua. Directio autem vegetatiuæ intelligitur in manducatione, sensitiuæ in ambulatione, intellectiuæ vero in locutione.

De triplici peccatorum sepulchro.

Est etiam sciendum ꝙ tria sunt sepulchra peccatoris, vnum. s. materiale in quo sepelietur eius corpus mortuum de quo psalmista ait. Sepulchra illorum domus eorum in æternum. Secundum est corporale. s. corpus suum in quo eius anima mortua iacet sepulta, quod quidem licet foris videatur speciosum, intus tamen est plenum spurcitijs peccatorum dicente Domino Matth. 23. Veh vobis scribæ & pharisei hypocritæ qui similes estis sepulchris dealbatis quæ foris apparent hominibus speciosa, intus aūt plena sunt ossibus mortuorū & oī spurcitia. Tertium vero sepulchrū est infernale in quo sepelietur corpus & anima ipsius peccatoris, iuxta illud Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus in inferno.

De portitorib. ad tria in notata sepulchra.

Si autē quęratur qui sint portitores ad ista sepulchra. Respōdeo ꝙ portitores ad sepulchrum materiale sunt quatuor elementa ex quibus corpus est compositum, quæ tam diu adinuicē pugnant donec in corpore dissolutionem inducant. Ibi tamen Deus multum posuit de terra & parū de cęteris elementis. Elementū. n. aquæ apparet in humoribus, & sanguinibus, elementū aeris inspiratione flatus, elementum ignis in calore naturali, elementū vero terræ in carne, neruis & ossibus, & sic patet ꝙ multo plus ibi posuit de elemento terræ q̄ cæterorum. Si. n. posuisset multum de igne homo fuisset nimis iracundus, vel auarus, si multum de aere nimis superbus fuisset, si vero multum de aqua nimis fuisset libidinosus. Sed multum ibi posuit de terra quæ est elementum infimum, vt homo nōn superbiat, sed in humilitate consistat. Portitores autem animæ ad monumentum corporale similiter sunt quatuor, quę in peccato hominem perseuerare faciunt. Primus est fiducia longioris vitę quæ tamē hominē sæpe decipit. Vnde dicitur Isa. 38. Dum adhuc odirer succidit me. Secundus est consideratio culpæ alienæ Eccle. 32. Homo peccator vitabit correctionē, & secundum voluntatē suā inueniet comparationem. Tertius est fiducia de venia quam aliquis concipit ex magna Dei misericordia, contra quod dicitur Eccle. 5. Ne dicas miseratio Dei magna est multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Quartus est adulatio blanda, de qua Isa. 3. dicitur. Popule meus qui te beatū dicunt ipsi te decipiunt, Portitores vero corporis & animæ ad sepulchrum infernale, secundum Ambr. super Lucam sunt quatuor spiritualia elementa. Quidam enim illuc portantur a terra propter appetitum terrenorum sicut auari. Alij ab aqua propter appetitum delitiarum sicut luxuriosi, alij ab aere propter appetitum ambitiosum sicut superbi, alij autem ab igne propter appetitum irę & vindictæ sicut iracundi.

Quæ nã sit porta per q̃ peccator mortuus ad sepulchrum defertur.

SI vero quęritur per quam portam peccator mortuus ad sepulchrum defertur, respondeo, ꝙ est secundum doctores super Lucam aliquis de quinq; sensibus. Hiere.9. Mors intrat ꝑ fenestras nostras. Nam qui videt mulierem ad concupiscendum eam extrahitur mortuus per portam visus. Qui autem detractionibus aurem, & litigiis linguam accommodat extrahitur mortuus per portam auditus & oris, & sic de singulis. Et ad hoc exponi posset spiritualiter illud quod dicitur. Hiere 39. Egressi sunt nocte per portam, quæ erat inter duos muros, quia quilibet sensus habet duo organa in ministerium. Sequitur. Et egressi sunt ad viã deserti. Cum.n. quis mortaliter peccata Deo deseritur, & a dæmonibus inhabitatur. Vnde de tali anima dici potest Hiere.49. Facta est habitatio draconum, & deserta vsq; in æternum, quando.s. in ipso peccato de hac vita decidit.

Aliqua notãtur vita de vita ac morte corporali, vt intelligere possimus vnde mors spiritualis causetur.

PRo declaratione autem prędictorum de morte spirituali vt melius intelligatur vnde causatur est sciendum ꝙ sicut corporalis vita causatur ex vnione animæ & corporis per viuificationem, ita vita animæ ex vnione ipsius & Dei ꝑ gratię inhabitationem. Vnde ad Ro.6. inquit Paulus. Gratia Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Et Aug. super Psal.62. & habetur de pę. dist.1. c. resuscitatus ait. Cum Deus sit vita animę, anima vero vita corporis, sicut corpus sine anima viuere non potest, ita non nisi Deo præsente anima viuere valet, hæc ibi. Tunc n. veraciter anima viuere dicitur cũ Deum diligit, & eius mandata obseruat. Vnde Deut.30. inquit Moyses Elige vitam, vt & tu viuas, & semen tuũ, & diligas Dominum Deum tuum, atq; obedias voci eius. Ipse.n. est vita tua, quia ergo secundum philosophum in 4. Top. Sicut se habet propositum in proposito, ita oppositum in opposito. Sequitur ꝙ sicut corporalis mors prouenit ex separatione animæ a corpore. Ita mors animæ prouenit ex separatione ipsius & Dei. Vnd Aug.13. de ciui. Dei. c.2. ait. Mors aĩæ fit cum eam deserit Deus, sicut mors corporis cum illud deserit anima. & Remigius super epist. ad Eph. dicit. Sicut recedente anima moritur corpus, ita recedente Deo moritur anima. Cũ igitur solum Deus recedat, & separatur ab aĩa cũ peccato consentit, iuxta illud Sap.1. Peruersę cogitationes separant a Deo. Concluditũ ꝙ peccatum est illud ꝑꝑ ꝙ anima spiritualiter moritur. Ideo dicit Sap.16. Homo per malitiã occidit animã suã & Aug. in 4. de Trini. c.4. ait. Animę mors impietas est. Ea propter scriptũ est Eze.18. Anima quæ peccauerit ipsa morietꝰ. Transumptiue in c. iam itaq; .1. q.4. Et 24. q.3. §. his ita. & de consec. di.4. c. quęris a me. Licet ergo peccator videatur corporaliter viuere, tñ spiritualiter mortuus est. Vnde Apoca 3. dicitur peccatori. Nomen habes ꝙ viuas & mortuus es, vbi Aug. inquit. Multi in corporibus viuis animas mortuas, portare noscuntur. Et super Ioan. sermo.46. iterum ait. Quo modo moritur caro amissa anima, quę vita eius est, sic moritur anima amissa Deo qui est vita eius. & sermone.58. etiã dicit. Omnis qui peccat moritur, sed mortem carnis omnis homo timet, mortẽ animæ pauci, pro morte carnis quæ sine dubio quandoq; ventura est, curant omnes ne veniat. Laborat.n. ne moriatur homo quandoq; moriturus, & non laborat ne peccet homo in æternum victurus. Si.n. peccare nolet, modicum laboret, & viueret in æternum. Ad hoc facit illud Ouidij in 2 de remedio amoris. Vt corpus redimas ferrum patieris, & ignes, Vtq; animo valeas quicquam tolerare negabis.

De 3. morte a peccato causata.

TErtia mors est æternalis, & infernalis. De qua Dominus Io.8. in peccato vestro moriemini. De hac etiã dicitur in Psal.48. Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos. Prima mors est mala & terribilis 3. Ethi. Vltimum terribilium est mors. Cum.n occidat corpus quod est bonũ sequitur ꝙ hæc mors dicẽda est mala. Boni.n. mala est corruptio, vt dicitur. 2. Top. Aristotilis & Boetij. Secũda mors est peior quia perimit animam quæ est melior corpore 24. q.3. c. si habes. Melioris enim peior est corruptio. Tertia vero est pessima quæ animam simul & corpus æterna occisione interimit. De qua dicitur in Psal.33. Mors peccatũ pessima. Si.n. quis ẽt cũ vno solo peccato mortali mori-

moritur, ad æternos deputatur cruciatus infernales, vnde. Prouer. 11. scriptum est. Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes. De hac morte inquit August. in 13. de ciuitate Dei c. 2. Illa autem mors est grauior & omnium malorum pessima quæ non fit separatione animæ, & corporis tantum, sed in æternam pœnam potius vtriusque complexu. Ibi enim erunt homines semper in morte, ac per hoc nunquam viuentes, nunquam mortui, sed sine fine morientes. De qua morte inquit saluator. Matthæi 10. Eum timete qui potest animam & corpus perdere in gehennam, & Hiere 27. dicitur Deo de peccatoribus. Duplici contritione contere eos.

3. Damnū illatū a peccato.

TErtia peccati malignatio dicitur elōgationis. Elongatur enim homo a Deo per peccatum, & Deus ab eo, non locorum spacijs, sed affectibus vt inquit Hiero. in epistola ad Damasum Papam. Ideo de filio prodigo scriptum est Lucę. 15 quòd profectus est in regionem longinquam. O igitur maledicte peccator, scias te longe esse a Deo. Iuxta illud. Prouer. 15. Longe est dominus ab impijs. Et ideo nisi reuertaris, ad æternam peruenies damnationem. Scriptum est enim Psal. 72. vbi Dauid inquit Deo. Ecce qui elongant se a te peribunt. De hac etiam separatione & elongatione Dei a peccatoribus dicitur. Isa. 59. c. Iniquitates nostræ diuiserunt inter nos, & Deum nostrum, & peccata nostra absconderunt faciem eius a nobis ne exaudiret, & Eccle. 15. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & Psal. 118. Longe a peccatoribus salus. Quia autem peccator se elongat a Deo, ideo sæpe errat de paradiso. Nimia enim elongatio secundum Basilium facit errare circa tria. Primo circa quantitatem, & ponit exemplum in sole, & in insulis. Nam sol cum sit saltem octies maior terra, tamen propter nimiam elongationem videtur esse paruus. Insulę etiam maris cum sint magnæ, propter magnam elongationem videntur esse paruæ columnæ. Secundo circa qualitatem, & ponit exemplum de vellis ouiū quæ sunt alba, sed propter nimiā distātiā videnť esse nigra. Tertio circa figuras, & ponit exēplū in turribus ciuitatū quæ cū sit quadratæ, tñ propter nimiā elongationem videnť esse rotūdę.

Elongatio facit errare circa tria.

Et eodem modo cum peccator sit nimis a Deo elongatus non cognoscit eū quantus sit. i. q̄ potens, & q̄ immēsus, quia si cognosceret eū timeret. Iuxta illud. Hier. 10. Quis non timebit te, o rex gentiū? Timent. n. eius potentiā angelicæ potestates. Iuxta illud. Iob. 26. Colūnę cęli pauent, & contremiscunt ad nutū eius. Timent etiā eā dęmones, de quibus dicitur Iacobi. 2. Dęmones credunt & contremiscunt, & tñ eā nō timent insensati peccatores. De quibus dr̄ ꝑ psalmistā. Non est timor Dei ante oculos eorū. Secundo non cognoscit peccator qualis sit Deus, idest quā sapiens & clarus, quia si hoc cognosceret corā eo, & ipso vidente peccare erubesceret. Cū scriptū sit. Eccle. 23. Oculi domini multo plus lucidiores sunt solæ, circūspicientes oēs vias hoīum, & profundū abyssi, & hoīum corda intuentes, & Boetius inquit. Magna est vobis indicta necessitas probitatis cū ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. Tertio non cognoscit qualis figuræ sit. i. quā misericors, & pius, quia si eius misericordiā cognosceret nūq̄ desperaret. Est. n. ei⁹ misericordia quadrata. i. quattuor Angęlos habens. Primus est quia peccatorē lōganimiter expectat: Secundus est quia reuertentē statim recipit. Tertius est quia oīum peccatorū priorū amplius non recordať. Quartus est quia eū a casu custodit. Quia igiť peccator a Deo auersus, & elongatus eū non cognoscit. Ideo inquit ipse dominus. Hiere. Quarto stultus populus meus me non cognouit, & propheta ait. Psal. 91. Vir insipiens non cognoscet &c. Sciendum est autē ꝙ sicut homo se elongans ab oriente appropinquat ad occidentem, & elongans se ab austro appropinquat ad aquilonem. Ita ille qui ꝑ peccatum se elongat a misericordia Dei peruenit ad appropinquat ad eius iustitiam vlciscentem, & qui elongat se ab eius gratia subsequāte appropinquat ad eius potentiam punientē. In Deo. n. qua si oriēs & occidēs sunt eius misericordia & iustitia, & auster & aquilo sunt eius gr̄a, & potentia. Et patent ꝓdicta ꝑ illud quod habetur. Ionæ primo. de ipso Iona qui fugere voluit Deum præcipientē & inue-

Misericordia Dei habet quatuor angulos.

inuenit eum punientem. O igitur peccatores reuertimini ad Deum per pœnitentiam, & ipse reuertetur ad vos per gratiam. Iuxta illud. Iacobi. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Considerare enim debetis quòd quando eratis in gratia, & in charitate tota trinitas in vobis habitabat tanquàm in templo suo, quia vt scriptū est, 1. Io. 4 Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. Adueniente autem in vobis peccato statim a vobis discessit, & diabolus intrauit. Si igitur vos pro magna iniuria haberetis quòd aliquis vos expelleret de domo vestra, & intromitteret porcum vel asinum. Cogitate o perfidi peccatores quantam iniuriam facitis Deo cum eum expellitis ab anima per peccatum, & introducitis in ea diabolū. Vos enim estis de illis, de quibus dr̄ Iob. 21. Qui dixerunt Deo recede a nob s &c. Sed audite quid ipse dominus de talibus dicat. Oseæ. 9. Veh eis cum recessero ab eis. Nam contra ipsos à quibus recedit Deus, & qui a Deo recedunt per peccatum præualet diabolus qui eis ante obesse non poterat. Iuxta illud. Iudith. 5. Non fuit qui insultaret populo isti nisi quando recessit a cultura Dei, & Ideo cō quæritur de hoc Moyses repræhendens populum. Deuter. 32. di. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui. Contra quem etiam clamat Hiere. 2. c. sui libri, qui inquit. Deputatus es cum descendentibus in infernū, quia dereliquisti fontem sapientiæ, & primi Reg. 8. dicitur. Si dereliqueris eum, proijcet te in æternum, & primi Paralip. 28. scriptum est. Furor eius super omnes qui dereliquunt eum, & Eccle. 19. Veh vobis impijs qui dereliquistis dominum, si enim mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra, & Baruch 3. inquit Dominus. Veh illis qui recesserunt a me. O igitur animæ deuotæ dicite in cordibus vestris illud. Iosuæ. 24. Absit a nobis, vt relinquamus dominum, & vos peccatores plorate, & dicite illud. Daniel. 3. Peccauimus, inique egimus, recedentes a te. Adeo enim est graue damnum recedere a Deo vt nullum maius esse possit. Cum enim Deus sit summum bonum cui comparata omnia alia bona, mala sunt, vt ait August. in lib. de vero cultu. Patet quòd nullum potest esse maius detrimentum, quàm Deum perdere, hoc autem facit homo per peccatum, quod vt ait Augu. in lib. de libero arbitrio. Nihil aliud est quàm spreto incommutabili bono, bonis commutabilibus adhęrere. Ea propter considerans sancta Susanna grauedinem peccati, potius elegit pati infamiam, & mortem, quam peccato consentire. Daniel. 13. Anselmus quoq; in libro de similitudinibus hanc peccati malignitatem aduertēs inquit. Si hic inferni horrorem, & illic cernerem peccati pudorē, & vni eorum necessario deberē immergi, prius in infernum me mergerem, quàm in me peccatum dimitterem. O igitur perditi peccatores cognoscite vecordiam vestram. Si enim perdidissetis vestem, vel pecuniam, aut aliam rem charam, sollicite discurreretis inquirentes si quo modo rem perditam inuenire valeretis. Si etiā infirmitatem oculorum vel aurium seu linguæ vel alicuis membri incurrissetis medicos curaretis consulere, & quamdiu duraret infirmitas in tristitia essetis. Cū ergo Deum vestrum perdideritis, tam immensum bonum, vt sine ipso nullum sit bonum, quare non queritis eū recuperare? Effunde ergo lachrymas pro amissione sponsi tui o anima peccatrix, vt possis cum Dauid propheta dicere. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus.

Quarta peccati malignitas dicitur extinctionis. Homo enim per peccatum quantum in ipso est, occidit Deum patrem, & crucifigit filium, & extinguit spiritum sanctum. De primo inquit Ber. in sermone sanctę Luciæ. Permanens in iniquitate tua, peccatum tuum vis esse impunitum, vnde vis Deum esse iniustū. Exigit enim iustitia eius vt vnicuiq; reddat secūdum opera sua. Qui autem vult Deum esse iniustum, vult Deum non esse Deum, qui autem desiderat Deum non esse quantum in ipso est Deum occidit ergo &c. Amplius dico quòd per peccatum negatur Deus, vnde Hiero. 11. q 3. c. extimant, inquit. Quotiensciunq; vincimur a vitijs atq; peccatis, totiens Deum nega- 4. Dānū a peccato illatum.

negamus. Secundo per peccatum dicitur Christum iterum crucifigi, iuxta illud, ad Hæbre. 6 Rursus crucifigentes in semetipsis filium Dei, & ostētui habentes. Vbi glo. ait Christum crucifigunt, & con tumeliæ habent, qui gratiam eius vilipē dentes, in peccatis iacent. Nam cum Dei filius pro salute humana sanguinem suū fuderit cum quis mortaliter peccat perinde est ac si sanguinem eius pedibus cōculcaret, & in lutum seu in stercus proijceret. Hieronymus quoque ad Pathmachium & Oceanum dicit, quòd peccatū mortale committentes, dicuntur cum Iuda tradere, & occidere Christum Et idē inquit Beda super Mattheum, & habet. 11.q.3.c.abijt Iudas. imo glo. super epistolam ad Hæbre. dicit, quod maius est peccatum illorum qui per mortale peccatum nunc offendunt Christum regnantē in cælis, quam fuerit eorum qui eū crucifixerunt ambulationem in terris. Tertio peccator dicitur extinguere spiritū sanctum, contra illud. 1. ad Thesa. 5. Spiritum nolite extinguere, vnde Augustinus ad Bonifacium ait. Non ideo hoc dicit Apostolus, quòd spiritus sanctus qui vnius est substantiæ cum patre & filio extingui possit, sed quantum in ipsis est extinctores merito vocantur, qui ita agunt vt extinctum velint. Spiritum ergo sanctum qui datus est nobis non inquātum in se est, sed inquantum in nobis extinguimus dum peccando a nobis illum fugamus, hæc ille. Et Ber. inquit. Quid est peccatum nisi venenum quoddā, & gladius quantum in se est interimens patrem, & filium, & spiritum sanctum.

Peccatores quo crucifigant Christum & occidant patrem, & filium, & spiritum sanctum.

5. Peccati damnum.

QVinta peccati malignitas dicitur abhominationis. Licet.n. Deus amet omnes creaturas, vt dicitur Sapient. 11. tamen si in eis sit peccatum, eas odio habet. Iuxta illud Dauid. Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, & Psal. 138. dicitur. Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi, & Prouer. 15. Abhominabilis est Deo impius & impietas eius, & Eccle. 12. Altissimus odio habet peccatores, & Iudith. 5. Deus illorū odit iniquitatem Quantum autem exosum sit Deo peccatum, patet quia non ꝑpter aliud odit diabolum vt dicit Augu. 12. de ciui. Dei c. 3 Item quia vt destrueret peccatum, mori fecit filium suum vnigenitū, vnde ipse inquit. Isa. 53. Propter scelus populi mei percussi illum. Signum enim est quod quis summopere odit inimicum, quando vt illum interimat, est contentus simul interimere filium suum vnicum. Ipse vero dominus Iesus tantopere odit peccatum, vt pro eius interemptione libenter descenderit ad tolerandas innumeras vitæ huius miserias, & horribilem mortem crucis, & hoc est qđ dicitur Isaiæ vbi supra. Posuit animam suam pro peccato, ex quo apparet grauitas, & malignitas peccati. Ideo inquit Bernar. in sermone de passione. Considera o homo quam grauia fuerint crimina, quibus necesse fuit pro anima tua tuum Iesum vulnerari. Voluit ergo Iesus vendi, vt nos a peccato redimeret, ligari vt nos ab ipso absolueret, sanguinem suum fundere, vt nos per ipsum a peccato lauaret, damnari, vt peccatum damnaret. O igitur ingrata anima, quare tantum diligis peccata, quæ te inimicam Dei faciūt & abhominabilem creatori tuo, qui tam horribilem passionem sollerauit, vt te a peccatorum vinculis liberaret? De quo dicitur Isaiæ vbi supra. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. O diabolice peccator audi quid Grego. in quadā homilia dicit. Christus mortuus est, vt tibi immortalitatem donaret, esuriuit vt te sua carne satiaret, sitiuit vt te proprio sanguine potaret, super asinum sedit, vt te super Cherubin sedere faceret, baptizatus est, vt te lauaret, alapis cæsus est, vt te a seruitio liberaret, viator factus est, vt te sine labore faceret, homo appellatus est, vt te Deum vocaret, filius hominis dictus est, vt te in filium Dei adoptaret, orauit, vt te fidelem faceret, hæc ille. Aug. autem in sermone ad heremitas, adiungit. Pro nobis ligatus est, vt nos absolueret, tentatus est, vt nos a tentationibus liberaret, humiliatus est, vt nos exaltaret, spoliatus est, vt nos tegeret, spinis coronatus, vt nos coronaret, felle, & aceto potatus, vt nobis fontes mellifluos aperiret, occisus est, vt æternam nobis vitam donaret, hæc ille. Apostolus autem Paulus, ad Collo. 2. dicit. Quod

Christus

Christus deleuit chirographum decreti quod erat contrarium nobis, affigens illud cruci, vt nos mortuos in delictis viuificaret. Tanta enim est malignitas peccati, & tam grandis abhominatio illius ante Deum, quòd si in aliquo sanctorum, vel etiam in beata Virgine, aut in humanitate Christi si possibile esset inueniretur aliquod mortale peccatum, protinus de cœlo illum deijceret, & in inferni profundo demergeret. Item si aliquis in peccato mortali existens, & se emendare nolens, omnia opera de genere bonorum faceret, Deo tamen placere non posset, scriptum est enim Prouer. 15. Victimæ impiorũ abhominabiles domino, & Eccle. 34. Dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus eorum transumptiue, in c. in grauibus. 3. q. 7. & c. immolans. 14. q. 5. Est ergo existens in peccato mortali inhabilis ad agendum aliquid opus meritorium. Sicut enim ille qui est in charitate, & gratia Dei facit omnia opera sua viua, sic econtrario habens mortale peccatum, & consequenter existens sine charitate, & gratia Dei, facit omnia opera sua mortua, & infructuosa quo ad vitam æternam, etiam si plures actus virtuosos ageret, quàm vnq̃ fecerit Christus, & beata virgo, & omnes sancti simul. Et ideo de tali anima peccatrice dici potest illud. Gen. 1. Terra autẽ erat inanis, & vacua, & figuratur ꝑ vxorem Loth, quæ vt habetur. Gen. 19. Quia retroaspexit conuersa est in sal, quod est infructuosum, per quod datur intelligi quod auertens se a Deo per peccatum, ad modum salis fit sterilis, & infructuosus in omnibus operibus suis. Quinimo omnia opera eius viua quę prius in charitate, & gratia Dei fecerat, statim adueniente peccato mortali mortificantur, & pereunt quo ad ipsum si non reuertatur ad pœnitentiam, & ipsius merita dantur a Deo alijs saluandis qui sunt in gratia vt ait sanctus Bonauentura, in 4. dist. 14. ar. 2. q. 3. Sicut enim quando quis corporaliter moritur, fratres & propinqui eius succedunt in bonis ipsius, sic etiam fit quando aliquis moritur spiritualiter per peccatũ de bonis eius spiritualibus. Et idem ponit beatus Tho. in 1. dist. 40. q. 4. vbi exponens illud Apocal. 6. Tene qđ habes ne alius accipiat coronam tuam, sic dicit. Hoc potest intelligi de duplici corona, videlicet præsenti, & futura. Si intelligitur de corona præsentis iustitiæ, dicitur alius coronam alterius accipere dum operam ipsius in charitate facta quæ sibi & alijs proderant secundum ꝙ spiritus charitatis facit omnia bona sanctorum communia, ipso peccante sibi ꝓdesse desinunt ad meritum vitæ æternæ, eorum tamen fructus in illis manet qui in charitate perseuerant. Si autem intelligitur de corona gloriæ, similiter exponitur, quia sancti in patria existentes gaudent de meritis omnium sanctorum, qui sunt in hoc mundo. Vnde aliquo peccante cuius multa merita præcesserunt, gaudia illorum meritorum in æternum manebunt in ipsis beatis quæ ipse peccando amisit, hæc ille.

Peccatũ nõ tantũ a Deo sed etiã ab Angelis odio habetur.

NON solum autem Deo abhominabile est peccatum, sed etiam Angelis, qui vt inquit Bernar. in sermone de Angelis. Valde de peccato a nobis commisso contristantur, sed eorum contristari est admodum contristantium se habere. Non enim potest in eis esse passio afflictiua cum sint beati. Item eorum tristitia de peccato est nolle peccatum committi. Vt inquit Petrus Aureoli, in secundo dist. in. 41. De hac tristitia inquit Augustinus in libro Soliloquiorum cap. 28. Quotiens bene agimus gaudent Angeli, & tristantur dæmones. Quotiens vero a bono deuiamus diabolum lætificamus, & Angelum suo gaudio fraudamus. De hac Angelorum abhominatione habetur exẽplum in vitis patrum. Quod cum quidam senex ambularet per desertum vidit duos Angelos secum pergentes, vnũ a dextris & alterum a sinistris. Et cum inuenissent cadauer hominis mortui fœdum senex obturauit nares, non valens fœtorem sustinere. Angeli vero non obturauerunt nares, erant enim in forma hominum. Cum autem obuiassent cuidam iuueni ornato, ac dissoluto obturauerũt nares, & cũ senex quæreret causam dixerunt Angeli. Tu cum sis caro, sentis fœtorem carnis. Nos vero cum simus spiritus, nihil huiusmodi sentimus, sed solum fœtorem peccati. Eapropter inquit Ansel

mus

mus in quodam sermone. Tollerabilius fętet canis putridus hominibus, quã anima peccatrix Deo, & Angelis eius. Ideo Augustinus in libro meditationum capitulo vigesimoquarto, exclamat dicens. Heu peccatum horrendum, heu res detestabilis nullo modo comparabilis. O maledictuum peccatum, tu es illud quod animam turpissimam facies. Ideo peccatori dicitur. Trenorum quarto. Denigrata est super carbones facies tua, & Ecclesiastici quadragesimo septimo. Dedisti maculam gloriæ tuæ.

6. Damnũ p peccatũ nobis inflictũ.

SExta malignitas peccati dicitur subiectionis, de qua breuibus hic me expediam, quia diffuse de illa pertractabo in sermone de victoria suiipsius. Dico igitur quòd peccatum subijcit hominem miserabili seruituti, vt enim aiunt Theologi in secundo distinctione vltima. Si peccatum non fuisset nulla in mundo seruitus esset, sed omnes essent liberi libertate virtutis & innocentiæ originalis. Vnde interrogatus secundus philosophus quæ esset vera libertas hominis, respondit quòd est innocentia. Ergo econtrario nulla est maior seruitus quàm peccatum, & seruire peccato, ac diabolo, homo enim superatus a diabolo per peccatum eius seruus efficitur, ita quòd ei ad nutum obedit. Et ideo inquit Gregorius, in capitulo, miramur. vigesimaquarta quæ quæstione prima, quòd ipse diabolus habet potestatem super peccatorem sicut pastor super gregem suum. Vnde beatus Franciscus vidit vnum dæmonem super turrim ciuitatis Aretinæ qui solus sufficiebat ad custodiam inhabitantium in ea, quia ipsius sequebantur habenas, vt postea fuit eidem sancto reuelatum a Deo. Nam peccator est vt ceruus, de quo dicunt naturales philosophi q ex quo vincitur ab aliquo alio ceruo, sempe postea illum quasi dominum suum veneratur, & cum illi occurrit caput inclinat, & cornua dimittit in signum subiectionis, & seruitutis. O igitur serue nequam, o scelerate peccator, o subdite diaboli inimici tui, qui seruus libini, qui delectaris in confusione, qui contra naturam factus es seruus, cum dominus esse deberes. Ait enim imperator insti. de iure perso. §. seruitus. Seruitus est constitutio iuris gentium qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur. Et, in l. manumissiones. ff. de iusti. & iu. dicitur. Iure naturali omnes homines liberi nascebatur, nec erat nota manumissio cum seruitus esset incognita. Libertas autem est adeo preciosa vt dicatur, in l. Paulus. ff. de fideicommis. liber. Nihil præstari potest gratius libertate. O igitur famule diaboli, o serue nequissime, scias quòd quicquid acquirit seruus, acquirit domino, & tu diabolo. Nam insti. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. §. primo scriptum est. Itaq; in potestate dominorum sunt serui, & quodcunq; per seruum acquiritur, domino acquiritur, quia autem quanto persona cui seruitur est vilior, tanto seruiens ei est vituperosior. Ideo vituperiosius est tibi esse seruum diaboli q̃ esse seruum vnius porci, vel asini, vel cuiusuis hominis pauperis & obiecti, quia vero per peccatum es etiam seruus ipsius peccati, vt testatur dominus. Ioannis octauo. Hæc subiectio peior est quàm esse subiectum diabolo. Peccatum enim est deterius ipso diabolo. Nam diabolus est aliqua substantia, quæ inquantum creatura Dei est bona. Omne enim quod fecit Deus est bonum. Gen. primo. Peccatum autem nihil est, dicente Augustino in libro de natura boni. Peccatum non est substantia aliqua, sed simpliciter defectus, & priuatio boni, & Anselmus, in libro de conceptu virginali, ait. Peccatum ita se habet ad esse, sicut cęcitas ad oculum &c. Scias quoque o maledicte peccator quòd ita diabolus te habet incathenatum & astrictum suæ seruituti, vt difficulter possis ad operandum bonum exire. Cuius ratio est, quia sicut habens pedem claudum non potest bene, & recte ambulare, ita cum affectus mentis sit pes spiritualis animæ, si per peccatum sit inordinatus, & distortus, nõ poterit faciliter per salutis semitam proficisci. Et huius figura habetur. Actuum duodecimo, vbi dicitur. Quod Petrus erat in carcere dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus, & custodes ante

ostium

ostium custodiebant carcerem. O perdite peccator tu es ille incarceratus, carcer est concupiscentia, duo milites inter quos dormis, sunt accidia, & ignorantia, duæ cathenæ quibus ligatus es, sunt difficultas pœnitentiæ, & delectatio præsentis vitæ, custodes ante ostium custodientes carcerem sunt tentationes mundi, carnis & diaboli. Et ideo oportet quòd Angelus Dei idest prædicator percutiat latus Petri idest peccatoris, dicens. Surge velociter scilicet a peccatis. Quapropter o miseri peccatores vt cadere possint cathenæ de manibus vestris, ego dico vobis, illud Michea.2. Surgite & abijte, quia nō habetis hic requiem scilicet in sceleribus vestis. Exite ergo de carcere vitiorum & seruitute diaboli, & ad virtutum libertatem properate, quia vt inquit versificator fabularum Esopi, fabula. 55.

Dictor est liber mendicans diuite seruo.

Libertas prædulce bonum, bona cętera condit.

Libertas animi cibus est & vera voluptas.

Est autem vera libertas illa. De qua dicitur, secundæ ad Corin.3. & extra de regulis capitulo, licet, & 19.q.2.c. duæ sunt. Vbi spiritus domini est, ibi libertas, & Hieronymus ad Celātiam ait Sola apud Deum libertas est, non seruire peccatis, Boetius primo de consolatione, inquit. Obtemperare iustitiæ summa libertas est. Et ideo eam omnes acquirere debēt. Ait enim philosophus. 3. de regimine principum. Quod libertas habet extimationem suam super omnia bona, quod patet. Nam si haberes omnia bona mundi sine libertate, essesq; incarceratus, vel seruus alterius omnia dares pro habenda ipsa libertate. Similiter auis restricta in aliqua camera, vel cauea, licet pasceretur zucharo & alijs quibuscunq; sibi placitis cibis, quos non haberet in libertate, tamen si aperires ostium caue diceret si loqui sciret, & intellectum haberet. Tene tuum zucharum pro te. Magis enim mihi placet vermiculus in luto cum libertate comestus, quam omnia tua bona in seruitute.

Septima peccati malignitas dicitur immutationis, de qua etiam breuius me expediam quia de diffusius tractabo in prædicto sermone de victoria sui ipsius. Dico igitur quòd peccatum immutare dicitur hominis naturam. Vnde Tulius in paradoxis inquit. Voluptas animum a sede sua, & statu dimouet. Ex quo infert quòd homo deditus voluptatibus, & vitijs dici potest bestia. Ideo Macrobius in libro saturnalium ait. In pecudum ferarumq; numero habetur, quisquis voluptatibus vacat. De hoc etiam loquitur Aristot.1. Ethicorum dicens. Multi quidem sunt omnino bestiales vitam pecudum eligentes. O igitur infelix peccator erubesce, quia per peccatum bestia & peior omnibus bestijs factus es. Earum enim bestialitas est sine offensa Dei & vitio. De hac bestialitate peccatoris dicitur in psalmo.48. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. *7. Damnū nobis a peccato illatū.*

Octaua malignitas peccati dicitur inductionis. Vnum enim peccatum in ducit ad aliud. Vnde inquit Mar. in 2. di. 36. Et ibi b. Bonauentura art.1.q.1. quòd peccatum est causa peccati. Sunt ergo septem præcipitia siue gradus, per quos praua conscientia peccatoris ruit, nisi ꝑ pœnitentiam cito resistat. Primus gradus dicitur importabilitatis. Nam peccato commisso prima vice videtur sibi importabile, quia menti insuetæ peccatis, facto vno peccato videtur quòd omnes sciant peccatum suum & adeo videtur deforme & importabile quòd non reperit requiem. Iuxta illud. Hiere.2. Scito quia malum & amarum est te dereliquisse dominum Deum tuum. Huic autem facile est reuerti ad pœnitentiam, quod si non facit, sequitur quod dicit Gregorius super Ezech. Peccatum quod per pęnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Et huius exemplum habemus. 2 Reg.11. in Dauid qui primo vidit Bersabee & eam concupiuit. Secundo commisit adulterium, & tertio fecit homicidiū vriæ. Similiter vt habetur Mat. 26. Petrus primo negauit Christum, secundo periurauit, tertio vero anathematizauit. Peccator ergo non pęnitens de primo peccato, & consequenter perpetrans

8. Damnū ꝑ peccatū nobis infinitū.

Septē gradus ꝑ quos peccator ruit, nisi ꝑ pœnitentiam sublenetur.

trans aliud peccatum cadit in secundum gradum. Secundus enim gradus est quòd commisso peccato secunda vice sibi videtur graue, quamuis non videatur impossibile sicut primum. Potest ergo talis peccator dicere cum propheta. Psal. 37. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Ab hoc tamen gradu etiam facile est resurgere, ad quod faciendum hortatur Apostolus, ad Hæbr. 12. di. Deponentes omne pondus & circunstans vos peccatum. Et sic iste gradus dicitur grauitatis. Tertius vero appellatur leuitatis. Nam peccatum quod primo videbatur importabile, secundo graue, tertia vice commissum tantopere ipsi peccatori videbatur alleuiari, vt quasi non sentiat onus eius, tamen quando cogitat de illo scit illud esse malum. Sed quia non sentit grauedinem eius, ideo de eo raro cogit, & sic illud purgare per pœnitentiã non curat, sed est sicut ille qui dicebat. Cras crastinando bene faciam, nescio qñ. Et ideo transit ad quartum gradum peiorem qui dicitur insensibilitatis, postea enim nullam sentit grauedinem peccati, ita quòd ad pœnitentiam non commouetur nec prędicatione, nec flagello Dei, nec conscientiæ remorsu, nec diuina inspiratione. De quibus peccatoribus dicitur. Hiere. 5. Percussisti eos & non doluerunt, afflixisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti, hæc ibi. Hanc enim malignitatem habet peccatum quòd indurat cor. Ideo de peccatore dicitur. Iob. 41. Cor eius indurabitur quasi lapis. Et sic talis peccator induratus & insensibilis factus taliter est circundatus & ligatus cathena peccatorum, quòd valde difficile est eum resurgere. Vnde potest dicere cum psalmista. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Vera est enim illa sententia. Prouer. 5. Funibus peccatorum quisq; cõstringitur. Et ideo peccator existens in hoc gradu potest dicere de peccatis illud. Prouer. 23. Vulnerauerunt me & non dolui, percusserunt me & non sensi. Sicut autem insensibilitas corporalis est signum mortis corporalis, similiter insensibilitas spiritualis est signum mortis æternæ. Vnde talis est similis cani, qui non sentit lapidem in collo donec extra nauẽ in aquam projicitur & submergitur. Quintus gradus dicitur iocunditatis. Postmodum.n. non solum non dolet de peccato, sed in eo delectatur & gloriatur. De talibus peccatoribus, dicitur Prouer. 2. Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Sextus gradus dicitur appetibilitatis. Adeo.n. peccatum propter consuetudinẽ malam fit ei appetibile quòd sine vlla tẽtatione incitat seipsum, & quærit quo modo illud committere possit, & sic vltro se offeret peccato, nec expectat tentatiouẽ, sed pręuenit eam, & inducit. Sicut inquit Aug. in c. consideret, de pœ. di. 5. Et ideo cadit in septimum gradum, qui dicitur defensabilitatis, quia desperatus de venia suum defendit crimen tanquam bonum. De quo Prouer. 18. dicit. Peccator cum in profundum peccatorũ venerit veniam contemnit.

NOna principalis malignitas peccati, dicitur delectationis. Vt.n. inqt August. 4. de ciui. Dei. Dæmones delectantur & gaudent, quando vident peccatum committi, propter quod homines ad æternam damnationẽ trahuntur. Vnde recitat Gregor. in 3. Dialogorum de quodam iudeo qui de campania pergẽs Romam, cum quadam die se reperisset prope ciuitatẽ fundanam, ad vesperascente die se in quodam apolinis tẽplo contulit. Ibiq; cum staret in nocte, vidit malignorum spirituum turbam principem suum comitantium, qui sedens cępit examinare quantum malum fecissent perpetrari. Venit ergo vnus qui dixit quòd cõmouerat Andream Episcopum illius ciuitatis in magnam tentationem carnis de quadam sanctimoniali quam secum habitare permiserat, confidens in virtute sua, ita quòd præterito die hora vespertina, ex lasciuia illi blandiens super collum eius manum posuerat, & alapam ei dederat. Subiunxitq; ille nequam spiritus, quòd de lapsu eius subito sperabat. Quapropter ille princeps maximam ostdit lętitiam, exortatusq; est illum vt ceptũ opus perficeret promittens q̄ tali tacsnore maximam inter alios spiritus palmam reportaret.

9. Damnũ p peccatũ nobis inflictũ.

10. Damnũ nobis p peccatũ illatũ.

DEcima peccati malignitas dicitur alienationis, siue infatuationis. Facit eñ hominem stultum & fatuum. Sed de istis fatuis plenus est mundus. Nam Eccle. 1. dicitur. Stultorum infinitus est numerus. Et ideo non possum illos ad plenum demonstrare, quia impossibile est infinita ꝑ transire primo poste. Et infinitum est nobis ignotum & magnitudine & multitudine. 1. Phisi. Dicitur autem quòd secundum philosophũ sunt sexagintatres species principales stultitię. De quibus licet aliquas quis habeat non tamen reputatur stultus sed dicitur Carlezare. Quando autem habet multas species stultitiæ puta decem, vel viginti, tunc stultus ab omnibus appellatur, maxime cum proijcit lapides per viam & huiusmodi. De ipsis autem sexagintatribus speciebus dementiæ loquendo etiam aliquas alias referemus. Prima quarum dicitur conuersionis. Stultus namq; esset qui sponte cõsentiret, & esset contentus conuerti in bestiam, sicut facit peccator qui per peccatum efficitur bestia vt supradiximus. Nonne stultus esset ille, qui esset contentus effici canis vel porcus? Certe sic. Et tamen homo per peccatum dicitur effici canis, & porcus. Vnde saluator ait. Matt. 7. Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas ante porcos. Per canes autem & porcos intelligit peccatores, peccator enim dicitur canis multiplici ratione, primo propter suam impudentiã. Sicut enim canis etiam coram rege non erubescit facere fęditatem suam, sic nec peccator coram Deo erubescit perpetrare iniquitatem, cum tamen Deus omnia videat & cernat, vt dicitur Eccle. 23. Secundo propter iracundiam. Canis enim si auribus trahitur statim irascitur iuxta illud Prouer. 26. Sicut qui appræhendit canem auribus, sic qui irascitur & impatiens commiscetur rixis alterius. Si quis vero cani blanditur, mox cauda applaudit. Si autem baculo vel lapide ei minetur territus fugit. Et similiter stultus peccator in reprehendentem se irascitur, & ipsum odit, iuxta illud. Amos 5. Odio habuerunt in terra corripientem, sed blandientem & applaudentem diligit, cum tamen dicatur. Isa. 3. Popule meus qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt. Communantem vero, & flagellantem timet, & saltem timore compescit, iuxta illud. Oratij in epistolis. Oderunt peccare mali formidine pęnę. Vnde Prouer. 10. ait Salomon. Virga in dorso eius qui indiget corde. Tertio propter insaturabilitatem, iuxta illud. prophetæ. Psal. 58. Famem patientur vt canes. Peccator enim nunquam satiatur, sed vbiq; famem patitur. Nam superbus patitur famem ambitionum, auarus famem diuitiarum, luxuriosus delectationum carnalium, & sic de singulis. Quarto propter mordacitatem. Mordet enim peccator proximum cum ei detrahit & eius famam lacerat. Vnde ille cui detrahitur potest dicere cum propheta. Psal. 21. Circundederunt me canes multi, &c. & infra. Aperuerunt super me os suum. s. detrahendo. Sicut enim lingua canis rabidi est nociua quia est venenata, ita lingua detractorum. De quibus dicit psalmista. Venenum aspidum sub labijs eorum. Quinto propter reiectorum deuorationem. Peccator enim ea quæ reijcit per confessionem iterum resumit per iterationem, iuxta illud. Prouer. 26. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suã. & 2. Pet. 2. dicitur. Canis reuersus ad vomitum suum. Tales autem canes ab hominibus sunt cauẽdi. Vnde ait Apostolus ad Phi. 3. Videte canes videte malos operarios. Tales etiã canes sunt a societate bonorũ ammouendi, iuxta illud Eccle. 13. Quæ communicatio hominis sancti ad canemus. Imo tales canes sunt a ciuitate cęlesti penitus excludendi. Vnde dicitur Apoc. 22. Foris canes & impudici ac venefici. Illis enim petentibus vitam æternam dicet Christus illud. Matth. 15. & Marci. 7. Non est bonum sumere panem filiorũ, & mittere canibus.

De multis speciebᵒ stultitiæ in quibus oībus peccato stulto assimilatur.

Peccator multis rationibus dicitur canis.

SEcunda species stultitiæ dicitur mutationis. Sicut enim stultus non stat in proposito sed sæpe mutatur, iuxta illud. Eccle. 27. Stultus vt luna mutabitur. Ita peccator si aliquando bene agere, & se emendare deliberat, cito bonum propositum derelinquit. Econtra vero sapientis indicium est perseuerare in bono ꝓposito, sicut faciebat Razias Hierosolimitanus. De quo dicitur secunda Machabeo-

De 2. specie stultitiæ

beorum.14. Hic multis temporibus continentiæ ꝓpositũ tenuit, corpus & aĩam tradere cõtẽtus ꝑ ꝑseuerãtia. Tertia stultitiæ species dicitur irregulationis. Stultus enim nec seipsum regere scit, nec vult ab alijs regere, ac gubernari. Ecõtra vero facit sapiens, de quo ait Philosophus. 1. Methau. Ad sapientem pertinet bene regere, & bene regi. Quarta species dicitur perturbationis. s. in aduersitatibus. Vnde Prouer. 14. dicitur. Qui patiens est multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens est exaltat stultitiam suam. Et ideo inquit Pãphilus poeta. c. 3. homini impatienti. Stulte quid insanis cum te dolor viget inanis &c. Quinta species stultitiæ dicitur occultationis. Peccator vero a diabolo demẽtatus occultat sua peccata confessori sicut stultus sua viscera medico corporali, iuxta illud Oratij in epistola ad quintum. Stultorum incurata pudor malus vlcera celat. Sexta species dicitur locutionis. Nam scriptũ est. Prouer. 29 Totum spiritum suum profert stultus, sapiens autem differt & reseruat in posterum. Et Isa. 32. Fatuus fatua loquit. Et Eccle. 5. In multis sermonibus inuenieẽ stultitia. Et 10 c. Stult⁹ verba multiplicat. Et 21. c. eiusdẽ libri dicitur. Labia imprudentum stulta narrabũt Et iterum in ore fatuorum cor illorum. In corde vero sapientum os illorum. Et Prouer. 15. ait Salomon. Os fatuorũ ebullit stultitiam. Septima species stultitiæ dicitur iniuriationis. Scriptum est enim Prouer. 10. Qui profert contumeliam insipiens est, & eiusdẽ libri. 14. In ore stulti iurgia supeibiæ. Et 17. capitulo eiusdẽ libri dicitur. Omnes stulti miscentur contumelijs, & 18. capitulo. Os stulti iurgia prouocat.

De 3. specie stultitiæ. *De 4. specie stultitiæ* *De 5. specie stultitiæ.* *De 6. specie stultitiæ.* *De 7. specie stultitiæ.*

Octaua species dicitur percussionis. Stulti enim postquam iniurias dixerunt proximo veniunt ad verbera, & se dum alios volunt verberare ipsi verberantur. Et Prouer. 10. dicitur Stultus labijs ceditur, idest propter delictum labiorum. Et Ecclesiast. 10. Labia insipientis præcipitabunt eum. De hac autem specie stultitiæ ait Salomon Prouerb. 18. Labia stulti immiscent se rixis, & os stulti attritio eius. Aliquando autem stultus propter verbera resipiscit, iuxta, illud Prouerb. decimo octauo. Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Sæpe etiam vnus stultus castigat alium stultum. Sicut accidit in ciuitate Bononiæ in qua erat vnus stultus qui percutiebat cum baculo omnes, quos obuios inueniebat. Quadam autem die in ipsa ciuitate venit alius stultus qui similiter facere solebat. Semel autem isti stulti inuicem obuiauerunt, & nullus eorum sciebat alterum esse stultum. Vnde ceperunt se inuicem percutere, & tam diu perseuerauerunt in percussionibus quod quilibet eorum reliquit alterum quasi mortuum. Cum autem postea tandem reuenissent, surgentes in diuersas vias se direxerunt, & nunquam amplius aliquem verberauerunt. Et si aliquando se inueniebant alicubi, statim vnus ibat ab vna parte stratæ & alter ab alia. Et vnus quisque eorum dicebat alijs, de altero. Obseruate vos ab isto, quia est stultus & percutit sibi obuiantes.

De 8. specie stultitiæ.

Nona species stultitiæ dicitur creditionis. De qua dicitur. Prouer. 14. Stultus credit omni verbo: & Ecclesiast. decimonono. Qui cito credit, leuis est corde. Decima vero species dicitur risionis. De qua Ecclesiast. vigesimoprimo. Scriptum est. Fatuus in risu exaltat vocem suam. Vnde in communi pro uerbio dicitur, quòd risus abundat in ore stultorum. Et metrice canitur. Per risum multum poteris cognoscere stultũ. Vndecima species stultitiæ dicitur laudationis. Stultus enim desiderat laudes. Vnde glosa in. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo cor. dicit. Qui laudat stultum facit ipsum currere multum. Duodecima species dicitur præsumptionis, de qua Prouer. vltimo dicitur. Stultus transilit & confidit. Tertiadecima dicitur consolationis. Stultus enim gaudet quando debet dolere. Vnde Prouer. 3. ait Salomon. Stultorum exultatio ignominia. Et quintodecimo eiusdem libri capitulo. Stultitia gaudium stulto. Et Ecclesiast. 7. dicitur. Cor stultorum vbi lætitia. Dicit tamen Seneca in libro de tranquilitate animi. Aliquando insanire iocundum est. Et verum dicit si referatur ad illos qui amore Iesu Christi quo-

De 9. 10. 11. 12. 13. specie stultitiæ.

dammodo insaniūt, vel se faciunt vt stultos propter Deum reputari, dicentes cū Apostolo.1.ad Cor.4.Nos stulti propter Christum,&c. Vel ad eos qui ex alicuius periculi euitatione,aut alio bono fine simulant se esse stultos. Sicut fecit Dauid qui coram Achis rege Geth se simulauit stultum, vt habetur primi Regum. 21. Ait enim Cato. Stultitiam simulare loco prudentia summa est.Et propter prædicta dicebat quidam facetus prædicator, quòd sunt quidam stulti a natura.i.a natiuitate, alij vero efficiuntur stulti causaliter,vtputa, ex aliquo humore malenconico, vel aliquo maleficio, aut ex nimio amore alicuius mulieres,& huiusmodi,iuxta illud.Eze.23. Insaniunt libidine amatorum suorum. Aliqui vero qui fingunt esse stultos. Et istorum stultitiæ ostensio non est damnabilis si procedat ex rationabili causa, & nihil per hoc fiat quod sit peccatum. Vnde Cato ait. Insipiens esto cum tempus postulat aut res. Aliquando enim accidit quòd nisi quis ostenderet se esse stultum, vel parui ingenij male sibi eueniret. Vnde dicebat quidam facetus sermocinator, quòd in quadam terra semel pluit quędam aqua qua omnes qui tacti fuerunt stulti effecti sūt. Quidam autem prudens homo in illa hora erat dormiens in domo, vnde non insaniuit,quia aqua illa eum non tetigit. Cum autem exurrexisset, & videret homines illius terræ nudos currere, & alia puerilia facere admiratus aspiciebat. Illi vero putantes eum esse stultum ceperunt omnes post eum currere manus colliden tes & eum insanum vocantes. Quapropter cum ille inter eos pacifice viuere nō posset inuestigauit vnde illa stultitia eorum processisset,& intellecta causa,quæsiuit si de illa aqua aliqua portio inueniri posset, & in quadam fouea modicum illius aquæ inueniens se cum ea balneauit & caput suum lauit, & sic cum alijs insaniuit. Hæc autem parabola siue facetia potest ad multa spiritualia applicari,& postea allegari illud Apostoli.1.ad Cor.3.Si quis vult sapiens esse in hoc seculo stultus fiat,vt sit sapiens.

De 14.specie stultitiæ

DEcimaquarta species stultitiæ dicitur opinionis. Stultus enim se putat sapientiorem alijs. Et ideo dicitur quòd est primum capitulum libri stultorum se reputare sapientem. De qua specie inquit Salemon Prouerbiorum duodecimo. Via stulti recta in oculis eius. Et eiusdem libri capitulo 30. Sapientior sibi videtur stultus septem viris loquentibus sententias. Et patuit de quodam viro magnæ reputationis, qui effectus stultus ibat per lutum in medio viarum. Cum autem tandem esset sanatus cum interrogaretur quare per lutum pergebat, respondebat quòd tunc in illa stultitia sua vere credebat se esse Papam, & videbatur sibi quòd omnes viæ essent taperijs coopertæ,& quòd ipse super illa incederet cum per lutum pergebat. Et videbatur ei quòd populi & turbæ quæ eum deridebant sibi honorem vt summo pontifici impenderēt. Alius autem stultus qui quotidie per plateas currebat & saltabat multis pueris sociatus & cum irritantibus, semel in tali furia fuit a quodam cum baculo percussus in capite, quo fracto statim ex pirauit quidam vapor admodum fumi, & ille subito sanatus est. Hoc enim est bonum remedium ad curationem stultitię facere euaporare caput, iuxta illud poeticum. O medici mediam capitis pertundite venam &c. Videns autem ille sic sanatus se esse in medio puerorum erubuit. Et interrogatus quid cogitabat in illa dementia? Respondit, quòd putabat se esse imperatorem mundi, & multa bella facere & pugnare valentius quam fecerit Cęsar vel Alexander magnus, & quòd credebat illos pueros esse armigeros suos.

DEcimaquinta species stultitiæ dicitur refutationis. De qua Salomon inquit. Prouer. 18. Non recipit stultus verba prudentiæ nisi dixetis ea quæ versantur in corde eius. Vnde facetus poeta canit dicens. Nemo placet stulto nisi dicat quod placet illi. Et malus efficitur qui sociatur ei. Sextadecima species dicitur incredibilitionis. Stultus enim non credit de alia vita, quæ dicitur in scripturis sacris,iuxta illud prophetæ Psalmo decimotertio.Dixit insipiens in corde *De 15. 16. & 17. specie stultitiæ*

de

de suo non est Deus. Et ideo Lucę. 24. inquit saluator. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quę locuti sunt prophetę. Decimaseptima species dicitur irationis. De qua Salomon. Ecclesiast. 7. inquit. Ira in sinu stulti requiescit, & Prouerbio. 12. Fatuus statim indicat iram suam, & Iob. 5. dicitur. Virum stultum interficit iracondia.

De 18. specie stultitiæ.

Decimaoctaua species dicitur intimorationis. De qua Aristo. inquit. lib. 1. magnorum moralium. c. 32. Stultissimus ille est qui non timet terribilia quæ supra hominem sunt hæc autem sunt diuina flagella, & dānatio æterna. Ex quo ostenditur dementia peccatorum. Cum enim omnis scriptura comminetur peccatoribus mala, iuxta illud Psalmi. 31. Multa flagella peccatoris, & Psalmi. 128. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Apparet eos esse stultos, eo q̄ non timent æterna tormenta.

De 19. 20. 21. 22. & 23. speciebus stultitiæ.

Decimanona species dicitur desperationis, scilicet verbi Dei. De qua scriptum est Prouer. 1. Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt. Vigesima vero dicitur electionis, scilicet malæ vię. Dementes enim potius vadunt per lutū, quàm per viam pulchram & nitidam, & ideo. Stultus propheto reputandus est peccator, qui valens ire per viam bonam virtutum ducentem ad patriam cęlestē, vadit per viam malam & fallacem vitiorum quæ ducit ad mortem æternam. Et de hoc scriptum est. Eccle. 6. Quid habet amplius stulto sapiens, nisi vt pergat illuc vbi est vita? Ad hoc etiam facit glo. insti. quod cum eo. §. cęterum, di. Nota quem esse stultum si eligat malum cum possit eligere bonum, vt in auten. qui mo. na. effi. sui. §. 1. Vigesimaprima species stultitiæ dicitur curationis. Nam peccator stultus est qui maiorem curam gerit de re vilissima, corruptibili & vana, quàm de impreciabili thesauro paradisi. Item stultus est qui pro paruissima delectatione corporis se priuat æternis cœlorum gaudijs, & perpetuis se deputat tormentis. Vnde Gregorius in quadam homilia inquit. Quid insanius quàm pro modica delectatione carnis æternis se obligare supplicijs? Vigesimasecunda dicitur illaqueationis, peccator enim stultus est, quia seipsum ligat, & sponte se illaqueat in manibus sui inimici diaboli, iuxta illud Iob decimo octauo. Misit in rete pedem suum. Vigesimatertia dicitur adhæsionis, scilicet maligno domino relicto optimo. Et ideo peccator stultus est, quia relicto Deo qui est summum bonum, & remunerator magnificus sibi seruientium, seruit diabolo qui de tali seruitio eū cruciabit in æternum. De hoc Greg. in quadam homilia inquit. Stultum est offenso Deo seruire diabolo, qui nullo placatur obsequio, qui quanto plus ei seruierit, tanto amplius eum torquebit.

De 24. & 25. speciebus stultitiæ.

Vigesimaquarta species dicitur filiationis. Stultus enim esset filius regis qui vellet effici filius hominis vilissimi & abhominabilis, & ideo multo stultior est peccator qui cum sit filius Dei, & consequenter cęlestis imperatoris per creationem iuxta illud Deutero. trigesimosecundo. Ipse enim est pater tuus qui possedit & fecit, & creauit te, vult effici filius diaboli, dicente ipso domino peccatoribus. Vos ex patre diabolo estis, nam pater vester diabolus est, Ioannis octauo. Vigesimaquinta species stultitiæ dicitur deuorationis. Stultus namque esset qui sponte se bestijs deuorandum exponeret, sed stultior est peccator qui se in cibum dæmonibus præbet per peccatum. Dictum quippe fuit diabolo. Gene. 3. Terram omni die manducabis idest peccatores terrenis intentos.

De 26. specie stultitiæ

Vigesimasexta species dicitur deificationis. Stultus enim esset qui posset effici Deus, & vellet effici diabolus. Sed homo virtuose viuens dicitur effici Deus, dicente nobis psalmista. Ego dixi dij estis &c. Ergo quando per peccatum se facit diabolum stultissimus est. Sicut fuit Iudas, de quo inquit dominus Apostolis suis, Ioannis. 16. Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est?

De 27. & 28. specie stultitiæ.

Vigesimaseptima species dicitur hospitationis. Stultus enim esset qui posset in domo sua hospitari Papam, vel Imperatorem mundi qui pro tali hospitio ei centum mille aureos quotidie solueret, & potius vellet hospitari vnum carnificem hominum, qui eum per gulam suspenderet. Et ideo stultissimus est homo qui cum in gratia, & charitate viuens possit Deum in se hospitari, qui ei pro tali hospitio æternos, & infinitos reddet thesauros, potius vult per peccatum hospitari diabolum qui crudelis carnifex eum æterna morte mulctabitur. De quo Augustinus in quodam sermone ait. Diabolus ita amat peccatorũ vt puniat, sicut gluto procellum vt comedat. De anima autem peccatrice dicitur Apoc. 18. Facta est habitatio demoniorum, & omnis spiritus immundi.

Vigesimaoctaua species dicitur deglutionis. Stultus nãq; esset qui spõte deglutiret, & in vẽtre trajceret scorpionẽ, vel aspidem, aut alium serpentem, qui eum interimeret. Sed multo stultior est qui p peccatũ in anima sua deglutit diabolum qui eum æternaliter peremptum in infernum proijciet. Sicut ostensum fuit in figuram in grege porcorum, quẽ intrans præcipitauit in mari vt habetur Marci. 5.

De 29. specie stultitiæ

Vigesimanona species dicitur degustationis stultus enim esset cui magis sapida, & odorifera viderentur putrida, & insipida ac fętentia cibaria quàm saporosa, & aromatica. Sed stultior est peccator cui peccata amarissima videntur dulcia, & vitia fętentia apparent odorifera. Econtra vero virtutes melle dulciores & oĩbus aromatibus fragrantiores apparent amaræ, & fætentes, & ad hoc applicari potest illud Esopi. Tu gallo stolidum, tu iaspide pulchra sophię. Dona notens, stolido nil sapit ista seges. De hac etiam degustatione ait Apostolus. 1. ad Cor. 2. Animalis. i. bestialis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.

De 30 specie stultitiæ

Trigesima species dicitur superbitionis. Quia enim scientia mundana inflat vt ait Apostolus. 1. ad Cor. 8. Ideo homoni tali scientia inflato dici potest illud Actuum. 26. insanis. Multæ litteræ te ad insaniã conuerterunt. Merito enim ille stultus apparet qui eidem scientiæ totaliter inhæret, & consequenter per superbiam tumet. Stultus namq; ab omnibus putaretur qui aliquid studiose comederet quo ventrem suum hydropici more intumescere facere. Et ideo propter hoc Hiere. 51. dicitur. Stultus factus est omnis homo a scientia sua. Et. 1. ad Cor. 3. ait Paulus. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Et ad Roma. 1. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Et in hoc sensu potest allegari illud Senecæ in libro de tranquillitate animi qui ait. Nullum magnum ingenium sine mixtura dementiæ fuit

De 31. 32. 33. & 34. specie stultitiæ.

Trigesimaprima species dicitur luxuriationis. Luxuria enim tollit homini intellectum. Et ideo inquit Dauid. Psal. 31. Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. s. per luxuriam. Equus enim, & mulus est valde luxuriosus. Trigesimasecunda species dicitur iudicationis. De qua ait Tullius, in tusculanis quæstionibus, lib. 2 Proprium stultitiæ est aliorum vitia cernere, suorũ obliuisci. Trigesimatertia dicitur indiscretionis. Stulti enim sunt in omnibus indiscreti. Trigesimaquarta species dicitur secundationis. s. prosperitatum huius mundi. De qua stultitia ait. Seneca in prouerbijs suis Fortuna quem nimis souet stultum facit.

De 35. & 36. specie stultitiæ.

Trigesimaquinta species dicitur recolectionis. Si enim quis nolet seminare, & crederet colligere fructum agri non seminati diceretur stultus, quia causa naturaliter præcedit effectum suum, vt dicitur in libro de causis, & ex nihilo nihil fit. 3. 28. phisico. Peccator igitur est stultus qui non vult seminare semina virtutum, & opera bona & credit recolligere fructum vitæ æternæ, cum dicat Apostolus, secundæ ad Corinth. 9 Quę enim seminauerit homo hæc & metet; & qui parce seminat parce & metet. Insanus etiam est ipse peccator qui de spinis, & tribulis peccatorum credit recolligere fructum

ctum supernatum delitiarum, cum dicat dominus. Matth. 7. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Trigesimasexta species dicitur vacationis. Stultus enim est qui vult ocio vacare, & sic ad magna præmia putat peruenire. Cum vt ait Gregorius in quadam homilia. Ad magna præmia perueniri non possit nisi per magnos labores. Vnde metrice dicitur. Absq; labore graui non possunt magna parari. Et propter hoc inqt Salomon. Prouer. 12. Qui sectatur ociū stultissimus est.

De 37. & 38. specie stultitiæ.

TRigesimaseptima species dicitur ędificationis. Nam stultus esset ille, q ædificaret domum super arenam, quia a ventis & pluuijs deijceretur, vt ait saluator. Matthęi. 7. Sed stultior est peccator qui domum suam ædificat super rebus transitorijs, & vanis huius mundi, qui non habet aliquam stabilitatem, dicente Salomone Ecc. 1. Vanitas vanitatū & omnia vanitas, & nihil stabile sub sole. Trigesimaoctaua species dicitur dilectionis. De qua Chrisosto. super Matthæum inquit. Omnis qui diligit periculum, & ruinam stultus est. Ex quo apparet dementia peccatoris, qui propter peccatum continue stat in periculo cadendi in infernum. Vnde dicere potest cum propheta. Psalmo. 114. Pericula inferni inuenerunt me, & tamen non vult discedere ab ipso peccato, sed delectatur stare in illo.

De 39. vsq; ad 47. speciebus stultitiæ.

TRigesimanona species dicitur faticationis. Stultus enim est ille, qui faticatur in vanum, & sine aliqua remuneratione laborat, sed stultior est qui faticatur, & laborat in opere pro quo recepturus est maximam punitionem. Et ideo stultissimus est peccator, qui in operibus peccatorum faticatur pro quibus æternam recipiet damnationem. Vnde illi dicere possumus illud. Exodi. 18. Stulto labore consumeris. Quadragesima species dicitur despectionis, scilicet sapientum, & bonorum. Stulti enim despiciunt sapientes. Vnde Iob. 19. c. sui libri dicebat. Stulti quoque despexerunt me, & inter alios fuit vxor eius, cui ipse dixit eiusdem libri secundo capitulo. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Ipsa enim eum irridebat, & despiciebat verbis suis. Quadragesimaprima species dicitur inorationis, scilicet eorum, quę necessarie sunt ad salutem, iuxta illud psalmistæ. Vir insipiens non cognoscet & stultus non intelliget hęc. Et Hiere. 5. Stulti sunt ignorantes viam domini. Quadragesimasecunda species insecutionis. Stultus enim esset qui sponte sequeretur aliquem eum ducentem ad mortem. Et ideo demens est peccator qui sequitur sensualitatem & libidinem ipsum ducentem ad perpetuum interitum, iuxta illud. Prouer. 7. Sequitur eam quasi bos ductus ad victimā, & quasi agnus lasciuiens & ignorans quòd ad vincula stultus trahatur, donec transfigat iecur eius sagitta, velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quia de periculo animæ illius agitur. Quadragesimatertia species dicitur immaturationis. Nihil enim agit stultus mature vel sensate. Vnde Prouer. 10. dicitur. Quasi per risum stultus operatur. Quadragesimaquarta dicitur subiectionis de qua Prouer. 11. scriptum est. Qui stultus est seruiet sapienti. Quadragesimaquinta dicitur, responsionis. De qua Prouer. 18. ait Salomon. Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat. Quadragesimasexta dicitur detentionis. De qua dicitur. Prouer. 18. Qui tenet adulteram stultus est, & insipiens. De quibus multi hodie inueniuntur qui retinent in domo vxores adulteras facientes eis cornua ceruis longiora. Vnde ab omnibus digito demonstrantur & hirci appellantur. De quibus dici potest, illud secundi. Esdrę. 4. Dementes facti propter vxores suas.

De 47. vsq; ad 54. speciebus stultitiæ.

QVadragesimaseptima species stultitiæ dicitur ambulationis. De qua dicitur. Ecclesiastes secundo. Stultus in tenebris ambulat. Ex quo apparet stultitia peccatoris qui in vitiorum tenebrositate delectatur habitare, & ambulare. Quadragesimaoctaua dicitur extimationis. De qua dicitur Ecclesiastes decimo. Stultus in via sua ambulans cum ipse sit insipiēs omnes stultos existimat.

Et Seneca, in libro de moribus, ait. Hoc habet omnes affectus vt in quo ipse insanit, cæteros putet insanire.

QVadragesima nona dicitur auscultationis. De qua inquit sapiens. Ecclesiast. 21. Stultitia hominis auscultare per ostium. Quinquagesima dicitur respectionis. De qua in prædicto. c. scriptum est. Stultus a fenestra respicit in domum, scilicet proximi sui, vt eius facta & secreta cognoscat. Quinquagesimaprima dicitur indisciplinationis. De qua scriptum est. Eccle. 15. Homines stulti nō apprehendent illam. s. sapientiam. Et. 21. c. Cor fatui quasi vas confractum, omnē sapientiam non tenebit, & ibidem. Compedes in pedibus stulto doctrina, & quasi vincula manuū super manum dexterā. Et in sequenti. c. dr̄. Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiā, & in fine narrationis dicet. Quis est hic? Quinquagesimasecunda dicitur litigationis, siue contentionis. Stulti enim habent caput obstinatum in suis opinionibus, & cū omnibus volunt cōtendere. Et ideo Apostolus. 2. ad Thim. 2. inquit. Stultas & sine disciplina quęstiones deuita, sciens quia generant lites. Et ad Titum. 3. iterum ait. Stultas quęstiones & contentiones legis deuita sunt enim inutiles & vanæ. Quinquagesimatertia dicitur deceptionis. Stulti enim ab omnibus decipi possunt, iuxta illud. Prouer. 5. In multitudine stultitiæ suæ decipietur. Et eiusdem libri c. 30. Stultitia hominis supplantat gressus eius.

De 54. vsq; ad 66. speciebus stultitiæ.

QVinquagesimaquarta dicitur apertionis. De qua Prouer. 13. ait Salomon. Qui fatuus est aperiet stultitiā suā. Quinquagesimaquinta dicitur confidationis. De qua Prouer. 17. idem Salomon inquit. Expedit magis vrse occurrere raptis fœtibus, q̄ fatuo cōfidenti sibi in stultitia sua. Quinquagesimasexta dicitur cōsiliationis. Nullum enim bonum consiliū dare possunt stulti. Et ideo ait sapiens. Ecclesiast. 8. Cum fatuis consilium non habeas. Non enim poterunt diligere nisi quæ ipsis placent. Quinquagesimaseptima dicitur aggrauationis. De qua Eccle. 21. dicitur. Narratio fatui quasi sarcina in via. Et Prouer. 16. Doctrina stulti fatuitas. Et eiusdem libri. c. 26. ait Salomon. Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola. Quinquagesimaoctaua dicitur discursionis. De qua sapiens inquit. Eccle. 21. Pes fatui facilis in domo proximi. Quinquagesimanona dicitur reuolutionis. De qua idem sapiens ait, eiusdem libri. c. 33. Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Sexagesima species stultitiæ dicitur machinationis. De qua Prouer. 16. ait Salomon. Vir insipiens fodit malum, & in labijs eius ignis ardescit. Sexagesima prima dicitur perditionis, scilicet amicorum. De qua Eccle. 10. dicitur. Rex insipiens perdet populum suum. Et eiusdē libri. c. 20. scriptum est. Fatuo nō erit amicus. Sexagesimasecunda dicitur improperationis. De qua eiusdem libri. c. 20. inquit idem sapiens. Datum insipientis non erit vtile tibi. Oculi enim eius septemplices sunt exigua dabit, & multa impioperabit, & apertio oris illius inflāmatio est. Sexagesimatertia dicitur vigilationis. Stulti enim ex vacuitate cerebri multum vigilant in fantasmatibus suis, iuxta illud. Sapientiæ. 14. Vigilias plenas insanie habentes, &c. Et per hoc ostenditur dementia peccatorum qui multum vigilant in mundi vanitatibus. Sexagesimaquarta species dicitur oditionis. De qua. Prouer. 12 dicitur. Qui odit increpationes insipiens est. Sexagesimaquinta dicitur turbationis. Stulti enim faciem habent turbatam, sicut etiam habent turbationem cordis, iuxta illud. Psal. 75. Turbati sunt omnes insipientes corde, & significant stultitiam peccatorum qui cauteriatam habent conscientiam.

De 66. specie stultitiæ.

SExagesimasexta dicitur obscurationis, scilicet intellectus. Vnde stulti in multis errantes per deuia pergunt, & quid agere debeant nesciunt, & talem obscuritatem intellectus facit peccatum in anima, iuxta illud ad Roma. primo. Errauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Et ideo propheta inquit. Psal. 91. Nescierunt neque intellexerunt. In tenebris ambulant. In quibus verbis tangit duplicem ignorantiam scilicet. Primo naturalem.

Ibi

Ibi nescierunt, scilicet ex natura, neq; intellexerunt, scilicet ex gratia. Secundo criminale ibi in tenebris ambulant, scilicet errorum, & peccatorum. Et hęc duo mystice designantur Lucæ. 18. vbi dicitur quòd cęcus sedebat secus viam, scilicet huiusmodi, in quo notatur ignorantia naturalis & generalis, & postmodum subditur mendicans &c. ex quo notatur ignorantia criminalis. Per illum enim cęcum, vt ait Gregorius intelligitur genus humanum. Vnde notandum quòd ista ignorantia prouenit ex peccato primorum parentum in cunctis hominibus. Et ideo de primo homine inquit idem psalmista. Homo cum in honore esset non intellexit, &c. Et Iob. 3. dicitur, circundedit eum dominus tenebris, scilicet ignorantiæ, a quo cum nos habeamus originem, naturaliter sumus ignorantes pręcipue circa septem. Vnde. Iob. 37. in persona omnium dicitur. Nos quippe inuoluimur tenebris, scilicet propter peccatũ originale. Primo enim ignorat homo pręterita. s. quid fuerit ante se. Vnde Eccle. 8. ait Salomõ. Multa est hominis afflictio qui ignorat præterita; & c. 10. iterum inquit. Ignorat homo quid ante se fuerit. Et hæc ignorantia maxime est nobis dãnosa. Nam secundum Salomonẽ Eccle. 1. Futura sunt sicut præterita. Et ideo si quis præterita nosset, multa bona operaretur, & multa mala caueret, quia Præteriti ratio scire futura facit. Secundo ignorat homo quæ futura sunt. Vnde. Eccle. 8. dicitur. Futura nullo potest scire nũcio. Et c. 10. eiusdem libri dicit. Quod post futurum est illi quis poterit indicare? quasi dicatur, nullus. Ex quo apparet magna hominis miseria. Vñ Iacobi. 4. ait Apostolus. Ecce nunc dicitis, hodie aut cras ibimus in illam ciuitatem, & faciemus quidem ibi annum, & mercabimur & lucrum faciemus, s. qui ignoratis quid sit in crastinum. Et Prouer. 29. inquit Salomon. Non glorieris ignorans quid superuentura pariat dies. Tertio ignorat homo quid sit intra se. Nam sæpe in corpore habet infirmitates quas nescit, & in anima multas passiones sub specie rationis, & multos defectus sub colore virtutis. Et ideo dicebat Deo Psal. Ab occultis meis munda me domine. Et Iob nono. dicitur. Si iustus fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Et primæ ad Cor. 4. ait Apostolus. Nihil mihi cõscius sum, tamen in hoc iustificatus non sum. Quarto ignorat homo quæ sunt iuxta se, idest intẽtionem & voluntatem proximi sui, secundum Apostolum, primæ ad Cor. 2. Vnde non potest cauere a proditionibus & adulationibus & huiusmodi. Et ideo dicitur Hiere. 9. Vnusquisque se a proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suũ deridebit, & veritatẽ non loquetur. Quinto ignorat quæ sunt supra se. s. cęlestia, vt Deum, cęlos &c. Vnde de Deo inquit Psal. Posuit tenebras latibulũ suũ. Et Sapien 9. ait Salomon. Difficile extimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore, quæ autem in cęlis sunt quis inuestigabit? Sexto ignorat quę infra se sunt. Nam cum Deus oia creata ad hoĩs vtilitatem subiecerit sub pedibus eius, vt testatur ꝓphã. Psal. 8. tñ homo propter peccatũ originale percussus ignorantiam nõ põt eorũ vltimas proprietates & rerũ differentias indagare aut explicare. Vñ Eccle. 1. dr. Cũ ctę res difficiles, non põt eas homo explicare sermone. Septimo ignorat homo naturaliter omnia. Vnde Salomon inquit. Ecclesiastes. 8. Intellexi quòd omnium operum Dei nullam possit homo inueníre rationem eorum, quæ fiunt sub sole, & quanto plus laborauerit ad quęrendũ, tanto minus inueniet, hæc ille. O maledictum peccatum, tu es illud quod ita dementes, & intellectu obscuros facis homines, vt dicere possint, illud. 1 Para. 9. Ignoramus quid agere debeamus.

Propter primũ peccatũ Adæ circa septẽ sumus ignorantes.

Secunda ignorantia dicitur criminalis quæ procedit partim ab originali peccato, & partim ab actuali. De qua Ber. in epistola ad magistrum Vincẽtium ait. Multa scienda nesciuntur, aut sciendi incuria, aut discendi desidia, & verecundia inquirendi. Et quidem hæc ignorantia non habet excusationem, & Cæsarius in quodam sermone inquit. Quamuis sit melius facere quam nosce prius, tamen est nosce, quam facere. Audi scripturam

De 2. ignorantia, in quã ꝓpter Adæ ac nostrũ peccatum incurrimus.

ram dicentem. Omnis qui non didicerit iustitiam super terram, veritatem non fa ciet, & iterum. Zelus apprehendet popu lum eruditum, hæc ille. Aristotiles autē tertio Ethic. dicit. Quod omnis ignorās est malus, & intelligitur de ignorantia procedente est culpa, maxime de ignoran tia crassa, & supina, quæ sic vocatur per quandam methaphoram. Quia sicut ho mo multum crassus vel supinus iacēs nō videt ea quæ ante pedes habet præpedi tus pinguedine, ita homo bestialis & mū danus stultitijs, ac vanitatibus deditus, non curat quæ scire tenetur intelligere. De quo psalmista ait. Noluit intelligere, vt bene ageret, & hæc est stultitia maxi ma. Si qui enim optans peruenire ad ali quam ciuitatem nolens adiscere viam ꝑ quam peruenitur ad eam, & sine qua nō potest peruenire, profecto stultus repu taretur. Et ideo stultus est peccator qui cū naturali desiderio appetat peruenire ad æternæ patriæ fęlicitatem, non curat cognoscere viam mandatorū Dei, & vir tutum sine qua ad illam non potest per ueniri. De istis autē stultis loquitur Iob, sui libri. c. 21. dicens Qui dixerunt Deo, recede a nobis, viam scientiarum tuarū nolumus. Hæc aūt maledicta ignorantia est mater cunctorum errorū. c. ignorātia. 38. di. vnde Isido. inquit. Nihil stultitia peius, nihil insipientia deterius, nihil ignorantia turpius, & ignominiosius, q̄ est mater, & nutrix omnium vitiorum. Quid sit malum culpæ nescit insipiens, quotidie peccat, & ignorat, hæc ille. Et ad prædictam stultitiam potest applica ri illud quod inqt psalmista dicēs Deo. Posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ. Pecca tores enim obtenebrari vitijs transeunt bestialiter de peccato in peccatum, & ꝓ pter ignorantiam tanq̄ amentes non sen tiūt mala sua, iuxta illud. Prouer. 23. erit sicut dormiens in medio maris, idest in magnis periculis, & quasi sopitus guber nator amisso clauo. Et ideo ipse peccato res sic dementati faciliter capiuntur in omni periculo, iuxta illud. Isa. 5. Capti uus ductus est populus meus quia non habuit scientiam. De hoc etiam loquitur Apostolus, ad Ephe. quarto. Ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum. Alienati a via Dei per ignorantiam quæ est in illis propter cęcitatem cordis eorum, hæc ille.

EX quibus infertur sexagesimasepti ma species stultitiæ quæ dicitur ex cæcationis. Stultus enim esset qui sibi erui vtrunq; oculū permitteret. Et ideo stultus est peccator qui se per iniquita tem permittit excecari a dæmonibus & ita orbari vt in æternum non videat lu men gratiæ, nec gloriæ. De peccatoribus enim dicitur. Sopho. 1. Ambulabunt vt cę ci quia domino peccauerūt. & Sapien. 2. scriptū est. Excęcauit eos malitia eorū, & de quolibet peccatore dicunt dæmo nes illud psalmistæ. Vsq; in æternum nō videbit lumen Quilibet ergo peccator di citur cęcus, & priuatus vtroq; oculo, qa per peccatum priuatus lumine cognitio nis iacet in tenebris culpæ, & ignorantię ve inquit Vgo Cardinalis super Lucam. Cęcitas aūt peccati originalis figuratur per cęcum a natiuitate. De quo habetur Ioānis. 9. Quia omnes nascimur filij irę. ad Ephe. 2. & consequenter cęci. De cęco autem per peccatum actuale inquit Deus. Isa. 42. Quis cæcus nisi seruus meus? & Matth. 15. ait saluator. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Et Apoc. 3. Ne scis quia tu miser es, & miserabilis, nu dus pauper & cæcus? Sicut enim cæci ne sciunt dirigere gressus suos, iuxta illud psalmistę. Errauerunt in solitudine, viā ciuitatis habitaculi non inuenerunt, imo sæpe vadunt per viam malam, ita & pec catores, vnde & damnati dicunt illud. Sa pien. 5. Ambulauimus vias difficiles &c. Et de ipsis dici potest illud. Sapiētiæ. 12. In erroris via diutius errauerūt, & ideo ipsi peccatores. propter hoc cognoscun tur esse stulti. Nam de stultis dicitur. Ec clesiastes. 10. Labor stultorum affliget eos, quia nesciunt in vrbem pergere. Si cut etiam cæci non cauent ab offendicu lis vel præcipitijs, ita peccatores nō præ cauent offendicula criminum, quæ si vi derēt, ab eis aufugerent, iuxta illud. Naū tertio. Omnis qui viderit te resiliet a te. Cæci etiam offendunt pedes in via pla na, & similiter peccatores in creaturas: Iuxta illud Sapientiæ decimoquarto. Crea-

De 67. specie stultitiæ.

Creaturæ Dei in laqueum factæ sunt. Item cæcus ducens cæcum eum secum ducit in foueam sicut dicitur Matth. 15. Si cæcus cæco ducatum præstet &c. Et idem habetur in cap. cum sit. de ætate & qualit. & in c. quæ ipsis. 38. di. Et similiter vnus peccator ab altero trahitur in profundum inferni, & de peccato in peccatum, iuxta illud Isa. 5. Veh qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum Philocapti etiam dicũtur cæci, & sæpe vnus alterum interficit. Et ideo amor depingitur cæcus. Vnde Ouidius in epistolis ait. Qui deceat non videt vllus amans. Cæcus etiam si velit cibare aliquẽ, quod debet ponere in ore ponit multotiens in aure. Et sic faciunt multi prædicatores cæci & mali, qui debent prædicare ad pastum cordium, & prædicant ad pruitum aurium, & ad fauorem a populis percipiendum, qui dicunt illud Isa. 30 Loquimini nobis placentia. De quibus ait Apostolus 2. ad Thi. 4. Ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidẽ auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Sed Isa. 4. dicitur. Loquimini ad cor Hierusalem, quasi dicatur, non ad aures. Et ideo dicit Vgo Cardinalis, vbi supra. Sicut ridiculum est ponere cibum in aure & non in ore, ita ridiculum est ad fauorem prędicare, & non ad vtilitatem. De talibus autem prædicatoribus dicitur Isaiæ 56. Speculatores eius cæci omnes. Possunt tamen per speculatores hos intelligi prę lati ignorantes, & mali quos sibi eligunt dissoluti, & ad suam custodiam ponunt vt non arguantur ab eis. Et ideo secundi Regum. 5 dicitur. Non ingrediaris huc nisi abstuleris cæcos & claudos.

Decẽ sunt inducentia cæcitatẽ corporalem ac spiritualẽ.

De hac autem cæcitate peccati quatuor possunt videri, scilicet, eius causalitas, grauitas, sanitas, siue curabilitas, & eius sanabilitas. Circa primum autem dico quòd sunt decem causatiua & inducentia corporalem cæcitatem, & similiter spiritualem.

Primum est magni luminis inspectio vt patet si quis inspiciat rotam solis quæ dissoluit oculos & excæcat Ecclesiastici. 43. Sol resulgens radijs suis obcæcat oculos. Et ratio est, quia vt ait philosophus in libro de sensu & sensato. Excellentiæ sensibilium corrumpunt sensum. Et ideo illi qui transeunt montes vbi sunt continue niues deferunt in manu ramum Oliuæ ne videndo solum niues excæcentur. Spiritualiter autem peccatum pręsumptionis, & curiositatis excæcat animam. Præsumptuosus. n. & curiosus dum vult figere oculum sui intellectus in rotam diuinitatis, & æternæ maiestatis diuinæ & eam inuestigare & comprehendere nititur, hæretica cæcitate opprimitur, & excecatur, iuxta illud Prou. 25. Scrutator maiestatis opprimetur a gloria. Et ad Roma. 1. ait Paulus. Euanuerunt in cogitationibus suis &c. Et Psal. 38. dicit Dauid. Attenuati sunt oculi mei suscipientes in excelso. Et propterea inquit Paulus ad Roma. 12. Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Et Ecclesiast. 3. dicitur Altiora te ne quæsieris, & fortiora, te ne fueris perscrutatus.

De 2. cæcitatem inducẽte.

Secundum inducens cæcitatem est longa in tenebris habitatio, quia vt ait philosophus. Opus naturæ est opus intelligentiæ. Et ideo natura non mittit virtutem suam ad membrum quod non operatur, sicut ad illud quod operatur, secundum eundem philosophum in li. de sen. & sensato. Et propter hoc virtus visiua in oculo clauso manente seu in aspiciendo non se exercente deficit, sed ad membrum quod operatur multam virtutem ipsa natura transmittit. Vnde philosophus dicit, quod scriptores habent oculos meliores, & fabri habent brachia alijs fortiora, & cursores crura alijs duriora, & fortiora. Et ad idem vadit quòd homo aliquando propter senium amittit visum. Sicut dicitur de Isaac Genesis vigesimoseptimo. Senuit Isaac & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat, quia organum visus, scilicet, oculus senio debilitatur, & non potest recipere lumen visus. Et ideo natura ad eum non transmittit, siue non transmittere potest virtutem videndi, quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito

2. de

2. de anima hoc autem figurat peccatum consuetudinis. Vnde psalmista ait. Comprehenderunt me iniquitates meę, & nō potui vt viderem. Quando enim homo inueteratur in tenebris peccatorum, omnino excæcatur, quia suprema intelligentia aufert ei gratiam per quam posset videre, ex quo ipsa non vtitur, iuxta illud Luc. 19. Auferte ab eo mnam, & date illi qui decem mnas acquisiuit, quia omni habenti dabitur, & abundabit, ab eo autem qui non habet etiam quod habet auferetur.

De 3. cæcitatē inducente. TErtiū est multi fumi perceptio quæ multum oculis contrariatur. Prou. 10. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his qui nutriunt illum, & significat peccatum iræ, iuxta illud Psal. 17. Ascendit fumus in ira eius, quia sicut funus ascendit in altum, ita ira ad cor. Secundum enim Damascenū ira est ebullitio sanguinis circa cor. Vnde Goffredus in poetria ait. Ira genus flammæ, materq; furoris ab ipso Felle trahens ortum, cor, & interiora venenat. Ex illa vero ebulitione fumositates ascendunt, quę oculos mentis obnubilāt. Vnde Cato inquit. Impedit ira animum ne possit cernere verum. Sicut autem cęcus ita, & iratus percutit non solum inimicum, sed etiam amicum, parentes, & filios, & quandoq; seipsum occidit. Sicut fecit Achitophel, vt habetur 2. Reg. 17. Et hoc figuratur etiā per Lamech qui occidit Kaim cum esset cęcus. Lamech enim interpraetatur percutiens, vel percussus, quia iratus sæpe alios percutit, & percutitur ab eis.

De 4. cæcitatem inducente. QVartum est pulueris in oculos insufflatio, & significat peccatum vanagloriæ, & superbiæ. Nam habens in oculis mentis puluerem honorum mundalium, & ambitionum, non potest videre viam ducētem ad regnum Cœlorum quę est via humilitatis. Et ideo Dominus ait discipulis Matth. 10. Excutite puluerem de pedibus vestris. Sicut autem cæcus credens ascendere sæpe cadit, ita vanagloriosus, & superbus. De quo habemus exemplum Luciferi qui vt scriptum est Isa. 14. dicebat in corde suo. In Cœlum ascendam, & ero similis altissimo. Vnde ibi subditur. Quomodo cecidisti lucifer, qui mane oriebaris? De hac autem excæcatione dicitur Psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et talis cæcus figuratur per Heli summum Pontificem. De quo dicitur 1. Reg. 3. Caligauerunt oculi eius nec poterat videre lucernam Domini, donec extingueretur. Possumus quoq; dicere ꝙ istud quartum inducens cæcitatem est tumoris inflatio, quando. s. oculi inflantur, & tument, & significat tumorem superbiæ. De quo Gregor. inquit. Tumor mentis est obstaculum veritatis. Et iste tumor totum humanum genus occupauit. Primo enim habuit ortum in Cęlo, quando Lucifer contra Deū intumuit. Et ideo superbia dicitur naturæ cęlestis. Vnde viros scęlestes quandoq; inuadit. Deinde de Cœlo veniens in Paradisum iuit, & ibi primos parentes inuasit, qui supra seipsos se eleuauerunt, & contra Deum intumuerunt. Deinde de Paradiso in mundum, & vndiq; se diffudit. Superbire. n. dicitur quasi super alios ire. Lucifer ergo superbiuit, quia supra Deum ire voluit. Adā superbiuit quia super seipsum iuit dum scientiam Dei appetijt. Homines vero superbiunt quia super alios ire volunt. Deus autem superbire non potest qui super alium ire non valet, eo, ꝙ supra se nullum habeat. Ad prædicta etiam adduci potest ꝙ inquit philosophus in lib. de animalibus. s. quòd oculus præminens est debilis visus. Profundus vero est boni visus, & fortis, & subtilia, ac distantia melius videt. Et similiter humiles melius, & clarius vident diuina quàm superbi, iuxta illud Prouer. 11. Vbi humilitas, ibi sapiētia. Dicit etiam philosophus ꝙ homo existens in puteo profundo videt stellas in die, per quod datur intelligi ꝙ homo humilitate præditus ad diuina suscipienda est magis idoneus, dicente Domino Matth. 11. Confitebor tibi pater Domine Cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

De 5. cæcitatē inducente. QVintum inducens cæcitatem est nimia ad lumen vigilantia ex qua oculi

oculi conturbant ũr, & significat nimiam solicitudinem quam homo habet in temporalibus administrandis, & conseruandis. De qua dicitur Eccle. 5. Saturitas diuitis non finit ipsum dormire. Et talis figuratur per Sedechiam regem Iuda, qui vt habetur 4. Reg. vlt. Excæcatus fuit in Reblatha quod interpretatur multũ hic vel multum iste commisit.

De 6. cæcitatẽ inducente.

SExtum vero est simile prædicto. s. oculorum impletio siue depressio, & significat auaritiæ depressionem. Adeo enim oculos hominis auaritia deprimit, vt eos ad Cœlum leuare non possit. Et ideo de auaris inquit psalmista. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Auarus. n. semper portat terram in oculis. Et ideo est stultus iuxta illud Prouer. 17. Oculi stultorum in finibus terræ. Auarus enim adeo est excæcatus, & stultus, ꝙ vendit animam suam diabolo, iuxta illud Eccle. 10. Auaro nihil est sceleſtius, hic enim animam suam venalem habet. Et talis cęcus figuratur per Tobiam; qui, vt habetur sui libri. c. 2. Stercoribus hirundinum fuit excæcatus. Stercora enim sunt omnia bona temporalia, iuxta illud ad Philip. 3. Omnia arbitratus sum vt stercora. Et 1. Mach. 2. Omnis gloria eius stercus, & vermis. Excæcat ergo animam nimia fertilitas, & crassitudo terrenæ substantiæ, iuxta illud Iob 15. Operuit faciẽ eius crassitudo. Et hinc est ꝙ Ephraim, & Manasses fuerunt fratres. Ephraim interpratatur fertilitas, & Manasses obliuiosus, quia nimia fertilitas seculi inducit obliuionem Dei. Sicut enim pisces aliquando ex nimia pinguedine excæcantur, & sicut anseribus oculi consumuntur, ne ex multitudine rerum visarum ab impinguatione retrahantur, sic homines ex nimia abundantia rerum in anima excæcantur. Et sicut madefactio, & nimia pinguedo impediunt ne candela accendatur, sic nimiæ delitiæ terrenæ impediunt ne gratia Dei in ipsa anima recipiatur, iuxta illud 1. ad Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.

De 7. cæcitatẽ inducẽte.

SEptimum inducens cæcitatem est humor calidus in oculos descendens, siue nimius calor ignis, aut alterius calefaciẽtis. Et ideo in Ethiopia multi propter calorem perdunt visum. Et hoc significat humorem luxuriæ, & ignem libidinis, ac carnalis concupiscentiæ, excæcantis animam, iuxta illud psalmistæ: Supercecidit ignis, & non viderunt solem. De luxuria enim dici potest illud Iob. 22. Ignis est vsq; ad cõsumationem deuorans. Sicut ergo vrsus excæcatur ad peluim candentem, ita libidinosus ad concupiscentiam ardentem. Sicut autem cæcus non discernit inter pulchrum, & turpe, quia cæcus non iudicat de coloribus, primo Physicorum, ita luxuriosus habens oculos infectos humore calido carnalis concupiscentiæ, sæpe dimittit vxorem nobilem, pulchram, & sapientem, pro meretrice turpi, vilissima, & insipiente.

De 8. cæcitatem inducente.

OCtauum inducens cæcitatem est organi deuastatio, vt quando oculus perforatur vel eruitur, sicut fecerunt Phylistijm Sansoni. De quo dicitur Iudicum 16. Eruerunt oculos eius. Et talis excæcatio figurat eos qui habent inuidiã Eccle. 14. Nequam est oculus inuidi. Item figurat eos qui habent odium cõtra proximum. De quo peccato dicitur 1. Io. 3. Qui non diligit in morte manet. Talis autem priuatus charitate dicitur esse sine oculo dextro, quo anima videt Deũ, Et ideo diabolus semper quærit hoc oculos eruere, dicens partialibus & inimicitias tenẽtibus illud 1. Reg. 11. Eruam omnium vestrum oculos dextros, &c.

De 9. cæcitatem inducẽte.

NOnum est lucis coopertio, quando quidã panniculus super lumen oculi generatur, ita ꝙ lux est cooperta & intus abscondita, nec videri potest, & significat peccatum accidiæ, vel pigritiæ, quando quis abscondit talentum a Deo acceptum, nec operatur in eo, iuxta illud Prou. 11. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis. Diabolus autem lumen feruoris quærens occultare & suffocare nubæ torporis inquit illud Eze. 32. Solem nube tegam.

De 10. excecante.

DEcimo quis excæcatus ex sanguine in oculos descendente, vel de corpore in magna copia exeunte. Et per hoc figurantur illi, qui excæcantur, & superbiunt

biunt ex nobilitate sui generis, & sangninis, & isti vt dicit Vgo Cardinalis super Ioannem figurantur per cæcum a Natiuitate. De quo habetur Ioan. 9.

Ostenditur mētis cæcitatē eē corporis cæcitate grauiorem.

QVo ad secundum de grauitate cæcitatis, dico quòd grauior est cæcitas mentis, quàm corporis. Nam quanto res est nobilior, tanto eius corruptio est peior, 2. Topic. Anima vero est nobilior omni corpore c. si habes. 24. q. 3. & c. cum infirmitas. de pœni. & remis. & per consequens eius potentiæ sunt nobiliores potentijs corporalibus. Preterea cęcus corporaliter continuè conatur habere ducem, vel saltem baculū in manu sine quo non vadit. Sed cæcus spiritualiter de duce non curat. Vnde Seneca ad Lucillum ait. Cæci ducem quærunt, nos sine duce erramus. Et Tren. 4. dicitur. Errauerunt cæci in plateis. Imo talis cæcus expellit ducem. s. Deum ducentem ad Paradisum, iuxta illud Iob 21. Qui dixerunt Deo recede a nobis, &c. Et illud Lucæ 5. Extra me Domine quia homo peccator sum. Sequitur verbo diabolum ducentem ad mortem. Et si pur vult ducem, sequitur alium cæcum, idest mala exempla aliorum. Item totaliter cæcus corporaliter non potest amplius peiorare. Peccator autem quotidie in cæcitate crescit. Item cæcus corporaliter cognoscit cæcitatem suam, & confitetur se esse cæcum, ac quærit lumen recipere & illuminari, sicut faciebat ille cæcus. De quo dicitur Luc. 18. quòd interrogatus a Christo quid vellet Respondit. Domine vt videam lumen. Sciebat enim quod dulce est lumen, & delectabile oculis videre solem Eccle. 11. Reputat etiam est cæcus se infœlicem dicens illud Tob. 5. Quale poteft mihi esse gaudium qui in tenebris sedeo, & lumen Cœli non video? Cæcus vero spiritualis non cognoscit suam cæcitatem, iuxta illud Isa. 43. Educ foras populum cæcum oculos habētem, surdum & aures ei sunt. Talibus etiā surdis, & cæcis dicitur. Isa. 6. Audite audientes, & nolite intelligere, videte visionem & nolite cognoscere. Et ibidem etiam dicitur. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude ne forte videat, oculis & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, scilicet se esse cæcum. Imo talis cæcus reputat se videntem, & alijs sapientiorem & ideo magis peccat. Vnde dicitur Io. 9. Si cæci essetis non haberetis peccatum, nunc vero quia dicitis videmus, peccatum vestrum manet. Et ad Ro. 1. ait Paulus. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Tales etiam cæci non curant illuminari per prędicationem de qua Psal. 124. dicitur Deo. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et in persona prædicatoris iterum idem psalmista ait peccatoribus. Accedite ad me, & illuminamini, &c. Imo iste cæcus despicit, & deridet vidētes, iuxta illud Prou. 29. Abhominantur impij eos, qui recta gradiuntur via. Præterea cæcus corporaliter quod videre non potest palpat, sicut faciebat Isaac dicens filio suo Iacob. Gen. 27. Accede huc vt tangam te, & probem vtrum sis filius meus an nō. Et ideo vulgariter dicitur ꝙ qui non videt palpare debet. Cæcus vero spiritualis pœnas futuras quas oculo fidei non videt, nec credit, nec etiam oculo cogitationis discutit, aut pensat, nec vult hic aliquā pœnam experiri per pœnitentiā, vt probet si pœnas æternas sustinere valebit, iuxta illud Isa. 33. Quis ex vobis habitare poterit cum igne deuorante, & cum ardoribus sempiternis? Non sic autem faciebat ille hærēmita qui vt habetur in vitis patrum tentatus a quadam meretrice comburabat sibi digitos, vt videret si posset sustinere infernale incendium, quod pro peccato luxuriæ erat sustinendum, & sic a tentatione fuit liberatus.

Christus quęcunque sanauit interius sanauit exterius.

QVo ad tertium. s. de curatione cæcitatis est sciendum ꝙ Saluator noster sanando in hominibus sensus corporales, sanauit etiam spirituales. Vnde ipse ait Iudæis Io. 7. Totum hominem sanum feci. Nam quando reddidit surdo auditum corporis, reddidit etiam ei auditum mentis, illum scilicet de quo dicit psalmista. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Quando etiam sanauit mutum dans ori corporis vt proferret verbum, dedit etiam cordi, vt Dei dulcedinem prægustaret, de qua Psal 33. dicitur. Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus. Quando vero illuminauit

cæcos

cæcos vt viderent corporaliter, illuminauit etiam eos vt viderent spiritualiter. Tria autem collyria sunt curatiua cæcitatis. Primũ est amarũ simpliciter, & fit de felle. Vnde Tob. 11. Tobiã cęc⁹ illuminatus est felle piscis, & significat amaritudinẽ cõtritionis p q̃ cæcitas mẽtis illuminaꝛ, iuxta illud Iob 17. In amaritudinibus moraꝛ oculus meus. Libera me Dñe &c. Et Hiere. 31. dr. Pone tibi amaritudinẽ, dirige cor tuũ in viã rectã. Scdm colliriũ est totũ dulce, & fit de melle, quo sanata est cæcitas Ionathæ. De quo dr 1. Reg. 14 ꝙ ipse ait. Vidistis ipsi qa illuminati sunt oculi mei, eo ꝙ gustauerim paulũ de melle isto? Et p hoc colliriũ figuraꝛ charitas, & dilectio Dei ac ꝓximi. De quo remedio dr Apoc. 3. Collirio vngeoculos tuos, vt videas. Tertiũ colliriũ est mistũ ex terra, & saliua, & cõsequẽter est partĩ amarũ, & partim dulce: nã saliua est dulcis, terra vero amara. Et hoc fecit Dñs cęco nato. Io. 9. Sicut. n. solo verbo illuminauit cæcũ illũ, de quo habetur Lu. 18. vt ostenderet se esse illum qui dixit, & facta sunt, mandauit & creata sunt, Psal. antepenultimo, ita luto voluit illuminare cæcum a natiuitate, vt declararet se esse illũ qui de luto plasmauit primum hominẽ. Gene. 2. Et hoc ait Chriso. super Ioan. Per lutum autem figuratur fragilitas, & vilitas humana quam cæcus peccator considerare debet, iuxta illud Gen. 3. Memento ꝙ puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Per saliuã vero quæ fluit de ore, figuraꝛ confessio per quã peccator ejicit causam cæcitatis suæ. s. peccatum. Et ideo si vult illuminari debet in cõfessiõe lauari aqua lachrymarũ, iuxta illud Isa. 1. Lauamini, & mũdi estote. Dr aũt Luc. 18. ꝙ clamãte cæco ad Dominum vt illuminaret eũ, illi qui ipsum Dñm præibant, & qui sequebantur increpabant ipsum cæcũ vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat. Super quo Gr. ait. Quãto maiori tumultu carnaliũ cogitationũ p̃mimur, tãto ardẽtius orationi insistere debemus. Dr quoq; in prædicto euãgelio, ꝙ stans Iesus iussit illũ adduci ad se, qđ fecit scdm Hieron. vt daret exẽplũ magnatis audiendi benigne pauperes, & mendicos, sicut erat ille cæcus, iuxta illud Eccl. 4. Declina paupi aurẽ tuã sine tristitia, & redde debitũ tuũ, & rñde illi pacifice in mansuetudine. Possumus quoq; dicere ꝙ colliriũ fellis repsentat Christũ prout fuit in Crucis patibulo, vbi tanquã piscis fuit assatus, & felle potatus. Et ista amaritudo passionis Christi dẽt sanare cæcitatẽ causatam ex carnali voluptate, quia seruus nõ dẽt delectationes q̃rere qñ videt Dñm suũ amaritudinibus repletũ. Vt. n. ait Aug. Nõ decet sub spinato capite delicatũ membrũ esse. Istud etiã colliriũ debet frangere duritiã nostræ mẽtis. In passione. n. Christi petrę scissæ sunt, terra mota est, & monumenta aperta sunt, ac mortui surrexerũt. Et ideo illi q non mollificantur isto collirio. i. recordatiõis amaritudinis Christi sunt lapidibus duriores, terra insensibiliores, monumẽtis fętidiores, ac mortuis miserabiliores. Colliriũ vero ex fauo mellis significat Xp̄m put ẽ in cęlo, ac regno suo, vbi ẽ tot⁹ dulcis, iuxta illud Eccl. 24. Spũs me⁹ sup mel dulcis, & hẽditas mea sup mel, & fauũ. Mel q̃dẽ ĩ supficie ẽ dulce, in medio dulcius in ꝓfundo ãt dulcissimũ. Et significat Xp̄m in quo ẽ triplex substãtia. s. caro q̃ est quasi supficialis, aĩa q̃ est quasi media, & deitas q̃ ẽ ꝓfunda. Mel igiť est dulce in supficie, qa sci ex visione corporis Xp̄i hẽt cõsolationes dulces, & suaues, est dulcius in medio, qa ex visione aĩæ eius hauriũt cõsolatiões & delectationes dulciores, ac suauiores. Est dulcissimũ in ꝓfundo, qa ex cõtẽplatione deitatis eius hauriũt delectatiões dulcissimas, & suauissimas. Et talis dulcedo oẽm dulcedinẽ humanã facit insipidã, dicẽte Chriso. Vere nõ hẽt ꝙ sup terrã amet, q donũ cęleste in veritate gustauerit. Item expellit cęcitatẽ causatã ex tpaliũ cupiditate, & affectione, quia secundum Augu. Omnes diuitiæ deberẽt contemni, vt saltem vna hora posset videri facies Dei. Collirium vero partim amarum, & partim dulce significat Christum prout erit in iudicio, vbi erit amarus reprobis, & dulcis electis, ac bonis. Et istud colliriũ dẽt expellere cęcitatẽ inductã ex tumore supbię, elationis, qa tũc supbi humiliabunt & deprimenť Isa. 2. dies dñi exercituũ sup oẽm supbũ, & excelsũ, & sup oẽm arrogãtẽ, & humiliabiť. Est aũt sciẽdũ ꝙ qa pctõr erat insipid⁹. Iõ ad curationẽ ei⁹ Xp̄s ĩ terrã expuit, p saliuã ãt q̃ ẽ sapida Quare Chri

Sput in terram expuit vt sanaret cæcum. pida intelligitur Dei sapientia, quæ spiritualia facit dulcescere. Sicut. n. saliua ex ore fluit, ita diuina sapientia ex ore altissimi processit vt ipsa ait Ecclesiast. 24. Tunc ergo Christus saliuam in terram expuit quando diuinam sapientiam homini terreno infundit. Quia vero peccator erat superbus, ideo lutum super oculos cæci liniuit. Lutum. n. linire est vtilitatem humanam homini ad memoriam reducere, & talis reductio est homini causa humilitatis, iuxta illud Micheæ. 6. Humiliatio tua in medio tui. Medium enim præsupponit vtrumq; extremum, quasi dicat. Causam habes humilitatis si respicias tuam natiuitatem, vitam ac mortem. Vnde quidam interrogauit quendã philosophum dicẽs. Quid fui? quid sum? & quid ero? Et ille respondit. Sperma fœtidum, saccus stercorũ, & cibus vermiũ. Quia autem peccator erat immundus ideo præcepit ipsi cæco vt se lauaret, & mundaret per pœnitentiam, iuxta illud Hiere. 4. Laua a malitia cor tuum vt salueris.

Tria signa qbus cognoscitur quãdo cæcus sic illuminatus de spũali ac corporali loquendo. QVo ad quartum de cognoscibilitate curationis istius cæcitatis est notandum, quòd dicitur Ioan. 9. de cæco illuminato. Abijt ergo & lauit, & venit videns. In quibus verbis innuuntur tria signa ad cognoscendum quando peccator sit spiritualiter illuminatus. Vnum est quando recte vadit, & incedit. s. per viã mandatorum Dei, iuxta illud Isa. 26. Semita iusti recta est, & rectus callis eius ad ambulandum. Quando vero aliquis distorte incedit per viam peccatorum, vel in via errat, non est perfecte illuminatus, & ideo admonet Apostolus ad Rom. 13. di. Rectos gressus facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Secundum autem signum q quis illuminatus sit, est quando omnes maculas etiam minimas in se aduertit, & eas abluit. Propter primum autem signum dicitur in prædictis verbis. Abijt ergo. s. recte incedendo, propter secundũ vero subditur, & lauit. Quanto n. quis magis illuminatus & sanctus fuerit, tanto magis omnes maculas etiam minimas depræhendit, quod ostẽdi potest per tria exempla. Primum est secundum Chrisostomum, quia in loco pulchro & mundo modicæ immundiciæ statim apparent. In loco autem immundo etiam magnæ immundiciæ non multum apparent. Secundum prout ponit idem Chrisosto. quia in veste alba modica macula statim videtur. In veste autem nigra etiam magnæ maculæ parum videntur, & sæpe nõ apparent. Tertium est quia in aere radio solari perfuso minuti pulueris conspiciuntur. In aere vero non radiato non cõspicuntur. Sed quia parum prodest maculas aspicere & cognoscere & eas non lauare. Ideo signanter dicitur. Abijt & lauit. Tertium signum quod peccator sit illuminatus est, quando omnia clare videt & cognoscit. Et ideo in verbis prædictis subditur. Et venit videns. Ista autem cognitio principaliter in duobus consistit, scilicet in cognoscendo Deũ & seipsum, quã cognitionem desiderabat habere B. Aug. qui in lib. soliloquiorum orabat dicens. Deus fac vt semper nouerim te & me.

De 68. spẽ stultitiæ. SExagesimaoctaua species stultitiæ dicitur acceptionis. Si quis. n. in manu sua sponte acciperet ferrum candentem & ignitum, vel ignem, aut in ardenti fornace se proijceret stultus ab omnibus putaretur. Sed stultior est peccator qui se in ignem peccati sponte proijcit. Scriptum est enim Isa. 9. Succensa est quasi ignis impietas, & vepres ipsos, ac spinas vorabit. i. peccatores. Vnde subditur. Et erit populus quasi esca ignis. De peccatoribus etiã ipsis inquit Psalmista. Exarserunt sicut ignis in spinis.

De 69. spẽ stultitiæ. SExagesimanona dicitur transitionis. Stultus enim esset qui vellet transire vltra pontem subtilissimum & lubricosum cum onere magno in dorso, potens trãsire leuis, ac sine aliquo onere, vel qui crederet intrare siue trãsire per paruulũ foramen posse cum corpore valde grosso ac pingui, vel cum corpore graui, & oneroso per spatium. 25. brachium in altum se eleuare saltando. Sed stultior est peccator q oneratus peccatis grauissimis vult transire per pontem subtilissimum ac lubricosum præsentis vitæ, cum possit si vult leuis transire ea deponendo per cõfessio-

fessionem sicut hortatur Dominus per prophetam Isa 52. di. Solue vincula colli tui &c. Et eiusdem libri c. 58. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Vult ēt stultus peccator siue credit posse transire siue intrare p portā arctissimā, & angustissimā salutis. De qua inquit Saluator Matth. 7. Intrare per angustam portam. Arcta est. n. via, quæ ducit ad vitam, cū habeat corpus pinguissimum & grossissimum. De quo inquit psalmista. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus, dilatatus, impinguatus. Dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo. Item cum sit ponderosus diuersis iniquitatibus q̄ sicut onus graue grauatæ sunt super eū, secundum prophetam Psal. 35. tamen putat q̄ poterit ad cœlum salere, ac volare, atq; dicere cum eodem propheta in morte. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam Psal. 54.

De 70. spē stultitiæ. SEptuagesima stultitiæ species dicitur præparationis. Stultus. n. esset qui habens morari in aliqua via solum per spacium vnius horę, vel per tantum temporis quo recipiat vnam refectionem, vellet ibi ædificare vnum maximum palatiū quasi nunquam alias esset habitaturus. Et tamen habens stare per mille annos in aliqua ciuitate nolet in ea sibi aliqđ hospitium siue habitaculū præparare. Sed stultior est peccator qui cū habeat in hoc mundo stare per momentum temporis in comparatione ad æternitatem alterius seculi, tamen omne studium suum occupat in præparando sibi in hac valle miseriæ habitaculo, & in illa cœlesti patria in qua si bene uixerit in perpetuum habitabit nullum satagit dignum hospitium bonis operibus sibi fabricare. Imo ædificat sibi palatiū in ciuitate infernali per peccatum, & ad illam inhabitandam se præparat, iuxta illud Abac. 2. Veh qui ædificatis ciuitatem in sanguinibus, & præparatis vrbem in iniquitate.

AD prædicta autem potest adduci exēplum quod legitur de quodam rege potēte, qui ædificauit duas ciuitates, vnā in montanis ad quam erat via stricta, & lapidosa & tria certamina. Primum per desertum in abstinentia. Secundum per rupes vestimentorum laceratione. Tertium vero per aquam macularum ablutione, sed vicens ista certamina optime recipiebatur in ciuitate ad omnia solatia, & gaudia innenarabilia. Secunda ciuitas in vallibus erat situata ad quam ducebat via delectabilis habens tria hospitia in primo optime recreabatur hospes, in secundo vestibus & honoribus exaltabatur, in tertio vero diuitijs, & lapidibus preciosis ditabatur, sed cum ad ciuitatem veniebat in carcere Imperatoris cruciabatur, & postea occidebatur. Conspiratis autē duobus socijs quo & vnus prudens, & sapiens erat, & alter stultus cum ad biuium venissent, statua in medio stans continebat vtrarumq; ciuitatū conditionem dirigens in viam rectam licet arctam ad ciuitatem gaudij, & honoris, & sapiens ait. Hæc est via recta per quam incedere debemus. Fatuus autem ait. Non sed melior est plana, & delectabilis in qua bene tractabimur. Prudens igitur propter societatem secutus est fatuum. Vnde post breuem illius vitæ delectationem ad ciuitatem peruenientes, ambo capti sunt a iudice ciuitatis & ad suspendium ducti. Excusante autem se sapiente de fatuo, quod propter societatem fuerat eum secutus. Respondit iudex. Tu cum sapiens sis sequi non debueras fatuum, sed ipse te, & sic ambo suspē si sunt. Isti autem duo socij sunt spiritus & caro inuicem confœderati, spiritus est naturaliter sapiens, corpus fatuum, duæ ciuitates sunt regnum Cœlorum, & infernus, sed arcta est via quæ ducit ad regnū. In qua oportet pugnare per abstinentiā cibi, & potus, per depositionem pręciosarum vestium & purgationem peccatorum. Alia autem est lata, & delectabilis in qua homo in principio optime recreatur, in medio ditatur, & prope finem honoratur. Sed postquam ad ciuitatem peruenerit æternaliter cruciatur. Statua autem in biuio posita est sacra scriptura quæ dicitur statua a stando, quia stabit firma in perpetuū, dicente Domino Math. 24 Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt, quæ quidem scriptura continet cōditionē vtriusque ciuitatis, & viā perueniendi ad eas.

Licet

Licet autem spiritus cum sit naturaliter prudens cognoscat quod potius est eundem per viam asperam quæ ducit ad æternã fœlicitatem, tamen tanta amicitia est cõfœderatus carni quod eius amore dementatus eam sequitur ad eternum interitum. Multæ quoq; aliæ sunt species stultitiæ quas quidam philosophi stoici describebant in quodam arbore magno habente ramos q̃ plurimos, dicentes quod singuli rami vnam speciem stultitiæ continebant, & quod vnusquisq; ad aliquem ipsorum ramorum se appendit, sed tamen non appellantur stulti nisi illi qui amplectuntur truncũ ipsius arboris, vel ramos grossiores. Sed de his speciebus pro nunc breuitatis causa pertranseo. De quolibet autem peccatore dici potest illud 1. Reg. 25. Stultitia est cum eo, & ideo o homo audi quid dicat sapiens Ecclesiast. 7. Noli esse stultus ne moriaris in tempore non tuo. Ego autem dico vobis peccatores illud Iudic. 19. Cessate ab hac stultitia vestra. Et illud Psal. 93. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite.

11. Dãnũ nobis p pecca tũ illatum. VNdecima peccati malignitas dicitur vulnerationis, scilicet animæ & conscientiæ. Sicut enim plaga non purgata opprimit corpus quotidiana molestia, ita peccatum conscientiam assidue pungit. Et ideo Aug. in quodam sermone inquit. Sicut mali cruciabuntur in die iudicij in manifesto, ita nunc cruciantur in occulto. Et in sermone de innocentibus de peccato loquens iterum ait. Lucrum in archa, damnũ in conscientia: & in primo confessionum etiam dicit. Iussisti Domine & ita est, vt omnis animus inordinatus sit pœna sibijpsi. Et in lib. de vera innocentia inquit. Nullæ sunt grauiores Cruces in vita ista, quàm mala conscientia. Ideo Isa. 57. scriptum est. Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. Eapropter Augu. in quodam sermone ait. Melior est modica amaritudo in faucibus, quàm æternum tormentum in visceribus. & Hiere. 2. dicitur. Vide q̃ malum & amarum est te, dereliquisti Dominum Deum tuum. & Boet. 3. de conso. prosa. 7. inquit. Tristes esse voluptatum exitus si quis reminisci libidinum suarũ volet intelliget. & Eccle. 2. de peccatore dicitur. Cuncti dies eius pleni sunt doloribus, & erumnis. Sicut. n. mulier contrà naturam pariens monstrum valde contristatur, ita a fortiori anima pariens peccatum contra naturam & gratiam necessario cruciatur, & sicut visio ipsius monstri continue renouat tristitiam mulieri quæ illud peperit, ita recordatio peccati commissi nouo cruciatu affligit animã quæ illud perpetrauit.

DVodecima peccati malignitas dicitur priuationis. Priuat. n. animam omnibus virtutibus, ac omnibus bonis. Cũ. n. vt inquit Plato in thimeo. Nihil fit Deo similius, q̃ vir innocens. Hanc bonitatem prædatur peccatum, quod facit hominem similem diabolo per malitiam. Item vulnerat animam plaga horribili de qua scriptum est Hiere. 3. Insanabilis est plaga tua. Et de hoc in figura habet Luc. 10. de illo q descẽdebat ab Hierusalẽ in Hiericho, & incidit in latrones, q despoliauerũt eum, & plagis impositis abierunt eo semiuiuo relicto, Hierusalẽ. n. interpretatur domus pacis, & significat pacificam conscientiam, Hiericho interpretatur domus Lunæ. i. vertibilitatis, & significat peccati stultitiam, quia stultus vt Luna mutabitur Eccle. 16. Ex qua figura patet quòd descendens ad peccata ab hostibus demonijs vulneratur, qui eum etiã expoliant omnibus bonis, quia per peccatũ homo spoliatur omnibus meritis. Sicut. n. remoto, vel corrupto priori, remouẽtur & corrumpuntur omnia posteriora 8. Phisico. Nam vt per experientiam videtur remota vel corrupta radice, remouentur & corrumpuntur fructus &c. Ita per peccatum corrupta vel remota charitate quæ est radix omnium virtutum & meritorum secundum Greg corrumpuntur & remouentur omnes virtutes & merita, & sicut mors corporalis priuat hominem omnibus bonis temporalibus Iob 27 ita mors spiritualis. s. peccati spoliat animam omnibus bonis spiritualibus. i. virtutibus & meritis. & ideo dicitur Eccle. 9. Qui offenderit in vno multa bona perdet. Omnis enim virtus detrimentum patitur ab vno peccato, & qui offenderit in vno factus est omniũ reus c. desleat. de re. iur. & Iaco. 2. c. & Ezec. 18. scriptum est. Si auerterit se iustus a iustitia sua & fecerit iniquita- 12. Peccati damnũ.

quitatem, omnes iustitiæ eius quas fecerat nõ recordabuntur. Item expoliant eũ gratia Dei, & priuant spiritu sancto qui discedit propter peccatum Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & aufert se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Peccatum etiam priuat hominem aspectu Dei, iuxta illud Psal. 5. vbi inquit Deo ꝑpheta. Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos. Priuat quoq; eum vita æterna, quia impossibile est aliquẽ in Cęlum ascendere cum aliqua macula peccati. Scriptum est.n. Apoc. pen. Nihil coinquinatum intrabit in illud. Quapropter debes o peccator ad pęnitentiã cõuerti, & mundare animam tuam ab omni peccato.; Beati.n. mũdo corde, quia ipsi Deum videbunt. Matth. 5.

3. Peccati damnum. Tertiadecima peccati malignitas dicitur offensionis. Scire.n. debes o peccator quòd peccando septem offendis. Primo enim grauissime offendis Deum cuius voluntati contrauenis, & eius proditor, ac rebellis efficeris. Quæ offensio præualet offensioni omnium creaturarũ simul, prout dicitur in c. vergentis. de hęre. Vbi scriptum est. Grauius est æternã q̃ temporalem lædere maiestatẽ. Et propterea inquit Ansel. Forsitan paruum putas aliquod peccatum. O vtinam districtus iudex paruum existimaret peccatum tuum. Nonne omne peccatũ Deũ per præuaricationem exhonorat. Deum autem exhonorare, qui omni pręualet dignitati, quomodo paruum est? Hæc ille. Secundo ex peccato contristari dicitur & offendi totus Paradisus, vtputa, omnes Angeli, & Sancti. Sicut enim frater carnalis plangit mortem fratris, vel sororis, sic omnes Angeli, & Sancti dicuntur spiritualiter plangere mortem spiritualem peccantis, iuxta illud Hiere. 33. Angeli pacis amare flebant. In hoc etiam dãnificari dicuntur quia priuantur præmio accidentali quod eis accreuisset ex salute illius si non peccasset. Tanto enim maior erit consolatio accidentalis omnium beatorum, quanto maior erit numerus electorum ex mutuo consortio, & amicitia. Tertio grauiter offenditur proximus per peccatum quem peccans suo malo exemplo, & consilio sęc pius ducit ad infernum. Vnde Aug. in lib. de pastoribus inquit. Omnis qui male viuit quantum in ipso est omnes à quibus attenditur lætaliter occidit. Quarto seipsum grauiter offendit peccans, quia cum peccato quasi cum quodam gladio se spiritualiter occidit. Scriptum est.n. Ezec. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Et psalmista ꝑpter hoc inquit. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Et de seipso iterum ait. Peccatũ meum contra me est semper. Et ideo si crudelis est qui se corporaliter interemit, multo crudelior est qui animam suam occidit. Quinto grauiter offenditur totũ purgatoriũ, pro eo ꝙ tales peccantes eos sic efficaciter iuuare non possunt suis orationibus & elemosynis sicut fecissent si in gratia stetissent. Sexto grauiter offenditur infernus, quia si talis per peccatum damnatur augetur accidentaliter pęna oĩum damnatorum secundum Aug. in c. multi. in fine. 2. q. 1. Et ob hanc causam diues damnatus rogabat Abraham vt Lazarũ mitteret ad monendos suos fratres viuẽtes ne & ipsi irent ad illum locum tormẽtorum Lu. 16. Non.n. hoc dicebat ex charitate qua priuatus erat, sed ne sibi accresceret accidentalis pęna si damnaretur. Septimo grauiter offenditur totus mundus.i. omnes creaturæ tam rationales quàm irrationales. Et ratio est secundum Greg. quia sicut offenso capite offenduntur omnia membra sic offenso Creatore ex peccato, intelligitur offensa omnis creatura. Et ideo peccator in morte sua habebit omnes Angelos, & Sanctos, & omnes creaturas contra se clamantes, iuxta illud Sap. 5. Pugnabit ꝓ illo.s. Deo orbis terrarum contra insensatos. Et ibidem dicitur de ipso Deo. Armabit omnem creaturam ad vltionem inimicorũ.

Quõ oẽa peccatũ offendantur.

O Maledictum peccatũ tu es illud quod transgrederis præceptum cœlestis Imperatoris dicente Ambrosio. Peccatum est præuaricatio legis diuinæ, & cœlestiũ inobedientia mãdatorum. Et ideo abhominabile es non solum cœlestibus sed etiam omnibus inferioribus creaturis. Nam cum omnis creatura habeat speciem, modum & ordinem vt, omnia prædicta contaminas, dicente

K Aug.

Aug. in lib. de natura boni. Peccatum est corruptio speciei, modo & ordinis. Et iõ merito ab omnibus impugnaberis.

14. Peccati damnum. DEcimaquarta malignitas peccati dr̃ falsificationis. Cum.n. anima sit ad Dei imaginẽ, & similitudinẽ facta, & adeo pulchra, & decora etiã in suis naturalibus bonis, qđ scđm Greg. sup Eze. Si possibile esset quod hoĩes ipsam aspicerent, eã quasi Deum adorarent, nec quodãmodo arbitrari possent Deum ipsa aĩa esse pulchriorẽ. Istã similitudinẽ ac pulchritudinem totã maculat corrrumpit ac falsificat peccatum, adeo qđ de similitudine Dei facit peccãtem trãsire ad similitudinẽ diaboli, & oẽm eius formositatem aufert. Vnde dr̃ Eze. 16. Recessit oĩs decor a filia Sion. Si igit̃ magnã pęnã merenẽ illi, q falsificãt sigillum alicuius principis vel Põtificis. De qua hr̃ in c. ad falsariorũ extra. de cri. fal. Multo maiorẽ plecto merẽr, q falsificat sigillum totius Trinitatis.

15. Peccati damnum. DEcimaqnta malignitas dr̃ irrecupationis. Qui.n. pctm̃ cõmittit innocentiã pdit q̃ nunq̃ recupabit. Sicut.n. corrupta mulier de cętero nunq̃ erit virgo c. si Paulus. 32. q. 5. ita semel peccãs nunq̃ se nõ peccasse gaudebit. Sicut etiã semel vulneratus sp dici põt fuisse vulneratus, & q semel furaẽ, sp dr̃ fur, ita & q semel peccauit semper peccans, se dici potest. Sicut Simon quem Dominus a lepra curauit semper postea leprosus dictus est. Et mulier quæ semel in adulterio deprehensa fuit semper adultera vocata est.

16. Peccati damnum. DEcimasexta malignitas dr̃ imparticipationis. Sicut.n. gratia existens participat de oĩbus bonis ecclesiæ militantis dicente Psalmist. Deo. Particeps ego sum oium timentium te, & custodientium mãdata tua. Sic ecõtrario existens in peccato mortali ñ pt participare de aliquo merito, vel bono ecclesię militãtis, vel triũphantis, nec de merito passionis Christi. Vnde in c. quemadmodum 23. q. 7. dicit̃. Quemadmodum membrum cum pcidit̃ ab hoĩs viui corpore nõ pt hr̃e spiritum vitę, sic q separatus est a corpore ecclesię nõ pt hr̃e spiritum influentię eius, & grẽ.

17. Peccati damnum. DEcimaseptima malignitas dr̃ satisfactionis. Nã licet pctm̃ cõmissum postea p cõtritionem de mortali fiat venia le tñ nisi dolor cõtritionis sit æqualens remanet obligatio ad pęnã tpalem. Sicut etiã pximum vulnerãs seu iniusta sua auferens licet ab eo iniurię remissionem accipiat, tñ tenetur de dãno satisfacere, & similiter est de peccatore pęnitente, iuxta illud Matth. 18. Nõ exibit donec reddat vniuersum debitum vsq; ad minimũ quadrãtem. & Aug. de pęni. di. 1. in c. nullus inquit. Nullus debite grauioris culpæ accipit veniam nisi qualencunq; & si longe minorem soluerit pęnã. & Luc. 13. dr̃ Nisi pęnitentiã egeritis omnes simul peribitis. Ex qbus patet quod ille q peccauit, quis sit malecõtentus & sic moriatur, tñ non ita cito intrabit in cęlum sicut fecisset si nõ peccasset. Et de hoc habetur figura 2. Reg. 25. de Absalone filio regis Dauid, q postq̃ patri suo fuit recõciliatus stetit tñ per duos annos anteq̃ faciem ipsius patris sui posset videre, & similiter talis peccator stabit per aliquod tps & forte multum in purgatorio, anteq̃ ad videndã faciem Dei trãsferaẽ in cęlo.

DEcimaoctaua malignitas dr̃ irreuocationis videlicet temporis amissi. Nã tempus cõsumptum eo tempore quo quis peccauit, & quo in peccato stetit cũ sit annihilatũ nunq̃ amplius reuocari seu recuperari põt, nec in eo aliquid mereri. Vnde Hiere. 7. dr̃. Qui vendidit. i. tps diabolo, ad id quod vendidit nõ amplius reuerteretur. & Ber. inquit. Euolat emissũ irrecuperabile tps & Apoc. 10. dr̃. Iurauit Angelus per viuentem in sęcula seculorum, quòd tempus amplius non erit. *18. Peccati damnum.*

DEcimanona malignitas dr̃ fastiditionis. Nã post cõmissionem peccati virtus quę primo summè placebat fit ei abhominabilis & fastidiosa. Vnde de peccatoribus inqt psalmista. Omnem escã abhominata est anima eorum. Tales.n. dicunt illud Nu. 21. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Plus.n eis placet grauitas peccati, quàm leuitas virtutis. De qua inquit Saluator Matth. 11. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. *19. Peccati damnum.*

VIgesima malignitas dr̃ insusceptionis. Durante.n. peccato in anima nõ põt Deus cum omni sua ordinata potentia, & sapientia infundere gratiã suam in ea, eo quòd peccatum, & gratia cum sint cõtraria non possunt simul stare in eodem subiecto, & iõ Sap. 1. dr̃ de spiritu sancto. *20. Peccati damnum.*

Quod

Quod non habitabit in corpore subdito peccatis.& Matth.7.ait Saluator. Nõ est bonum dare sanctum canibus, nec Margaritas mittere ante porcos, & hãc malignitatem tangens B. Stephanus inquit Iudæis Act.7. Dura ceruice & incircunci si corde, vos semper resistitis spiritui sancto. Scriptum quoq; est ad confirmationem pdictorum in c.non pōt.de cōsec. di. 4. Non pōt quis gratię cęlestis gloriã accipere nisi purgatus fuerit ab omni labe peccati & Ber. super Cãt.ait. Gratia Dei balsamum purissimum est, & ideo purũ, solidum, & profundum vas requirit.

21. Peccati damnum. Vigesimaprima malignitas dr̃ inexauditionis. Quia.n.vt diximus qñ quis peccat efficitur inimicus Dei, iccirco preces eius nõ sunt exaudibiles in cõspectu ipsius Dei. Vnde Treno. 3. dr̃ peccatori. Opposuisti tibi nubem, vt non transiret oratio. Sicut.n.principes terreni minime solent præces inimicorũ suorum exaudire, ita & Deus, iuxta illud Io.9. vbi cęcus illuminatus ait Iudæis. Scimus quia peccatores Deus non exaudit.

22. Peccati damnum. Vigesimasecunda malignitas dr̃ diminutionis. Nam peccatum cõmissum dato quod qs postea peniteat tñ diminuit in peccante feruorem charitatis, & amoris Dei Sicut etiã ex ecclipsi solis terra reddit̃ infirmior, & debilior ob radiorũ solariũ subtractionem. Proinde 3.Re. 1. figuratiue hr̃, quod Dauid senuerat, & cum operiretur vestibus non calefiebat.

23. Peccati damnum. Vigesimatertia malignitas dr̃ maledictionis. Quia.n.peccator vt dictum est factus est pditor Dei, & hostis eius, ideo a tota cęlesti curia malediciiur. Dicũt.n.omnes Angeli & beati illud Isa. 26. In terra sanctorũ iniqua gessit, tollat̃ impius ne videat gloriã Dei. Ecclesia quoq; militans eum quotidie maledicit dum in quotidiano officio de peccatoribus dicit Deo illud Psalmistæ. Maledicti qui declinant a mandatis tuis Domine.

24. Peccati damnum. Vigesimaquarta malignitas dr̃ corruptionis. Peccatum.n.corrumpit, & alterat omnes pōtẽtias & virtutes animę.s. intelligentiã, memoriã, voluntatem, affectionem. &c. Vnde de peccatoribus dicit Dauid Psal 13. Corrupti sunt, & abhominabiles facti sunt in studijs suis. Et Mich. 2. dr̃ aĩa per peccatum maculata dr̃. Propter immunditiã eius corrumpet̃ putredine pessima, Tãta aũt est corruptio peccati quòd dr̃ facere aĩam febricitare. Et pterea per febrẽ significat̃ peccatũ mortale. Sicut dicũt doctores super illud Lu. 4. Socrus aũt Simonis tenebatur magnis febribus. Et Io. 4. Hora septima reliqt eũ febris. Inter cætera.n.incõmoda q̃ patit̃ febricitãs est quòd hẽt palatũ inordinatũ, pter quod dulcia sibi vñt amara & insipida.& ecõuerso. Et similiter peccator habet inordinatũ palatũ animæ, ita quòd oĩa spiritualia sibi vñr amara, & insipida. Et hoc ostendit Chriso. super Math. per tria exempla. Primũ est qa si leoni ostendatur prarũ virens nõ excitatur eius appetitus, quia de natura sua nõ est comedere herbas virentes, sed carnes. Et similiter si luxurioso, ac voluptuoso peccatori ostendantur herbæ virentes.i.si pdicantur ei amęnitates cęlestes nõn excitat̃ eius voluptas ad eas desiderãdũ, qa nõ est moris sui desiderare spũalia, & cęlestia, sed carnalia, & voluptuosa. Vt.n. dr̃ 1. ad Cor. 2. Animalis hõ nõ percipit ea q̃ sunt spũs Dei. Et Eccl.21. Audiet luxuriosus.s.verbum castitatis, & displicebit ei, & proijciet illud post dorsum suũ, & Esopus ait. Stolido nil sapit ista seges. Secundũ exemplũ est quòd si pluuia cadit super lapidem, lapis qdẽ foris balneatur, intus autem siccus manet. Et similiter peccatores indurati, & obstinati hñt cor lapideũ, ita quod si Deus pluuiã gratiæ suæ vel inspirationis internę immiserit eis, cor eorum exterius qdem tãgit, sed interius nõ intrat, & ideo remanent aridi, & sicci ab oĩ humore gratię, iuxta illud Iob 41. Cor eius indurabitur quasi lapis. Magna auté est gratia qñ Deus ex misericordia sua tale cor induratũ molificat, vt gratia eius intrare valeat, iuxta illud Eze.36. Auferã cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneũ & spiritum meum ponã in medio vestri. Tertiũ exemplum est quòd si in aliquo vase pleno aceto, aut felle guta mellis infunditur, & mel perdit̃, & acetũ sine felle nõ dulcoratur. Et similiter peccatores terrenis dediti habent cor acetosum, & felleum, & multis amaritudinibus repletum.s.amaritudine laboris in acqrendo, timoris in custodiendo, & doloris in amittendo. Et *Per febricitãtẽ designatur peccator.*

iõ diuitię dñr spinę. Lu. 8. ex'eo q̃ cor eas possidẽtium pungũt. Sic igitur mel. i. verbum cęleste, vel inspiratio diuina in taliũ corda immittitur, & verbũ perdit, & cor eorum non mutatur. Vnde talibus p̃dicãti dici põt illud Ouidij in epistolis. Quid facis Oenone? quid semina mãdas arenę? Non proficuris littora bobus aras. Vt. n. dicitur. Eccle. 21. Non est sensus vbi est amaritudo. s. peccati. Et ideo faciendum est quod dicit Aug. qui ait. Disce nõ diligere mundum vt diligas Deum, diffunde vt implearis, auerte vt conuertaris. Alia quoq; ex causa p̃ febrem significatur peccatum, q̃a sicut febricitãs modo patit frigus, & modo æstum, sic peccator modo patitur timorem, q. est frigus animæ, modo cupiditatem, q̃ est calor aiæ. Vnde Aug. super illud psalmistæ Incensa ignis & suffossa, ait. Oĩa peccata duę res faciunt. s. timor & cupiditas, timor facit fugere omnia quæ sunt carni molesta, cupiditas vero facit appetere omnia quę sunt carni suauia.

Septem febres denotãtes septẽ peccata, & de remedijs contra ea.

SIcut autem diuersæ sunt species febrium, ita diuersæ sunt species peccatorum. Sed breuitatis cã non enumerabo omnes species ipsarum februm de qbus tractat Auicenna 1. quarti, tract. 1. 2. 3. & 4. & Galenus. 1. & 2. de differẽtijs febriũ. Solum autem septem species febrium declarabo, & ponam remedia ad curãdum eas, quarum prima dr̃ quoridiana, & significat peccatum gullæ, propter quotidianã exactionẽ, iuxta illud Is. 56. Venite sumamus vinũ & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic, & cras & multo amplius, & sunt verba gulosi loquentis cum socijs suis. Et ideo comparatur sanguisugæ, iuxta illud Prou. 30. Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes, affer affer, quia gulosus, post vnum ferculum dicit affer aliud. Et sicut febris quotidiana de facili mutatur in aliam, sic & gula cito transit in luxuriam. Vnde Hierony. ait. Venter mero æstuans cito despumat in libidinem. Vel febris quotidiana animæ sunt peccata venialia, quæ quotidie agimus, iuxta illud Prouer. 24. Septies in die, cadit iustus. transumptiue in c. septies. de pœniten. dist. 3. & assimilantur secundum Augustinum in libr. 50. homiliarum guttis aquæ, & arenæ ac scabiei, guttis aquę quia feruorem charitatis remittunt arenæ, quia sæpe a bonis operibus animam sterilem faciunt. Scabiei quia decorem animæ diminuunt. Et dicit Augustinus ibidem, quòd sicut multæ guttæ implent fluuium, & nauis faciunt naufragium. Et multa grana arenæ faciunt onus ponderosum. Et multitudo scabiei corpus reddit corruptum, sic etiam venialia peccata quando continuantur sæpe sua multitudine, ponderositate, ac deformitate ad peccatum mortale disponunt. Hęc autem febris curanda est medicina Petri Apostoli dicentis suæ primæ canonicæ c. 5. Fratres sobrij estote, contra gulam, & vigilate. s. cauendo quantum potestis etiam a venialibus peccatis.

De 2. specie febris.

SEcunda febris dicitur effimera, quæ sic dicitur ab effimero pisce marino, qui eodem die quo nascitur moritur, & significat subitum motum iræ, qui debet finiri ante solis occasum, iuxta illud ad Ephe. 4. Sol non occidat super iracundiã vestram. Vbi glosa exponit. i. ita non duret. Subitus enim iræ motus quasi naturalis est. Et ideo dicit Hiero. Qui nulla animi perturbatione mouetur lapis est. Huius autem medicinam ponit Dauid Psal. 4. di. Irascimini & nolite peccare.

De 3. specie febris.

TErtia febris est erratica quę non accidit determinatis horis, & significat inuidiam quæ quando quis laudatur accedit, & cum vituperatur recedit. Nõ. n. habet horam determinatam, sed quãdocunq; renouantur laudationes renouantur etiã accessiones. Quod patuit 1. Reg. 18. De Saul qui inuidebat Dauid. Nam quando audiebat mulieres canentes in laudem Dauid & dicentes. Saul percussit mille, & Dauid decem millia, tunc patiebatur magnam accessionem, & quotiens audiebat de sua probitate, totiens laborabat illa accessione. Quando autem Dauid publicum, & canem mortuum se nominabat tunc illa accessio recedebat. Ista enim febris nõ nascitur nisi de fęlicitate siue bono alterius, quia sola miseria caret inuidia. Vnde dixit quidam. Omnibus inuideas, inuidet nemo tibi. Et ideo inuidus significatur per Hely sacerdotem, de quo dicitur primi Regum 3. quòd non poterat videre lucernam Domini ante-

anteq̃ extingueretur. Lucerna accensa lucet extincta vero fętet. Lucerna aũt accensa sunt viri sancti, & virtuosi. Vnde de Ioanne Bapt. ait Saluator Io. 5. Ille erat lucerna ardens & lucens. Lucerna vero extincta sunt peccatores fętidi. Inuidus ergo non pőt sine magna afflictione sustinere vel videre viros virtuosos. Libenter autem videt miseros, & afflictos, & ista febris multum affligit eum, qui ipsam habet. Vnde metrice dicitur. Inuidus inuidia cőburitur intus, & extra. Et ideo dicebat Socrates. Vtinã inuidi in oĩbus ciuitatibus oculos, & aures haberent vt de cunctorum fęlicitatibus torquerentur. Hæc autem febris curanda est medicina Pauli Apost. ad Ro. 12. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, quod est ꝓprie cõtra inuidiã q̃ tristatur de alienis bonis, & gaudet de malis. Quarta febris est tertiana, q̃ vno die venit, & altero non, & significat instabiles, q̃ vno die ꝓponunt multa bona facere, & altero mutantur. Et ideo Apost. 1. ad Cor. 15. apponens eius medicinã ait. Fratres stabiles estote & immobiles, vel possumus dicere q̃d febre tertiana laborant illi q̃ de peccatis suis nolũt Deo satisfacere ꝑ tres ꝑtes pęnitétiæ. s. ꝑ cõtritioné, cõfessioné, & satisfactionem. Vnde cũ qdã dæmoniacus adductus esset ad quedã sanctum Virum, ille interrogauit dæmonem de noĩe suo. Cui rñdit. Nos sumus tres socij quorum vnus vocatur claudens cor, alius vero claudens os, & tertius claudens marsupium, officium meum est claudere cor peccatoris ne cõteratur, quòd si cõteratur laborat alius vt a cõfessione impediatur. Si vero cõterat & cõfiteatur laborat alius socius vt eum a satisfactione retrahat, & per hunc modum multos lucramur. Tertius tñ impediens satisfactioné plures oĩbus lucratur. Hæc autem febris curanda est medicina Christi Matth. 4. dicentis. Pęnitentiã agite, appropinquabit enim regnum Celorum. In pęnitentia. n. includitur contritio, cõfessio, & satisfactio c. perfecta. de pęni. di. 3. Quinta febris est cõtinua, & ista febre laborãt auari, & maxime vsurarij. Cęteri n. peccatores interpolationem faciunt in peccatis. Vsurarius vero cõtinue peccat. s. quolibet die, & qualibet nocte, & qualibet hora, ac momento, & quolibet festo, & ideo vr̃ esse deterior q̃ Iudas. Ille. n. tantũmodo vendidit Christum. Ipse vero vendit Christũ, B. Virginem, & omnes Sanctos, ac sanctas, & Angelos, q̃a eorũ festiuitates cõputat in vsuris. Et ideo q̃a similis fuit iudæ in culpa, similis etiã erit illi in pęna. Iudas. n. in aere q̃ est medius inter Cęlum & terrã interijt, ad innuendũ q̃d neq; in Cœlo debet stare cum Angelis, neq; in mundo cũ hoĩbus, sed in aere cũ dæmonibus. Et similiter vsurarius nõ habitabit in Cœlo, quia Deum, & B. Virginem & Sanctos omnes offendit, nec in mundo, q̃a homines conturbauit, sed in inferno cum dæmonibus quos per auaritiam adorauit. Auaritia. n. est idolorum seruitus Ad Colo. 3. & appellatur idolatria in c. idolatria. 28. q. 1. Ista autem febris cõtinua. s. auaritia occidit hoĩem, q̃a tollit tria q̃ sunt cã vitæ. s. cibum, somnũ & q̃etem. Auarum. n. nõ audiet comedere, iuxta illud Eccle. 14 Nõ saciabit pane & in tristitia erit suꝑ mensam suã, nec potest dormire, iuxta illud Eccle. 2. Cuncti dies eius pleni sunt laboribus & erumnis nec ꝑ noctem mens eius q̃escit, iuxta illud Prou. 4. Nõ. n. dormiunt nisi male fęcerint, & nõ rapitur ab eis somnus nisi supplantauerint, nec põt q̃etem habere sed die ac nocte est in labore & faticatione, iuxta illud Hiere. 49. Præ sollicitudine q̃escere nõ poterunt. & Eccle. 31. Saturitas diuitis non finit ipsum dormire. Auari ergo parum viuunt, sed frugales & liberales multum. Nã Prou. 28. dr̃. Qui odit auaritiã longi fient dies eius. Hæc autem febris curãda est medicina psalmistę dicentis. Diuitię si affluant nolite cor apponere. Sexta febris est quartana q̃ patiuntur leones, & significat sup̃biã ꝑ quatuor eius species. De q̃bus dic. Greg. Quatuor species timoris sunt, cum vel aliquis bonum q̃d habet a se hr̃e se existimat, vel ꝑ suis meritis datum sibi putat, vel cum iactat se hr̃e q̃d nõ habet, vel cũ despectis cæteris appetit singulariter videri hr̃e q̃d nõ habet. Vel põt significare luxuriã, q̃ ꝑ corpus explet q̃d ex quatuor elementis cõponit. De qua Amb. suꝑ Lucam ait. Febre flagrantior est libido. Vel potest significare consuetudinem longam peccandi, vt prima dies sit ma-

De 4. febris specie.

De 5. febris specie.

De 6. febris specie.

la cogitatio siue cogitationis delectatio. Secunda malus consensus. Tertia malum opus, quarta vero mala consuetudo. Ista autem triplex species quartanæ difficulter curatur. Superbia enim difficulter curatur, quia semper est in ascensu, dicente psalmista Deo. Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper, nec mirum si ascendit quia in Cœlo orta fuit. Eius autem curationis medicinam ponit Saluator di. Luc 18. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & omnis qui se humiliat exaltabitur. Alia etiam species, scilicet luxuria difficulter curatur, quia in anima, & in carne minus radicatur. Ipsa enim radicatur in anima, idest in memoria per turpium imaginationem, in intellectiua per turpium affectionem. Radicatur etiam in corpore, quia ipsum totum inflāmat, iuxta illud Iob 31. Ignis est vsq; ad consumationem deuorans, & omnia eradicans genimina. Item ipsum totum conuulnerat, iuxta illud Iob 16. Conuulnerauit lumbos meos. Item ipsum totum corrumpit & fedat, iuxta illud Iohel. 1. Computruerunt iumēta in stercore suo. Vbi Gregorius ait. Iumenta in stercore putrescere, est carnales homines in fetore luxuriæ vitam finire. Cuius medicinā ponit Apostolus ad Ephe. 5. di. Fornicatio & omnis immundicia non nominetur in vobis. Mala etiam consuetudo difficulter curatur, quod significatum est Ioannis 11. in Lazaro quatriduano quē Dominus eum quadam difficultate ostēdit se resuscitare, scilicet cum oratione & cum clamore, & cum sui conturbatione, ac cum lachrymarum effusione. Vnde dicit philosophus 9. Ethic. Non facile est homini ab antiqua consuetudine transmutari. Ratio autem quare hæc febris consuetudinis sit difficilis curationis est illa quam ponit Isidorus in 1. soliloquiorum. c. 9. dicens. Assidua consuetudo in naturam vertitur &c. Naturalia autem dicuntur immutabilia. §. sed naturalia. institu. de iure. natu. gen. & ci. Cuius medicinam ponens sapiens Ecclesiastici 12. dicit. Non erit ei bene qui assiduus est in malo, & Saluator vbi supra exclamat Lazare veni foras. i exi de mala consuetudine.

De 7. febris specie.

Septima febris est ethica, quæ est radicata in medulis, & naturalem humiditatem consumit, siue humidum radicale & significat aceidiam & tristitiam, & maxime illam de qua dicitur 2. ad Corin. 7. Tristitia sæculi mortem operatur. Talis etiam tristitia exsiccat ossa, idest virtutes animæ, iuxta illud Prouer. 17. Spiritus tristis exsiccat ossa. Et ideo dicitur Ecclesiast. 38. Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam a te, quia a tristitia festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit ceruicem. &c. Cuius medicinam ponit Apostolus ad Romanos. 12. dicens. Spiritu feruentes, Domino seruientes. Vgo autem Cardinalis super Ioannem dicit, q; per febrem intelligitur cupiditas. Nam sicut in accessu febrili calor est immoderatus interius circa cor, sed tamen febricitans sentit frigus exterius. Interius autem calorem nō sentit. Ita cupidus intra se ardet igne cupiditatis, nec tamen sentit illum ardorē quia non intelligit suam auaritiam, sed bene sentit frigus exterius, quia semper credit fame mori, & semper credit parum habere, & ea habet quæ timet amittere. Vnde & manus habet adeo frigidas, & quasi contractas, quòd eas non potest p elemosynam extendere ad pauperes. Itē pedes adeo habet frigidos & omnia alia membra, q ea non potest extendere ad bona opera Prouer. 20. Propter frigus piger arare noluit. Et de tali frigido & timore pleno dici potest illud Iob. 15. Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur, habet tamen interius caliditatem nimiā auaritiæ, quia cupiditas est sicut ignis qui nunquam dicit sufficit. Prou. 30. Vnde Eccle. 23. dicitur Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur donec aliquid glutiat, & Apoca. 16. scriptum est. Æstuauerunt homines æstu magno. Contra āt omnes febres, & alias infirmitates generale remediū est euitare contraria sanitati, & procurare ac facere conseruatiua eius. Quod spiritualiter ostendit faciēdum propheta Dauid Psal. 33 di. Declina a malo & fac bonum.

Propter nullum ha-

Ex prædictis autem omnibus potest inferri conclusio verissima. s. q propter

nū vel cōmodū peccato est assentiendum.

pter tantas peccati malignitates nullus debet mortaliter peccare pro quocunq; cōmodo, vel bono habendo, nec pro quo cunq; malo seu damno euitando vt inqt S.Bonau.in 4. Vnde notandum est, q̃ triplex reperitur bonum.s.corporale, temporale, & spūale, & similiter dicere possumus de malo, qa si reperitur vnū oppositorum in natura reperitur & reliquum 2.de Cęlo & mundo. Et 5.Metha. Bonum aūt corporale diuidit in quatuor differētias.s.essentialitatis, vitalitatis, sensibilitatis, & rationabilitatis. In prima differentia quæ dr̄; essentialitatis comprehenduntur oīa bona creata corporalia, quæ habent simpliciter purū esse sine aliqua vita, & anima, prout sunt lapides preciosi, aurum, argentum, ac alia metalla, domus, possessiones, quatuor elementa, stellæ, & omnia corpora cęlestia, vna cū Cęlo empireo. Nā licet aliqui antiqui, philosophi, inter quos fuit Auicena 9.Meth. c.2.dixerint. Quod cęli habent animas, & q̃ cęlū est magnum animal, & q̃ moue tur a propria forma perfectiua.i.aīa. Tñ theologici inter quos est Ric. noster. in 4.dist.14.& S. Bona.ibid.art.3.q.2.tenent contrariū sequentes dictum Damasceni qui ait. Cęli oīno sunt inanimati, & insensibiles. In secūda differentia boni corporalis quæ dicitur vitalitatis comprehēduntur omnia vegetabilia, vt herbæ, flores, arbores, & plantæ producentes zucharum, balsamū, cinamomū, & alia aromata, ac fructus varios. Habent.n.aīam vegetabilem qua viuunt, & crescunt. Et quantum ad hoc sunt nobiliores omni lapide precioso & auro. In tertia differētia quæ dicitur sensibilitatis comprehendūtur omnia animalia, pisces, aues &c. quadrupedes, vt boues, equi &c. & reptilia omnia. Et ista quæ habent animam sensitiuā sunt cæteris creaturis insensibilibus digniora. Vnde Aug. inquit. Quodlibet viuens digna rationis æquitate præualet omni non viuenti. Et Eccle.9.dicitur. Melior est canis viuus leone mortuo. Et 16.de animalibus ait philosophus. Anima melior est omni corpore, & animatū inanimato, ac viuum mortuo, & ens non ente. In quarta dr̄ia quæ dr̄ rationabilitatis cōtinentᷣ oīa corpora humana animata aīa rationali, quę preualent oībus alijs corporalibus, & sunt inextimabilia, vt habetur in l.pen.ff.si quadru. pau. fe.d.l.liber homo. ff.de verb.obl.l.& liberi.ff con tra emp.l.scientiā. ff.ad l. Aquil.& l.2.ff. ad legē Rod.de Iac. Posito ergo casu q̃ qs si cōmittat vnum peccatū mortale possit acquirere omnes thesauros mundi, & non solū eos qui sunt, fuerunt & erunt, sed infinitos alios. Item q̃ posset habere oīa prędicta bona corporalia, & fieri Dominus totius mundi, & oīum Cęlorum, & non solū mundi huius & cęlorum qui sunt, sed aliorū infinitorū & multo pulchriorū, & digniorū. Dico q̃ nullatenus debet consentire peccato, quo perderet animam suam quæ est incompatabiliter melior, & nobilior omnibus prædictis, iuxta illud Ouidij in 3. Metha. Cęloq; animus præstantior omni, vnde Saluator Matth.16.ait. Quid prodest homini si vniuersum mundū lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur, aut quam dabit homo cōmutationē pro anima sua? Item ponamus q̃ quis si non consentiat peccato debeat occidi, dico q̃ potius debet mortem sustinere, & oīa alia mala & pęnas ac supplicia & amissionem omniū rerum corporalium, q̄ peccato consentire.c.ita ne.32.q.5.& c. sacris. extra quod me.cau. Imo si quis cum filijs suis omnibus parentibus ac cognatis, oībusq; sibi attinentibus deberet occidi, si non consentiat peccato, potius debet sustinere suam & cæterorum mortem, imo oīum hominum mundi etiam si essent in infinitum multiplicati, q̄ consentire peccato. Ait.n.Aug. super Io. Magis eligendū est Deo dilecto mori, q̄ offenso viuere. At iō in c. cum infirmitas. de pęn. & remis. præcipit ecclesia medicis ne pro sanitate corporali infirmorū dent eis, vel faciant aut fieri concedant aliqd quod vertatur in detrimētū aīæ. Mors.n. vnius aīæ per peccatū est maioris damni, q̄ innumerabiliū mors corporū c.si habes.24.q.3. Et ideo dicunt Theologi q̃ si daretur casus pro possibili, q̃ B. Virgo vel Christus deberet occidi, vel a Paradiso exulare nisi tu peccares mortaliter, nullatenus deberes ipsi peccato consentire.

Propter amicitiam

SEcundū bonū pro quo cōsequēdo vel opposito vitādo, non debet quis peccare

vel aliquid aliud bonũ tpale nullus dẽt peccatũ cõmittere.

caie mortaliter dr̃ tpale. In quo continet̃ amicitia, libertas, sanitas, sapientia, ꝓspe ritas, bona fama, nobilitas, & dignitas, ac cætera hmõi. Si.n.qs ppetrando vnũ peccatũ posset cõtrahere amicitiã cũ oĩbus hoĩbus mundi, q sunt, fuerunt, & erũt, si oẽs viuerent, imo cũ infinitis alijs, & cũ oĩbus Angelis, & sanctis si possibile esset hoc fieri, nõ deberet illud cõmittere, imo potius subire deberet inimicitiã oĩum p̃dictorũ q̃ offendere Deũ. Ait.n. philo.1. Ethi. Pro amore virtutis necesse est oẽm amicitiã deserere. Et Saluator Lu.14.inqt. Qui amat patrẽ aut matrẽ sup me nõ est dignus. Itẽ si qs posset cõmittẽdo vnũ peccatũ mortale subijcere suę seruituti oẽs hoĩes mundi, & totũ mundũ, ꝙ si nõ cõmitteret deberet incarcerari, & seruituti subijci cũ oĩbus filijs, & amicis suis vsq; ad diẽ iudicij, nõ deberet illud ppetrare, qa deterior est seruitus peccati q̃ oĩum hoĩum. Vnde inqt Tullius in paradoxis, ꝙ improbus, & vitiosus est nephãdissimus seruus etiã si sit de nobilissima, ac dignissima familia ortus. Si ẽt qs peccãdo posset acqrere, vel cõseruare oẽm sanitatẽ, & fortitudinẽ atq; pulchritudinẽ suã vsq; ad diẽ iudicij, imo p infinita tẽpora; Qđ si nõ committat debeat subire oẽm infirmitatẽ imaginari possibilẽ, omnẽq; debilitatẽ, ac deformitatẽ, atq; turpitudinem, nullatenus deberet cõsentire peccato. Deterior.n.incõparabiliter est infirmitas, turpitudo, & debilitas vnius aĩæ peccatricis, q̃ simul oĩum corporũ. Itẽ si qs peccãdo posset acqrere oẽm sapientiã, scientiã, eloquentiã, ingeniositatẽ, & oẽm industriã, oẽsq; artes liberales, philosophiã, astrologiã, ius canonicũ, & ciuile, & theologiã, & nõ peccãdo oẽs p̃dictas sciẽtias pditurus esset. Dico ꝙ peccare nõ deberet, qa vt dr̃ Eccl.19. Melior est insipiẽtia cũ timore Dñi, q̃ apparens sapiẽtia & stultitia. Si etiã qs posset peccatũ ppetrãdo acqrere oẽm ꝓsperitatẽ haberi possibilẽ, vt familiæ, substãtię tpalis filiorũ, & cęterorũ oĩum, & ecõtrario si nõ peccaret deberent oĩbus p̃dictis priuari, & in adduersitate cõtinui vsq; ad diẽ iudicij. Dico ꝙ nullatenus dẽret peccare. Ait.n.psalmista. Melius est modicũ iusto sup diuitias peccatorũ multas. Et Salomõ inqt.Prou.13. Est quasi diues cũ nihil hẽat, & est quasi pau p cũ in multis diuitijs sit. Itẽ multo melius est acqrere regnũ cęlorũ p tribulationes, iuxta illud Act.14 Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Cęlorũ, q̃ se subdere ęternis tormẽtis peccãdo, & acqrendo ꝓsperitates. Itẽ si qs oẽm famã p vniuersũ mundũ, oẽmq; dignitatẽ, tã ecclesiasticã q̃ tpalẽ, oẽmq; nobilitatem acqrere posset peccãdo, & ecõtra nõ peccãdo deberet effici infamis in toto orbe terrarũ, & ab oĩbus cõtẽni, reijci & abhominari, nullo modo deberet cõsentire peccato, & rõ est qa incurreret maiorẽ in infinitũ vilitatẽ, infamiã, & ignobilitatẽ, atq; ignominiã p peccatũ vt patet ex pcedentibus.

Propter ſpũale bonũ nemo debet peccare.

Tertiũ bonũ ꝓ quo habendo vel non amittẽdo nõ debet qs mortaliter peccare est spũale, in quo cõtinent̃ oẽs virtutes &c. bona spũalia, vt innocentia, puritas, pietas & hmõi. Posito ergo casu ꝙ qs posset acqrere oẽm innocentiã puritatẽ, & virtutem oĩum scõrũ, ac sanctarũ, tunctorũq; spirituũ beatorum, cõmittendo vnũ peccatũ mortale, & ecõtra nõ ppetrãdo illud priuaret̃ oĩbus p̃dictis iã habitis, nõ deberet peccare, qa maius malũ esset cõmissio peccati cõtra Deũ, q̃ acqsitio oĩum p̃dictorũ. Itẽ posito ꝙ qs posset cõmittendo peccatũ cõuertere aĩas oĩum peccatorũ ad pęnitentiã & ad salutem ęternã, & liberare de dãnatione oẽs dãnatos, tã hoĩes q̃ dæmones, & illos iustificatos pducere ad gloriã, & oẽs aĩas educere de purgatorio atq; oẽs infideles, ac hereticos reducere ad verã fidem, dico qđ nullatenus peccare deberet mortaliter, imo potius deberet pmittere qđ oẽs angeli, & beati eijcerent̃ de Paradiso, & qđ oẽs creaturæ annihilarent̃ q̃ peccare. Vnde ait Ansel. in lib. de similitudinibus Magis ẽligenda est mors & annihilatio oĩum creaturarũ, tã cęlestiũ q̃ terrenarũ, q̃ offensio veritatis Et idem in li.1. Cur Deus & hõ iterũ inqt Fateor qđ p cõseruanda tota creatura nihil facere licet contra voluntatem Dei Creatoris nostri.

Rõnibus ostenditur ꝓ nullo cõmodo peccandum esse.

Prędicta ãt veritas.s. qđ ꝓ nullo cõmodo habẽdo, vel incõmodo vitãdo peccare licet mortaliter, pbari pt rõnibus, auctoritatibus, ac exẽplis. Pria rõ dr̃ bonificationis. Quinq; etenĩ leges indicãt maius bonũ esse magis diligẽdũ, & eligẽdũ minori

nori bono. Prima est lex naturalis de qua philosophus.2.de generatione & cor. ait. Natura semper eligit & cõsiderat qđ melius est. Et 3.Topi. etiã dicit. Maxime bonũ maxime omnes appetunt, & tanto malũ est magis euitandũ quanto pessimũ. Secunda lex est moralis quæ imitatur naturalem. De qua philosophus vbi supra proxime inquit. Eligendũ est de duobus omnino similibus id ex quo maius bonũ sequitur. Et 5.Ethi.ait. Duorũ bonorũ appositorũ melius est semper eligendũ. Tertia lex est canonica. De qua de conse. di. 5.in c.non mediocriter. Hiero.inquit. Nõ mediocriter errat qui magno bono prefert minus bonũ. Et similis sententia ponitur in c.duo mala.13.dist. & 22. q. 4. c. iurauit, & c nõ solũ. Et facit capitulũ, sic viue.16.q.1.vbi dicitur q de bonis debemus sectari meliores. Quarta lex est euãgelica, in qua ostẽdit melius esse quærendũ dũ ait saluator. Matth. 6. Nonne aĩa plus est q̃ esca, & corpus q̃ vestimentũ? Quærite ergo regnũ Dei &c. & Luc. 10. Cõmendauit Magdalenã quæ maius bonũ eligerat dũ dixit. Maria optimam partẽ elegit, quæ non auferet ab ea. Quinta lex est diuina qua meliora iuxta se magis locat. Vnde Dioni.in lib. de Angelica hierar. dicit q excellentiores Angeli magis iuxta Deum resident, & quo ad ministeria, & quo ad gloriã. Cõcordat etiã. Lex ciuilis cum supradictis, & similiter lex Theologica.

Cũ bonitas Dei sit maior bonitate creata, ideo illa non est amittenda vt ista acquiratur.

FActo igitur hoc fundamẽto ponatur nunc q ex vno latere sit omnis bonitas rerum creatarum tam cœlestium q̃ terrestrium. Ab alio vero latere sit simpliciter sola bonitas diuina, & clarũ est q bonitas Dei est incomparabiliter maior omni bonitate creata, quia ipse Deus dedit rebus creatis bonitatem quam habent. Gen.1. Quod autem est causa aliorum vt sint talia illud est maxime tale. 2. Mepha. Item omnis creata bonitas est finita. Nam vt dicitur. Sapientiæ. 11. Deus fecit omnia in numero, pondere, & mensura. Econtra vero bonitas Dei est infinita, vnde Plato in Timeo ait. Deus est summum bonum super omnem substantiam omnẽq; naturam, cum sit infinitæ perfectionis. Finiti aũt ad infinitũ nulla est comparatio, primo de celo, & mundo.3 & 8.Phi. & 1.Metha. Sed quod plus est. Dico q nulla est bonitas omniũ creaturarum respectu Dei. Nam saluator noster, vt habetur Luc.18 dixit. Nemo bonus nisi solus Deus, & Matth. 19. iterum ait Vnus est bonus Deus. De quo loquẽs Aug.in lib. quæsti. noui & vete. testa. dicit. Deus est bonum quoddam quod nulla attingit opinio, nulla attingit ratio, nullus capit intellectus, & quod a nulla quæuis creatura capi potest, plus enim est q̃ quicquid dici, vel cogitati potest. Et idẽ in lib de speculo. c.18. inquit. Deus est summum bonum supra quod nihil, extra qđ nihil, sine quo nihil, sub quo totum, cum quo totũ, a quo omnia, cũ quo omnia, & per quem omnia. Et Anaxagoras dixit. Deus est bonitas incogitabilis, mens immortalis, incontemplabilis celsitudo, forma non formata, sed forma omniũ formarum, impossibilis inquisitio, insopitus oculus, lux indeficiens, ens optimum atq; perfectum, ad cuius narrationem deficiunt oẽs linguæ, hæc ille. Cũ igitur Deus sit bonitas in infinitũ excedens omnem aliam bonitatẽ sequitur q nemo debet peccare, & consequenter ipsum relinquere, & perdere propter consequendum quodcũq; aliud bonum, vel cõmodũ. Et per eandẽ rationẽ non debet peccare ꝓpter euitandũ quodcũq; aliud malum, vel incommodum, quia si omnia mala, & incommoda simul ponantur, nullum est tale sicut amittere Deum, & exulare a paradiso, ac æternaliter dãnari in inferno, quod quidem malum acquiritur per peccatum. Ait enim philosophus. 8. Topi. q maximo bono maximum malũ opponitur. Cum ergo Deus sit summum bonum, sequitur q qui perdit eum incurrit malum ei contrarium quod est maximum.

SEcunda ratio dicitur dilectionis, secundum enim oẽs Theologos in 3. di. 28. Vnusquisq; debet præponere salutẽ aĩæ suæ, saluti oĩum aliarum animarum. Vnde philosophus.9. Ethico. dicit. Vnusquisq; sibi ipsi magis q̃ alijs naturaliter est amicus, quia amicabilia quæ sunt ad alterum veniunt ex amicabilibus quæ sunt ad seipsum, & Augustinus in 2.de doctrina christiana, ait. Regulam dili- *2. Ratio*

diligendi proximos, a seipso primum dilector accepit, & ideo nulli licet pro charitate aliorum peccare pro eo quòd ipse peccando offenderet charitatem propriam quam magis tenetur habere, q̃ ad proximum. Et beatus Tho. 2. 2. q. 27. art. 4 inquit. Homo ex charitate magis debet diligere seipsum quàm proximum. Cuius signum est quia homo non debet subire aliquod malum peccati quod contrariatur participationi suæ beatitudinis vt proximũ liberet a peccato, hæc ille. Scotus etiam in 3. dist. 9. dicit. Quod pro esse nullius creati saluando, est peccandũ mortaliter. Et confirmantur prædicta per illud quod ait Apostolus, ad Roma. 3. s. quod non sunt facienda mala vt eueniaot bona. Item per dictum glosæ. in c. apostolicam, extra de simo. vbi ait, quòd sub prætextu pietatis non est impietas commitenda. Argumenutm in c. non est putanda. 1. q. 1. Vnde non licet facere vsuras, & furta vel rapinas, vt fiant eleemosynæ. c. neq; enim & c. forte. 14. q. 5. Nec similiter licet adulterari causa generandi filios ad cultum Dei. 32. q. 4. c. sic nõ sunt & 22. q. 4. c. inter cætera. Pro nullo ergo commodo vel incommodo licet committere peccatum quo perditur anima quæ præualet omnibus bonis.

3. Ratio. Tertia ratio dicitur electionis. Teste enim philosopho. 3. Ethi. & 3. Topi. Duobus malis appositis quorum vnum est maius altero, minus semper est eligendum, vt etiam habetur in c. duo mala. 13. di. & 14. di. c. 1. & notatur in. l. 1. §. penultimo. ff. de peri. & cõ. rei ven. & in l. quotiens la. 4. ff. de regu. iur. & in. l. 1. §. 1. ff. de ven. in pos. mit. & in. §. cum igitur, in auten. de non eil. se. nu. col. 1. & in c. non solum. 22. q. 4. Et patet hoc exemplo naturali. Nam homo vt saluet caput exponit brachia, & alia membra discrimini. Exemplo serpentis, qui vt saluet caput totum corpus percutienti exponit. Dicit ergo Augustinus, in libro de doctrina christiana, quòd pro capite nostro qui est Christus, instante necessitate debet quisq; christianus morti exponere corpus suum, & sic patet propositum, quia pro conseruanda vita corporali nõ debet quis mortaliter peccare negando Christum, vel aliam mortalem culpam perpetrando. Debet enim potius eligi mors corporalis, quæ est minus mala, quàm mors spiritualis. Vnde dicit Augustinus in homilia super Ioannem, quæ ponitur in officio sancti Laurentij. Cum autem causę articulus venerit vt hæc conditio proponatur, aut faciendũ esse cõtra Dei pceptũ aut ex hac vita migrandũ quorũ duorũ homo cogatur alterum eligere, comminante mortem persecutore, ibi eligat potius Deo dilecto mori quam offenso viuere. Ibi oderit in hoc mundo animam suam, vt in vitam æternam custodiat eã, hæc ille. Cum ergo minus sit malum perdere corpus, & omnia temporalia quàm perdere animam, sequitur quòd pro conseruatione ipsius animę debemus ipsum corpus, & omnia quæ hoc in mundo haberi possunt exponere. Vnde Iob. 2. dicitur. Pellẽ pro pelle, & cuncta quæ possidet dabit homo pro anima sua. Item cũ peccatum mortale sit maius malum quã quælibet pœna temporalis, & quã quęuis pęna purgatorij & inferni secundum Franciscum de maironis in sermone de gratia Dei, qui ait, quòd magis eligerent animæ beatorum esse in inferno sine peccato quàm in Paradiso cum vna mortali culpa. Et idem facerent omnes Angeli, secundum eundum doctorem ibidem, quia pęna in se non est simpliciter mala, sed ipsum peccatum est simpliciter malum, imo est pessimum, quo nihil est horribilius, detestabilius, ac malignius. Ideo dicit beatus Tho. in quolibeto. Quod oĩs vere contritus tenetur magis velle esse in inferno quàm Deum offendere. Et Ric. in 4 di. 50. ar. 4. q. 2. determinat quòd damnati magis debent velle non esse, quàm esse in peccato, & ibidem assignat inter alia rationem quare beati, & damnati magis debeant velle esse in inferno sine peccato, quàm in Paradiso cum offensa Dei dicens, quòd ex eo quòd quisq; damnatus, vel beatus tenet̃ magis diligere Deũ, quàm seipsum, cũ sit in infinitum maioris bonitatis, per consequens etiam magis tenetur velle malum proprium, quã diuinam offensam. Quapropter concluditur quòd & nos idem velle debemus. Et ideo Anselmus, in libro de similitudinibus. Et Augustinus, in sermonibus cõmunibus, sermone primo, inquit. Mallẽ

purus

purus & innocens gehennam intrare, q̃ sorde pollutus cęlestia regna tenere. Cũ constet solos malos in inferno torqueri, & solos bonos in cęlesti beatitudine foueri.

Auctoritatibus ostenditur ꝑ nullo commodo peccandum esse mortaliter.

HÆC etiam veritas probatur auctoritatibus. Ait enim Augustinus in sermone.3 de vno martyre. Duo sunt q̃ homines ad peccata, aut ducunt, aut impellunt, voluptas, & dolor, voluptas allicit, dolor impellit. Vt enim habeant homines voluptatem & non patiantur dolorem peccant. Et ideo Deus contra ista duo quorum vnum est in blanda promissione & alterum in terribili comminatione, & promittere dignatus est & terrere. Promittere regnum cęlorum, terrere de supplicijs infernorum. Dulcis est voluptas, sed dulcior est Deus. Malus est dolor temporalis, sed peior est ignis ęternus. Habes quod ames pro mundi amoribus, imo pro immundis amoribus. Habes quod timeas pro mundi terroribus, hæc ille. Qui etiam in c. faciat. 22. q. 2. ait facit homo pro temporali salute hominum quod potest. Cum autem ad hoc ventum fuerit vt tali saluti nisi peccando consulere non possit, iam se existimet non habere quid faciat. Et idem habetur in c. sequenti, & in c. si quis ad te confugerit, eadem quęstione & causa vbi dicitur. Si quis ad te confugerit qui de mendacio tuo possit a morte liberari, non es mentiturus. Os enim quod mentitur occidit animam. Cum ergo mentiendo vita æterna amittatur, nunquàm pro cuiusq̃ vita corporali, & temporali mentiẽdum est, hæc ibi. Facit etiam ad hoc illud qđ ait Alexan. Papa, in c. super eo. de vsu. di. Cum sacra scriptura prohibeat pro alterius vita mentiri, multo magis est homo prohibendus ne pro redimenda vita captiui vsurarum voragine inuoluatur. O nephandissimum peccatum tu es adeo horribile quòd per te dæmones coluntur vt ait Hiero. in c. in eo. 32. q. 4. Qui etiam in c. conuertimini, de pe. di. 1. ait. Solo peccato diaboli filij sumus. Et ideo debemus illud super omnia euitare. Exemplo Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, & aliorum sanctorum, qui potius voluerunt amittere vitam, quàm peccatum cõmittere. In quorum persona inquit Paulus, ad Roma. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et subdit. Certus sum quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; virtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura aliqua poterit nos separare a charitate Dei quę est in Christo Iesu domino nostro. Exemplum autem de hoc habemus particulariter de Abraham q. potius voluit immolare filiũ suum quam facere contra Dei præceptum. Gen. 22. De quo habetur. 22. q. 2. §. quandoq;, & c. non enim Item Susanæ quæ potius voluit se exponere periculo infamiæ & lapidationis quàm adulterium committere. Dan. 13. Et similiter possumus exemplificare de alijs sanctis. Vnde si petes. O Stephane cur lapidari voluisti? O Laurenti cur cremari te permisisti? O Petre: O Andrea quare crucifigi voluistis? Et sic de singulis omnes respondebunt. Ne creatorem nostrum offenderemus. Similiter quoq; exemplificare possumus de virginibus. Vnde si interroges. O Lucia: O Agatha: O Catherina: O Agnes: O Vrsula. Et sic de alijs, quare tot cruciatus & mortem sic acerbam sustinuistis? Respondebunt profecto. Ne peccaremus in dominum Deum nostrum. Exemplum etiã habemus religiosorum, & hęremitarum. Vt de Paulo primo heremita. De sancto Antonio, de beato Hilarione. Itẽ de Augustino, Basilio, Benedicto, Francisco, & Dominico. Qui tot ieiunijs, vigilijs, ac alijs austeritatibus carnem suam macerauerunt, & ab omnibus carnalibus delectationibus abstinerunt ne Deum offenderent. Quid dicam de beato Ioanne Baptista, qui in quinto anno perrexit ad hæremum propter eandem causam? Vnde de ipso canit ecclesia. Antra deserti teneris sub annis, ciuium turmas fugiens petisti, ne leui saltem maculare vitam famine posses. Exemplum quoq; habemus saluatoris nostri qui triginta tribus annis voluit peregrinari, ac sufferre famẽ, sitim, frigus, & calorem, & tandem sustinere vituperosam, ac crudelissimam mortẽ

Gentilium exēplis ostē ditur pp cō modum non fiere peccare.

oculis ne patris sui obedientiam offenderet. De quo Apostolus, ad Phili.2. ait. Christus humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, mortem autē crucis &c. Sed dimissis exemplis fideliū, veniamus ad philosophos morales, paganos, ac gentiles, qui licet non habuerint cognitionem de Christi natiuitate, nec spem de futura resurrectione, tamen dixerunt quòd quisq; debet esse tantæ fortitudinis, ac constantiæ, vt potius mortē eligat, quàm virtutem offendat, & quòd maius malum est peccatum, quàm seruitus, & quàm perditio omnis dignitatis, amicitiæ, & diuitiarum, & quàm ipsa mors. Vnde Tullius, in 2. de officijs, ait. Nemo bonus, nemo iustus esse potest q̄ exilium, qui egestatem, & qui mortem timet, & qui ea quæ sunt his contraria iustitiæ anteponit, & Philosophus. 1. Ethi. dicit. Melius est mori, quàm agere contra virtutem, & pro salute veritatis necesse est omnem amicitiam deserere. Inter cæteros autem philosophos morales laudatur Socrates, qui vt refert Valerius, lib. 8. & Boetius in primo de conso. & Augu. in libro de vera religione, potius voluit mortem sustinere, quàm idola adorare. Laudat quoq; Tullius in primo de offi. & August. in primo de ciuit. Dei. Marcum Attilium Regulum Romanum cōsulem, qui potius voluit horribilissimam mortem pati, q̄ fidem datam carthaginensibus violare. O igitur perditi christiani qui pro vno aureo, vel solido falsum iuratis, & pro quolibet vel modico solatio, vel commodo consequendo, vel incō modo euitando Deum offenditis, & mortaliter peccatis. Scitote quòd in inferno crudelius puniemini quàm gentiles, & pagani. Et ideo vllatenus nolite consentire peccato. Ait enim dominus. Exo. 30. Si quis peccauerit ante me, delebo eum de libro vitæ in quo scriptus est. Seruate igitur consilium quòd vobis datur. Leui. 11. vbi dicitur. Nolite contaminare animas vestras. s. per peccatum. Scriptum est enim Eccle. 41. Veh vobis impij qui reliquistis legem domini altissimi. Nam si mortui fueritis in maledictione erit pars vestra. Et dominus ait. Osee. 7. Veh illis qui recesserunt a me. Scriptum est etiam. 1. Macha. 2. Non est nobis bonum relinquere legem, & iustitiam Dei. Ipse enim ait Prouer. 8. Qui in me peccauerit lædet animam suam. De malignitate autem peccati dicitur, Treno. 1. Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est, & Prouer. 29. Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & Eccle. 16. In sinagoga peccantium exardescet ignis, & Tobiæ. 12. Qui faciunt peccatum, & iniquitatem hostes sunt animę suæ. Et ideo Tobias admonebat suum filium eiusdem, libri. 4. c. dicens. Caue ne vnquàm consentias peccato. Scriptum est enim Prouer. 14. Miseros facit populos peccatum. Et ideo dicitur. Eccle. 21. Quasi a facie colubri fuge peccatū. Scriptum nanq; est. Hiere 5. Peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis, & Prouer. 13. Peccatores persequetur malum, & Ecclesiastes. 2. Peccatori dedit Deus afflictionē, & curam superfluam, & Amos. 9. ait Dominus. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, & Isa. 1. iterū inquit. Veh genti peccatrici populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, & Sapientiæ. 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Et ideo ait Sapiens. Ecclesiastici. 20. Fili peccastīne adijcias iterum peccare, sed de pristinis deprecare vt tibi dimittantur. Et eiusdē libri. c. 17. iterum inquit. Conuertere ad dominum, & relinque peccata tua, & minue offendicula. Scriptum est enim in Psal. 140. Cadent in retiaculum eius peccatores, & Psal. 144. Et omnes peccatores disperdet, & Ezechiel. 33. Iustitia iusti non liberabit eum in quacunq; die peccauerit. Non solum autem scriptura detestatur peccatum, sed etiam pagana quę omnes malos dicit esse stultos, & stultitiæ filios, vnde Tullius in libro. 2. artis nonę. c. 6. ait. Omnium malorum stultitia est mater atq; materies, hac autem stultitia nihil est deterius, vnde idem Tullius in tusculanis quæstionibus lib. 3. ait. Insipientia nullum maius malū est, adeo autem est peccatum detestabile vt omnino illicitum sit omnibus legibus, vnde in l. filius. ff. de condi. insti inquit iuris consultus. Ea quæ lædunt pietatem, extimationem, aut verecundiam, & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores sunt nec facere, nos posse credendum est.

Ad

Ad euitationem etiam peccati hortatur dominus dicens paralitico curato. Ioannis. 5. Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, transumptiue de pęni. di. 2. c. 1. & di. 3. c. adhuc instat. Et de pœni. & re. c. cum infirmitas. Item in adulterio deprehensę mulieri dixit. Vade & amplius noli peccare. Ioannis. 8. Transumptiue in c. ponderet. 50. di. & 32. q. 1. §. quod autem. & de pęni. di. 3. c. si Apostolus. & §. hac auctoritate. Apostolus quoque hortatur dicens. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad Rom. 6. & 50. di. c. ponderet, & de conse. di. 4. c. non ex quo & Iacobi. 4. dicitur. Mundate peccatores manus vestras, & purificate corda vestra duplices animo. & 1. Petri. 3. Satagite immaculati inueniri in pace. Dicamus ergo omnes cum beato Tobia & rogemus dominum dicentes. Mundam serua animam meam ab omni concupiscentia. Tobiæ 3. Vt possimus dicere cũ beato Iob. Non repræhendit me cor meũ in omni vita mea Iob. 17. Solus enim ille ingredietur amena cęli tabernacula qui reperietur sine peccati macula, vt testatur Dauid. Psal. 14. Et innocens manibus & mundo corde Psal. 23. Et idem propheta inquit. Psa. 56. Nouit dñs dies immaculatorũ. Psal. 118. iterum ait. Beati immaculati in via, & Prouer. 22. dicit Salomon. Qui diligit cordis mundiciam habebit amicum regem, scilicet cęlestem, & Lactan. in libro de ira Dei. c. 27. ait. Non faciunt beatum mortiferę, ac vitiosę voluptates, non opulentia libidinum incitatrix, non inanis ambitio, non caduci honores, quibus illaqueatus animus humanus, & cor mancipatus æterna morte damnatur, sed sola innocentia, sola iustitia cuius legitima, & digna merces est immortalitas, quã statuit à principio Deus sanctis, & incorruptis mentibus quæ se à vicijs, ac ab omni labe terrena integras inuiolatasq; conseruant. Proinde vniuersos oportet sapientes, qui homines meri to dici volunt fragilia contemnere, & terrena calcare, vt possint cum Deo beatissima necessitudine copulari, hæc ille.

PARS SECVNDA huius sermonis de diuersis vocibus inuitantibus peccatores ad pœnitentiam.

Septem sunt voces ad pęnitentiam inuitantes quemlibet peccatorem. Prima est Dei qui quintupliciter inuitat. Primo voce scripturarum. Vnde Psal. 2. inquit per os Dauid. Apprehendite disciplinam nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta, & Matth. 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ, & Matth. 4. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorũ, & Luc. 11. Contendite intrare per angustam portã, & Matth. 11. Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos & Apoc. 2. Memento vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Secundo vocat Deus inspiratione, iuxta illud. Ioannis. 3. Spiritus vbi vult spirat, & ad Ephesios. 5. Surge qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Christus. s. per intrinsecam inspirationem. Vnde ipse dominus inquit. Apoc. 3. Ego sto ad ostium & pulso. Clamat ergo illud quod scriptũ est. Can. 6. Reuertere reuertere sunamitis, reuertere reuertere vt intueamur te.

Prædicatoribus peccatores ad pænitentiam vocantur.

Tertio vocat prædicatione, iuxta illud Psal. 147. Emittit verbum suum, & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluẽt aquæ. Prædicatores enim sunt nuncij, & Apostoli Dei, quos mittit Deus vt per verbum prædicationis faciãt peccatores plangere peccata sua, & venire ad nuptias æterni regis prius anima purificata per pœnitentiam. Et hoc est quod in figura scriptum est. Lucæ. 14 quòd quidam homo fecit cęnam magnam, & misit seruos suos hora cęne, dicere inuitatis, vt venirent quia parata sunt omnia. In ista autem cęna debet peccator ponere tria fercula, scilicet contritionem, confessionem, & satisfactionem, quę sunt partes pęnitentiæ. De quibus habetur in c. perfecta. de pœni: di. 3. Deus autem ponit tria alia, scilicet remissionem culpæ, collationẽ gratiæ, & promissionẽ

gloriæ

gloriæ. Et propter hoc inquit. Apoca. 3. Si quis mihi aperuerit intrabo ad illum & cęnabo cum eo, & ipse mecum, scilicet ad scotum, vt ipse ponat de suo si vult comedere de meo, iuxta illud quod notant doctores in c. quoniam simoniaca, extra de simo. maxime. Hostien. & Ber. s. Porta tecum si tu vis viuere mecum.

Beneficiorū collatione peccatores ad pœnitentiam vocantur.

QVarto vocat Deus peccatores ad pœnitentiam beneficiorum collatione vnde inquit Augustinus, in libro de verbis domini sermone. 3. O magna bonitas Dei, cui cum pro conditione reddere debeamus obsequia, vtpote serui domino, mancipia redemptori, famuli Deo, amici tiarum præmia nobis repromittit, vt a nobis obsequia debitæ seruitutis extorqueat, vt quos nolle seruire conspicit, spōte beneficiorum suorum possit promissionibus inuitare. Omnia igitur bona quę habes, continue in auribus tuis mentalibus clamare debent vt diligas Deum, & ei seruias, vnde Gregorius in quadam homilia inquit. Tanto ergo esse humilior atq; ad seruiendum Deo prōptior quisque debet ex munere, quanto obligatiorē se esse conspicit in reddenda ratione.

Percussione Deus peccatores ad pœnitentiam vocat.

QVinto vocat percussione postquam enim dulcibus verbis inuitauit peccatores ad pœnitentiam clamans illud quod scriptum est. Iohelis. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu, ac planctu, & scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra, & Hiere. 31. dicit animæ peccatrici. Reuertere retro virgo Israel, vsq; quo diuitijs dissolueris? Videns illos obstinatos in peccatis nolle ad eum blanditijs reuerti, eos flagellis & percussionibus astringit. Sicut bonus pastor qui postquam ouem suam sæpe vocauit, videns eam per deuia currentem, cum baculo veniens ad semitam ducit. Ideo de hac vocatione inquit Dauid. Psal. 15. Multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. s. ad pœnitentiam.

Angeli inuitant nos ad pœnitentiā pp gaudiū quod de ea habent.

SEcunda vox inuitans ad pœnitentiam est Angeli, vnde sciendum est, ꝙ illi qui bene agunt, & faciunt pœnitentiam sunt milites Christi. Ideo dicebat Paulus. 2. ad Thimo. 2. Labora vt bonus miles Iesu Christi. Peccatores autem sunt milites diaboli iuxta illud. Sapien. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Quando autem quis de peccato ad pœnitentiam se conuertit, idem est ac si de diaboli grege ad Christi exercitum confugeret, & diuinæ militiæ ascriberetur. Quo fit vt Angeli videntes diabolicum exercitum per pœnitentiam peccatorum diminui, atq; debilitari, & Dei militiam augeri atq; roborari tanq̄ optimi milites plurimum lætantur de multiplicato imperatoris sui exercitu, & diminuto hostium suorum grege, quia peccatores qui erant mēbra diaboli, iuxta illud. Ioannis. 8. Vos ex patre diabolo estis, & in c. nullus 38. dist. dicitur. Qui rebelliter viuit diaboli membrum esse ostenditur. Per pęnitentiam efficiunt mēbra Christi, & socij Angelorum. Item lętantur Angeli de conuersione peccatorum, vt inquit Aug. in libro soliloquiorum. Quando vident animam nostram cuius curā habent, spreta diabolica suggestione ad pœnitentiam conuerti, quia eis crescit præmium accidentale de multiplicato numero beatorum, & maxime illorum qui suis exhortationibus ad pœnitentiam conuersi sunt. Quælibet enim anima habet Angelum ad sui custodiam deputatum, vt inquit Hieronymus, super Matthæum. 18. c. Tertio gaudent Angeli, quia vident de peccatoribus conuersis angelicam ruinam reparari, iuxta illud. Prophetæ. Psal. 109. Iudicabit in nationibus implebit ruinas. Propterea inquit saluator. Lucæ. 15. Gaudium est Angelis super vno peccatore pœnitentiam agente. Ex quo apparet quàm sit pręciosa pœnitentia peccatoris de qua Angeli faciunt tantum festum. Non enim dicuntur gaudere de tam gloriosa Dei visione de qua dicitur. 1. Petri. 1. In quem desiderant Angeli prospicere nec de sua tam iocunda iubilatione, de qua inquit ipse dominus. Iob. 38. Cū me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei nec de sua tam dulci epulatione. De qua inquit Angelus Raphael Tobiæ. 12. Ego cibo inuisibili, & potu qui ab hominibus videri non potest, vtor. Sed commemoran-

rantur gaudere de peccatis conuersione. Non solum autem gaudent, & exultant omnes Angeli,& sancti, & tota curia cęlestis,sed etiam tota trinitas,scilicet pater,& filius,& spiritus sanctus,& primo Deus pater. Multum enim gaudet rex terrenus quando filius ei concipitur, sicut letatus est Abraham quando vxor eius Sarra concepit sibi Isaac. Gen. 21. Item multum gaudent quando sibi filius nascitur, sicut gauisi sunt Zacharias, & Helisabeth in ortu præcursoris Ioannis. 1. Multum etiam gaudet quando filius ablactatur, vnde Abraham fecit magnum conuiuium in ablactione Isaac filij sui. Gen. 21. Multum quoq; gaudet quando grandis effectus ad mensam suam recipitur. Pater igitur cęlestis de filio sibi spiritualiter concepto, nato, ablactato, & ad mensam recepto multum gaudet. Conceptio autem attenditur in contritione, siue in boni propositi conceptione, natiuitas vero in confessione vel bonorum operum ostensione. Et ita intelligitur illud Isa. 26. A facie tua concepimus & parturiuimus spiritum salutis. Sed de multis dici pōt illud Isa. 37. Venerunt filij vsq; ad partum, & virtus pariendi non est. Ablactatio autem attenditur in vitæ pfectione quando scilicet homo in tantum in virtutibus proficit φ iam non indiget lacte paruulorum sed cibo solido perfectorum. De quo dicitur, ad Hębre. 5 Perfectorum est solidus cibus. Ad mensam vero receptio attenditur in cęlesti refectione, iuxta illud Luc. 22. Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo Secundo de conuersione peccatoris gaudet filius triplici de causa. Primo quia ex hoc videt effectum suæ passionis. Et hoc notatur in parabola de oue perdita, & inuenta. Lucæ. 15. De qua Grego. ait. Vna ouis perijt quando homo peccando vitę Pascua dereliquit. In humero autem suo eā Christus posuit quia peccata nostra in corpore suo ipse portauit. Secundo gaudet quia in peccatore conuerso videt reformationem suæ imaginis. Et hoc notatur in parabola de dragma perdita, & inuenta. Luc. 15. In qua dragma imago regis refulget. Decem enim dragmæ sūt nouem ordines Angelorum, & decimus hominum, qui ad Dei imaginē sunt creati. Sed decima dragma perdita fuit quando homo peccauit sed Christus eam quę fuit, & suam imaginem reparauit. Tertio gaudet ex eo quòd videt resuscitationem sui fratris. Quod notatur in parabola de filio prodigo. Luc. 15. de quo dicitur Epulari, & gaudere oportebat, quia frater tuus perierat & reuixit. Tertio principaliter de conuersione peccatoris gaudet spiritus sanctus triplici de causa. Primo quia recuperat templum suum quod debet inhabitare, iuxta illud. 1. ad Corinth. 3. Nescitis quia templum Deī estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Habitare autem non posset nisi prius malignus recederet, iuxta illud. 2. ad Cor. 6. Quę autem conuentio Christi ad Belial? Quis autem consensus templo Dei cum idolo? Secundo gaudet quia recuperat membrum suum quod debet viuificare, iuxta illud. 1. ad Cor. 6. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri? Videmus autem φ membrum præcisum vel putridū, vel paraliticum non viuificatur a spiritu humano. Et eodem modo nec peccator a spiritu diuino, tū quia diuisus est ab eo, iuxta illud. Isa. 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum. Et 1. ad Corinth. 6. Omne peccatum extra corpus est, scilicet misticum, quia facit peccantem non esse de corpore ecclesiæ quod viuificatur spiritu sancto, tū quia putrefactus est in peccato, iuxta illud. Iohelis. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo, tum quia paraliticus est ex motu inordinato. Nō enim habet sensum amoris. De quo dicitur Sapientiæ. 1. Sentite de domino in bonitate, nec habet motum ordinatum boni operis, sed inordinatum operis mali, iuxta illud psalmistę. Turbati sunt & moti sūt sicut ebrius. Tertio gaudet quia recuperat vas suum quod debet implere. Oportet autem φ istud vas sit vacuum ab amore mundi si debet impleri amore Dei. Vnde August. super Ioannem inquit. Vas est, si plenus es, funde quod habes vt recipias quod non habes, funde amorem seculi, vt impIearis amore Dei. Et hoc si gnatum est, 4. Regum. 4. In Heliseo qui vacua vasa fecit impleri. De isto autem festo & gaudio

Pater fili⁹, & spūs sanctus gaudēt de nostra pœnitentia.

dio quod facit Deus, inquit. Origenes su per librũ Numeri. Habet sua festa Deus. Est enim magna festiuitas salus humana, puta per singulos fideles qui conuertunt ad Deum, & in fide proficiunt. Festiuitas oritur quando lætificat eum impudicus si fit castus, & iniustus quando iustitiam, quærit.

Nunquid Deus magis gaudeat de peccatore pœnitente q̃ de iusto semper bene operante? hocq; idem de Angelis quaritur.

SED notandũ ꝙ inquit saluator. Luc. 15. Gaudium erit in cęlo super vno peccatore pœnitentiam agente, magis q̃ supra nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Et ideo quæritur nunquid Deus magis gaudeat de peccatore pœnitente quàm de iusto semper bene operante, & similiter Angeli? Et primo videtur ꝙ sic, per dicta verba. Item quia ibidem dicitur, ꝙ filius senior per quem significatur iustus bonus laborator ecclesiæ non tantum gaudium fecit patri sicut iunior pœnitens. Ad hanc autem quæstionem respondere possumus, ꝙ aut loquimur de iustis tepidis, aut de feruentibus. Si primo modo. Verum est quod supra dicitur. Et super hoc ponit Gregorius duo exempla dicens. Maius de peccatore conuerso, quàm de stante iusto gaudiũ fit in cęlo, quia & dux in prælio plus illum militem diligit qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, q̃ illum qui nunq̃ terga vertit, & nunquam aliqd fortiter fecit. Sic agricola illam terram magis amat quæ post spinas vberes fruges profert, q̃ eam, quæ nunq̃ spinas habuit, sed nunquam fertilem messem producit. De hoc etiam sic dicit August. in libro contra Faustum, Agricolæ plus placent agri qui spinis magis eradicatis centesimum fructum proferunt, quam qui nullas spinas vnquam habuerunt, & vix ad trigesimum peruenerunt. Dico igitur quod frequentius accidit, ꝙ illi qui surgunt de maximis peccatis per pęnitentiã postea comparato, & acquisito habitu opposito fiunt feruentiores in virtutibus & diuino amore, q̃ illi qui de paruis aut nullis surrexerunt, sed semper steterunt, sicut pater naturaliter in ferro frigido, & duro. Nam quanto materia, & substantia est magis frigida, & contraria igni, si igne accenditur & ignitur, tanto calidior, & feruentior efficitur, & caloré diutius conseruat. Ferrum namq; ignitũ feruentius est ligno. Et eodem modo sępe fit de peccatore conuerso, & charitate incenso, sicut accidit in Magdalena, & multis alijs. Si autem loquamur de iustis feruentibus, dico quòd datis paribus Deus plus amat iustum nunquam cadentem, quàm peccatorem pœnitentem, & maius gaudium est in cęlo de innocentia iusti feruentis conseruata, quam de peccatoris pęnitẽtia. Nullus enim peccator est de cuius conuersione tantum gaudeat Deus, & Angeli in cœlo, quantum de innocentia beatæ virginis quæ nunquam cecidit, vel de Ioanne Baptista, qui sanctificatus in vtero fuit. Cęteris ergo paribus feruentior plus diligitur a Deo. Posset autem penitens esse tam feruens in dilectione, & in operibus virtuosis quòd excederet nonagintanouem iustos, qui nunquã ceciderunt. Et de talibus loquitẽ saluator. Possumus quoq; distinguere inter affectum, & effectum. Nam meliori maior tribuendus est effectus, secundum Bernardum, sed magis indigenti maior tribui solet affectus. Videmus enim ꝙ si aliqua mater habeat decem filios, si vnus infirmatur, & postea sanatur maius gaudium ostendit de sanitate istius recuperata, quã de sanitate in alijs conseruata. Super hoc etiam Augustinus in libro confessionum, ponit tria exempla dicens. Triumphat imperator, & vincit, sed nisi pugnasset non vicisset, & quanto maius periculum fuerit in prælio, tanto maius est gaudium in triumpho. Iactat tempestas nauigantes, minaturq; naufragium, omnes futura morte pallescunt, tranquillatur cęlum, & mare, & exultant nimis qui timuerunt nimis. Charus aliquis infirmatur, omnes animo ęgrotant cũ eo, postquam vero conualuerit, fit ei & omnibus tale gaudium recte, quale ante non fuerat, hæc ille. Notandum est etiam ꝙ inquit euangelium hoc gaudium fieri nõ de peccatore pœnitentiam cogitante, quæ est pęnitentia procrastinantium, cõtra illud. Prouer. 3 Ne dicas amico, idest Christo, vade, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Nec etiam dicit. Pęnitentiam docete, quæ est pœnitentia verbosorum prędicatorum, iuxta illud. Matth. 23. Dicunt enim & non faciunt, &c. Nec

d ixit.

dixit. Pęnitentiam ostendẽtes sicut hipocritæ & simulatores. De quibus saluator ait. Matthæi. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c. Sed dixit Pęnitentiã agente quæ est pęnitentia deuotorũ. De quibus dr. Luc. 3. Facite dignos fructus pęnitentiæ. Tunc aũt fiunt digni fructus pnīæ, qñ seruat̃ illud Deut. 25. Pro mensura delicti erit & plagarũ modus. Quia enim peccatum mortale commissum est grauissimum ideo grauis & amara debet esse pęnitentia, quia melius curat peccata q̃ leuis, qđ ondit Chrso super Matth. per tria exẽpla dicens, ꝙ medicina aspera melius curat malos humores, q̃ leuis, & rostrũ ferreum melius eradicat malas herbas q̃ ligneũ & malos nodos lapidum melius præscindit malleus ferreus, quã plmbeus.

De 3. Voce peccatore ad pœnitentiã inuitãte

TErtia vox ad pęnitentiam inuitans est paradisi. Ex cuius consideratione debent peccatores spretis omnibus mũdi voluptatibus ad dñm conuerti. Vt. n. inquit Greg. in quadã homilia. Oĩa mundi bona vilissima sunt in cõparatione supernorum. Quarta vox dr̃ stimuli. s. conscientiæ quæ continue remordet animã peccatoris, vt ad pęnitentiã conuertat̃. Vnde Hiero. in quodam sermone inquit. Cum de peccatis habet̃ conscientia, torquent hoĩem, & corrodunt, vt genimina viperarũ matrem suã, hæc ille. Nam vipera filijs in vtero positis, lacerata perimitur. Et ita nos pungũt peccata nostra ad pęnitentiã incitantia, & lacerant, nisi pœnitentiam egerimus, ad æternam damnationem conducentes.

De 5. Voce ad pœnitentiã vocãte.

QVinta vox est mundi. Ait. n. Ber. in quodam sermone Bona quæ facere negligimus nobis Deus ab alijs fieri demonstrat, vt qui præceptis non attendimus saltem exemplis incitemur atq; in appetitu rectitudinis, nihil sibi mens ipsa difficile existimet qđ perfectè ab alijs fieri videt, hæc ille. Exẽplo igitur totius mundi ad pnĩam inducimur. Videmus. n. secundum sententiã Salomonis. Eccle. 1. Quod omnia flumina ad vnũ locum vñ veniunt reuertũtur. Similiter aqua quãto cadendo descendit, tanto ex parte opposita ascendit, vt iuxta mensuram casus sit mensura ascensus. Sol etiã in occasum tendit, ad orientem tamen mox redit. Sic homo in occasu, idest in peccato remanere non debet, sed ad orientem gratiæ debet festinare.

IGnis quantuncũq; prematur ad ima, tamen semper se erigit ad suprema. Arbor vento agitata aut aliter depressa, se postea adhuc erigit. Auis in rete conclusa, statim exire laborat. Ex quibus omnibus colligere possumus, ꝙ si anima in manibus diaboli illaqueata, liberari per pœnitentiam non curat, est bestijs peior & insensibilibus creaturis vilior.

De 6. Voce ad pœnitentiã inuitãte

SExta vox inuitans ad pœnitentiam dicitur vox viri. Primo peregrinantis, & cursoris, qui attendunt longitudinem viæ, & asperitatem, & tempus ad itinerandum valde breue. Et ideo mane surgunt ante lucem, & festinant quàm citius ad locum ad quem pergunt peruenire, eo ꝙ bono hospitio semper caret, & cenat q ad illud accedit tarda hora. Et ita peccator qui est viator tendens ad patriam supernam, non debet morari in peccato, sed statim surgere per pęnitentiam, & incedere per viam virtutum, vt in illo verificetur illud psalmistę. Ibunt de virtute in virtutem. Videbitur Deus deorum in Sion.

Vox agricolæ ad pœnitentiam nos inuitat.

ITem vox viri agricolæ ad pœnitentiã inuitat. Quis enim est agricola cui si fuerint vno anno fructus auulsi, agrum deserat, & eum amplius nõ excolat? Sæpe accidit ꝙ arbor casu impedita vno anno fructus non affert, sed in sequenti duplicatos reportat. Sic & homo aliquando resurgendo a peccatis, in plures, & meliores fructus virtutum resurget, vox etiam viri bellãtis ad pœnitentiã inducit. Quis enim princeps semel deuictus arma mox abijcit? Vera est enim illa sententia quã ponit Cato in suis documentis. c. 3. Victorem a victo superari sæpe videmus, & Ouidius. lib. 1. sine titulo. Mars dubius nec certa venus, victiq; resurgunt. Quos q; neges vnquam posse iacere cadunt. Octauianus enim Imperator sæpe deuictus, nunquam arma proiecit, sed semper post casum resurgere studuit. Vnde in hoc totum mundum suo imperio sub-

L

subiugauit. Quis in terram cadit, & non statim resurgere molitur? Resurgamus ergo & nos a casu peccati per pœnitentiam.

De 7. voce peccatores ad pœnitentiam inuitante.

Septima vox inuitans peccatores ad cõuersionem est ignis inferni. Cogitare enim debent peccatores ꝗ si non fecerint in præsenti pęnitentiã, in profundo postea inferni plangent sua peccata sine fructu, iuxta illud. Sap. 5 Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Vnde Aug. in lib. de fide ad Petrum, ait. Qui in hoc seculo pœnitentiam non fecerit, habebit illã in futuro seculo, sed indulgentiã in cõspectu Dei sui non inueniet. Et si.n.erit ibi stimulus pœnitudinis, nulla tñ ibi erit correctio voluntatis. A talibus namq; ita culpabitur iniquitas sua, vt nullatenus possit vel diligi, vel desiderari iustitia. Volũtas n. eorum ita erit & talis vt habeat in se semper malignitatis suæ suppliciũ, & nunq̃ tñ possit recipere bonitatis affectum. Eapropter dicitur in §. quamuis, de pe. di. 7. Studeat ergo quisq; sic delicta sua corrigere, vt post mortem non oporteat eum pęnam tollerare. Clamat etiam quisq; damnatus in illo igne terribili, & dicit cuilibet peccatori illud Eccle. 38. Memento iudicij mei, sic enim erit & tuum. Apprehendite ergo o peccatores medicinam pœnitentiæ sine qua saluari non potestis. Figuratur eñ pœnitentia per archam Noe, vt dicunt doctores, quia illi, qui in eam intrauerũt fuerunt saluati. Et e contrario. Illi qui in eam non intrauerunt fuerunt submersi. In hoc tamen distat illa archa ab ista secundum Chrisost. in lib. de laudibus Pauli. Quia in illam archam lupus intrauit, & lupus exiuit. Coruus intrauit, & coruus exiuit. Homines intrauerunt, & homines exierunt. Vnde illa archa nec lupo potuit auferre suam rapacitatẽ, nec leoni suam ferocitatem, nec coruo suam voracitatem, nec hominibus suam humanitatem. Sed quicunq; intrat in hanc archam pęnitentiæ secundum eundem Chrisostomum, si erat lupus mutatur in agnum, quia si erat raptor, vel auarus dimittit rapinam, & induit innocentiam, quia nulli nocet, sed omnibus prodest. Si erat leo idest superbus mutatur in ouẽ, quia efficitur mansuetus per humilitatem. Si erat coruus appetens carnes idest carnales voluptates mutatur in columbam, & appetit grana pura, idest spirituales refectiones. Si instar corui differebat suam conuersionem pro crastinando. Iuxta illud Sopho. 2. Vox cantantis in fenestra coruus insuper liminari, modo facit eam gemitibus ad Deum clamando, iuxta illud. Isa. 59. Quasi columbæ meditantes gememus, vnde Aug. ait. Ista res est quæ multos occidit, dum dicũt semper cras, & cras, & clauditur ostiũ & manent foris cum voce coruina, quia noluerunt habere gemitum columbinũ. Item homines secundũ eundem Chriso. in ista archa pęnitentiæ mutantur in Angelos. Angeli.n. ex natura habent excellentem puritatem, & isti puritatem mentis & corporis seruãtes habent per gratiam quod habent Angeli per naturam. Sciendũ quoq; ꝗ pęnitentia dr̃ nauis quadruplici ratione. Primo ratione materiæ. Nauis.n. construit̃ ex tabulis cum clauis firmatis & bitumine linitis. Et similiter nauis hæc spiritualis pœnitentiæ tribus tabulis principalibus construitur, scilicet contrictione, confessione & satisfactione. Claus autem est timor dñi super illud Psal. Confige timore tuo carnes meas. Nisi.n. pęnitens isto clauo firmetur, nauis pœnitentiæ cito dissoluet̃, iuxta illud. Eccle. 27 Si non in timore dñi tenueris te instanter, cito subuertet̃ domus tua. Bitumen vero est charitas quæ animam coniungit Deo, cordi suo, & pximo. Qui enim non habet vinculum charitatis est diuisus a Deo, a corde suo, & a proximo sed charitas ista omnia coniungit, iuxta illud ad Coll. 3. Super omnia habete charitatem quæ est vinculum perfectionis.

Pœnitẽtia quadruplici ratione dicitur nauis.

Secundo dicitur nauis ratione formæ. Nauis.n. in principio & in fine est stricta, & in medio lata, est etiam superius aperta, & inferius clausa. Pœnitentia eñ in principio conuersionis videtur esse angusta propter experientiã & tentationũ frequentiam. iuxta illud. Eccle. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iusticia, & timore, & præpara animã tuã ad tentationes. In fine similiter dicitur stricta propter districtam rationem reddẽdam, iuxta illud 2. ad Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,

2. Quare pœnitentia dicatur nauis.

vt referat vnusquisq; prout gessit siue bonum, siue malum. In medio autem est lata propter charitatem diffusam, iuxta illud ad Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus vestris, &c. & psalmista ait. Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Debet etiam pęnitens habere cor apertum a superiori, vt diligat cęlestia, & clausum ab inferiori, vt non amet terrena. Et ideo cor hominis superius est latum, & inferius strictũ ad innuendum quòd debet esse latum ad superiora, & strictum ad inferiora. Sed multi dicere possunt illud Trenorum. 1. Submersum est cor meũ in me metipso. Tertio dicitur nauis ratione finis. Nauis enim propter istum finem fit vt hominem per pelagus ad portum deducat. Et similiter pęnitentia data est homini vt per pelagus mundi ad portum paradisi ipsa deducente perueniat. Cum enim Deus primum hominem creasset, atque eum in naui innocenciæ posuisset, fracta ab ipso homine naui innocẽtię, Deus illi ꝓuidit de alia naui, scilicet pœnitẽtiæ, vt quicunq; in eã ascẽderit ad portũ salutis ptingat. Et qcũq; extra ipsam inuẽtus fuerit ab vndis infernalib⁹ absorbeat. Sicut autem homo in naui existens, dormiendo, & comedendo, & quiescendo semper vadit ad portum, sic & verus pęnitens, & dormiendo, & quicquid aliud agendo vadit ad cœlum. Nam secundum Gregorium somnus sanctorum non vacat a merito. Ideo enim dormiunt vt ad laudandum Deum fortius assurgãt. Imo & ipsa sanctorum somnia aliquando sunt meritoria, iuxta illud Psal. Reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi. Reliquiæ.n. cogitationum sunt somnia q̃ viris sanctis accidunt ex bonis meditationibus quas vigilando habuerunt, q̃ Deo faciunt magnũ festũ. Similiter comedendo vadunt in cęlũ. Ideo.n. quiescunt vt fortiores sint ad seruiendũ Deo, & bene operãdũ, iuxta illud. Psal. ad Cor. 10. Siue manducatis siue bibitis oĩa in gloriam Dei facite. Similiter quiescendo vadũt in cęlũ. Ideo.n quiescunt vt fortiores sint ad laborandum. Sicut enim mali vtuntur sua fortitudine ad malum, iuxta illud Isa. 5. Veh qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, sic & boni ad ea vtuntur ad bonum. Et ideo dicebat psalmista Deo. Fortitudinem meam ad te custodiam. Quarto dicitur nauis ratione regiminis. Nauem enim regit nauclerus a posteriori. Pars autem posterior hominis est mors. Nauclerus ergo.i. meditatio mortis clamat ad auaros ne ament diuitias, quia non portabunt inde nisi vnum vilissimum saccum, iuxta illud Iob. 16 Saccũ consui super cutem meam, clamat ad voluptuosos, vt dimittant delitias, quia eorum caro cito erit cibus vermium, iuxta illud Iob. 22. Simul in puluere dormient & operient eos vermes. Clamat etiam ad superbos, vt dimittant ambitiones suas, quia illi qui volunt eleuari super alios per elationem, cito bestiæ super eos ascendent per conculcationem, iuxta illud Eccle. 10. Cum moritur homo hæreditabit serpentes, & bestias, ac vermes.

3. Quare pœnitentia dicitur nauis.

4. Quare pœnitentia dicitur nauis.

PARS TERTIA huius sermonis, de immensa fructificatione pœnitentiæ.

Septem inter alias consequitur vtilitates qui pœnitentiam facit. Prima dicitur meritationis. Homo.n. existens in peccato mortali non potest mereri vitam æternam, quia cum gratia Dei sit radix omnium meritorum, deficiente ipsa radice in anima deficeret fructus, per illam regulam quæ habetur in 2. Phisico. & in c. cum infirmitas, de pę. & re. cessante causa cessat effectus. Et ideo dicit beatus Tho. in 4. di. 14. ar. 3. q. 2. ꝙ illa opera dicuntur proprie mortua quæ fiunt in peccato mortali. Qui ergo vult facere opera viua, oportet ꝙ prius destruat peccatum per pœnitentiam, quia vt dicitur. 2. Phisic. Non potest introduci forma noua, nisi prius destruatur antiqua. Vnde inquit Augustinus, in libro de pœnitentia. Nemo suæ voluntatis arbiter constitutus potest nouam vitam inchoare nisi eum veteris vitæ pœniteat. Et ideo dico vobis o peccatores, vt possitis in omnibus operibus vestris mereri, seruate illud Apostoli, ad Roma. 13. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

De 1. vtilitate pœnitentiæ.

De 2. Vtilitate poenitentiæ.

SEcunda vtilitas pœnitentiæ dicitur restitutionis vt enim dicunt Theologi. in. 4. 14. statim q̃ peccator conuertitur ad pœnitentiam, Deus restituit omnia merita bonorum operum quæ fecerat ante peccatum mortale. Ideo glosa super illud. Isa. 52. Solue vincula colli tui, &c. inquit. Vt graui onere liberata recipias ornamenta pristina Eapropter Augustinus in libro de pœnitentia agit. Pœnitentia est res optima, omnẽ defectum reuocans ad perfectũ & ratio est quia accessoriũ suũ debet sequi principale. c. accessoriũ, de re. iu. li. 6. & l. cũ principalis. ff. de re. iu. Cũ igiĩ p̃ pœnitentiã recipiat homo gratiã Dei, q̃ est causa omniũ meritorũ vt supra. Sequiĩ q̃ etiã merita debent illi restitui, facit ad hoc quod dicit glosa. in l. ex his. ff. de legi & in. l. seruus effectus. ff. de acti. & obli. scz q̃ mortuo qui resuscitaĩ ad vitã fit restitutio omnium bonorũ suorũ q̃ prius habuerat. Cũ ergo p̃ pñiã homo restituaĩ ad vitã spiritualem qui prius mortuus erat per peccatũ, restituta ei vita, & gratia, debent restitui & merita & alia bona, & insignũ huius inqt saluator. Luc. 15. q̃ filio prodigo ad patrem reuerso, præcepit seruis suis pater dicens. Cito proferte illi stolam primã, idest gratiam, & merita.

De 3. Vtilitate pœnitentiæ.

TErtia vtilitas dicitur delectationis. Est. n. pœnitentia miro modo aĩæ delectatiua. Cũ. n secundum Theologos anima nostra de sui natura non possit stare sine aliqua delectatione in hac vita, & agens pœnitentiã priueĩ omni gaudio tẽporali, carnali, & mundiali. Sequiĩ ipsam repleri gaudio sp̃uali, vñ Greg. 11. Mora. inquit. Sp̃us deficit, vbi caro requiescit, vt n. caro molibus sic aĩa asperis nutriĩ. Illa blandã refouẽt, hanc aspera exercẽ. Illa delectationibus pasciĩ, hæc amaritudinibus vegetaĩ. Et sicut carnẽ dura sauciant, sic mollia spiritum necant. Et sicut illam laboriosã interimunt, sic istam delectabilia extingũt. Et idem in 31. Mora. ait. Quo plus caro præmitur eo de cœlesti spe animus securius lætatur. Tanto enim melius mens ad superna appetens componitur quanto ab illicitis corpus artius edomatur, hæc ille. Est igitur pœnitentiam sicut hortus omnibus delitijs plenus, & arboribus delectabilibus consitus rosis, & floribus ornatũs, sed foris pũgentibus spinis septus. Nam pœnitentia videĩ exterius spinis plena, & viris mundanis videtur amara, sed intus in anima est dulcissima, & aqua gratiarum irrigũa, & magnis consolationibus plena. Assimilatur etiam pęnitentia amigdalæ quæ habet radicem amaram, & fructum dulcẽ. Sic. n. pœnitẽtia in principio habet amaritudinem doloris, & in fine dulcedinem gratiæ & virtutis. Ideo in persona pęnitentiũ inquit. Ber. in quodam sermone. Multi vident cruces nostras, sed non vident vnctiones.

De 4. Vtilitate pœnitentiæ.

QVarta vtilitas dicitur pacificationis homo enim in peccato existens est in multiplici bello, nec habet pacem aut requiẽ cum Deo, vel proximo, nec cum seipso. Scriptum enim Isa. 56. Non est pax impijs, vnde Augu. inquit. in c. paratus. 23. q. 1. Nihil est infelicius infelicitate peccatum qua penalis nutritur impunitas, & malã voluntas velut interior hostis roboratur. Econtra vero faciens pœnitentiam acquirit pacem, multiplicem maxime conscientiæ suæ, quæ quantæ sit consolationis habetur. Eccle. 30. c. vbi dicitur. Non est consolatio supra cordis gaudium. Ideo in natiuitate domini canebant Angeli illud. Luc. 1. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Dauid quoq; qui de adulterio Bersabæ, & homicidio Vrię ethei fecerat penitentiam, canebat. Psal. 4. di. In pace idipsum dormiam & requiescam.

De 5. Vtilitate pœnitentiæ.

QVinta vtilitas penitẽtiæ dicitur participationis, homo enim cõtritus de peccatis suis, & faciens pœnitentiam participat de omnibus bonis operibus quæ fiunt in ecclesia militante vnde dicere potest cum propheta. Psal. 118 Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

De 6. Vtilitate pœnitentiæ.

SExta vtilitas dicitur satisfactionis. Vt enim dicunt theologi, in 4. di. 14. Pęnitentia est omnium peccatorũ purgatiua, & omniũ penarum satisfactiua. Et dicit Ric. noster p̃dicta di. Quod tanta posset esse pñia interior, & exterior, q̃ remitteretur tota pęna p̃cc̃ori debita p̃ p̃cc̃o, ita q̃ audire mereref cũ meretrice, q̃ qua habe

eur

tur in euangelio hodierno, cui dixit dñs illud Luc. 7. Remittũtur tibi peccata tua. Vbi enim abũdauit delictum superabundauit & gratia, vt dicitur ad Romanos 5. Haec autem peccatrix ideo in praesenti euangelio non nominatur particulari nomine ad denotandũ secundũ morẽ sacrae scripturae, ꝙ in statu peccati non erat Deo cognita ꝑ approbationẽ, sicut nec virgines fatuę quibus dicet. Nescio vos. Matth. 25. Sic & Luc. 16. exprimitur nomen Lazari iusti, & tacetur nomẽ diuitis reprobati, licet aũt aliqui doctores greci tenuerint, ꝙ haec peccatrix non fuit Maria Magdalena, dicentes inconueniens videri credere ꝙ tam nobilis mulier qualis fuit Magdalena ad tantam infamiam tur pissimamq; vitam deuenerit. Inter quos doctores fuit Origenes dicens. Qđ tres fuerunt mulieres, quae vnxerunt Christum, de quarum vna habetur in praesenti euangelio scripto Luc. 7. De alia vero Matth. 26. & Marci. 14. De tertia autem Ioannis. 12. Tamen doctores latini communiter tenent ꝙ semper fuerit eadem mulier, scilicet Maria Magdalena soror Lazari & Marthae. Et argumentis in contrarium adductis respondent clarissime, maxime Petrus Ioannis, super Matthaeũ. c. 26. Et idem dicit Augustinus, in libro de consensu euangelistarum. Sicut ergo nemo negat Petrum principem Apostolorum quem tamẽ scimus Christum ter etiam cum iuramento negasse & Paulum doctorem gentium, & fidei lumen & vas electionis, quem scimus fuisse maximum persecutorem christianorum. Et Dauid summum prophetarum, quem legimus adulterum, homicidam, proditorem, ac superbum quandoq; fuisse. Ita Mariam Magdalenam laudibus efferimus, cuius quanto iniquitas fuit abundantior, tanto satisfactio, ac poenitentia virtusque fuit copiosior. Tribus autem respectibus bonum est praedicare de peccatis Mariae Magdalenae. Primo ad, reuelandum corda peccatorum, ne possint in desperationis laqueum incidant, ideo Magdalenae exemplo veniam sperent. Secudo vt qui fornicantem sunt secuti, imitentur, & pęnitentem. Tertio vt homines cognoscant diuinam bonitatem, quae tam abundanter in corda poenitentiũ se effundit. Magdalenam igiẽ fuisse peccatricẽ magnã tenet Aug. super Ioannẽ, & Celasius sermone. 7. Tenet quoq; hoc sancta mater Ecclesia quę in festo eius legit euangeliũ huius peccatricis. Ex quo significat quòd fuit ipsa peccatrix, de qua in ipso euãgelio fit mentio. In historia etia ipsius Marię magdalenae habetẽ, ꝙ ipsa reuelauit cuidã sacerdoti qui eã in haeremo inuenit, se fuisse illã famosam peccatricẽ, de qua in hoc euangelio recitatur. Nicolaus quoq, de Lira ex textu euãgeliorũ declarat Magdalena fuisse illa peccatricẽ. Nã Ioannis. 11. dr̃ Maria erat q̃ vnxit dñm vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Marci aũt vlt. dr̃. Surgens Iesus mane prima Sabbati apparuit primo Mariae Magdalenae, a qua eiecerat septẽ daemonia. Et ideo Grego. in homilia hodierna ait. Hãc quã Lucas peccatricẽ mulierem. Ioãnes Mariã nominat, illã aũt esse Mariam credimus de qua marcus septem dęmonia eiecta fuisse testat̃. Et quid per septẽ daemonia nisi vniuersa vitia designant? Quia enim septem diebus omne tempus comprae henditur, recte septenario numero vniuersitas figuratur. Septem ergo dęmonia Maria habuit quę vniuersis vitijs plena fuit. Habuit ergo Magdalena primum dęmonium in facie illam pillando, & fucando, quod est graue peccatum, vt dicitur in ℞. fucare, de consecra. di. 5. Dic de illa vana muliere quae post sepulturam suã exhumata, inuenta est habere caput plenum argento viuo, qđ in vnctionibus fuerat quas quotidie in facie sua faciebat, vt pulchior appareret. Ipsa autem Magdalena ex hac sua fucatione cũ pulchritudine naturali multos incitabat ad luxuriam. Scriptum est enĩ Eccle. 9. Propter speciem mulieris multi perierunt. Secundum diabolũ habuit in ore cantando luxuriose cantilenas, & incitando ad amorem vitiosum, quod est graue peccatũ, ex quo multa mala oriũt. Ideo Prou. 5 dr. Fauũ distillãs labia meretricis, & lingua eiꝰ quasi gladi acutus, nouissima ãt eiꝰ amara quasi absinthiũ. Tertiũ diabolũ habuit in crinibus, & capillis dealbatis & artificiatis, qđ est mortale pc̃m secdm Alex. de Ales, in 4. parte sũmę, in tractatu de Eucharistia. Quartum

Tribus de causis bonũ est praedicare de peccatis Mariae Magdalenae

tum diabolũ habuit in oculis, multotiens iuuenes aspectibus ad concupiscentiam attrahendo. Et hoc ꝓprie est officiũ meretricis. Vñ Eccle. 26. dr. Fornicatio mulieris in extollentiã oculorũ, & in palpebris illius cognoscet. Quintũ, diabolũ habuit in vestibus põpatice vestiendo, & nouas adinuẽtiones vestiũ deferẽdo. De quo inquit Ioãnes Apoc. 17. Vidi mulierẽ sedẽtẽ plenã nominibus blasphemię. Sextum, diabolum habuit in manibus & pedibus corrizãdo, & ad luxuriã ꝓuocãdo, qđ ẽ graue peccatum, & multorum causa malorum. Ideo Ecclesiast. 9. dicitur. Cum saltatrice non sis assiduus, nec audias verba illius. Septimum, diabolum habuit in pectore, & collo, ipsum nudũ ostẽdẽdo. Et hoc ẽ ẽt officiũ meretricis. De quo Prou. 7. dr. Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio, pręparata ad capiẽdas aĩas, garrula, & vaga, quietis impatiẽs, nec valẽs in domo consistere pedibus suis. De his quoq; Magdalenæ vitijs loquẽs Bernar. in sermone de gratia Christi inquit. Maria Magdalena cũ sorore sua Marta loq dedignabat̃, in oculis erat vagabũda, in crinibus, in vestibus, in gula & in corpore nihil aliud erat q̃ luxuria. Ex quibus patet nõ esse verã opiniam illorũ qui dixerunt, ꝙ Magdalena non peccauit carnaliter actu, sed solũ volũtate, & corde. Quæ etiã opinio reprobat̃ auctoritate ecclesię quę in festo eius nõ facit officiũ virginũ, cũ tñ secundũ oẽs doctores mentalis virginitas recuperet̃ ꝑ pęnitentiã. Si ergo vt isti dicũt Magdalena fuisset virgo corpore, & carne, licet perdidisset mentalẽ virginitatem, postea ea recuperata per pœnitentiam debuisset honorari officio virginum. Nam secundum determinationẽ Theo. in 4. dist. 49. vbi Ric. art. 5. q. 4. Integra corpore sed corrupta mente si pœniteat recipiet aureolã virginum. Cõtra istos etiam facit ꝙ ecclesia non iudicat de occultis, sed de manifestis. c. erubescãt 32. di. & 32. q. 5. c. christiana. & c. a nobis. el. 2. de senten. excom. & c. sicut, in fi. & c. tua nos. de sĩmo. Cum ergo euangelista eã nominet peccatricẽ, & in ciuitate notã, sequit̃ ꝙ de manifestis eius peccatis, & non tm̃ de secretis scripserit. Licet autem quidam tenuerint ꝙ Magdalena esset publica meretrix per dictũ Chrisostomi super Mattheum, qui ait de ea. Tũc illa prostituta lupanar exiuit, qñ discipulus gehennam intrauit. Et Hieronymus ad furiam dicit, Meretrix illa in euangelio quæ pedes dñi lachrymis lauit, & crine detersit, & confessionis suæ honorauit vnguento, manifeste depingit ecclesiã de gentibus congregatam. Et idem in prologo Oseæ prophetæ inquit. Hæc est illa mulier meretrix & adultera, de qua loquitur dñs ad iudeos di. Meretrices & publicani pręcedent vos in regno cœlorũ. Matth. 21. Tñ videtur verior opinio ꝙ ipsa non inhabitaret in lupanari publico, quia non est verisimile nobilissimã, atq; potentẽ, ac ditissimã dominã, loca spurcissima ꝓ quæstu ac pręcio inhabitasse. Sed pro eo a doctoribus dr̃ fuisse publica meretrix, quia in domo propria, tam lasciua erat, atq; dissoluta, & oĩbus libidinibus sic inuerecunde dedita, vt ab oĩbus tanq̃ publica meretrix reputaret̃, & digito tãquã infamis monstraret̃. Si aũt quærat̃ quæ fuerint causæ vt in tantis peccatis corrueret. Rñdeo ꝙ fuerunt multæ. Prima formositas & pulchritudo. Erat. n. pulchra, atq; formosa naturaliter, & pulchritudinem illã ampliabat cum ornatu vano, atq; inhonesto, & gestibus impudicis. Et ideo verificata fuit sñia Theophrasti qui ait Mulier pulchra cito adamat̃, & difficile est custodire quam multi amant. Et Prouer. vlt. dr̃ Fallax species & vana est pulchritudo. Propter quod Hieronymus in epistola ad Furiam, taliũ mulierũ ornatũ repręhendit di. Ornatus iste non dñi est velamen sed Antichristi; lingua personat castitatẽ & totũ corpus pręfert impudicitiã, & ideo ad sacras virgines de continentia virginali inquit. Propheticus sermo non proferat̃ de vobis. Filiæ eorum cõpositæ, circumornatę vt similitudo tẽpli, & dealbatæ ab extra vt monumenta quæ auro relucent, intus vero plena sunt ossibus mortuorum. Hę non filiæ regis Christi, sed regis thiri, hę semper in muneribus vultus impudicitia diuites plebis, & capiunt & capiũtur. Impudicissimus mulierum affectus semper in auro, semper in gemmis, semper in ornamentis extrinsecus gloriam ponit. Non sufficit eis libido innata naturę, sed occasionem quærunt explendę libidinis.

Causæ ꝑ quas Maria Magdalena in multa peccata corruit.

dinis. Affectant proculdubio vt oculi virorum aurum contemplantes, & gemas, tandem figantur in faciem, & furtiuis oculorum suorū nutibus facilius incitentur ad libidinosum incendium, hæc ille. Et Iuuenalis idem canit di. Rara est con cordia formæ atq; pudicitiæ. Ouidius vero in epistolis ait. Lis est cum forma magna pudicitiæ. Et Prouer. 11. dr. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra, & fatua. Nam sicut sus habēs in naribus suis circulum aureum, immergit se in lutum & fędat. Sic mulier pulchra, & fatua seipsam maculat per immundicias suas. Secunda causa fuit nobilitas, propter quam nemo illam increpare audebat. Item quia vt nobilis & potens de di ctis inferiorum nihil curabat. Ait enim Philosophus. 6. Politico. Præeminentes nihil curant. Tertia causa fuit prosperitas, & vbertas atq; abundantia bonorum temporalium quibus in oībus voluptati bus vtebatur, sumptuose comedendo, ac potando, superflue dormiendo, atq; otio vacādo Et Ezechiæ. 6 dicitur. Hæc fuit iniquitas sodomę sororis tuæ, saturitas panis, abundantia, & otium. Et 1. ad Thi. 5. ait Paulus. Vidua quæ in delitijs est, viuens mortua est. Quarta fuit libertas, secundum enim August. in lib. de decem chordis. Quattuor sunt custodiæ mulie ris quibus adiuuatur vt honestè viuat. Prima est timor Dei Prouer. vltimo. Mulier timens Deum ipsa laudabitur. Secun da est timor legum adulteras punientiū. Tertia societas viri. Quarta verecundia viri. Hieronymus autem ad Furiam ait. Tenera res est in fęminis fama pudicitię. & quasi flos pulcherrimus cito ad leuem marcescit auram, maxime vbi ętas consentit ad vitium, & maritalis deest aucto ritas, cuius vmbra tuitamen est vxoris. Magdalena igitur nec Deum, nec leges ti mens, atque in libertate sua existens, ac sine viro, omni impudicitiæ operam dabar, erat enim nemini subiecta. Nam Lazarus eius frater militiæ vacabat. Marta vero Bethaniæ morabatur, & ipsa in Magdalo oppido quod eius dominio subiectum erat. A quo Magdalena appellata est. Quinta causa fuit mala, & inhonesta societas, ait enim Bernard. Cum mulieribus inhonestis, & cum iuuenibus impudicis conuersari, & non peccare, maius miraculum est quām mortuos suscitare. Et Hierony in transitu suo inquit. Ego iudico quòd si cum viris fœminæ habitauerint, viscarium diaboli non deerit. Et Prouerb. sexto. dicitur. Nunquid potest quis abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta eius non ardeant? aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Sextam causam addunt alij dicentes, quòd Magdalena erat sponsa Ioannis Euangelistæ, quem Christus de nuptijs ad apostolatū vocauit. De quib⁹ nuptijs habetur Ioannis secundo. Et ideo Magdalena licet tunc esset bona, tamen indignata contra Christum eo quòd sibi abstulisset sponsum suum, postea quicquid potuit contra doctrinam eius fecit, & tanquam desperata omnibus voluptatibus se immersit, ait enim Cecilius firmanus, libro quarto de beata vita. Tria sunt quæ homines in omnia facinora præcipites agunt, ira, cupiditas, & libido. Sed non est verisimile quòd Christus fuerit causa suæ ruinæ. Item non est verisimile quod Magdalena nobilissima vtpote quæ erat de regali stirpe, & filia ducis, atque potens ac diues, accepisset in sponsum Ioannem pauperem, & filium piscatoris si ipsa fuisset honesta, & bona. Posito ergo sine præiudicio veri quòd ipsa Magdalena fuerit sponsa Ioannis, potest dici quòd eum accepit quia erat pulcher iuuenis, nec comparem sibi in nobilitate, ac diuitijs sponsum inuenire potuisset, cum esset infamis tanquam meretrix publica vt prædiximus. Et forte Deus præceperat beato Ioanni dicens illud. Oleæ primo. Sume tibi vxorem fornicariam. Ioannes quoque licet esset pauper, tamen erat de stirpe regali ex parte matris suę. Dominus autem in ipsis nuptijs ex miraculo aquæ in vinum conuersę cum sponsum eius conuertisset ad virginitatem conseruandam, etiam ipsam Magdalenam aliqualiter commouit, & sic postea ad ipsum alia vice cucurrit, & pœnitentiam fecit. Et ad hanc opinionem facit quòd legitur de conuersione eius, scilicet quòd postquam Magdalena multis temporibus prædictis volu-

ptatibus operam dedit, volens eam Christus ex sua misericordia conuertere hanc ei fecit habere visionem. Dormiens enim mulierem quandam pulcherrimam vidit, quæ ei filium suum pulcherrimum ostendit dicens. Vis filium meũ pulcherrimum, ditissimum, ac potentissimum habere in sponsum? Magdalena autem eum studiose intuens in eius mox amorem succensa respondit. Volo. Et domina subiunxit. Non habebis eum nisi vitam quam nunc habes relinquas, & vitam sequaris quam Iesus prædicat. Quæ euigilata super hac visione cogitare cœpit. Et ideo postea adueniente tempore nuptiarum vidensque beatam Virginem in illis nuptijs cum filio suo, & eorum effigies recognoscens quas in somnis viderat, postea etiam viso miraculo & ipsa vitam mutauit.

Quibus vijs domin⁹ traxit ad se Mariã Magdalenam.

Bernardus vero in sermone de gratia Christi dicit, quòd prædicante Iesu in Hierusalem Marta ad eius prædicationem quotidie pergebat & deuotè stabat, sollicitabatq; sororem suam Magdalenam, vt & ipsa venire vellet, quæ superba responsione eam increpabat. At Marta nullo labore fessa a prædicatione rediens sæpe illam in lecto reperiebat, dicebatque ei de doctrina Iesu melliflua, & inter alia dixit eum esse pulcherrimum præ filijs hominum. Tandem autem Magdalena sororis importuna sollicitudine, ac tædio deuicta, ad prædicationem abijt tota vanitatibus ornata, Marta ipsam sequente tanquam pedissequa, sedensq; verba saluatoris quasi nolens audiebat, atque iuuenes in circuitu existentes aspiciebat. Saluator autem ipsam conuertit multipliciter. Primo suæ sanctitatis attractione. Et per hoc figuratus est per pantheram, de quo dicit. Isi. 12. libro Ethimo. quòd omnium animalium est amicus excepto dracone quem valde odit propter venenum & draco ipsum fugit. De quo etiam inquit Plinius libro. 8. c. 18. quòd maxima colorum varietate decoratur & quando emittit vocem exit ab ore eius odor aromaticus valde suauis, propter cuius suauitatem omnia animalia ipsum sequuntur. Ipse enim saluator varietate omnium virtutum decoratus & omnium hominum amicus, & draconis idest diaboli aduersarius, ex ore suo mellifluo emittebat vocem super omnia aromata odoriferam, cuius virtute ad se corda hominum attrahebat. Vnde ipse dixit. Ioannis. 12. Omnia traham ad meipsum. Secundo conuertit eam & ad se traxit sua amabili visione. In eius enim facie splendor diuinitatis relucebat qui ad se peccatores trahebat. Vnde Hieronymus inquit. Certè fulgor, & maiestas diuinitatis occulta etiam in humana facie relucebat, ex quo ad se videntes trahere poterat aspectu. Et ideo quilibet eum videns dicere illi poterat. Valde admirabilis es tu domine & facies tua plena est gratiarum Hester. 15. Tertio conuertit & traxit eam ad se sua potenti dignatione. Vnde Hieronymus subdit. Si in magnete lapide hæc virtus esse dicitur, vt annulos, & festucas sibi copulet, quanto magis dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat quos volebat. Sicut etiam magnes quadã occulta virtute ferrum ad se trahit. Sic Deus occulta virtute bonitatis suæ affectũ mentis humanæ ad se reducit. Quarto traxit eam interna inspiratione, Vnde Gregorius in homilia hodierna ait. Quid miramini fratres Mariam venientem, an dominum suscipientem dicam an trahentem? Melius dicam suscipienté, & trahentem, quia nimirum ipse eam p pœnitentiam traxit intus, qui per misericordiam suscepit foris. Quinto traxit eã sua odorifera conuersatione. Vnde ipsa Magdalena illi dicere poterat illud. Cant. 1. Trahe me post te, in odorẽ curremus vnguẽtorum, &c. Sexto conuertit eã sua benigna respectione. Sicut enim vt dicitur in libro de proprietatibus rerum. Animal quod dicitur Linx radio suorũ oculorum corpora opaca penetrat, & radius solaris terram penetrans aurum generat, & columba in aqua respiciens vmbram accipitris considerat, & eius insidias vitat. Ita Christus cor Magdalenæ suo respectu funditus penetrauit, & tali respectu in corde illius aurum suæ gratiæ generauit, & aquam fluuium lachrymarum considerans dæmones ab ea eiecit. Septimo eam conuertit sua feruenti prædicatione. Eius enim verba

erant

erăt ignita, & medullas cordis penetrătia. Sermo enim Dei est viuus & efficax ac penetrabilior omni gladio ancipiti. Ad Hæbre. 4. Dicunt autem doctores quòd Christus sex sagittis vsus est in prædicatione ista. Prima dicitur dulcoratiua. Peccatores enim verbis dulcibus melius a peccato retrahuntur quàm aspe-ris. Et ideo cepit prædicare de misericordia diuina allegans illud Hieremiæ 3. Vulgo dicitur. Si dimiserit vir vxorem suam & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? Nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Leua oculos tuos in directum & vide vbi nunc prostrata sis. In vijs sedebas expectans eos quasi latro in solitudine. Polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. Quamobrem prohibitę sunt stellæ pluuiarum & hymber Serotinus non fuit. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ergo saltem amodo voca me, Pater meus, dux Virginitatis meæ tu es. &c. Item dicebat illud Ezech. 18. Quacunque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius quas operatus fuerit non recordabor. Nolo enim mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Et breuiter dixit passionem quam laturus erat propter peccatores. Exclamabat autem Dominus Iesus dicens. O anima mea pro cuius amore Deus homo factus sum cur me persequeris? cur Creatorem tuũ ita contemnis? Reuertere reuertere sunamitis, reuertere reuertere vt intueamur te Cant. 6. Reuertere ad me qui te patienter expecto, dulcissime inuito, & clementissime suscipiam. Veni ergo ad me secura. Veni dilecta mea, & remittam tibi omnia peccata tua. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam Matth. 9. Ad hæc autem verba commota sunt omnia Magdalenæ viscera, & dixit intra se. Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est Cant. 5. Statim autem ad prædicta verba Saluatoris cępit Magdalena lachrymas effundere, & vanitatem crinium destruere, & pectus suum tondere. Ipse autem Dominus videns eam contritã, sagittauit eam secunda sagitta amaricatiua, declarans ei malignitatem peccati, & eius horribilitatem, ac seueritatem vniuersalis iudicij, & æternas pœnas inferni peccatoribus præparatas, vnde ipsa magis flere cępit, cuius lachrymas Christus laudauit dicens. O bonę lachrymæ quæ immundam animam lauant. &c. Tertiam quoque sagittam cõfortatiuam subiunxit dicens. O paupercula anima quæ peccatis tuis lætificasti dæmones, qui ad te deuorandam erant præparati, & valde contristasti Angelos de tua damnatione dolentes, confortare quia hac contritione tua dæmones ipsos confudisti, & totam cœlestẽ curiam iubilare fecisti. Quia gaudiũ est Angelis Dei. &c. Lu. 15. Quartã insuper sagittam vibrauit quæ dicitur despectiua, eam namque animauit ad mundanas vanitates contemnendas, ostẽdens quod amicitia huius mundi inimicitia est Dei Iacobi quarto Et vt Gregorius ait. Quicunque inimicus est Dei, inimicus est totius cœlestis curiæ. Quinta autem sagitta dicitur recordatiua. Ad memoriam enim ei reduxit gaudia æterna Paradisi, quæ dabit Deus agentibus pœnitentiam. Matthæi quarto. Et quòd solo peccato etiam veniali detentus nunquam poterit in illam patriam cœlestem intrare, nisi ab eo fuerit purgatus de consecratio. dist. in ctio. 4. c. non potest. Sexta sagitta dicitur electionis. Ait enim illud Eccl. 15. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod maluerit dabitur ei. Ecce tibi aperta est porta inferni si in tantis abhominationibus perseueres, & ianua Paradisi si inceptam pœnitentiam perficies, & ad me Saluatorem tuum reuertaris. Elige ergo anima mea potius pati confusionem in terra quàm ęternaliter confundi in inferno, potius carere transitorijs vanitatibus seculi quàm infinitis gaudijs Paradisi. Finita autem prædicatione ecce quòd Magdalena tota lachrymis madefacta capillis per spatulas sparsis, & ab imo pectore singultus, ac suspiria trahens pergebat versus domum, & dissolutos iuuenes per viam reperiens, qui forte eã more Solito infestabãt & ad malũ inuitabãt, ipsa ab eis veniam postulabat, pro eo quod

Sex sagittis Christus vsus est in prædicatione, qua conuertit Mariã Magdalenã

fuerat

fuerat causa eorũ dãnationis ꝓpter suas vanitates,& eos ad pœnitentiam inuitabit di. Nonne audisti bonum magistrum de pœnis inferni vobis præparatis tam terribilia,& ecõtra de triumphis Paradisi pœnitentiam agentibus dandis prædicantem? O fratres mei nolite perdere animas vestras,sed ite ad eum,& veniam postulate. Ad domum igitur suam rediens statim vt cognouit quod Iesus accubuisset in domo pharisei.s. Simonis Leprosi, tulit alabastrum vnguenti, vt dicitur in Euangelio hodierno, & stans retro secus pedes Domini lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguẽto vngebat. Ex quibus patet quàm bene Magdalena satisfecerit pro peccatis suis. Vnde Gregor. in homilia hodierna inquit. Sed iam textum sancti Euangelij percurrentes ipsum quoq; ordinem quo venerat sananda videamus,liquet enim quòd illicitis actibus prius mulier intenta vnguentum sibi pro odore suæ carnis adhibuit,quod ergo sibi turpiter exhibuerat hoc iam Domino laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat,sed hos iam per pœnitentiam conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed iam capillis lachrymas tergebat,ore superba dixerat, sed pedes Domini osculans hoc in Redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta vitiorum, tot de se inuenit holocausta virtutum. Conuertit ad virtutes numerum criminum, vt totum seruiret in pœnitentiam quicquid ex se Deum contempserat in culpa, hæc ille. Qui etiam ait. Quia turpitudinis suæ maculas aspexit, lauanda ad fontem misericordiæ cucurrit. Conuiuantes non erubuit. Nam quia semetipsam grauiter erubescebat intus, nihil esse credidit qđ verecundaretur foris. O beatissima Magdalena profectò cum esses immunda, in fonte lachrymarum tota es purificata, & mundata. Ait n. Chriso. Sicut postquam vehemens hymber erumpit,fit serenitas, sic lachrymis effusis apparet tranquilitas,& perit caligo reatuum. Vnde Gen. 1. dicitur. Spiritus Domini ferebatur super aquas i. lachrymas, & psalmista ait. Flabit spiritus eius & fluent aquæ.s. lachrymarum. O Magdalena tu fecisti spiritualem lixiuium, in quo pro aqua posuisti lachrymarum abundantiam,pro cinere humilitatem profundam. Vnde in Euangelio dicitur. Stans retro secus pedes Domini. Non.n. te reputabas dignam stare a parte anteriori, pro igne autem posuisti amorem feruentem. Vnde de te ait Dominus pharisæo, quoniam dilexit multum. Item pro ipso igne posuisti dolorẽ vehementem. Ait n. Aug. quòd lachrymę sunt testes doloris. Quod ergo in corde tuo esset maximus dolor lachrymis tam abundanter fusis ostendisti, quæ in tanta exiuerunt copia quòd ad lauandos Domini pedes suffecerunt. Vt enim Christus tibi donaret tuorum peccatorum veniam,omnia ei liberalitatis munera impendisti,vt patet ex Euangelio pręsenti. Primo munus à corde cum dicitur de te. Dilexit multum. Secundo munus ab ore cum dicitur. Osculabatur pedes eius. Tertio munus a manu,cum dicitur Vnguento vngebat. Quarto munus ab obsequio cum dicitur. Lachrymis cępit rigare pedes eius,es autem appellata Maria quasi magnum mare lachrymarum, vel quasi amarum mare, ex amaricatione contritionis,vt ait Franc. de Mairo in sermone hodierno. Licet autem o Magdalena nihil recitetur in Euangelio quòd verbo expresseris, quia præ doloris magnitudine forte loqui non poteras, puto tamen quòd saltem in corde tuo ipsum Dominum alloquebaris dicens. O bone Iesu,o pastor animarum,o spes vnica salutis meæ, miserere mei. Ego enim sum illa infelix & ingrata peccatrix,quæ tantum offendi maiestatem tuam,quæ lasciuo gestu, vano aspectu, & meretricio ornatu,multorũ animas illaqueaui,& perdidi. Ego sum illa misera quæ pompas mũdi & diaboli plusq̃ te Deũ Creatorẽ meum dilexi. Heu mihi quia dereliqui fontem aquarum viuentium te Dominũ Saluatorem meum. Ego sum illa quę infernalem gehennam promerui, quia iniquissime egi,& peccaui. Sed tu Domine quia pius,misericors es indulge mihi. Ecce pedes tuos teneo, qui me peregrinãdo quæsierunt. Tu ergo qui ad conuertendos peccatores venisti, qui non despicis cor contritum & humiliatum. O Iesu

dulcis,

dulcis, o Iesu clementissime, o fili Dei benedicti, animam meam suscipe pœnitentem, consolare lachrymantem. Ad te veni, ad te cõfugi, ad te totis visceribus clamo, miserere mihi peccatrici quæ parata sum de cætero obtemperare tuæ voluntati. Iesus autem iocunda facie ad eam cõversus ait illi. Remittuntur tibi peccata tua. Vade in pace. O verbum Magdalenę iocundissimum, o vox suauissima, o allocutio mellislua, cor ipsius dulcorans, qđ prius erat amaritudine plenum. Illa autem vt creditur capite inclinato, & manibus cancellatis, benedictionem Christi accipiens, gaudio plena est ad domum reuersa. Admirabilis pœnitentiæ virtus quantum diuinæ maiestati es accepta. O peccatores considerate quantum pęnitẽtia Deum delectat, quantumq; Domino nostro Iesu Christo grata est. Hæc enim tam famosa meretrix ad Deum per pęnitentiam conuersa adeo illi placuit quod eius excusator factus est contra pharisæũ de ipsa murmurãtẽ, vt patet in Euãgelio hodierno qđ habetur Luc. 7. cui de Magdalena loquens ait. Remittuntur ei peccata multa. Item defensauit eam quando Maria de ea conquerebatur, quia eam non adiuuaret. Luc. 10. Ipsa vero Magdalena quæ ad pedes Iesu omne bonum inuenerat dicebat. Regula certa datur, qui stat bene non moueatur. Christus autẽ eam excusauit dicens. Marta Marta &c. Item defendit eam a murmurationibus discipulorum quando vnxit caput Iesu. Matth. 26. Fecit quoq; eam matris suæ, & suam hospitem in cuius domo habitabat. Primo etiam illi apparuit post resurrectionẽ quàm alicui Apostolorũ Marc. vlt. Post Passionem vero Domini anno. 14. cum iam Iudæi Stephanum prothomartyrem occidissent, & Mater Dei in Cœlum esset assumpta, diuersas gentium discipuli subiersit nationes verbum Domini prædicantes. Erat autem tunc temporis cum Apostolis B. Maximinus vnus de septuaginta duobus discipulis Domini, cui a B. Petro Maria Magdalena fuerat commendata. In hac igitur dispersione B. Maximinus, Magdalena, Marta, Lazarusq; earum frater, atq; Marcellina siue Maximilla Martæ pedissequa, quæ dixerat Christo, beatus venter qui te portauit &c. Lu. 11. Necnon B. Celidonius, qui cęcus a natiuitate extiterat sed a Domino fuerat illuminatus, & cum ipsis plures alij Christiani ab infidelibus in mari vt submergerentur sine aliquo gubernaculo positi sunt, sed diuino adiutorio Marsiliam aduenerunt. Vbi cum nullum qui eos vellet recipere inuenissent sub quadam porticu, quæ Phano gentis illius præerat, morabantur. Sed prædicante Magdalena, Marsilienses cum suo Principe ad fidem Christi conuersi sunt destructis idolis. & ecclesijs ædificatis ad honorem Dei, & Sanctorũ. Et ibi Lazarus eius frater de communi omnium cõsensu est Episcopus ordinatus. Non est autem mirum si Magdalena prædicando conuertebat populos & mellislua verba eructabat illis labijs quibus benedicti Iesu pedes non tantum viui, sed etiam mortui tam deuote osculata fuerat, & quæ prædicandi normam & doctrinam ad ipsius pedes sedens didicerat. Dic de peregrinatione ducis Marsiliæ cum vxore sua quę conceperat filium impetratum precibus Magdalenæ, & de morte ipsius vxoris &c. Vide in legendario Sanctarum, in vita Magdalenæ. Fundata autem fide in vrbe Marsiliæ postmodum ad Aquensem ciuitatẽ profecti sunt, & similiter ibi conuerso ad fidem Christi populo, & B. Maximino ibidem Episcopo ordinato, Maria Magdalena affectans vitam contemplatiuam ducere, ascendit in montem in quo nec aquarum fluenta, nec arborum, nec herbarum erant solatia, & ibi stetit triginta annis per Angelos enutrita. Et hæc omnia habentur in legenda B. Martæ, & vt dicitur in legenda eius per illos triginta annos suis capillis miraculose crescentibus & densatis est cooperta. Septiesq; in die in horis canonicis ab Angelis in ęthera eleuabatur. Audiebatq; corporeis auribus cęlestium agminum mellifluos cantus, tantaq; erat Magdalenæ consolatio vt dicere posset cum Dauid propheta in Psal. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: cõsolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Sciens autem Magdalena horam transitus sui, misit ad B. Maximinum quendam presbyterum a quo inuenta fuerat, rogans vt in die Resurrectionis Domini solus orato-

rium

rium eius ingrederetur. Quod & fecit. Inuenitq; in oratorio Magdalenam spacio duorum cubitorum eleuatam a terra, stantem in medio Angelorum. O quantum fuit Magdalenæ gaudium, quando postremo conuocato vniuerso clero ab ipso Episcopo, sanctissimum corpus Domini cum multa lachrimarum inundatione suscepit, & ante altare sanctissimã animam effudit. O si quis audisset Dominum Iesum qui ei cum Matre sua, & multis Angelorum ac sanctorum agminibus apparuit, mellisflua voce illi dicentem. Veni Apostola mea, veni sponsa mea charissima, veni hospita mea. Profecto huius peccatricis exemplo ad pœnitentiam cõuerteretur, quæ a Domino Iesu cum maximis iubilis & cantu suauissimo in æternis polorum gaudijs est recepta.

De 7. pœnitentiæ vtilitate. Septima & vltima vtilitas pœnitentię dicitur glorificationis. De qua Aug. in lib. de pęnitentia inquit. Hæc est quæ homines ad Angelos ducit, creaturam reddit Creatori. Ista ouem perditam monstrauit quærenti, hæc dissipatoré filium ad patrem reduxit, & vulneratum a latronibus custodi curandum tradidit. In hac omne bonum inuenitur, per hãc omne bonum conseruatur. Fugat tenebras, inducit lucem. Ipsa est ignis peccata consumens.

Leto animo pœnitentia est amplectenda. O Amplexanda gaudenti animo pœnitentia. Tu es illa sine qua nullus qui peccauit potest ianuam regni cęlestis intrare, sicut scriptum est in c. non potest. de pe. di. 1. Tu es per illam scalam figurata quam vt legitur. Gene. 28. Vidit Iacob Patriarcha quæ vsq; ad Cœlum pertingebat, atq; per illam Angeli descendebãt, vt. s. in conspectu Dei pœnitentium orationes præsentarent. Tu es illa quæ lætabũdam peccatoris animam facis, iuxta illud Eccle. 3. Nihil est melius quam lętari & facere bonum. Et ideo dico tibi o pęnitens illud quod Deuter. 33. scriptum est. Lætare in exitu tuo scilicet de hac miserabili corporis seruitute quia ad ęternã peruenies vitam.

PARS QVARTA Huius sermonis de continua habilitatione quam habet peccator ad pœnitentiam faciendam.

Nullũ esse adeo peccatorẽ q conuerti non possit, ẽt in vltimo vitæ suæ ostẽditur aliquibus rõnib. NVLLVS est adeo sceleratus, & inueteratus peccator, qui si velit ad pœnitentiam conuerti etiam in vltimo vitæ articulo non possit. Quod verum esse probatur rationibus auctoritatibus, & exemplis.

PRima ratio dicitur miserationis, pręcepit. n. Dominus vt quilibet faciat misericordiam proximo suo, omnes iniurias ei remittens. Vnde Matth. 18. dicit. Dimitte vsq; septuagies septies. Vbi secundum Hiero. & Nico. de Lira ponitur numerus finitus pro infinito. Cum ergo infinita sit Dei misericordia, & ipse faciat maiorem misericordiam homini quãm ei præcipiat, quia miserationes eius super omnia opera eius Psal. 144. Sequitur quòd si infinities homo peccasset a benigno Deo veniam impetrare pœniteudo valeret.

2. Ratiõ SEcunda ratio dr præceptionis. Pręcepit. n. Deus indistinctè omnibus peccatoribus vt pęnitentiam agerent. Vnde Leui 23. scriptum est. Omnis anima. s. peccatrix quæ afflicta non fuerit, peribit de populis suis. Et Act. 3. dicitur. Pœnitemini & conuertimini vt deleantur peccata vestra. Cum igitur vt Aug. inquit in quodam sermone. Seruum pigrum Dominus non damnaret, si ea quę fieri nullo modo potera, timperaret. Concluditur quòd mali bet etiam maximum peccatorem posse ad pœnitentiam conuerti.

3. Ratio. TErtia ratio dicitur dilectionis. vt. n. dicunt Theolo in 3. di. 27. Omnes ex charitate tenẽtur diligere proximos suos siue sint boni, siue sint mali, quia quilibet homo dum est in hac vita est habilis ad participandam bonitatem diuinam. Sed illi qui sunt mali, quãm diu sunt in peccato non possunt participare. Ergo cum tamen sint diligendi, signũ est quòd possunt a peccato resurgere.

Quarta

4. Ratio. QVarta ratio dicitur adiuuationis.s. diuinæ. Pro cuius declaratione sciendum est secundum Thom.1.2.q.111. art.9. Et iterum in 2. senten.dist.28.ar.1. Et secundum Bonauenturam. e.di.art.2. q.3. quod nullus potest bene operari nisi sit adiutus gratia diuina. Fundamentum cuius veritatis ponit Aristo.3. de anima di. In omnium rerum natura semper est aliquid quod potest facere omnia illius generis, super quæ verba dicit Thom. In quolibet genere rerum est venire ad vnū primum a quo omnia illius generis descendunt. Patet exemplum de motu. Nam omnis motus causatur a motu primi mobilis vt ait Aristo. primo Metha. Similiter dicendum est de motore. Vnde inquit Philo.7. Phisic. In mouentibus & motis non est processus in infinitum, sed necesse est venire ad aliquem motorem primum. Similiter ergo dicēdum est de bonis operibus quæ necessario habēt procedere ab influentia bonitatis primæ. Vnde Plato in Thimeo dicit. Sicut omne esse est a primo esse, & omne verum est a primo vero, sic omne bonum est a primo bono. Et Aristo. in 1. de regimine principum ait. Sine Deo nihil est possibile. Propterea inquit Paulus 2. ad Cor.3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed omnis sufficiētia nostra ex Deo est. Et ad phi.2. iterum dicit. Deus est qui operatus in nobis velle & perficere. Dominus quoq; noster Ioan.15. ait. Sine me nihil potestis facere. Qua ex reg. Aug. in lib. de naturali gratia inquit. Sicut oculus corporis plenissime sanus nisi candore lucis sit adiutus non potest aliquid cernere. Sic homo etiam perfectissime iustificatus, nisi æternæ iustitiæ luce diuinitus adiuuetur non potest recte viuere, nec aliquid bene operari.

Hoīem in pctō mortale existente nō posse resurgere sine diuinæ gratiæ adiu SCiendum quoq; est secundum sententia Theo. maxime Bonau. in 2. dist. 28. art.1. q.1. & beatus. Tho.1.2.q.109.ar.7. quod homo in peccato mortali existens, non potest ab eo resurgere sine adiutorio diuinæ gratiæ. Et hoc per quatuor exempla ostendi potest. Primum est Anselmi qui dicit, quod homo in foueam, vel puteum per se potest præcipitari, sed non potest per se exire. Secundum exemplum est Chriso. qui ait, quod sicut nauis fracto gubernaculo illuc vbi tempestas impulerit ducitur, sic homo perdito auxilio, gratię Dei nō facit quod ipse vult, sed quod diabolica tentatio. Vnde de tali dicitur Prou.23. Eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo. Tertium exemplum est similiter Chriso. qui dicit, q ante homo peccet liber est, sed si semel operibus malis se diabolo obligauerit, iam non poterit propria virtute liberari. Sic.n. populus facit regem, sed iam factum deponere nō potest, quia in sua potestate fuit eum facere, sed iam in sua potestate non est expellere. Sic postquam homines thronum diaboli in suis cordibus posuerunt, iam nullus potest eum eijcere nisi Deus. De diabolo.n. dicitur Iob. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Quartū exemplum ponit Aug. dicens, q homo potest se ipsum occidere, sed postea non potest se resuscitare, & similiter homo per peccatum pōt interimere spiritualiter animam suā, iuxta illud Sap.16. Homo per maliciā occidit animam suā. Sed postea non pōt eam viuificare, hæc quoq; veritas probari potest ratione. Fundamentū cuius ponit Arist. in post prædicamentis di. A priuatione ad habitū impossibilis est regressus per naturā. Patet hoc experientia. Quia lumen corporis non potest naturaliter recuperari a cęco per virtutem totius naturæ, sed ad eius illuminationē requiritur virtus supernaturalis. Cum igitur per peccatū anima fiat cæca dum priuatur lumine, & cognitione veritatis, dicente Aug. in lib. de natura & gratia. Præuaricatorē diuinæ legis lux deserit veritatis qua desertus vtique fit cęcus. & Sap.2. de peccatoribus dī. Excęcauit eos malitia eorum. Cumq; talis cęcitas quę fit per peccatū sit maior, & peior cęcitate corporali concludiē q ad illuminandum talē cęcū.i. peccatorem requiritur a fortiori virtus supernaturalis diuinæ gratiæ, per quā non solū illuminatur, sed etiā resuscitatur a mortuis. Et ideo S. Bona. in 2. di.26. in questionibus circa literam diffiniens gratiam inquit. Gratia est perfecta iustificatio & remissio peccatorum. Hoc autem scilicet iustificare peccatorē est tam arduū opus, *torio, ostenditur quatuor exemplis.*

quòd inquit Augu.in lib.de libero arbitrio, Maius opus est, vt ex impio iustus fiat, quàm creare Cęlum & terram.

Deus quò sua gratia oēs adiuuet quātū.ūq; maximos peccatores.

SI autem a me quęras o peccator. Vtrū Deus paratus sit te sua gratia adiuuare ad benefaciendum & ad resurgendum a peccatis? Dico tibi illud Diony. in lib. diuinis nominibus. Sicut sol noster non ratiocinans neq; eligens ęqualiter diffundit radios suos in corpora inferiora, sic sol iustitiæ diffundit in omnes radios bonitatis suæ. Ideo Isa 55. Omnes peccatores ad gratiam vocantur a Domino dicēte. Omnes sitientes venite ad aquas.s.gratiæ. Et Eccle.24. iterum inquit. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini. Scias ergo o peccator secundum sententiam Theo. in 4.di.14. quòd misericordia Dei se extendit ad omne genus peccati, & excedit omnium peccatorum malignitatē. Et ideo si vnus fecisset tot millia peccatorum quot sunt in Cœlo stellæ, vel guttæ aquarum in mari, seu frondens in arboribus. Et si possibile esset quòd aliquis haberet annos Mathusalem qui fuerunt. 969. vt habetur Gene. 5. Et semper in illis annis offendisset Deum, & infinita peccata commisisset & nunquam fecisset aliquid boni. Item si quis commisisset omnia peccata in spiritū sanctum, quæ vt ait Saluator noster Matth. 12. dicuntur irremissibilia in præsenti seculo & in futuro, propter eorum maximam grauitatem, tamē si corde contritо vellet ad pęnitentiam reuerti, Deus paratus est illi gratiam suā elargiri, & eum adiuuare. Scriptum est. n. 2. Petri. 2. Non vult Deus aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Et Paulus 1 ad Thes. 4. inquit. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.

QVinta ratio dicitur conditionis.s. humanę. Ex qua quilibet potest ad pœnitentiam conuerti. vnde sciendum est secundum Theo. in 2.di.25. Maxime sanctum Bonau ibidem art. 2. q. 3. Et B. Tho. in summa. contra gentiles lib.3.c.11. Et iterum in quæstionibus disputatis de malo quæstione vtrum peccatum diminuat bonum naturæ. Et in prima parte summæ. quæstio. 48. artic. 4. & iterum. q. 83. articul. 1. quòd licet anima sponte committat grauissima & quasi infinita peccata, tamen Deus non permittit quòd libertas liberi arbitrij ita corrumpatur, & peruertatur, quin semper possit de malo ad bonum redire in hac vita. Fundamentum huius veritatis ponit cōmentator super 9. Methaphysicæ. & beatus Tho. in 2. dist. in. 25. di. Manente semper natura rei, necesse est naturalia non moueri, patet. Nam si natura lapidis duraret in æternū, etiam eius grauitas quæ illius est proprietas naturalis durationem haberet æternam. Quod si talis proprietas naturalis a lapide auferetur, nequaquam lapis amplius vocaretur, dicente eodem commentatore vbi supra. Qui tollit a rebus proprietatem suam, tollit ab eis suam essentiam. Cum igitur anima hominis sit immortalis & incorruptibilis vt inquit Aristol. in 2. & 3. de anima Ergo & eius proprietas naturalis. Naturalis autem proprietas animæ intellectualis est libertas arbitrij. Ait enim Hierony. in quæstionibus ad Elbidiam. Deus æquali cunctos sorte generauit, & dedit singulis vsq; in finem arbitrij libertatem vt faciat vnusquisq; quod vult, siue bonum, siue malum. Si ergo manente substantia rei manet eius proprietas naturalis vt etiam inquit Aristo. 2. Phisi. & 9. Metha. ergo vera est sententia Bernardi in libro de gratia & libero arbitrio qui inquit. Humana anima in libero arbitrio constituta, quod semel accepit nulla vnquam iniquitate perdere potest. Quāuis autem anima nunquam sit futura sine libero arbitrio, tamen si exeat a corpore in mortali peccato eius liberum arbitrium ligatur. Sicut est in dæmonibus qui habent liberum arbitrium, in malo obstinatum, & ligatum, vt dicunt theologi in 2. di 7 Et ibi beatus Bonauentura. 1. q. 1. Ligata enim anima peccatoris vinculis damnationis ęternę, eius quoq; naturalis proprietas est ligata, & ideo eius liberum arbitrium similiter est ligatum. Sed dum est in corpore ratione humanæ fragilitatis Deus ex misericordia sua illi reseruat habilitatem ad bonum. Et hoc est quod ait Aristotiles 3. de regimine principum dic. Liberi sumus omnes vsque in finem, adhoc & ad illud videlicet

cet

cet ad bonum & ad malum, ad vitia & virtutes, hæc illæ. Et sic intelligitur glos. super illud Psalmi 118. Anima mea in manibus meis semper, quæ ait. Licet voluntas hominis obliquetur per peccata, tamen salus sua semper est in manibus libertatis suæ. Ex quibus apparet, quòd quilibet etiam maximus peccator potest a peccatis resurgere ratione liberi arbitrij, adiuuante tamen illum diuina gratia quam habere potest si ad Deum conuersus fuerit, vt supra patuit, quod si non faciat hoc procedit quia liberum arbitrium in malo exercuit. Et de hoc exemplum habemus de superbissimo Nabuchodonosor, & de Pharaone de quibus inquit Augustinus 23. quæstione quarta capitul. Nabuchodonosor dicens. Nabuchodonosor pœnitentiam meruit, quia post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat rursus accepit. Pharao autem ipsis flagellis durior est effectus & perijt, hic mihi rationem reddat qui diuinum consilium minus alto sapientique corde dijudicat. Cur medicamentum vnius medici manu confectum alij ad interitum, & alij valuerit ad salutem? nisi quia Christi bonus odor alijs est odor vitæ in vitam alijs est odor mortis in mortem. Quantum ad naturam ambo homines erant, quantum ad dignitatem ambo reges, quantum ad causam ambo captiuum Dei populum possidebant, quantum ad pœnam ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos? nisi quòd vnus manum Dei sentiens in recordationem propriæ iniquitatis ingemuit, alter libero contra Dei misericordissimam pietatem pugnauit arbitrio? hæc ille. Auctoritatibus quoque hæc veritas declaratur, vnde Augustinus libro primo retractationum capitul. 18 inquit. De quocunque pessimo in hac vita constitutio non est desperandum. Et idem habetur in capitul. nemo. de pe. distinct. 7 Et in libro de verbis Domini iterum ait. Cor impœnitens quandiu in hac vita viuit iudicari non potest, de nullo enim est desperandum quam diu patientia Dei ad pœnitentiam illum inducit, & Ezechielis 33. dicitur.

Auctoritatibus ostenditur peccatorē semp pone conuertere se a malo.

Impietas impij non nocebit ei in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Et in libro de pœnitentia Augustinus dicit. Videmus quotidie in ecclesia sæpe febricitātes, sæpe languidos, sæpe passionibus captos, sæpe liberari, vt appareat totiens opus liberantis, vel miserantis, quotiens confessio fit pœnitentis, quomodo enim corpus quod vilius est sæpe sanaret, & animam digniorem ac redempta non totiens liberaret? Medicum se vocat, & non sanis sed male habentibus opportunum. Qualis esset medicus qui malum iterum ne sciret curare? Medicorum enim est centies infirmatum, centies curare, hæc ille. Transumptiue in capit. adhuc instar. de pœni. distinct. 3. Et Cyprianus in Epistola secunda ad Demetrianum inquit. In isto mundo manenti pœnitentia nulla sera est patet ad indulgentiam Dei additus, & quærentibus atque intelligentibus veritatem facilis est accessus. Et in libro de vita Christiana Augustinus dicit. Nonnullos scimus, & legimus qui antea aut ignorantiæ cæcitate, aut causa perfidiæ, aut adolescentiæ vanitate decepti, multiplici & vario peccatorum genere tenebantur obnoxij, sed per sustinentem Dei clementiam, ad pœnitentiam postmodū ab errore conuersi, maiora adhuc opera facere iustitiæ quàm ante peccata commiserant, patet hæc veritas etiam per exempla. Legitur enim in legenda S. Andreæ de quodam sene nomine Nicolao qui per. 70. annos luxuriæ deseruierat, qui adeo erat in peccato inueteratus & mala concupiscentia inflammatus, quòd licet aliquando proponeret amplius non peccare, statim tamen reuertebatur ad opus solitum. Qui tandem orationibus S. Andreæ se recomendans, & ieiunijs affligens per virtutem pœnitentiæ est saluatus. Aliud exemplum habemus in latrone, de quo Hierony. in epistola paulam de blexillæ ait. Nunquam est sera cōuersio, vox hæc primum in latrone dedicata est. Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiso. Et idem ad Damasum Papam. Et ponitur de pœniten. distinct. prima capitul. importuna. Christus inquit de Cruce in Paradisum latronem tulit. Et ne quis aliquando serā con-

Exēplis pœnitentiā in quocunque tpe esse bonam ostenditur.

conuersionem putaret fecit homicidij pęnam martyrium. Iulius quoq; Papa in c. si presbyter. 26. quęstio. 6. dicit. Vera confessio in vltimo tempore potest esse quia Dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est. Sicut latro in vnius momenti tempore meruit esse in Paradisum in hora vltimę confessionis. Et Papa Cęlestinus in capitul. cognouimus ea. quæstio. & causa ait. Perdidisset latro in Cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum horæ vnius pœnitentia non iuuisset. Cum esset in pœna pœnituit & pro vnius confessione sermonis, habitaculum Paradisi eo pœnitente promeruit. Vera enim ad Deum conuersio in vltimis positorum mente potius est extimanda quàm tempore, propheta hoc taliter asserente. Cum conuersus fueris & ingemueris, tunc saluus eris, hæc ille. O amplissima Dei misericordia o largissima charitas summi Creatoris quæ tanta est, quòd si homo omnia peccata commisisset quæ omnes homines mundi, & omnes dæmones simul in die iudicij inuenientur commisisse, tamen eum benigne reciperet pœnitentem, eumque libenter amplexabitur, etiam si ad summum peruenisset malorum, atque illum ad statum pristinum reuocabit, vt inquit Chrisostomus in capitulo talis. de pęniten. distinctio. 3. Redite ergo præuaricatores ad cor & conuertimini ad Dominum, qui non tantum semel sed millium, & totiens quotiens ad eum per pœnitentiam conuersi fueritis, vobis gratiam suam præstabit in pręsenti & gloriam in futuro seculo. Amen.

✠
✠✠
✠

FERIA

FERIA VI DE SPE ET DESPERATIONE.

SERMO SEPTIMVS.

SPES mea tu es in die afflictiõis. Hiere. 17. Et epist. occurrentis feriæ. Vt inquit Franc. noster de Maronis doctor illuminatus in tract. de charitate. Homo nõ debet tanquam mercenarius Deo seruire, nec illum amore mercenario diligere. Sed sciendum est secundũ doctrinam Seraphici Bona. in 3. di. 27. ar. 2. q. 2. q duplex est mercenarius. s. malus, & bonus. De malo loquitur Franc. vbi supra & est ille qui principaliter Deo seruit, & illum amat amore, & expectatione retributionis tẽporalis de quo Saluator inqt Io. 10. Mercenarius aũt fugit quia mercenarius est. Mercenarius vero bonus est ille qui seruit Deo, & illum diligit non principaliter ratione retributionis sed propter seipsum, quia est summe bonus & diligibilis. Et secundo pp retributionem æternam. Quia ipse est merces nostra magna nimis. Gen. 15. e. Et iste est de illis mercenarijs de quibus parabolice dicitur. Luc. 15. Quot in domo patris cęlestis abundant panibus. s. fidei. spei, & charitatis. Vnde inquit Amb. super Lucã exponẽdo prædicta verba. Multi sunt boni mercenarij qui spe ęternorum Deo seruiunt. Omnes ergo boni Christiani hoc respectu possunt dici mercenarij, de quibus inquit Aug. in lib. de verbis Domini sermo. 3. Omnis Christianorum spes in futurũ tempus extenditur, ut quia seruimus hic Deo, alibi seruisse lętemur. Hic. n. proposita sunt nobis certamina, sed in futuro seculo certaminum pręmia reseruata. Iuste siquidem & prouide diuina sapientia parauit tempus laboris, & præmij, hic ergo laboremus, hic seruiamus Deo & mandata eius seruemus, vt in futuro seculo ęterna præmia capiamus, hæc ille. Bonum ergo est habere spem futuræ retributionis. Vnde Quintilianus in lib. declamationum declamatione. 7. ait. Nihil magis interesse hominum puto, quàm vt spes in homine tam longa quàm vita sit. Vt. n. inquit declamatione 5. Inculta cura est quæ spem non habet. At contra de spe Lucanus. in 1. lib. canit. Spes saltem trepidas mentes leuat. Et Ouid. in epistolis. Spes bona dat vires. Et Tibullus li. 2. Spes mouet in melius, & Gualterus in Alaxandriade li. 7. inquit. Est spes in dubijs semper comes optima rebus. Ea propter inquit Cato in suis documentis. c. 3. Spem retine, spes vna hominem nec in morte relinquit. Et c. 5. iterum ait. Rebus in aduersis melius sperare memento. De qua spei virtute tres in præsenti sermone considerationes faciemus. Prima dicetur distinctionis. Secunda fructificationis, Tertia oppositionis.

Notum deo seruitium aliqui sunt mercenarij boni, alii autem mali.

PARS PRIMA.

Huius sermonis de spei distinctione.

QVo ad primã partẽ sciendum est, secũm q ait. S. Bona. in 3. dist. 26. Spes est nomẽ virtutis & affectionis. Primo modo diffinit a mag. in pdicta di. in cõparatione ad solũ obiectũ sic. Spes est virtus qua spũalia, & eterna bona sperant. Secõ diffinit ab Haimone glosatore Pau. ad Ro. 5 in cõparatione ad obiectũ & principiũ hoc modo. Spes est certa expectatio futurę beatitudinis ex Dei grã, & meritis pueniẽs. Tertio diffinitur ab Aug in cõparatione ad obiectũ & habitũ pambulũ sic. Spes ẽ virtus qua q̃s

Spes quid sit.

ad id quod credit ſe ꝑuenire ꝑſumit. In quantum vero ſpes eſt nomen affectionis diffinitur ab Ariſtoil. in 2. rethoricæ hoc modo. Spes eſt futuri boni memoria, & expectatio. Ex quibus diffinitionibus colligi poteſt ꝙ eſt quædam ſpes bona, quædã vero vana, & mala. Bona ſpes eſt illa quæ eſt virtus, & in Deo ponitur vel ratione gratiæ, quia in omni neceſſitate ſperat homo gratiam a Deo inuenire, vel ratione veniæ, quia ſperat conſequi veniam delictorum ſuorum, vel ratione gloriæ, quia ſperat omnem gloriã ſuam a Deo recipere. Et de hac dulciſſima ſpe dicitur Eccle. 2. Reſpice fili nationes hominum, & ſcito quia nullus ſperauit in Domino & confuſus eſt. Hanc autem ſpem habebat Iuſtinianus Imperator qui ait in l. 1. C de ve. iu. enue. Omnẽ ſpem noſtram ad ſolam referre debemus ſummæ prouidentiam Trinitatis, a qua mundi elementa proceſſerunt. Sine qua non eſt armis vel ingenio confidendum, hæc ille. Sciebat namq; quòd Salomon ait Prou. 16. Qui ſperat in Domino beatus eſt. Et Pſal. 24 inquit Dauid. Nõ erubeſcam quoniam ſperaui in te. & 15. In Domino ſperans non infirmabor. & Pſal. 31. Sperantes in Domino miſericordia circundabit, & 33. Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus, Beatus vir qui ſperat in eo. & 36. Spera in eo & ipſe faciet. & 39. Beatus vir cuius eſt nomẽ Domini ſpes eius. & 56. In vmbra alarum tuarum ſperabo. & 61. Sperate in eo omnis congregatio populi, & effundite coram illo corda veſtra. Et 70. Ego autem ſemper ſperabo, & adiiciam ſuper omnem laudem tuam. & 83. Beatus homo qui ſperat in te. & 90. Quoniam tu es Domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum. & 144. Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno, & Prou. 28 dicitur. Qui ſperat in Domino ſaluabitur. Et primi Machabeorum 2. Omnes qui ſperant in eum nõ infirmantur, & 2. Reg. 22. Scutum eſt omnium ſperantium in ſe. & Iudith. 13. Non deſeruit ſperantes in ſe. & Dan. 13. Qui ſaluat ſperantes in ſe, & ad Rom. 8. Spe. n. ſalui facti ſumus. & 15 c. eiuſdem Epiſtolę. Per conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. & 1. Petri. 1. Sperate in eam quæ offertur vobis gratiam & 2. ad Corin. 15. Scimus enim quoniam ſi terreſtris noſtra habitatio diſſoluatur, quòd ædificationem a Deo habemus non manufactam ęternam in cęlis. Ad hanc autem iocundiſſimam ſpem inducimur exẽplo ſanctorum qui ſi nunquam mũdum ſpreuiſſent, nec eius voluptates fugiſſent, niſi ſpem dulcedinis vitæ æternæ habuiſſent, de quibus ait Paulus ad Hæbr 11. Secti ſunt, tentati ſunt, in occiſiõe gladij mortui ſunt, &c. Certe ſi interrogares eos. O glorioſi Sancti quare tot aduerſa paſſi eſtis? reſponderent, profecto non propter aliud niſi ob guſtum ſpei de vita æterna. Et hoc eſt quod inquit ſanctus Maximus in ſermone plurium martyrum dicens. Nunquam enim hanc vitam ſic conſtanter expenderent, niſi eſſe aliam incomparabiliter beatiorem perfecta diffinitione ſentirent. Quid dicemus de Domino noſtro Ieſu Chriſto qui ſemper oſtendit in hac vita non eſſe beatitudinem dum per viam tribulationum incedere voluit, vt demonſtrationem in alia patria fœlicitatem a nobis eſſe ſperandam. Et ideo Lactan. in 3. diui. inſti. circa finem ait. Pater enim noſter ac Dominus qui condidit formauitque Cęlum, qui ſolem cum cæteris ſyderibus induxit, qui libratam magnitudine ſua terram vallauit montibus, mare circundedit omnibus diſtinxit. Et quicquid in hoc mundi opere conflauit, atq; perfecit ex nihilo, perſpectis erroribus hominum ducem miſit qui nobis iuſtitię iura panderet. Hunc ſequamur omnes, hunc audiamus, huic deuotione pareamus, quoniam ſolus vt ait Lucre.

Veridicis hoium purgauit pectora dictis
Et finem ſtatuit torpedinis atq; timoris.
Expoſuitque ſummum bonum quo tendimus omnes.
Quid foret, atque viam monſtrauit limite paruo.
Quo poſſemus ad id recto conſcendere curſu.
Nec non monſtrauit tantum, ſed etiam præceſſit, ne quis difficultatis gratia iter virtutis horreret, hæc ille.

SEd hic quæri poſſet. Nunquid in beatis ſit ſpes? Et reſpondetur ſecundum Ricar. in 3. diſt. 26. artic. 5. q. 2. Et ſanctum *Spes an ſit in beatis.*

Bonau.ea.di.v.in quæstionibus ea.literam. Et Petrum Aureoli in ea. di. Et Tho.2.2. q.18.art.2.quòd spes proprie sumpta nõ est in beatis, quia iam habent quicquid volunt de essentiali beatitudine. Aduenięte.n.sperato & expectato, cessat spes, & expectatio. Cum.n. beati habeant & aperte contemplentur illud quod defide rabant non potest in eis esse spes, sed habent habitum nobiliorem. s.securitatem perfectam. Et hoc est quod ait Augu.20. de ciui. Dei.c.25.dicens. Tanta est in ipsis certitudo beatitudinis, quia nullam spẽ habere coguntur. Et hanc veritatem affirmat Paulus ad Roma. 8. qui inquit. Spes quæ videtur non est spes. Quod.n.videt quis quid, sperat? potest tamẽ dici quòd licet in eis non sit spes proprie dicta secundum quod est expectatio præmij essentialis, est tamen in eis spes largo modo sumpta, pro quacunq; expectatione. Expectant.n. glorificationem corporis, quæ dicitur secunda stola,& quodã præmium accidentale ex consortio beatificandorum,& huiusmodi vt ait glo. Apo. 6. Illi vero qui sunt in purgatorio habent spem perueniendi ad gloriam perpetuam vt declarat Ricar. & sanctus Bonau. & Petrus Aureolus in prædicta di. 3. Et tanto firmiorem quanto sunt certi, ac securi quòd ęternam consequentur fęlicitatem. Et similiter habebant eam illi qui ante Christi aduentum erant in limbo, de quibus inquit magister in 4.di.1. dicens. Sancti patres felici spe ingressum ianuæ cęlestis expectabant.

Impropria spes est in beatis.

An dãnati habeãt aliquã spem.

SI vero quæratur vtrum damnati habeant aliquam spem. Respondent præfati doctores vbi supra. Et Tho.2.2.q.18. articul.3.quod in inferno nunquam fuit nec erit spes, quia damnati ad cumulum suæ damnationis sunt certi de perpetuitate supplicij sui,& impossibilitate salutem consequendi. Et hoc est quod dicitur Iob 15. Non credit quod reuerti possit de tenebris ad lucem. Et ad illud verbum quod habetur. Iob 40.scilicet. Ecce spes eius frustabitur eum. Respondet Ricard.& Thom.vbi supra. Et August.8. de ciuitate Dei. Et Grego.33.mora.quòd ita debet intelligi de diabolo vt referri etiam ad corpus eius possit. Si autem de exponatur, debet accipi pro spe respectu victoriæ quam sperat habere de sanctis viatoribus, vel pro expectatione dilationis iudicij, quod non tantum prolongabitur, quantum sperat, quod autem in damnatis non sit spes etiam probatur per illud Prouer. 11. Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes. Et 14. Non habent futurorum spem mali. si autem quęratur vtrum mali in peccatis obstinati habentes intentionem perseuerandi, possint habere in tali statu spem perueniendi ad vitam æternam? Sunt.n.multi sçelerati qui dicunt quod ita credunt & sperant saluari, sicut alij quilibet etiam religiosi, de quibus dicitur Eccle.8. Sunt impij qui ita securi sunt quasi iustorum facta habeant. Sed hoc vanissimum iudico, hæc ibi. Respondet magister in 3. di.27. dicens. Sine meritis aliquid spare, nõ spes sed præsumptio dici potest. Et Gregorius in quadam homilia inquit. Qui vestigia Christi dedignantur sequi, qua temeritate sperãt ad eius beatitudinis gaudia peruenire? Inuenient ergo tales se a sua expectatione & opinione fraudatos, iuxta illud Iob. 8. Spes hypocritæ peribit. Et Prouer.2. Expectatio iustorum lætitia spes impiorũ peribit. Et Sap.2. Spes impij quasi lanugo est quæ a vento rapitur, & quasi spuma gracilis quæ a procella dispergitur. Et eiusdem libri.cap.3. iterum dicitur. Vana est spes illorum,& labores sine fructu. E contra vero de bono Christiano dicitur Prouer.14. Sperat autem iustus in morte sua. Hanc spẽ habebat Paulus qui 2.ad Thi.4.dicebat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Illi ergo proprie dicuntur habere bonam spem qui bene viuunt, iuxta illud 1. Ioannis. 3. Omnis qui habet spem in eo sanctificabit se. Et ad hoc applicari potest illud Ouidij in epistolis. Quæcunque ex merito spes venit æqua venit.

EST autem & alia spes vana, & mala & hæc est multiplex. Prima est eius qui in diuitijs suis vel in alijs mundialibus prosperitatibus ponit spem suam, de quo inquit Dauid Psalmo 51. Sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præ-

De spe mala,& de eius multiplicitate.

præualuit in vanitatibus suis. Ideo dicebat Paulus 1 a d Thi. 6. Diuitibus hui⁹ seculi pcipe superba non sapere nec sperare in incerto diuitiarum suarum sed in Deo viuo. Diuitiæ.n.non possunt hominem a morte maxime æterna liberare. Vnde legitur quod quidam valde diues aliū nesciebat Deum nisi pecuniam, & in ea omnem spem suam posuerat. Cum autē infirmatus ad mortem videret, quòd ipsę diuitiæ eum liberare non poterant, fecit eas ante se portare, illasq; allocutus est di. O falsæ, & fallaces diuitiæ, ego vos semper ardentissime amaui, vos confidentia mea, vos refugium & spes ac consolatio mea semper fuistis, & nunc me in tanta necessitate iuuare non potestis? Non igitur vos post me dimittam, sed vos mihi extra hanc vitam viam facietis. Nec amplius in vobis spem ponā sed in Deo solo. Ipse erit spes mea, ipse solus a modo erit confidentia mea. Moxq; Christi pauperibus aduocatis omnia eis distribuit, & sic in Domino fœliciter obdormiuit.

De 2. spe vana.

SEcunda spes vana est illius qui ponit fiduciam suam in aliquo homine, de quo dicitur Hiere. 17. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Quæ verba exponens Augustinus in epistola secunda ad Macedonium ait. Si maledictus homo est qui confidit in homine, ergo nec in seipso quisquam debet ponere spem, quia & ipse homo est. Signum est autem quòd ille non habet spem in Deo, qui ponit eam in homine, vel in rebus mundialibus dicente Ambrosio super Marcum. Incumbit virtuti seculi, qui desperat de adiutorio Dei. Ad hoc autem facit exemplum quod legitur de quodam seruo, qui omnem spem suam & amorem posuerat in Domino suo, ita quòd Deum Creatorē suum penitus ignorabat. Infirmatus vero ad mortem dixit Domino suo. Quid est Domine mi quòd me qui vobis sic fidelis fui non liberatis a morte? Cui ille ait. Ego multa libenter expenderem vt te liberare possem, sed in hoc casu mea potentia nihil valet. Cui seruus dixit. Estne aliquis qui me iuuare possit? Et ille. Solus Deus. Cui seruus. Et qs est iste Deus? Ac ille ait. Noster est Creator & totius mundi Dominus. Tunc seruus dixit. Isti Deo quem vsq; nunc ignoraui me totum committo, eiq; promitto q̃ si me potentia sua liberauerit, ipsi soli de cætero seruiam. Quo dicto ab infirmitate liberatus factus est seruus Dei.

De 3. spe vana.

TErtia spes vana est illius qui non credit esse aliam vitam qui dicit. Quis vidit Paradisum? Quid possumus scire de alia beatitudine, cum nihil videamus nisi temporalia? Hic ergo faciamus Paradisum. Hic constituamus finem nostrum. Sed hanc opinionem esse falsam probaui supra in prima parte huius operis sermone. Septimo ostendens post hanc vitā miserabilē esse aliā beatā. Et ideo solū ad psens dico q̃ hãc spē vanā eē ondit B.Io. 1. canonicæ suæ.c.2. dicens Mundus trāsibit & concupiscentia eius. Et Salomon. Eccle.2. inquit. Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, plantaui mihi vineas, feci hortos, & pomeria, & conseui ea cunctis generibus arborum, & construxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem siluam lignorum germinantium, possedi seruos, & ancillas, multamq; familiam habui. Armenta quoq; & agnos, ac ouium greges, vltra omnes qui fuerant ante me in Hierusalem. Coaceruaui mihi argentum, & aurum, & substantiam regum & prouinciarum, feci mihi cantores, & cantatrices, & delitias hominum habui. Syphos & vrceolos in ministeria ad vina fundenda, & supergressus sum opibus omnes qui fuerant ante me in Hierusalem, Sapientia quoq; perseuerauit mecum, & omnia quæ desiderauerunt oculi mei non negaui eis, nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparaueram. Cūq; me conuertissem me ad vniuersa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole, hæc ille.

De 4. spe vana.

QVarta spes vana est illius qui nunquam se cogitat moriturum, sed credit saltem multis temporibus viuere. De qua stultitia inquit Hieronymus in quadam epistola. Nemo est tam fra-

ctis

ctis viribus, & decrepitæ ætatis, vt non se putet adhuc annum superesse victurum. Et idem dicit Tullius in libro de senectute. Sed hæc spes vanissima apparet, dum repentina morte sæpe subtrahitur. Ita quod verificatur illa Ouidij sententia in epistolis. Fallitur augurio spes bona sæpe suo. Ideo hortatur Salomon Prou. 27. dicens. Ne glorieris in crastinũ, ignorat enim quod superuentura pariat dies. Debemus ergo dimissa spe vana & stulta veram spem amplecti, quæ in solo Deo est. De qua Dauid in Psal. 117. ait. Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine. Bonum est sperare in Domino quàm sperare in principibus.

Rõne ostenditur bene opãs vitam cõsequi debere æternã.

QVod autem vnusquisque nostrum bene operans possit pro certo sperare quòd ad æternam prouenit in vitam vltra ea quæ copiose dicam infra in sermone quartæ feriæ post Pasca. Idem probo vnico fundamento quod dicitur successionis. Pro cuius meliori declaratione præsuppono quod licet omnes homines mundi possint dici filij Dei ratione creationis, & gubernationis, iuxta illud Deute. 32. Ipse enim pater tuus qui possedit, & fecit & creauit te. Tamen particulariter Christiani sunt veri filij Dei adoptiui, & confratres Iesu Christi quibus, dicit Paulus ad Rom. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba, pater. Et ibidem dicitur. Quos præsciuit hos & ꝓdestinauit conformes fieri imagini filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et 1. Ioan. 3. etiam inquit apostolus. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater vt filij Dei nominemur & simus. Facto igitur hoc fundamento dico, quòd ad successionem, & hæreditatem patris nostri cęlestis debemus quadruplici iure peruenire. s. diuino, naturali, canonico, & ciuili.

Iure diuino Christianis debetur regnũ cælorum.

PRimo iure diuino. Deus. n. vt ait Paulus ad Hæb. 1. Filium suum vnigenitum constituit hæredem vniuersorũ. Ipse vero Dñs Iesus Deus, & homo, cui per Baptismi Sacramentum fratres facti sumus cohæredes suos nos fecit, & successores ordinauit bonorum suorum dum de hac vita transire deberet. Cuius ordinationis siue testamenti notarius fuit Lucas Euangelista qui scripsit 22. c. sui euangelij verba ipsius Saluatoris nostri dicentis. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater regnum vt edaris & bibatis super mensam meam in regno meo. Cũ ergo vltima voluntas defuncti modis omnibus seruari debeat. c. vlt. 13 q. 2. Cunque Deus nec fallere possit, nec velit, sequitur quòd si erimus eius boni filij, absq; dubio ad eius hæreditaté perueniemus. Vt inquit Paulus ad Ro. 8. Et ideo dicebat Christus Apostolis Lu. 12. Nolite timere pusillus grex quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum. Cõcludo ergo, quòd cum filij adoptiui succedant adoptanti. l. pen. C. de adopti. Et l. si pater. ff. e. & instit. de hæredi. quæ abintest. de. §. ité adoptiuos. profecto Dei hæreditatem cõsequemur. Et hoc est quod dicit Paulus ad Gala. 4. Si filij, & hæredes per Deum.

Iure naturali nobis regnũ cælorũ debetur.

SEcundo debetur nobis hæreditas regni cęlestis iure naturali. Ratio. n. naturalis dictat quòd sicut filius succedit in locum personæ patris, sic succedat in bonis eius, quia plus est persona, quàm bona. Quando. n. pater relinquit filium post mortem suam videtur adhuc pater viuere in filio, eo quod filius repræsentat personam patris, imo eadem persona esse censetur l. fi. C. de impub. & ali. sub. Vnde Eccl. 30. dicitur. Mortuus est pater eius & quasi non est mortuus, similem. n. reliquit sibi post se. Eadem quoq; videtur esse vox patris, & filij. §. ei qui. insti. de in vti. sti. A fortiori ergo videtur ꝙ multo magis ad bona succedere debeat ex vi naturalis rationalis, quæ ad successionem parentum filios ordinauit. Vnde in l. scripto. ff. vnde liberi. dicitur. Non sic parentibus liberorum vt liberis parentũ debetur hæreditas. Parentes. n. ad bona liberorum ratio miserationis adducit, liberos vero naturæ simul & parentum commune votum, hæc ibi. Quando ergo filius præmoritur patri, ex miseratione succedit pater in bonis filij prius defuncti sine filijs, ne ad-

 datur

datur afflictio afflicto. Contra legem diuus. ff. de officio præsi. Sed vt qui in vno aggrauantur, in alio subleuetur. l. eū qui. ff. de iureiuran. Non autem succedit pater filio ex natura, quia naturali cursu deberet ipse pater præmori. Et non econtra. Vnde. 2. ad Cor. 12. inquit Paulus. Non debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Qua ex re cum pater succedit filio dicitur turbari ordo naturalis, vt inquit textus in l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. Et ideo quidam bulgarus legum doctor cum successisset filio suo præmortuo dixit. Ordine turbato succedis bulgare nato. vt recitat glosa in prædicta lege. Nam & si parenti bus. Ex qua ratione patet quòd de iure naturali ad nos pertinet hæreditas cœlestis patriæ.

Iure canonico Christianis regnū Cœlorū datur.

Tertio de iure canonico idem deberi probatur per capitulum Raynutius de testa. & capitulum si pater. eo. tit. lib. 6. Vnde non debet pater exhęredato filio eleemosynas facere, vel pauperes hæredes relinquere. ideo Augustinus in libro de vita clericorum. Et habetur in capitulo quicunque. el 2. 17. q. 4. ait. Quicunq; exhæredato filio hæredem facit ecclesiam, quærat alium qui suscipiat non Augustinum.

Iure ciuili nobis hæreditas cœlestis detur.

Qvarto idem ostenditur deberi de iure ciuili, quod disponit ante omnes alios vocari filios ad hæreditatem patris: autentica in successione. C. de suis. & legi. & institu. de hæredi. qua. & di. l. §. sed sui. Et in tantum debentur bona parentum filijs quòd in l. in suis. ff. de libe. & post. inquit. Iurisconsultus. In suis hæredibus euidentius apparet continuationem dominij eorum perdurare: vt nulla videatur hæreditas fuisse: quasi olim domini hi essent: qui etiam viuo patre quodammodo domini extimātur, Vnde etiam filiusfamilias appellatur sicut paterfamilias: sola nota hac adiecta, per quam distinguitur genitor ab eo qui genitus sit. Itaq; post mortem patris percipere hæreditatem non videtur, sed magis liberam administrationem consequitur, hæc ibi. Vbi etiam dicit Angelus, quòd statutum arctans pro hæreditate percepta soluere gabellam, non trahitur ad filium qui successit patri, quia non est propriè hæreditas.

Patet ergo omni iure quòd filius succedit in bonis patris. Ex qua conclusione infero correlarium, quòd ius ciuile vel statutum municipale non potest priuare filium totaliter paterna hæreditate, vel legitima sibi debita, quæ dicitur debitum bonorum subsidium. l. si totus. C. de inoffic. dona. Puta statuendo quòd primogenitus succedat in totum exclusis alijs filijs, qui non merentur exhæredari per aliquam ex illis causis, quæ ponuntur in § causas. in auten. vt cum de appella. cogno. col. 8. & recitat glosa in c. Quintauallis. de iureiuran. Est autem legitima pars tertia omnium bonorum si sunt quatuor, vel pauciores filij. Si vero sunt quinq; vel plures est media pars. aut. nouissima. C. de inoffi. testa. Ratio autem quare pater non possit filium priuare legitima est, quia cum de iure naturali, & diuino debeatur hæreditas patris filio, non poterit per ius scriptum tolli, quia ciuilis quidem ratio ciuilia iura perimere potest, naturalia vero non vtiq; insti. de legit. agna. tu. §. fin. & ff. de re. iuris. l. iura sanguinis. Et ideo nec contraria consuetudo hoc poterit, c. frustra. 8. di. & c. fi. de consue. & c. Raynutius, de testa. Et hoc tenet Dynus in c. indultum. de reg. iur. lib. 6. & Albericus. in l. quoniam. in prioribus. C. de inoffi. testa. & Cynus in l. sancimus. C. de nup. & Bald. in l. cum l. Leoniana. C. de epis. & cle. facit ad hoc autentica presbyteros. C. eod. tit. An autem valeat statutum disponens quòd exclusis filiabus fœminis, masculi tantum succedant, dotatis ipsis filiabus secundū conditionem & facultatem parentum, ac consuetudinem patriæ, dubitari potest, quia Bal. in d. l. cum l. tenet quod valet. Dy. vero vbi supra cōtrarium tenet. Hęc autem materia habetur melius in l. fi. C. de liber. pre. vel exhe. vbi Imperator dicit. Accusatores esse naturæ eos qui faciunt differentiam inter masculum, & fœminam. Sed tamen communis opinio est quòd talia statuta valeant, & sic communiter in statutis Italiæ, quia fundantur super ratione conseruandi bona in familia,

Filius qui eius exhæredari non pōt, & q̄ sit legitima, q̄ sibi detur.

An feminę dotatę ab hæreditate excludi possint.

Cõfirmatur quod patris hæreditas filio debeatur.

milia, & agnatione. Per masculos.n.conseruatur agnatio.l.1.§.pen. ff. de ventre inspi.& l.sunt autem.ff.de legiti tu. Deus autem pater non facit differentiam inter masculum & fęminam, sed æqualiter eis dat suam hæreditatem.§. hinc autem nobis.in autem.de mona.col.1.Ad confirmationem quoq; prædictorum.s. quòd hæreditas patris debetur filio, potest adduci illud quod habetur in l.si vnquam C.de reuo. dona. vbi ait Imperator. Si vnquam liberis patronus filios non habens, bona sua vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, & postea susceperit liberos, totum quicquid largitus fuerat reuertatur in eiusdem donatoris arbitrio ac ditione mansurum, hęc ibi. Et sic reuocatur donatio. Et idem esset si quis donasset alteri extraneo, vt inquit glosa ibidem, ex archi. in capitulo. quicunq;. el 2. 17. q. vltima. & Bal. in l. 1. C. de inoffi. dona. & in l. si totas.eodem ti. & in autentica. si qua mulier C. de Sacro sanc Eccle. & in l. cum accutissimi. C. de fidei commisso. & Innocen. in c.fi.de Dona & Barto. in l. ticia.§.imperator.ff. de legatis secundo. & ibi communiter Doctores. Secus vero esset si donasset filijs vel loco pio: qui reputatur loco filij vt inquit Archidia. vbi supra, quia tunc solum reuocatur legitimã filij postea nati, s. Archidia. & Barto. ac Bal. vbi supra per l. si totas.C. de inoffi. donatio.& d. c.quicunque. Ad prędicta etiã facit.l. cum accusissimi. C. de fidei comis. vbi irritatur substitutio facta filio post mortem eius, propter Natiuitatem nepotis ex eodem filio, quem ipse filius relquit post se. Et ad idem & facit quod habetur in c. si.17.quæstione 4. vbi Augustinus reddidit bona donata Ecclesiæ ab eo q non habebat filios tempore donationis, sed postea habuit, vbi dicit textus. Quod licet Augu.posset illa bona retinere iure fori, non tamen iure poli.s.quo ad legitimam filiorum, vt ait ibi glo.& doctores. Eadem etiam ratione si pater exhæredasset filium sine rationabili causa potest filius patris rumpere testamentum per quærelam in officiosi, per quam non dr testamentum nullũ, sed inofficiosum.i.contra officium pietatis factũ.l.hoc colore.ff.de inoffi. testa.Si vero ipsum præterit in testõ. i. nullam mentionem de eo facit, potest dicere testamentum ipsum nullum de iure ciuili. l. 1.ff.de iniusto rupsoq; testa. vel rescindere per contra tabulas de iure prætorio.l. vt liberis.C.de colla. Filius quoque adoptatus habet quærelam inoffi.test. vt in §.adoptiui.insti.de exhe.libe. vbi dicitur. Adoptiui liberi quandiu sunt in potestate patris adoptiui eiusdem iuris habētur cuius sunt iustis nuptijs acquisiti. Ex quibus omnibus patet q̃ nobis qui sumus Dei filij, iuxta illud Psalmistæ. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, debetur hæreditas regni cęlestis omni iure si boni permanserimus. Est autem hæreditas nihil alind q̃ successio in vniuersum ius quod ille cui succeditur habuit.l.nihil aliud.ff.de verb.sig. O igitur felix hæreditas, o sublimis possessio, o dignissima successio. Gaudete filij tantorum hæredes thesaurorum, per virtutem sanctæ spei illos consequentes. Et ideo debemus semper Deo Patri nostro gratias referre cum Apostolo, primo suæ canonicæ capitulo dicentes. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi qui secũdum misericordiam suã regenerauit nos in spẽ viuam, per resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilẽ, & incontaminatam, & immarcescibilem cõseruatam in Cęlis. Et cũ Paul. ad Collo.1.qui ait. Gratias agentes Deo patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Et ad Ephe. 1.idẽ Apostolus inquit. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cęlestibus in Christo, qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum: & glorificauit nos in dilecto filio suo: in quo etiam sorte vocati sumus vt simus in laudẽ gloriæ eius: qui sperauimus in ipso. Illa ergo fęlicẽ hęreditatẽ expectamus: de qua Dauid ps.126. inquit Cũ dederit dilectis suis somnũ ecce hęreditas dñi, filij merces fructus ventris. Prędicta aũt considerans Bernardus inquit super Pater noster. O ineffabilis & incomprehensibilis bonitas o mira suauitas: o altitudo: latitudo: sublimitas & profundũ

Cõcluditur quod si sumus filij Dei: nobis prouenit hæreditas cœlestis.

tatis diuinæ. Vilissimum lutũ sum, & detestabilis sanies, & tamen rex regum & Dominus dominantium dicit se patrem meum. Cum oratio inquit dicite. Pater noster qui es in cęlis, &c. Ex quo ergo ipsa veritas hoc dicit, firmiter credo. De tanto ergo patre eleuabitur cor meum, vt aquila, & iam hęres cęli inferiora contemnam. Quid vltra mihi de terrenis diuitijs q̃ filio Imperatoris in fimo equorum suorum? Quid mihi de terrenis delectationibus, qui æternarum delitiarum hæres sum? Detestabilius est mihi inquã tuncunq; alectiua creatura affici, q̃ filio Imperatoris in fœtidissima sanie. Quid vltra mihi de terrenis honoribus, qui cęlestis glotiæ hæres sum? Turpius est mihi quantuncunq; maximos appetere honores, quàm filium Imperatoris officium latrinæ, hęc ille.

PARS SECVNDA.
De spei fructificatione.

De 1. spei vtilitate. MVLTÆ sunt quæ ex virtute spei proueniunt vtilitates. Prima dicitur oparionis. Facit .n. hominem delectari in opere bono, & illum continue incitat ad bene operandũ. Vnde inquit Origenes super Exod. Spes futurorum laboribus requiem parit. Nã si vna spe bonorum temporaliũ tot grauia, & onera ardua mortales tolerãt infelices, qũo laborare vsq; ad mortem difficile videri potest his qui expectant regnum Cœlorum? Quare diebus, ac noctibus variis curis homines mundi indefesse insudant, nisi quia aliq̃d sperant adipisci? Laborant nanq; sperantes magnificè dominari. Laborant milites sperantes gloriã acquirere t̃palem. Laborãt mercatores sperantes diuitias adipisci. Laborant artifices & agricolæ victũ vestitũq; sperãtes recipere. Sed multo fortius laborent si finaliter vitã æternã sperarẽt, hæc ille. Cuius similẽ sniam ponit Greg. in moralibus, & hr transumptiue in c. oẽs. 47. di. *De 2. spei vtilitate.* Secunda vtilitas dr̃ introductionis. Per ipsam .n. anima introducitur quodãmodo ante t̃ps in possessionẽ regni cęlestis. Vnde gl. sup illud ad Heb. 6. Spe incedentẽ vsq; ad interiora, sic dicit. Per spẽ intratur ad videndũ q̃d credi tur. Nã spei fit p̃missio illa Isa. 58. Sustollam te sup altitudinẽ terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. i. cęlesti consolatione. Nam Isaac pater Iacob interpretatur gaudium.

De 3. spei vtilitate. TErtia vtilitas dr̃ contritionis cuius ipsa est fundm̃. Nã sicut frumentũ bene cõterit in molendino inter duas mollas sic cor hoĩs in molã spei, & timoris. Est .n. spes inferior mola q̃ cor eleuat, & sustinet. Timor aũt est mola superior q̃ totũ conterit cor, vt spiritũ contritũ & humiliatũ Deus nõ despiciat Psal. 50. His duabus molis cõterebat Dauid dicẽs in Psal. Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo. De ipsis etiã dr̃ Deute. 24. Nõ accipies loco pignoris inferiorẽ, & superiorẽ molã. i. nõ subtrahas timorẽ relicta spe, nec ecõtra. *De 4. spei vtilitate.* Quarta vtilitas dr̃ fortificationis. Nã pp̃ fortuitos casus, & diuersas afflictiões, mũdi, carnis, & diaboli sæpe tribulamur, sed spes de alia vita oĩbus iocunditatibus plena, ad q̃ tolerãdo t̃pales aduersitates pueníre speramus. Et iõ Æneas in fluctibus maris anxiatus cõfortabat socios suos spe futuræ cõsolationis, licet esset t̃palis. Vt refert Virgil. in 1. Æneidos dicẽs. Per varios casus p̃ tot discrimina rerũ. Tẽdimus in latiũ, sedes vbi fata quietas. Ostẽdunt, illic fas regna resurgere Troiæ. Durate & vosmet rebus seruate secũdis. Sed Tob. tribulatus confortabat se & familiã suã spe æternæ fęlicitatis dicẽs sui lib. c. 2. Vitã illã expectamus q̃ Dñs Deus daturus est his q̃ fidem suam nunquam mutant ab eo.

De 5. spei vtilitate. QVinta vtilitas dr̃ exauditiõis. De⁹. n. exaudit oñones in se sperantiũ iuxta illud Tren. 3. Bonus est Dñs sperãtib. in eũ. Ideo Ouid. licet infidelis dicebat in li. de põto. Quãuis sit mertis sp̃ indebita nr̃is. Magna tñ spes ẽ in bonitate Dei. Hes. quoq; 4. dr̃. Exaudi dñe voces eorũ q̃ nullã spẽ hẽnt nisi in te. *De 6. spei vtilitate.* Sexta vtilitas dr̃ liberationis. Deus .n. liberat in se sperãtes ab inimicis eorũ, iuxta illud Psal. 21. In te sperauerũt & liberasti eos, ad te clamauerũt & nõ sunt cõfusi. Et iõ Dauid q̃ erat firmus in spe dicebat Psal. 27. de se ipso. In ipso sp̃auit cor meum & adiutus. Et iterũ dicebat Deo Psal. 30. In te Dñe spe-

sperauí nõ confundar in æternũ. Et dñs de sperãte in se inquit Psal.90. Quoniam in me sperauit liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

De 7. spei vtilitate.

SEptima vtilitas dicitur lucrifactionis. Sicut enim fiscus lucratur de aliorum amissione & damno, vtputa, de homicidio, furtis, & huiusmodi vt habetur. C. de iure fisci &. ff. eo. per totum. Ita bonus homo per virtutem spei de omnibus malis sibi illatis lucratur, quia de persecutione, ac iniustitijs sibi factis, alijsq; damnis, expectat magnam sibi gloriam dari. Et ideo gaudet & lucratur dicente Grego. in moralibus libro. 10. Bonorum mens quo duriora pro veritate tollerat, eo felicitatis præmia certius sperat. Ideo dicebat Paulus primæ ad Cor. 2. Nos patimur vt spes nostra sit firma. Et ad Roma. 12. nos hortatur di. Spe gaudentes, in tribulationibus patientes.

De 8. spei vtilitate.

OCtaua vtilitas dicitur lætificationis. Spes enim est consolatio christiani dum hic viuit, quia sicut ille qui nõ possidet in re nisi vnã domunculã paruam, sperans habere maiorem, & pulchriorẽ, magis gaudet de illa in spe, q̃ de ista in re Sic virtuosus quicquid in hoc seculo possidet, parũ extimat respectu eorum quæ sperat, de quibus continuã consolationẽ habet. Et ad hoc applicari põt illud Ouidij. in 10. Metha. di. Spes est q̃ capiat, spes est quæ pascit amantẽ. Ideo dicebat Paulus, ad Roma. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorũ Dei. De hac quoq; cõsolationẽ sancte spei dici põt illud Prouer. 14. In gaudio eius non miscebitur extraneus.

De 9. spei vtilitate.

NOna vtilitas dicitur sustentationis. Spes enim est quasi baculus sustentans nos ambulantes in ista peregrinatione, & ad patriam tendentes, quo sustentati ad illam tandem perueniemus vsq; in finem in bonis operibus perseuerantes. Ideo dr. Isa. 40. Qui sperant in dño mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, volabunt & nõ deficient. Paulus quoq, ad Hæbre. 6. inquit. Fortissimum solatium habemus nos qui confugimus ad tenendã propositã spem, quam sicut anchoram animæ habemus tutam, ac firmam.

De 10. spei vtilitate.

DEcima vtilitas dicitur glorificationis. Securus. n. est homo p virtutẽ spei, q ad gloriã perueniet sempiternam, iuxta illud. Sap. 3. Spes illorũ immortalitate plena est. Et Prou. 29. Qui sperat in Deo subleuabitur. s. ad vitam æternam. Deus enim saluat illos qui spem veram in eo habent, de quo inquit Dauid. Psal. 16. Qui saluos facit sperantes in se. Illi ergo qui veraciter in domino sperant non timent sed desiderant mori, firmiter credentes q ad supernam felicitatem peruenient. Sicut Paulus qui dicebat ad Philip. 1. Cupio dissolui & esse cum Christo. Eapropter anima nostra potest comparari matri habẽti tres puellas, quas ad maritum mittit vestitas de serico, vt ab ipso induantur auro. Anima. n. nostra habet tres potentias quas necesse est in hoc mundo vestiri tribus vestibus theologicis. s. fide, spe, ac charitate, vt in paradiso induãtur a suo cœlesti sponso tribus dotibus glorificantibus. Intelligentiam ergo debemus hic induere firma fide, vt in paradiso induatur clara Dei visione, voluntatem vero charitate, vt in vita æterna induatur perfecta Dei fruitione. Memoriam autẽ spe, vt in cœlo induatur irrefragabili suæ fœlicitatis certitudine & tentione.

Propter spei virtutẽ boni læti moriuntur cũ quãdam de sua beatitudine hebẽt sis certitudinem.

BOni tamen viri etiam in hoc seculo habent per virtutem spei quandam de sua beatitudine certitudinem, & ideo læti moriũtur. Sicut Nepotianus de quo ad Heliodorum scribit Hiero. di. Quod cum estuaret febribus, & morti vicinus esset lætus erat, & vniuersis circa ipsum plorantibus solus ipse ridebat, videbat enim quod alij non videbant, & quasi in occursum aduenientium se erigebat, ita vt non videretur mori sed migrare, & mutare amicos non relinquere, hæc ille. Moriuntur ergo boni cum magna animi exultatione, mali vero cum maxima anxietate animæ & corporis. Vnde legitur in vitis patrum quòd quidam sanctus vir, & bonus heremita desiderabat videre quomodo anima peccatoris, & iusti exeat de corpore, quem volens Deus consolari misit vnum lupum, qui intrans eius cellam apprælendit eius ve-

stes dentibus & extraxit eũ de cella, ostẽdens per hoc quòd debebat eum sequi. Cum ergo ille lupus perduxisset eũ vsq; ad ciuitatem propinquiorem recessit, ille vero intrauit quoddam monasterium extra ciuitatem in quo inuenit quendam solitarium valde famosum infirmum ad mortem, pro cuius funeralibus parabantur multi cerei, erantq; ciues illius vrbis valde dolentes de eius morte, quasi per ipsum Deus omnes nutriret. Et videbatur eis quòd propter illius mortem omnes deberent valde damnificari. Iste ergo bonus hæremita expectat finem eius vitæ. Cum igitur tempus eius mortis venisset, vidit venire maximam dęmonũ multitudinem multum terribilem cum vncinis igneis. Audiuitq; vocem de cęlo dicentem dæmoni qui habebat vncinum terribiliorem. Sicut ista anima nunquam permisit me in ea habitare etiam per horam, ita tu illam de corpore sine misericordia extrahas, post quam vocem statim dæmon dilacerauit illius cor cũ vncino, & eum maximis tormentis extraxit animam. Qua re terribili visa ille heremita intrauit ciuitatem, & in platea inuenit quẽdam pauperem peregrinum infirmum, quem nullus hospitio recipere voluerat, & pietate motus stetit cum illo per vnum diem confortando illum & illi seruiens. Cum ergo ille peregrinus venisset ad mortem, vidit ipse heremita sanctum Michaelem Archangelum, & sanctum Gabrielem pro anima illius venire, ac vnum illorum ad caput infirmi, alterũ vero ad pedes ei⁹ se ponere, videbaturq; illi hæremitæ q rogarent aĩã illius peregrini vt secure de corpore exiret, sed illa nõ videbaẽ velle exire. Tũc dixit Angelus Gabriel S. Michaeli. Apprehende hanc animam, & deferamus eam in cęlum. Cui respõdit sanctus Michael. Deus præcepit vt sine dolore extrahamus eam, & ideo non debet violenter extrahi. Postmodum archangelus Michael alta voce dixit. O domine Deus quid vis fiat de hac anima quæ non vult de corpore exire? Et vna vox de cęlo audita est dicens. Ego mitto Dauid cum psalterio, & alijs cantoribus, vt illa anima audiens dulcissimas melodias plena s dulcedine exeat de corpore, attracta cantus, ac suaui suauissimi iocunditate. Statimq; veniens Dauid cum cantoribus multis cantansq; circa illum peregrinum dulcissimos hymnos, anima illa cum indicibili iocunditate de corpore exijt. Et a sancto Michaele ac alijs sanctis cum mirabilibus canticis in cęlum est delata. Gaudete igitur o deuoti christiani & firmiter sperate, quòd & vos si bene egeritis ad infinita polorum gaudia, post huius vitæ miseriam ascendetis. O si quis videre posset animas bonorum christicolarum de hac vita migrantes, profecto cerneret eas ita lætanter exire, sicut qui de tenebrosissimo carcere in quo multis annis ligatus, & inclusus fuisset, exiret. Ita gaudenter videret illas proficisci sicut lætanter solent hi qui diu in maris naufragio periclitarunt ad portum applicare. Audit enim in morte anima iusti vocem sui sponsi cęlestis illam inuitantis, & dicentis illud. Canticorum. 2. Iam hiems transijt, hymber abijt & recessit, surge amica mea, columba mea, formosa mea, & veni, videt quoq; talis anima dominum Iesum sole millies splendidiorem, cum cęlestiũ agminum multitudine ad se venientem. Ideo dico cuilibet vestrum illud Psa. 63. Spera in domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in delitijs ei⁹.

PARS TERTIA huius sermonis de oppositione spei scilicet desperatione.

SAnctissimæ spei directe opponitur desperatio proprie dicta secundum sententiam Theologorum. in 2. di. 43. & Alexan. de Ales, in secunda parte summæ in tractatu de peccato desperationis. Et idem tenetur Aristo. in 4. Ethi. De qua desperatione tres breues considerationes faciemus. Quarum prima dicetur demõstratio, scilicet eius grauitatis, & malignitatis. Pro cuius expeditione sciendum est, quòd vt inquit magister, in 2. di. 43. Desperatio est qua quis penitus diffidit de Dei bonitate existimans suam malitiam diuinæ bonitatis magnitudinem excedere. Et idem ait Alexan. de Ales vbi supra. & Tho. 2. 2. q. 20. Et talis desperatio dicitur peccatum in spiritum *De desperationis grauitate.*

tum

eum sanctum, vt dicit magister in prædicta di. secundi. Et beatus Bona. ibidem vnde ait glo. super Leuit. 10. c. Peccatum in spiritum sanctũ est in sceleribus vsq; in finem vitæ suæ perseuerare, & de salute sua desperare. Eapropter hoc est grauissimum & valde periculosum peccatũ, ita quòd ratione difficilis curationis dicitur incurabile. Ideo dicitur desperato. Hiere. 30. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua, & secundi Regum. 2. dixit Abner princeps militiæ populi Israel ad Ioab principem populi iuda. Annescis quòd periculosa sit desperatio? & Prouer. 18. scriptum est. Impius cum in profundum cogitationum suarũ venerit veniam contemnit, & sequitur eum ignominia, & opprobrium, & Hiere. 18. dicebant disperati. Desperauimus, post cogitationes nostras ibimus, & prauitatem cordis nostri faciemus, & Isido. in lib. 2. de summo bono inquit. Perpetrare flagitium mors animæ est, sed desperare est descendere in infernum. Et Leo Papa de pœni. di. 3. in c. sceleratior, ait. Sceleratior omnibus o iuda & infelicior extitisti, quem pœnitentia non reuocauit ad dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. O maledicta desperatio, sicut spes est causa innumerabilium bonorum sic tu es causa omnium malorum, vnde super illa verba Prouer. 14. Si desperaueris de venia in die angustię imminuetur fortitudo tua, dicit glosa. Sicut spes est illa qua omnia mala imminentia constanter, & libenter sustinentur, ita nullum peccatum tantum minuit fortitudinem mentis quàm desperatio. Vnde nihil est execrabilius desperatione, quam qui habuerit in laboribus huius vitæ succumbit. Et quòd peius est in fidei certamine constantiam perdit, hæc ibi. Sed de hoc periculo desperationis, ac de eius grauitate breuius pertranseo, quia aliqua dixi supra in prima parte huius operis sermone septimo parte vltima.

Desperationis causæ sunt tres. Secunda consideratio dicitur causationis, scilicet vnde ipsa desperatio causetur. Et respondet Tho. 2. 2. q. 20. art. 4. quòd oritur ex tribus, scilicet luxuria, tristitia, & accidia. Primo ex luxuria, qa homini dedito carnalitatibus apparent bona spiritualia valde ardua, & quasi impossibilia adipisci, & ex hoc in desperationem venit. Ideo super illa verba Apostoli ad Ephe 4. Desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, inquit glosa. Vt nihil quod immundum sit prætermiserint quia nunquam luxuriando satiantur, quorum voluptates termino carent.

Secundo oritur desperatio ex tristitia, Sicut enim homines in gaudio existentes efficiuntur maioris spei, ita in tristitia existentes in desperationem labuntur vt inquit Aristo. 2. rhetoricæ. Ideo Apo. 2. ad Cor. 2. ait consolamini ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui huiusmodi est. Vbi glosa Ambrosij inquit. Ne nimia tristitia, scilicet desperationis faciat eum conuerti ad committenda peccata. *2. Desperationis causa*

Tertio causatur ex accidia. Cum enim accidia sit tedium interni boni, vt Augustinus diffinit super psalmistam. De qua etiam Gregorius in quadam homilia ait. Accidia est de virtutum laudabili exercitio, vtriusq; hominis languida deiectio. Et Bernardus in quadam epistola dicit. Accidia est quidam animi languor, quo lege non libet, orare non delectat, meditationes sollicitę non sentiuntur. Ideo talis accidiosus faciliter prorũpit in desperationem, quia omnia bona spiritualia ei veniunt in abhominationẽ & fastidium. Ea propter de accidioso dici potest illud Psal. 106. Omnem escam abhominata est anima eorum, transierũt vsque ad portas mortis scilicet per desperationem. *3. Desperationis causa*

Tertia & vltima consideratio dicitur remediationis. Quia enim vt inqt Augustinus in c. corripiantur. 24. q. 3. Nõ est de aliquo desperandum, donec est in hoc corpore constitutus, vt etiam habetur in c. ancillam. 32. q. 2. & in c. 2. de pœni. di. 7. vbi assignat rationem di. Quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur consilio maturiore perficitur. Quia etiam inquit Augustinus in libro de vera innocentia. Non est desperandũ de malis, sed pro ipsis vt boni fiant studiosius supplicandum, quia numerus sanctorum semper auctus est de numero impiorum. Et in eodem libro, etiam dicit. *Tria cõtra desperationẽ assignantur remedia.*

Prima

Prima salus est declinare peccatum. Secunda, non desperare de venia. Nam ipse se in æternum perimit, qui apud misericordem iudicem ad pœnitentiæ lamenta non recurrit. Ideo peccatoribus volo tradere tria contra desperationem remedia. Primum est redemptionis nostræ meditatio, vt enim ait Alexan. de Ales, in 2. parte summę, in tractatu de peccato desperationis ar. vlt. Remedium principale contra desperationem est confidentia de Christo passo pro humano genere, quod erat in peccato. Vnde super illud ad Roma. 5. pro impijs mortuus est, inquit glosa. Ne desperes de eius potentia, cuius apparet talis in morte beneuolentia, a quo tales arras accepimus qui donauit impijs mortem suam, qui seruat iustis vitā suam. Et ideo Augustinus, in libro de cōtéplatione Iesu Christi. c. 30. dicit. Quanto potentior est Deus ad saluandum, tanto securior ego sum. Peccaui grande peccatum, multorum sum mihi conscius delictorum, nec sic tamen despero, quoniā vbi abundauerunt delicta, ibi abundabit & gratia. Qui desperat de venia peccatorum, negat Deum esse misericordem. Magnam ergo iniuriam Deo facit, qui de eius misericordia diffidit, quantum in se est negat eum habere charitatem, veritātem, & potestatem, in quibus cōsistit tota spes mea, scilicet in charitate adoptionis, in veritate promissionis, & in potestate redemptionis. Et in eodem libro & c. etiam inquit. Nullum tam potens tāq; efficax est medicamentum contra impetum desperationis, quàm mors Dei redemptoris. Extendit enim brachia sua in cruce, paratus in amplexus omnium peccatorum. Bernardus quoq; in quodam sermone ait. Peccaui peccatum grande, conscientia mea turbatur sed non perturbabitur, scilicet vsq; ad desperationē, quia vulnerum domini recordabor.

De 2. cōtra desperationem remedio.

Secundum contra desperationem remedium est scripturarum admonitio. Nā admonemur in sacra scriptura ne desperare debeamus. Vnde Eccle. 2. dicitur. Ad amicum etiam si produxeris gladiū ne desperes reuerti, quia est regressus ad amicum, scilicet Christum, absq; conuitio & improperio. Omnes etiam sancti ad sperandum de venia nos hortantur. Inter quos Augustinus, in sermone primo de pęnitentia, ait. Iniquitatem tuam si tu agnoscis, Deus recognoscit. Nemo ergo desperet. Male autem desperat qui credit quòd etiam si pœnitentiam agat pro peccatis suis diuina misericordia nō indulgeat. Male etiam sperat qui se post multa tempora ad pęnitentiæ medicamēta reseruat. Et idem in libro. 5. homiliarum homilia. 1 r. dicit. Peccatum cum desperatione certa mors est. Nemo ergo dicat. Ego damnatus sum. Talibus malis Deus non ignoscit. Cur non addo peccata peccatis? Fruar seculo in voluptate lasciua, in cupiditate nephanda, iam perdita spe reparationis. Vel hic habeam quod video, si non possum habere quod credo. Deus enim noster sicut cautos fecit eos qui ceciderunt, sic desperatos esse non vltra qui ceciderunt, hæc ille. Et Chriso. in libro de reparatione lapsi inquit. Illius æternę ciuitatis ianuas nobis desperatio claudit. Spes aperit, fiducia latum præbet ingressum, & Isidorus in secundo de summo bono, ait. Nemo desperare debet de venia, etiam si circa finem vitæ ad pęnitentiam conuertatur, vnumquemq; enim Deus de suo fine nō de vita præterita iudicat. Et ibidem addit in vita hominis finis quærendus est, quoniam Deus non respicit quales antea vixerimus, sed quales circa finem vitæ erimus. Augustinus etiam in c. agnouimus. 26. q. 6. repræhendit desperantes di. Horremus tantæ impietatis aliquem reperiri, vt de Dei pietate desperet qua si non possit ad se quouis tempore concurrenti succurere & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere. Quid ergo hoc aliud est quam morienti mortem addere, eiusq; animam sua crudelitate ne absoluta esse possit occidere, cum dominus ad subueniendum paratissimus inuitet ad pœnitentiam, & promittat eūerso peccatori veniam quacunq; hora ingemuerit, nec velit mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat. Et idem habetur. 26. q. 1. c. de his. & c. alligāt, & in multis alijs locis quæ causa breuitatis omitto.

Tertium

De 3. contra desperationem remedio.

TErtium contra desperationem remedium est exemplorum consideratio, habetur enim exemplum. 2. Regum. 11. de Dauid. Vnde ibidem inquit glosa de statu suo. Dauid cadēte nemo superbiat, de lapsu etiā resurgēte Dauid nemo desperet Mirabiliter scriptura & superbos pmit, & humiles leuat, hæc ibi exēplum quoq; habemus de Raab meretrice, & de latrone, de qb⁹ Chris. vbi supra ait. Raab meretrix erat, sed saluata est, latro homicida fuit, sed paradisi ciuis factus est, hęc ergo cōsidera, & nunq̄ desperet, hæc ille. Ad pdicta etiā adduci pōt illud qđ legit in cronicis minorū fratrū, vbi habet̄ ꝙ cū b. Frāciscus p reuelationē intellexisset fratrē Heliā esse damnandū tamē exinde ipsum abhorrebat ꝙ eū euitabat, & eū illo nō loquebat̄, qđ aduertens frater Helias humili importunitate a sancto causam quæsiuit, & ille oēm reuelationē exposuit, quo audito frater Helias territus lachrymisq; perfusus pedibus eius prouolutus di. Rogo te pater, ne oue pditā derelinquas, sed more pij pastoris eā collige, quia nouit Deus mutare sniam; si peccator nouerit mutare delictū. Et ego tantam fidē habeo in te ꝙ si in inferno essem & p me orares aliqđ refrigeriū sentirem. Vn̄ obsecro roga pro me. Motus igit̄ pietate b. Franciscus pro reuocanda snia damnationis eius feruenter orauit, & a Deo impetrauit ꝙ damnatus non esset, sed tñ voluit Deus ꝙ in punitionem suorum delictorum extra ordinem moreret̄, & sic factum est, nā Cortonæ mortuus est cum esset extra ordinē, sed tñ in ipsa morte pęnituit, & sic damnatus non fuit. Refert quoq; Iacobus de vitriaco ꝙ quidā princeps latronū desperatus de sua salute in quadā contrata morabatur, atq; totā illam regionem deprædabatur, nunc hos spolians, nunc illos iugulans, qđ audiens quidam sanctus Abbas perrexit ad eum, quē ipse latro statim cepit cū socijs suis. Abbas vero sic captus quæsiuit ab eo qd vellet. Et ille dixit. Equum vestrū & vestes. Rn̄dit Abbas. Bona Dei sunt communia. Iam annis pluribus his rebus vsus sum, iustum est vt vos eis nunc vtamini. Tunc dixit ipse princeps latronū. Hæc omnia hodie vendemus, & necessaria nobis ememus ad victū. Cui Abbas dixit. Quare tantum laboras fili, & te periculis exponis tā magnis p victu tuo? Veni mecū ad monasteriū, & ego tibi de victu prouidebo. Cui ille. Ego non possem comedere fabas vestras & holera, nec bibere ceruusiā vestram. Abbas vero rn̄dit. Ego dabo tibi pisces bonos, & carnes, & vinū bonū. Vix tādē tot bonis pmissis acquieuit ire ad monasteriū ad pbandum qd ei Abbas faceret. At ille fecit sibi parari vnā pulchrā Camerā, & bonū lectū, & assignauit sibi vnū bonū monachū qui ei seruiret, & oīa q̄ vellet sibi pararet. Omni aūt die postq̄ latro comederat ille monachus corā eo comedebat panē tantūmodo, & aquā bibebat, qđ cū pluribus diebus fecisset, latro semel eū interrogauit quare tā arctā pniam faciebat, & vtrū hoīes iterfecisset, vel fornicationē fecisset, aut adulteriū, siue sacrilegiū, monachus autē præ admiratione cępit se signare dicens. Dñe. quid dicis? Ego a pueritia hoc monasteriū intraui, & nunquam mulierē tetigi, nec aliquē hoīem vnq̄ contristaui, & nec aliqd istorū q̄ dicis feci. Cui latro. Quare ergo tm̄ te affligis? Qui ait. Vt Deū ppitium mihi habeā. Tunc latro cōpunctus inter se dixit. Quare miser & infelix ego q tot mala feci. s. furtū, adulteriū, homicidiū, rapinas, sacrilegia, & oīa pctā, nō ieiuno, & p pniā me nō affligo? Et statim vocato Abbate cecidit ad pedes eius & pniā accipiēs monach⁹ fact⁹ est, ac postea tātā pniā fecit in religione, ꝙ oēs alios de monasterio superauit. Multa alia exēpla ponā infra in sermone. 4 ferię post Pasca, in qbus ondā qualiter Deus oēm peccatorē ad se cōuersum recipit, & ei indulget, qa pius & misericors est, vt patet. 50. di., c. qa tua. Et 1. q. 7. c. si quis. Et 1. q. 7. c. si qs. Et 2. q. 1. c. multi. & 7. q. 1. c. q negant. & 22. q. 4 c. vnusqsq;. & c. incōmutabilis. & c. non sp. & c. oē. & 23. q. 4. c. hęc aūt vita & c. ipsa pietas. & c. si illic. & c. duo ista. & 23. q. 5. c. si nō licet. & c. ad fidē & c. rt legēres. & 26. q. 6. c is q. & 23. q. 1. c. apđ misericordē & 33. q. 2. c. admonere. Et de pe. di. 1. c. libēter. & c. multiplex. & c. importuna, & c. nouit & c. quaobrē. & c. qa diuinitatis. & c. pdixerat. & c. medicina & c. quē pęnitet. Et de pę. di. 3. c. minorte. & c. illę res. & c. talis. Et c. adhuc istat. In qbus capitulis ondit̄ quam magna sic erga peccatorem

con-

conuersos Dei misericordia. Et ideo reprehendendi sunt illi qui dicunt illud. Iob.7. Desperaui, nequaq̃ vltra viuã.s. vita gratiæ. Et p̃ consequens, nec vita gloriæ. Et illud Hiere. 15. Plaga mea renuit curari.s. per desperationem. Alij aũt aut nimium præsumunt, aut in baratrum desperationis ruunt. De quibus inquit propheta. Ascendunt vsq; ad celos.s. præsumendo, & descendunt vsq; ad abyssos.s. desperando. Sicut fecit quidam in ciuitate Norbicensi, qui multis malis implicatus cum a quodam suo socio bono viro hortaretur ad pœnitentiã faciendã, & corrigendam vitam suam, ipse illum deridebat, & tantã dicebat esse Dei misericordiã q̃ sibi sufficeret in fine vitæ suæ in mortis articulo pœnitere. Tandẽ iste miser infirmatus est. Socius aũt eius vidẽs eum morti proximum hortabatur ipsum ad confessionem, rogans vt Dei misericordiæ recordaretur, de qua sanus multum præsumebat, sed ipse diabolo desperationem suadenti magis attẽdebat. Nocte vero mortis ipsius visio talis socio eius monstrata est. Vidit.n. dñm Iesum indutum clamide coccinea, capite spinis coronato, manibus pedibusq; vulneratum ac totũ sanguine madefactum, & in sinistra manu crucẽ tenentẽ rubro vulnere lateris cũ humero denudato coram lecto socij infirmantis astare, & hæc sibi blandis verbis dicere. Ecce qualẽ pro tui amore pertuli passionẽ. Cerne caput meũ spinosum, vide corpus totũ sanguine cruentatũ, & lateris aperturã, pete igit̃ misericordiam meam magnã. Nam licet ingratus sis & eam non merueris, tñ tibi concedam veniam delictorũ. Ad hæc ille dæmonibus plenus rñdit. Scio dñe misericordiam tuã esse magnã, & nihilominus scio q̃ iustitia tua non est frustra. Vñ licet ad me saluandum fortassis tua misericordia te inclinet, nequaquã iustitia tua hoc p̃mitteret. Et ideo meritis meis nullis existẽtibus secundũ iustitiã tuã saluari non possum. Fons autem misericordiæ Christus adiunxit. Imo petere debes misericordiam meam, quia licet iustus sim & obstinatos in peccatis puniam, tñ pœnitentibus misericordiam semper impartiri paratus sum. Ille autẽ miser incepit denuo disputare contra Dei misericordiã asserens se Dei iustitia cõdemnatum non velle vllo modo misericordiã postulare. Recipiens ergo saluator suæ pietatis repulsam, volenti dãnari iuste versus est in seuitiã. Vñ accepta manu dextra in vulnere lateris immersam & cruore repletam extraxit proiecto sanguine in faciem moriẽtis dixit. Ecce miserrime, sanguis meus in die vltionis erit signum contra te monstrandum q̃ habere poteras misericordiam, & illã repulisti. Socius igit̃ ex hac horribili visione stupefactus, & territus currẽs ad socium illũ infirmũ vt ei narraret ipsam visionem, inuenit eum mortuũ faciẽ versam ad parietem tenentem, & totum eius corpus frigidum, & extensum. Vultũq; ipsius vndiq; recenti sanguine cruentatum, quem nec aqua frigida, nec calida abluere vnq̃ potuit, in signum suæ damnationis. Quo prodigio Christus monstrauit quantũ sibi displiceat, q̃ peccator quantũcunq; maximus de venia, ac misericordia sua desperet. Et a peccato se vnq̃ resurgere posse diffidat. Licet ergo quandoq; quis a vitijs superetur, non debet tñ spem resurgendi amittere. Ait.n. Seneca ad Lucil. Tolle spẽ nemo victus tentabit arma. Sed debemus sperare q̃ a peccatis resurgemus. Ait enĩ Salomon. Prouer.8. Sapientia vincit malitiã, & nõ solum gratias & dona Dei per peccatũ perdita nobis Deus restituet si ad eum conuersi fuerimus, sed etiã maiora donabit vt inquit Ambr. super Lucã.

Sacræ scriptura exemplis in Deo spem esse habendã ostenditur.

SI ergo non cessauerimus a bonis operibus verificabitur in nobis illud Ouidij in epistolis. Grata superueniet, quæ non sperabit̃ hora. Qñ.n. videbitur nobis q̃ simus in maiori periculo cadendi, tũc Deus nobis dabit victoriam de hoste nostro diabolo qui valde debilis est, cũ non possit nos superare nisi volentes, vt ait Hiero. in quadam epistola. Ipsi.n. dæmones dicunt hoĩbus illud Isa.51. Incuruate vt transeamus quasi.d. Non possumus transire ad habitandum in vobis per peccatũ, nisi voluntarie inclinetis vos ad cõsentiendum nobis. Præterea sine permissione Dei non possunt in nobis habere potestatem, vnde nec in grege porcorũ potuerunt intrare, nisi permissione Christi Matth. 8. nec tentare & affligere Iob

nisi

nisi de licentia Dei. Iob. 1. Ideo debemus in Deo sperare & eius adiutorium firmiter expectare. Hanc aũt spem habebat ille inclitus dux Iudas machabeus dicens. 1. Macha. 3. Nõ est difficile Deo saluare in paucis sicut in multis. Et ideo cũ paucis socijs multos superauit, vt ibi habetur. Similia quoq; verba dixit Ionathas filius Saul. 1. Reg. 14. Et Assa rex Iuda 2. Parali. 14. Et Iosaphat etiã rex Iuda. 2. Paralip. 20. Dauid quoq; magnam spem in Deo habuit, vadens contra Philisteum cum baculo in nomine dñi. 1. Reg. 17. & ideo illũ superauit. Sic ergo & nos diabolũ superabimus si contra eum viriliter & cum spe resistemus, vñ ad Eph. 4. inquit Apost. Resistite diabolo, & fugiet a vobis. Daniel quoq; cum socijs suis qa sperauit in Deo liberatus est ab ardore ignis. Daniel 3. Et a leonibus in lacu. Daniel. 6. Et Susannam per virtutem spei liberata est a morte. Dan. 13. Magnam etiã spem habuit Esdras magis confidens in oratione q̃ in conductu regũ. 1. Esdræ. 8. Iob quoq; qui in suis tribulationibus dicebat sui libri. c. 13. Etiam si me occiderit in ipso sperabo. At cõtra populus Israel egressus de Ægypto cum existens in deserto non speraret posse ingredi terram promissionis, nec eã acquirere posse quia in ea erant gigãtes, & hoĩes robustissimi, ac ciuitates fortissimæ, pp defectum spei non meruit intrare ipsam terrã, per quã figurabatur vita æterna, sed soli Iosue, & Caleph de oĩbus qui egressi sunt de Ægypto intrauerunt dictã promissionis terrã, quia ipsi habebant spem in Deo, q̃ illam eis subijceret. Propter quam virtutẽ spei Deus dixit. Numeri. 14 q̃ ipsi soli ipsam intrarent, & sic factum est. Quamuis ergo Deus sæpe differat dare qđ speramus, non debemus tñ deficere a spe, quia qđ differtur non aufertur. insti. de singu. re. per fidei. re. §. itaq;. ver. q̃ si dñs, ubi glo. hoc notat. & ff. de arbi. l. quamuis. Cõcludendo igit̃ hunc sermonem, dico q̃ licet semper dum sumus in hac periculosa vita debeamus stare in timore, quia vt dicit Hiero. super Iohelem. Nũq; tuta est humana fragilitas, & ideo quanto virtutibus crescimus, tanto magis timere debemus ne de sublimibus corruamus. Tñ semper timori debemus spem immiscere, seruando Esopi consilium, fabula. 29. di. Sic timeat quicunq; timet ne mole timoris. Spe careat, grauis est spe pereunte timor. Speret qui metuit, morientes viuere vidi. Spe duce victuros, spe moriente mori. Ideo exclamat Augu. in quodam sermone ad heremitas in laudem huius sacratissimæ virtutis spei di. O spes cælestis gloriæ, propter te Patriarchæ patienter mala sustinuerunt, propter te prophetæ cuncta mala supportauerunt, propter te Apostoli gaudentes ad mortem perrexerunt, propter te martyres afflicti sunt, propter te virgines combustę sunt, propter te confessores vituperia tollerauerunt, propter te viduæ castitatem astringunt, propter te maritatæ lũbos restringunt, per te pupulli, languẽtes, & orphani sperant redire, per te pauperes confidunt gaudere, per te peregrini sperant ad terminum laboris peruenire. O spes tu omnia facis dulciter, & suauiter. Eya ergo fratres mei, hanc amate, hanc tenete, non tamen sine timore, quia qui sperat & non timet negligens est. Qui autem timet & non sperat depressus est, & descendit in profundum quasi lapis. Quod a nobis auertat Deus noster. Amen.

✠

SABBATO

SABBATO DE IVSTITIA, FORTITVDINE, TEMPERANTIA, ET PRVDENTIA.

SERMO OCTAVVS.

Iustitia largo quid sit.

DIxerunt impij ad inuicem. Cogitemus contra iustum cogitationes. Hiere. 18. & in epistola occurenti, vt inquit Aristo. in 5. Ethi. Iustitia largo modo sumpta comprehendit omnes virtutes & accipitur pro omni bono opere. Et idē dicit Ricar. in 3. dist. 33. & beatus Thomas. 2. 2. q. 58. & 1. 2 q. 1. 2. Et isto modo accipitur ab ipso Aristotele in primo Politic. c. 1. vbi ait. Sicut homo perfectus est omniū aīaliū optimus, ita separatus a lege & iustitia est pessimus oīum hoc etiam modo accepit Saluator, dū dixit Matt. 5. Nisi abūdauerit iustitia vestra plusq̄ scribarum, & phariseorum, non intrabitis in regno cęlorum, & Matth. 13. ac Luc. 4. dī. Decet nos implere omnem iustitiam, & Deuter. 24. cum dicit. Habeas iustitiam coram domino Deo tuo. Hanc iustitiam semper persequuntur mali, vt patet ex verbis propositis vnde in c. forus, in. fi. de verbo. si. dicitur. Iustitia cum scelerato non potest habere commertium. De qua iustitia generaliter sumpta, quattuor in praesenti sermone misteria contemplabimur. Primum dicitur specificationis. Secundū fortificationis. Tertiū moderationis. Quartum vero discretionis.

Sermonis intentio diuisio.

PARS PRIMA de iustitia proprie dicta.

DE iustitia spiritualiter & proprie dicta tres considerationes in hac parte faciemus. Prima appellabitur commendationis. Secunda partitionis. Tertia contrariationis. Quo ad primam considerationem, quantum sit commendabilis iustitia, patet rationibus, auctoritatibus & exemplis. Primo rationibus quarum prima dicitur superationis vt enim declarat beatus Thom. 22. 2. 2. q. 58. ar. vlt. Iustitia proprie dicta, est nobilior omnium virtutum moralium, ideo inquit Aristo. de ea. 5. Ethico. Pręclarissima omnium virtutū videtur esse iustitia, & neque hesperus, neq; lucifer ita admirabilis. Et addit iustitia: virtus est maxime perfecta: quoniam perfectio virtutis vsus est, & in ipsa simul omnis virtus: haec ille, & Tullius in primo de officijs ait. Iustitiae splendor est maximus, ex quo boni viri nominantur. Et idem in 3. eiusdem operis dicit. Iustitia est vna omnium domina reginaq; virtutum, & in auten. vt omnes obediant iudicibus. in principio coll. 5. dicitur. Vnā quidem esse omnium perfectissimam virtutem arbitrandum est hominibus, quae iura omnibus distribuit, & hac causa cognominata est iustitia. Est igitur iustitia vt inquit iurisconsultus in l. iustitia. ff. de. iusti. & iure. Constans ac perpetua voluntas animi, ius suum vnicuiq; tribuens. Et idem ait imperator insti eo. in principio, & Tullius in 2. rhetoricae, dicens. Iustitia est habitus animi, suam cuiq; tribuens dignitatem. Cum ergo caeterae virtutes morales vt plurimum, sint solum habenti vtiles, iustitia vero sibi, & alijs, imo omnibus in mundo existentibus est vtilis quia vt dicitur in. l. iustitia. §. 1. ff. de iusti. & iure, & in. §. iuris praecepta, insti.

De Iustitiae laudibus, et excellētia.

Iustitia q̄d sit.

insti. eo. iuris præcepta sunt hæc. Honeste viuere, ecce vtilitas ad se ipsum. Alterũ non lędere, & sua vnicuiq; tribuere ecce vtilitas ad omnes. Sequit̃ q̃ alias virtutes excedit, & nulla eam, ita q̃ obtinet principalẽ gradum bonitatis, iuxta determinata in simili, in .l. vbi autẽ. ff. de verbo. ob. Cum. n. bonum cõmune particulari præponat̃. vt ait. Arist. 1. Ethic. Et idem habetur. C. de cadu. tol. l. vnica & ff. de regu iur. l. si conuenit. manifeste apparet iustitiam esse alijs virtutibus moralibus præponendam, per quam bonorum salus, & cõmunitas procuratur. l. proinde. C. de ferijs. Vnde Ambrosius in lib. de officijs, de illa inquit. Iustitia quæ vnicuiq; quod suum est tribuit alienam non vendicat vtilitatem, propriã negligit vt cõmunem vtilitatem custodiat, hæc ille. Aristo. quoq; 1. retholoquens de fortitudine, & iustitia ait. Fortitudo tamen est vtilis in bello, iustitia vero in bello & pace.

2. Ratio qua iustitia cõmendatur.

SEcunda ratio qua iustitia commendat̃ dicitur conseruationis, quia respublica absq; iustitia conseruari non potest. Vñ Aug. in 7. de ciui. Dei c. 19. sapientiũ sñias recitans concludit hoc verissimum esse videlicet sine iustitia rempublicam regi non posse. Nam Lelius dixit. Nihil sic inimicum quàm iustitiam ciuitati, nec omnino nisi magistra iustitia regi, aut stare posse rempublicam. Et Macrobius in primo libro de somno Scipionis ait. Sine iustitia non solum respublica, sed nec exiguus hominum cętus, nec quidem parua domus constabit. Et Salustius in catelinario dicit. Labore ac iustitia respublica excrescit Et Cyprianus in libro de duodecim abusionibus, ait. Iustitia est pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gẽtis, & gaudium hominum. Et merito. Nam respublica per iustitiam tempore pacis ac belli optime gubernatur, vt habetur in prohemio institutionum. Per iustitiam nanq; mali terrentur, & boni conseruantur. ff. de pęnis. l. capitalium. §. famosos. & l. aut facta. §. si. Nam per ipsam cum punitur vnus malus, reliquis incutitur metus, & isto modo pax & tranquillitas cõseruatur. C. ad. l. iulian. re. l. 1. & ff. de custo. & exi. reo. l. diuus.

3. Ratio iustitiam commendans.

TErtia ratio ostendens iustitiam commendabilem dicitur oppositionis. Cum enim iniustitia sit maximum peccatum quia Deus eam in magna abhominatione habet, iuxta illud. Deutero. 25. Deus auersatur omnem iniustitiam. Et Psal. 5. inquit Dauid Deo. Non permanebunt iniusti ante oculos tuos. Et Ecclesiastici. 10. dicitur quod regnum de gẽte in gentem transferretur propter iniustitias. Ergo arguendo ex oppositis quòd argumentum est validum, & eo vtitur ecclesia, vt patet in c. sciendum. 8. q. 1. vbi dicitur. Ex aduerso melius ostenditur quid de eius laude sentiatur. Sequitur quòd iustitia tanto est virtus excellentior, quanto eius contrarium vitium est deterius.

Multis auctoritatib[us] cõmẽdatur iustitia.

AVctoritatibus quoq; iustitia commendatur primo sacræ scripturæ. Nam Psal. 33. inquit Dauid. Oculi domini super iustos & aures eius in preces eorum. Et 36. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Et ibidem. Iusti autem hæreditabunt terrã, & inhabitabunt in seculum seculi super eam. Et in eodem Psal. Salus autem iustorum a domino, & protector eorum est in tempore tribulationis. Et 63. Lętabitur iustus in domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. Et 67. Iusti epulentur & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Et 91. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur. Et 105. Beati qui custodiũt iudicium & faciunt iustitiam in omni tẽpore. Et 111. In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Et 117. Hæc est porta domini, & iusti intrabunt in ea. Et ibidem. Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum. Prouer. quoq; 10. ait Salomon. Iustitia liberabit a morte Et ibidem. Iustitia simplicis diriget viam eius. Et iterum. Iustitia rectorum liberabit eos, & in insidijs suis capiũtur iniqui. Et 14. eiusdem libri. Iustitia eleuat egentem. Et 15. In abundanti iustitia virtus maxima est. Et ibidem. Qui sequitur iustitiam diligetur a Deo. Et 16. Melius est parum cum iustitia

ſtitia, quàm multi fructus cum iniquitate. Et 20. Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua beatos poſt ſe filios relinquet. Et Sapientiæ. 1. Iuſtitia perpetua eſt & immortalis. Et 3 eiuſdem libri. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. & 4. c. Iuſtus ſi morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. Et ibidē. Fulgebunt iuſti & tāquā ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Dauid quoq;. Pſal. 10. inquit. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Et 17. Retribuet mihi dñs ſecundum iuſtitiam meā & ſecundū puritatem manuum mearū in conſpectu oculorum eius. Et 145. Dñs erigit Eliſeos dominus diligit iuſtos. Salomon etiam Prouerbio. 10. ait. Iuſtus in æternum nō commouebitur. Et 11. eiuſdem libri. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt, & tradetur impius pro eo. Et 12. Domus iuſtorum permanebit. Et ibidem. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Et 13. Iuſtis retribuentur bona. Et 28. Iuſtus quaſi leo confidens abſq; terrore erit. Et ibidem. In exaltatione iuſtorum multa gloria eſt. Et 29. Rex iuſtus eriget terram. Et Eccleſiaſtici. 1. dicitur. Fili concupiſcens ſapientiam ſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. Et 4. eiuſdem libri. c. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſq; ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Et 16. Sacrificium iuſti acceptum eſt, & memoriæ eius non obliuiſcetur dominus. Et 27. Si ſequeris iuſtitiam proteget te in ſempiternum. Et Matthæi. 5. dicit dominus. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Et ibidem. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Et 13. Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris mei. Et 25. Ibunt iuſti in vitam æternam. Et primæ Ioannis. 2. ſcriptum eſt. Omnis qui facit iuſtitiam ex Deo natus eſt. Et Pſalmo. 26 ait. Dauid. Iunior fui etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Et 54. Non dabit in ęternum fluctuationem iuſto. Et iterum. Prouerbiorum. 30. dicit Salomon. Habitacula iuſtorum benedicentur. Et 50. eiuſdem libri capitulo. Benedictio domini ſuper caput iuſti. Per iuſtitiam enim honoratur Deus ſicut per ſacrificium miſſę. Vnde communiter dicitur quòd ita bene ſtat latro ſuper fureas, ſicut ſacerdos bene paratus ad altare.

Iuſtitia cōmendatur auctoritate canonica autentica, & philoſophica.

SEcundo commendatur iuſtitia auctoritate canonica. Scriptum eſt enim 12. q. 2. c. cum deuotiſſimam. Summum in rebus bonum eſt iuſtitiam colere, & ſua vnicuiq; iura tribuere. Item auctoritate autentica. Ait enim Auguſtinus. 4. de ciuita. Dei. c. 4. Remota iuſtitia quid ſunt regna niſi magna latrocinia? Vnde Alexandro magno quidam appræhenſus pirata reſpondit. Nam cum idem rex hominem interrogaſſet. Quare ſic mare haberet infeſtum, ille libera contumelia inquit. Quare tu orbem terrarum? Quia enim ego exiguo nauigio prædor, latro vocor. Et quia tu magna claſſe, diceris imperator, hæc Auguſtinus. Ambroſius quoq; in exameron oſtēdens iuſtitiam excellere alias virtutes inquit. Vbi eſt prudentia ibi interdum eſt malitia, vbi fortitudo, ibi iracundia, vbi temperantia ibi impatientia, plerunq; & alia vitia, vbi autem iuſtitia ibi cęterarum virtutum concordia. Auctoritate etiam philoſophica commendatur. Vnde Tullius in 3. de officijs, ait. Qui veram gloriam adipiſci vult, iuſtitiæ fungatur officijs. Et Plato in libro de legibus dicit. Nullum ſupplicium lege factum ad malum tendit, ſed duorum alterum ſemper fere ſolet efficere. Nam aut melior, aut minus prauus, qui pęnas edidit factus eſt. Et Seneca in libro de quattuor virtutibus, inquit. Quid eſt iuſtitia niſi diuina lex, & vinculum ſocietatis humanæ? Quiſquis hanc ſectari deſideras, time Deum prius, & ama vt ameris a Deo.

Iuſtitia cōmendatur auctoritate politica iuris ciuilis.

AVctoritate quoq; politica iuris ciuilis commendatur iuſtitia. Ait nanq; vulpianus in. l. 1. circa principium. ff. de iuſti. & iure. Ius autē eſt ars boni, & ęqui cuius merito quis nos ſacerdotes appellat. Iuſtitiā nanq; colimus, bōni, & ęqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes, bonos non ſolum metu pœnarum

verum

verum etiam præmiorum quoq; exhorbitatione meliorem facere cupientes, veram nisi fallor philosophiã non simulatã affectantes, hæc ille. Imperator etiam in auten. vt iudi. si quoquo. sufra. §. ita q;. coll. 2. Et C de custo. & exi. reo. l. 1. exhortatur oẽs ad iustitiam maxime ministros iustitiæ, vt innocẽtes adiuuent, malosq; castigent. Et in auten. de non eligẽ. 2. nubem. coll. 1. in. §. fin autẽ. idem ait. Æqualitatis enim & iustitiæ sumus amatores, quam in omnibus volumus obtinere.

Iustitia cõmendatur multis exẽplis.

MVltis insuper exemplis potest iustitia cõmendari, ita q̃ dicere possum illud Ouidij in 2. de remedio amoris. Quid moror exemplis quorum me turba fatigat? Primo exẽplo diuino. Deus. n. iustus est, & iustitiam diligit, vt inqnit Dauid Psal. 10. vnde Ouidius. 13. Metha mor. ait. Aspiciunt oculis superi mortalia iustis. Secundo exemplo gentili, & pagano. Refert enim Helmandus in gestis Romanorum q̃ cũ Traianus Imperator equum ascendisset ad bellum profecturus, vidua quædã apprehenso pede eius flens iustitiam sibi administrari petijt de filio suo innocente occiso. Cui Imperator dixit. Cũ rediero tibi satisfaciã. Cui illa. Quid si nõ redieris? Et ille. Successor meus tibi satisfaciet. Illa vero inquit. Quid tibi proderit si alius mihi iustitiã monstrauerit? Ad quæ verba motus Imperator descendit de equo, & inueniens filium suum occidisse filiũ illius viduæ, dedit eum ipsi viduæ loco filij sui amissi, eamq; multis donis cõtentã reddidit. Qua pp in ipsius Imperatoris honorem Romani in foro statuam erexerunt in huius rei memoriam. Et in senatu clamatũ fuit. Non alter fęlicior augusto, nec melior Traiano. Aliud habemus exemplum de Romanis qui propter zelum & affectionem quam habebant iustitiæ edificauerunt pulcherrimum templum in honorem ipsius virtutis & tãq̃ sanctissimũ, & consecratum illud venerabantur, vt dicit̃ in lege. 1. §. cunq;. C. de veteris iu. enunc. Refert etiã Valerius maximus lib. 6. quendam iudicem corruptum pecunia iniuste iudicasse, quem rex Cambises decoriari fecit, & occidi. Et super sedem in qua iudicabat fecit corium illius poni. Deinde filium ipsius iudicis loco patris sui substituit, & super illam sedem iudicare iussit, vt sic exemplum ministrandæ iustitiæ caperet. Refert quoq; Titius Liuius, lib. 2. ab vrbe condita. Qđ expulso Tarquinio rege a Romanis quidam iuuenes inter quos erant filij Bruti, qui luxuriose cum filijs Tarquini soliti erant viuere, tractabant de reductione regis. Sed cum fuissent a quodã seruo detecti, Brutus consul proprios filios ad palum ligatos in conspectu suo occidere fecit, nullũ doloris signum ostendens. De quo exemplo sic Valerius, lib. 5. inqt. Brutus exuit patrem vt consulem ageret, orbusq; viuere. i. filijs priuatus quam publicæ vindictæ deesse voluit. De hoc etiam Virgilius, in 6. Eneidos, ait. Natosq; pater noua bella mouentes. Ad pœnam pulchra pro libertate vocabat. Et subdit Vincit amor patrię laudumq; immensa cupido. Recitat etiam Augu. in 5. de ciui. Dei. de Manilio torquato qui filiũ suũ occidere fecit, quia cum ipse imperasset ne aliquis bellum cum hostibus initet, ille licet ab vno hostium prouocatus esset, & sperasset de hostibus victoriam reportare decertauit: Vnde quamuis de hostibus triũphauerit fecit tamen eum pater interimere, quia inobediens fuit.

Animelia irrationalia nos inuitãt ad iustitiã.

EXemplis etiam irrationalium animalium ad iustitiam animamur. Vnde Albertus magnus, in tractatu de virtutibus politicis c. de iustitia, inquit. Quod rex apum iuxta se tenet quasdam apes fortissimum aculeum habentes, quibus puniat delinquentes. Stellio insuper sic dictus a stella, quia lucet sicut stella qui tenet superioris personam, tum quia habitat in domibus regum, tum quia habet quandam virtutem supernam sibi diuinitus datam qua videtur facere mirabilia, dum in sua rima quiescit, si accipitrẽ prædonem aeris super se volare conspexerit, quadam occulta vi eum ad se trahit, & ipsum dilanians auibus deuorandum exponit, quasi diceret ipso facto. Ecce qui alios prædabaris exigente iustitia aliorum effectus es præda, hæc ille.

Licet duae sint partes iustitiae, & etiã plures secũdũ alios tamẽ hic de tribus principalibus partib⁹ disseritur, & primo de innocentia.

SEcunda consideratio de iustitia dicitur partitionis. Licet enim Aristo. dicit in 5. Ethicorum, q̃ duae sunt partes iustitiae. s. commutatiua quae habet locum in commutationibus. Et distributiua, quae habet locum in distributionibus, licet etiam a Macrobio, in libro de somno Scipionis, & a Tulio in libro de officijs, & ab Alber. vbi supra, diuersae partes iustitiȩ assignentur, nos tamen de tribus tantũ principalibus dicemus. Prima quarum dicitur innocentia, de qua Lactantius, libro 3. diui. in st. ait. Inter summas hominis virtutes innocentia numeratur. Et Tullius, in tuscu. quaestio. dicit. Innocentia est affectio talis animi quae nemini noceat. Et idem habetur 22. q. 4. c. innocens. Ad hanc innocentiam spectat odio habere peccata. Vnde 86. di. c. culpam. dicitur. Primus gradus innocentiae est odisse nephanda. Ad ipsam etiam pertinet loco & tempore defendere bonos, & cohibere malos. Ideo Ambrosius in 2. de officijs, inquit. Iustus vt sis non solum non nocebis, sed etiam nocentem prohibebis. Quapropter nõ fuit iustus, nec innocens pilatus, quamuis dixerit innocens ego sum a sanguine iusti huius. Matth. 27. quia poterat Christum a morte liberare vt ipse dixit. Ioannis. 19. & non liberauit. De hac innocentia inq̃t Augustinus in epigramatibus Prosperi, epigramate. 15. Parum est nemini nocere nisi studeas multis prodesse. Bernar. quoque in libro de improbatione vitiorum. c. 3. ait. Vir sapiens prodesse cupit non ledere quemquam. Haec enim innocentiae iustitia multũ placet Deo. Vnde Dauid dicebat Deo. Psal. 40. Me autem propter innocentiam suscepisti, & cõfirmasti me in conspectu tuo in aeternum. Et Psal. 83. iterum de Deo inquit. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Tales innocẽtes intrabunt in regnũ cęlorũ, iuxta illud Psal. 13. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescit in monte sancto tuo? Et sequitur. Innocens manibus & mundo corde.

De 2. parte iustitiae q̃ fides nuncupatur.

SEcunda pars iustitiae dicitur fidelitatis de qua Tullius in primo de officijs c. 10. inquit. Fundamentum iustitiae est fides, idest conuentorum constantia. & in secundo eiusdem operis, iterum dicit. Nulla res vehementius rempublicam continet, quàm fides. Ideo inquit Ouidius in primo de arte amandi. Reddere depositum pietas sua fędera seruet. Sed de hac fidelitatis iustitia hodie parum reperitur. Vera est enim sententia Iuuenalis, libro. 1. satira. 3. dicentis. Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca. Tantum habet, & fidei. De hac virtute commendatur Crassus Romanus ciuis a Valerio in 6. libro tit. de iustitia, qui scrinium carbonis inimicissimi sui sibi ab ei⁹ seruo delatum in quo plura continebantur, quibus dictus inimicus suus facile opprimi posset ita vt erat signatum cum seruo cathenato ad eum remisit. Haec virtus fidelitatis necessaria est inter omnes homines cuiuscunq; conditionis existãt. Sed heu, quia de hominibus nostri temporis dici potest illud. Deutero. 32. Generatio peruersa est, & infideles filij. Et illud. Isaiae. 1. Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduae non ingreditur ad illos.

De 3. parte iustitiae quae seueritatis dicitur.

TErtia pars iustitiae dicitur seueritatis. Dupliciter autem accipitur seueritas. Primo in malam partem. s. pro crudelitate, & sic accipit̃ cũ dicit̃ q̃ Appius claudius in senatu de Pirrhi captiuis seuerissimam tulit sentẽtiã. i. crudelissimã, vt scribit̃. ff. de postu. l. 1. §. quãuis autẽ. Secundo accipitur in bonam partem. s. pro debita punitione delictorũ. Et sic accipit̃. C. de vete. iu. enunc. l. 2. §. 7. & C. de sepul. vio. l. sepulchra. Et haec est virtus debito supplicio cohercens maleficia. Et dicitur seueritas, a seuicia & veritate. Vnde seuerus quasi seuus, & verus, vt ait Isidorus in libro ethimologiarum. Debẽt ergo illi qui ex officio habent facere iustitiam illam executioni demãdare & delinquentes punire. l. si longius. ff. de iudi. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aquili. & C. de pęnis. l. si operis, & l. sicum aut Pamphilũ. ff. de solum. Timore enim pęnarum retrenantur mali a multis flagitijs. Et ob hac causam factę sunt leges c. factę. 4. di. vt. n. inquit Montanarius in Luna celeri. c. 72. Omne frequentari facit impunitio crimen. Peccata enim impunita sunt causa

sa destructionis terrarum, & prouinciarum, quia ex hoc multiplicantur mali in correcti, & ideo debent puniri. 23. q. 8. c. legi. Nam peccata impunita audaciam præstãt. c. si audieritis. 23. q. 4. Ferro igit abscindenda sunt vulnera, quæ fomento rum non sentiunt disciplinam. 82. di. c. quia aliquanti. & de offi. or. c. irrefragabili, quia vt ait Gregor. 45. di. c. sed illud. Dum vni parcunt vniuersæ ecclesiæ moliuntur interitum. Quæ est ergo illa bonitas, & misericordia vni parcere, & omnes in detrimentum deducere. Polluitur enim ex vno peccatore populus sicut ex oue morbida vniuersus grex infirmatur, hæc ille. Facit c. resecandę. 24. q. 4. & c. est iniusta. 23. q. 4.

Conditiones eorũ qui volunt alios punire, sunt quinque.

Debet tamen ille qui aliquem vult punire habere quinq; conditiones. Prima dicitur obstruationis. Debet enim obseruare leges quas ab alijs vult obseruari, & quorum transgressores intendit punire. Scriptum nanq; est in c. cum illorum de sen. excom. Alijs legem imponere non debent, quam ipsi negligunt obseruare. Ideo inquit Cassiodorus lib. 6. epistolarum epistola. 21. Prima æquitas est a se præsules inchoare, vt criminosi nequeant illos similes eis reperire. Nullas enim in se culpas timet reus, quas habere conspexerit cognitorem, suos enim actus nullus damnat in altero, quia natura est humani animi, vt miratur parcius vindicare, quod se cognouit admisisse. Ea propter Augustinus, in 5. de ciuita. Dei. 16. c. laudat Romanos qui viuebant sub legibus, quas alijs gentibus obseruandas tradebant. Ideo inquit imperator in l. ex imperfecto. C. de testa. Nihil tam proprium imperij est, quàm legibus viuere. Facit lex. digna vox. C. de legibus.

Iudex transgressor alios recte iudicare nõ põt.

Concludo ergo ex prædictis, quòd iudex transgressor legis recte alios iudicare nõ potest. 3. q. 7. c. sacerdos, vbi dicitur. Criminosus criminis alterius iudex esse non potest. Nam seipsum damnat, dum in alterius crimen sententiam profert. Et in c. iudicet. ea. q. & causa dicit Ambrosius. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in se ipso condemnet. Iudicet ille qui non agit eadem quæ putat in alio punienda, ne cum de alio iudicat in se ferat sententiam, hæc ille. Facit ad idem c. iniquum. 32. q. 6. O quot inueniuntur iudices hodiernis temporibus, qui magis merentur laqueo suspendi, vel decapitari, quàm illi quos ad supplicium iudicant & condemnant, quia ratione dignitatis & officij, eorum culpa est grauior, iusta illud Iuuenalis, libro. 3. satira. 2. Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur. Et idem habetur in c. quia tua. 50. di. & c. nulli fal. 25. q. 1. & c. præcipue. 11. q. 3. debet ergo ille qui alium vult iudicare, prius peccata sua punire, & vitam suam emendare, exemplo galli, qui antequam vocem cantus emittat, prius alis seipsum verberat, quod exemplum ponit Albertus magnus in tractatu de virtutibus politicis.

De 2. conditione iudicare debentis.

Secunda conditio dicitur indistinctionis. Debet enim facere iustitiam omnibus, & non solum aliquibus in particulari, quia periclitatur respublica, & nõ bene regitur, quando iustitia fit vni, & non alteri. Hic enim non est actus veræ iustitiæ. Nam secundum philosophũ. 1. Ethi. Iustitia est virtus per quam singuli habent quæ sua sunt, non acceptans personas hominum, sed æqualiter omnes diiudicans, pauperem sicut diuitem, & ciuem intrancum sicut extraneum. Sicut enim sol ęqualiter stat in medio planetarum, & lumẽ suum æqualiter diffundit inter eos, sic etiam iudex debet esse media persona inter reum, & actorem, amicum & inimicum, paruum & magnum, pauperem & diuitem, inter quos æqualiter debet diuidere lumen veritatis & iustitiæ. Et non facere sicut iaspis qui est lapis de quo dicitur in lapidario. c. 4. q non bene exercet virtutem suam nisi inuoluat auro vel argento. Modernis nanq; temporibus licet causa pauperis sit clara, non tñ expedit nisi manus procuratorum, & iudicum auro vel argento bene inungat. De quo inquit Greg. in c. qui recte. 11. q. 3. Qui recte iudicat, & præmiũ remunerationis expectat, fraudẽ in Deũ perpetrat, quia iustitiã quã gratis impartire debuit acceptione pecuniç vendidit. Et ideo iudices seruate illud. Deut. 1. Ita paruũ audietis vt magnũ, nec accipietis

cuiusquam personam, quia Dei iudiciũ est. Sed hæc conditio in multis prælatis hodie nõ reperitur, qui vt inquit Alber. vbi supra faciũt sicut aues viuentes de rapina. Nam nocentibus sæpe parcunt, & innocentes occidunt. Accipiter enim parcit aui prædatori, sed non parcit columbæ, vel turturi innocenti. Item lupus sæpe parcit vulpi fraudulentissimo animali, nunq̃ tamen parcit innocẽtissime oui. Hodie iustitiam obtinere non possunt nisi diuites, & potentes, pauperibus reiectis, iuxta illud Ouidij libro. 3. amorum. Curia pauperibus clausa est. Hodie iudices, & prælati supportantes malos gaudent, ꝙ ab eis laudantur, tanquam boni pastores, de quibus inquit Anacletus Papa in c. nihil. 83. di. Nihil illo pastore miserius qui luporum gloriatur laudibus, quibus si placere voluerit, atque ab his amari diligit, erit hic ouibus magna pernities. Nollns igitur pastor placere lupis & gregibus ouium potest.

De 3. conditio.

Tertia conditio dicitur rectificationis, scilicet vt omni postposito humano respectu, sed in omnibus habẽs Deum præ oculis, proferat iudex punitionis sententiam, sicut præcipitur in c. cum æterni. de senten. & re. iudi. lib. 6.

De 4. iudicantium cõditione.

Quarta cõditio dicitur inquisitionis, vt scilicet magna maturitate inquirat de veritate antequam aliquem puniat, & non leuitate aut furore ductus, sententiam præcipiret. c. summopere 11. q. 3. & ideo non debet esse nimis facilis ad credendum, quia qui cito credit leuis est corde, vt dicitur Eccle. 19. Nã Deus duas dedit aures homini, vt cum audierit vnã partem audiat & altera aliam. Ait enim Seneca in libro tragediarum in media. c. c. 4. Qui statuit aliquid parte altera inaudita, ęquum licet statuerit haud æquus fuit. Non ergo debet punitionis proferre sententiam contra aliquem, nisi prius de eius delicto aperte cognouerit, vt probat per c. semper & c. Deus noster. 2. q. 1.

De 5. iudicantium cõditione.

Quinta conditio dicitur discretionis. Licet enim debeat esse seuerus, & punire delicta, quia vt dicitur in c. 1. 83. dist. Mortem linguentibus probatur infligere, qui hanc cum potest nõ excludit. Et ideo debet q̃ citius potest delicta refrenare, iuxta illud Oratij. Continuo culpam ferro compesce, priusquam Dira per incautũ serpant contagia vulnus. Et ideo non est differenda correctio sine legitima causa, ne ira Dei concitetur. 23. q. 4. c. si ea. Tamen cum discretione talis punitio est fienda. Quandoq; enim est aliquid detrahendũ seueritati propter multitudinem delinquentium 9. q. 1. c. ordinationes, vbi Aug. inquit. Vbi multorum strages iacet ibi subtrahendum est aliq̃d seueritati. Et ad idem est quod habetur in c si. de transac. & in c. vt constitueret. 50. di. Et notatur per glosam in. l. aut facta. §. fi. ff. de penis. Et ad idem est textus in c. commessationes. 44. di. & in c. plerunq;. 11. q. 3. & in c. noli. in fine. 23. q. 1. Quandoq; ratione ętatis, vel alijs ex causis seueritati iustitiæ detrahitur, secundum leges ciuiles, vt in. l. & si seuerior. C. ex quibus cau. infa. irro. & en l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. eo. tit. Aliquando vero econtra augetur ipsa seueritas, & iuste, vt propter frequentiam delictorũ, vt dicta. l. aut facta §. fi. ff. de penis. Communiter ergo loquendo semper debet misericordia cum iustitia cõmisceri. Quia Quia vt ait Hiero. in transitu suo. Iustitia sine misericordia crudelitas est; Faciat ergo minister iustitiæ, sicut docet Seneca in libro de pęnarum varietate dicẽs. Ita rectorem procedere decet, vt primo mollibus verbis conciliet animos, deinde pęnas leuiores decernat, ad vltimum scelera vltimis supplicijs puniat. Et ad hoc facit documentum quod dedit Anchises pater Eneæ, vt recitat Virgilius in 6. Eneidos dicens. Hæ tibi erunt artes pacis imponere morem. Parcere subiectis, & debellare superbos. Non ergo semper vtendum seueritate, iuxta illud Lutã in 8 Facere omnia sęue non impune licet. Nam vt inquit Gregorius in c. vera. 45. di. Vera iustitia compassionem habet, falsa vero dedignationem.

Exemplum autem ꝙ rei puniri debeãt cum misericordia ponit Albertus vbi supra dicens ꝙ si castanea non incisa ponatur in igne sine spiraculo, mox crepanda, & sonitum non modicum faciendo ab

Exemplis ostẽditur reos [illegible] dos esse.

do ab igne silit, & sæpe totum corticem a se pellit. Mustum etiam si absq; spiraculo in vase ponitur, vas licet nouũ fuerit, frangit. Aliud exemplum ponit Gregorius in 20. moralium & habetur in c. disciplina. 45. distin. vbi ait quòd ideo in archa tabernaculi erat virga, & manna, quia prælatus debet habere virgam districtionis, cum manna dulcedinis, vnde dicebat Dauid in Psal. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Per virgam enim intelligitur punitio iustitiæ per baculum sustentantem consolatio misericordiæ.

Seueritate vti debemus vbi nulla est spes correctionis

QVando tamen non est spes correctionis per leuia remedia, debet seueritas officio suo fungi, vt dicitur in c. legi. 23. q. 8. nam nimia mansuetudo crudelitas est. 23. q. 4. c. ipsa pietas, vt enim ait Seneca in libro de moribus Bonis nocet, qui malis parcit. Debet ergo ille qui aliquem vult punire seruare illud Ouidij in 2. de remedio amoris, qui inquit.

Sed quoniam variant animi, variabimus artes.
Mille mali species, mille salutis erunt
Corpora vix ferro quædam sanantur acuto.
Auxilium multis succus, & herba fuit.

Verum quia de hac punitione, & correctione intẽdo tractare infra, sermone 25 parte. 2. & sermone. 26 parte. 5 & sermone 29. parte. 2. ad præsens solum dico ꝙ secundum qualitatem criminis, & conditionem personæ offendentis, debet fieri correctio punitionis. c. quia tua. 50. distinctio. & l. pomponius. ff. de neg. gest. & c. sicut dignum, de homici. vbi dicitur. In excessibus singulorum non solũ quantitas, & qualitas delicti, sed ętas, scientia, sexus, atq; conditio delinquentis sunt attendenda, cum idem excessus sit quandoque magis in vno, quam in alio puniendus, hæc ibi. Vnusquisque igitur pro crimine in quo fuerit depræhensus modum congruę seueritatis accipiat, vt dicitur in l. ne quis. C. de pœnis, & in auten. de non ali. aut permu. re. ec. §. quia vero.

Amor, odiũ timor, ac cupiditas contraria sũt iustitiæ

TErtia consideratio de iustitia dicitur contrariationis. Sunt enim iustitiæ multa contraria, sed pręcipue quattuor, videlicet, amor, odium, timor, ac cupiditas. De quibus inquit. Gregorius 11. q. 3. capitulo quattuor, dicens. Quattuor modis humanum iudicium peruertitur. Timore dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus. Cupiditate, dum præmio animum alicuius corrumpimus. Odio dum contra quẽlibet aduersarium molimur. Amore, dum amico, vel propinquo præstare contendimus hæc ille. De timore inquit Augu. in c. quicunq; ea. q. & causa. Quicunq; metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat, quia magis hominem, quam Deũ timet. Et ideo dicitur Ecclesiastici. 7. Noli quærere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis. Debet igitur quis potius mortem subire, quam timore alicuius supplicij inique aliquem dãnare. c. nemo. 11. q. 3. ideo inquit Cassiodorus libro. 10. epistolarum, epistola. 19. Illa sunt vera iudicia, vbi neminem comprimit vlla timiditas. De cupiditate vero quomodo contrarietur iustitiæ, & recto iudicio quia infra tractare intendo in sermone. 29. in capitulo de documentis datis iudicibus, ad præsens solum referam quid Isidorus in 1. soliloquiorum. c. 1. dicat. Ait enim. Pereunt leges auaritia iudicante. Nam præmia & dona legibus vires tollunt, pecuniaq; venale iudicium facit hæc ille, & Augustinus. Vsq, adeo cupiditatis inoleuit malum, vt iam ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, & sententia ipsa venalis sit, & nulla iã causa possit esse sine causa. Odium autem & inimicitia quòd rectum impediat iudicium demonstrat Cato in suis documentis dicens. Ira impedit animum ne possit cernere verũ, ideo inquit Cassiodorus lib. 12. epistolarum, epistola. 1. Quam periculosum est pati iudicem iratum, & illum de fortunis tuis decernere, quem te constat grauiter irritasse. De amore autem inquit Tullius in 3. de officijs. Neq; contra rempublicam neq; contra iusiurandum, aut fidem, amici sui causa vir bonus faciat. Nam si omnia facienda, sunt quæ amici velint non amicitiæ tales, sed coniura-

iurationes putādæ sunt, hæc ille. De istis duobus vltimis iustitiæ contrarijs dicit Chrisostomus. Priuatus amor, & priuatum odium rectum iudicium non cognoscunt. Inquit quoq; Ptolomeus in centiloquio c. 12. Bencuolentia, & maleuolentia hominem in iudicijs errare faciūt de quibus etiam ait Augustinus in c. qui cunque. 11.q. 3. Quicunq; consanguinitate, aut amicitia, vel hostili odio, aut inimicitijs in iudicando ducitur, peruertit iudicium Christi, qui est iustitia, & fructum illius vertit in damnationis amaritudinem. Ideo Valerius maximus libro.6. laudat Zaleucum qui in vrbe Locrensium cum saluberrimas leges dedisset populo, secundum quas adulter vtro que oculo erat priuandus, deprehenso filio eius in adulterio, volebat quod ei oculi eruerentur. Sed rogante populo, vt pœnam illam adolescenti remitteret, aliquandiu repugnauit, ad vltimum populi precibus deuictus suo prius, deinde filij oculo eruto, vsum videndi vtriq; reliquit. Et sic nec propter filij affectionem, aut suipsius sensualitatem, a iustitiæ rectitudine declinare voluit sine qua omnia regna cito ad nihilum veniunt. Vnde Montanarius, in Luna cœleri. c. 23. inquit. Gens sine iustitia, sine remige nauis in vndis.

PASS SECVNDA
de virtute fortitudinis.

Fortitudo quid sit, & quo ad ipsā diuina auctoritate exhortamur.

MArcus Tullius, in 2. rethoricæ, diffiniens fortitudinem ait Fortitudo est cōsiderata periculorum susceptio, & laborum perpessio, philosophus vero.3 Ethi. dicit fortitudo est aggressio terribiliū causa boni. Aug. aūt in lib. de moribus ecclesiæ inquit. Fortitudo est amor facile oīa tollerans pp illud qđ amatur, de qua virtute tres considerationes faciemus. Prima dicet exhortationis. Secunda partitionis. Tertia vero fructificationis Quo ad primam considerationem dico quòd ad fortitudinem exhortamur auctoritate diuina autentica, plusica, & poetica. Diuina auctoritate. Iosuę.1. vbi dicitur Cōfortare & esto robustus, & noli timere, & secundi Para. 15. Confortamini & non dissoluantur manus vestræ, erit enim merces operi vestro. Et 19. eiusdem libri.c. Confortamini & agite diligenter & Deus erit vobiscum in bonis, & Tobiæ.5 Forti animo esto, in proximo enim est vt a Deo cureris. Et Prouer. 11. Manus fortium diuitias parat Et 12. eiusdem libri. c. Manus fortium dominabitur, & 15. Domus iusti plurima fortitudo, & 20. Exultatio iuuenum fortitudo eorum & 31. Mulierē fortē quis inueniet, procul & de vltimis finibus precium eius, & ibidem. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum, & iterum. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo, & ibidē. Manum suam misit ad fortia, & Sapientiæ primo, dicitur Sit fortitudo vestra lex iustitiæ, & Ecclesiast. 5. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui, & Isaiæ.1. Erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ. Et loquitur malis & dissolutis, & 30. In silentio & in spe erit fortitudo vestra, & ibidem. Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra, & 49. In vacuum laboraui sine causa, & vane fortitudinem meam cōsumpsi, & Dauid. Psalmo. 17. Diligā te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, & 117. Fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem, & Neemiæ.8. Gaudium etenim domini est fortitudo vestra, & Iob sexto. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ęnea est, & decimoseptimo. Tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem, & Ecclesiast. 9. Ego dicebam meliorem esse sapientiam fortitudine, & Amos.3. Detrahitur fortitudo tua ex te, & 1. Machabeorum.2. Filij confortamini, & viriliter agite in lege, & gloriosi eritis, & Lucæ.11. inquit dominus. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia quæ possidet, & Actuum. 6. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat signa magna, & prodigia in populo.

Doctorū auctoritate ad fortitudinem animamur.

AVctoritate etiam autentica doctorū ad fortitudinem ammatū, vnde Ambrosius, in libro primo de officijs, ait. Nō medio-

medioeris animi est fortitudo quæ sola defendit ornamentum virtutum, & iusti tiam custodit, quæ inexpugnabili prælio aduersus omnia vitia decertat inuicta. Et idem lib. 5. eiusdem operis dicit. Re vera iure ea fortitudo vocatur, quando vnusquisq; seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur, nec flectitur, non aduersis perturbatur, nec extollitur secundis. Et Augustinus in epistola ad Hieronoymum ait. Qui vera virtute fortis est, nec timere audet nec inconsulte timet. Hieronymus etiam super Iohelem inquit. Iusti & fortis viri est, nec aduersis frangi, nec prosperis subleuari, sed in vtroq; moderate conseruari, & idem super Amos ait. Fortitudo corporis imbecillitas est animæ, & imbecillitas corporis fortitudo est animæ. Et Gregorius in 5. moralium dicit. Tanto se vnusquisque ad fortitudinē peruenisse verius demonstrat, quanto aliena mala robustius tolerat. Nam minus in se conualuit quē iniquitas consumit, qui in eo quòd ferre contrarietatem non valet pusillanimitatis suæ gladio confossus iacet.

Pilosophorū auctoritate ad fortitudinem animamur.

AVctoritate etiam phisica idem ostenditur. Nam Arist. in 3. Ethico. dicit. Fortitudo est laudabilior quam temperantia, quia laus virtutis est in hoc quòd aliquis bene operetur circa difficilia. Difficilius autem est sustinere tristitia quod est fortitudinis, quam abstinere a delectationibus quod est temperantiæ, hæc ille. Et Tullius in 1. de officijs ait. Fortis animi est non turbari in rebus asperis, nec a gradu deijci, & idem lib. 5. rethoricæ veteris dicit. Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute quam in casu præsidium collocauit, & in secundo Tuscu. quæstio. idem inquit Qui id quod vitari non potest metuit, is viuere animo quieto nullo modo potest, qui autem mortem non timet magnum præsidium ad beatam vitam comparat, numquam ingemiscit vir fortis & sapiens nisi forte vt se intendat ad firmitatem. Et Senec. in lib. Trage. in Hercule furente dicit Quemcunq; fortem videris miserum neges. Et i Medea. c. Fortuna fortes metuit ignauos præmit. Fortuna opes auferre, non animum potest. Idem in lib. 13. Epistolarum, epist. 7. Sapiens vincit virtute fortunam, & li. 14. epist. 2. Non affligitur sapiens liberorum amissione, vel amicorum. Eodem. n. animo fert illorum mortē quo suam expectat. Et ratio huius pôt assignari illa quam idem ponit li. 15. Epi sto. 4. di. Iniquum est quæri de eo quod vni accidit, & omnibus restat. In li. quoque de prouidentia idem ait. Ignis aurum probat, misericordia fortes viros.

Poetarū auctoritate ad fortitudinē exortamur.

POetica etiam auctoritate ad fortitudinem exhortamur Vnde Oratius in sermonibus lib. 20. sermone. 2. inquit. Viuite fortes.

Fortia diuersis opponite pectora rebus.
Et Ouidius in 1. de fastis.
Omne solum forti patria est vt piscibus equor.
Vt volucri vt vacuo quicquid in orbe patet. Et Lucanus lib. 7.
Fortissimus ille est.
Qui promptus metuenda pati, sique minus instent.
Et differre potest. Et Iuuenalis lib. 4.
Fortem posce animum mortis terrore carentem. Et Martialis lib. vndique sucepto. c. 2.
Sub quocunq; onere, strepitu omniue labore
Rectum stare sica gloria non modica est.
Prosper quoq; lib. epigrammatum epigrammate. 35.
Rectorum est aduersa pati, & tolerare modeste.
Nec querula in quemquam voce mouere Deum. Et epigramate. 49.
Namq; bonos non blanda inflāt, nec aspera frangunt. Et epigramate vlt.
Non metuo exilium, mundus domus omnibus vna est. Et Cato. c. 3.
Rebus in aduersis aīum submittere noli.
Et Ber. in li. de īprobatiōe vitiorū. c. 6.
Non turbant aduersa pios, nec prospera tollit, & Gualterius de Castilliōe. li. 5.
Est animi fortis stantem contemnere mortem.
Degeneres animi, pectusq; ignobile summum.
Credunt esse bonum diuturna viuere vita, & Matthæus poeta in historijs Tobiæ. c. 2.
Lubrica fortunæ non te præmant alea viuas.

Maior

Maior est in aduersis, prosperitate minor, & Henricus Samariensis lib. 2.
Contra fortunam sis constans, sis patiēs, sis.
Ferreus in aduersis, te neque frangat hyems.

Fortitudo diuiditur ī quatuor partes principales, quarū prima securitas dicitur.

QVoad secundam considerationem de fortitudine est sciendum, quod fortitudo secundum Ricar. in 3. dis. 33. & Th. 2. 2. q. 128. & Albertum super. 3. Ethi. diuiditur in quatuor partes principales scilicet in fiduciam, seu securitatem, magnificentiam, constantiam, siue perseuerantiam, quæ parum differunt secundū Thomam 2. 2. q. 138. & patientiam. Fiducia autem siue securitas dicitur per remotionem timoris, vt inquit Tho. 2. 2. q. 130. arc. 7. vnde Aristo. 3. Ethic. ait Fortis est intimidus mali. Et in hoc assimilatur leoni, iuxta illud Prou. 28. Iustus vt leo confidens absq; timore erit. Et 30. eiusdē libri c. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum. Sciendum tamen quod secundum Thomam vbi supra, quędam est securitas commendabilis, quædam vero vituperabilis. Laudabilis est illa quæ prouenit ex bona consciētia, quæ non timet non timenda, de qua Prou. 15. dicitur. Secura mens quasi iuge cōuiuiū. De hac etiam Gregorius in moralibus dicit. Quisquis ad securitatem vitæ præcepta se dirigit priusquam vitæ æternæ præmia percipiat, hic iam initia securitatis in perpetuum fœlicitatis degustat. Quasi enim continuatio est refectionis securitas tranquillitatis. Bona ergo est securitas virtuosæ vitæ, de qua Gregorius vbi supra ait. Dum virtutes menti lætitiam pariunt, quandam etiam securitatem gignunt. Securitas vero reprænsibilis est eorum qui sic sunt securi in hoc procelloso mari, quasi iam essent in portu. De tali securitate inquit Gregorius vbi supra. Sæpe quem c[illegible] tamen tentationis superare non valuit, sua detérius securitas deijcit. Ideo Hiero in quadam epistola dicit. Nulla securitas est vicino serpente dormire. Qui habet hanc securitatem facile a diabolo superatur. Et hac securitate præsumptuosa fit homo negligens, vnde Gregorius in quadā homilia inquit. Dum mens secura redditur in torporē laxatur, ideoq; mater negligentiæ solet esse securitas. Repræhensibilis quoq; est illorum securitas, qui futura pericula non prouident. De quibus dicitur Iob. 21. Domus eorū securæ sunt & pacatæ, & ita ducūt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt. Illa etiam est reprobanda securitas, de qua Aristo. in primo magnorum moralium. c. 4. inquit. Si quis adeo sit impauidus q̄ Deum non timeat, non fortis sed insanus est. Et iterum eiusdem libri c. 32. dicit. Si quis non timet ea quæ supra homines sunt, non fortis est, sed insanus. Illorum etiam est vituperanda securitas, qui sine legitima causa periculis mortis se audacter exponunt, hęc enim temeritas appellatur. De qua Tullius lib. 5. artis noue. c. 21. ait. Temeritas est animi inconsiderata dolorum perpessione gladiatoria periculorum susceptio. Et Senec. in libro tragediarum dicit. Temeritas est quæ petit casum ducem.

Duplex securitas: una cōmendabilis altera vituperabilis.

Vituperabilis securitas quid.

De 2. fortitudinis parte, quæ magnificentia dicitur.

SEcunda pars fortitudinis dicitur magnificentia quam describit Tullius in prima rethorica dicens. Magnificētia est rerum, & excellarum cum animi ampla quadam, & splendidissima propositione inchoatio, atq; administratio. Et Macrobius in libro de somno Scipionis dicit, q̄ magnificentia est negociorum difficiliū, & præclarorum consumatio. Hæc tamen magnificentiæ fortitudo quæ est aggressio rerum difficilium, debet esse discretione regulata, quia vt ait Albertus in tractatu de virtutibus politicis. Vir audax quando prudenter non attēdit ad ardua dum credit ascendere magis ruit ad ima. Vnde cornicula licet multa vigeat audacia, ita vt aues de præda multum infestet, tamen quia temerario ausu etiam aggreditur aquilam, accidit quòd ipsa aquila occidit eam. Falco vero auis regia magnæ est fortitudinis, & magnifici cordis, cantæ tamen prudentiæ existit, vt ea die qua aquilam in aere sentit, suam fortitudinem temperet a prædando, ne forte dū prædatur alia, alterius fieret ipse præda. Draco autem de sua fortitudine dum cō fidit elephantem inuadit, sed accidit vt dum elephantem vexat ipse pereat, & quando eum occidit, ipse cum occiso intereat.

tereat. Elephas enim dum cadit suum occisorem occidit, quem sub se cadendo cōminuit, hæc Albertus vbi supra. Debemus ergo ita esse audaces & magnanimi vt tamen timenda formidemus, iuxta illud Prou. 14. Sapiens timet, & declinat a malo, stultus transilit & confidit. Si quis autem timeret vbi non est timendum, hic esset pusillanimitatis peccato infect⁹, quod fortitudini contrariatur vt declarat B. Th. 2. 2. q. 133. de quo peccato inqt Dauid in Psal. Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Tales pusillanimes dicit Albertus vbi supra esse similes leporibus, & cuniculis, qui in omnibus de sola fuga confidūt. Item similes sunt cuidā generationi miluorum, qui in principio capiunt aucculas, sed tempore procedente, timore crescēte adeo pusillanimes fiunt, vt vix muscas inuadant, & sic penitus omnem animositatem deponunt ita quod fame moriuntur, hæc ille. Est ergo pusillanimitas directe opposita magnanimitatis, vt ait Arist. 4. Ethic. Sed quia de magnanimitate & audacia, Deo dante infra aliqua dicam sermone. 29. parte 1. Ideo hic pertransco.

De 3. fortitudinis parte, quæ constantia dicitur.

TErtia fortitudinis pars est constantia, vt autem colligitur ex dictis philosophi in 4. Ethi. Constantia est stabilitas animi firma, & in bono proposito pseuerans quæ attenditur circa res terribiles, & ad sustinendum difficiles. Vt sunt illæ de quibus loquitur Greg. 7. Mora. dicens. Iustorum fortitudo est carnem vincere, proprijs voluptatibus contraire, delectationem præsentis vitæ extinguere. &c. Sicut enim bona lorica militem facit securum ad aggrediendum ardua, & sustinendum iacula, sic fortitudo militum Christi securos, & audaces, atq; constantes reddit eos in spiritualibus prælijs. Hanc autem stabilitatem non habēt qui in peccato sunt. Scriptum est enim Tren. 1. Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. E contra vero est de habente conscientiam bonam & mundam, ideo Iob 11. dicitur. Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris a te, tunc leuare poteris faciem tuam & eris stabilis. Hanc quoq; constantiam non habet ille qui nunq; in eodem proposito permanet de quo metrice dicitur.

Quod petijt spernit repetit quòd nuper omisit.
Diruit, ædificat mutat quadrata rotundis.

Talis non immerito potest stultus appellari. Ait enim Senec. lib. 7. epistolarum epistola quarta.

Stultitiæ nihil constat, nihil diu placet, hanc etiam constantiam non habet ille qui diu in aliquo loco consistere nō valet, ita vt argentum viuum videatur sub pedibus habere. De quo Martialis lib. vndique suscepto. capitul. 5. ait.

Cur valde gaudes motu Iouiane locali?
Cur tam sæpe salis? an quoniam leuis es?
Signat enim mentis motus mutatio tanta.
Quod non concordes, nec tibi conuenias.
Pondus habet stabile, cum pondere gleba quieta est.
Diripitur puluis pro leuitate sua
Nec natura loci tibi recte viuere donat.
Sed mens discreta propositumque tenax.

Locorū mutatio quantum nocet.

QVantum autem noceat talis mutatio locorum ostendit Seneca libr. 1. epistolarum epistola. 2. dicens. Nō conualescit planta quæ sæpe transfertur, & Martialis lib. prædicto. c. 4.

Non bene firmatur radix quæ sæpe mouetur.
Nec multa hospitia pignus amoris habent.

Quia igitur inquit Hieronymus in quadam epistola. Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse laudabile est. Ideo dico vobis illud Luc. 10. Nolite transire de domo in domum. Vt enim ait Aristo. lib. 2. magnorum moralium. c. 29. Vita nequam est hospitari de domo in domum. Ideo dicitur Eccle. 11. Confide in Deo, & mane in loco tuo Scriptum est enim Hiere. 14. Dilexit mouere pedes suos & non quieuit, & Domino non placuit

uit Ideo 1. ad Corin. 15. dicebat Paulus fratres stabiles estote & immobiles, & 1. Thesal. 4. Rogamus vos fratres vt operã detis vt quieti sitis. Et hæc de constantia sufficiant. De perseuerãtia autem tractabimus infra sermone. 34. parte vltima.

Ad patiẽtiam sacræ scripturæ auctoritatibus exhortamur.

QVarta pars fortitudinis est patientia. De qua quia supra tractaui in sermone. 38. primæ partis huius operis, & etiam intendo aliqua dicere infra sermone. 12. Ideo ad præsens duas tantum contemplationes faciemus. Prima dicetur inductionis, Secunda remediationis. Quo ad primam inducunt nos ad patientiam. Primo auctoritates sacræ scripturæ. Scriptum est enim Psal. 9. Patientia pauperum non peribit in finem. Ideo David Psal. 37 dicebat. Ego autem in flagella paratus sum. & Psal. 61. Quoniam ab ipso patientia mea, & 70. Tu es patientia mea Domine, & Prou. 14. inquit Salomó. Qui patiens est multa gubernatur sapiẽtia, & 15. Vir iracundus prouocat rixas, qui autem patiens est mitigat suscitatas, & 19. Doctrina viri per patientiam noscitur, & Eccle. 7. Melior est patiens arrogante, & Eccle. 1. scriptum est. Vsq; ad tẽpus sustinebit patiens & postea erit reditio iocunditatis illius, & 2. eiusdem lib. c. In humilitate tua patientiam habe, & 1. ad Tesal. 5. Patientes estote ad omnes & 1. Petri. 2. Hęc est enim gratia si propter Deũ sustinet quis tristitias, patiẽ iniuste, & ad Ro 8. Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, & 2. ad Cor. 1. Sicut abundãt passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Et ibidẽ. Scientes, quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & cõsolationis, ad Ro. 5 Tribulatio patientiã operatur. Patientia autem probationé, & ad Ephe. 4. Cum patientia supportantes inuicem in charitate, & ad Hæbr. 10. Patientia nobis necessaria est, & Iac 1 Patientia opus perfectum habet. Sed heu quia multis dici potest illud Iob 4. Vbi est patientia tua? pauci enim sunt qui habeant eam in effectu, licet multi in verbis illam ostendant. Vnde æquiparatur patientia inulę, quæ tẽpore ęstatis, quando non est necessaria propter nimiã suam caliditatem dilatat folia, & extendit, tẽpore autem hyemis quando esset valde vtilis, abscondit se sub terra. Sic quoq; faciunt multi qui pro quacumque tribulatione cum sine impatientissimi, tempore prosperitatis de patientia gloriantur, & dilatant Philateria aliosq; afflictos cõsolantur. Vera enim est illa sententia Tuliana. Facile omnes cum valemus, recta consilia ægrotis damus.

Patientiæ aliquæ diffinitiones.

SI autem quæratur quid sit patientia, vltra diffinitionem Lactantij positam supra in dicto sermone. 38. 1. partis, diffinit eam Gregorius super Lucam di. Patientia est aliena mala ęquanimiter perpeti, & nullo malo animo in aliquem ad vindictam moueri, & Tullius in 1. rethorica dicit. Patientia est vtilitatis siue honestatis, causa rerum arduarum, ac difficilium voluntaria perpessio. August. vero in libro de patientia inquit. Patientia est virtus qua mala ęquo animo toleramus. Ad quam virtutem exhortamur etiã auctoritate autentica, vnde Cyprianus in epistola ad fratres, de bono patiẽtiæ ait. Patientia est quæ nos Deo commendat & seruat, ipsa est quæ iram temperat, linguam refrenat, mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, timoris violentiam comprimit, incendium simulatis extinguit, coharcet potentiam diuitum, inopiam pauperum refouet, tuetur in Virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem, in maritatis indiuiduam charitatem, facit humiles in prosperis, in aduersis fortes, contra iniurias & contumelias mites, docet delinquentibus cito ignoscere, tentationes expugnat, persecutiones tolerat passiones, & martyria consumat. Ipsa est quæ fidei nostræ fundamenta firmiter ponit, quæ incrementa spei sublimiter prouehit. Ipsa efficit vt efficiamur filij Dei dum Christi tolerantiam imitamur: & Hieronymus in tractatu de fide inquit. Est ergo patietia omnium iniuriarum & passionum tolerantia, quam si quis habuerit, bona omnia in se continet, & Augu. vbi supra dicit. Virtus animi quæ patiertia dr̃ tam magnũ donũ Dei est vt & ipsius qui eam nobis largi-

Sanctorum auctoritatibus ad patientiã animamur

Deus quinque ex causis præcipue sanctos tribulari permisit.

largitur patientia prædicetur. Si quis autem quæiat quare Deus sanctos permittit in hoc mundo tribulari, respondeo quod multis de causis maxime quinq;. Primo vt mundus ipse cum delectationibus suis sit eis tedio, & ex hoc feruentius Deum diligant. Secundo vt venialia eorum peccata in hac vita purgentur, ne purgatorio pœnis grauioribus crucientur quia quod lima ferro facit auferendo rubiginem hoc animæ facit tribulatio. Tertio vt nullus murmuret contra Deum si in mundo affligitur cum amicos ipsius Dei videat diuersimode tribulari, sciēs quod tribulatio patienter portata sine fructu non erit. Quarto vt cognoscantur quales sunt, & excitentur ad melius operādum. Quinto Deus sanctos tribulari permittit vt ex afflictionum tolerantia gloriosius eos coronare possit. Nam vt Hiero. in lib. de vindicta & iuramento inquit. Futuræ vitæ gloria præsentis vitæ incommodis cōparatur. Et ideo non debet quis desperare de tribulationibus mundi quæ multum sunt vtiles, vnde Grego. in mor. dicit. Fugiendus est mundus si prosperis nos demulcet, qui ergo tot calamitatibus pulsat quid aliud quam vt deseratur clamat? Et idem in 3. lib. eiusdem operis ait. Nonnunquam quis nec pro præterita nec pro futura culpa percutitur, sed vt sola diuinæ virtutis potentia ex amputata percussione monstretur. In qua manifestatione quid agitur, nisi vt ex flagello meritorum virtus augeatur & vbi nulla præterita iniquitas tergitur, magna de patientia virtus generat. Et iterum idem Gre. ait. Aduersitas quę bonis votis obijcitur probatio virtutis est, non iudiciū reprobationis. Ferrū quippe nostrę mentis ad acumen non potest peruenire veritatis, nisi hoc exarserit alterius lima prauitatis, & Aug. in 3. de Trini. inquit. Mala quæ ab iniquis fideles perferunt, ipsis vtique prosunt, vel ad demenda peccata vel ad exercitandam probandamq; iustitiam, vel ad demonstrandam huius vitæ miseriam. Ideo Hieronymus super psalmistam dicit. Veniant plagæ, veniant omnia genera malorum, dummodo post plagas Christus adueniat. Et ad Marcū presbyterum scribit. Apud Christianos non miser est qui patitur contumeliam, sed quí facit iniuriam, & Chrisost. super epistola ad Hæbreos ait. Nihil ita confusam facit iniuriam agentis sicut fortis, & mitis patientia tolerantis, & neq; in opere, neque in lingua se vindicantis.

Inuitamur ad patiētiā auctoritate politica.

AVctoritate quoq; politica ad patientiam incitamur vnde Lactantius in 5. diuinarum. insti. inquit. Magna namq; & præcipua virtus est patientia, quam pariter vulgi publicæ voces, & philosophi, & oratores summis laudibus celebrant, quòd si negari nō potest quin summa sit virtus, necesse est iustum, & sapientem virum in potestate esse hominis iniusti, vt capiat patientiam. Tullius etiam in 1. Rethori. dicit. Patientia est virtus cōtumeliarum omnium aduersitatumq; impetus æquanimiter portans, & Plato in suis sentētijs inquit. Totius philosophiæ robur est patientia. Socrates autem in suis sententijs ait. Viri boni est scire pati, nec facere iniuriam. Victoria enim sine aduersario breuis est laus.

Multis exēplis ne dū sanctorum, sed ēt rerū naturaliū, ad patiētiā exortamur.

EXemplis insuper ad patientiam exhortamur. Sed dimissis exemplis sanctorum de quibus in prædicto sermo. 38. diximus, maxime B. Tobię, & Iob de quibus dī Tob. 2. Hanc autem tentationem, ideo permisit Deus euenire illi vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & B. Iob. Et loquitur de Tobia, veniamus ad exempla. Primo rerum naturaliū quæ ad patientiam nos prouocant, vnde inquit Albertus magnus vbi supra, quòd quanto vir patiens patitur plura mala tanto amplius eius virtus redolere probatur. Sicut species aromaticæ, quanto fortius conteruntur, tanto ex eis maior odor sentitur, vnde nec redolent non cōtritæ, nec sunt bene odoriferæ, nisi cum fuerint pilo attritæ. Item exemplum habemus de Amigdala quæ si sterilis sit fecunda fit si clauis in radice foretur. Sunt enim pœnæ multorum meritorum accumulatrię, si fuerit patiēter portatę, quę & si aliquando videantur amarę prædulces fiunt patientiæ igne decoctę. Nam & poma immatura maturant & dulcorantur si in igne coquātur. Ignis quoq; a vēto non extinguitur, sed fortius inflammatur. Et incus quanto magis malleis tunditur, tanto amplius solidatur. Adamas flammis excoctus fortior redditur. Lapis

pis lateris in fornace positus non consumitur, sed quanto diutius ibi tenetur tanto amplius solidatur. Aurum in igne positum in valore non minoratur, sed pulchrius, & preciosius redditur, & si habet aliquid immixtum impuritatis, dum ignis in eo agit ab illo solam scoriam tollit, eius vero substantiam non corrumpit. Sic patientiæ virtus aduersitatibus non deijcitur, sed fortior redditur. Sicut sol magis calet in mari, vbi est aqua calori contraria, quàm in terra. Alia quoque naturalia adduci possunt exempla. Nam frumentum pulchrum numq; reponi potest in horreis, nisi prius multis ictibus separetur a paleis. Nec ex grano confici tur panis nisi prius fortiter conteratur in molis. Nec vinum collocatur in dolijs nisi prius vuæ conculcentur in torcularibus. Illa vero cassia apud medicos non commendatur, quæ faciliter rumpitur, sed quæ non faciliter frangitur. Quo exẽplo, impatientis vilitas ostenditur, virtusq; patientis demonstratur. Nux etiam quanto fortius vno anno pertica verberatur quando fructus eius excutiuntur, tanto in anno sequenti amplius fructificare monstratur. Sicut ergo camelus genua in terra ponit quando onera super se accipit, sic patiens de illatis sibi grauaminibus Deo gratias agit, quia ex eis nõ modicas vtilitates reportare intendit. Sciens quòd vt dicebat quidam facetus prædicator. In Cœlum non itur nisi triplici via scilicet aut per terram quæ est plena malis hominibus, aut per aquam vbi sunt magni fluctus tentationum, aut per aerem qui est plenus dæmonijs. Et ideo oportet nos vbique subiacere molestijs. Exempla etiam gentilium multa habemus ad patientiam inducentia. Vnde recitat Hieronymus quem refert Albertus vbi supra, quòd quidam filius philosophi cuiusdam a suo præceptore hortatus est vt tribus annis sibi iniuriantibus præmium daret vt sic patientiæ assuescere posset. Elapso igitur triennio Athenas ad philosophandum perrexit, in cuius ciuitatis porta quidam senex sedebat, qui omnes intrare volentes magnis iniurijs appetebat. Et quos patientes esse cernebat libere intrare permittebat. Impatientes vero tanquam philosophorum consortio indignos repellebat. Cum igitur senex ille multis contumelijs iuuenem prædictum impetisset & ipse rideret, multumq; gauderet admiratus senex ad iuuenem ait. Quid habes quòd in tantis iniurijs rides? Cui iuuenis respondit. Quare non rideam? qui tribus annis precium dedi, vt iniurias possem audire, & nunc nullo precio dato a te audio quod exopto? Tunc senex ait. Ingredere fili, quia dignus es. Recitat quoq; Albertus vbi supra exemplum patientiæ Catonis Romani sapientissimi, qui mortuum filium suum audiens non plorauit, nec vllas lamentabiles voces dedit, sed tantum hoc ait. Reddidit tributum quod ex necessitate naturæ reddere tenebatur. Exẽplum etiam habemus Socratis. De quo Laertius ait, ꝙ semel ictu calcis a quodam percussus, nec in aliquo commotus, de eius patientia mirantibus dixit. Si asinus me percussisset calce, nunquid in iudicio eum conuenirem? Cur ergo non sustineam sic ictus hominum sicut bestiarum? Cuidam etiam alteri sibi dicenti talis maledixit tibi. Respondit. Ideo maledixit, quia bene loqui non didicit.

De Aristippo quoq; philosopho legitᷣ quòd cuidam dicente ei, homines te contemnunt, respondit. Et illos asini, sed sicut illi de asinorum contemptu non curant, nec ego de illorum. De patientia etiam Diogenis philosophi refert Senec. lib. 3. de ira qui semel conuicijs dehonestatus cum nihil iniurianti sibi responderet. Interroganti de causa dixit. Non possem ego illi tantam dehonestatem inferre respondendo, quantam ipse sibi intulit loquendo. Et alteri dicenti sibi, quod omnes eum vituperabant, respõdit. Oportet sapientiam ab insipientibus impugnari. Esse enim meliorem indicat mala lingua quem carpit. Magna ergo est Christianorum confusio si patientiam non habent expectatione æternæ gloriæ, quã gentiles habuerunt ostensione virtutis, & acquisitione laudis humanæ.

Secunda contemplatio de patientia dicitur remediationis. Quia enim difficilis est aduersitatum tolerantia tria *Remedia tria ad tolerãda ad-*

vobis

uersa vtilia. vobis trado remedia congrua.

PRimum dicitur orationis. Cum enim patientia sit domum Dei vt supra patuit a Deo per orationem est impetranda. Nam & Dominus Iesus appropinquante passionis tempore, ad orationem accessit, & discipulos ad orandum inuitauit vt habetur Matth. 26. c. Scriptum est. n. Isa. 19. Clamabunt ad Dominum a facie tribulantis, & mittet eis Saluatorē. Ideo. 3. q. 1. c nulli dubium. dicitur. Nulli dubium est quin boni a malis semper persequantur, propter quod nos oportet humiliari sub potenti manu Dei, ut nos liberet a tribulationibus.

SEcundum remedium dicitur meditationis. Debemus enim meditari quid patiantur multi mundani vt bonum aliquod temporale, consequantur, vnde Iaco. 5. scriptum est. Ecce agricola expectat fructum terræ patienter ferēs, donec accipiat temporaneum, & Serotinū. Et ideo multo magis nos debemus parienter ferre aduersa, vt adipiscamur bona æterna. Debemus etiam meditari exempla sanctorum, qui desiderabant pro Christo pati & affligi, scientes quod persecutores sunt tanquam apes. Nam licet pungant per pœnam, tamen mellificant præparando dulcedinem æternam. Vnde psalmista ait. Circundederunt me sicut apes. Sunt etiam sicut fabri, quia licet feriant, tamen coronam æternam nobis fabricant. Vnde idem psalmista iterum inquit. Supra dorsum meum fabricauerūt peccatores. &c. Sunt etiam sicut conflatores, quia licet argentum ponant ad flammam, tamen illud purgant ab omni immundicia, iuxta illud Mala. 3. Sedebit cōflans, & emundans filios leui. Bonum ergo est remedium recordari de tolerantia sanctorum. Ad quod hortatur Grego. in quadam homilia di. Facta præcedentium patrum consideremus, & non erunt grauia quæ toleramus, & Hiero. in quadam epistola ait. Quis sanctorum sine patientia coronatus est? A cunabulis enim ecclesiæ non defuit iniquitas premens & iustitia patiens. Vera est enim sententia Pauli 2. ad Thi. 3. Omnes qui pie viuere volunt in Christo Iesu persecutiones patiuntur. Debemus etiam considerare nostros defectus, propter quos digni sumus a Domino flagellari, dicētes illud Gene. 42. Merito hæc patimur, quia peccauimus. Et illud Micheæ. 7. Iram Domini portabo, quoniā peccaui ei. Ideo Grego. in moralibus dicit. Tunc illata conuitia toleramus, quando in secreto mentis ad male perpetrata recurrimus. Tanto q; patientius quis ferrum medici tolerat, quando putridum esse conspicit quod secat.

3. Remediū ad patiēter aduersa tolerandū. TErtium remedium dicitur præmiationis recordatio. Et hæc est tertia consideratio principalis quam proposuimus, quæ appellatur fructificationis. Per tolerantiam enim passionum huius vitę, euitatus cruciatus terribilissimus futuræ, vnde Grego. 5 moralium ait. Boni si qua deliquerunt, hic punitionem recipiunt, vt ab æterna plenius damnatione liberentur. O tribulati gaudete, quia signum est, quod Deus vos diligit cū peccantes punit. Scriptum est enim Prou. 3. Quem diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Lætare etiā tu qui benefaciens persecutiones toleras quia in hoc similis Dei filio comprobaris, qui Lu. 6. inquit. Si me persecuti sunt & vos persequentur. De fortitudinis autem & patientiæ virtute ac de eius vtilitatibus loquens Albertus vbi supra dicit. Quod primo est rerum arduarum toleratiua & appetitiua. Quis enim generosus miles est & probus, qui non quærat certamina, vt eius appareat potentia, clarescat & fama? Nam de Iulio Cæsare a quo alij Imperatores postea Cæsares appellati sunt, vt dicunt doctores in rubrica proemij digestorum. Legitur quod dum Pompeium suum aduersarium mortuum audisset indoluit, ac suspirans ait. Doleo quia non habeo de cætero cū quo bellari possim. Dicitur enim quod cupiebat semper noua bella inuenire, vt eius virtus posset clarescere. De isto loquens Lucanus in 2. inquit. *De 4. patiētiæ vtilitatibus.*

Cæsar in arma furens nullas nisi sanguine fuso.
Gaudet habere vias, quod non terat hoste vacantes.

Hespe-

Hesperię hoes, vacuosque irrumpat in agros.
Atque ipsum non perdat iter conserta que bellis.
Bella gerat, non tam portas intrare patentes.
Quam fregisse iuuat, nec tam patiente colono,
Arua premi quàm si ferro populetur, & igni.
Concessa pudet ire via ciuemq; videri.

Si ergo tam generosus, ac fortis reperitur animus amore temporalium, & transeuntis gloriæ, quanto fortior debet esse animus Christianorum pro acquisitione fęlicitatis infinitæ.

De 2. 3. & 4. patiētiæ vtilitate. Hic sit h̃is de patiētie, & impatiētie, qbus.f. assimilētur

SEcundo dicit Albertus vbi supra, ꝙ fortitudo siue patientia est aliarum virtutum probatiua & examinatiua. Ait enim Sene. in lib. de prouidentia. Tūe apparet quanta sit hominis virtus, quantumq; polleat, cū quid possit patiētia ostē dit. Tertio est peccatorum purgatiua, vnde similis est arenæ cuius virtus ē colocatiua, & aquæ salsæ, & amaræ purgatiua, & dulcorātiua, Aqua.n. quæ per are nam colatur purior, & dulcior redditur. Similis etiam est igni, qui dum materiam aliquam inflammat ab omnibus sordibus eam purgat. Ideo dicitur Eccle. 2. In igne probatur aurum, & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Quarto est hostilis perfidiæ expulsiua, vnde Cecilius firmanus, in lib. de beata vita. c. 4. ait. Malorum victrix est fortitudo. Ideo dicit Albert. vbi supra, ꝙ patientia est similis gemmæ quæ dicitur alectoria, cuius virtus esse dicitur constātem hominem facere, & inuictum reddere in certamine. E contra vero est de impatientia. Ideo Albertus ibidem dicit, ꝙ impatientes sunt vitro similes, quod per cussum statim confringitur, imo sunt vitro fragiliores, quia vitrum non nisi tactum frangitur, sed homo impatiens ad solum verbum disrumpitur. Sunt etiam similes sali quod in igne positum statim stridet, in aqua vero statim fluit, & euanescit. Lignum etiam castaneæ si ponatur in igne acriter clamat & semper clamando scintillat. Quibus exemplis figurantur impatientes, qui vel vnum verbū sustinere non possunt, sed verbo centum respondent verba, & addunt facta si possunt, sunt tamen aliqui, qui dum potentia se vindicare non possunt ad astutiam se conuertunt. Vnde vulpis quæ cum taxo cōtinuum bellum gerit, cum illum dē te ledere non possit propter durieiē pellis, diligenter considerat quādo taxus suā cauernam exeat, & eam intrans vrina & stercoribus totam fędat, quod cum taxus rediens cernit, cauernam ipsam derelinquit eo ꝙ fętorem sustinere non possit. Hæc Albertus vbi supra. Qui etiam addit ꝙ Leopardus quem mirabiliter leo odit, eo ꝙ de vxore adultera natus est leonem vbiq; fugit, eo quod cum illo viribus bellare non possit, sed quod potentia efficere non potest astutia obtinet. Parat.n. sibi cauernam orificium duplex habentem, vnum per quod intrat & aliud ꝑ quod exeat. Et hæc fouea in vtroq; orificio est valde lata, sed in medio valde stricta. Leone igitur veniente qui grossior est leopardo, leopardus ad foueā fugit quē persequens leo foueam cursim intrat, sed ad medium veniens propter stricturam foueæ vltra transire non valet, nec retro bene se vertere potest. Leopardus vero ꝑ aliud orificium exiens & post eum veniens a tergo eum pungit, & mordet, Est etiam quædam species vnicornis quę om nem rubeum colorem mirabiliter odit. Vnde venator se rubeis induit, & ad bestiæ locum accedit, quem dum bestia cernit in impetu sui furoris vt eum occidat occurrit sed dum post arborem se abscōdit illa cornu suo tam fortiter in arborē ferit, ꝙ vltra retrahere cornu neqt. Accidit ergo vt dum per impatientiam alterius mortem quærit, in illius manus incidat qui eius vitæ non parcit. Sępe igitur accidit homini impatienti quod euenit leoni & vnicorni, quia dum vindictam su per alterum quærit, ipse vulnus, & mortem incurrit, & in laqueum cadit quem alteri ipse parauit, hęc Albert. Et sic verificatur illud Psal. 7. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quā fecit. Et 56 Foderunt ante faciem meā foueam & inciderunt in eā, & Eccl. 17. Qui fodit, foueam incidit in eam, & qui laqueū alteri ponit peribit in illo, & q statuit lapidē ꝓximo offendet in eo. Et Pro. 26. Qui emittit lapidē reuertet ad eum.

PARS TERTIA.
De virtute temperantiæ siue moderationis.

Quia supra in parte 1. huius operis multa dixi in laudē abstinentiæ & vituperationē gulositatis, q̄ pōt applicari ad pñtem materiā, de quibus habetur in sermone. 4. & 5. Et sermone. 6. in c. de peccato gulę. Idō hic breuius me expediā. Sciēdū ergo q̄ Tull⁹ in 2. rethoricę diffinitēs temperantiā inquit. Temperantia est rationis in libidinē, atq; i alios nō rectos motus animi firma, & moderata dominatio, hęc ille. Sicut enim equus per frenum dirigitur, & refrenatur, ita sensualitas a ratione per tēperātiā moderatur, & reprimitur, iuxta illud psalmistæ. In chamo, & freno maxillas eorū constringe &c. Aristo. aūct. 1. magnorū moraliū. c. 39. dicit. Temperātia est circa delectationes, & castitias in gustu, & tactu scās. Et in 1. rhetori. c. 13. idē ait. Temperātia est virtus propter q̄ ad delectationē corporis ita se homo habet vt lex praecepit, incontinentia, vero contrarium. hæc ille. Verum quia Albertus magnus in tractatu de virtutibus politicis. c. de temperantia diuidit hanc virtutem in tres partes di q̄ est tēperantia quo ad gustū, & est temperantia quo ad tactum, & alia temperantię quo ad mundum, volens ostendere quantum sit hæc virtus commendabilis a temperantia gustus incipiam ad quam hortatur Salomō. Prou. 25. di. Mel inuenisti, comede quātū sufficit tibi, ne forte saturatus euomas illud. Et Eccle. 29. di. Initiū vitæ hoīs aqua & panis Et 31 eiusdē lib. Vtere quasi homo frugibus, quę tibi apponuntur. Et 1. Macha. 1. Multi de populo Israel elegerunt magis mori q̄ cibis coinquinari. Et 1. ad ad Thim. 5. inquit Apostolus. Noli adhuc aquā bibere, sed modico vtere vino p̄p stomacum, & frequentes infirmitates tuas. Et ad Thim. 2. Iuuenes hortare vt sobrii sint. Et Tullius in oratione pro Deiotaro Rege. Frugalitatem. i. modestiā & temperantiā virtutē maximā iudico. Aug. vero in sermo. 5. quadragesimæ. ait. Abstinentia corpus macerat, sed cor impingat, carnē debilitat, sed animā confortat. Et idē ad heremitas scribit. O magna & admirabilis abstinentiæ virtus, per q̄ hoīes filii Dei efficiūtur, per q̄ vitia expelluntur & dæmones, per q̄ non solum salus animarūm agitur, sed etiā corporū sanitas possidetur. Et iterum ad eosdem de ieiunio loquens ait. Audistis frequēter fratres charissimi, q̄ ieiuniū est res sancta, opus celeste, ianua regni, forma futuri sæculi, quod si quis iuste pfecerit, Dei socius extimabitur, quia dum sibi coniungitur cęlestis efficitur. Per ieiuniū fratres mei prosternunę vitia, augmentanē virtutes, humiliatur cor, diabolicæ vincunē potestates. O sacrū ieiunium, tu corpus refrenas ne insurgat, tu virtutes incitas vt resurgant, tu corpus sanas vt viuat. O ieiuniū, tu suaue es bonis, sed odibile malis, tu delectabile es sanctis, sed delectabile prauis. O sacrū ieiuniū, tu mysteria diuina pandis, quę sapientiæ & prudētiæ sunt agnoscis, recordari præterita facis, ordinare p̄sentia non negligis, prouidere futura festinas, hæc ille. Sed heu quia verificata est sententia eiusdem Aug. in prædicto sermone dicentis. O q̄ plures sunt ex vobis qui prius tabernā visitant q̄ templum, prius corpus reficiunt q̄ animam, prius dæmonem sequuntur quam Deum. Tales vacantes cōmessationibus, & ebrietatibus, & luxurijs deberent lapidari, iuxta legem posita Deute. 21. Ideo dicitur Prou. 23. Noli esse in cōuiuijs peccatorum, nec in commissationibus eorū, qui carnes ad viscendum proferunt. Vera est enim sententia Salomonis prædicti libri cap. vigesimoseptimo Anima saturata calcabit fauum idest spiritum sanctum. Et Deuteronomij trigesimoprimo dicitur Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. Et Oseæ decimotertio dicit Dominus. Ad impleti sunt & saturati sunt & leuauerūt cor suum & obliti sunt mei. Propterea abstinere a gulositate nos hortatur ecclesia in c. 6. dic. & c. luxurio sa. 35. dist. & c. delitie. & c. quisquis. quadragesimaprima dist. & c. non liceat. 44. dist. & de consec. dist. 5. c. nihil. Et de vita & hone. cle. c. a crapula. quę breuitatis causa pertranseo. Sed o gulosi audite quid Ambrosius in sermone de ieiunio dicat. Malę dominę seruitur gulæ quæ semper expetit, nunquam expletur. Quid enim insatiabilius ventre? Hodie suscipit, cras

exiget. Et idem in sermone 40. ait Fames amica est virginitatis, inimica lasciuiæ, saturitas vero castitatem perdit, nutrit illecebram. Ideo præcipit Augustinus in regula sua dicens. Carnem vestram domate ieiunio, & abstinentia escę & potus quantum valitudo permittit. Abstinentiam quoque commendabilem reddit nobis Saluatoris exemplum, qui quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ab omni cibo, & potu in deserto abstinuit Matth. 4. Et S. Nicolai qui etiam puerulus, quarta & sexta feria a lacte abstinuit.

PHilosophorum quoque gentilium habemus exempla maxime Platonis qui valde fuit abstinentia decoratus. Vnde ait Tullius in tuscu. quæstio. lib. 1. quod cum Thimothęus, Athenis clarus, & princeps ciuitatis, cęnasset apud Platonem, post triduum ait illi Tenues cenę, non solum in prima, sed etiam postera die iocundæ sunt. Refert quoque Hieronymus quòd Epicurus licet totius voluptatis esset assertor omnes libros suos repleuit pomis, & vilibus cibis, asserens eis esse vtendum quia carnes, & exquisitæ epulæ, ingenti nimium cura, & sollicitudine præparantur, & maiorem habent pœnam in acquirendo, quàm voluptatem eis abutendo. Addens quòd sapientiæ operam dare non possumus, si de mensæ abundantia cogitamus.

SEd dimissis exemplis hominum, veniamus ad exempla bestiarum, que magis gulam refrenant quàm homines. Vnde inquit Albertus vbi supra quòd licet Leo gulosum sit animal, tamen quando vna die bene se pascit, per tres dies sequentes a cibo quiescit, & quando venatores adesse præsentit si cibo grauatum se percipit vt currere bene non possit, cibū quē comedit ad fauces reducit, & cum brancha omne superfluum foras trahit, & sic leuis ad bellum accedit. Item prædictus Leo rex quadrupedum bestiarum adeo liberalis est quòd nunquam prædam solus comedit, sed de ea semper animalibus eum sequentibus derelinquit. Et idem facit Aquila auium regina. Sed gulosi sunt similes cani, cui si aliqid cibi superfluit, sollicite illud in aliquo loco reponit, & quamdiu aliquem sentit, nunquam illud derelinquit, sed contra omnes appropinquantes insurgit. Item canis in tantum gulosus existit, quod etiam fętidissima comedit. Similis etiam est gulosus porcis, qui pascuntur de stercoribus & immunditijs. Ideo inquit Albertus vbi supra, quòd gula est res fęda & vnctuosa. Vnde refert quòd rex quidam valde pinguis Philosophum quendam ad cęnam inuitauit. quem ad mensam iuxta se sedere fecit. Cunque rex sicut porcus comederet, & barbam totam vnctam haberet, & Philosophus spuere vellet, omnemque locū sericis ornatum videret, super barbā Regis sputum fecit. Cunque omnes occidere eum vellent, rex prohibuit, & causam huius rei ab eo quæsiuit. Cui Philosophus nihil timēs ait. Cum spuere necesse haberem, nec loca honesta inficere vellem, cum nullum locum turpiorem tua barba viderem, in ea statui iure esse spuēdum. Quod rex dum audiuit in melius vitam mutauit. Et hæc de temperantia quo ad gustum dicta sufficiant.

DE temperantia vero quo ad tactum, quia multa dicere intendo infra sermone vigesimooctauo vbi de virginitate & castitate tractabitur. Ideo hic solum aliqua in cōmendationem continentiæ maxime virginalis adducā. Hæc est enim illa virtus cui maximum retribuit Deus præmium. Iuxta illud Sap. 3. Felix sterilis & incoinquinata, quæ nescivit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Hæc est illa quæ facit animam sponsam Dei. Ideo in figuram dicitur 3. Reg. 1. Quæramus Domino nostro regi adolescentulam Virginem & stet coram rege. Hæc est illa quæ facit eam habentes socias Virg. Mariæ, Psal. 44. Adducentur regi Virgines post eam. Hęc est quæ reseruatur ab interitu damnationis æternæ. Vnde in figura pręcepit Deus. Num. 31. Et Iudic. 21. dicens. Mulieres quæ cognouerunt viros interficite, Virgines autem reseruate. Hæc est illa preciosa Margarita cuius valorem soli eam habentes bene intelligunt. Vnde Hiero. ad filiā Mauritij in epist. inquit. Quisquis pudicitiam aut nullius præmij, aut

parui

parui existimat, certũ est illũ aut ignorare, aut non voluntariũ eius ferre laborẽ. Nam illi semper castitati derogant, qui eam aut non habent, aut habere coguntur inuiti. Hæc est illa quæ se habentem facit esse hortum deliciarum in quo habitat Deus. Vnde ipse ait sponsæ suæ virgini. Cant. 4. Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ Paradisus. Surge aquilo & veni auster. Perfla hortum meum & fluent aromata illius. Hęc est quę se habentes ornat mirabiliter maxime mulieres vt habetur in auten. quomodo oporteat epis. §. oportet. n. col. 2. Hęc est quam leges ciuiles semper colendam præceperunt. l. si qua illustris mulier. C. ad senatus consul. orfi. Vnde inquit Imperator in auten. quibus modis nati efficiantur legitimi. § illud. ver. nouimus. n. Nos. n. castitatis sumus amatores. Hæc est illa virtus quæ facit B. Virginem cum sanctis, imo etiam Dominum Iesum de Cęlo descendere ad introducendam animam ipsa ornatam in æternis polorum tripudijs. Vnde inquit Hiero. ad Eustochiũ. Qualis erit illa dies cum tibi Maria Mater Domini choris occurret comitãta Virgineis. Cum post rubrum mare cum suo exercitu Pharaone submerso timpanum tinniens præcinerit. Cãtemus Domino, gloriose. n. magnificatus est, equũ & ascẽsorẽ proiecit in mare. Tunc tecla in tuos leta volabit amplexus. Tunc & ipse sponsus occurret & dicet. Surge speciosa mea columba mea & veni hæc ille. Hæc est illa virtus excellentissima cui in regno Cœlorum nullus est clausus locus. Vnde idẽ Hiero. ad filiam Mauritij inquit. Magnus est pudicitiæ labor, sed maius est pręmiũ, temporalis custodia, sed remuneratiõ æterna. De his ẽt Io. Apostolus loquitur dicens. Quod sequuntur agnum quocunq; ierit. Quod ita intelligendum puto. Nullum. s. eis locum in celesti curia claudendum, & cuncta illis diuinarum mansionũ habitaculã reserata. Hæc Hiero. Hæc est illa præclarissima virtus quam semper Christus mirabiliter exaltauit, dum non de corrupta, sed de Virgine nasci voluit, dum Ioannem Virginem super cæteros discipulos amauit, & ei fluenta Euangelij reuelauit, & cui Matrem Virginẽ Virgini cõmendauit Io. 19. Paulũ insup singulari electione pp Virginitatẽ vocauit, licẽt esset ecclesię psecutor, de quo dixit. Vas electiõis ẽ mihi iste. Act. 9. Io. quoq; Bapt. Virginẽ suũ pcursorẽ esse voluit, de quo dixit. Inter natos mulierũ nõ surrexit maior Io. Bapt. Matth. 11. Iõ Greg. in moralibus ostẽdens dignitatẽ virginitatis inqt. Gaudeat magis puella nobilis genere, sed nobilior sanctitate, q̃ fit p diuinũ cõsortiũ pcipuã i cęlis cõsecutura sublimitatẽ, q̃ si esset p humanũ cõnubiũ prolem in terra genitura sublimẽ. B. quoq; Aug. in sermõe ad heremitas de castitate loquens exclamat di. O castitas, ornamentũ nobiliũ, exaltatio humiliũ, nobilitas ignobiliũ, pulchritudo viliũ, solamen mœrentiũ, augmentũ pulchritudinis, decus sanctæ religiõis, minoratio criminũ, multiplicatio meritorũ, Dei amica, Angelorũ cognata, patriarcharũ vita, pphetarũ corona, apostolorũ cingulũ, martyrũ auxiliũ, cõfessoriũ vehiculũ, Virginũ speculũ, viduarũ refugiũ, & cũctorũ bonorũ gaudiũ ac solatiũ. Hæc est illa virtus q̃ nos Deo cõmendat, q̃ nos Angelos facit, q̃ nos sup sydera extollit, hęc illa. Qui etiã ibidem addit. Ecce ego iã epus Hipponensis cũ qbusdã seruis Xpi, ęthiopiã perexi, vt ibi sanctũ Euãgeliũ Xpi pdicarem, & vidimus ibi multos hoĩes, ac mulieres non habentes capita, sed oculos grossos fixos in pectore. Inter quos sacerdotes eorũ vidimus vxoratos, tãtę tñ abstinentiæ, q̃ nisi semel in anno vxores suas tãgere volebãt, qua die ab oĩ sacrificio abstinebãt. Vidimus etiã in inferioribus partibus ęthiopię hoĩes oculũ vnũ tm̃ habentes in frõte, quorũ sacerdotes cõuersiones hominũ fugiebãt, & ab oĩ libidine carnis abstinebãt, & in septimana in qua dijs suis thura offerre deliberabãt, nihil sumebãt nisi metã aquæ p diem & sic cõtenti manentes, sacrificiũ dijs suis offerebãt. O grãdis Christianorũ miseria. Ecce pagani doctores fideliũ facti sunt, & peccatores ac meretrices præcesserunt fideles in regno Dei. Hæc Augustinus.

NVnc de temperãtia quo ad mũdũ esset dicendũ. Verum qa intendo multa dicere q̃ ad ipsam applicari pñt infra serm. 17. par. 2. vbi tractabit de cõtemptu mũdi. Et etiã sermo. 30. vbi loquar de nocumento diuitiarũ, & de laudibus paupertatis.

tatis. Ideo hic cā breuitatis solum dico q debetis euitare omnes supfluitates, & excessus. Quia vt inquit Aristo.2.Ethic. c.3. Corrumpit těperantia ex supabundantia. Qua pp Cassio, li.9.epistolarū. epistola.15 inqt, Oia decet sub ratione moderari. Nō.n.possunt dici iusta quę minima sunt Et epist.25. eiusdē libri iterum dicit. Indubitata gloria morū, & custodire mensurā. Et Isid.lib.2.soliloquiorū.c. 46.ait. Etiā in bonis immoderatus esse nō dēs. Oia.n.i suo modo pfecta sunt Bona vero immoderato vsu noxia efficiunt & nimietas oīs in vitio deputaſ. Et Henricus Samariensis lib.2.canit. Prçualet in cūctis modesta discretio rebus. Qua, sine virtutū grande perdit opus. Ea.p.p inquit Iaco. Beneu. sui lib.21.hoc decet oēs, Actibus in cunctis semp habere modum.

PARS QVARTA.

Huius sermonis de virtute prudentiæ.

DICITVR q quidā summus Pontifex cōgregato cōcilliorio ppofuit vnum dubiū.s.quæ esset melior via perueniendi ad vitā æternā. Nā in vno quoq; genere est aliqd præcipuū quod oīa alia excedit.scdm philo.10 Metha. Sicut inter metala aurum, inter lapides preciosos Onichinus, siue topacius, vel carbunculus scdm quosdā, inter sericas cremesitus, inter pannos purpura siue scariata. Et ideo inter oēs vias ad cęlū perducentes debet esse vna alijs oibus singularior, ac preciosior. Dixit aūt prędictus Pontifex Cardinalibus & clericis, ac religiosis, ceterisq; fidelibus Christicolis in simul congregatis. Quia nos suscepimus curam pascendi gregem Dñi, vt in c.nisi cum pridem. vet. pp malitiā. de renun. Et non tm clericorū, sed etiā laicorū vtilitatibus subuenire debemus, vt in c quia præsulatus.1.q.4. Et nobis incūbit prouidere saluti oium fidelium.c. cuncta p mundum 9.q 3.& in proemio sexti. Iō ad pfectū oium fideliū volumus. per sapientes diligenter inquiri & discuti q̄ sit rectior semita ad æternā felicitatem peruenīēdi Quia vero veritas quo magis fuerit exagitata amplius elucescit.c. fi.35.q. 9. Ideo vt melius appareat, volumus vt

Discussio, q̄ nā sit melior via ad cœlū peruenīendi.

vnusquisq; dicat opinionē suam. Primo autem locutus est quidā canonista dicēs sibi videri ordinē sacrum esse viam per q̄ rectius ad Deū inceditur pp cuius administrationem, & executionem dignitas sacerdotalis oibus alijs sublimior, ita qđ q̄nq; appellantur dij, & aliquando Angeli ipsi sacerdotes, vt in c. sacerdotibus, 11.q.3. Et æquip. rantur soli. c.solite de maio.& obe. Vnde Aug. in lib. de ecclesiasticis dogmatibus ait. Nulla maior dignitas est sub cęlo q̄ sacerdotis qui est ad cęlestia Sacramenta pertractanda consecratus.&c. Ad ordinē quippe sacrū pertinet pdicare, & Deo sacrificia offerret, q̄ sunt maxime necessaria humanæ saluti, vt in c.inter cætera de offi.ordi.& in c.le. si Dominum.de reli.& ve. san.& in c. inter opera. de spon. Itē ad ipsum pertinet ministrare Sacramenta ecclesiæ hoibus quæ sunt ad eorū salutē instituta, vt p Theologos in 4.di.1. Secundo locutus est legista dicēs. Mihi videtur q hæc via sit pax propter quā leges sunt emanatæ defendētes innocentiā. vt in c.facte.4.di.& in proemio decretaliū. Et ideo Imperator in autēn. vt iudi. sine quoquo suf. in principio col.2. dicit se noctes ducere insomnes vt subditi in omni quiete consistat, & in autē. vt diui. iussi. col 8. etiā ait. Volūtarios labores appetimus vt alijs quietem pparemus. Et sic si scdm canonistā sacerdotiū cunctis est pferendū, via legalis p quā pax conseruaſ, vt patet in proemio insti. Profecto est dignissima cuius administratores appellanſ sacerdotes, vt in l.1. ff de iusti.& iu. Vnde ista est via regia ad quā instruēdā, venit filius Dei. vt in c.nisi bella. 23.q.1. Et ipse appellatus est rex pacificus, & disposuit suos subditos ēt eē pacificos, vt in pemio decretaliū, & ipsam pacē suis fidelibus in testamento reliqt. Io.14. Tertio locutus est medicus dicens. Mihi vr q curatio infirmorum sit melior via. Nā altissimus creauit medicinā vt dr Eccl.38 Et a Deo est ois medella, vt ibi dē dr. Et ideo ibidē ait sapiens. Honora medicū, pp necessitatem.n. illū creauit altissimus. Itē Christus se verū medicū demōstrauit sanādo infirmos a diuersis langoribus. Itē q̄n honorat aliquē sanctū facit miracula p eū i sanādis infirmis, q vero ars medicinę sit via perducens ad salutem

Canonistæ cuiusdā opinio.

Legistæ opinio de via ad cœlū perueniendi.

Medici opinio.

Philosophi sententia.

Aliquorũ regulariũ opinio.

Aliorũ Monacorũ sententia.

Minorum Fratrũ opinio.

sutem propter exercitium pietatis appa ret,quia quam plures ex medicis sunt ab ecclesia canonizauit, vt S.Luc.Euangelista,Io.Chriso.qui etiam dicitur Io. mesue,S.Cosmas & Damianus fratres, cum multis alijs. Item hæc ars est magis vniuersaliter necessaria hominibus quã aliæ: Et ideo quanto bonum eius est communius tanto etiam est diuinus 1. Ethico.& quanto aliquis in bonis suis est communior,& vniuersalior, tanto est Deo similior, vt ait Plato in Thimeo. Quarto Philosophus dixit.Mihi videtur, ꝙ contemptus diuitiarum sit hæc via,quia sicut auaritia est radix omnium malorum. c. bonorum.47.di.& de pęni.di.a.c.quia radix.& in autẽ.vt iudi.sine quoquo.suf §. cogitatio.Ita a contrario quod est fortissimum arg l.1.§.huius rei.ff. de offi. eius cui man.est iuris. Et c.sciendum 8 q 1.& c.hospitiolum.32.di. Contemptus ipsiue causabit omni bonum. Et ideo Pithagoras audiens omnia bona sua dissipata esse dixit. Iubet me fortuna expeditius philosophari. Quinto F. Basilij,Augu.& Dominici dixerunt scientiam esse illam semitã rectissimã qua ad supernã sapientiã pertingimus,quia sicut ignorantia est mater oĩum malorum c.1.38.di. Ita econtrario scientia est mater oĩum bonorum. Vnde in constitutionibus ordinis nostri factis per Io. Cardinalẽ auctoritate Martini Papæ V.dicitur.Cũ conscientia donum Dei sit. Armatura ad defensandam sanctam fidem catholicam corona ordinis lumen veritatis,& via in tenebris ambulantium populorum &c.Sexto F.Benedicti dixerunt contemplationem esse illã per quam Deo cõiungimur. Vnde tex.in c.nisi cum pridem.de renun.dicit. ꝙ contemplatio est pulchrior & securior vita. Et glo.in autẽ.de mona.in prin. col.1.dicit.quòd vita contemplatiua est latior & celsior oĩbus. Et ideo Dominus de Magdalena contemplatiua inquit Luc.19.Maria optimam partem elegit quæ non aufertur ab ea.

SEptimo F.Minores dixerunt quòd est humilitas,quia Greg. in homilia quartæ Dominicæ de Aduentu ait. Qui cæteras virtutes sine humilitate congregat, quasi pulverem in manu ante faciem vẽti portat,& vnde aliquid ferre cernitur, inde deterius excæcatur, econtra vero de humiliante se dicitur Prou. 21.Sapientia humiliati exaltabit caput eius. Et Amb. ait,quod humilitas est clauis quæ aperit regnũ Cęlorum, & reserat misteria scripturarum.Item scientia quæ per consanguineos nostros est cõmendata nihil valet sine humilitate.& Ber.in lib.de gratia humilitatis,& ponit gl.fi.in cle.1.de reli. domi.dic. Gloriosa res est humilitas,qua ipsa quoq; superbia paliari appetit ne vilescat. Legitur etiam in vitis patrum qđ diabolus dixit S.Machario.Tu vigilas,& ego nunq̃ dormio,tu abstines,& ego nunq̃ comedo.Sola humilitas tua me vincit. Hanc virtutem Christus verbo docuit & exemplo,vt dicit tex.in c Dominus.93. di.vbi dicitur. Humilitatem nos humilis docuit.& in c.contra morem.100.di.scriptum est.Nihil magis fulget in Episcopo q̃ humilitas. Beda quoq; super Luc.ait. Non nisi per virtutem humilitatis quis ad sortem potest redemptionis attingere.

Cartusiensis sententia.

OCtauo F. Cartusienses dixerunt qđ est silentium, quia dicitur Prou. 13. Beatus qui custodit linguam in omni tẽpore.Et ideo dicitur Iac.1. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardius vero ad loquendum. Nam ex lingua prorumpit vniuersitas iniquitatis Ia.3. E contra vero de taciturnitate dicitur Isa. 32. Cultus iustitiæ silentium & securitas vsque in sempiternum.& Prouer.18. Mors & vita in manu linguæ. Tren.3. capitul. scriptum est, Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei. Sedebit solitarius & tacebit, & leuauit se super se.

Heremitæ opinio.

NOno heremita dixit ꝙ est oratio sine qua nihil põt obtineri,etiã de his q̃ ꝑ destinata sunt.c.obtineri.23 q.4. vbi dicitur Ea quę sancti viri orando efficiunt ita prædistinata sunt,vt præcibus obtineantur &c.Et ibi dicit glosa ꝙ Christus quartum mortuum nõ resuscitauit: quia non fuit de hoc rogatus, de quo est text. in §.Christus. de pęni.dist.1. De oratione autem inquit Aug.& recitat Io. And. in fine glosæ magnæ in cle. si Dominum

de reliqui.& ve.san.quòd est oranti præsidium, aduersario incendium, Angelis solacium, animo gaudium, & Deo gratum sacrificium.

Decimo diuites dixerunt, quòd est elemosyna. Ait.n. Dominus Luc. 11. Date elemosynā, & ecce omnia munda sunt vobis, transumptiue in c. medicamētum. de pen.di.1. Et Tob.4. dicitur. Elemosyna non patietur ire in tenebras, transumptiue in c quam orbem. de pen. di.1. Econtra vero dicitur negare Christum qui nō facit elemosynam c.omnis 7.q 1.

Diuitū sententia.

Vndecimo mercator dixit. Mihi videtur quòd hęc via sit corporalis exercitatio, & in laboribus viuere, quia de non laborantibus inquit Psalmista. In labore hominum non sunt. &c. Et subdit. Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. Et ideo 2. ad Thessa.3. dicitur. Qui non laborat non mãducet, & notatur in l.si ex duobus.ff.de noxa.& 1.q.2.c.si & de pę.di.4.c.si impius. Et alibi dicitur, quod qui minus laborat minus meretur, vt in autē. contra qui propriam.C.dę non nume.pe.item dicitur quòd vigilantibus & non dormientibus iura subueniunt.l.pupillus.ff. de his quæ in frau cre.& 1. ad Cor. 3. ait Apostolus. Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Et Saluator inquit Matth.11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos. E cōtra vero dicitur, quod otium & voluptas sunt arma host is anti qui.c.nisi cum pridem.in prin.de renun. De vita autem actiua inquit gl. in c. sancta quippe rusticitas.2.q.1.q licet sit magis laboriosa q̄ contemplatiua tamen est magis fructuosa. d.c. nisi cum pridem in fi. vbi dicitur q figuratur in Lia quę erat fecunda licet non esset ita pulchra sicut Rachel sterilis, & respectu istius fructuositatis præfertur contemplatiuæ, vt ait gl. in prædicto.c.sancta. Et allegat c. scias. 7.q.1.& c. in scripturis.8.q.1.

Mercatorū opinio.

Duodecimo. Pauper dixit sibi videri q abstinentia sit hæc via regia, quia sicut gula de Paradiso deiecit hominem, ita abstinentia ad Paradisum ipsum reuocauit.c.6.die 35.dist.& Hiero.in c.sint tibi.de conse.dist.ait. Ieiunium curat vulnera delinquentis, curatosq; sanctificat.

His autem omnibus auditis in tanta opinionum diuersitate ait Papa. Incertiores facti sumus q̄ prius, sed bonum nobis vr eligere aliquem sapientem theologū qui examinatis his opinionibus determinet quid tenendum sit. Nā iudicantem oportet cuncta rimari.&e.c.iudicantem.30.q.5 & oportet q sciat cognoscere quicquid debet iudicare. Iudiciaria.n. potestas expostulat, vt quod vult iudicare discernat.c.q vult. Et c.caueat.de pę. di.6.& 38.d.c nulli & c.seq. Tunc cæteri omnes dixerunt. Fiat. Electus igitur qdā summus Theologus qui accepta benedictione Papæ incepit loqui dicens. Licet Licet omnes prædictæ opiniones sint bonæ, tamē melior est opinio illa de qua legitur in vitis patrum. Vbi dr, q congregati S. Patres coram S. Antonio ceperunt in simul discutere quæ esset virtus qua mediante homo melius euaderet insidias diaboli, & citius veniret ad statum perfectionis, & quibusdam dicentibus q erat castitas & alijs diuersas virtutes præferētibus, ipse Anto. conclusit q erat discretio quæ est condimētum & custodia omnium virtutū. Et hæc determinatio confirmatur per parabolā Saluatoris Matth. 25. de decem Virginibus, de qbus quinq; ingressæ sunt cum sponso, & aliæ foris remanserunt. Licet.n. omnes essent Virgines, & oēs haberent lampades, tn̄ solæ Virgines prudentes quę ex prudētia sua acceperunt oleum in lampadibus suis acceptatæ sunt, fatuis Virginibus exclusis. Ex quo concluditur prudentiā esse viā regulatricē oīum virtutū. Vnde Ber. sup Cant. dicit. Discretio non tā virtus est q̄ quædā moderatrix virtutum, & auriga moderatrix & doctrix morum. Hæc autē veritas clarius patebit discurrendo oēs prædictas opiniones. Primo.n. qđ dixit canonista verissimū est officium sacerdotis & prędicatoris esse dignissimū, sed tn̄ sine discretiōe nihil valet. Vnde ait Aug. in c. ante oīa.40.di. Epi, psbyteri, aut diaconi officio nihil est apud Deū miserius, tristius, ac dãnabilius, si pfunctoriè atq; adulatoriè res agitur. Et ideo dr in 5. Ec-

Pauperum opinio.

Theologi opinio d me liori via ad cœlū ascendendi.

ce.

ce.el 5.c.q.1.q maiuri discretione indiget Sacrm ordinis q cętera. Similiter officium prædicationis indiget discretionis sale. Vnde discipulis suis ait Saluator Matth.5. Vos estis sal terræ, quod si sal euanuerit in quo salietur? &c. Et ideo inquit Greg. in pastorali, vt habet in c. sit rector. 43. di. Sit rector in silentio discretus, & vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferēda reticescat. Nam sicut incauta locutio merorem protrahit, ita indiscretum silentiū hos qui erudiri poterant in errorem derelinquit. Debet ergo prædicator esse discretus, ita vt accōmodet sermonem suum scdm qualitatē audientium c. oportet. 8.q.1. & c. in mādatis. 43. di. Sacerdos quoq; debet esse discretus in dispensando iuxta merita, & cōtritionem delinquentium. c.1. & 2. extra qui cle. vel vo. Et ibi per Panor. & alios, & nō passim dispensare, vt in e. si quis ꝑ postera. & in c. studeat. & c. hi qui. 50. di. Itē in confessionibus quas audit debet esse diligens inquisitor, & subtilis inuestigator, vt prudenter, & astute interrogaret a peccatore qđ forsitā ignorat, vel ex verecundia vellet occultare. e q vult. de pœn. di. 6. Scdm vero q ait Legista de pace est verū, qa sine ea nō possumus seāde re regnū pacis. Sed tñ pax sine discretiōe nihil valet, qa cū oībus nō est pax habēda. Vnde di. Bal. de pace cōstā. in vsi. feu. qđ pax nō est cū his q in dolo sunt. Et Isido. in li. de sum. bono ait, qđ cōcordia malorū cōtraria est bonorū, & iō sicut optādū est, qđ boni adinuicē. Pacē habeāt ita obtādū est, qđ mali ad inuicē sint discordes. Itē nō dēt haberi a patre cū filio indigēte correctione c. nō osculat. 5.q.5. & c. licet Heli. de Simo & c. legant 37. di. Itē nō dēt haberi a ꝑlato cū subdito delinquēte, disciplina, & mīa multū desiituit, si vna sine altera tenet c. disciplina. 45. di. Et iō dr̄ qđ iusti solēt recte peccatoribus indignari c. vera iustitia. ead. di. Item per collusionē facta cū aduersario reprobatur c. 1. de collu. dete. Cū malis etiā pacem habere nō debemus qñ ex ea sequitur iniuria Dei, sed eorū peccata debemus odio habere, exemplo psalmistæ, qui ait Deo. Nonne q oderūt te dñe oderā, & sup inimicos tuos tabescebā? Perfecto odio oderā illos, & inimici facti sunt mihi. Tertiū quoq; quod ait medicus de pietate circa infirmos est bonum. Sed sciendum est qđ medicina sine discretione nihil valet quia vnū remedium non debet oībus infirmitatibus adhiberi, sed scdm diuersitatem infirmitatum debent esse diuersa genera medicinarum. l. 1. ff. de ven. inspi. & c. necesse. & 29. di. & c. vt constitueretur. 50. di. Itē medicus debet considerare causam morbi, q̄ si ignorat sanare non pōt. Sicut dicit Galenus. Et etiam Io. And. in c. 1. de cle egro li. 6. & specu. in ti. de aduo. §. 3. circa prin. Item debet abscindere vulnera, quæ fomenta medicinæ non sentiunt, & sic nōn debet mederi incurabilia. 82 di. c. qa aliquanti. & 26.q.1.c. in canonibus. Item prudenter debet inducere infirmum ad cōfessionem c. infirmitas. de peni. & remis. Non debet etiam facere differentiam in hominibus, quia etiam pauperes debet gratis curare c. prouidendū. 83. di. Item debet mederi vbi est fixū vulnus. 1.q.1 c. ventum. Et qñ dubitatur de medicina q debeat sibi nocere potius debet infirmum relinquere in manu Creatoris, q̄ eius vitam committere incertitudini. l. quod si nolit. §. culpam. ff. de edi. edic. Item non debet infirmo facere aliquod remedium quod vertatur in detrimentum salutis d.c. cum infirmitas. & c. illud. 26.q.2. nec semper debet considerare præcepta medicinæ, quæ cōter sunt contraria vitæ spirituali c. contraria. de confe. di. 5. Quartum etiā quod ait Philosophus de contemptu diuitiarū est bonum, sed sine discretione nihil valet. Et ideo oēs philosophi pagani, & infideles licet omnia contempserint sunt damnati, quia non fecerunt hoc discrete, & debito fine. Vnde dixit S. Ioan. Euangelista vt legitur in vita eius cuidam philosopho q appellabatur Craton, qui faciebat discipulos suos mundū contēnere ad acquirēdā gloriā temporalē. Stultus est iste mundi contemptus, qui hoīum ore laudatur, sed diuino iudicio reprobatur. Quintū vero quod dixerunt fratres Basilij & alij de scientia est similiter bonum, sed tñ sine discretione nihil valet, quia nō passim omnia oportet legere, sed illa quę sunt animæ vtiliora. Vnde prohibetur studiū legū, & medicinę, & clericis, vt in ca. magnopere. & in c. super spec. extra ne cle.

vel mo. Et ideo Hieron. fuit verberatus, quia licet post multas lachrymas studebat in libris Platonis, & Ciceronis. &c. vt habetur in c. legimus. 37. di. Eapropter prohibentur Episcopi libros gentilium legere in c. 1. eadem di. Et similiter reprehenduntur sacerdotes qui omissis Euāgelijs & prophetis legunt comedias, & amatoria, & similia. vt habetur in c. sacerdotes. & in c. nonne. eadem di. Possunt tamen legi cum discretione hac libri paganorum, vt si quid in eis bonum fuerit tanquam a Deo datum in nostrum assumamus seruitium, vt in c. turbat. & in c. si quid veri. & in c. qui de mensa 37. di. Item vt repudiemus & confutemus mala eorumd. vt in c. legimus. ead. di. Sextum quoq; quod dixerunt F. Benedicti de contemplatione est bonum, sed in ea non est discretio nihil valet, quia sæpe diabolus se transfigurat in angelum lucis 2. ad Cor. 11. & trāsumptiue in c. licet. de regula, & multos contemplatiuos decipit. Sicut fecit cuidam religioso nouitio cui apparens in forma crucifixi, hortatus est vt seipsum Crucifigeret, quod & fecit, & alteri similiter apparens fecit vt seipsum in corde cū gladio vulneraret. Alterum vero fecit seipsum suspendere per gullam. Item vt legitur in vitis patrum apparente ipso diabolo cuidam sancto patri in forma Christi, ipse ei credendo in tantum superbiuit quod postea nolebat communicare. Sola ergo contemplatio parum prodest. vt in §. ex quibus. & in c. si quis vult. 36. di. & in c. nisi cum pridem. in fine. de renun. Item contemplator debet sequi instinctum spiritus sancti, & nō sensum proprium, vt in d. c. si quis vult. Et idem ait S. Bonau. in lib. de stimulo amoris, addēs quòd quando spiritus sanctus aliter non suggerit debet habere præfixas regulas contemplandi. Septimum vero quod dixerunt Fratres Minores de humilitate est verissimum, sed oportet quod sit discreta, quia prælati non debent habere humilitatem nimiam cum subditis ne contemnantur. vt in l. obseruandum. ff de offic. præs. Item humilitas non debet esse mixta cum hypocrisi. e. taciturnitas. de pœni. di. 1. Item per humilitatem non debet quis mentiri. c. cum humilitatis. 22. q. 2. vbi dicitur, Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficieris quod euitaueras. Octauum etiam quod dixerunt Cartusienses de Silentio est verum, sed tamen discretione nihil valet. Nam ille qui tenetur increpare, & corrigere delinquenté, si tacet, particeps erroris fit, vt in c. error. & in c. quid n. & in c. consentire. 83. dist. & in c. facientis. 86. dist. & in ea. si rector. 43. di. Et ideo præceptum est Matth. 18. transumptiue in c. si peccauerit. 2. q. 1. Si peccauerit in te frater tuus vade & corripe eū, &c. Quapropter vt hr in c. ephesijs. 43. di. dicebat Paulus. Mūdæ sunt manus meæ a sanguine omnium vestrum. Non. n. subterfugi quominus annunciaré vobis omne consilium Dei. & in c. dispēsatio. ead. dis. dicitur. Dispensatio cœlestis seminis nobis est iniuncta. Veh si non sparserimus. i. si tacuerimus. Nonum vero quod ait hæremita de oratione quæ cęlum penetrat, & ad Deum volat est verum, sed tamen sine discretione nihil penitus valet. Et ideo debet se a peccato mundare, qui vult Deum orare, & gratiā ab eo impetrare. Ait. n. Chriso. sup Matthæum. Qui orat, & peccat, non Deum orat, sed deludit. Item oratio debet fieri cum circunstātijs, de quibus dictum fuit in prima parte huius operis sermone 11. & 12.

Decimum autem quod dixerunt diuites de elemosyna similiter est verum, sed tamen si fiat sine discretione, & debitis conditionibus nihil valet. De quibus habetur in sermo. 3. huius voluminis parte 3. Vnde 1. ad Cor. 13. Ait Paulus. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. &c. Et sequitur, nihil mihi prodest. Debet ergo elemosyna esse ordinata. c. non satis. 86. dist. vbi dicitur, quia non sufficit bonum facere nisi fiat bene. i. cum discretione & debitis circūstantijs. Vnde dicitur, q. Deus non est remunerator nominum, sed aduerbiorum. c. 1. de collu. dete.

Vndecimum etiam quod ait mercator de exercitio est verum. Nam est humanæ vitæ conseruatiuum &c. secundum Fulgētium, & proximis est vtile, tamen sine discretione nihil valet. Nam si agri-

agricola non seminat qn̄ debet nunquā colliget. Itē mercator sine discretione, qđ est vile emeret carū, & venderet vili precio preciosum. Itē fortitudo sine discretione nihil valet. Vñ Tullius inqt, ꝙ parue vtilitatis sunt foris arma, nisi sit consilium domi. Et Vegetius in exordio libri de re militari ait. In omni prælio non tā multitudo & virtus, q̄ ars, & exercitium solet præstare victoriā. Insuper sine prudentia nullus paterfamilias bene gubernaret suā familiam, & nullus iudex bene iudicaret, nullusq; officialis bene præesset Duodecimū vero quod ait pauper de abstinentia est etiam virum, quia per illā tot sancti, celestia emerunt, sed sine prudentia, & discretione nihil valet, qa oportet vt ieiunia sint moderata, & discreta c. sint tibi. de conse. di st. 5. Item ꝙ non dimittantur alia opera meliora propter abstinentiam. c. non mediocriter. eadem di. vbi dicitur ꝙ talis ieiunans cōmittit furtum de rapina. Et ideo ait Apostolus ad Rom. 12. Rationabile obsequium vestrū. Concludo igitur cum Gregorio in c. hinc etenim. 49. di. qui ait. Per nasum quo odores fœtoresq; discernimus discretio exprimitur, per quā virtutes eligimus, & delicta reprobamus. His autem dictis omnes assenserunt. Et insuper eum rogauerunt vt ipse qui omnibus sapientior est inuentus, aliquid de ipsius prudentiæ quidditate & excellentia, ac vtilitate eis prædicaret. qui inuocata gratia spiritus sancti sic incepit.

Quid sit prudentia.

PRudentiā diffinit Tullius in 2. Rethodi. Prudentia est rerum bonarum & malarum verarumq; scientia. Aristotiles vero. 6. Ethico. dicit. Virtutes omnes inerunt, si prudentia inerit. Quare nulla erit virtus, prudentia non existente, qa prudentia est recta ratio agibilium, sine qua nulla virtus recte operatur. Augus. etiam in libro. 83. Quæstionum inquit. Prudentia est cognitio rerum appetendarum & fugiendarum. Et in primo de libero arbitrio, capit. 14. dicit. Prudentia est appetendarum rerum scientia. Et ibidem. Prudentia est affectio animę vel motus quo intelligit æterna superiora esse, & magis appetenda q̄ temporalia, quæ nouit esse inferiora. Et ibidem in libro de moribus ecclesiæ ait. Prudentia est amor circa ea quibus adiuuatur homo, ab eis quibus impeditur sagaciter eligens. Et iterum ibidem dicit. Prudentia est amor bene discernens ea quibus adiuuatur ad tenendum in Deum, ab his quibus impediri potest. Iuristæ autem diffiniunt prudentiam dicentes. Prudentia est diuinarum humanarumq; rerum notitia, iusti atque iniusti scientia, vt habetur in. l. iustitia. §. iuris prudentia. ff. de iusti. & iur. Et insti. eodem. §. primo. Aristoteles insuper libro primo magnorum moralium. capitulo. 41. dicit. Prudentia est circa operabilia, in quibus est electio & fuga. Et in secundo libro. c. 7. ait. Neq; absque prudentia aliæ virtutes fiunt, neque prudentia perfecta est absque alijs virtutibus, sed cooperantur quodammodo ad seinuicem consequentes prudentiam. Et in primo Rethoricæ, capitulo. 13. dicit. Prudentia est virtus intellectus, secundum quam bene consiliari potest de bonis & optimis dictis ad fęlicitatē. De qua virtute tres considerationes faciemus. Prima quarum appellatur commendationis. Ait enim Aristoteles in libro primo magnorum moralium, capitulo octuagesimoprimo. Prudentia sicut architector virtutum est. Et Tullius in tuscu. quęstionibus libro primo. Nihil est hominis prudentia dulcius. Et Cassiodorus libro. 6. epistolarum, epistola. 10. Sola est prudentia quæ rebus omnibus præponitur, quando in homine fęliciter inuenitur. Et idem libro. 12. epistola. 3. Vbiq; probatur necessaria esse prudentia quoniam rebus omnibus videtur adhibere commoda. Vnde Prouerb. secundo inquit Salomon. Prudentia seruabit te vt eruaris a via mala. Et eiusdem libri. 9 capitulo. Ambulare per vias prudentiæ. Homo incaute & prudenter solet incedere in via lubrica, fossata & illaqueata. Via autem huius mundi est lubrica per luxuriam. Vnde de luxuriosis dicitur Hierem. 23. Via illorum erit quasi lubricum in tenebris. Item est fossata per auaritiam, iuxta illud psalmistæ. Foderunt ante faciem meam foueam &c. Item est illaqueata per superbiam. Vnde psalmista ait. In

Tres considerationes de prudētia, in quarū prima prudentia commendatur.

In via hac qua ambulabam absconderũt superbi laqueum mihi, & funes extendetunt in laqueum, & iuxta inter scandalũ posuerunt mihi. Et ideo hortatur Apostolus, ad Ephe.5.di. Videte fratres quomodo caute ambuleris, nõ quasi insipientes sed vt sapientes &c. Ille autem est sapiens qui est prudens. Vnde Salomon inquit Prouer. 14. In corde prudentis requiescit sapientia. Et 16. Qui sapiens corde est appellabitur prudens. Et Ibidem etiam hortatur dicens. Acquire prudentiam, quia preciosior est argento. Et 19. Custos prudentiæ inuenier bona. Et 24. Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur, & 28. Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam. Et Sap.5. Melior est sapientia quã vires & vir prudens quàm fortis. Et Eccle.10. dicitur. Ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. Et 20. c. Homo prudens placebit magnatib. Hæc prudentia est illa quæ semper hominem regere debet ne in aliquo labatur. Vnde metrice dicitur. Non de ponte cadit qui cum prudentia vadit. Licet autem in omnibus hominibus esse debeat, quia vt ait Aristo. in secundo de anima. Homo est prudentissimum animalium tamen magis reperitur in vno quàm in alio. loquit enim Aristo. in libro problematum parte.30. Parui capitis prudentiores sunt eis qui sunt magni capitis. Magis etiam est in senibus quàm in iuuenibus. Vnde Aristot. in 6. Ethicorum ait. Iuuenis expertus non est, & ideo iuuenes non videntur esse prudentes. Multitudo autem tẽporis facit experientiam & prudentiam.

Prudentia 2. dicitur est 2. consideratio.

Secunda consideratio de prudentia dicitur distinctionis. Duplex enim inuenitur prudentia, scilicet proprie dicta & improprie. Prudentia proprie dicta est virtus Cardinalis, vt probant Theo. in 3. di.33. Et ista solum in bonis reperitur, vnde ait Aristo.6. Ethico. Impossibile est aliquem prudentem esse non bonũ. Et ideo beatus Tho.2.2.q.47.art.13. probat triplici ratione, quòd perfecta prudentia in peccatoribus non est. Dicit quoq; prædictus doctor in prędicta quęstione, quòd est alia prudentia improprie dicta, quæ in peccatoribus reperitur, non tamen est virtuosa, nec meritoria Et hæc est triplex. Prima falsa, & mala, sicut est astutia illius qui propter obtinendum malum finem scit ordinare aliqua media illi fini. Sicut consueuit dici. Ille prudens latro quia scit conueniẽtes vias inuenire ad furandum. Et de hac calliditate & versutia dicitur Hiere.4. Sapientes sunt vt faciant mala. Et loquitur de sapientia, & prudentia mala quam habent auari in acquirendo diuitias, luxuriosi in acquirendo delitias, & superbi in acquirando honores, & alij maligni in decipiendo proximos. De qua etiam dicitur Iacobi.3. Non est ista sapientia desursum descendens sed terrena, & hoc quo ad auaros. Animalis, quo ad luxuriosos, & diabolica quo ad superbos, & proximos decipientes. Tales prudentes ad malum dicit Albertus, in tractatu de virtutibus politicis.c. de imprudentia esse similes lupo, qui vt canem aliquem capiat lupos plurimos aduocat, & insidias illi parat. Alijsq; in insidijs collocatis ipse solus ad locum vbi est canis vadit, quã si cum eo solus bellari velit. Cumq; canis nihil cogitans de insidijs, eum inuadit, ille simulans tam diu fugit donec eũ ad insidias traxerit. Et sic fallaciter eum lupis comedendum exponit. Sunt etiam similes vulpi, quæ est animal fraudulentum, cuius iter semper est tortuosum, & nunquam rectum. Hæc dum multum famescit in terra rubea se inuoluit, & quasi mortua & sanguine cruenta super terrã se ponit. Quod dum aues aspiciunt ad eam secure conueniunt, sed dum illam depilare rostris incipiunt fraudulentam vulpem morsibus mortiferis esse præsentiunt. Sunt etiam similes cerastæ serpenti fallaci, qui vt decipere possit auiculas totum corpus sub arena occultat, & cornua sua vermibus similia auib⁹ mõstrat. Ad quæ dum tanquam comesturi vermes aues veniunt non cibum optatum, sed anguem deceptorem inueniunt.

De triplici prudentia quæ in peccatoribus inuenitur.

Dicit etiam Albertus vbi supra quòd bona prudentia, & mala semper inter se pugnant, sed bonæ prudentiæ exdit in fine victoria, quamuis mala prudentia multa ingerat ei pericula. Et ad hoc inducit exemplum de tigri quæ est ad-

Bona prudẽtia, & mala adinuicem pugnant, et cui mala assimilatur.

quo de-cipiatur. admodum sagittæ in cursu velocissima, varijsq; maculis superpicta, significans hanc malam prudentiam ad cursum malum promptissimam, & maculis malitiarum plenam. Huius tamen fraus & malitia per hominis prudentiam vincitur. Dum enim ab homine sui catuli rapiuntur odore raptorē persequitur, qui equo velocissimo transportatur. Qui dum audit strepitum bestiæ sequentis vnum de catulis sibi proijcit. Quem illa in via inueniens rapit, & ad nidum reducit. Et interim raptor nauem ascendit, & in altum mare se trahit, ad quem locum bestia nō accedit. Si autem venator omnes catulos velit habere, in via specula post se abijcit. Quæ illa intuens dum suam imaginem ibi cernit filios esse credit. Et dum pro accipiendis filijs moram trahit prudens venator euadit, hæc ille.

De alia prudentia improprie dicta. EST secundo alia prudentia improprie dicta quæ appellatur industriosa, & est illorum qui in agibilibus mundi sunt sagaces. De quibus inquit saluator. Luc. 16. Filij huius seculi, idest peccatores prudētiores sunt filijs lucis, idest iustis, in generatione sua. i. in negocijs secularibus.

De 3. & 4. prudentia improprie dicta. Tertia prudentia dicitur vana, & est illorum qui de pertinentibus ad vitam corporalem bene sciunt consiliari, & prouidere, sed non de pertinentibus ad salutem, vt inquit Augu. in libro. 83. quæstionum. Et ista appellatur prudentia carnis, de qua ait Paulus ad Roma. 8. Prudentia carnis mors est. Possumus quoq; quartam prudentiam fatuam adiungere, quæ est illorum qui bene alijs cō sulere sciunt, sibijpsis autem minime. Tales dicit Albertus vbi supra esse similes campanæ, vel citharæ quæ dum alijs pulchrum sonum reddit seipsam consumit. Sunt etiam similes oculo cuncta videnti, & alijs ostendenti, sed seipsū nō aspicienti. Itē cādelę alios illumināti, seipsam vero cōsumēti. Et aquæ alios lauāti, seq; ipsam inficienti. Dicit ergo prædictus doctor quòd turpe est vt qui sibi cecus est, alijs de coloribus velit iudicare.

Ad prudentiā tria ope- Tertia consideratio de prudentia dicitur operationis. Secundum enim Augustinum in sermone ad hære. vt etiā inquit Tullius in 2. Rheto. Ad prudentiā pertinet tria operari. Primo præterita ad memoriam reducere. Secundo præsentia ordinare. Tertio futura prouidere, iuxta illud. Deute. 32. Gens absq; consilio est & prudentia, vtinam saperent, scilicet præterita, & intelligerent, scilicet præsentia, ac nouissima prouiderent. Et ideo prudentia depingi solet cum tribus capitibus, quorum vno respicit ante se, alio sursum, & altero post se. Primum igitur officium prudentiæ est reuocare ad memoriam præterita, quod nobis tripliciter est vtile. Primo ne superbiamus Et ad hoc facit quod refert Hiero. scilicet q̄ Romanis principibus de bello cum victoria redeuntibus magnus honor exhibebatur, qui triūphus dicebatur. De quo fit mentio in prohemio institutionū in principio. Totus enim populus victori revertenti cum lætitia magna occurrebat, omnes quoq; captiui ligati currum sequebantur, & ipse victor tunica Iouis indutus sedebat super currum ornatissimū quem trahebant quattuor equi albi, & sic cum gloria ducebatur ad capitolium. Sed nē his honoribus superbiret quidam vilissimus homo colaphizabat eum di. Cognosce te ipsum & noli superbire de tanto honore. Respice ad eos qui ante te fuerunt, & hominem te esse memento, scilicet moriturum. Secundo prodest reminisci præteritorum vt præsentia melius intelligamus, vnde iuristæ dicunt, propter hoc quòd qui in præterito fuit malus, etiam in præsenti talis præsumitur. l. si cui. §. hisdem. ff. de accu. Et econtra. Qui in prçterito fuit bonus etiam in præsenti talis præsumitur. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re. mili. Ideo Grego. volens commendare Maximum Episcopum dicit in c. mandata extra de præsum. Ex transacta vita tua didicimus quid de sequenti sua cōuersatione sentiamus. Tertio prodest talis memoria vt futuris prouideamus. Facta enim in præterito possunt extimari etiam debere fieri in futuro. c. scribā. extra de præsum. vnde Esopus, fabula. 50. inquit. Præteriti ratio scire futura facit. Imo etiam animalia irrationabilia ex præteritis actis præsumuntur similia debere agere in futuro.

rari spectat & est 3. cōsideratio de prudentia.

Præterita ad memoriā reuocare nobis tripliciter est vtile

Præteritorum memoria quid profit.

Præterita reminisci q̄ etiā vtilitatis afferat.

Insti.de rerum diui S.ceruos.ff de acqui. re.do.l. naturalem.§. ceruos vbi habetur ꝙ ceruus qui ex consuetudine solitus est ire ad siluas,& postea redire domum,pręsumitur quòd ita faciet in futurum. Recordentur ergo filij quid in parentes egerunt vicem per omnia recepturi, vt inquit Hiero.in lib. de honorandis parentibus. Et certe de filio percutiente patrē potest dici illud quod habetur in.l.nemo C.de epis.audi.ꝙ semper fecit semper expectet, vnde legitur ꝙ in ciuitate Mediolani quidam patrē interfecit, qui postea a proprio filio est interfectus, & ille postea a filio suo, & sic in multos grad⁹ peruenit hoc factum. Tandem vltimus videns se patrem interfecisse noluit vxorē ducere ne & ipse interficeretᷓ, & sic domus illa ad nihilum deuenit. Cōtrarium vere exemplum de recordatione bonorū præteritorum,& exhibitione similiū habetur in annalibus Romanorum de Nerua Imperatore, qui cum omnibus etiam popularibus adeo se familiarē exhiberet, vt non Imperator sed amicus cum amico videretur.Interrogatus quare sic faceret, respondit quia aliquando homo priuatus fui & tunc optabam mihi imperatores familiares esse. Nunc ergo cum sim imperator volo talis esse subiectis, quales ego existens subiectus optabam erga me esse imperatores. De hac quoq; recordatione præteritorū loquens Arist. in 6. Ethic.dicit.Necesse est plurimorum præteritorum habere memoriam, & videre quid in eis acciderit vt in pluribus. Et ex his conuici poterit a prudente, quod accidere debeat in futuro. Qua ex re Mathathias Machabeus confortabat filios dicens.Filij estote æmulatores legis,& mementote operum patrum nostrorū quæ fecerunt in generationibus suis, & accipietis gloriam,& nomen æternum.1.Machabeorū 2. Similiter Iudas Machabeus videns valida castra inimicorum contra quos pugnare debebat, potestas patrum victorias ad memoriam socijs reduxit dicēs. Memētote quomodo salui facti sunt patres nostri in mari rubro,cum sequeretur eos Pharao cum exercitu multo. Et sic animauit eos.1.Machabeorum.4.

Secundū ad prudētiam

SEcundum officium prudentiæ secundū Tulium vbi supra est ordinare præsentia,& discernere, & sic habet discretionē *Spectans est præsentia ordinare.* quæ est mater omnium virtutum.c.1.de officio custo & c. præsentium.1.q.5. & in Cle.2.§.verum quia de sen.& re iudi.Per discretionem autem separat homo & discernit iustum ab iniusto,& licitum ab illicito.ff. de iusti.& iu.l.1. Per hanc discernit inter bonum & malum, bonum tenendo & malum fugiendo. 1. ad Thi. 4. Per hanc discernit inter maius bonum & minus, vt maius eligatur & præferatur minori,& publicum priuato.C. de procu.l. exigendi. Et.ff. de furtis.l. si seruus communis.§.ꝙ vero. Item per hanc discernit inter maius,& minus malum, vt de duobus malis minus incurratur.l.absentem primo responso.ff. de pe.&.l. ita vulneratus,in fine.ff ad legem aqui.& 22.q.4. c. non solū & c.1.13.di.& l.1.§. 1.ff. de ven. in pos.mittē.& l.quotiens la quarta.ff.de reg.iur. Per hanc insuper discernit quid sequendum,& quod fugiendum sit. Vnde August.in sermone ad hære.ait. Prudētia tibi est necessaria, quia docet quid fugiendum sit,& quid sequendum.Docet enim vt non superbias de rebus transitorijs cum sint caducæ,sed ea quæ possides tanquam aliena possidere auertas. Docet etiam vt ea quæ non potes perpetuo retinere,fructuose permittas abire. Docet quoq; vt in cunctis idem sis tam in prosperis quā in aduersis, sicut manus quæ eadem est cum in palma extenditur & cū in pugnum restringitur. Prudentia etiā docet de quomodo repræhensibilis sit nimia laudatio, & immoderata vituperatio. Illam quidem adulationem, & istā suspectam malignitatem. Prudētia quoque testimonium veritati non amicitiæ reddit. Prudentia cum discretione promittit, promissum accelerat, & amplius quam promiserat præstat. O beatus, & fęlix qui prudens in omnibus inueuitur. Nam si cuncta quæ habet amittit clamat. Omnia mea mecum sunt, scilicet virtutes. Cum enim prudens in seipso contentus sit,omnia secum habens in omnibus sufficiens est,hæc ille. Per prudentiam quoq; discernit homo inter verum, & falsum, dum prudens cognoscit naturam cauillationis, de qua in l.natura cauillationis. ff. de regu. iur. per hanc etiam discernit inter rectitudinem,& simula-

mulationem ac deceptionem, ita vt non possit fraudari. Vnde inquit auctor libri de formula honestæ vitæ c.2. Prudens fallere non vult, & falli non potest. Debet.n. quisq; facere pro posse ne fallat alium, nec ipse fallatur.l. fi. C. de ponderatione auri.lib.10. Habeat ergo prudens astutiã serpentinam ne decipiatur, & simplicitatem columbinam ne decipiat.c. si cupis. 16.q.1.sicut præcepit dominus Matth. 10. dicens estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Vt enim ait Augu.in sermone ad hære. Simplicitas sine prudentia stultitia reputatur. Astutia vero sine simplicitate superbia appellatur, & ideo nec simplicitas debet esse sine prudentia, nec prudentia sine simplicitate. Albertus vero vbi supra in capitulo de prudentia dicit, quòd sicut serpens pro conseruatione capitis totum corpus exponit, & dum incantari vult vnam aurem terræ infigit, & aliam caudæ immissione claudit, & sic vocem incantantis effugit. Sic nos pro capite nostro Christo debemus vitã exponere, & pro salute animæ corpus. Et ne audeamus vocé diaboli incantantis, & mala suggerentis aurem terræ debemus infigere.i. nostrã miseriã cõsiderare iuxta illud Gen 3. Memento homo q cinis es, & in cinere reuerteris. Hoc autem faciebat Archalada Rex Siciliæ, qui natus fuerat ex patre figulo paupere, vnde semper vtebatur vasis fictilibus, & non aureis, vel argenteis, vt in humilitate persisteret suæ primæ conditionis non oblitus. Aliam vero aurem debemus cauda concludere. Quia.n.cauda est pars vltima corporis, per eam significatur mors quæ est finis hominis, quam debemus præmeditari & semper ante oculos cordis habere. Dicebat.n. Plato. Omnium sapientium vitam meditationem esse mortis, hæc ille. Nos vero aliam serpentis astutiam siue prudentiam addere possumus.s. q quãdo senescit & prurigine corpus suum grauari sentit, ad angustum foramen alicuius petræ vadens per illud transit, & ibi pellem veteré omnino relinquit, & sic renouatur, & sanat. Petra autem est Christus cuius foramina sunt ipsius pluria vulnera. Cum ergo veterem pellé.i. nostrã præteritã conuersationem corruptam, & abhominabilem deponere volumus, deuota contemplatione & recordatione passionis Christi per illa foramina transeamus. Ipse.n.ait illud Exod.33. Ponam te in foramine petræ & protegam te dextera mea.

Tertium prudentiæ officium est futura prouidere secundum Tullium vbi supra. De quibus omnibus inquit Seneca in libro de quattuor virtutibus. Si prudens est animus tuus tribus temporibus dispensetur, præterita recordare, præsentia ordina futura prouide. Sciendum tamen q prouidere futura per viã scientiæ non possumus.ff.de iudi.l.sed & si restituatur.§. fi. Futura enim præscire solius Dei est.26.q.5.in principio. prouidere autem futura per viam prudentiæ summa virtus est, quæ habetur ex memoria præteritorum & intelligentia præsentium. De qua Terentius, in adelphis. c. 11. ait. Illud est sapere non quod ante pedes modo est videre, sed illa quæ futura sunt prospicere. Et Tullius in arte veteri. lib. 2. inquit. Prouidentia est per quam futurorum aliqiud videtur ante q fiat. Et Seneca epistolarum libro.15.epistola.4. dicit. Nihil nobis improuisi esse debet, & idem libro. 17. Epistola. 3. ait. Quodcunq; læsurum est multo antequã accidat speculare, & aduerte. Vt enim dicebat serapion. Vanum est consilium consumata lite. Boetius quoq; libro.2.de consolatione, inquit. Neq; enim quod ante oculos situm est sufficit intueri rerum exitus prudentia metitur. Et Gregorius in pastorali.c.57.dicit. Dum contra ictũ quisq; paratior redditur, hostis qui se inopinatum credit eo ipso q præuisus est eneruatur, hæc ille. Sicut autem galea militis caput defendit ab ictibus, sic prudentia rationem quæ caput est animæ bene dirigit, & cauet ne a militia vulneretur.

3. Ad prudentiæ spectans futura prouidere.

Debemus ergo facere sicut leo qui dũ per viam incedit, ne a venatoribus inueniri possit sua vestigia cauda destruit. Quod exponens Albertus vbi supra ait. Qui sunt venatores nisi dæmones? Quid est cauda vestigia transacta delere? nisi factis posterioribus priora destruere? Henricij quoq; astutiã imitandam prædictus doctor adducit, qui dum quicquã contrarium sibi sentit, se in globum

Leoné, hericiũ, & columbã imitari debemus.

bum conuertit, & tanta se fortitudine constringit vt saluo corio aperiri vix possit, ipsisque aduersarijs suas spinas opponit. Item ponit exemplum de columba quæ residet iuxta aquas, & semper est suspecta, nec vnquã secura est nisi in foraminibus petræ. Sic vir prudens vbique timere debet, & iuxta aquas lachrymarum residere, Christiq; auxilium implorare, ac in eius vulneribus versari, & de eis meditari, iuxta illud. Canticorum secundo vbi inuitat dominus di. Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.

Ad prudentiã etiã spectat alijs prodesse.

DIcit etiam Albertus vbi supra quòd officium prudentiæ est non solum sibi, sed etiam alijs præcauere & prodesse, iuxta illud. Prouer. 14. Prudens indoctos quosque erudiet. Vnde dat exemplum aquilæ, quæ vt possit ab omnibus venenosis defendere filios, preciosum quendam lapidem inuenit, quem in nido cum filijs ponit, omnemque venenositatem ab eis excludit. Sic ergo quilibet prudens paterfamilias debet lapidẽ charitatis inter filios ponere, quos si viderit a via veritatis declinare, & a virtutibus degenerare, debet a se remouere. Nam & aquila cuius naturæ est solem in eius rota respicere, & in eo visu plurimum delectari, volens filios cognoscere, verum sint nobiles, vel forte degeneres, eos vngue capit & contra solem exponit & vt in solem respiciant rostro cogit. Quem ergo absque lachrymatione solem respicere viderit, ipsum tanquam suæ naturæ participem in nido reponit, & sollicite eum pascit, sed cuius oculum lachrymari conspexit, illum tanquam degenerem & a sua natura extraneum abijcit, & non pascit. Refert etiam ibidem de astutia herinaui in pascendis filijs qui virem siue pomum ascendit, vuasque seu poma deijcit, super quibus postea se inuoluit, vt suis piniculis infigantur, & sic escam deferat filijs. Est quoque prudentiæ officium noxia præcauere. Debent enim prudentes esse sicut illi de quibus glosa in.l. papinia.§. sed nec.ff. de inoffi. te. ait quòd habent mantellum ad omnem ventum. De hac autem prudentia precauendi noxia dat Albertus vbi supra exemplum dicens de mugine pisce, quòd dum retia piscatorum præsentit, mox retro reddit, & supra aquam virtute magna se eleuans retia transilit, quasi volans. Quid est ergo, o homo quod tu diabolica retia effugere nescis, qui omnibus piscibus dominaris? hæc ille.

ADdens quod ad prudẽtiam etiam spectat aduersarij potentiam astute superare. Iterum dicit, Albertus quòd ad prudentiam pertinet contra ægritudines quærere remedia. Nam est quædam species lactucæ, cuius succum accipitres scalpendo extrahunt & ex eo succo sibi oculos liniunt, & sic a se cecitatem expellunt quam senescentes incurrunt. Stellio quoque quædam bestiola tergo depicta lucens quasi stella, tota hieme quasi dormit & in obscuro quiescit, propter quod cęcitatem incurrit. Sed dum tempus congruũ aduenit, locum quærit vnde solem orientem respicere possit. In quem dum respicit desiccatur humor qui creuerat in oculis, & sic lumen pristinum recipit. Serpens quoq; & vrsus dum ex longo somno hebetantur in visu medicinam sciunt quærere qua sanantur. Subdit insuper præfatus doctor quòd officium prudentiæ est necessaria sibi pro futuro tempore prouidere exemplo formicæ de qua inquit Salomon. Prouer. 6. Vade ad formicam o piger, & considera vias eius & disce sapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat in hieme, hæc ille. Sic ergo & nos bonorum operum fructus in æstate vitæ præsentis congregare debemus, quibus in hieme futuræ vitę in qua amplius tempus metendi non erit, viuere valeamus. Ex prædictis autem omnibus potest colligi quòd prudentia bene ordinat hominem quo ad seipsum, & quo ad Deum, ac quo ad proximum, cuius virtutis defectu vt legitur in vitis patrum quàm plures qui erant de numero sanctorum patrum, & multis virtutibus florere videbantur a sanctitatis tramite deuiauerunt, & male finierunt. Pro conclusione autem huius sermonis

vltra

vltra ea quæ ad prudentiam nos incitant ex documento naturæ, dico quòd debemus eam arte acquirere. Ait enim Aristotel. in libro de animalibus quòd natura quæ cunctis animalibus arma contulit, homini illa negauit vt sibi per artem acquireret tanquam animal prudens quod natura non daret. Et ideo Demosthenes philosophus vsque ad canos prudentiam quæsiuit. Et cum iam centum, & septem annorum esset & moreretur, se solum de hoc dolere dixit, quia tunc addiscere incipiebat. Plato quoque octuaginta & vno anno viuens, nec ab inquirendo, nec a scribendo cessauit. Socrates etiam nonaginta nouem annis quibus vixit semper scripsit & docuit, ita quòd nec in carcere a disputatione cessauit. Cato censorinus vir sapiens, in senectute litteras græcas discere non erubuit, quæ omnia testatur Albertus vbi supra, & ad hoc propositum adducit. Quibus exemplis patet quod quilibet ad acquirendam prudentiam debet insistere. Ad quod hortatur nos Salomon. Prouer. secundo dicés. Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam, & dominus dabit tibi sapiẽtiam, qua scilicet eius gratiam consequeris in præsenti seculo & gloriam in futuro. Amen.

✠

DOMINICA

DOMINICA IN RAMIS PALMARVM

DE SVPERBIAE, DETESTATIONE, FILIATIONE, ET DE EIVS OPPOSITIONE, SCILICET, HVMILITATE.

SERMO NONVS.

HVmiliauit ſemetipsũ ad Philip.2. & in epiſtola oceurrentis Dominicæ. Sicut ſuperbia facit hominẽ Deo rebellere, vt ſcribitur Eccle.10. vbi dicitur. Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare a Deo, quoniam ab eo qui fecit illum receſſit cor eius. Ita humilitas facit hominem Deo ſubditum, & obedientem, ac quęrentem in omnibus non gloriam propriam, ſed diuinum honorem, iuxta illud. Eccle. 3. Magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur. Cum ergo humilitas honoret Deum, merito honoratur a Deo, vnde inquit domiuus. 1. Reg. 2. Quicũq; honorificauerit me glorificabo eum, qui autem contemnunt me erunt ignobiles. Sicut ergo ſuperbia Deo & hominibus odibilis eſt, vt dicitur Eccle. 10. ita humilitas eſt grata. Ait enim Hiero. in quadã epiſtola. Nihil eſt quòd hominibus nos ita gratos, ac Deo faciat, quam in vitæ merito magni humilitate ſimus infimi. Propterea in Pſal. 137. dicitur Excelſus dominus humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit. Reſpicere autem ſecundũ vguitionẽ & alios grammaticos eſt retro, vel iterum aſpicere. Et quia rem multum dilectam ſolemus iterum, & frequenter inſpicere, hinc eſt quòd in ſacra ſcriptura ſolet dici quòd Deus reſpicit cum multũ diligit. Vnde Gen. 4. dicitẽ Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius, ad Caim aũt & ad munera eius non reſpexit. A longe vero cognoſcere in ſacra ſcriptura idẽ eſt qđ reprobare. Solemus.n. rẽ nobis deſpectã a nobis elongare. Hinc eſt ꝙ aliquid dr̃ elongari a Deo cum illud reprobat & condemnat. Vnde Pſal. 72. inquit Dauid loquens Deo. Ecce qui elongant ſe a te peribuntur. Et Prouer. 15. ait Salomon. Longe eſt dominus ab impijs. Humilia ergo dominus reſpicit, ideſt amat, approbat & magnificat. Alta vero, ideſt ſuperbia a longe cognoſcit, ideſt reprobat, & condemnat. Nam quod hominibus eſt altum abhominatio eſt apud Deum, vt inquit ſaluator. Luc. 16. qui etiam ait Mat. 23. & Luc. 8 Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & omnis qui ſe humiliat exaltabitur. Beata quoq; virgo Maria. Luc. 1. cecinit di. Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles. Quapropter vt ad fugiendam ſuperbiam, & ſequendam humilitatem Donini noſtri Ieſu Chriſti, & matris eius animemur, tres in præſenti ſermone conſiderationes faciemus. Prima dicetur deteſtationis. Secunda filiationis. Tertia vero oppoſitionis.

PARS PRIMA de superbiæ detestatione.

SVperbiã diffinit. Aug.4 de ciui. Dei. c.15.di. Superbia est peruersę celsitudinis appetitus. Et idem lib.2. cõtra Manicheum inquit. Quid est superbia nisi deserto secreto consciẽ foris velle videri quod non est? Et in lib. de innocentia iterum dicit. Superbia est inordinatus amor propriæ excellentiæ. Quæ diffinitio transumptiue ponitur a magistro in 2.sen.di.42. Cui concordat Ber. in quodã sermone di. Superbia est propriæ excellentię appetitus. Beatus vero Tho.2.2.q. 162. eam diffinit di. Superbia est quædã extollentia p quã quis se extollit supra id ꝙ est ei præfixũ a diuina regula. Contra illud quod dr̃.2.ad Cor. 10. Nos non immensum gloriamur, sed secundũ mensurã regulę quam mẽsus est nobis Deus. Alij aũt sic eam diffiniunt. Superbia est proprię cõditionis ꝑsumptuosa extimatio, vt refert beatus Frater Michael de Carchano in primo quadragesimali de peccato sermone.36.parte 2. Est autẽ sciẽdum ꝙ superbia est quoddam triuiũ, eo quod habet tres vias, prima est in affectu secunda in intellectu, & tertia in actu. Prima q̃ est in affectu consistit in appetitu excellentiæ, & ista ortum habuit in cęlo, qñ Lucifer voluit dñari, & vsq; ad cęli altitudinẽ exaltari dicens illud Isa.14. In cęlum cõscendã, & super astra cęli exaltabo solium meũ, &c. Et quia superbia est orta in cęlo ideo sæpe viros spũales, & celestes inuadit sicut inuasit Apostolos. Luc.9. vbi dr̃. Intrauit autẽ cogitatio in eos quis eorũ esset maior. Item qñ Iacobus, & Ioannes quærebant sedere vnus ad dexterã & alius ad sinistram Christi in regno eius. Matth.20.& Mar.10. Secunda superbia est in intellectu, & consistit in appetitu vanæ & mundanæ sciæ, & ista ortum habuit in paradiso terrestri, qñ primi parentes voluerunt hr̃e sciam Dei. Gen.3. vbi dixit eis diabolus. Eritis sicut dij scientes bonũ & malum. Ista autẽ superbia multos inuadit, quia multi sunt sup̃bi in suo sensu. Et ideo dr̃. Isa.4. Veh qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudentes. &c. Tertia superbia est in actu quæ consistit in irrogatione iniuriæ & ista est sparsa per totum mundum, quia superbi & potentes opprimunt, & sequuntur bonos, & humiles, iuxta illud. Abacuch. 1. Impius præualet aduersus iustum &c. Vñ Sapien.2. dicunt superbi peccatores. Opprimamus pauperem iustum &c. Sed nũc videamus ad quos fines istæ viæ perducunt. Prima via superbię perducit ad profunditatem infimam, vñ dictum fuit Lucifero. Ad infernum detraheris in profundum laci, Isa.14. Secũda vero ducit ad æternã ignorantiã iuxta illud Eccle.9. Nec ratio nec sapientia erit apud inferos quo tu ꝑperas. Tertia vero ducit ad æternam cruciationem. Mali.n. prosequuntur bonos aliqñ in persona vsq; ad sanguinem, & isti sanguine iræ Dei inebriabũtur iuxta illud Apoc. 8. Sanguinem sanctorũ, & ꝓphetarum effuderunt, & sanguinem dedisti eis bibere, vt digni sunt, & 14. eiusdem libri.c. dr̃. Hic bibet de sanguine iræ Dei. Legit̃ ꝙ Thomiris Regina, capùt Ciri regis in vtrem sanguine plenum misit di. Satiare sanguine quem sitisti. Aliqñ vero persequuntur bonos in terrena substantia & isti in ventre scindentur, & in auro liquefacto concremabunt̃, iuxta illud Iob.20. Diuitias quas deuorauit euomet, & de vẽtre illius extrahet eas Deus. Legit̃ ꝙ Nero Imperator qui fuit alienarum rerum raptor, visus est apud inferos balneare se in auro liquefacto, & cum vidisset cuneos aduocatorum dixit eis. Venite ad me venale genus hoĩum, & mecũ balneamini quia vobis optimã partem reseruaui. Aliqñ aũt persequuntur bonos in fama eis falsa crimina imponendo, & talibus oĩa sua crimina in collo ponent̃, & ab oĩbus cognoscent̃, iuxta illud Tren. 1. Vigilauit iugum iniquitatum mearũ, & in manu dñi conuolutæ sunt, & impositæ collo meo, & Naum.3. ait Deus superbo. Reuelabo pudẽda tua in facie tua & oñdam cunctis gentibus nuditatẽ tuã, & cunctis regnis nuditatẽ tuã, &c. Quantum vero sit detestabile hoc maledictum superbiæ vitium declaratur rationibus, auctoritatibus & exemplis. Prima ratio dicitur auersionis. Tanto.n. peccatum est grauius & magis detestabile, quanto magis hominem auertit a Deo, quia hæc est principalis malignitas peccati auertere

Superbia habet tres vias, & ad quos fines ducunt.

Rationibus superbia detestatur.

tere a Deo secundum sniam Augu. in lib. de libero arbitrio. Sed peccatum superbię magis auertit a Deo, quia in alijs peccatis homo auertit a Deo, vel ppter ignorantiam, vel ppter infirmitatem, seu pp fragilitatem aquā, vel pp concupiscentiā alterius boni, per superbiam autem auertitur a Deo, ex eo ꝙ nō vult subijci Deo nec eius praeceptis, vt declarat Alex. de Ales in 2. parte summae in tractatu de superbia Et b. Tho. vbi supra. Ergo superbia est grauissimum peccatum. Ideo super illud Psal. Emundabor a delicto maximo inqt glo. hoc est a peccato supbiae.

2. Ratio superbiā detestans. SEcunda ratio dr̄ operationis. Illud enim ꝙ oībus peccatis grauitatem imponit est grauius, per illā regulā positā in 1. Posterio & 3. Topi. ppter vnumquodq; tale, & illud magis. Si. n. participantia cum igne sunt calida, ergo ignis maxime calidus erit. Sed superbia aggrauat peccatū, quia tanto vnumquodq; peccatū est grauius, quanto factum fuerit cū maiori superbia & contemptu, Ergo &c.

3. Ratio. TErtia ratio dr̄ originationis. Illud.n. quod est origo omnium peccatorum & causa eorum est maximum oīum, per illā regulā philosophi in 2. Metha. Quod est causa aliorū vt sint talia, illud est maxime tale, sed superbia, est origo oīum peccatorū. Scriptum est. n. Eccle 10. Initium oīs peccati est superbia, qui tenuerit eam replebitur maledictis, & subuertet eum in finem. Ergo est grauissimū peccatum. Et hoc est quod inquit gl. super illud. Psal. Superbi inique agebant vsquequaq; di. Maximum peccatū in hoie est superbia, quia inde manauit nostri delicti origo. Ea propter S. Tob. dicebat filio suo, sui libri c. 4. Superbiā nūq̄ in tuo sensu, aut in tuo verbo dnari permittas, qa in ipsa initium sumpsit oīum perditio.

4. Ratio. QVarta ratio dr̄ pmissionis, sic arguendo Apud Deum & mundū permittitur minus malū vt euitet & extirpetur maximum, vt colligi pōt ex snia Aristo. in 3. Topi. Vn̄ sapiens medicus in remedium maioris morbi patitur infirmum incidere in minorem & leuiorem morbū. Deus quoq; in veteri testamento permisit libellum repudij dari vt euitaretur vxoricidium, & leges humanę supportāt postribulū vt euitet̄ adulteriū. Quia peccat praedicta grauiora sunt. Sed in remedium peccati superbiae permittit Deus hoiem irrueret in peccata grauia & turpia, vt inquit Greg. in moralibus. Vn̄ Augu. 14. de ciui. Dei. c. 13. dicit. Audeo dicere superbis esse vtile cadere in aliquod apertum manifestumq; peccatum, vn̄ sibi displiceant qui iā sibi placendo ceciderant. Et Isido. in lib. de summo bono ait. Qui detinetur superbia & non sentit labitur in carnis luxuriā vt per hanc humiliatus confusione exurgat. Ergo concludendū est superbiae vitiū esse grauissimū.

QVinta rō dr̄ oppositionis. Illud est grauissimum peccatū quod maxime se opponit Deo. Sed superbia est huiusmodi, dicente Greg. in moralibus. Qd̄ cum oīa vitia fugiant a Deo, sola superbia opponit se illi. Sicut fecerunt ex Noe descendentes qui voluerunt turri erigere pertingētem vsq; ad cęlum vt dr̄ Gen. 11. Vt si forte iterum Deus mitteret diluuium possent ab eo se defendere, & nō submergi, ac possent cum Deo pugnare. Sed Deus illorum superbiā confudit per diuersitatem linguarum, ita vt se mutuo non intelligerent, & ab ędificanda turri cessarent. Ex quibus patet grauitas superbiae q̄ contra Deum insurgit. Et ideo de superbo dī Iob. 15. Tetēdit aduersus Deū manum suā, & cōtra oīpotentē roboratus est, cucurrit aduersus eum extento collo & pingui ceruice armatus est. Quia aūt superbus est Deo contrarius non potest esse sibijpsi pacificus, iuxta illud Iob. 9. Quis resistit ei & pacem habuit? quasi dicat, nullus. 5. Ratio superbiā detestans.

SExta rō dr̄ offensionis. Nullū est. n. peccatū ꝙ ita offendat diuinā maiestatem sicut supbia, p quā vult hō equari Deo, dū affectat praeesse, & nulli subesse, quod est proprium Dei. De quo inquit Augu. in speculo. c. 18. Deus est supra quē nihil, sine quo nihil, sub quo totum, cum quo totum, in quo totum a quo omnia, per quem oīa, & in quo oīa. Supbus aūt hāc pēminentiā desiderat, affectans oēs alios pire. Et ideo maxime Deo iniuriat̄, vsurpare volens eius pprietatem. Et hoc est qd̄ scriptū est. 2 ad Thessa. 2. Qui extollīt se p omne qd̄ dr̄ Deus. Qd̄ licet principaliter intelligatur de Antechristo pōt etiā intelligi de quolibet superbo, vn̄ super 6. Ratio.

illa

illa verba inquit Ber. Oĩs superbus extollitur supra Deum vult.n. Deus fieri voluntatem suam, vult & superbus suã fieri. Iã videtur ęqualitas, sed vide male congruam ꝓportionem. Deus.n.in his quæ ratio approbat suam vult fieri voluntatẽ superbus vero cum ratione, & contra rationem, hæc ille.

7. Ratio. SEptima ratio dr̃ subiectionis.s. diabolicę. Superbia.n. hoiem speciali seruitute diabolo subditum facit, quia vt dr̃ Iob. 41. c. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Octaua rõ dr̃ destructionis.s. oium virtutũ & grarum. Vñ Greg. in quodam sermone ait. Sicut humilitas oĩa vitia extirpat, omnesq; virtutes colligit, & roborat, sic superbia omnes virtutes destruit & eneruat, hæc ille. Sicut ergo quędã aues nõ valentes comedere nucleũ nucũ donec est inclusum cortice, nec ostreas marinas q̃diu in conchis, & testis suis latent, in alto eas eleuant, & deijcientes ad ima sup durũ lapidem frãgunt, & postea deuorant. Sic dęmones nõ valentes grãs ac virtutes hoĩs deuorare donec latitant sub cortice ac testa humilitatis, in altum eũ per superbiã eleuare cõtendunt, vt in ꝓfundũ inferni proijciãt & frangant. Iõ dicebat Iob in persona superboɼũ sui libri.c.30. Eleuasti me & quasi supra ventum ponens allisisti me valide. Hanc aũt rõnem tangens Isido. in lib. de virtutibus dicit. Sicut superbia est origo & radix oĩum criminũ, ita est ruina oĩũ virtutũ.

8. Ratio.

9. Ratio cõtra superbiam. NOna rõ dr̃ iniuriationis. Superbia.n. nocet & iniuriat ꝓximo, iuxta illud Psal. 19. Dũ superbit impius incenditur pauper. Vñ inquit Dauid Psal. 118. Confundantur superbi qa iniuste iniqtatem fecerunt in me. Solent.n. superbi ꝓximos contemnere & coangustare. Scriptũ est.n. Prouer. 11. Vbi fuerit superbia ibi erit, & cõtumelia Et 22. eiusdem libri.c. dr̃. Arma & gladij in via superbi. Et 14.c. Qui se iactat, & dilatat iurgia cõcitat. Iõ inqnit Innocentius in lib. de vtilitate conditionis humanę. Ambitiosus statim vt est ad honorem ꝓmotus in superbiam extollitur, in iactantiam effrenatur. Non cũrat prodesse, sed gloriatur pręesse, præsumit se meliorem, quia cernit se superiorem, priores dedignatur amicos, notos ignorat, externos comites cõtemnit antiquos vultum auertit, ceruicem erigit, fastum ostẽdit, grandia loquitur, sublima meditatur, subesse nõ patitur, præesse molitur, subditis onerosus, oĩbus infestus, ꝓceps, molestus, arrogans, grauis & importunus, hæc ille. Multipliciter ergo molestat superbus proximum suum, maxime verbis contumeliosis, scriptum est.n. Eccle. 31. Sicut eructant præcordia fętentium, sic & cor superborum. Nã sicut stomacus ventositate, inflatus eructare solet, sic & homo superbia plenus vẽtosa verba emittit, & cum proximis litigat. Scriptum est etiã Proue. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Ideo. 14. moralium Greg. inquit. Cunctis namq; superbia apud se cogitatione tumentibus inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, inhonestas in actione, erectio in incessu, rãcor in rñsione, horum mens semper est ad irrogandas contumelias valida, ad tollerandum infirma, ad obediendum pigra, ad lacessendum alios importuna, hæc ille. interioris fumi, & ignis. Et sicut signum. Sicut ergo fumus supra domum est signũ vini, vel alterius rei venalis facit bonam iuris præsumptionem ꝙ talia sint venalia. C. de emp & ven. l. nec emere, vbi lex pręsumit ꝙ vbi est signum ibi sit & signatum. Ita signa superbiæ exterioris indicant esse in hoĩe superbiam interiorem, q̃ non faciliter põt occultari sed ad exteriora signa prorumpit, vñ in persona superbi dr̃. Iob 32. Plenus sum sermonibus & coartat me spiritus ventris mei, venter meus quasi mustum absq; spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit.

DEcima ratio demonstrans detestationem superbiæ dicitur abhominationis. Valde enim abhominatur eam Deus tanq̃ rem fętidissimam. Vnde Ioelis.2. scriptum est. Ascendet fętor eius, ascendet putredo eius quia superbæ egit, & Amos.6. inquit dñs. Detestor ego superbiam Iacob & domus eius odi. & Iudith. 9. dicitur Deo. Superbi non placuerunt tibi ab initio, & Prouer. 8 Arrogantiam & superbiam ego detestor ait dñs. Et.16. eiusdem libri.c. Abhominatio domini est omnis arrogans. 10. Ratio.

VNdecima ratio appellatur expulsionis.s.a regno cęlesti. Inquit n Deus 11. Ratio.

per Psal. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiã, & Ideo beata virgo cecinit Lucæ. 1. Dispersit superbos mente cordis sui.

12. Ratio. DVodecima rõ dr̃ punitionis, valde. n. punit Deus superbos, vñ Deut. 17. dr̃ Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio morietur, & Numeri. 15. Aĩa q̃ cõmiserit aliqd p superbiã, peribit de populo suo. Et Psal. 3. inquit Dauid. Retribuet abundanter facietibus superbiã, & Prouc. 15. Domos superborũ demolietr̃ dñs. & Eccle. 10. Sedes ducũ superborum destruit Deus, & radices gentiũ superbarũ arefecit, & perdidit memoriã eorũ, & 21. eiusdẽ lib. c. Substantia superbi eradicabit, & Malach. 3. Erũt oẽs superbi sicut stipula. & inflãmabit eos dies veniens dicit dñs exercituum, & non relinquet eis radicem nec germem.

Sacræ scripturæ auctoritatib⁹ superbia detestatur. SEcundo probat detestandã esse superbiã auctoritatibus. Et primo sacræ scripturæ. Nã Psal. 17. inqt Dauid Deo. Oculos superborũ humiliabis, & 88. Tu humiliasti sicut vulneratũ superbum. & 93. Redde retributionẽ superbis, & Iob. 2. Si ascenderit vsq; ad cęlos superbia eius & caput eius nubes tetigerit quasi sterquilinnũ in fine perdet, & 35. eiusdem libri c. Clamabũt & nõ exaudiet pp superbiam malignorũ, & 4. c. dr̃. Disperge superbos in furore tuo, & respiciens oẽm arrogantem humilia, respice cunctos superbos & cõfunde eos Er Prouer 16. Melius est humiliari cum mitibus, q̃ diuidere spolia cũ superbis Et Eccle. 3. Sinagogę superborũ nõ erit sanitas & 11. Sicut capra in laqueũ sic & cor superborum & 27. Effusio sanguinis in rixa superborum, & maledictio eorum auditus grauis. Et Psal. 58. Cõprehendantur in superbia sua, & 81. Superbia eorũ q̃ te oderũt ascendit semper. Et 100. Superbo oculo, & insatiabili corde cum hoc nõ edebã, & iterũ. Prouer. 14. ait Salomon. In ore stulti iurgia superbiæ, & 21. eiusdẽ libri c. Superbus & arrogãs vocatur indoctus, quia in ira operatur superbiã. Et Sapien. 5. dicunt dãnati. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Et iterum. Isa. 5. scriptum est. Dies dñi exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem humiliabitur, & oculi sublimium deprimentur & 10. eiusdem libri c. Excelsi statura succident, & sublimes humiliabuntur, & 13. Requiescere faciam superbiam infidelium, & arrogãtiam fortium humiliabo, & 23. Dñs exercituum cogitauit vt detraheret superbiam oĩs gloriæ, & ad ignominiam duceret oẽs inclytos terræ & 28. Veh coronæ superbię, quia pedibus conculcabit, & 37. Superbia tua ascẽdit in aures meas ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labijs tuis. & Ezech. 31. Eleuatũ est cor eius in altitudine sua, & tunc tradidi eum in manus fortissimi, & Abdię. 1. Si exaltatus fueris vt aliquila & inter sidera posueris nidum tuum, inde detrahã te dicit dñs, & 2. Macha. 7. Tu vero iustas pœnas Dei iudicio superbiæ tuæ exolues & Matth. 18 Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regno cęlorum, & Iacobi. 4. Superbis Deus resistit humilibus aũt dat grãm suã. Vñ dicebat beatus Frater nr̃ Egidius socius B. Francisci, q̃ sicut rex magnus volens mittere dilectã filiã suã ad maritum non ponit eam super equum indomitum, & calcitrosum, sed super mansuetũ, ita De⁹ non ponit gratiã suam super superbum, & arrogantem, sed super humilem. Non est aũt mirum si Deus ita impugnat superbiam, quia ipse eam non fecit, sed diabolus eam adinuenit. Vnde dicitur. Eccle. 10. Non est concreata hominibus superbia. Et ideo sicut dæmones abhominatur propter superbiam, ita superbos homines abhorret Deus iuxta illud. Eccle. 16. Execratus est illos propter superbiã eorum.

AVctoritate quoq; sanctorum doctorum detestatur superbia. Inquit eñ Greg. 31 mora. Radix cuncti mali, & regina omnium viriorũ superbia est. Et Augustinus in epistola ad quendam comitẽ dicit. Superbia ex Angelis dæmones facit, & vt euidenter ostendat. Ipsa est peccatorũ oĩum initium, finis, & causa, quoniam non solum est peccatum ipsa superbia, sed nullum peccatum esse potuit aut poterit sine illa, hæc August. Auctoritate quoq; canonica detestatur superbia. Scriptum est enim in c. sicut is. 1. q. 6. Qui nitit ad altiora cõscendere qd aliud agit *Sanctorum quoq; auctoritatib⁹ supbia detestatur.*

agit

agit nisi vt crescendo decrescat, & ascendendo exterius interius in profundum descendatur? Et 40.di.c.multi. dr. Vnusquisq; quærat non quo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur, quoniam non qui maior fuerit in honore ille est iustior, sed qui fuerit iustior ille est maior.

Ciuili quoq; auctoritate, a philosophorũ, & poetarũ, hoc idem declaratur.

CIuili etiam auctoritate idẽ declarat. Nã.C.de priuatis carce.l.1. inquit imperator. Iubemus viris clarissimis prouinciarum rectoribus dare operam semper vt nephandissimorum hoium arrogantia modis oĩbus cõprimat. Philosophi quoq; superbiã detestant, vñ Tullius in primo de officijs, ait. Etiam in rebus prosperis & ad voluntatẽ nostrã fluentibus, superbia magnopere atq; arrogantia fugiẽda est. Pithagoras aũt dicebat, vt legitur in vitis philosophorũ. Liber nõ est quem superbus inflat animus. Et Plautus in aularia inquit. Res nimiũ singularis est homo parem ferre nõ valens, minores nãq; despicimus, maioribus inuidemus, ab æqualibus dissentimus. Poetæ etiam superbiam detestandã ostẽdunt, vnde. Prudentius in lib. de cõflictu vitiorum & virtutum dicit.

Desine grande loqui, frangit Deus omne superbum.
Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur.
Disce supercilium deponere, disce cauere.
Ante pedes foueam quisquis sublime minaris.
Peruulgata viget nostri sentẽtia Christi.
Scandere celsa humiles, & ad ima redire feroces.

Sanctorum quoq; doctoribus sophis detestam.

Et Claudianus li.1. Inquinat egregios adiuncta supbia mores. Et Ouid.li. 2.de arte amãdi. Erue fastus. Curã mãsuri qsqs amoris habes. Et Seneca in li.1.tragediarũ. Vos qbus rector maris atq; terræ, ius dedit magnũ necis, atq; vitæ, ponite inflatos tumidosq; vultus. Quicquid a vobis minor expauescit, maior hoc vobis dñs minat. Oẽ sub regno grauiore regnũ est, quẽ dies vidit veniens superbũ, hũc dies vidit fugiẽs iacentẽ, hæc ille. Sed heu qa nõ solũ dñi, sed & serui sũt supbi. Ait.n. Iuuenalis, li.1. satira 5. Maxima queq; domus seruis est plena supbis. O maledicta supbia tu es illa q̃ a nobis pacẽ, ac trãquillitatẽ aufers, dñte Martiale, li. vndiq; suscepto.c.2. Ethereã pacẽ ventus & superbia tollũt. Auctor quoq; Astrolabij cõtra supbiã inqt. In sua fit pceps discrimina qsq; superbus Intollerabilius nihil est q̃ vita supbi. Id Gualterius de Castellione li.1.ait. Parcite mortales aĩos extollere fastu, Collatis opibus aspernariq; minores. Et auctor libri q dr facetus.c.2 inqt. Vt placeat cunctis nullũ decet esse supbum Qui sic inflatur desinit esse bonus. Debemus ergo summopere fugere superbiam & humilitatem sequi.

Alia plurima exẽpla superbiã detestãdã esse ostẽdentia.

AD hoc etiam faciendum hortamur exemplis Et primo luciferi, & aliorũ Angelorum superbientium, quos statim de cęlo deiecit Deus, vt scribit Isa.14. Et Apoc.12. Et ideo timendum est nobis, qa vt scribitur in.l.1.C. ad l.iulian.repe. Pęna vnius debet esse metus multorum.

SEcundum exemplũ habet de Saul rege Israel, qui cum esset humilis in oculis eius electus est rex. Sed post q̃ superbiuit adeo deiectus est, vt scriptum est. 1. Reg. 15. Tertiũ exemplum est de Dauid pp cuius superbiã Deus pestilentia mori fecit septuaginta millia virorũ bellantium. 2. Reg. vlt. Et.1. Para 21. Quartum exemplũ est de Sennacherib rege Assiriorum, pp cuius superbiã occidit Angelus dñi cẽtũ octuaginta quinq; millia virorum. Et ipse rex supbus postea a suis filijs occisus est. 4 Reg. 19. Quintum exemplum est de Nabucodonosor q pp superbiã de regno deiectus est, & cũ bestijs fęnum vt bos se ptẽ annis comedit Dan.4. Sextũ exemplũ de Amã superbo q indignabat quia Mardocheus sibi nõ assurgeret, & reuerentiã exhiberet, qui tandem suspensus est in patibulo, quem ipse parauerat Mardocheo. Hester.4. Septimũ exemplũ est de Antiocho rege superbissimo, cõtra Deũ, & populũ Israel superbiẽte, qui adeo pcussus est ita horribili plaga, vt ex eius carne viuentes vermes scaturirẽt, & fętore suo eius exercitus aggrauaret taliter q nemo eius putredinem poterat tollerare. Et sic miserabiliter defunctus est. 2. Machab. 9. Octauum exemplum habetur de magno Pompeio qui adeo superbus erat vt nullum parem vellet. Vt Lu-

canus refert libro.1. Audiens autem veni re Cæsarem contra se, ex arrogātia ait. Si terram pede concussero totum orbem ad arma ꝓuocabo, vt recitat Plutarchus in historia illius. Sed postmodū miserabiliter a Ptolomeo rege Ægypti interfectus & decapitatus est, cuius capud inimico suo Cæsari prædictus rex præsentari fecit. Nonū exemplū habet in officio exaltationis sāctę Crucis de Cosdroa rege Persarū qui se adorari faciebat vt Deū, atq; appellari regem regū & dñm dñantium. Morabaťq; in turri argentea, in qua erat Sol, & Luna, ac stellæ ex auro purissimo, residebatq; in throno aureo gemmis lucentibus ornato. Cumq; dicta turris artificiose moueretur, tonitruū facere videbať, & per occultas fistulas aquam trahēs quasi Deus pluere videbať. Quem superbum regem humilis Imperator Romanorum Eraclius interfecit & oīa abstulit. Decimū exemplū est de Sabor rege Persarū, de quo legitur in historia tripartita lib.4.ꝙ cum Romanos superasset, Imperatorem Romanū Valerium captum, qñ equum ascendere volebat sibi sub pedibus prosterni faciebat, atq; per superbiā ascendendo equum eum conculcabat. Propter cuius superbiam in eius exercitu misit Deus culices, & cinifices, qui intrantes in nares equorum & elephantiū, & in aures, & nares hominum, totum illum superbum exercitum fugauerunt, & dissipauerunt.

PARS SECVNDA de superbiæ filiatione.

Dimissis quatuor speciebus superbiæ de quibus tractauimus supra in parte 1. sermone. 7. dico secundū sniam Alex. de Ales, in 2. parte summæ in tractatu de superbia & b. Tho. 2. 2. q. 162. ꝙ duodecim sunt filię superbiæ, prima quarū est extollentia, qñ s. aliquis propter dona naturæ spiritualia, aut corporalia, aut temporalia, vt puta, ꝓp diuitias, generis nobilitatē, corporis formositatē, robur, & fortitudinē, elegantiā, subtilitatē ingenij, fęcunditatē, capacitatem memoriæ & similia deifieat seipsum & Deū cognoscere neg'igit. Sicut faciebat ille rex Tiri cui dictū est Ezech.28. Eleuatum est cor tuum, dixisti Deus ego sum.

De prima filia superbiæ, quæ extollētia nominatur.

Ideo inquit Deus Hiere.9.c. Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur scire, & nosce me. In hac extollentia peccabat Atreus, qui superbia elatus dicebat. Equalis astris gradior, & cunctos supero, altū superbo vertice attingēs cęlū. Talis fuit superbia Romanorū, de quibus Aug. in primo de ciui. Dei. c. 1. inquit, ꝙ ad tantā extollentiā deuenerāt, vt se in numero deorū extimati vellent, optarentq; in suis laudibus dici. Parcere subiectis & debellare supbos. Talis etiā fuit superbia Domitiani Imperatoris q vt refert Horosius. lib. 7. Deū ac dñm se iussit appellari, & in cūctis primordijs suarū litterarū scribebat, dñs & Deus vr̄ Domitianus Imperator ita mādat, qui tandē a cubicularijs suis interfectus est. Ad hac quoq; extollentiā ascenderat Herodes Agrippa, de quo refert Iosephus. 19. lib. antiquitatū q cū Cęsareā aduenisset, & ad eū totius prouincię viri vnanimiter conuenissent, ille veste fulgēti ex auro & argento mirabiliter contexta indutus, incipiente die ꝓcessit ad theatrū vbi cū primos solis radios vestis argentea suscepisset, repercussio splendore duplicatam spectantibus lucem fulgor metalli vibrantis effudit vt intuentibus perstringeret aciem & terreret aspectus. Illico aūt adulantis vulgi concrepant voces dicentis, vtq; nūc te vt hoīem timuimus, sed ex hoc iā supra humanā naturā te esse fatemur. Et dum adulatorijs demulceretur honoribus, & oblatos sibi diuinos honores nō respueret, repēte mortifero viscerū dolore corripiť, & dum per manus suorū deportaret dicebat. En ego vester Deus ducor ad mortē. Sicq; infra quinq; dies vermibus eius viscera corrodentibus expirauit. Et verificata fuit snia Senecæ in lib. tragediarū dicētis. Sup bos sequiť victor a tergo Deus. s. nisi pœniteat, sicut fecit Kanotus rex, qui cū floreret maxima potentia imperij sui iussit collocari sedile suū in littore maris, & alloquēs mare dixit. Impero tibi ne ascēdas terrā meā, nec vestes aut membra dñi tui madefacere ꝑsumas, sed ſtā mare ascēdit terram, & pedes eius madefecit. Quo facto resiliēs rex de sedile ait. Sciant oēs habitatores terræ & orbis, vanū & friuolum

lum esse oēm regnū, & vanā regū potētiā, nec regis noīe quēpiā dignū pter eū ad cu ius nutū cęlū, & terra, ac mare obediunt. Et deponēs coronā aureā de capite imposuit capiti saluatoris Dei dicens. Tua est potentia, tuū regnū dñe. Nec vnq̄ postea capiti suo coronā imposuit cū tn̄ rex esset Normādiæ, Datię, & Anglię. Ad extollentiā etiā ptinet qdā gradus supbiæ, q dr̄ singularitas, q̄ est vt inqt Ber. in quodā sermone qn̄ hō facit aliqd vltra cōia, & cōsueta vt pteritis repuiet, & excellētior appareat. In hoc aūt vitio erat Iuli⁹ Cęsar, q vt refert Plutarchus cū esset cū alio socio cōsul Romanus, nō pmittebat sociū exire de domo, sed ipse faciebat, & vsurpabat totū officium, & solus volebat tenere vicem duorū. Vnde in litteris suis scribebat. Iulius, & Cęsar consules.

De 2. filia superbiæ.

SEcunda filia superbiæ est arrogātia p quā homo paruipendit pximos, & in cūctis dictis suis, gestis, ac moribus superbe se habet. Arrogās. n. superbe incedit, superbe loquif, superbe comedit, supbe oīa facit, & cū clamore, ac strepitu, ac minis & cōtumelijs. Talis oībus fit exosus. Ait. n. Tullius lib 1. artis veteris c 11. Ex arrogātia odiū solet euenire. Et Boetius lib. 3. Topi Ex arrogātia fit qsq; odiosus. Iō inqt Sapiēs. Eccle 3. Quāto maior es, tāto magis te humilia in oībus, & coram Deo inuenies gratiam. Et Ouidius, in 3. de arte amādi, ait. Nō patet in vultu dānosa superbia vro. Et Cassiodo. in epistolis. Ornamētū oium bonorū est sincera benignitas. Igit̄ si eu gradu, aut dignitate, aut virtute superas reliquos noli illos pedibus cōculcare, sis amabilis, affabilis re, vultu, facieq; placidus. Tullius quoq; in quadā oſone ad Cęsarē ait. Crede mihi Cęsar nihil est tā populare q̄ bonitas Et Seneca ad Lucillū. Sic cū inferiore viuas queadmodū tecū superiorē viuere velles. Sed cōtrariū huius faciūt arrogātes, quibus inqt dñs. Ezech. 38. Vos cū austeritate sperabatis eis & cū potētia. Hoc aūt vitiū in magistris & pceptoribus supcibis maxime inuenit̄. De qbus Greg. 24. mora. Et habet̄ 46. di. in c. hoc habet inqt. Hoc habet pprīū doctrina arrogantiū, vt humiliter nesciant inferre q̄ docēt, & recta quę sapiunt, recte ministrare nō possint. In verbis. n. eorum proditur. Nam cum docent quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere, eosq; quos docent, ve longe infra se positos, velut in imo respiciunt, quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dedignantur, hæc ille. Et ideo inquit auctor libri, de formula honestæ vitæ e. a. Non eris arrogans, sed quæ nosti sine arrogantia prę stolanti imparties.

De 3. filia superbiæ q̄ vanagloria dicitur.

TErtia superbiæ filia est vanagloria. Sed quomodo vanagloria dicat̄ pleriq; audire cupiunt. Nam si loquamur de gloria cęlesti de qua in Psal. penul. dicit̄ Exultabūt sancti in gloria, certe vana nō est, quā cuncti desiderare tenent̄. Temporalis aūt gloria vana nō videtur cum virtuti faueat, & eum crescere faciat, vt inquit Ouidius in lib. de ponto. Vnde dicit Tullius in tuscu. quæstionibus Honos alit artes. Item gloria tēporalis naturali inclinatione appetit̄, vt ait Claudius lib. 1. & a virtuosis maxime desiderat̄. Vñ Seneca ad Lucillū scribit. Nulla est iam excelsa virtus q̄ dulcedine gloriæ nō tangatur. Et Tullius in oſone pro Archia poeta dicit Trahimur oēs studio laudis atq; optimus quisq; maxime gloria ducit̄. Ex quibus non videt̄ reprehendendus, qui gloriā appetit, maxime cū ex his quæ a natura in sūt nemo debeat vituperari. 2. Ethic. Præterea gloria & fama aium roborat & fortē facit ad quæcūq; ardua, & difficilia, vt inquit Ouid. in 5. de tristib⁹. Vnde Aug. in 5. de ciui. Dei. c. 18. ait. Hæc sunt duo illa, libertas & cupiditas laudis humanæ, q̄ ad facta cōpulere mirāda Romanos. Ecōtrario aūt infamia hoīem deijcit & psternit, vñ ait auctor rudiū lib. 2. Neglector famæ, fiet neglector honoris. Et merito cūctis ille neglectus erit. Et iō dicit Ric. in 4 di. 19. ar. 3. q. 1 ꝙ fama non est quicqua pciosius inter tēporalia, & multū est vtilis ad spūalia, quia multi a peccato retrahunt̄ timore infamiæ. Sed qn̄ hoies se infamatos cōsiderāt magis sine freno peccāt, vñ glo. super illud. Matt. 18. Corripe eū inter te & ipsu solū ait. Ne publice correctus verecundiā amittat, qua pdita in peccato remaneat, hæc ille. Et pp dr̄ ꝙ oībus licitū est defendere dignitate & reputationē suā. ff. de postu. L. 1. in principio. Itē quilibet debet parcere pudori suo & honestati. ff. mandati. L.

Quintus Mutius. Et de procu.l.quæ oīa Nam quilibet presumitur talis prima facie, qualis est in cōmuni opinione. C. ne de statu. defun.l. si mater &.ff.de quæsti. l.diuus pius.§. si. vnde quotiēs de aliquo negotio dubitatur, recurrendū est ad cōmunem opinionem.ff. de fundo instru. l. cum delaneonis.§. asinam, & de flumi.l. 1.imo tam efficax est cōmunis opinio, vt quandoq; plus valere dicatur q̄ est in cōmuni opinione, q̄ q̄ in veritate.l. his qui putat.ff. de aequiren. hære.& l. barbarius ff.de offici.preto. Ideo inqt philosophus 7.Ethi. Fama quam multi famant nō omnino deperditur? Solemnis etiam fama facit fidem.§.in criminali.4.q.3.bona insuper fama vtilis videt̄ ad beatitudinem consequendā Ait n. Iacobus Beueuentanus sui libri c.2. Ille beatus erit cui bona fama viget. Oēs ergo charā habere debēt famā suā. Qui.n. eā negligit crudelis est, 11.q.3.c.nō sunt. Et homicida reputat̄. c. nolo.12.q.1. Ait etiā Oratius in epist.ad Quintū. Falsus honor iuuat, & mēdax in famia terret Et iō sapiēs Eccle.41. inqt. Curā habe de bono noīe q̄a magis tibi p̄derit, q̄ mile thesauri preciosi & magni. Qđ cōsiderans Paulus dicebat.1.ad Cor. 9. Expedit mihi magis mori, quā vt gloriam meam quis euacuet.

Temporalis gloria quō appeti pōt sine peccato & cum merito.

SED prædictorū declaratione est sciēdum secundū Alex.de Ales vbi supra, & b.Tho.2.2.q.132.qđ gloria temporalis pōt appeti ordinate, & sine peccato, imo cū merito, primo cū q̄s cogitat bonū suū dignū laude & approbat illud tanq̄ virtuosum, cupiens illud laudari ab alijs p̄pter diuinū honorē. Et in hoc adimplet̄ præceptū dñi Matth.5.dicēt is Sic luceat lux vestra corā hoībus, vt videant bona opera vr̄a & glorificent patrem vestrū q̄ in celis est. De hac gloriatione ait Apostolus.2 ad Cor.10. Qui gloriatur in dño glorict̄. Secūdo pōt quis desiderare opus suum laudari propter proximi vtilitatē. Et hoc est etiā meritorium, ad qđ hortat̄ Apostolus ad Ro.12. di. Prouidētes bona non solum corā Deo, sed etiā corā oībus hōibus. Et 1.ad Cor. 10. Placere omnibus per omnia, sicut, & ego omnibus per omnia placeo, vnde dr̄.12.q.1.c.nolo. q̄ bona cōscientia est nobis necessaria quo ad Deum, & bona fama quo ad proximum.

Secundo pōt quis desiderare laudem inordinate. Et hoc dupliciter, primo cum peccato veniali, vt cum quis laudari appetit de his quæ non sunt laude digna, vt de diuitijs, pulchritudine, honorib⁹, & alijs tēporalibus, nolens tñ p̄p hoc offendere Deū, vel proximū. Talis.n. peccat per vanamgloriam, quia oīa temporalia vana sunt. Eccle. 1 Et ideo in eis laus q̄ri non debet. Est etiam vanaglia peccatum veniale quādo non deliberate appetitur, sed solum ex subreptione. Et significatur per puluerē de quo dñs dixit Apostolus Matth.10. Excutite puluerem de pedibus vestris, vbi Grego. dicit. Prædicatio vix sine aliqua pulueris immixtione transit. Nam prædicans, aut ad indignationem trahit̄ si cōtemnat̄, aut ad quātulācunq; gloriam, si ab auditoribus honoratur, si autem quis de virtutibus, vel de gratijs quas non habet, vel magis q̄ habet laudari appetat, licet dicant aliqui eum mortaliter peccare, tñ sic distinguit prædicator quidā ordinis nostri, q̄ si hoc affectat citra contentum Dei, & proximi, nec in tali laude ponit finem suum, peccat venialiter, sed grauius q̄ in prædictis casibus. Si vero hoc appetat vt alijs magis virtuosis præferatur & exaltetur, peccat mortaliter. Vñ glo.supra illud.Ioā.5.Gloriam ab inuicem expectantes ait. Magnū vitium est humanæ laudis ambitio, quæ vult de se extimari quod non habet, & super alios efferri, hęc illa. Secundo peccat homo mortaliter per vanamgloriam. Et hoc tripliciter. Primo quādo quærit gloriam de eo, quod est peccatū mortale. Sicut luxuriosus de carnalitate, iracundus de vindicta & huiusmodi. Quē reprēhendit. Psal. di. Quid gloriaris in malicia qui potens est in iniquitate? Secundo q̄n appetit laudari in contemptū proximi, vel Dei, suam magis gloriam affectans q̄ diuinā de vanagloriosis dicitur Ioā.12. Dilexerunt gloriam hominū magis q̄ Dei & isti sunt fures, & raptores proprietatis Dei cui cōpetit honor, & gloria, qui inquit. Isa.42. Gloriam meam alteri non dabo, de quo etiam inquit Apostolus. 1. ad Thimo.1. Soli Deo honor, & gloria.

Sequitur ostendendo quando va.

TErtio peccat mortaliter q̄n quis est paratus peccare mortaliter vt aliquam laudem vel gloriam acquirat, aut

ac

ne ea amittat, vel in tali laude finem suũ constituit, Henricus de Gandauo in 1. suo quolibet. Et ideo inquit Saluator Matth. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Ideo enim fatuæ Virgines non potuerũt intrare ad nuptias æterni regis, Matthæi 25. quia omnia opera suã propter humanam laudem faciebant, vt inquit Gregorius in quadam homilia. Dicit auté Chriso. super Matthæum quod vanagloria potest accidere, aut in principio aut in medio aut in fine. Tunc autem venit in principio, quando quis aliquid opus bonum ex sua vanagloria facere incipit, & istud opus dicitur vitiosum, quia ex vitiosa radice processit, & est potius intermittẽdũ quàm proficiendum, hoc enim opus prohibet Dominus in verbis præallegatis. Aliquando vero vanagloria est in medio operis. Sicut quando quis ex recta intentione aliquod bonum opus incepit, & in prosecutione aliquis motus vanægloriæ se ingerit, & tale opus non est intermittendum sed perficiendum, maxime cum sit sæpe potius inimici tentatio, quàm alicuius vanægloriæ passio, vnde legitur de sancto Bernardo quòd cum semel gratiose prædicaret, & ex hoc aliquis motus vanægloriæ se ingereret, tentationi respondit, nec per te incepi, nec per te dimittam. Aliquando autem in fine operis accidit homini quoddam gaudium mentis, & complacentia cordis, pro eo quod tale opus bene compleuit, & talis complacentia opus præcedens vitiare nõ potest, quia naturale est quòd quilibet delectatur in operibus & sermonibus suis, iuxta illud Prouerbio. 15. Lætatur homo in sententia oris sui Imo etiam sancti Viri habẽt magnum gaudium de bonis operibus quæ faciunt propter Deum, vnde super illud Psalmistæ. In custodiendis illis retributio multa, dicit glosa. Non tantum pro eis in futuro redditur præmiũ, sed etiam hic eis magnum est gaudiũ seruire illi, cui seruire regnare est.

Triplici ex cã vanagloria difficulter vincitur.

DIcit quoq; idem Chriso. quod vanagloria difficulter vincitur tripliciter de causa. Primo quia de bono nascitur. Sicut n. ex vestimento tinea nascitur quę vestimentum rodit, & ex ligno vermis, & ex oleribus eruca exterminans, & corrumpẽs illud ex quo nascit̃. Sic ex bonis operibus aliqñ vanagloria nascitur, quę ipsa bona inficit, & maculat. Secundo quia cũ omnia alia vitia habeant bona contraria per q̃ vincũtur, sicut fornicatio vincitur per castitatẽ, superbia per humilitatẽ, & iracũdia per mãsuetudinẽ, sola vanagloria nõ hẽt aliquod bonũ p qđ superetur. Tertio qa quanto plus cõpescit̃ tanto amplius augetur, & rõ est scdm eundẽ Chriso. qa oẽ malũ. ex malo nascitur, sola aũt vanagloria de bono procedit, & ideo nõ extinguitur p bonũ sed magis nutritur. Dicit etiã ibidem ipse Chriso. Nullũ remediũ põt esse contra vanãgloriã nisi oratio sola, & adhuc ipsa vanitatem habebit nisi cautè effusa fuerit. Hoc nãq; inanis glorię vitiũ adeo est subtile, vt ẽt in viris probis, saltẽ qñ solũ est veniale peccatũ sæpe intret, vnde Hiero. ad Sabinianum ait. Naturali ducimur malo adulatorib⁹ nostris libenter fauemus, & q̃uis nos respondeam⁹ indignos, & calidus rubor ora p fundat, tñ ad laudẽ sui intrinsecus aĩa lætat̃. Et Chriso. sup Matth inquit. Cũ cętera vitia locũ habeant in seruis diaboli inanisgloria locũ etiã hẽt in seruis Christi. Et ideo inquit Paul. Gal. 6. Non efficiamur inanisgloriæ cupidi. Vt aũt falsis laudibus quis non extollatur dẽt seruare cõsiliũ Catonis dicẽtis. c. 4. Cũ te aliqs laudat, tuus iudex esse memẽto. Plus alijs de te, q̃ tu tibi credere noli. Itẽ debet respicere ad vitã suã præteritã, pręsentẽ, & futurã. Si. n. respicit ad vitã suã præteritã inueniet se multa cõmisisse, de quibus debet erubescere, iuxta illud Ro. 6. Quẽ ergo fructũ tũc habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Si vero respicit ad vitã præsentẽ inueniet se esse in loco exilij, & in magno periculo, quia habitat inter malos. Vnde de hoc debet multũ dolere, & dicere cum psalmista. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cũ habitantibus cedar &c. Si aũt respiciat ad vitã futurã inueniet super se Dei iudicia de quibus debet multum timere Sicut faciebat Psalmista. dicens Deo. A iudicijs n. tuis timui. Nullus ergo in hac vita debet velle laudari postquam habet causam tanti ruboris, doloris & timoris.

Vnicũ ẽ remediũ contra vanagloriã, qđ est oratio.

Quarta

De 4. superbiæ filia, qui iactatia dicit et primo de eius diffinitione.

QVarta superbię filia est iactantia de qua duo videnda sunt. Primum est diffinitionis. Diffinitur autem a philosopho. 2. & 4. Ethi. qui ait. Iactātia est ostentatio proprię laudis cum veritas non suadet. Et secundum Astesanum nostrum in 2. lib. suæ summæ. hac ratione dicitur iactantia, quia sicut cum quis a longe vult aliquid iactare, manum in altum eleuat, ita qui cupit se laudare, verbis in altum se extollit. Et vt ait Ale. de Ales in 2. parte summæ Iactantia procedit ex superbia, & inani gloria. Notandum tamen secundum Alexandri sententiam vbi supra, quod aliquis potest se laudare tripliciter. s. meritoriè, venialiter & mortaliter. Meritorie etiam tripliciter.

Quis laudare se tripliciter pōt, vel. s. meritorie, venialiter, aut mortaliter.

PRimo eū laudat se quis propter charitatē Dei, ac illius gloriā, gratias sibi a Deo cōcessas nō ad se sed ad Dei honorē referendo. De hoc inquit Cyprianus in epistola ad Donatum, Odiosa iactatio est, quamuis non iactatum esse possit sed gratum quicquid non hominis virtuti ascribitur, sed de Dei munere prædicatur. Sic fecit gloriosa Virgo, quæ cecinit Lucæ. 1. Magnificat anima mea Dominum &c. Sequitur. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

2. Quis cū merito se laudare potest.

SEcundo pōt quis eū merito se laudare pp charitatem proximi, vtputa, ne scādalizetur propter verba detrahentium. Nam vt dicitur 6. q. 1. c. sunt plurimi. Sūt plurimi qui vitam moresq; bonorū amplius quam debent laudant. Ideo permittit Deus malos in obtrectationem & obiurgationem prorumpere, vt si qua elatio ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur, hęc ibi. Qua de re, quia sæpenumero de bonis viris, & iustis pusilli malorum diffamationibus scandalizantur, licitum est quandoq; proprias virtutes aperire. Sicut fecit B. August. qui in sermone qui legitur in festo eius dixit. Charitati vestrę de nobis ipsis hodie sermo reddēdus est. Quia enim vt ait Apostolus. Spectaculum facti sumus mundo Angelis, & hominibus qui nos amant, quærunt quid laudent in nobis. Qui vero nos oderunt, quærunt qd detrahant nobis. Nos autem in vtroque medio constitua, adiuuante Deo vitam & famam nostram sic custodire debemus vt non erubescant de detractoribus laudatores, hæc ille. Cuius doctrinam sequi volentes, debent seruare consilium quod ponit auctor rudium lib. 2. dicens.

At quisquis famam cupiat retinere celebrem.
Omnibus hic studeat, gratus adesse bonis.
Sit mitis cunctis, tractabilis, atque benignus.
Sublevet vt nomen prospera fama suum.
ut si displiceat prauis non sollicitetur.
Quis nisi sit prauis nemo placere potest.
Verum profiteor simul omnibus opto placere.
Si nequeo, saltem glisco placere bonis.

Non est etiam peccatum se commendare pro ædificatione proximi vnde si quis alijs habens prædicare aliqua narrat de se laudabilia, vt audientes incitentur, & deuotius ac efficatius eius doctrina recipiatur, vel vt malorum prędicatorum ab audientibus dogmata respuantur, nō peccat sed meretur. Sic enim fecit Paul. 2. ad Cor. 11. & 12. scribēs raptum vsq; ad tertium Cœlum, & audisse Arcana, quæ non licet homini loqui. Et multa alia in sui commendationem profert. Quod fecit secundum. Nico. de Lira post B. Hierony. super dictam epistolam, quia Corinth. qui sunt Achai, a Paulo ad fidem conuersi post recessum eius a quibusdā pseudoprophetis seducti erant qui Paulo detraxerant, vt eius prædicationem contemni facerent. Et ideo ipse Paulus zelo & chritate salutis eorum ductus, mirabilia de se refert vt eos ad fidem verā reuocaret.

TErtio potest quis se laudaret meritorie, propter charitatem sui. s. quando tribulationibus est oppressus, vel calumniatus, & ne in desperationem incidat, recogitat, ac rememorat sua benefacta ad suam confortationem. Et ob hanc causam vt inquit Grego. in moralibus B. Iob *3. Quando q̄s se cū merito laudare potest.*

Iob tribulatus, & ab amicis calumniatus se laudauit sui libri c.29. dicens. Oculus fui cęco, pes claudo, manus debili, & pater eram quorundam pauperum. Si quis etiam se laudaret non deficiendo a veritate, non tamen propter iactantiam, sed vt aliquod periculum, vel malum euitaret. Sicut fecit Paulus qui se ciuem Romanum esse dixit propter quod fuit dimissus liber qui tenebatur captiuus. Act. 25. laudabiliter faceret.

In se laudãdo quando qd venialiter peccat.

SEcundo potest quis se laudare cum veniali peccato secundum Alex. vbi supra & Tho. 2. 2. q. 112. arti. 2. cum s. aliqd dicit in sui commendationem quod est verum, & non iniuriatur Deo vel proximo, cum aliqua tamen inanigloria. Et ab hoc peccato pauci inueniũtur immunes, vt ait Greg. in 31. mora.

TErtio potest quis se iactare cũ mortali peccato & hoc multipliciter secundo prædictos doctores.

Quãdoquis laudãdo se mortaliter peccat.

PRimo cum quis se iactat contra honorem Dei sicut Sennacherib dicens, quòd Deus non possit liberare populũ Israel ab eius potentia 4. Reg 19.

SEcundo cum quis se iactat in contumeliam proximi, sicut pharisęus se laudans, & vituperans publicanum Luc. 18. Et Golias dicens. Ego exprobraui agminibus Israel hodie. Qui suo proprio gladio a Dauid capite truncatus est 1. Regum 17.

Alii modi in quibus quis mortaliter peccat se laudando.

TErtio cum quis se iactat de peccato mortali de quibus reperiuntur multi facientes sicut dicit Salomon Prou 2. c. Qui gloriantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Et Isa. 3. Peccatum suum quasi sodoma prædicauerunt.

3. Quando q. se cũ aliorũ laudare potest.

QVarto cum quis se faciat, & laudat, vt aliquem decipiat, vt puta, dicẽs se esse medicum, vel aduocatum, & magna fecisse, vt sic se ponant homines in manibus suis cum damno & periculo eorum. De tali inquit Aris. 4. Ethi. Turpior est qui causa lucri se iactat, quàm qui causa gloriæ, vel honoris. Et ibidem dicit philosophus. Iactator fingit de se maiora existentibus quandoq; melius gratia, ex vanitate, quandoq; gratia honoris, & gloriæ, quandoq; gratia argenti. Si quis tamen narraret solemnes curas infirmorum per eum factas, & doctas disputationes, & lecturas in quibus commendatus fuit de scientia sua. Et artifex artificia ab ipso facta vt lucretur, dicendo veritatem & non derogando alijs eiusdem conditionis, in se nullum peccatum videtur secundum prædictos doctores. Et in hoc verificari potest illa vulgaris sententia dicens, quod licitum est laudare se apud eos quibus quis est ignotus, verum tales se hoc modo laudantes communiter excedunt, plus dicentes quàm sit veritas, vnde philosophus vbi supra ait. Iactator simulat sibi inesse aliqua, quæ non sunt, vel si insunt simulat esse maiora q̃ sint. Si ergo hoc facit cum aliorum damno est peccatum mortale, vt dicunt præfati doctores.

Ironia iactantiæ associatur.

HVic iactantiæ vitio associatur vnũ peccatum ei simile, quo ad finem. s. ironia quæ secundum Tho. 2. 2. q. 113. est quando aliquis dicit de se aliquos defectus, quos tamen in se non recognoscit vt humilis reputetur & ab alijs laudetur. Contra hos defectus inquit Cato in suis documentis. c. 3. Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse. Hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis.

De iactantiæ vituperatione.

SEcundum principale de iactantia videndum videtur abominatio. Inquit enim Aristo. 4. Ethic. Iactator maxime vituperandus est. Et in communi prouerbio dicitur. Laus in proprio ore sordescit. Paulus quoq; de seipsos laudantibus ait ad Roma. 1. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Et Cicero. 1. in de officijs ait. Turpe est de seipso prædicare. Et Quintilianus lib. 8. de oratoria institutione Vitiosa est iactatio inferetq; audienti bus non modo fastidium, sed plerunque odium. Ideo dicitur quod iactantior nocet non solum sibi, sed etiam alijs 3. q. 2. c. si quis. Isti iactatores dicunt se habere malos vicinos, qui cum eos non laudent volunt seipsos laudare, & miranda se iactant.

stant facturos. Et postea verificatur illud quod inquit. Oratius in poetria. Parturient montes, nascetur riduculus mus. Tales ostendunt se esse vanitate plenos. Ait.n. Bern. in lib. de improbatione vitiorum c.2. Vana superborum vacuat iactātia mentem. Eapropter inquit Sene. lib. 3. de beneficijs Retrahenda est inanis iactatio. Res loquantur nobis tacentibus, Et Paul. 2. ad Corinth. 10. ait. Non.n. qui seipsum commēdat ille probatus est, sed quem Deus cōmendat. Debet ergo vnusquisq; infra se dicere illud quod dicitur Io. 5 Si ergo testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. Item sequi debet consilium Ambrosij in cap. imitare. 6. q. dicentis. Nemo debet se iactare. Nam si Petrus lapsus est qui dixit. Nam si omnes scādalizati fuerint in te, sed non ego, quis alius iure de se [illegible] sumat. Deniq; a Dauid qui dixerat. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum, eam fuisse iactantiam confitetur dicens. Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus, hæc ille. Ideo hortatur nos sapiens Prou. 16. dicēs. Laudet te alius & non os tuum, aliena labia & non lingua tua. E. 1. Reg. 2. dicitur. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Gualfredus quoq; in poetria ait. Cum fueris maior alijs te finge minorem Et de te mentire tibi, ne sic in abyssum. Deijcias alios vt te super æthera tollas. Vincat opus verbum, minuit iactantia famam. Notandum est autem quòd non solum in rebus magnis, sed etiam in vilibus, & abiectis potest esse iactantia, vnde Aug. in lib. de verbis Domini ait. Non in solo rerum corporearum nitore, atq; pōpa sed etiam in ipsis rebus luctuosis potest esse iactantia, & eo periculosior, quo sub nomine seruitutis Dei decipit.

De 5. superbiæ filia, § ambitio dicitur & qd sit primo declaratur.

QVinta filia superbiæ est ambitio, de qua loquens auctor libri de vita, & moribus philosophorum ait. Ambitio est inordinatus appetitus honoris terreni, & amplitudinis dignitatis Et in c. miramur. in fine. 61. di. dicitur quòd ambitio est ad honores mundi sine suffragio temporis, ac sine merito laboris velle promoueri. Et ideo est peccatum secundum Th. 2. 2. q. 131. ar. 1. & Alex. de in 2. parte summæ. in tractatu de ambitione. Quia cum honor sit præmium virtutis 4 Ethi. Ambitiosus desiderat præsidentiam, & regimen quòd non debetur nisi virtuosis. Et per consequens non sibi. Imo etiam si esset sanctus ex ambitione fit indignus 1. q. 1. c. principatus. In signum autem quòd soli virtuosi debent ad dignitates promoueri, antiqui Romani vt refert August. 4. de ciuit. Dei duo construere templa contigua in vrbe, vnum deæ virtutis, aliud deæ honoris. Ita tamen vt ad templum deæ honoris non esset ascensus nisi per templum deæ virtutis. Et hoc ostendentes quòd ad honores non recte perueniitur nisi per opera virtutis. Vnde dicitur in l. contra publicam. C. de re mili. lib. 12. Ad honoris augmentum non ambitione, sed labore vnum quemq; conuenit euenire. Sine labore autem ex virtute ad honores peruenientes sunt infecti maledicta ambitione, quæ est cathedra pestilentiæ, de qua inquit Dauid Psal. 1. Beatus vir qui in cathedra pestilentiæ non sedit. Super quæ verba ait Aug. Non est fere quisq; qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. Hæc autem ambitio, vt idem Aug. dicit in lib. de vera religione, procedit ex superbia & cupiditate, & est contra charitatē quę non est ambitiosa 1. ad Cor. 13. In quo quidem vitio multi inueniuntur inuoluti. Ait.n. Ambro. super Lucam Sepe quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nullaq; auaritia facit ambitio curiosos.

Soluitur § stātia cōtra supradicta, q oritur ex 1. ad Thi. § offēditurq; quo in epatu tria cōsiderari possunt.

SEd tales se defendunt per dictū Apostoli 1. ad Thim. 3. dicentis. Qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Quibus respondet Tho. 2. 2 quęstione 185. artic. 1. quòd in Episcopatu tria possunt desiderari. Primum est principale, & finale. s. Episcopalis operatio, per quam vtilitati proximorum intenditur secundum illud Io. vlt. Pasce oues meas. Et hoc secundum se est laudabile & meritorium, verum quia talis actus episcopalis habet annexam celsitudinē gradus, hodie præsumptuosum videtur, quòd aliquis præesse appetat ad hoc vt subditis prosit, nisi manifesta necessitate vrgente, quia locus superior sine quo populus

Quo liceat Epatū desiderare, & quo non.

lus regi non potest, & si ita administretur vt decet, tñ indecenter appetitur.8.q.1.c.qui Episcopatum. Antiquitus vero vt inquit Th. vbi supra quia Episcopi erant pauperes & primi ducebantur ad tormenta, & primi in laboribus affligebātur, erat licitum appetere hoc fine, vt ꝑ Christo & salute proximi paterentur, vnde dicit Greg. in pastorali. Tunc laudabile erat Epatum quærere, qñ per hunc quemq; non erat dubiū ad supplicia grauiora peruenire. Alia autem duo considerãda in Episcopatu sunt excellentia gradus, qua Episcopus super alios constituitur & reuerentia ac honor ei exhibitus, Et ista appetere est præsumptuosum. Vnde inquit Chriso. super Matth. Opus quidem desiderare bonum, bonum est, primatum autem honoris concupiscere, vanitas est. Primatus.n.fugientem se desiderat, desiderantem se horret. Ideo Dñs cõtrat ambitionem pharisæorū inquit Matth.22. Amant primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in sinagogis, & salutari in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Contrariū vero hortatur facere discipulos, dū ait Matth. 20. Si quis voluerit maior fieri inter vos, sit vester minister. Ad auctoritatem ergo Apostoli contrariam ẽt rñdet Aug. in d.c. qui Episcopatum.8.q.1.ꝙ Apostolus voluit ꝑ illa verba exponere quid sit Episcopus, quia nomen est operis, non honoris. Interpretatᷣ enim Eps superintendens.s. saluti proximorum. Quod autem peccatū sit appetere dignitatem, vel prælationem ostendit Chriso.40.di.c. multi dicentes. Quicūq; desiderauerit primatū in terra, inueniet confusionẽ in cælo, nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit, & in c. principatus.1.q.1. inqt Leo Papa. Principatus quem metus extorsit aut ambitio occupauit, & si actibus suis, vel moribus non offendat ipsius tamen initijs suis est perniciosus exẽplo, & in c. sicut.ts.1.q.6. ait Greg. Sicut qui inuitatus renuit, quæsitus refugit est sacris altaribus admittendus, sic qui vltro ambit vel importunum se ingerit proculdubio est repellendus. Et idem habetur in c. in scripturis.8 q.1. Debet ergo homo seruare consilium apostoli Hebr.5. di. Nemo sibi assumat honorẽ, sed qui vocat a Deo tãq; Aaron. Solum ergo debet ꝑlatio assumi per obedientiã Dei, vel prælati superioris, scd̄m illud ꝙ dr̄ in c. nisi cū pridẽ de renun. vbi scriptū est. Tūc in te veram humilitatẽ custodies, cū ꝑ eã locū sublimẽ effugies & ꝑ obediẽtiã nõ dimittes. Dicit.n. Greg. in c. in scripturis.8.q.1. ꝙ is q valet oĩpotentis Dei renuit pascere oues ostẽdit se summū nõ amare pastorẽ. Talis aūt suscipiens prælationẽ debet alios in virtute ac scientia, & bonis moribus superare. c. vilissimus.1.q.1.& c. cū in cunctis. de elec.& c. non oportet.1.q.7.

Sequitur ostẽdendo ambitionẽ totū mundū conturbare, ipsamq; fugiẽdã esse.

Sed heu quia totum oppositū fit, imo hæc immanis bestia ambitionis, totū fere mundum conturbat, deniq; ecclesiã destruit, vnde dicitur. in c. nihil. de elec. Nihil est ꝙ ecclesiæ Dei magis quàm ꝙ indigni assumuntur prælati ad regimen animarum. Non solum autem isti ambitiosi damnificant, & vituperant ecclesiã Dei, sed etiam seipsos pp insufficientiã suam, quia ad altitudinem prælationis ascendentes profundius q̃ alij ruunt, & sunt tanq̃ simiæ positæ super perticam, quæ posteriora depilata, quæ ante nõ ita bene videbantur cunctis ostendunt. Magnūq; est dedecus ecclesię Dei tales in cathedra pastorali residere. Et ideo ad fugiendas ꝑlationes tanq̃ periculosas hortamur. Eccl 7. vbi dicit. Noli quærere ab homine ducatū, nec a rege cathedrã honoris. Et ratio potest assignari illa quæ habetur Sap.5. vbi dicitur Iudicium durissimum his qui præsunt fiet. Et ideo honores, & prælationes appetere non debemus, vnde dicebat beatus Frãciscus in admonitionibus suis, ꝙ illi qui sunt supra alios cõstituti tãtū de illa prælatione debẽt gloriari, quãtū si essẽt deputati officio abluẽdi pedes fratrū, & quãto magis turbarẽtur de ablata eis prælatione, q̃ de ablato officio abluẽdi pedes, tãto magis loculos ad periculū aĩę sibi cõponunt. Itẽ vt habetur in legẽda maiori part. 6. dicebat. In prælatione casus, in laude præcipitiū, subditi aĩæ lucrū est in humilitate.

In legenda maiori parte. 6.

Cur ergo periculis plusq̃ lucris anẽdimus cū ipsad lucrãdū accepimꝰ? Et ꝑpp debemus fugere ꝑlationes exẽplo Chri q cū iudei vellent eū facere regem fugit Io.6. Moyses etiam cum eum vellet Deus mittere vt esset dux populi sui excusauit se dicens,

dicens, quòd erat impeditioris linguæ Exod. 4. Et Hiere. cum eum vellet Deus constitue super reges, & regna ad annunciandum verbum Dei, dixit, per humilitatem se subtrahés. A, a, a, Domine Deus, nescio loqui, quia puer ego sum Hiere. 1. Marcus etiam Euangelista vt Hiero. refert in prologo Euangelij eius sibi amputasse policem dicitur, vt sacerdotio reprobus haberetur. Grego. etiam magnus electus in Papã. Et similiter Ambrosius in Archiepiscopum Mediolani a toto populo fugijt, vt prælationem euitare posset. Et idem fecerunt plures alij sanctissimi Viri. Econtrario vero Chore & complices eius ambientes regimẽ populi detraxerunt Moysi, & a Domino crudeliter interfecti sunt Num. 16 Item Absalon ambitiosus patrem e regno fugauit, sed horribiliter occisus est 2. Reg. 18. Abimelech quoq; cum esset illegitimus, vt sibi ducatum vsurparet, septuaginta fratres suos legitimos occidit, sed tandem miserabiliter fuit interemptus Iudic. 9 Romulus etiam vt solus regnaret fratrem suum Remum occidi fecit super muros Romæ, de quo Lucanus in 1. ait Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Recitat quoque fabulose. Ouidius in 2. Metha. quòd filius solis concupiuit & ambiuit regere quadrigam ipsius solis, quam videbat auro, & argento ac Smaragdis & gemmis ornatam & rutilantem, quod tandem importunitate sua a patre obtinuit, vnde solares radios capiti suo imposuit. Sed cũ currum & equos regere nesciret, quasi vniuersum mundum destruxit. Quapropter ipse ambitiosus & præsumptuosus in mari præcipitatus interit. Quæ quidem fabula posset moraliter exponi de ambitiosis quærentibus habere præsidẽtias & regimina aliorum, qui sunt causa destructionis suæ, & eorum quorum gubernationem suscipiunt. Prælatio enim est ambitiosis sicut gladius quo in suo pectore transfigantur, & alij vulnerentur. & sicut venenum quo ipsi cum alijs occidantur, & sicut laqueus quo suspendantur, & sicut oleum in quo dum suauiter natare credunt demergant. Quando autem ambitiosus adepto aliquo honore diu desiderato canit. Gaude & lætare, quia quod quæsisti inuenisti, potest sibi

Ambitiõsi filio solis assimulantur.

dici, plange miser & contristare, quia datus es in possessionem inimici. Est ergo ambitio innumerabilium mater vitiorũ de qua Bernardus in quodã sermone inquit. Ambitio subtile malum, secretum virus pestis occulta, doli artifex, mater Ipocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, tinea sanctitatis, excecatrix cordium. Et idem lib. 3. de consideratione ad Eugenium ait. O ambitio ambientium crux, tu omnes torques, & omnibus places, nihil tamen acrius cruciat, nihil molestius inquietat, nihilq; apud miseros mortales crebrius est, hæc ille. Sed sciant ambitiosi quòd male cõsolati remanebunt de prælationibus suis, quia difficile est vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata ambitionis principio 1. q. 1. c. principatus. Ille. n. casum quærit qui per ambitionem ad honoris fastigia per abrupta conscendit c. sicut. 43. dist. & 1. q. 6. c. sicut. Nec talẽ impetrata obedientia excusat, quia vt ait Greg. in c. sciendum. 8. q. 1. Obedientię meritum non percipit qui in hoc obedit ad quod libido ambitionis trahit.

De 6. filia superbiæ, quæ ipocrisis vocatur, et 1. qd sit ostenditur.

Sexta filia superbiæ est ipochrisis secundum autem Isidorum in lib. ethimologiarum. Ipocrita græce, idem est quod simulator latine. Et dicitur ab hypo quod est falsum, & crisim quod est iudicium, quia cum sit intus malus, se bonum hominibus indicat, & ostendit Nicolaus autem de Lira Matth. 6. ait Quod dicitur ab hypos quod est sub, & crisim quod est aurum, quasi sub auro sanctitatis tenens plumbum falsitatis paliatum. Ipocrita. n. in exterioribus operibus conatur se ostendere sanctum, sed intus in conscientia plenus est iniquitate. Diuersa autem sunt ipochritarum genera, primi sunt dæmones se transfigurantes in Angelos lucis 2. ad Cor. 11. & c. Episcopi. & ca. nec mirum. 26. q. Vnde apparent in forma Christi, ac B. Virginis & Angelorum, vt simplices decipiant. Secundi sunt peccata quæ se sub specie virtutum ostẽdunt. Nam vt ait Grego. in quodam sermone. Tenacitas se ostendit esse per simoniam, prodigalitas liberalitatem, furor zelum, remissio misericordiam, & indiscretio abstinentiam. De isto ipocrita

dicit

dicit Christus Luc. 12. Partem eius cum ipocritis ponet.i.peccata sequentem dānabit cum dæmonibus. Tertius ipocrita est caro nostra quæ simulat se infirmam, ac debilem & non posse ieiunare &c. Itē ostendit se non habere stimulum concupiscentiæ, vt securum hominem facilius decipiat periculis expositum. Et sic semper suis fraudibus & simulationibus aduersatur spiritui Gala.5.Et ideo est magna ipocrita. Alij vero ipocritæ sunt illi qui sanctitatem simulādo proximos decipiunt.Et ideo contra eos exclamat Dominus Matth.23.dicens.Veh vobis scribę & pharisæi ipocritæ qui similes estis sepulcris dealbatis quæ foris parent hominibus speciosa,intus vero plena sunt ossibus mortuorum,& omni spurcitia. Talium ipocritarum fallacias,licet ostenderit Dominus cognoscere dicens Matth. 7.Et operibus eorum cognoscetis eos, vt enim inquit Aug.in lib.de conflictu vitiorum.c.3.Verba sanctorum habet ipocrita sed vitam non habet. Tamen quia sunt dolo pleni, non faciliter noscere valemus vnde ait Henricus Samariensis libro 1. parte.2.

De 6. filia superbia,qua ipocrisis vocatur,et 1. quid sit ostenditur.

Quam grauis hic labor, & quām magna industria mentis.
Noscere veraci cognitione bonos.
Sæpe bonos mendax mentitur opinio prauos.
Atque econtrario prouehit ipsa malos.
Omnis quæ niueo volucris plumescit amictu.
Non est si simulet vera columba tamen.
Sæpe sub agnina latet intus pelle licaon.
Subque catone pio perfidus ille nero.
Multa vides igitur falsis circunda figuris.
Quæ se longe aliter, quām videantur habent.

Et ideo inquit Dominus Matth.7.Attendite vobis a falsis prophetis,qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

PRo quorum verborum declaratione est sciendum quod triplex inuenitur prophetia, vna est de præterito,sicut illa Gene.1 In principio creauit Deus cœlum & terram.Alia est de futuro, sicut illa Isa.7.Ecce virgo concipiet &c Alia vero est de præsenti occulto, sicut illa Io. 1.Ecce agnus Dei, & secundum prædictos modos prophetandi accipitur multipliciter falsus propheta quorum malorum prophetarum solummodo septem enumerabimus causa breuitatis.

PRimus falsus propheta est diabolus qui prophetat de prętErito. Suadet enim homini stare in peccato superbiæ luxuriæ, & auaritiæ adducens in exemplum quosdam præteritos qui peccauerunt, & tamen multum a Deo exaltati fuerunt. Sicut paulus qui peccauit peccato superbiæ, & tamen factus est Apostolus. Dauid quoq; qui peccauit peccato luxuriæ, & tamen factus est prophetarum eximius & Magdalena, quæ tamē est in magna Cęlorū gloria, & Matthęus qui peccauit peccato auaritiæ, & tamen factus est Dei Euangelista electus. Et ex his arguit diabolus quod ista peccata sunt leuia,& a Deo leuiter puniuntur, & quòd propter aliquod peccatum homines non morientur æterna morte dicens illud Gene. 3. Nequaquam moriemini. Sed ista prophetia continet quatuor falsa. Vnum est quia prædicti viri non sunt nobis dati in exemplum vt peccemus, sed vt si peccauerimus de Dei misericordia confidamus, vnde legitur in historia tripartita,quòd cum Theodosius Imperator quendam excessum commisisset, & in sui excusationem Dauid qui peccauerat adduxisset, dixit ei Ambro. Qui secutus es errantem,sequere & pęnitentem. Refert quoq; Aug. in epistola ad Hieronymum,quòd cum quidam in quoddam puteum cecidisset, & alius superueniens eū interrogaret qūo illuc ceciderat ait. Non quæso quæras qualiter hic ceciderim,sed inquire diligenter qualiter me possis liberare. Nullus ergo debet interrogare qualiter ceciderit talis,sed qualiter resurrexerit. Secundum similiter est falsum, quia peccata non sunt leuia sed grauissima & ponderosa, iuxta illud Hiere.46.Graue malum contra animas nostras, & Iob.6.Quasi arena maris hæc grauior

conuiuium, de turbulentia vero terrenorum potest exponi illud Hiere. 25. Turbo magnus egredietur a summitatibus terræ & illud Iob 3. Noctem illam, idest animam obscuram tenebrosus turbo possideat.

2. Calix quo Deus potat in hac vita.

Secundus calix Dei est plenus absinthio de quo bibunt illi qui faciunt cõdignam pœnitentiam sicut Magdalena & alij vere pœnitentes. Si enim ille, qui biberat de calice balsami diuinæ gratiæ perdiderit ipsam gratiam accedere debet ad hunc secundum calicem: & bibere de absinthio amaræ pœnitentiæ: quæ quanto fuerit amarior tanto erit virtuosior. Nam inquit Chrisostomus quòd aspera medicina melius curat morbos, quã lenis. Item sicut absinthium aptat stomacum, ita contritio animam & eam sanat a morbo peccati, & ideo dicebat Dauid Psalmo 115. Calicem salutaris accipiam. &c. Istud tamen absinthium amaræ pœnitentiæ debet dulcorari per spem cœlestis gloriæ considerando quod dicitur Matth. 3. Agite pœnitentiam. Appropinquabit enim regnum Cœlorum. Dicere quoq; possumus quod iste secundus calix est plenus sanguine, & iste est calix passionis, & martyrij de quo ipse Christus bibit sicut prædixerat filijs Zebedei Matth. 20. dicens. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Biberunt etiam martyres de isto calice, de quibus dicitur Apoc. 7. Hij sunt qui venerunt ex magna tribulatione & lauerũt stolas suas in sanguine agni. De hoc etiã calice bibunt illi qui carnem suam cruci figunt cum vitijs, & concupiscentijs, vt Apostolus ad Gala. 5.

3. Calix quo Deus potat in hac vita.

Tertius vero calix est maledictionis & iræ Dei de quo dicitur Apoc. 16. Date ei calicem indignationis iræ Dei, & Hiere. 48. Inebriate eũ calice iræ Dei, & de hoc calice dat Deus potum impenitentibus peccatoribus, qui credũt huic falso prophetæ. i. carni & sensualitati cõsulenti non agere pœnitentiam.

Tres quoq; calices Deus post futu...

Habet quoq; Deus tres alios calices post hanc vitam quorum primus est plenus vino mero, & iste est Cęlũ in quo est pura gloria beatorum, & de ipso bibunt animæ sanctorum quæ cœlesti gloria inebriãtur, iuxta illud Psalmistę. Inebriantur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quibus Deus porrigens hunc calicem meræ gloriæ ait Can. 5. Bibite amici mei, & inebriamini charissimi. Calix vero secundus est plenus vino mixto, & potatur in purgatorio in quo bibunt illi qui habent aliquid purgandum cum exeunt de hac vita. Locus. n. purgatorij dicitur calix vini mixti, quia ibi est consolatio de securitate gloriæ consequendæ, & de visitatione Angelorum, sed est desolatio de pęnæ accerbitate, & de dæmonum vicinitate, & anxietas de ipsius gloriæ dilatione. Item ibi est pœna mixta cum gratia, vnde ille qui est in purgatorio dici potest illud Isa. 1. Vinum tuum mixtum est aqua & de ipso ait apostolus 1. ad Cor. 3. Ipse saluus erit, sicut tamen quasi per ignem.

...ra vita.

2 Calix post hãc vitam a Deo præbendus.

3. Calix quo Deus post hanc vitam potat.

Tertius vero calix est plenus fęce, & iste est infernus in quo bibent animæ in peccato mortali decedentes quæ credentes ipsi falso prophetæ noluerunt facere pęnitentiam. In cloacam. n. infernalẽ plenam putredine proijcietur post iudiciũ vniuersale omnes fęces elementorũ. Itẽ oẽs aliæ immundiciæ & fęces. Sũt autem sex quæ in hac vita appetũtur ab hominibus, & habẽt fęces suas. s. pulchritudo, sanitas, gaudium, vita, lux, & diuitiæ. Fęx autẽ pulchritudinis est feditas, & deformitas, ac turpitudo, fęx sanitatis est infirmitas, fęx gaudij est dolor & tristitia, fęx vitæ est mors, fęx lucis est tenebra, fęx vero diuitiarũ est paupertas. Deus igitur post resurrectionem leuabit vinũ de fęce, & totũ vinum purum s. pulchritudinẽ, sanitatem, gaudiũ, vitã, lucẽ & diuitias, & oĩa bona ponet in calice beatorum, de quo ipse ait Psal. 22. Et calix meus inebrians quàm præclarus est. Fęces autem. i. turpitudinem, infirmitatem dolorem, mortem, tenebras & paupertatẽ in cloacam proijciet infernalem, & de isto calice potabit illos qui fidẽ dederũt huic falso prophetæ, & tunc poterit dici vnicuiq; damnato illud Hiere. 50. Bibisti de manu Domini calicem irę eius, & vsque ad pfundũ calicis soporis bibisti, &

potasti vsque ad fęces. De istis autem tribus calicibus ait propheta Psalmo 74. Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc quia in secundo calice pœnalitatis, pœnitentiæ, vel martyrij, atque austeritatis vitæ, & purgatorij, immiscuit consolationem suæ gratiæ, vnde bibentes de ipso calice possunt dicere Deo cum Psalmista. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Sequitur David in prædicto Psalmo 74. Veruntamen fęx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ, & hoc quo ad tertium calicem.

De 3. falso propheta.

TErtius autem falsus propheta est mundus qui prophetat de præsenti. Cum enim in se habeat tria scilicet concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, ac superbiam vitæ, vt dicitur primæ Ioannis 2. suadet homini vt ista diligat, quamdiu viuit. Sed est falsa suasio, quia ipse mundus cito deficit Homini quantum ad omnia prædicta. Propter quod hortatur apostolus primæ Ioannis 2. di. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in eo sunt, quia mundus transit & concupiscentia eius, & primæ ad Corinth. 7. Tempus breue est. Præterit enim figura mundi huius. quod ostenditur Naum. 2. vbi superbis morientibus derisorie dicitur. State state idest vos qui consueuistis iam potenter stare, modo state, idest state m & spiritum continete & in mundo remanete si potestis, & subditur, iam non est qui reuertatur, idest qui ad vitam possit redire post mortem. Deinde propheta ibidem alloquitur auaros morientes dic. Diripite argentum, diripite aurum, quasi diceret. Ad regionem ignotam pergitis de vestro auro & argento portate vobiscum si potestis. Et postea subdit. Non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilis, idest mors, quæ est finis hominis, non est deputata ad diuitias deferendas, nec ad vasa argentea, & aurea asportanda. Quid autem fiet de ipso auaro subdit. Dissipata est scilicet eius substantia a parentibus, scissa est scilicet eius anima a dæmonibus, dilacerata est scilicet eius caro a vermibus. Deinde alloquitur delitiosos dic. Cor tabescens & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus. Hoc est, vos delitiosi qui habuistis cor tam lætum, habebitis illud acerbitate pœnarum plenum, a quibus erit tabescens, & stupidum. Et qui habuistis genua non infirmata a ieiunio sed impinguata præ nimio cibo, habebitis ea lassa, & dissoluta præ nimia fame, & esurie in inferno. Et qui habuistis renes inflammatos igne malæ concupiscentiæ, habebitis eos consumptos igne gehennæ. Deinde ponit quid fiet de omnibus iam superbis quàm auaris, & delitiosis dic. Facies eorum quasi nigredo ollæ. Omnes enim habebunt facies nigras præ nimia ignis adustione, nigriores præ nimia famis attenuatione, & nigerrimas præ nimia infernalis fumi obfuscatione.

De 4. falso propheta.

QVartus propheta falsus est malus prædicator adulterans verbum Dei, demulcens aures populi, & ei adulans, & eum non reprehendens Hieremiæ 5. Stupor & mirabilia facta sunt in terra, prophetæ prophetauerunt mendacium, sacerdotes applaudebat manibus suis, & populus meus dilexit talia. Propterea admonet Deus dicens Isaiæ 3. Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Et Hieremiæ 27 ait Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis. Non seruietis regi Babylonis, quia mendacium ipsi loquuntur vobis. Ezechiæ. 13. Quasi vulpes in deserto, prophetæ tui Hierusalem. Et Hierem. 23. iterum ait. In prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij, & confortauerunt manus pessimorum vt non conuerteretur vnusquisque a malitia sua, facti sunt mihi omnes vt sodoma, & habitatores eius quasi gomorræ, & ab eis egressa est pollutio super omnem terram. Nolite ergo audire verba prophetarum, qui prophetant vobis & decipiunt vos. Visionem de corde suo loquuntur, non de ore Domini. Dicunt his qui blasphemabant, pax erit vobis

&

& omnibus qui ambulant in prauitate cordis sui, non veniet super vos malum, & ecce turbo Dominicę indignationis egredietur, & tempestas erumpens sup caput impiorum, hęc ibi. Omnes igitur isti Prophetę sunt falsi & stulti de quib⁹ dicitur Tre. 2. Prophetę tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Vĕdebant autem tibi Assumptiones falsas. Et Ezechie. 22. dicitur. Prophetę eius liniebant eum absq; temperamento, videntes vana, & diuinantes ei mendacium.

De 5. falso propheta. QVintus Propheta falsus est quilibet malus Christianus. Omnes enim mali Christiani sunt falsi Prophetę, vestimenta autem ouium quibus se induũt, sunt opera quæ de generatione bonorũ faciunt, quæ quia in mortali peccato faciunt nihil eis prosunt ad salutem. Sunt enim respectu operum quæ fiunt in Charitate sicut homo pictus vel mortuus respectu veri, & viui. Et sicut lignum putridum in nocte lucidum respectu verę lucis, quæ tamen opera in die Iudicij putrida apparebunt, iuxta illud p. ad Cor. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum. Item sunt sicut Aurichalchum & plumbum respectu veri auri, vnde Ber. ait. Melius est pallens aurum, quam fulgens Aurichalchum. Item sunt sicut flores respectu fructuum & sicut homo de omnibus floribus vnius viridarij nõ posset refici semel, sic de quibuscunq; talibus operibus non posset ad momentum Paradisi dulcedine saciari. Sicut autem flores fructus producunt, sic talia opera sępe ad gratiam disponunt. Et sicut flores vinearum buffones fugant, & Dominum vineę recreant, sic talis opera in quantũ disponunt ad gratiam Diabolo displicẽt & deo & a c Angelis multum placent.

De 6. falso propheta. SExtus falsus Propheta est omnis Hereticus quit Origenes super Mattheum Hęretici enim sunt falsarij lustrarum regalium, nam literas summi regis idest Sacram Scripturam falsificant, & male exponunt, quam dei filius per quinq; Bullas. i. per quinq; vulnera roborauit, quas *Declaratur* Bullas ipsi falsificant, Dum Christum nõ verè passum, sed fantastice fuisse affirmant. De quibus falsis prophetis Saluator tria tangit in verbis præallegatis. *illud veniunt ad vos inuestimẽtis ouiũ, p quo notatur q triplex est vestes ouina.*

PRimo eorum fraudulentiam cum ait. Veniunt ad vos in vestimentis ouium. Ista autem vestis ouina est triplex.

PRima est simulata locutio, lupus enim vt dicitur in libro de animalibus, aliquando fingit vocem canis, vt non lupus sed canis esse credatur. Canes vero Dei sunt prædicatores qui habent linguam medicinalem, iuxta illud psalmistæ dicentis Deo. Lingua canum tuorum &c. Hæretici autem aliquando fingunt se habere verba prædicatorum dicentes aliqua vera, vt sic trahant ad falsa iuxta illud ad Roma. 16. Per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Et ideo Apocal. 9. assimilantur scorpionibus, quia in facie, idest in principio dicunt verba blanda, sed in cauda pungunt, quia in fine dicunt venenata, vnde Augustinus ait. Vestimenta ouium sunt verba blanda, glosa vero super Matthęum dicit. Hæretici quadam pietatis veste tecti venenato animo sunt rapaces vt lupi.

SEcunda vestis est simulata conuersatio, quia prætendunt magnam mansuetudinem. Dicitur autem in libro de animalibus, quod lupus aliquando emittit voces humanas, vt non lupus, sed homo videatur. Et similiter hæretici prætendunt se habere conuersationem humanam, idest humilem & mansuetam, homo enim naturaliter est animal mansuetum, rationale, & mortale, hæretici vero mansuetam discretionem & desiderium moriendi pro Christo simulant, & ideo assimilantur sepulchris exterius depictis & intus fętentibus & turpibus Matth. 23. *De 2. veste ouina.*

TErtia vestis est simulata operatio, quia per ieiunia, orationes, & eleemosynas, suam malitiam tegunt, legitur autem in lib. de animalibus, quòd lupus sub tus folia virentia se abscondit vt oues *De 3. veste ouina*

venientes ad ea carpendum rapiat, & occidat, folia autem virentia sunt sanctorũ virorum opera in charitate facta, sub quibus hæretici se abscondunt, dum hæc eadem faciunt vt simplices decipiant, iuxta illud 2. ad Thi. 3. Habentes quidẽ speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et ideo assimilantur veneficis qui dum venena offerunt melle inuoluunt.

Sequitur declarãdo secũdã partẽ illius auctoritatis, quæ est. Intrinsecus aũt sũt lupi rapaces.

SEcundo ponit Saluator eorum seuitiam dum dicit. Intrinsecus ãt sunt lupi rapaces, quod exponit gl. vel spiritualiter corrumpendo, vel si possunt corporaliter persequendo vt patuit in Arrio cuius consilio omnes Episcopi catholici in exilium fuerunt missi, vt vix tres inuenirentur qui fidem defenderent, de quo prædixerat Apostolus Act. 20. dic. Scio quòd post discessum meum intrabunt in vos lupi rapaces non parcentes gregi &c. Contra tales autem lupos necessarij sunt canes latrantes, vnde refert Petrus Comestor, quòd dum Philippus Rex Macedonum obsideret Athenas, dixit Atheniensibus. Date mihi decem oratores, quos ex vobis elegero, & confœderatus recedam. Cui respondit Demosthenes peritissimus orator. Lupi dixerunt pastoribus. Tota causa discordiæ inter nos, & vos sunt canes. Date ergo nobis canes, & amici erimus, quòd cum fecissent, dormientibus pastoribus lupi in gregem ad libitum deseuierunt. Ex quo patet quòd magnum periculum est quando canes, idest prædicatores gregem deserunt vel latrare negligunt, de quibus dicitur Isa. 56. Canes muti non valentes latrare. Sicut. n. mansuetudo in homine est laudabilis, & ita vituperabilis, sic econuerso est in cane, vnde Dyonisius ait. Mansuetus in omnibus factus canis, iam non est canis.

Declaratur vltima particula illius auctoritatis. s. A fructibus eorũ cognoscetis eos.

TErtio ponit Saluator eorum noticiam cum ait. A fructibus eorum cognoscetis eos. Non enim cognoscuntur à vestimentis simulatis sed a fructibus apertis, qui sunt tres. Primus est doctrina pestifera, quia dicunt diabolum esse Creatorem omnium visibilium, & multa alia talia diabolica & peruersa, contra quos dicitur Iob. 13. Ostendam vos fabricatores esse mendacij & cultores peruersorum dogmatum. Secundus est simulata vita. Multum enim intendunt illis per quæ possunt reputari sancti, sicut exterminationi faciei & prolixitati orationum, sicut testatur Saluator Matth. 6. & 23. Tertius vero est proles impia, quia omnes credentes ab eis geniti sunt vsurarij, periuri, & multis sceleribus pleni Sapientiæ 4. Ex iniquis omnes qui nascuntur filij testes sunt nequitiæ aduersus parentes.

De 7. falso propheta.

SEptimus falsus propheta est hypocrita & iste ecclesiam periculose impugnat. Olim enim passa est bellum tirannorum, sed illud vicit per patientiam patitur etiam quotidie bellum hæreticorum, sed illud vicit per sapientiam. Bella autem hypocritarum vincere non potest, quia est occultum, domesticum, & intestinum. Et ideo præmisit Dominus attendite. Super quo ait Chriso. Vbi res est certa respicitur, vbi autem est incerta attenditur idest caute consideratur. Induunt enim se hypocritæ vestimentis ouium idest operibus virtuosorũ, intus autem sunt lupi rapaces, quia malo animo hæc faciunt. Vel potest dici quod fideles sunt vestimenta Christi, dicẽte propheta Psal. 44. Mirrha & gutta & cassia a vestimentis tuis. &c Ab istis enim vestimentis fluit gutta idest lachryma compunctionis, gutta enim est species aromatica quæ lachrymas stillat. Fluit etiam cassia idest pudor confessionis. Cassia. n. habet folia purpurea, & significat pudorẽ confessionis. Fluit quoq; mirrha, idest labor satisfactionis, vbi multiplex amaritudo notatur. Et quia hypocritæ fingunt se aliquando lachrymas fundere, & confessionem promere, ac satisfactionem facere, ideo difficiliter cognoscuntur.

Sicut lupus per tria cognoscitur, ita & hypocrita.

DIcit tamen Chriso. super Matthæum quòd lupus tectus pelle ouina per tria cognoscitur. Primo per actum quia dentibus mordet, ouis vero n. minime morsibus lædit Secundo per vlulatum, quia versus Cælum vlulat, ouis vero versus terram. Tertio, per pastum, quia carnibus delectatur, ouis vero herbis pascitũ. Vnde hedus aliquo istorũ modorũ cognouit lupum, dicens vt refert Esopus. Rimula

mula qua video te docet esse lupum. Et eodem modo ipsi hypocritæ cognoscuntur.

PRimo per actum quia bonos mordent & eis detrahũt, de quibus ait Paulus ad Gala. 5. quòd si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. Ille enim qui mordet partem subtrahit, & partem relinquit, & similiter aliquando detractor in parte laudat & in parte vituperat. Ille vero qui comedit cibum masticat ipsum, & sibi incorporat. Et similiter multi contra aliorum vitia murmurant, & tamen eadem faciendo sibi incorporant. Ille autem qui consumit, nec de pelle, nec de carne nec de osse aliquid dimittit, & similiter plerique sunt qui condemnant vitam, famam, & conscientiam aliorum.

De 7. falso propheta.

SEcundo cognoscuntur per voces, vnde Chrisostomo. vbi supra ait. Qui vocem humilitatis, & veræ confessionis emittit ouis est. Qui vero contra veritatem blasphemans vlulat contra Deum, lupus est, iuxta illud Psalmistæ. Iniquitatem in excelso locuti sunt.

TErtio cognoscuntur per cibum, quia boni pascuntur herbis virentibus idest cęlestibus amenitatibus, mali autem carnalibus voluptatibus, iuxta illud ad Roma. 8. Qui in carne sunt, quæ carnis sunt sapiunt.

Hypocrita lupo ꝓpter rapacitatẽ assimilatur.

Sicut lupi per tria cognoscitur, ita & hypocrita.

ASsimilatur ergo hypocrita lupo propter rapacitatem vnde Prudentius inquit. Latitat lupus ore cruento Lacteolam mentitus ouem, sub vellere molli, & Gregorius in moral. ait. Hypocrita iustus esse non appetit sed videri. Et icc circo raptor est, quia cum iniqua agat de sanctitate desiderat venerari, & laudem vitæ rapit alienæ. Non solum autem appellati sunt lupi hypocritæ, quia rapiunt simulationibus suis, laudes quas non merentur, sed etiam propter rapinam elemosynarum, quas ostensione sanctitatis a simplicibus extorquent. Et ideo exclamat Saluator Matthęi. 23. Veh vobis scribæ & pharisæi, qui comeditis domos viduarum orationes longas orantes.

Hypocritæ simiæ, strutioni, & vulpi similes sunt.

ASsimilantur etiam simiæ de qua dicunt philosophi naturales quod licet nullum animal sit magis simile homini in exterioribus, tamen intus est magis dissimile. Sic hypocrita exterius Angelus videtur, interius vero est diabolo similis. Item assimilantur strutioni de quo dicitur Iob 39. Penna strutionis similis est herodij & accipitris, super quæ verba inquit Grego. quòd accipiter & herodius & reliquas aues sui velocitate transcendit. Strutio autem pennæ eorum similitudinem habet, sed volatus eorum similitudinem non habet. A terra enim eleuari non valet, & alas quasi ad volandum erigit, sed tamen nunquam a terra se volando suspendit. Ita sunt omnes hypocritæ, qui dum bonum simulant, apparentiam quidem sanctitatis habent, & quasi alas extendunt sed veritatem sanctę actionis non habent, & vitiorum pondere grauati nullatenus a terra subleuantur, hæc ille. Assimilantur etiam vulpi, vnde Alexand. de Ales super Psalmo 62. ponit decem, & octo comparationes hypocritæ ad vulpem super illa verba partes vulpium erũt. Sed dimissis multis causa breuitatis, dico hypocritam assimilari vulpi, quia sicut vulpes foueas habent Matthæi 8. ita hypocritæ meretrices in occulto Prouerb. 23 Fouea profunda meretrix. Et sicut vulpes non vadunt via recta sed per anfractus, ita hypocritæ de quibus dicitur Prouerbio. 2. Quorum viæ peruersæ & infames gressus eorum. Et sicut vulpes habent caudã magnam & pilosam, ita hypocritæ post se trahunt magnam comitiuam diuitum huius mundi, iuxta illud Isa. 9. Propheta docens mendaciũ ipse est cauda. Et ideo dicitur Ezec. 13. cap. Quasi vulpes in desetto prophetæ tui erant. Sicut etiam cãro vulpis mali saporis est, & comeditur per podagrã quam patientes infirmitatem iuncturarum habent. Ita carentes charitate, quæ est vinculum animorum idest peccatores hypocrisi pascuntur, quę est cibus a diabolo inuentus, de quo Psalmista. ait. Dedisti eum escam populis ethiopum. Tales enim sine charitate existentes fauent ipsis hypocritis

& ab eis confitetur, quasi ab eis podagra animæ suæ debeat sanari. Et sicut vulpes in taxi fouea stercora proijcit, quibus odoratis taxus ab ea recedit, sic hypocrisis contaminatione anima infecta, spiritus sanctus recedit ab illa, iuxta illud Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & sicut vulpes se in terram prosternit, & mortuam esse simulat, vt auiculas decipiat, & comedat, sic hypocrita se austerum, & mortificatum ostendit vt mulierculas maxime deuotas, ac demissas, sub specie sanctitatis decipiat, & ad mortifera facinora attrahat. Ideo inquit Oratius in poetria. Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. Item vulpes est animal dolosum. Et similiter hypocrita. De quo Eccle. 19 dicitur. Interiora eius plena sunt dolo. Et ideo hypocritæ inquit Persius. Pelliculam veterem retines sed fronte politus. Astutiam sapido seruas sub pectore. Vulpes etiam valde destruunt vineas. Ideo dicitur Cant. 2. Capite nobis vulpes paruulas, quæ de moliuntur vineas. Et de hoc habetur exemplum iudicum 15. de trecentum vulpibus a Sansone insimul ligatis quæ destruxerunt segetes, olíueta, & vineas philistinorum. Sic quoque hypocritæ destruunt vineam Domini quæ est ecclesia. Ait enim August. in c. nemo. 83. distinct. Nemo nocet amplius in ecclesia Dei, quàm qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis, vel sacerdotis habet.

Sequitur hypocrisim detestanda.

ET cum hac sententia consonat dictum Tullij in primo de officijs dicentis. Totius iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum qui cum maxime fallant, id agunt, vt boni viri esse videantur. De talibus autem multi reperiuntur, de quibus inquit philosophus 1. Elencorum. Quibusdam est magis operepretium videri esse sapientes, quàm esse, & non videri. Ideo inquit Seneca ad Lucillum. Quod loquimur sentiamus, concordet sermo cum vita. Et iterum ad eundem. Multo magis ad rem pertinet qualis tibi, quàm qualis alijs videaris. Et beatus Ambrosius. in 1. de officijs. ca. 9. ait. Quales haberi volumus tales & simus. Inquit enim August. super. Psal 63. Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas, quia & iniquitas est & simulatio, & Chrisost. super Matthæū ait. Nulla res sic exterminat bonum sicut simulatio. Nam malum sub specie boni celatum, dum non cognoscitur non cauetur. Et in hoc sensu loquitur glos. super Isa. 16. c. dicens. Leuius est aperte peccare, quàm sanctitatem simulare. Ideo dicitur Eccle. 1. Ne fueris hypocrita in conspectu Domini, vt enim scriptum est Iob 8. Spes hypocritæ peribit. Et 20. eiusdem libri. c. dicitur Gaudium hypocritę ad instar puncti. Et ideo est semper timidus & pauens maxime tempore mortis, iuxta illud Isaiæ 33. Possidet tremor hypocritas. Omnis ergo hypocrita est nequam Isa. 9. Et congregatio hypocritæ sterilis erit Iob. 15 Et in conspectu Dei non veniet omnis hypocrita Iob 13. vt enim dicitur in prouerbijs sapientum. Malus vbi bonum se simulat pessimus est & in §. item taciturnitas. de pœniten. distin. 1. scriptum est. Species superbiæ est velle se iustum videri qui peccator est, & hic hypocrita esse conuincitur. & in c. nolo. 12. q. 1. inquit August. Quicunque hypocrita est, mortuus est scilicet quo ad Deum. Et idem in libro Enchiridion ait. Omne malum ordinat Deus in bonum, hypocrita autem bonum opus per malam intentionem deformat, & quasi conuertit in vicium. Ab hoc autem hypocrisis vicio tanto diligentius cauere debemus, quanto est cauere difficilius, & committitur frequentius. Ait enim Hiero. libr. 2. contra pelagianos. Quamuis alijs vicijs carere valeamus, hypocrisis maculam non habere, aut nullorum aut paucorum est.

De 7. superbiæ filia, q̄ pertinacia seu obstinatio dicitur, & declaratur quid sit.

SEptima superbiæ filia est pertinacia, & obstinatio quæ a superbia procedit vt ait Grego. in pastorali est autem pertinax ille qui tta suo sensui firmiter hæret, vt nemini valeat acquiescere, sed sequatur proprias opiniones, & iudicia spretis consilijs sapientum, & aliorum. Ne igitur quis sit pertinax debet tria principaliter obseruare, primū est illud quod scribitur in c. ne innitaris de constit. vbi dicitur. Ne innitaris prudentię tuę, prudentię autem suæ innititur,

qui

qui ea quę agenda, vel dicenda videntur, partium sententijs ante ponit. Secundum est vt ab his quæ ceperat credens esse bona si postmodum cognoscat esse mala se subtrahat. Scriptum est enim in c. diffinitio. 22. q. 4. Diffinitio incauta laudabiliter est soluenda, nec est præuaricatio, sed temeritatis emendatio, hæc ibi. Tertium est, vt quantuncunq; homo sit sapiens, in peragendis tamen rebus maxime arduis vtatur maturis consilijs. Quæ enim cum consilio fiunt, fructu non carebunt l. humanum. C. de legi. l. dubium nō est. C. de repu. Econtra vero Prouer. 15. dicitur. Dissipantur cogitationes vbi nō est consilium, vbi autem fuerunt plures consiliarij confirmantur. Ideo semper illud Isa. 3. Consiliarius non est tibi inquit Hiero. Gręci Poetę laudabili sapientiæ, dixerint primum esse beatum qui per se sapiat, secundum vero qui sapientem audiat, qui autem vtroque caret, hunc inutilem esse tam sibi quam alijs. Ea propter Tobię. 4. dicitur. Consilium a sapiēte semper requiret, & Eccl. 27. Ante omnem actum stabile consilium præcedat te, & 32. eiusdem lib. capit. sine consilio nihil facias, & post factum non Prou. 11. Salomon. Erit salus vbi multa consilia, & 12. eiusdem lib. capit. qui sapiens est audit consilium, & 13. Qui agunt omnia cū consilio reguntur sapia. & 27. Bonis amici consilijs anima dulcoratur, & in autē. habita. C. ne filius pro patre Sapientum consilio mundus illuminatur. Quapropter licet Salon esset sapientissimus consiliarios tamen habuit, quorum consiliū, quia Roboam filius eius reliquit magnā partem regni amisit, vt habetur secundi Para. 4. cap. De Romanis etiam scribitur in policrato, quod Romulus condita Roma centum ex senioribus sapientioribus elegit, quos senatores appellauit, quorum nomina literis aureis conscribi fecit, appellabanturque patres conscripti, quorum consilio omnia agebat. Hæster quoque primo scribitur, quòd septem sapientes semper aderant cum rege Assuero, scientes leges ac iura maiorū, quorum consilio cuncta agebat. At contra de Xerse potentissimo rege, sed superbissimo refert Valerius maximus, quòd bellaturus contra græcos conuocatis baronibus suis ait, vos parate obedire & non consulere, qui ab ipsis gręcis victus & confusus est.

De 7. superbiæ filia, [...] pertinacia seu obstinatio dicitur [...] & 3 de[...] vatur quo[...] a fit.

De 8. superbiæ filia, q̄ ingratitudo nuncupatur et primo q̄d sit.

Octaua superbiæ filia est ingratitudo de qua dicitur in lib. de moribus me dicorum. c. 12. Ingratos homines inflata superbia reddit. Et Seneca ad Lucillum libro 13. epistolarum, epistola. 6. inquit. Ingratus est qui beneficium reddit sine vsura, ingratus est qui beneficium negat quod accepit, ingratus est qui dissimulat, ingratus est qui non reddit, ingratus est qui oblitus est, hæc ille. Et talis fuit ille scolaris discipulus cuiusdā magistri sapientissimi, qui ipse magister summe diligens & studiosissime instruxerat, atque enutriebatrat. Quem volens probare, verum esset gratus de receptis beneficijs. Quadam die dum simul pergerent dixit ei prædictus magister. Ecce charissime multa bona tecū tibi vt nosti, si nunc esset Dei voluntas vt in Papam, vel in magnum prælatum ecclesiæ, te tua scientia sublimaret, quid de me faceres? Ille autem discipulus respondit. Magister reuerende. ego vos nunquam dimitterem, sed illum honorem vobis resignarem, & semper vobis seruirem, vel ad minus facerem vos Dominum & magistrum curiæ meæ. Tunc ille magister per artem magicam fecit venire equites multos cum situlis & tubis, ac auriga aurea & maximis triumphis, quos cum interrogasset quo pergerent responderunt. Episcopus Ratisponensis defunctus est, & alter ad locum eius sublimatus est, & electus nomine talis, & nominabant discipulum eius, quibus respondit magister. O domini, hic est discipulus meus iste. Quem gloriose & honorifice illi suscipientes in auriga cum magna solennitate versus Ratisponam deducebant. Magister autem ille pedester eum per lutum sequens inuocabat di. O domine episcope memento mei. Ipse autem ingratus & oblitus omnium beneficiorum non exaudiebat suum magistrum propter quod cum talibus honoribus deditus exultaret, prædicta illusio cessauit, & ille discipulus se in luto reperit, & sic de ingratitudinis vitio confusus fuit.

fuit. Sciendum est autem quod ille ingratissimus est, qui mala pro bonis reddit, de quo ait sapiens Prouerbio. 17. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. Et Esopus fabula 8. Nil prodest prodesse malis, mens praua malorum. Immemor accepti non timet esse boni. Et fabula. 10. Reddere gaudet homo nequam pro melle venenum. Pro fructu pœnam, pro pietate dolum. Sicut fecit quidam serpens de quo fabulose recitatur in gestis Romanorum, quòd cum quidam Imperator post meridiem ad venandum equitaret, inuenit eum a pastoribus caprum, & ad arborem ligatum. Ipse autem serpens horribiliter clamabat, vnde Imperator pietate motus soluit eum, & in sinu suo posuit vt illum calefaceret, serpens autem cum esset calefactus incepit mordere Imperatorem, & contra eum proijcere venenum suum. Cui ait Imperator. Quid facis & cur mihi malum pro bono reddis? Data autem voce serpenti ipse respondit. Quod natura dedit nemo tollere potest. Tu fecisti quod in te fuit, ego uero secundum naturam meam feci, semper enim ero inimicus homini, quia propter eum punitus sum. Illis autem cōtendentibus vocatus fuit quidam philosophus vt inter eos esset iudex. Qui ait. De hac contentione nolo iudicare nisi prius serpēs ligetur vt erat prius, & Dominus Imperator sit liber, & tunc iudicabo pro vtraque parte, ligato igitur serpente ad arborem, ait ei Philosophus. Iam es ligatus soluas teipsum si potes & recedas, respondit autem serpens. Non possum. Et philosophus dixit. Morieris ergo, quia ingratus semper homini fuisti. Et ait Imperatori. Domine iam liber es, venenum de sinu tuo excutias, & amodo de tali fatuitate non te intromittas, quia serpens nihil aliud poterit facere nisi quod consueuit. Multi autem homines reperiuntur ingrati, vt serpentes, cum tamen philosophus dicat, quòd inter alia vitium ingratitudinis pessimum est. Nam cito obliuioni tradunt beneficia recepta, vnde Simonides philosophus interrogatus quid inter homines facile consenesceret respondit. Beneficium. Et Seneca in libro de beneficijs ait. Memoria beneficiorum labilis, iniuriarum vero tenax est. De talibus ergo ingratis potest dici illud psalmistæ. Obliti sunt benefactorum eius &c. Tales etiam ingrati non referunt grates de beneficijs, cum tamen dicat Seneca vbi supra. Non referre gratias de beneficijs turpe est. Vnde recitat glos. in capitul. prudentis. de dona. verba Martialis poetæ reprehendentis quendam ingratum & dicentis. Sceuola tu comedis apud omnes, nullus apud te. Alterius siccas pocula nemo tuum. Aut tu redde vices, aut desine velle vocari. Dedecus est semper sumere, nolle dare. Multi etiam non solum non referunt gratias benefactori suo sed ei improperantur, & eum exasperant, vnde de illo dici potest illud Ecclesiastici 29. Hospitabitur, & pascet ac potabit ingratos, & adhuc amara audiet ab eis, & tales ingrati sunt similes mulo, qui postquam ei Dominus suus dedit bladum, soluit & remunerat eum calce. Solet autem dici quod magnum beneficium remuneratur magna ingratitudine. Sicut faciunt quandoque aliqui principes, qui suos seruitores post multa illorum seruitia ex aliqua indignatione iubent suspendi per gulam vel decapitari. Est ergo consuetudo superbæ mentis & ingratæ, vt quanto ei quis plura confert beneficia, tanto illum sibi magis obligatum putet. Tales ingrati merentur priuari accepto beneficio propter ingratitudinem qua reuocari potest beneficium capitul. final. de donatio. l. final. C. de reuocatio. donatio. & §. sancimus. institut. de donatio. Vnde secundum leges seruus a seruitute liberatus per patronum, propter ingratitudinem reuocatur in seruitutem leg. si manumissori too. C. de obsequijs patro. præ. Et in autentic. vt liberti de cætero. §. quia etiam. & 12. quæstione secunda capitul. Episcopus qui manumissum. & capitul. libertum ecclesiæ. & capitul. sequenti. & in auten. de nuptis. §. ingratitudinem. colum. 4. & ff. de inofficioso testament. leg. Papirianus. §. meminisse. & ff. qui & a quibus. leg non fiunt. & C. de libe. & eorum libe. l. si manumissus. vbi dicitur. Si manumissus ingratus extiterit circa patronum

patronum

patronum suum, & quadam iactantia vel contumacia ceruices aduersus eum erexerit, aut leuis offensæ culpam cõtraxerit a patrono rursus sub imperio ditioneq; mittatur, filijs etiam, qui postea nati sunt seruituris. Ingratitudo ergo legum, & canonum auctoritate damnatur. c.8. 12.q.2. Quapropter inquit Cato c.2. Officium alterius multis narrare memẽto. Atq; alijs cum tu benefeceris ipse sileto. Et iterum. Exiguum munus cũ dat tibi pauper amicus. Accipito placide, & plene laudare memento. Qui enim sunt ingrati, irrationabilibus bestijs peiores esse noscuntur, quæ suis sunt gratæ bene factoribus. Sicut recitat Esopus de illo leone a quo quidam pastor extraxit spinam, quam habebat in pede, qui postea captus, & cum alijs multis bestijs in quodam theatro missus. Cum quadam die pastor ille condemnatus ad mortem inter prædicta animalia esset expositus, vt ab eis deuoraretur, statim leo eũ agnoscens, protexit illum ab alijs animalibus. Et sic a morte propter hoc mirabile factum liberatus fuit. Simile quoq; est exemplum de leone sancti Hieronymi qui propter curationẽ mali pedis ex spina extracta, toto tempore vitæ suę in seruitium fratrum & beati Hiero. remansit.

Ingratus irrationabilibus est peior

Elephas etiã vt refert Albertus in tractatu de virtutibus politicis in c. de gratitudine suo benefactori est gratus. Nã venatores faciũt foueã in qua cadẽte elephãte, & exire nõ valẽte, vnus eorum baculo cũ fortiter pcutit. Quo clamãte alius venator currẽs illũ verberãtẽ pcutit, & fugat. Deinde elephãti cibũ tribuit & a fouea illũ extrahit. Qui gratus existẽs eũ postmodũ tanq̃ dñm suũ diligit, & tanq̃ agnus post eũ vadit. Legit̃ quoq; de quadã leena in vitis patrũ, q̃ cęcos habẽs filios ad sanctũ Machariũ illos adduxit, signo innuẽs & rogãs modo quo poterat, vt eis lumen daret. Qđ vidẽs sanctus vir, eos crucis signaculo ad lumẽ reduxit. At illa cũ filijs ad speluncã reuersa, oẽs pelles ouiũ quas fuerat ab antiquo pdata, accepit & ei detulit in signũ gratitudinis. Quibus exẽplis debent oẽs suis benefactoribus grati esse, vt.n. inqt Esopius fabula. 42. Accepti memores nos decet esse boni.

Elephante etiã ingratus est deterior.

Nona filia superbiæ est inobedientia: per quam filij parentibus, subditi p̃latis, & inferiores superioribus obedire cõtemnunt, maxime cum se bonos reputantes eorũ malã vitam conspiciunt. Cõtra quos inqt Alex. de Ales in 3. parte sũmę, in quæstione, vtrum boni subijci teneanẽ malis, q̃ subesse tenenẽ, nec debent rebellare contra eos. Ait.n. Ambrosius super epistolã ad Ro. Si bonus est princeps benẽ operantẽ non punit, sed diligit. Si malus est non nocet bono, sed purgat eũ. Et ideo dr̃. 1. Petri. 2. Serui subditi estote in omni timore dñis, non tm̃ bonis, & modestis, sed etiam discolis & malis. Et ad idem est textus. 11. q. 3. c. iulianus, & c. q residet. & c. si ei. & c. si bonum, & c. imperatores, & c. quid ergo. Vnde in licitis & honestis eis est obediendũ, dicente dño. Matth. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribę & pharisei. Oĩa ergo q̃ dixerint vobis facite, & seruate, secundum vero opera eorum nolite facere. Oĩs n. potestas a dño Deo est, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, ad Rom. 13. Ideo inquit Greg. in c. si qui sunt præsbyteri. 81. di. peccatũ ariolandi est non obedire, & scelus idolatriæ non aquiescere. Peccatum igit̃ paganitatis incurrit quisquis dum se christianum esse asserit, sedi apostolicæ obedire contemnit. Et idem habet̃. 2. q. 4. c. ecclesia. & 8. q. 1. c. sciendũ, & de maio. & obe. c. illud. Spernentes em̃ obediẽtiam superiorũ, spernũt Deũ, qui prælatis dixit. Luc. 10. Qui vos spernit me spernit. Ideo in c. absit. 11. q. 3. Eleutherius Papa ait. In lege veteri habet̃ q̃ quicunq; sacerdotibus nõ obtẽperasset, aut extra castra positus a populo lapidabatur, aut gladio subiecta ceruice cõtemptũ expiabat cruore. Nunc vero inobediẽs spirituali animaduersione truncat̃, idest æternæ damnationis pęna, aut eiectũs de ecclesia rapido ore dæmonum decerpitur, hæc ibi.

De 9. filia superbiæ q̃ inobedientia dicitur

Inobedientia ergo quandoq; punit̃ per excõicationẽ, vt etiam habet̃, di. 18. c. decernimus, & 34. dist. c. quorundã, in fi. & 11. q. 3. c. si aũt. cum tribus capitulis sequentibus. Item punitur per depositionem & degradationem. 11. q. 1. c. si quis sacerdotum. & 34. di. c. quorundam, in fi. Item per corporalem afflictionem. 7. q. 1. c. deniq; vbi ponit̃ exemplũ prophetę q

Inobediẽtes multipliciter puniuntur.

pro-

propter inobedientiam Dei occisus est à leone. Secundum etiam leges militares in obediens suo capitaneo in bello debet decapitari. l. 3. §. in bello. ff. de re mili. O igitur inobedientes paternis iussionibus seueris debetis puniri vindictis. c. iustum est. 23. q. 3. & contumacia est punienda. l. si plures, in fi. ff. de admi. tuto. & l. Si tutor. ff. de in litem iurand. Et crescente contumacia debet etiam crescere pœna. c. cum non ab homine, de iudi. & l. relegati. in fi. ff. de penis. Durumq; est contra stimulum calcitrare. Actu. 9. Ideo quilibet debet seruare superiorum obedientiam, de qua inquit Grego. 8. q. 1. c. sciendum. Sola est quæ fidei meritum possidet obiecta, sine qua infidelis quisq; esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur. Et in c. nulla. 93. di. dicitur. Porro a Deo donum summi muneris consequuntur, qui suis doctoribus libenter obediũt. Magna enim est virtus obedientia, vt ait glo. in l. desertorem, §. in bello. ff de re mili. vnde scriptum est. 1. Reg. 15. Melior est obediẽtia quàm victimæ, ac sacrificia.

Obedientia debet fieri hilariter et celeriter.

VT autem sit meritoria, debet fieri primo hilariter, & libenter, hilarem enim datorem diligit Deus. 2. ad Cor. 9. Ait. n. Augus. in quodam sermone. Incompositio corporis inæqualitatem indicat mentis. Nemo enim libenter imperat homini tristitiam essanti. Secũdo celeriter est obediendum. Et ideo beatus Franciscus vt legitur in legenda eius antiqua, dicebat fratribus suis. Fratres charissimi ad primum verbum præceptum implete, nec expectetis iterari quod dicitur vobis, nihil etiam impossibilitatis causemini siue iudicetis esse in præcepto, quia etiam si supra vires ergo vobis mandare, obedientia viribus non careret. Et scitote quòd ille qui præcepto obedientiæ festinanter non obedit, nec Deum timet, nec homines reueretur. Tantus autẽ est obedientiæ fructus, quòd illi qui iugo ipsius colla submittit, nihil temporis sine lucro transit, hæc ille. Et ideo sine tardatione mandatum superioris est implẽdum, vnde debet subditus dicere prælato, sic Paulus ait. Actuum. 9. Domine quid me vis facere? Et primi Reg. 3. dixit Samuel Deo. Loquere domine quia audit seruus tuus. Et Isa. 1. ait ꝓpheta. Ecce ego, mitte me. Obedientẽ enim celeriter laudat Deus per psalmistam dicentem. In auditu auris obediuit mihi. Quod quantũ sit ei gratum patuit in illo monacho, qui cum scriberet in cella vocatus ab Abbate reliquit statim scripturam, vt ad eum pergeret, & reliquit vnum o imperfectũ pro dimidia parte. Quam litteram postea inuenit per Angelum ex auro completam. Ideo Prouer. 22. dicitur. Vidisti hominem velocem in opere suo? coram regibus stabit. Ea propter Bernardus in quadam epistola ait. Verus obediens nescit moram, mandatum nõ procrastinat, sed parat aures auditui, oculos visui, manus operi, pedes itineri, totumq; se recolligit vt ex toto mandatum impleat imperantis. Ideo dixit dominus. Lucæ. 19. Zachee festinans descende. At ille festinans descendit, & suscepit illum gaudens. Mora enim est culpa & peccatum, cum quis aliquid facere tenetur e. mora de regu iu. lib. 6. Quod vitium non habebant illi de quibus inquit Virgilius in 3. Eneidos. Otius omnes imperio læti parent, ac iussa facescunt.

Patienter est obediendum.

TErtio est obediendum patiẽter, idest sine murmurationibus, & lamẽtatione, aliter esset obedientia dæmonum, de quibus dicitur Lucæ. 4. Exhibant dæmonia e multis clamantia, scilicet ad præceptum Christi.

Simpliciter est obediendum.

QVarto debet obediri simplicìter .i. sine distinctione vel inquisitione causæ præcepti, vel obedientię, quia inquit Greg. in quodam sermone. Non licet subditis discernere, sed debẽt statim simpliciter obedire. Non enim debet subditus dicere prælato suo. Cur magis mihi hoc imponis quàm illi? Sicut non faciebant Romani de quibus dicitur primi Macha. 8. Omnes obediunt vni & zelus & inuidia non est inter eos. Vnde Augu. ad hære. ait. Non placet Deo disceptatrix obedientia, quærens cur, quare, & quamobrem præcipiatur. Et ideo Hiero. ad Rusticum monachum scribit, illũ ad obediendum simpliciter exhortans & dicens. Præpositum monasterij timeas vt dominum, diligas vt parentem, credas ti

bi

bi salutare quicquid ille preceperit, nec de maioris sententia iudices, cuius officij est obedire, dicente Moyse. Audi Israel & tace. Quinto debet obediri inuariabiliter, vt si vnū præcipiatur non fiat aliud sine præcipiētis voluntate expressa, vel verisimiliter interpretata ab eo qui rationabiliter potest eam interpretari aliquo inopinato casu superueniente. Aliter autem faciens, etiam si bene faciat debet puniri, vnde dicit in l. 3. §. in bello. ff. de re mili. q qui contra præceptum imperatoris pugnauerit decapitari debet, etiam si vicerit. Ideo dicit Deus. Deute. 12. Quod præcipio tibi hoc tantum facias, nec addas quicquam, nec minuas. Sexto debet obediri integraliter. Non.n. sufficit aliquid fieri solum pro parte nisi totum fiat cum fieri potest, quando aliquis est obligatus illud facere l. in causæ. ff. de procura. l. cum hi. §. si pretor. ff. de transac. & l in executionibus. §. plura. ff. de verbo. obli. & extra de penis c. summa.

Inuariabiliter est obediendum.

Integraliter est obediendum.

Septimo est obediendum veraciter, scilicet vt quis non impellat prælatum ad præcipiendum sibi propter importunitatem. Ait enim Grego. in quodam sermone. Si quis aperte vel occulte satagit, vt hoc ei prælatus præcipiat quod sibi placet, non ipse prælato, sed prælatus sibi obediés est. Et hoc intelligitur de obedientia rerum sensualium, vel honorabilium. Nam licitum est, imo valde meritorium est impetrare obedientias laboriosas, vel ex quibus sequitur impetranti abiectio, vt ait Grego. 8. q. 1. c. sciendum.

Veraciter est obediendum.

Octauo debet obediri strenue, & nō desidiose, ac negligenter, seu cū corpore, quia scriptū est Hie. 48 c. Maledictus, quia facit opus Domini fraudulenter, & desidiose. Nono constanter, vt non turbetur propter asperitatē obedientię, sed dicat cum psalmista. Paratus sum, & non turbatus vt custodiam mandata tua. Vnde Bernardus in sermone de obedientia ait. Manū tuam misisti ad fortia, Agendum est tibi viriliter, & constanter obediendum, nec inter asperitatem verborum tam regalis est semita relinquenda. Decimo humiliter. De quo Hiero. super Hiere. dicit. Cum magister præcipit obedientis indicium, est si demisso versus eum audiat capite, si autem terga vertat, signum est contēnentis. Vndecimo sinceriter, vt nō superficietenus solum impleat verbum obedientiæ faciēs aliqua malitia contra voluntatem imperantis. Hoc enim esset agere contra obedientiam. l. non dubium. C. de legi. Item debet habere sinceritatem in obediendo, vt non velit propter illa quæ facit in hoc mundo remunerari, nec melius alijs tractari, ne sit de illis de quibus dixit dominus Matth. 6. Amen dico vobis receperūt mercedem suam. Non ergo quærat a prę lato mercedem, nec credat illum, propter factam obedientiam ei obligatum, sed seruet domini consilium Lucæ. 17. dicentis. Cum feceritis omnia quæ præcepta sūt vobis dicite, serui inutiles sumus.

Feruenter est obediendum.

Constanter est obediendum.

Humiliter est obediendum.

Sinceriter est obediendum.

Duodecimo debet obediri perseueranter, scilicet vsq; in finem. Non enim sufficit obedire decem, vel viginti annis nisi obediatur vsq; ad mortem, nec incipere obedire nisi vsq; in finem perseueretur, quia in cassum currit qui antequam peruenerit ad metam cursus deficit, de peni. di. 3. c. in cassum, & extra de renun. c. 1. Ideo inquit Apostolus. 1. ad Cor. 9. Sic currite vt comprehendatis.

Perseueranter est obediendum.

Ad obedientiam vero hortamur nō solum exemplo Christi, qui suæ matri, & patri putatiuo parebat. Lucæ. 2. Et præcepta patris sui cęlestis seruabat Ioannis. 6. Sed etiam exemplo sanctorum maxime beati Francisci qui dicebat, quòd inter alias gratias hanc illi dominus concesserat, quòd ita libenter, & simpliciter obediret vni nouitio vnius horę si ei prelatus daretur, sicut antiquissimo, & discretissimo patri. Item dicebat quòd subditus prælatum suum non hominem considerare debet, sed illum pro cuius amore subiectus est. Item dicebat. Tolle corpus exanime illud vbi placuerit pone, & videbis non repugnare motū, non murmurare situm, non reclamare dimissum, quod si constituatur in cathedra non alta sed ima respiciet. Si collocetur in purpura in duplo pallescit. Et similiter verus obediens cur moueatur non diiudicat, vbi collocetur nō curat, vt transmu-

Exemplo non dñi Christi sed & aliorum sanctorū ad obedientiā exhortamur.

mutetur non instat. Euectus ad officia so litam tenet humilitaté, plus honoratus, plus se reputat indignum, hæc ille. Exemplo quoq; animalium irrationabilium ad obediendum prælatis animamur, quæ suos duces, & principes sequũtur vt ait Hieronymus. 7. q. 1. c. in apibus. Et dicit Albertus in tractatu de virtutibus politicis, in c. de obedientia. Quod cum leo rex animalium rugit, omne mox animal gressum figit, & expectat timidus, quid suus rex velit. Licet autem in peccatis nõ sit vlli obediendum. c. non enim semper, cum multis capitulis sequétibus. 11. q. 3. quia obedire oportet Deo magis q̃ hominibus. Actuum 5. & c. cum in ecclesijs, de maio. & obe. & illud mandatum non obligat quod est contra bonos mores, insti. de manda. prin. §. illud quoque. Tamen in dubijs debet obediri prælatis, & donum obedientiæ excusat. c. quid culpatur, 23 q. 1. & bonum opus debet propter obedientiam intermitti. c. quid ergo. 11. q. 3. de cuius merito ait. Augu. in libro de opere monachorum. Citius exaudietur a Deo vna oratio obedientis, quã decem millia contemptoris. Quam quidem virtutem laudat August. in sermone ad hære. dicens Hæc est illa obedientia quæ concordiam seruat in Angelis, pacem nutrit in monachis, tranquillitatem generat in ciuibus, sine qua respublica stare non potest, nec aliqua familia regi. O quàm enorme vitium quod obedientiæ contrarium fuit. Per hoc enim diabolus cęlum perdidit, per hoc homo paradisum amisit, & Saul regnum, ac Salomõ amorem diuinum. O sancta Dei sponsa obedientia. Tu perfecta scala, qua cęlũ ascenditur, tu quadriga, qua Helias ductus est in paradisum, tu porta paradisi fideliũ, & clausura inferni. O sancta obedientia tu humilitatem nutris, tu patientiam probas, tu mansuetudinem examinas. Eya ergo fratres mei q iugo Dei submissi estis, & sublata licentia peccandi cathena obedientiæ in proposito bono retineri possitis, estote in omnibus obediétes vt Deum placare possitis de peccatis commissis. Tanto enim citius homo placat Deum, quanto reprehensa sui arbitrij superbia gladio pręcepti se immolat. Maior enim est obedientia quàm victima, quia in victimis aliena immolatur caro, sed in obedientia voluntas propria & caro mactatur, hæc ille in diuersis sermonibus.

Irrationabilium exemplo ad obedientiam animamur.

Decima filia superbiæ est curiositas. Dicit autem August. in libro de vtilitate credendi. Curiosus est qui ea requirit quæ nihil ad se pertinent. Multipliciter vero aliquis dicitur curiosus secundum Tho. 2. 2. q. 167. primo cum quærit scire quòd supra vires eius est, de quo sufficienter diximus supra in prima parte huius operis, sermone 13. parte vltima. Curiositas ergo superba est de rebus diuinis archanisq; consilijs velle profunda rimari, de quibus Lactantius, in primo diui. insti. dicit. Veritas, & archanum summi Dei qui fecit omnia, ingenio ac proprijs sensibus non potest comprehendi. Alioquin nihil inter Deum hominemq; distaret si consilia & dispositiones illius maiestatis æternæ cogitatio assequeretur humana, hæc ille. Ideo quibusdam curiose quærentibus in quo loco habitabat Deus, quando nondum cęlum, & terra, ac alia elementa nondum erant, & quis eũ amabat, cognoscebat & honorabat, seruiebatq; ei, quando nondum erant Angeli, vel homines, aut aliquæ rationales creaturæ, & quid faciebat antequam mundũ crearet. Respondet Augu. in quodam sermone, quòd æternam damnationem curiosis præparabat. Et ideo vnusquisque debet fugere curiositaté & seruare illud Apostoli ad Roma. 11. Noli alta sapere sed time, excellens enim sensibile destruit sensum secundo de anima. Et similiter excellentia diuinorum curiose inuestigata destruit lumen intellectus, & excecat curiosos tenebrosis hæresibus. Talibus autem curiosis interrogantibus de diuinis facultatem ingenij humani excedentibus debet dari responsio, quam dedit Christus curiosis pharisæis ipsum interrogantibus. Matth. 22. vbi ait. Interrogabo & ego vos vnum sermonem. Est enim curiosis quæstio pro quæstione reddenda, vt cũ nõ possunt respondere ad minima & manifesta, desinant inuestigare profunda sicut dicit Albertus in tractatu de virtutibus politicis in fine. De his autem minimis & manifestis aliqua exempligratia

De 10. superbiæ filia, q̃ curiositas dicitur & primo quid sit.

Curiosis q̃ñ respondendum sit.

tia proponamus quæ Aug. in 21. lib. de ciui. Dei ducit in medium. Primo enim quærit vnde proecdit, q eum tria sint lucidissima, s. oleum, argentum & ignis, & nihil habeant in se nigredinis, tamen dant alijs quod non habent, nā oleum lu eidum maculas nigras infundit, argentū candidum lineas nigras tingit, & ignis ful gidus ligna & paleas nigras facit, & oīa quæ lamberit teterrima reddit. Secundo quærit quid est q paleæ tantæ sunt cali ditatis, quòd poma cruda maturant, & tantæ frigiditatis quòd niues in media estate conseruant ne fluant? Cum tamen calidum & frigidum sint contraria, & duo contraria in eodem subiectio esse non possint? Tertio quærit de quadam ficu ęgyptiaca quæ si ponat in aqua mox fundum petit vbi madefacta, & aqua repleta ad superficiem redit, & ibi consistit? Quarto quærit de calce in quo ignis latens continet, & cū naturaliter aqua igné extinguat & oleū nutriat, tñ si quis aquam in caleé infundat, mox ignis latens vrere incipit, & si oleū adhibeat mox illū igné extinguit? Quinto q̄rit de adamante qui ferro frangi nulloq; igne consumitur, & tñ hircino sanguine frāgi perhibetur? Dicitur etiam quòd in Æthiopia est quædam calamita quæ ferrum non attrahit, sed repellit, & quædam alia quæ in vno angulo ferrum attrahit, & in alio repellit. Sexto quærit de duobus fontibus, quorum vnus est in Epiro, in quo faces extinguuntur accēsę, & reaccenduntur extinctæ. Et alius est apud garamantas iam calidus in nocte, vt tangi non possit, & tam frigidus in die vt bibi nequeat, hæc Aug. Quæ omnia etiam refert Albertus vbi supra, & multa alia addit dicens. Tu qui rimaris altissima, & scrutaris diuina, ac tibi quæris aperiri se creta cęlestia, prius tibi videndum est si intelligis minima, & terrena, quę diuinis comparata sunt quasi nulla. Stultus enī est & laborat dementia, qui quærit maxima, si deficiat intellectu ad ima. Prius enī pueri quia intellectus sunt modici laborant discere grammaticæ elementa, quàm ea quæ ex litteris componuntur, vt sit processus ab elementis ad sillabas, a sillabis ad dictiones, & a dictionibus ad orationes. Et nullus hominum adeo vnquam stultus fuit, qui prioribus relictis a posterioribus incipiendum esse docuerit. Nunquid non stultus esset qui domum ædificare volens a tecto inciperet? Nonne amentia laboraret qui frumenta recolligere vellet, quæ prius non seminasset? Et vineam producere vuas vellet quam prius non plantasset? Vlterius stultus esset qui ædentulo panem comedendum tribueret, qui primitus lacte nutriendus esset, vnde aquila docente natura prius pullis suis sanguinem tribuit, quibus adultis solidas carnes apponit. Nam qui ferre non potest modicum paleæ, quomodo ferre poterit multum plūbum? Vlterius cum philosophus dicat, quòd intellectus noster se habet ad manifestissima naturæ, sicut oculus noctuæ ad radios solis, si ad manifestissima naturæ intelligenda deficimus, & quasi cęci sumus, quales sumus ad naturæ sacratissima creata? Quales vero esse possumus ad occultissima increata. Vnde & Salomon ille sapientissimus hominum, & omnium philosophorū doctissimus ait. Cunctæ res difficiles, non potest homo eas explicare sermone. Si ergo sermone non possunt explicari terrena, quomodo poterunt enarrari diuina. Maxime cum dicatur de causa prima quòd est superior omni narratione, & quòd deficiūt linguæ a narratione ipsius. Item addit sapientissimus rex ille, se de omnibus rebus subtiliter inuestigasse, & hoc solum inuenisse quòd omnium operum Dei nullam posset homo inuenire rationem eorum quæ sub sole sunt. Quinto autem minus eorum quæ super solem sunt abscondita? Si ergo sic omnino deficimus circa terrena creata in numero pondere, & mensura, quid faciemus dum querimus increata quæ sunt simpliciter infinita, & sic intellectu nullo possunt esse conclusa? Nonne omnium iudicio stultus esset, qui totam terram suo pugillo concludere vellet: Quid si de mari, & de toto aere, & igne, ac cœlo, & toto mundo hoc facere vellet? Nonne stultissimus esset? Cum ergo totus hic mundus pugillum hominis in infinitum nō excedat, cum vterq; in mensura creatus sit. Constat illum esse stultissimū, qui suo intellectu tā paruo, & sic

sic ad hæc minima defectiuo, infinitum bonum, & Dei magnalia concludere quęrit? Tu igitur qui quæris diuina, rimaris illa principia quæ sunt immensissima, & ibi quæris causam vbi nulla est omnino causa, cum teste philosophia sit stare in causa prima quæ si causam haberet vtiq; prima non esset, prius si potes attende meis quæstionibus respondere, ad quas si defeceris, desinas de cętero scrutari de summis, nec quærere audeas de balena si respondere nō poteris de formica, & qui non potes vincere pulicem timeas contendere cum leone. Attende ergo quòd cum ignis sit elementum omnium aliorū actione fortissimum, rerumque omnium consumptiuum, tamen cum in aurū agit ipsum vtiq; liquefacit, sed nihil ex eo cō sumit nec in pondere minuit. Est quoq; quædam species rubi qui ignem quem suscipit nō dimittit nec ex eo tamen vllam consumptionem accipit, sed in sua omnino viriditate persistit. Itē de taxo arbore inquit Dioscorides quòd si ignem arripiat, in extinguibilē absq; sui cōsumtione conseruat. Dic ergo quid ibi ignem nutriat cum nihil consumatur. Item tima sunt quędam ligna preciosissima, candida valde, & fulgentia, & ad speculi instar polita, ita vt sint imaginum repræsentatiua, sed non comburuntur in igne posita, nec resoluuntur in aqua, quæ omnia videntur impossibilia. Animal quoq; quod dicitur salamādra viuit in igne, ex cuius pelle fiunt ad vsus regum cincturę, quæ factæ vetustæ si proijciantur in ignem nonsolum non exuruntur sed ad statum pristinum renouantur. Ex pelle etiam salmandræ si licinia fiant in lampadibus nullo vnquam incendio cōsumuntur, sed in eis ignis perpetuo conseruatᷓ. Albeston etiam lapis ferrei coloris semel accensus nunquam extinguitur, nec tamen ab igne consumitur. Item zelacia gēma candida tantæ frigiditatis existit, vt calefieri ab igne non possit. Item dicitur de adamante quòd nō calefit ab igne. Itē ethna est mons in Sicilia semper ardens, & flammas emittens, sed ad consumptionem nunquam veniens, nec diminutionē accipiens, quomodo ergo ignis ardet vbi nullum pabulum habet? Præterea nullus ignorat quòd aqua ignem extinguit & oleū ipsum fouet, & ignorat quòd aqua ignem extinguit & oleum ipsum fouet, & nutrit. Quid est quòd ergo gagates lapis preciosus si ponatur in aqua accenditur, si vero accensus in oleo ponatur, extinguitur. Item elitropia est viridis gemma, quæ posita in aqua & radijs solis exposita ebullire facit aquā in vase positā & eam resoluit in nebulam, & tandem in pluuiam. Item hæc gemma in peluim posita in aqua calida radios solis mutare & obrumbrare videtur eorum claritatē, & quendam inducere in aere sanguineū colorem, vt sicut interpositione alicuius corporis ad solem, sol quasi eclipsim pati videatur. Item pronites alius lapis contra naturam omnis lapidis, more animalis suo more concipit & suo tempore consimilem sibi lapidem parit. Dic ergo quomodo hoc esse possit? Itē in Hibernia est quidam lacus in quem si palum immerseris, pars quę terra corripitur in durum ferrum conuertitur quicquid autem latet sub aquis in lapidem durum transit, quod autem ex eo super aquas existit, naturam propriam non amittit. Item volo vt mihi respondeas de operibus fulmīnis. Quid est quòd eius sagitta aliquando manum hominis ferit, & tamen chirotecam in qua manus erat non lædit. Item argentum in marsupio liquefacit, & marsupium ipsum non vrit. Item aliquando vinum ex vegete fluere facit, sed dolium in nullo confringit. Item aliquando vas percutit, & confringit, & tamen vinum quod naturæ liquidioris existit per tres dies fracto vase non fluit. Item quandoq; vestimentum hominis, & brachas incēndit & consumit, & tamen carnem hominis in nullo cōtingit, ne vllum eius pilū adurit. Item scrinium clausum aliquando intrat, & scyphos argenteos in eo existentes liquefacit, & tamen vnde intrauerit vel vnde exierit nullus est qui cognoscat. Item audi alia mirabilia. Cum enim humana corpora sint natura mortalia, & & corruptibilia, quid est quòd in hibernia est quædam modica insula, in qua homines nunquam moriuntur, sed quando senio vel infirmitate premuntur, vt mori possint extra insulam transferuntur? Et ibi etiam sunt quædam loca vbi nunquam corpora mortuorum putrescunt,

sed

sed absq; omni corruptione seruātur? Itē in India sunt homines quinq; cubitorū qui nunquam expuunt, nunquam dolorem in capite, vel in dentibus sentiunt, nullum omnino languorem incurrunt, & ab immoderato calore solis eorum corpora non læduntur, sed tantummodo indurantur. Item in fine Indiæ sunt homines sine ore, ex solo odore herbarum viuentes, & nihil pœnitus comedentes. Itē in Æthiopia sunt homines qui caput nō habēt sed oculos fixos in pectore in quo etiam habent vnum foramen a quo vitalem hauriunt aerem. Item ibidem sunt homines vnum pedem tantum habentes, qui sunt adeo veloces vt in cursu canibus adequentur. Item ibidem sunt arbores bis in anno fructus facientes. Itē arundines sunt ibi tam magnæ vt fiant ex singulis nodis nauculæ quæ possunt singulæ tres homines simul ferre. Item sunt ibidem formicæ ad canum magnitudinē quę aurum custodiunt tanta auiditate vt ab eis vix valeat auferri sine morte. Item ibi sunt montes aurei quos leones & griffones sic auide seruant vt non nisi cum periculo inde quicquam auferri valeat. Reddant ergo rationem de his minimis & terrenis, qui sunt mira, & diuina requirunt, & cum superari se videant ab humanis, gaudeant si vincantur a diuinis. Si enim deficit humana intelligentia ad terrena, quid mirum si deficiat ad diuina quæ sunt simpliciter infinita, cum illa sint certis limitibus coartata? Absit ergo vt ille Deus esse credatur, qui humano intellectu concluditur, cum omne continens maius contento esse probetur, hec Albertus. Desinant ergo curiosi inquirere magnalia diuinę maiestatis, cum humana cognitio sit adeo debilis quòd nullus philosophus vnquam potuit naturam vnius muscę perfecte cognoscere.

Curiosi etiā qui sint.

SEcundo quis est curiosus, quando alio rum facta quæ ad ipsum non pertinēt scire quęrit. Ait enim Bernardus in quodam sermone. Qui sui negligens est alios curiose circumspicit, de quo inquit Tullius in tuscu. quæstionibus. Proprium stultitię est aliena vitia cernere, suorum obliuisci. Tertio est curiosus, quādo vult addiscere vana, & inutilia, & multū temporis in illis consumit, vt ait Hiero. in c. ita ne. 37. di. Quarto quando quęrit discere propter vanamgloriam, & humanam laudem habendam, vt ait Augus. in libro de moribus ecclesię.

Curiosi etiā qui sint.

QVinto quando per studium minus vtile retrahitur, a magis vtili, ac necessario, vt si habens curam animarum nesciens quid spectet ad tale officium, insiet studio philosophiæ vel legum ciuilium, vel oratoriæ artis seu poetica. De quo Hiero. in c. sacerdotes. 37. di. inquit. Sacerdotes Dei omissis euangelijs & prophetijs videmus comedias legere, amatoria bucolicorum versuum verba cantare, tenere virgilium in manibus, & id quod in pueris est causa necessitatis, crimen in se facere voluptatis, hæc ille. Talia cū metra multum incitant mentem ad libidinem, vt ait Isidorus in libro sen. & habetur in c. ideo, eadem di. propterea Hieronymus ad Eustochium scribens refert, quòd grauiter fuit verberatus cum esset ante tribunal Dei adductus. Et inter verbera audiuit vocem dicentem sibi, cum dixisset christianus sum. Mentiris, quia ciceronianus es. Nam delectabatur studio oratorum & poetarum, & sibi horrebat sermo incultus prophetarum, vt etiam habetur in c. legimus. 37. di. Quapropter religiosis, & clericis in sacerdotio ac dignitate constitutis prohibetur sub pęna excommunicationis studium legum, ac philosophiæ, & medicinæ, vt magis possint vacare studio theologiæ, & canonum. c. vltimo. extra ne cleri. vel mo. Illi etiam peccant & dicuntur curiosi, qui suos filios ecclesiasticis sumptibus potius secularibus scientijs quā salutaribus erudiunt. c. legant. 37. di.

Curiosi etiā qui dicūtur

SExto quis est curiosus cum scire quærit quod addiscere est peccatū, vt artē notoriam, artesq; magicas, vt declarat beatus Bonauentura in 2 di. 7. Hoc enim prohibitum est per legem diuinam. Leuitici. 20. & humanam, vt habetur. 26. q. 5. c. si quis, & c. qui diuinationes. & c. non liceat.

Curiosi etiā qui sint.

SEptimo cum quærit aliquid scire ab eo a quo non debet, vtputa, a dæmonibus,

Vnde Prouer. 20. dicitur. Gloria est homini qui separat se a contentionibus. Ideo Ouidius lib. 2. de arte amandi inquit. Este procul lites, & amarę prælia vites. Et Eccle. 28. ait sapiens. Abstine te a lite, & minues peccata. Et Cato. 2. c. Rumores fuge ne incipias nouus auctor haberi. vt enim scriptũ est Eccle. 11. Ab vna scintilla augetur ignis, & a doloso augetur sanguis. Et 28. eiusdem libri. c. dicitur. Lis festinans effundit sanguinem.

De 12. filia superbiæ, quia p̄sumptio dicitur

DVodecima superbiæ filia est præsumptio quæ committitur, quando quis aggreditur vel exequitur ea quæ sunt supra facultatem & conditionem suam, vt ait Aristo. 4 Ethi. & beatus Tho. 2. 2. q. 130. Et Seneca, in lib. de quattuor virtutibus. De tali autem præsumptuoso dicitur Hiere. 48. Quia plus fecit quàm potuit iccirco periit Et Ouidius libro. 1. de tristibus epistola. 1. ait Dum petit infirmis nimiũ sublimia pennis. Icarus equoreis nomina fecit aquis. Tales autem præsumptuosi sunt similes simiæ, quæ quicquid videt fieri ab homine vult etiam ipsa facere. Vnde quædam simia videns barbitonsorem sibijpsi barbam radentẽ & sub gutture ꝓprios pilos incidere voluit etiam ipsa similiter agere. Sed sibi guttur præcidit & mortua est. Præsumptuosum ergo est, & miserum ei fieri magistrum, qui nunquam fuit discipulus c. miserum. 16. di. dicitur enim in c. ordinandus. 59. di. ꝙ debet ante esse discipulus q̃ magister qui fieri desiderat, & sic docere potest ꝙ didicit. Et 16. q. 1. c. sic viue. scriptum est. Multo tempore disce quę post modum doceas. Et in c. si clericatus. c. q. & causa dicitur. Non ante sis miles quàm tiro, nec prius magister quam discipulus. Et in c. cum in cunctis, de elec. habetur. In magistrum assumi non debet, qui formam discipuli non assumpsit, pręsumptuosus ergo est, qui alios regere vult, cum seipsum regere non possit. l. si. C. de legi. tuto. Item præsumptuosus est qui de sua iustitia, & sanctitate ita confidit, vt se periculis peccandi exponat, vt ait Hierony. in quodam sermone. Ideo inquit Leo Papa in sermone. 40. Nemo de sui cordis puritate confidat, quia peruigil ille hostis acrioribus pulsat insidijs quos maxime nouit abstinere peccatis. Præsumptuosus quoq; est, qui cum sit malus, ad vitam æternam peruenire se credit quod signum est magnæ superbiæ. Ideo Eccle. 37. dicitur. O præsumptio nequissima, vnde creata es? Et respõdet glosa. De superbia. Et Hierony. ad Eustochiũ ait. De nulla re ita irascitur Deus, quomodo si peccator præsumptuosus superbiat. Dicit quoq; magister in 3 sen. di. 27. Sine meritis aliquid sperare nõ spes, sed præsumptio dici potest. Præsumptuosus etiam est qui se ponit ad faciendum exercitium, vel artem quam facere nescit. Culpa enim est immiscere se rei ad se nõ pertinenti. l. culpa. ff. de regu. iur. & c. nõ est sine culpa. eo. ti. lib. 6. Ideo inquit balbo. c. 19. Non vltra vires discant præsumere viles. Ait enim Esopus fabula. 36. Qui plus posse putat, sua q̃ natura ministrat. Posse suum superans se minus ipse potest. Iccirco hortatur Gualfredus in poetria c. 31. dicens. Et vires metire tuas, si fortis es aude Grandia, si fragilis, humeris impone minora. Si mediocris, ama mediocra. Et auctor libri de formula honestæ vitæ. c. 2. ait. Non altiori rei te imponas, in qua statim tibi ascendenti timendus descendendi casus est.

PARS TERTIA, de superbiæ oppositione, scilicet humilitate.

SVperbię opposita est humilitas, quã diffinit Bernar. in lib. de duodecim gradibus humilitatis di. Humilitas est virtus qua homo verissima sui cognitione, sibijpsi vilescit. Et idem in quadã epistola ait. Humilitas est contemptus ꝓprię excellentiæ. De qua virtute tres considerationes faciemus. Prima quarũ dr̃ cõmendationis. Cõmendat. n. primo rationibus quarum prima dicitur liberationis. s. ab omnibus peccatis, sic arguendo. Duo perfecte contraria, non possunt in eodẽ instanti concurrere in eodem subiecto, vt dr̃. 2. Topi. & 2. Prouer. in vltimis verbis. Et in lib. prædicamẽtorũ in p̄dicamẽto quãtitatis. Et notat in l. si ancillã. ff.

Humilitas quid sit.

1. Ratio humilitatẽ cõmendant.

R de

de vsūca. pro suo, vnde admisso vno ex contrarijs, necesse est aliud excludi 2. Topi. & l. cum prætor. in prin. ff. de iudi. Et l. hæc verba. ff. de ver. sig. Cum ergo virtutes & peccata sint contraria 4. Topi. non possunt simul habitare in homine de pę. di. 2. §. ex præmissis. Quamobrem statim vt intrauit virtus, necesse est vt exeant vitia. Et ecōtra c. cum renunciatur. 22. q. 1. Intrate ergo in homine virtute humilitatis, quæ est fundamentum conseruatiuum omnium virtutum, vt ait Alex. de Ales in 3. parte summæ, in tractatu de fide informi. q. 1. quæ etiā est vitiorū fugatrix, de pe. di. 2. c. si quis, & quæ est cōtraria superbiæ causatrici omniū vitiorum Eccle. 10. & cui oīa vitia famulanť, vt ait Aug. 9. de ciui. Dei. c. 6. Cum contraria cōtrarijs curenť. 2. Ethi. necesse est dicere hoīem qui veram humilitatē suscipit ab omni peccatorū sorde liberari. Ideo Dauid, Psal. 114. ait. Custodiēs paruulos dñs, humiliatus sum & liberauit me. Exemplū habemus de publicano, qui quia se humiliauit, fuit iustificatus. Luc. 18. Legiť quoq; 4. Reg. vlt. ꝙ Nabucodonosor potentes. i. superbos traxit in captiuitatem pauperibus, idest humilibus dimissis.

2. *Ratio humilitatē cōmendans.*

Secunda ratio dicitur gratificationis. s. diuinæ. Sicut. n. quanto puteus est ꝓfundior, tanto eius aqua est suauior, ita quanto quis est humilior, tanto Deo est gratior & amabilior. Similitudo enim est causa dilectionis. 8. Ethi. Et omne simile diligit suum simile. Eccle. 13. Facit lex. verū. ff. ꝓ socio, vbi dř ꝙ societas habet ius fraternitatis. Et subdit glo. ꝙ socij rerum tēporaliū diligūť se vt fratres. Ergo tanto magis socij virtutū spiritualiū, quia spiritualia sunt temporalibus efficaciora. l. sancimus. C. de sacrosanc. eccle. Cum igiť Christus sit humilis, q inquit. Matth. 10. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Ergo diliget humiles sibi similes, & socios. Ideo dicebat. Matth. 18. Sinite paruulos venire ad me. Et Iudith. 9 dř. Humiliū & mansuetorū semper tibi placuit deprecatio. Et Psal. 101. ait Dauid. Respexit in orationē humiliū & nō spreuit præces eorum. Et in huius figuram Heliseus idest Deus, vascula vacua, idest humilia corda præcepit impleri oleo. i. gratia. 4. Reg. 4. Ad confirmationem aūt prędictorū est sciendū, ꝙ quilibet bonus magister sępius replicat discipulis suis illam lectionem, q̄ sibi est grata & ipsius discipulis fructifera; vt eamcitius, & tenacius addiscāt, nā clauus q frequenter malleo pertutiť alteri profundius infigitur. Ex actu n. multotiens iterato fit habitus. 2. Ethi. Et ideo dñs Iesus sępius discipulis suis replicauit lectionem de sancta humilitate quę ei est gratissima, & nobis vtilissima, ac diabolo aduersario nostro contrarijssima. De ipsa. n. legitur. Matth. 23. & Luc. 14. & 18. vnde dicitur in c. domīnus. 93. di. Humilitatem nos Christus humilis docuit. Primo enim Deo multum placet, quia eum honorat vt dicitur. Eccle. 3. Item quia eius iram & indignationem sedat, & supportat, & est sicut paruæ plantulæ & arundines tenere, quæ a ventis etiam validissimis non frāguntur nec eradicantur, quando arbores altæ, & fortes atq; frondosæ extirpantur ab ipsis ventis, & ratio est quia ipsæ arūdines cedunt ventis, & inclinant se ad quācūq; partem flauerint, & significant humiles q ad oēm Dei inspirationē se flectunt. Altæ vero quercus duritia & inflexibilitate sua resistentes ventis fortissimis nec sinentes eos pertransire, violenter eradicantur, & sternunť, & significāt superbos qui diuinæ inspirationi cedere nolunt. De hac aūt vtilitate humilitatis ait Hiero. O fęlix humilitas quæ gladiū diuini furoris mittit in vaginam. Secundo est hoī vtilissima. Nā primo ei meret grāe impletionē. Deus in humilibus infundit gratiā suā. Iacobi. 4. vñ inqt. Psal. Qui emittit fontes in cōuallibus. i. grām suā præstat humilibus. Inter mediū montiū pertransibūt aquæ. Duo aūt mōtes sunt duæ species superbiæ, quarū vna nasciť ex re temporali, & alia ex re spirituali, inter quos duos mōtes est vallis humilitatis, nō declināš ad aliquā speciē superbiæ, & in illo medio pertransibūt aquæ gratiarum. Secundo humilitatis grāe impletæ augmentationem, & hoc ostendi pōt per tria exempla. Primo per exemplum pupillæ quia secundum Greg. quanto pupilla est nigrior & minor, tāto est lucidior, & similiter homo quanto est despectior seipso,

De quibusdam humilitatis vtilitatibus.

Per humilitatem gratiā augmentari tribus exemplis ostenditur.

seipso, tanto est maior coram Deo. Can. 1. Nigra sum. s. reputatione mei, sed formosa. s. in conspectu Dei. Secundo per exemplum candelæ, quæ quanto plus inclinatur, tanto magis inflammatur. Et similiter homo quanto magis coram se inclinatur per humiliationem tanto magis in Dei charitate accenditur per amorem. Tertio per exemplum aquę quæ quanto plus, descendit, tanto etiam plus ascendit, vnde Aug. ait. Discendite vt ascendatis ad Deũ, cecidistis. n. ascendendo contra eũ. Et similiter homo quanto plus descendit se humiliando, tanto magis ascendit gratiã Dei recipiendo. Tertio humilitas meretur gratiæ augmentatæ conseruationem, & hoc etiã ostendit per tria exempla. Primo per exemplũ cineris. Sicut. n. cinis conseruat ignẽ, sic humilitas gratiã spiritualẽ, & taliter conseruando docet. Eccle. 10. vbi dr. Quid superbis terra, & cinis? & taliter conseruabat grãm Abrahã qui dicebat. Gene. 18. Loquar ad dñm meũ cũ sim puluis & cinis. Secundo per exemplũ arboris. Rami. n. arboris qui sũt in imo positi sunt securi, sed qui sunt in alto sæpe franguntur a violentia vẽti. Et ideo lucifer corruit, quia in imo stare noluit, quod est contra superbos qui in ecclesijs, & in conuiuijs rixant de loco superiori, maxime mulieres q̃ volunt alias præcedere vel saltẽ ęquare q̃ sunt similes ranæ de qua fabulose legit, q̃ videns bouẽ bibere multũ, voluit & ipsa tantũ potare vt grossa efficeret sicut bos, & sic potare volẽdo crepuit. Isti cõtendẽtes de loco eminentiori sunt similes superbis phariseis de quibus inqt saluator. Luc. 14. q̃ amãt primos accubitus in cenis &c. Tertio idẽ ondit per exemplũ pulueris. Virtutes. n. sine humilitate, sunt sicut puluis, sed cũ humilitate sunt sicut terra firmã & solida. Vñ Greg. 22. moralium, ait. Qui cęteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem cõtra ventũ portat. Quarto humilitas meret grãe augmentatæ glorificationẽ. Et hoc ondit etiam per tria exempla Primo per exemplum turris. Ait. n. Ber. Cogitas magnam fabricã construere in altitudine, de fundamento cogita humilitatis. Qui. n. vult turrẽ construere per quã ascendat ad cęli celsitudinẽ, ponat pro fundamẽto humilitatem, q̃ fundamentum ponit Apostolus. 1. ad Cor. 3. di. Dei ædificatio estis, vt sapiẽs architectus fundamentũ posui. Secundo per exemplũ arboris, vñ Ber. ait. Arborem attende, figit radicẽ in humili, verticem tendit ad cęlũ. Sine radice auras petit, ruina est non incrementũ. Qui igit figit radicẽ in imo humilitatis faciet fructũ sursum cęlestis societatis, iuxta illud 4. Reg. 19. Quodcũq; reliquũ fuerit de domo iuda mittet radicem deorsum & faciet fructũ sursum. Tertio per exemplũ ętatis, vñ Ber. inquit. Vis magnus esse? a minimo incipe, homo. n. prius est paruus, & postmodũ per ætatẽ crescit, & fit magnus vt em dicit philosophus, in lib. de somno & vigilia, principia omnia parua sũt. Ex paruo. n. grano fit arbor maxima, & de parua materia magnum animal generatur. Et similiter ex humili corde homo magnus in conspectu Dei efficit, & ideo inquit ipse Deus Sauli. 1. Reg. 15. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput factus es in tribubus Israel, vñ & Matth. 18. dr. q̃ aduocans Christus paruulũ statuit eum in medio discipulorũ suorum & ait illis. Quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cęlorum. Est etiam vtilis humilitas hoi, quia propter ipsam Deus dat sibi secretorum suorũ cognitionem, dicente patri suo ipso domino. Matth. 11. Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. i. humilibus, vt enim dicit Grego. Sicut pupilla nigra videt, & albuginem tolerans non videt, sic homo se nigrum, idest humilem, & abiectum recognoscens diuina intelligit, quæ superbus cognoscere nequit, quia vt inquit Psal. Deus intellectum dat paruulis, vñ Ptolomeus philosophus dicebat, q̃ qui inter sapientes humilior est, sapientior existit, sicut lacus profundior cęteris est aqua copiosior. Ait. n. Salomon. Prouer. 11. Vbi humilitas, sapientia. Econtra vero Dydimus ad Alexan. scripsit. Deus pro sto est largiri tibi sapientiam, sed non habes vbi eam recipias, quod dicebat quia Alexander erat superbus, quia vero Salomon humiliter petijt sapiẽtiam a Deo impetrauit eã. 3. Reg. 3. Oratio enim humiliantis se, nubes penetrat, & pro exauditionis suffragio Deum adit, & non discedit

Humilitatẽ mereri. gratiã per ipsam augmentatam conseruari tribus exemplis ostenditur.

Tribus exẽplis etiam ostenditur humilitatẽ mereri gratiæ augmentatæ glorificationem.

sedit donec altissimus aspiciat. Eccle. 35. Humilitas etiam hominem præseruat a peccatis, & pp hoc figurat p balsamum. Sicut.n. balsamũ fundũ petit, & a corruptione custodit, sic humilitas animã ad virtutes inclinat, & a peccatorũ corruptione custodit. Et ideo isto balsamo humilitatis debemus inungere oẽs operationes nostras. Ait.n. Greg. Perit omne q agiẽ si non sollicite in humilitate custoditur. Itẽ humilitas facit nos habere ius in regno cęlorũ, vnde ait Ber. Apud Deũ fratres ius habere non possumus, quoniã in multis offendimus oẽs. Sed nec fallere eum quis põt, qui nouit abscondita cordis, nec resistere viribus, quia oĩpotens est. Quid ergo restat nisi ad humilitatis remedia tota mente confugere? Vt quicqd in alijs minus habemus de ea supleamus. Tertio dico q humilitas est diabolo contrarijssima, quia eius caput contérit. Gen. 3. Ipsa cõteret caput tuũ. Caput enim diaboli est superbia. Item humilitas diaboli laqueos euadit vnde vt legiẽ in vitis patrum cum beatus Antonius totum mundum laqueis plenum vidisset, & interrogasset quis eos euadere posset, audiuit q sola humilitas. Sicut.n. aper hominem iacentem in terra non lædit, sic nec diabolus aper inferni humilitate pstratũ lædere potest Et sicut piscis paruulus non tenetur, nec capitur rete sic, nec humilis rete diabolicæ deceptionis potest apprehendi.

Humilitas hoĩem præseruat a peccatis.

Humilitas diabolo contraria est.

Commendatur etiam humilitas tertia ratione principali, quæ dicitur exaltationis æternæ gloriæ. Quicquid enim statuit de principali statuiẽ etiã de accessorio, vbi est eadem ratio statuendi. l. 1. ff. de peculio lega l. cum principalis. ff. de regu. iu. c. accessorium. eodem. ti. lib. 6. vbi dicitur. Accessorium naturam sequi congruit principalis. Sed Christus dux & principalis noster propter humilitatem est exaltatus, ad Philip. 2 vbi dicitur Christus exinaniuit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, propter quod Deus exaltauit illum, &c. Ergo & de nobis idem fiet si humiles fuerimus. Cum enim corpus sequatur naturam sui capitis l. cum in diuersis. ff. de reli. & super. fu. Sequitur quòd si caput nostrum

3. Ratio humilitatem cõmendãs.

Christus propter humilitatem exaltatus est, & nos qui sumus membra eius exaltabimur, si eum in humilitate imitabimur, qui Ioannis. 12. ait. Vbi sum ego illic & minister meus erit, cui etiam dixit Dauid Psal. 17. Populum humilem saluum facies. Iob quoque. 5. dicitur. Deus humiles ponit in sublime. Et 22. eiusdem libri c. Qui humiliatus fuerit in gloria. Prouer. 5. ait Salomon. Gloriã præcedit humilitas & eiusdem libri. c. 19. Humiles spiritu suscipiet gloria & prima Petri. 5. dicitur. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt exaltet vos in die miserationis.

Autoritatibus quoq; commendatur humilitas vnde Gene. 29. dixit Lia. Vidit Deus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus. Et de Achab rege Israel dicitur tertij Regum. 21. Quia humiliatus est non inducam malum in diebus eius. Et secundi Paralip. 12. dixit Deus de filijs Israel. Quia humiliati sunt non disperdam eos & Psal. 35. dicit Dauid. In humilitate nostra memor fuit nostri. Cassiodorus autem lib. 4. epistolarum epistola. 4. ait. Humilitas tam rara, quàm chara est. Et Bernardus in libro de improbatione vitiorum. c. 3. canit. Mitibus, & gratis nemo nocere potest, & capitulo. 4. Mitia pacificam pariũt præcordia vitam. Ambrosius quoq; quem refert glo. in elementina prima de religio. do. ait. Humilitas est clauis quæ operit regnum celorum, & reserat mysteria scripturarũ. Et Greg. 27. morali. Ego Dauid plus saltantẽ stupeo q̃ pugnantẽ. Pugnando.n hostes subdit, saltando autem coram domino seipsum vincit. Qui ait. Ludam vt fiam vilior q̃ factus sim, eroq; humilis in oculis meis, hæc ille. Et Aug. in epistola ad Dioscorum dicit. Nulla alia ad eapescendam veritatem est via quam humilitas, & quotiens interrogares, hoc dicerem, quia nisi humilitas omnia quæcunq; bene facimus, & præcesserit & comitata, ac consecuta fuerit, iam nobis de aliquo benefacto gaudentibus totum extorquet de manu superbia. Vitia quippe extera in peccatis, superbia vero & in recte factis timenda est, ne illa quæ laudabiliter facta sunt

Auctoritatibus esse humilitas cõmẽdatur.

ipsius

ipsius laudis cupiditate amittantur. Sicut ergo rethor ille nobilissimus Demosthenes cum interrogatus quid ei in eloquentiæ præceptis videretur præcipuum, pronunciationem dicitur respondisse. Et cum quæreretur quid. Secundo eandem pronunciationem dicitur respondisse. Et cum quæreretur quid. Tertio nihil nisi pronunciationem dixit. Ita si tu interrogares de præceptis christianæ religionis, nihil me aliud respondere, nisi humilitatem liberet. Et idem in libro de salutaribus documentis ait. Humilitas virtutum sublimitas est. Acceptus enim est Deo vir humilis, & in se Deum gestat. Et licet habitu vilis sit, gloriosus tamen est apud Deum. Scriptũ quoq; est in l. fi. C. de dona. inter vi. & vxo. Nihil est tam peculiare imperiali maiestati, quàm humilitas per quam sola Dei seruatur immitatio. Et ideo beatus Leo socius beati Francisci erat contentus amborum amittere lumen oculorum, vt humilitatem recipere mereretur. Legitur quoq; in vitis patrũ, ꝙ diabolus dixit sancto Machario. Tu ieiunas interdum, & ego nullo vnquam cibo reficior, tu sæpe vigilas me nunquam sopor oppressit, humilitas tua sola me vincit. Albertus autem magnus vbi supra in c. de humilitate, ait. Sicut omnes aquæ naturaliter fluunt ad valles, & ad loca humilia nec illa pertranseunt nisi prius fuẽrint repleta, sic diuina gratia illuc ingrẽditur vbi humilitatis vallis & concauum inuenitur, vnde Aug. in libro de verbis domini, ait. Quanto humilius sedebat Maria, tanto amplius capiebat, Confluit enim aqua ad humilitatem vallis de supercilio montis. Sicut etiam arbor quanto plus radices in terra infigit, tanto dẽ humore plus trahit, & in altum magis ascendit. Sic quanto quis per humilitatem descendit inferius, tanto maiorem Dei gratiam recipiens per virtutem ascẽdit sublimius. Ideo inquit dominus. Lucæ. 14. Cum inuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit qui te inuitauit dicat tibi, Amice ascẽde superius & erit tibi gloria coram discumbentibus.

Alia auctoritate ac q-

ET subdit idem Albertus di. Humilitas est bonorum omnium conseruatiua, eo quòd eorum est occultatiua. Species enim tritæ multum sunt odoriferæ sed euanescunt citissime, nisi teneantur inclusæ vt nequeant respirare. Nullum etiam est vinum adeo preciosum quod non fiat vanum, nisi in vase teneatur inclusum, vnde consueuerunt clausoria a vegete remoueri quando homo vult vinum in acetum conuerti. Ignis quoq; extinguitur, nisi diligenter sub cinere reponatur. Nonne mercator deprædari desiderat qui thesaurum publice coram latronibus portat? Radix etiam quamdiu sub terra latitat, toti arbori vitam donat & conseruat, quam si supra terram extraxeris ipsa prima omnium perit, & quicquid erat pulchrum in arbore euanescit. Humilitas autem est radici simillima, eo quòd habeat vilitatem in situ, turpitudinem in aspectu, asperitatem in tactu, sed directionem in motu, & virtutem maximam in effectu. Dum enim arborem in altum directam, floribus adornatam, folijs vndequaq; vestitam, & fructibus plenam attendis, plurimum admiraris. Cum tamen in tanta pulchritudine nihil existat, quòd de radicis humilitate non procedat. Nobilis ergo est humilitas, licet exterius vilis & quasi nihil appareat. Nam & piper est mole modicum sed virtute permaximum, est exterius deforme, & nigrum, sed interius album. Est tactu frigidum, sed actu, ac potẽtia calidissimum, sapore acutum, odore aromaticum, cuius virtus non sentitur dum est integrum, sed dum est attritum, & dentibus masticatum. Adamas quoq; est lapis paruus & indecorus, colore ferrugeneus, sed virtute est maximus, & dicitur gemma reconciliationis, & amoris.

busdam exẽplis humilitas commendatur.

Similitudo inter granũ sinapis & humilitatẽ.

GRanum etiam sinapis quantitate est modicum sed virtute permaximum, vnde Pithagoras dicit ꝙ inter oẽs herbas tenet principatũ, q͞a humores grossos extenuat, serpentes fugat, dęmonia eorum ictus sanat, fungorũ venena superat, dentiũ dolorẽ mitigat, cerebrũ valde purgat, lapidẽ in renibus dissipat, appetitũ prouocat, stomacũ confortat, epilenticos iuuat, atq; hydropicos curat. Sic etiã humilitas, licet exterius videatur vilis, est tamen interius magnę virtutis, hæc ille.

Exēplo Christi ad humilitatem animamur.

EXemplis quoq; ad humilitatem animamur. Sed causa breuitatis, omissis exemplis gentilium, & paganorum q superbiam totis viribus effugerunt, & se profunde humilitati dederūt, de quibus diffuse tractat Valerius maximus, vt patet de Valerio publicola lib. 4. tit. 1. c. 1. & de Manilio lib. 6. tit. 4. c. 3. & de Pitacho mitileneo eodem libro. tit. 5. c. 12. & de Marco Rutilio censorino. lib. 4. tit. 1. c. 5. & de Fabio maximo ibidem, & de Scipione aphricano eodem tit. c. 6. & eiusdem libri. tit. 3. c. 8. & de Epimanunda Thebano lib. 3. tit. 7. c. 24. & de Platone lib. 8. tit. 13. c. 3. & de Gentio pico lib. 5. tit. 6. c. 5. & de Attilio regulo. lib. 4. tit. 4. c. 8. & de multis alijs ad confusionem christianorum, accipiamus exemplum dñi nostri Iesu Christi, qui humilitatis causa noluit nasci de regina, vel Imperatrice, sed de paupercula vergine. Nec voluit nasci in atrio regio, sed in diuersorio. Nō in lecto aureo, vel eburneo reclinari, sed in psepio. Nō inuolui sericis, vel purpureis, ac bissinis indumētis, aut pciosis linteaminibus, sed vilibus panniculis, nō habere multitudinē seruorū ministrantiū, sed bouē, & asinū suis afflatibus eū calefaciētiū. Luc. 2. Itē voluit suis parētibus esse subiectus, vt ibidem dicitur. Et in magna paupertate viuere non habens vbi suum capite reclinaret. Luc. 9. & Matth. 8. Item ad euitandam iactantiam sua miracula publicari prohibebat. Matth. 9. & Mar. 7. Visionem quoq; transfigurationis suæ manifestari vetuit donec resurgeret à mortuis. Matth. 17. & dignitates ac honores fugijt. Ioan. 6. Item in maxima abiectione sui mori voluit, vnde de ipso dicitur. Isa. 5. Considerauimus eum nouissimum virorū, & percussum a Deo, ac humiliatum. Ideo exclamat Bernardus in epistto, ad Adam monachum, Erubesce superbe puluis & cinis, Deus se humiliat, & tu te exaltas, Deus se hominibus subdit, & tu dñari hoībus gestiēs, tuo te præponis auctori. Quotiens.n. hoībus præesse desidero, totiens Deum meum præire contendo, & Aug. super illa verba Apostoli ad Phil. 2. Chrs humiliauit semetipsum &c. ait. Ecce habens humilitatis exemplū & superbiæ medicamētū. Quid igit intumescis homo? O pellis morticina quid tēderis? O sanies fętida quid inflaris? Princeps tuus humilis est & tu superbus, caput humile, & membrum superbum. Ex quo igit ille qui sic erat magnus sic est humiliatus, docuit homines quantūcūq; magnos debere humiliari. Ipse etiam dominus noster humilimus sedit super asinam cum intrauit in Hierusalem in die palmarū. Matth. 21. quod fecit primo vt superbiam prælatorum multorū confunderet, qui delectantur in mulis & magnis equis, in frenis argenteis, in sellis depictis, & calcaribus deauratis ac alijs pōpis. Et ideo inquit ipse dñs Zacha. 9. Dispergam quadrigam de ephraim & equū de Hierusalem vnde Bernar. ait. Ministri Christi sunt & seruiunt Antechristo. In ipsis.n. viget meretricius nitor, histrionatus habitus ac regius apparatus, plus calcaria q̃ altaria fulgent, habitu sunt milites, quæstu rustici, & tñ nec vt milites pugnant, nec vt rustici laborant, nec vt clerici euāgelizant, &c. Secundo hoc egit vt super mansuetos & humiles se requiescere demonstraret & non super destreros. i. superbos, nec super palafrenos. i. vanagloriosos, sed super asinam. i. super animam humilem & mansuetam vnde Chrisost. ait. Non sedet in curru aureo preciosa purpura fulgens, nec ascendit super feruidum equum discordię amatorem, & litis, sed super asinam, humilitatis ac tranquilitatis & pacis amicam. Fugiamus ergo superbiam, sicut faciebat beatus Hier. qui ad Abigauum Hispanū scribens ait. Quamquā multorum mihi sim conscius peccatorum, & quotidie in orationibus loquar, delicta iuuenturis meæ & ignorantias meas ne memineris, tamen sciens dictum ab Apostolo. Ne in flatus in superbiam incidat in iudicium diaboli nihil ita a pueritia vitare conatus sum, quàm tumentem animum & ceruicem. Dei contra se odia prouocantē, hæc ille. Greg. quoq;. 22. mora. hortatur dicens. In cunctis quæ agis radicem boni operis humilitatem tene. Nā & si quælibet adsint opera, nulla tamen sunt, nisi ex humilitate condiantur.

Duodecim gradus humilitatis

SEcundo de humilitate videnda est eius graduatio, vt enim inquit Bernard. in lib. de gradibus humilitatis, duodecim sunt eius gradus, quos ponit, sanctus Benedi-

nedictus in suá regula. Primus est in oculorum mortificatione, tenendo eos depressos in terra, iuxta illud Iob.22.c. Qui inclinauerit oculos suos ipse saluabitur. Sicut aũt demissio oculorum est signũ humilitatis, ita econtrario eleuatio eorũ est signũ superbię. De qua supba generatione dr Eccle.30. Est generatio cuius excelsi sunt oculi & palpebræ eius in alto subrepta. Secundus gradus & signum humilitatis, est corporalis compositio & morigeratio, scilicet in incessu, locutione, in gestu, & amictu corporis, omnem ostendationem deuitando. Nam vt dicit glo. in c. cum in cunctis. de elec. Compositio corporis, qualitatem indicat mentis. 41. di. c. clericus, & Eccle. 9. dicitur. Et visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Tertius gradus est proximorum honoratio. s. eorum virtutes laudando, eisq; secundum eorum exigentiam, reuerentiam exhibendo, iuxta exhortationẽ Apostoli. 1. Petri. 2. dicentis. Omnes honorate, fraternitatem diligite. Et ad Ro. 12. Honore inuicem præuenientes.

De 2. gradu

De 3. gradu

De 4. gradu

QVartus gradus est aliorum doctrinã, & consilia libenter audire & non erubescere ab alijs discere, quę quis ignorat, iuxta consilium Catonis. c. 5. di. Ne pudeat quæ nescieris te velle doceri. Scire aliquid laus est, culpa nil discere velle. Ad quod facit capitulum, nullus Episcopus. 38. di. vbi dicitur. Nullus Episcopus propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis, a paruulis vel minimis eruditis inquirere & discere negligat &c. Et hunc gradũ humilitatis habebat beatus Augu. qui in c. si habens. 24. q. 3. ait. Ego senex a iuuene, & Episcopus tot annorum a colega, necdum anniculo paratus sum doceri. Et ideo auctor libri, de formula honestæ vitæ c. 4. dicit. Quæ nescis sine occultatione ignorantiæ tibi postula impartiri.

De 5. gradu

QVintus gradus est proprias laudes tacere, nec aliquid dicere vel facere pro humana laude habenda, sicut humilis Christus faciebat, qui Ioannis. 8. dixit. Ego gloriam meam non quæro.

De 6. 7. 8. & 9. gradus humilitatis

SExtus gradus est reputare alios meliores & digniores, iuxta illud, ad Phil. 2. Superiores inuicem arbitrantes. Septimus gradus est cõtumelias & opprobria patienter sufferre, vt enim ait Grego. in mora. Qui laudes non quærit contumelias non sentit. Octauus est vilibus exercitijs se libenter occupare & offerre. Sicut fecit Abigail, quæ cum Dauid eam vellet ducere in vxorem ait. Ecce famula tua sit tibi in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei, primi Reg. 25. Quod quidem faciebat humilis Franciscus, qui vt refert beatus Bonauentura in legenda eius, leprosorum obsequijs se mancipauit, illorum pedes lauando, vlcera ligando, &c. humilitatis officia faciendo. De isto autem gradu dicitur in c. si quis, de pe. di. 2. Exercitia humilitatis sunt, si se vilioribus officijs subdat, & ministerijs indignioribus tradat. Sicut fecit beata virgo Maria, quæ tribus mẽsibus seruiuit suæ cognatæ Elisabeth. Lucæ primo. De qua ait Hiero. in sermone ad Paulam & Eustochium. Beata Dei genitrix a filio suo non didicit cęlos fabricare, Angelos creare, mira deitatis insignia operari, sed tantum humiliari, cęteraq; virtutum documenta sub humilitatis custodia aggrauare. Legitur quoq; in legenda antiqua beati Francisci in c. de perfectione humilitatis, ꝙ ipse sanctus Franciscus dicebat quòd propter prælationis officium & sollicitudinem prædicandi, fratres non debent dimittere ire pro eleemosyna, operari aliquando manibus suis, & alia humilitatis opera facere, sicut & alij fratres propter bonum exemplum, & lucrum animarum suarum & aliorum. Nonus gradus est honores ac dignitates fugere. c. nisi cũ pridem. de renun. Vnde legitur in vitis patrum, ꝙ cum quidam sanctus heremita iret ad quandam terram, multosque homines sibi obuiam aduenire ad honorandum eum ex instigatione sui discipuli intellexit, finxit se esse stultum & expolians vestimenta sua, in flumen descendit. Et stans nudus lauabat ea, de quo ille discipulus erubescens dixit populo. Reuertimini, quia iste senex infatuatus est. Deinde rediens ad senem interrogauit eum di. Quare sic fecisti? quia omnes dicunt

cunt. Demonium habet senex. Qui respõdit. Et ego volebam hoc audire, magis quàm honorem quem facere volebant, recipere. Beatus quoq; frater noster Iuniperius de quo sanctus Franciscus sępe dicebat. Vtinam multi essent tales iuniperi in hortis nostris. Cum semel iret Romã & multi ei obuiam venirent propter famam sanctitatis suæ, eos declinare volẽs, iunxit se ad ludendum cum vno puero ad vnam tabulam, quę dum leuabatur ab vno capite, deprimebatur in alio. Quod illi videntes reputauerunt cum leuem, & fatuum, ipse vero sub illa specie vanagloriam euitauit.

De 10. gradu humilitatis.

DEcimus gradus est se vilem & abiectum reputare, sicut faciebat Dauid di. Psal. 21. Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Gedeon quoque cum vellet Deus eum iudicem populi constituere dixit. Ecce familia mea minima est. Iudicum. 6. Maximum aut humilitatis signum est, cum quis existens bonus ac sanctus reputat se peccatorem. Sicut faciebat Paulus qui prima ad Thimo. 1. dicit. Dominus noster Iesus Christus venit in hunc mundum saluos facere peccatores, quorum primus ego sum. De beato insuper Francisco dicit sanctus Bonauentura vbi supra. Omnium virtutum custos, & decor humilitas, copiosa virum Dei vbertate repleuerat. In propria quidem reputatione nihil erat nisi peccator, cum in veritate speculum esset omnimodę sanctitatis. De ipso etiam verę humilitatis speculo beato Francisco legitur, quòd cum semel se diceret esse latrone viliorẽ, interrogatus quare sic putaret, respõdit. Quia si Deus latroni tantã cõtulisset gratiã quantã mihi, forte magis laboraret in eius seruitio, & ei gratior esset de recepto beneficio q̃ ego. Frater quoq; Egidius socius de hoc gradu loquẽs dicebat. Si quis esset sanctior homo mundi, & se putaret viliorem de mundo, in hoc esset vera humilitas.

De 11. gradu.

VNdecimus gradus est sua peccata aperte confiteri & non excusare. Scriptũ est. n. in c. simulum. 11. q. 3. Melior est in malefactis humilis cõfessio, q̃ in bonis superba gloriatio. Ideo dr̃ Eccle. 4. Præsbytero humilia animam tuam.

De 12 gradu humilitatis.

DVodecimus gradus est aliorum voluntati, & imperio se subdere, ac illis studiose parere, iuxta illud. Eccle. 4. Magnati. i. prælato tuo humilia caput tuum. Glosa vero in clemen. 1. de reli. domi. dicit tres esse humilitatis gradus. Primus est se subdere maiori, & non præferre se æquali Facit. 22. di. c. Constantinopolitana. in fi. Secundus subdere se ęquali, nec præferre se minori. Tertius subdere se minori. Facit de pęni. di. 2. c. 1. Prima humilitas dicitur suffic.ens & necessaria, secunda abundans, tertia superabũdans, hæc illa. Quæ etiam referens Bernar. in lib. de gradibus humilitatis dicit. Gloriosa res est humilitas, qua ipsa quoq; superbia palliari se appetit ne vilescat. Facit. 8. q. 1. c. in scripturis, in fi. Sed de talibus dicitur q̀ sub agni specie, lupum gerunt abscõditum, de hære. c. vt officium. lib. 6. Sup radictus autem gradus humilitatis habebat beatus Fran. de quo sãctus Bona. vbi supra ait. Studebat quidẽ summopere in oculis suis aliorumq; vilescere, & defectus in se latentes publica confessione detegere, donaq; datoris pectoris archano cęlare, vt nequaq̃ pateret gloriæ quod occasio poterat esse ruinæ. Sane vt perfectę humilitatis omnem impleret iustitiam, seipsum adeo studuit non solum superioribus, verum etiam inferioribus subdere, q̀ & socio itineris quantũ libet simplici obedientiam permittere solitus erat, vt non tanq̃ prælatus ex authoritate præciperet, sed tanq̃ minister, & seruus etiam subditis ex humilitate pareret, hæc ille. Vnde seruauit beatus Frãciscus illud Eccle. 3 Quãto maior es, tanto te humilia in omnibus. Sicut arbor fecunda quanto magis abundat fructibus, tanto inclinat se ad terram profundius.

Ad humilitatem inducimur extriplici consideratione, & primo ex cõsideratione miseriæ spiritualis.

TErtium quod de humilitate videndũ est dr̃ inductio. Ad humilitatẽ nãq; inducimur ex cõsideratione triplicis miseriæ nostræ. Prima est spiritualis. Inhabiles enim sumus quantum in nobis est ad omne opus bonum, vt dicitur. 2. ad Cori. 3. Et ideo humiliari summopere debemus. Tanta est enim obligatio nostra ad Deum etiam ex vno solo beneficio, q̀ nũq̃ ad minimã partẽ satisfacere ei valemus. Multo min⁹ ęqualẽs reddere, sed nec

Plulo.

philo 8. Ethi. Cum ergo omnes gratias & virtutes habemus a Deo, debemus magis humiliari & nō superbire, vnde ait apost. 1. ad Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? quasi dicat. Imo debes plus humiliari, qa vt ait Greg. in quadam homilia. Quando crescunt dona, rationes etiā crescunt donorū. Tanto ergo esse humilior atq; ad seruiēdū Deo promptior quisq; dēt ex munere, quanto obligatorem se esse conspicit in reddenda ratione. Preterea multa peccata cōmisimus & quotidie committimus, vnde dicitur in c. licet 45. di. Sine peccato nullus viuit. Item in omni momēto tēporis possumus in grauibus labi sceleribus, nec scire pro certo valemus vtrum simus in statu salutis, vt hr̄ Eccl. 9. Et ideo valde humiliari & timere semꝑ debemus, nec cōtra alios superbire, eos nobis inferiores repuiādo, sicut faciunt quidā ita de suis virtutibus præsumentes vt videatur eis ꝙ Sol nō luceat nisi in domibus suis. Cū dicat Aug. in li. de virginitate quòd sæpe aliqui habent multa bona exteriora, sed alij habēt alia bona interiora, quæ præualent omnibus illis. Et ideo secundum quòd inquit Greg. in mora. Semper debet homo minus extimare dona sua quam dona alterius.

2. Ex miseriæ tpalis cōsideratione ad humilitate inducimur.

SEcundo nos ad humilitatem inducere debet consideratio miseriæ temporalis. Nam temporalia magno labore acquiruntur, multo timore possidentur, & magno dolore relinquūtur. Quapropter nō est in diuitijs causa superbiendi, quæ in breui dimittentur, saltem per mortem, iuxta illud Eccl. 10 Rex hodie est & cras moritur. Ideo dicit Paul. 1 ad Thi. 6 Præcipe diuitibus huius seculi superbe non sapere. Quæ cōsiderans Innocentius III. in libr. de miseria humana inquit. Quid prosunt frater diuitiæ? quid vanagloria? quid mundi solatia? cum non liberent hominem de morte, nec defendant a crimine, nec eripiant a lctore? Ecce enim qui sedebat heri gloriosus in aula, nunc iacet despectus in tumba, & qui vescebatur delitijs in cœnaculo, modo consumitur a vermibus in sepulchro.

3. Ad humilitatēm īducere dēt corporalis miseriæ vilitatis consideratio.

TErtio ad humilitatem nos inducere debet consideratio miseriæ corporalis & vilitatis, de qua Bernardus in suis meditationibus inquit. Si diligenter consideres, quid per os & nares cæterosque corporis meatus egreditur, vilius sterquilinium nunque vidisti. Si singulas eius miserias velis considerare, quàm onerata peccatis irretitaque vitijs pruriens concupiscentijs, occupata passionibus, prona semper ad malum, ad omne vitium procliuis, plena omni confusione & ignominia. Et infra. Nihil est aliud homo, nisi sperma fœtidum, saccus stercorum, cibus & esca vermium, post hominem vermis, post vermem fœtor & horror. Et sic in non hominem vertitur omnis homo. Quid ergo superbis homo? Attende quòd fuisti vile semen, & sanguis coagulatus in vtero, deinde miserijs huius mundi expositus & peccato, postea vermis & cibus vermium futurus in tumulo. Quid superbis homo puluis & cinis? cuius conceptus culpa, nasci miseria, viuere pœna, & mori est angustia? Cur carnem tuam preciosis rebus impinguas & adornas, quam post paucos dies vermes deuoraturi sunt in sepulchro. Animam vero tuam non ornas bonis operibus, quæ Deo & Angelis est præsentanda in Cœlis, hęc ille. Qui etiam super Cant. sermone 38. ait. Quomodo non humiliabitur anima in vera cognitione sui ipsius, cum se perceperit peccatis oneratam, mole mortalis corporis aggrauatam, terrenis curis circundatam, carnalium desideriorum fęce infectam, cęcam, curuam, infirmam, implicatam multis erroribus, mille periculis expositam, mille timoribus trepidam, mille difficultatibus anxiam, mille suspicionibus obnoxiam, mille necessitatibus ærumnosam, procliuam ad vitia, & inualidam ad virtutes. Idem quoque Bernardus ait. Vide vnde veneris & erubesce, vbi sis & ingemisce, quo vadis & contremisce, & iterum ad Eugenium scribit. Salubris sit copulatio vt cogitans te summum Pontificem, attendas te pariter vilissimum cinerem, non fuisse sed esse. Vnde Xerses potentissimus rex, cum infinitam multitudinem sui exercitus

ex alto conſpicêret, fleuiſſe dicitur eo quòd infra centum annos illa multitudo in cinerem eſſet conuertenda dicens. Regem me vocant exercitus tam potentis. Ego autem fateor me eſſe regem pulueris. Ad illam autem humiliationem inducit nos propheta dicens Mich.6. Humiliatio tua in medio tui. Legitur quoq; quòd Ariſt. morti appropinquans rogatus diſcipulis vt aliquod verbum ſententioſum eis pro teſtamento relinqueret, ingemiſcens ait. Humiliatus in hunc mūdum intraui, anxius vixi, & cōturbatus egredior, inſcius & ignarus. Ad humilitatem etiā inducimur exemplo Pauonis, de quo Alber. vbi ſupra in c. de ſuperbia ait. Pauo eſt auis admirabilis venuſtatis in pennis & inde valde glorioſus incedit, maxime dum caudam erigens rotā facit. Tunc enim in giro ſe voluit rotamq; circumſpicit quam erexit, & quaſi glorians alijs ſe oſtendit Sed mirum valde exiſtit, quia mox vt oculos ad ſuorum turpitudinem pedum vertit, caudam victus humilitate deponit, gloriæ oblitus omnino prioris. Hoc idem homo faceret ſi ſæpe apud ſe ruminaret de quàm vili materia ſit generatus, quali ſit cibo in ventre nutritus cū qua vili veſte ſit natus, quibus in omni vita ſit curis expoſitus & ad quem finem vltimo ſit venturus, hæc ille. Summis ergo ſtudijs humiliemur quia ſine humilitate nemini poteſt eſſe ſalus de pęni. diſt. 1. §. item taciturnitas. vnde ait Bernar Super miſſus eſt. Audeo dicere quòd ſine humilitate nec Virginitas Mariæ Deo placuiſſet. Ideo dicitur Eccle. 13. Humiliare Deo & expecta manus eius, ſcilicet vt det tibi gratiam ſuam in præſenti, gloriam in futuro ſeculo. Amen.

EODEM DIE
POST PRANDIVM

DE NOBILITATE
ANIMÆ.

SERMO DECIMVS.

Cōtēplatio de aīa caeteris est nobilior.

VENITE audite omnes qui timetis Deū & narrabo quanta fecit animę meæ. Psal. 65. Et si scientiæ omnes sint dignissimę vt inquit Arist. 1. de anima, tamen inter omnes naturales sciētias, nobilior est sciētia de anima, vnde Philo. 9. Ethi. dic. Optimum bonum in homine est intellectus ex cognitio sui, & in 1. de anima inquit. Valde vtilis est scientia de anima, etiam ad omnem aliam veritatem, vnde secundum Ricar. nostrum in suo quolibet necessaria est hæc scientia tum propter vitiorum cessationem, quia vt ait Bern. super Cant. Quanto magis cognoscet homo originem animæ suæ, tanto magis verebitur animam habere degenerem, tum propter dilectionem, quia vt ait Arist. 1. de regi. princ. Cognitio alicuius boni, est causa amoris illius. Iccirco quanto maiorem habet anima sui cognitionem, tanto maiorem habet ad seipsam dilectionem, & ideo magis est sollicita in bonis operibus, quæ necessaria videt ad suam salutem. Quapropter inquit Bern. in lib. de consideratione ad Eugenium. Noueris licet omnia misteria, lata terræ, alta cœli, profunda maris. Si te nescieris, similis eris ædificanti sine fundamento, ruinam non structuram facies. Ideo Augu. 10. lib. confessionum ait. Eunt homines mirari alta montium, & ingentes fluctus maris, & altissimos lapsus fluminum, & Oceani ambitum, & giros syderum, & relinquūt seipsos, nec mirātur, quasi di. Et ideo sunt pigri in bonis operationibus. Vgo etiam li. 1. de anima dicit. Melior es si teipsum cognoscas, quàm si te neglecto cognosceres cursus syderum, vires herbarum, cōplexiones hominum, naturas animalium, cęlestiumq; & terrestrium scientiam haberes. Multi. n. multa sciūt, & seipsos nesciunt. Qua ex re Bern in quodam sermone inquit. Stude homo ante omnia teipsum cognoscere. Ait. n. Macrobius lib. de somno scipionis. Deifici vox hæc fuit oraculi, consulenti ad beatitudinem quo itinere peruenire posset, si te inquit noueris. Ad hanc cognitionem & scientiam nos hortatur Dauid in verbis propositis di. Venite &c. Super quibus verbis tres considerationes faciemus. Prima dicet creationis, Secunda conditionis, Tertia vero dilectionis. *Sermonis diuisio.*

PARS PRIMA.
Huius sermonis de animæ rationalis creatione.

CIRCA primam partem, primo videbimus de quo & a quo anima sit creata, ac quot modis nominetur. Secundo quando & vbi sit creata, & quid

Manicheorū opiniōes de creatione.

Vnde anima, & de eius substantia cum statu.

quid est ipsa anima. Tertio qualiter & ad quid sit creata. Quo ad primam particulam primæ partis, dixerunt quidam hæretici inter quos fuerunt Manichei, quòd anima nostra est de substantia diuina facta, sed hæc opinio est falsissima, quia ponit Deum esse eiusdem naturæ cũ creatura, quòd est impossibile, vnde Augu. de fide ad Petrum ait. Non vnius naturæ possunt esse, qui fecit & quod factũ est. Dico ergo secundum scientiam omnium theo. maxime Bonau. in 2. dist. 17. art. 1. q. 1. Et Alex. in 2. parte summæ, in tractatu de anima. & Tho in summa, contra gentiles. lib. 2. c. 84. quòd anima non est de substãtia Dei, nec de terra, vel alia materia, sed de nihilo creata.

Opinio aliquorũ phil. a quo fuerit creata anima.

CIrca secundam particulam, videlicet a quo sit facta siue creata anima nostra, dixerunt quidam philosophi animas esse productas a Deo mediante intelligentia. Et huius opinionis videtur fuisse auctor de causis, & Plato cum suis sequacibus, qui opinati sunt, quòd Deus simplicissimus, cuius actus est intelligere produxit solum intelligentiam primam & vnicam. Illa vero propter distare a 1. intellexit se & primum. Et ita aliquo modo fuit composita. Et sic produxit orbẽ suum, & intelligentiam secundi orbis. Et sic deinceps vsq; ad orbem lunæ, & intelligentiam decimam quæ secundum eos iradiat super animas rationales. Sed hęc opinio est falsa & reprobatur a theologis in 2. di. 1. maxime a Bonau. ibidem art. 2. q. 2. quia quanto aliquid est simplicius tanto est potentius, & quãto potentius tanto potest plura. Ergo Deus simplicissimus & consequenter potentissimus potuit creare omnes intelligentias & omnia creata, quod & fecit.

Hæreticorũ aliquorũ de principio effectiuo aiæ opinionis improbatio.

SEcunda opinio fuit aliquorum hæreticorum dicentium, quòd animæ productio est per traductionẽ, vt anima traducatur ex anima, sicut caro ex carne. Sed hanc opinionem damnant canonistæ in c. quod vero. vbi glo. & in c. Moyses. vbi de hoc est text. 32. q. 2. Ipsam quoq; improbant theologi in 2. di. 18. maxime Bonau. ibidem dicens. Si anima traducitur ex anima aut ex tota, aut ex parte, non ex parte, quia anima est simplex. Si ex tota, ergo cum quis alium generat, si totam animam dat, ipse animam desinit habere quod est erroneum. Dico ergo secundum omnes theologos maxime Bonau. in 2. di. 18. art. 2. q. 3. & Ric. ibidem. q. 2. & Alexandrum vbi supra. & in 3. parte summæ. in tractatu de præceptis. præcepto. 3. membro. 3. art. 3. & Th. 1. parte summæ. q. 90. art. 3. & in summa contra gentiles lib. 2. c. 86. quod anima non est ex traduce, sed a solo Deo creatur sine alio medio. Et ideo dicebat illa S. Machabea filijs suis 2. Macha. 7. Neq;. n. ego spiritum & animam donaui vobis, sed mundi Creator. &c De quo inquit psalmista. Qui finxit sigillatim corda eorum. i. animas creauit vt exponit glosa, vnde ipse Deus inquit. Isa. 57. Omnem flatum ego feci. Ex his ergo apparet quàm excellens sit anima cum sit creata a nobilissimo agente. Causa. n. nobilior semper nobiliorem producit effectum 1. de anima. & in lib. de causis. Et ideo vt ostenderet Deus excellentissimã dignitatem animæ, voluit eam per seipsum creare, vnde Gen. 2. dicitur. Formauit Deus hominem de limo terræ & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. i. animam de qua inquit Aug. in lib. de spiritu & anima. Anima secundum sui corporis effectus varijs nuncupatur nominibus, dicitur. n. anima dum vegetat, spiritus dum contemplatur, sensus dum sentit, animus, dum sapit, mens dum intelligit, ratio dum discernit, dum recordatur memoria, dum consentit voluntas.

Opinionis Platonis ac Macro. de loco & tẽpore creationis animæ.

SEcundo principaliter in hac consideratione quæritur quando, & vbi creatur anima. Circa quod fuit 1. opinio Platonis & sequacium maxime Macrobij in lib. de somno Scipionis, quod animæ fuerunt simul creatæ cum stellis, & post formatis corporibus sibi idoneis, ad hęc corpora viuificanda, descendunt per lacteũ, & alios orbes planetarum. Et postmodũ ruptis corporibus illuc reuertuntur. Deinde suo loco, & tempore iterum descendunt, sed cum descẽdunt omnium prius cognitorum obliuiscuntur & cum ascendunt obliuiscuntur malorum quæ in corpore habuerunt. Sed hæc opinio secundum Bona. potius fuit somnium quoddã,

quàm dictum autenticum quia absurdum est talem circulationem animarum ponere. Et hanc opinionem damnat glosa in c. quod vero 32. q. 2. insuper tollit beatitudinem de cuius ratione est perpetuitas, secundum theologos in 4. dist. 46. dicitur Psal. 33. Iusti autem in perpetuū viuent. Ex quo patet falsam esse quo ad hoc opinionem Ouidij dicentis in 15. Methamor.

Morte carent animæ semperque priore relicta.
Sede nouis domibus viuunt habitantq; receptæ.
Omnia mutantur nihil interit, errat & illinc.
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus.
Spiritus æque feris humana in corpora transit.
Inque feras noster, nec tempore deperit vllo.
Vtque nouis facilis signatur terra figuris.
Nec manet vt fuerat nec formas seruat easdem.
Sed tamen est eadem anima sic semper eandem.
Esse sed in varias doceo migrare figuras.

Mani heorū opinio de loco & quā do creatiōis animæ confutatur.

SEcunda opinio fuit quorundam hæreticorum, maxime Manicheorū quòd animæ humanæ simul sunt creatæ in cęlo cum Angelis, & ibi peccauerunt & merito illius peccati sunt detrusæ in his corporibus tanquam in carceribus, vt sic purgentur, & cum purgatæ fuerint ad cęlestem patriam reuocentur. Sed hæc opinio est econtra philosophiam Nam secūdum Arist. in 2. de anima. Anima nostra est tanquam tabula rasa in qua nihil est depictum. Quod non esset verum si in cęlo aiæ nostrę fuissent anteq̄ intrarent corpus, & ibi peccassent. Itē nulla anima naturalē haberet inclinationē ad corpus, sicut ad suū sodale. Imo in illud remanere recusaret, & egredi perquireret tanq̄ de carcere, q́ est manifeste falsum. Itē secūdum hāc opinionē sequeretur nullā aīam debere dānari, quod est hęreticum Dico ergo scd̄m omnes theo. maxime. B. Th. 1. part. sum. q. 90. ar. 4. & Ric. in 2. di. 18. ar. 2. q. 3. & Bon. ibid q. 2. q́ animę nō sunt creatę ante corpus, sed simul cū corpore creantur & creando infundunt. Cōcludit ergo scd̄m Aug. in c. Moyses. 32. q. 2. & in li. de ecclesiasticis dogmatibus, q́ aīa tunc creatur, qn̄ in ventre matris organizatū est corpus prolis, & creādo simul infundit a Deo. Et sic patet secunda particula principali primæ partis. s. qn̄ & vbi creat aīa. Licet aūt philosophus dixerit in 1. de aīa q́ oīno & penitus difficilimorū ē cognoscere qd̄ sit aīa. Tn̄ postea in 2. eiusdē lib. eā diffinit dupliciter. Primo materialiter di. Aīa est actus primus corporis phisici organici in potētia vitā habentis. Scd̄o formaliter sic aīa est principiū vegetādi, sentiendi, intelligendi, & scd̄m locū mouendi, theologi vero scd̄m diuersas cōparatiōnes diuersimode diffiniūt, siue describūt ipsam aīam ꝑut refert Ale. de ales in 2. par. sum. in trac de aīa, & 1. in cōparatione ad causam efficiētē sic. Aīa est deiformę spiraculū vitę, & accipitur ex eo qđ dr̄ Gen. 2. q́ Deus inspirauit in Adā spiraculū vitæ. Scd̄o in cōparatione ad corpus quod ipsam suscipit, & diffinit eā Aug. in lib. de spiritu & aīa sic. Anima est substantia qdā rationis particeps, regendo corpori accōmodata. Tertio respectu vtriusq; diffinit a Cassiodoro sic. Aīa est substātia spūalis a Deo creata, ꝓpria sui corporis viuificatrix Quarto in cōparatione ad suū finem diffinitur a Senec. sic. Aīa est species intellectualis ad beatitudinē in se & in corpore ordinata. Quinto in cōparatione ad vires qbus agit in corpore diffinit a Damasceno & ēē ab Aug. vbi supra sic. Aīa est species intellectualis rōnalis semper viuens, semper in motu, bonæ malæq; voluntatis capax. Sexto secundum quandam conuenientiam eius ad omnia diffinit ab Augustino vbi supra sic. Anima est omnium similitudo, hēt. n. vires qbus oīa cōprehēdit & inuestigat & oībus similis exsistit. s. cęlis, & elementis ac alijs inaīatis & insensibilibus ꝑ essentiā, vegetabilibus per vitam, aīalibus per sensum & imaginationem hominibus per rationem, Angelis per intellectum. & Deo per intelligentiam. Septimo diffinit in quātū ē separabilis a corpore sic. Aīa ē substātia spiritualis, simplex & indissolubilis, īcorporea, passibilis atq; mutabilis, & a corpore separabilis. Quia vero vnius rei vna sola debet esse ꝓpria diffinitio

Animæ duplex diffinitio ab Ar. 2. de aīa assignata.

diffinitio 6. Topi. Ideo videtur quòd ipsa anima sic possit generaliter diffiniri. Anima est substantia spiritualis, incorporea, rationalis, intellectualis, simplex, immortalis, passibilis atq; mutabilis, omnium similitudo, ad viuificationem, & regulationem sui proprij corporis humani organizati, a Deo creata & creando in ipso corpore infusa tanquam eius forma perfectibilis, a quo est per mortem separabilis. Quæ est ad finem beatitudinis in se & in corpore ordinata & secundum merita vel demerita eternaliter glorificanda vel damnãda. Primo in se, deinde post resurrectionem cum suo corpore. Et hæc diffinitio distinguit animam ab Angelis, & ab omni alia re, & omnes supradictas diffinitiones seu disceptiones comprehendit.

Propheta animæ diffinitio.

Multæ cãe assignãtur, quare Deº aĩam in corpore collocat.

SI autem quæratur quare Deus animam in corpore collocat, respondeo quòd multiplici ex causa, quarum duas assignat Gregorius Nazanzenus. Prima est vt ipsa anima in carne & per carnem merita multa conquirat. Plura.n. sunt in quibus anima per carnem meretur in quibus sine carne mereri non posset, sicut est contra carnales concupiscentias decertare ieiunare, vigilare, peregrinari, & martyrium sustinere. In alijs autem in quibus sine corpore potest mereri sicut in diligendo Deum, & in cognoscendo & commemorando ipsum, ac meditando de illo, iterum est vtile animæ esse coniunctam corpori ratione gloriosioris triumphi, & præmij, quia cum corpus ipsum quod corrumpitur aggrauet animam, & deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitantem Sap. 9. Per hoc ipsa anima in prædictis se viriliter exercens gloriosior erit, quãto.n. aliquod bonum est difficilius tanto est virtuosius. 2. Ethi.

SEcunda causa est vt anima carnem ipsam tanquam fidelis custos Deo conseruet & custodiat, & eam ad supernas sedes peruenire faciat. Caro.n. per se non est susceptiua beatitudinis, nisi mediante anima stolam immortalitatis induat. Est ergo anima coniuncta corpori vt homo maiorem gloriam percipiat. Si.n. anima fuisset a corpore separata, tãtum glorificari posset in contemplatione diuinitatis, nunc autem homo glorificatur in anima per æternæ maiestatis diuinæ speculationem & in corpore, in visione gloriosæ humanitatis Christi.

TErtia causa est vt nobis ostenderet quanta erit consolatio animæ cum erit in Cęlo coniuncta ipsi Creatori suo per inseparabilem charitatem, quæ cum corpore ex luto originem habente, atq; corruptibili & vilissimo, habet tam gratam societatem propter mutuam vnionem. Tunc.n. cum ipso corpore beatifica ta cantabit cum propheta Psal. 39. Eduxit me de lacu miserię & de luto fęcis.

QVarta causa est vt opera sua Deus perficeret. Opera.n. diuina sunt perfecta Deut. 32. Et ideo cum fecisset naturam pure spiritualem, vt Angelum, & naturam pure corporalem vt lapidem, lignum & huiusmodi, congruum fuit vt infra etiam dicetur quòd faceret naturã mixtam ex vtraq; , & ideo ipsam animã spiritualem corpori coniunxit, vt ad decorem vniuersi esset creatura spiritu, & carne composita, vnde Bern. Siluester in Microchosmo inquit de homine. Mentẽ de Cœlo, corpus trahit ex elementis. Vt terras habitet corpore, mente polum. Mens, corpus diuersa licet iunguntur in vnum. Vt sacra complacitum nexio reddat opus. Diuus erit, terrenus erit, curabit vtrunq;. Consilijs mundum, religione Deum. Naturis poterit sic respondere duabus. Et sic principijs congruus esse suis, Cum superis commune rationis habebit. Distrahet a superis linea parua hominem, hęc ille. Licet autem propter peccatum generata sit discordia inter carnẽ & spiritum secundum sententiam Apostoli ad Gala. 5. tamen Deus coniunxit carnem spiritui, & econtra vt vtriq; eorum bene esset propter alterum, & simul Deo seruirent, & caro esset tanquam bona vxor spiritus ac ei subiecta obediret, & cum eo gloriam æternam consequeretur, quia vxores debẽt corruscare radijs maritorum. l. fœminæ. ff. de sena. & l. filij. §. 1. ff. ad munici. & l. mulieres. C. de digni. lib. 12. & in auten. de cõsul i. §. si vero.

&

& alias allegatur. §. hæc itaq; . vnde dicitur in l. fi. C. de nup. Vxor marito concrescat & sentiat eius fulgorem, quod potest mortaliter exponi de carne in quam redundabit fulgor spiritus.

Aĩa quõ sit creata ad imaginẽ & similitudinem Dei.

QVo ad tertiam particulã huius primę partis quęritur qualiter & ad quid sit creata anima. Et respondetur ad primum quod creata est ad imaginẽ & similitudinem Dei. Vnde Gen. 1. dixit Deus. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Qualiter autem hoc intelligatur habetur ab Alexandro de Ales in 2. parte summæ, in tract. de anima, & a B. Tho. in 1. parte summæ, q. 93. & a S. Bonau. in 2. dist. 16. art. 1. q. 1. & a Nico. de Lira super Gene. 1. qui inquit. Imago Dei consistit in anima quantum ad proprietates naturales. s. memoriam, intelligentiam & voluntatem. Ex quo patet quòd non tantum vir, sed etiã mulier creata est ad imaginem Dei. Vnde Gen. 1. ait Moyses. Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suã. Ad imaginem Dei creauit illum masculum & fœminã creauit eos. Nec huic obstat quod ait Apostolus 1. ad Cor. 11. di. Vir non debet velare caput suum, quia imago & gloria Dei est. Mulier autem gloria viri est. Et in c. hæc. imago. 33. q. 5. inquit Aug. Mulier ad imaginem Dei non est facta &c. Quia respondet Ale. de Ales vbi supra. q. 55 membro. 5. dicens, quòd conditio imaginis non est propria masculi, sed vtriusq;. Et ad dictum Apostoli dicit, quod secundum glosam ordinariã accipit ibi apostolus imaginem propter hoc quòd homo fuit quodammodo principium omnium hominũ, & etiam Æua formata est de latere eius. Et ita quandã imaginem tenet Dei qui est principium omnis creaturæ. Non sic autem fuit de muliere. Et ideo non dicitur imago, hæc ille. Sanctus quoq; Bonau. in 2. di. 16. art. 2. q. 2. dicit quòd quantum ad illud quod est de esse imaginis, ita est mulier facta ad imaginem Dei sicut vir. Quæ imago consistit in animą in qua non est distinctio sexus. Sed quantum ad bene esse dicitur esse maior repræsentatio imaginis in viro, quàm in fœmina, siue quantum ad rationem præsidendi, siue quantum ad rationem principij, quia vt ait Apostolus vbi supra. Caput mulieris est vir. Et vir non est ex muliere, sed mulier ex viro. Et non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virũ. Et ideo inquit Augu. vbi supra Hæc imago Dei est in homine, vt vnus factus sit Dominus ex quo cæteri oriantur, habens imperium Dei quasi vicarius eius &c. Concludendum est ergo secundum prędictos doctores, quòd in omni anima rationali est imago Dei quantum ad naturales proprietates ipsius animæ. Similitudo autẽ est in gratuitis. Et ideo similitudo est quædam perfectio imaginis, quia gratia perficit naturam. Iudæi vero glosatores quos refert idem Nicolaus vbi supra illud Psal. 4 Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, ponunt quasdam similitudines animę ad Deum quibus quędam alię a Chistianis additę sunt, & sunt istæ videlicet, quòd sicut Deus habet cõuenientia cum omnibus, propter quod dicitur mundus archetipus. i. maior. 8. Phisi. vnde Boetius illi inquit. Tu cuncta superno ducis ab exemplo, pulchrũ pulcherrimus ipse. Mundum mente gerens similique imagine formãs: sic anima habet similitudinem cum omnibus. Itẽ sicut Deus est spiritus Io. 4. ita & anima vt ait Aug. in li. de spiritu & anima. Dan. 3. Benedicite spiritus, & animę iustorum Domino. Item sicut Deus est immortalis 1 ad Thi. 1. Regi sæculorum immortali & inuisibili soli Deo &c. Ita & anima vt in sequenti parte probabitur. Sicut etiam Deus est impalpabilis, quia vt dicitur Ioan. 20. Spiritus carnem, & ossa nõ habet s. palpabilia. Ita anima rationalis palpari non potest cum sit incorporea, nam medium in tactu est caro vt dicitur. 2. de anima. Et istæ sunt assimilationes fidelium. Iudæi autem addunt dicentes, quòd sicut Deus non inquinatur sordibus orbis, ita nec anima sordibus corporis. Et sicut Deus omnia videt, & non videtur, iuxta illud quod ipse inquit Exo. 33. Nõ videbit me homo & viuet. Sic anima videt exteriora, & ipsa non videtur. Et sicut Deus vnicus est in vniuerso mundo per ipsum recto, ita anima rationalis vnica est in suo corpore quod ipsa regit. Non est enim vera opinio dicentium, q̃

Similitudines inter animam & Deum.

in

in corpore humano sunt tres animæ. s. vegetatiua, sensitiua & intellectiua, licet enim verũ sit quod ait Philosophus 16. de animalibus, quòd embrio primo viuit vita plantę. s. vegetatiua, deinde vita animalis. s. sensitiua, & deinde vita hominis, idest anima intellectiua. Nã illa massa generata, primo habet formam, & similitudinẽ lactis aliquib⁹ diebus, deinde similitudinem sanguinis, deinde assumit formam corporis humani, & paulatim formatur, & organizatur, ita quòd si est masculus infra. 40. dies Si vero est fœmina in 80. diebus organizatur secundum Phisicos, de quo etiam notatur in l. Gallus. ff. de libe. & posth. & s. di. in prin. Tamen statim intrante anima rationali desinit esse ibi anima sensitiua, sicut intrante sensitiua cessat vegetatiua, vt probat Th. in 1. parte summæ. q. 76. & 118. Affirmans quòd cum generatio vnius formæ sit corruptio alterius præexistentis, necesse est dicere, quòd tã in homine, quàm in alijs animalibus quando perfectior forma aduenit, fit corruptio prioris. Ita tamen q̃ sequens forma habet quicquid habebat prima, & adhuc amplius. Quapropter cũ anima intellectiua creatur & infunditur, simul est sensitiua & vegetatiua corruptis formis præexistentibus, hæc ille. Ex quibus patet propositum. Itẽ sicut Deus replet totum mundum, iuxta illud Hiere. 23. Cœlum & terram ego impleo dicit Dominus, ita anima replet totum corpus.

De sede prĩcipali aiæ dubitatio. NOtandum est autem quòd de sede principali animæ quatuor præcipuæ fuerunt opiniones. Quidam. n. dixerunt eam esse in capite, & hoc ostendere voluerunt auctoritate Gen. 2. Inspirauit Deus in faciem eius spiraculum vitæ. i. animam Et Io. 19. Inclinato capite tradidit spiritum. Item per rationem, quia omnes sensus vigẽt in capite. Nam anima in capite videt, audit, odorat, sentit & gustat. Alij vero dixerunt eam esse in corde & hoc voluerunt ostendere per auctoritatem Matth 15. De corde exeunt malę cogitationes &c. Cum enim cogitationes exeant ab anima, ergo ipsa anima est in corde a quo dicuntur exire cogitationes. Item per rationem, quia cor est fons vitæ. Nam in corde incipit, ac radicatur, & finitur vita, vnde Hiero. ad Fabiolam ait. Quæris vbi principale sit animæ, Plato in cerebro, Christus monstrat in corde. Alij autem dixerunt ipsam esse in sanguine quod probare voluerunt auctoritate Leui. 17. Anima omnis carnis in sanguine est, & in c. Moyses. in fi. 32. q. 2. dicitur. Sps in sicco habitare non potest, ideo in sanguine fertur habitare. Item ratione quia si quis perdit sanguinem perdit vitam, Plato vero vt habetur in 1. de anima posuit animam diuisibilem esse secundum subiectum ita quòd virtus intellectualis sit in cerebro, concupiscibilis in corde, nutritiua in epate &c. Alij autem dixerunt eam esse totam in toto corpore & totã in qualibet parte corporis, quod probare voluerunt auctoritate, 2. Reg. 1. vbi ait Saul. Adhuc tota anima mea est in memetipso, non enim dixit, adhuc est tota in cerebro meo, vel in sanguine, vel in corde, sed tota in memetipso. i. in corpore meo. Item ratione, quia cum anima sit perfectio corporis organici vt supra diximus non erit vnius membri tantum, sed omnium, & consequenter totius corporis. Ad hanc autem dubitationem respondeo secundum quod determinat. B. Th. in summa. contra gentiles lib. 2. c. 72. & 1. parte summæ. q 8. art. 2. quòd anima quantum ad essentiam suam est tota in qualibet parte corporis. Et ad hoc solet dari exemplum de albedine, quæ secundum totam rationem speciei, vel essentiæ albedinis, est tota in toto suo subiecto & tota in qualibet parte eius. Et secundum hanc declarationem de essentia animæ, intelligitur dictum Augu. in 6. de Trini. qui inquit. Anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis. Quantum vero ad potentias suas, dicit Tho. vbi. supra, quòd anima non dicitur esse tota in qualibet parte corporis. Non enim potentia memoratiua dicitur residere in manu, vel in pede, sed in posteriori parte celebri. Quælibet ergo potentia animæ non tantum rationalis sed etiam sensitiua, dicitur consistere in illa parte corporis in qua viget, & quæ proportionata est ad operationem ipsius potentiæ. Et sic potentia intellectiua per q̃ anima discernit species intelligibiles, dr̃ reside-

residere in media cęllula capitis, quæ dicitur logistica siue rationalis. Potentia vero viuificata residet in corde, auditiua in aure, & visiua in oculo, & sic de alijs. Et ad hoc adduci potest exemplum de rege qui dicitur esse in toto regno suo per dominium, & gubernationem, licet sit in aliqua parte regni per actualē residentiā Deus quoq; licet sit vbiq; per essentiam principaliter tamen dicitur esse in Celo per gloriæ redūdantiam iuxta illud Psal. 10. Dominus in Cœlo sedes eius. Ex quibus omnibus patet quòd anima hominis creata est ad similitudinem Dei.

Aīa quō sit creata ad imaginem Dei.

QVantum vero ad imaginem, sciendū est scđm Th. in 1. par. sum. q. 113. ar. 1. q; duplex reperitur imago, 1. est naturæ & idemptitatis, vt est imago regis in filio eius, qui est eiusdem naturæ cū patre. Et secundum hāc imaginē solus Christus dicitur imago Dei, quia ꝓpter idēptitatem naturæ cum patre, perfecte repræsentat illum cuius est imago. Ideo de ipso D. N. Iesu Christo ait Apostolus ad Collo. 1. c. Qui est imago Dei inuisibilis. Secunda est imago figuræ & similitudinis, sicut est imago regis in sigillo impressa vel minimo, quæ ipsum regem repræsentat. Et tali modo dicitur anima creata ad imaginem Dei, non propter idemptitatem naturæ, sed propter quandam proportionem & similitudinem quam habet ad Deum. Et hoc ponit Aug in lib. de decem chordis vbi etiam dicit, quod anima rationalis ita est similis Deo, & eum repræsentat tanquam eius imago, sicut repræsentat regem imago illius quæ relucet in speculo. Sicut enim in vna Dei substantia sunt tres personæ vt testatur Ioannes Apostolus. suæ primæ canonicæ. 5. capitul. Ita in vna essentia animæ, sunt tres potentiæ rationales, scilicet memoria, intelligentia & voluntas, vt ait Aristotel. 3. de anima. Et quælibet harum potentiarum secundum Scotum in 2. sententiarum. distinctio. 25. quæstio. secunda, dicit totam substantiam animæ, licet secundum alium, & alium modum. Ex quo apparet quod anima nostra est creata ad imaginem sanctissimæ Trinitatis, & vnitatis diuinæ. Maxime quia sicut ex parte generatus est filius, & ex patre & filio processit spiritus sanctus Ita ex memoria quæ attribuitur patri oritur intelligentia quæ attribuitur filio, & ex vtraque procedit amor, qui attribuitur spiritui sancto, vt declarat. Beatus Thom. in 1. parte summæ. q. 93. artic. 5. Item alia ratione dicitur anima esse creata ad imaginem Dei, quia sicut Deus seipsum intelligit & amat, & est plenus omni bonitate, ac fœlicitate ita anima rationalis potest Deum diligere & amare, ac de eius fœlicitate participare. Et hanc rationem tangens Augustin. 14. de Trinitate ait. Anima dicitur ad imaginem Dei creata & quia potest meminisse, intelligere, & amare Deum. Et iterum ibidem dicit. Eo quippe imago eius est, quo capax illius est, eiusque particeps esse potest. Ideo idem Augustin. in libro de diffinitione animæ ait. Anima est substantia creata inuisibilis, & immortalis Deo similima, imaginem nullam habens nisi Creatoris sui. Dicitur autem quòd in domo animæ sunt tres cameræ, idest tres potentiæ in quibus tota Trinitas habitat. Nam in memoria habitat pater in intelligentia filius, in voluntate autem spiritus sanctus. Et ista est vna ratio propter quam Trinitas beatissima creauit animam nostram ad imaginem suam, vt ipsam in nobis recipiamus & illi hospitium præparemus, de quo dicitur Psalmo 92. Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudinem dierum.

Aliud vīne aīa dicitur ad imaginem Dei creata.

SEcunda ratio est vt patrem nostrum cœlestem tenerius amemus. Nam licet naturalis amor sit inter patrem & filium 7. Ethico. tamen tenerior solet esse cum filius est similis patri, quia similitudo est causa dilectionis 8 Ethico. Et ideo Augustin. ait. Amandus est genitor, sed præponendus est creator. Anima igitur nostra quæ ratione creationis est filia Dei, eius habens similitudinem debet ipsum tenerrime diligere.

TErtia ratio est vt cognito tanto beneficio gratias ei pro illo referamus. Qui enim non recognoscunt magnitudinem huius beneficij sunt similes bestijs, dicente psalmista. Homo cum in honore esset non intellexit, compa-

ratus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. vnde. Ber. ait. Humanę naturæ ista conditio est. vt tunc tamen cęteris reb⁹ excellat cū se cognoscit. Cū autem se noscere desierit irrationabilium gregibus incipiat aggregari. Quarta ratio est vt imagini Dei in nobis debitam reuerentiam exhibeamus, iuxta illud Eccle. 10. In mansuetudine serua animam tuā, & da ei honorem secundum meritū suū, idest dignitatem suam. Indignū est.n.vt creatura rationalis in hoc Deum, inhonoret in quo Deus ipsam præ cæteris honorauit. Et si nephas est imaginem crucifixi deuastare multo magis est nephas imaginem Trinitatis immundicia peccati inquinare, vnde Aug., super illud psalmistæ. In ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges ait Merito imaginem ipsorum ad nihil rediget Dominus in ciuitate cęlesti quia ipsi in terrestri sua ciuitate imaginem eius ad nihilum redegerunt. Quinta ratio est vt de pulchritudine interiori magisq; de exteriori curaremus. Non est.n.valde commendabilis illa pulchritudo quæ necesse habet pellibus muricum, & stercoribus vermium adiuuari. Sed non sic est de pulchritudine animæ, quoniam omnis gloria eius ab intus in fimbriis aureis circum amicta varietate.s. virtutum Psal. 44. Sexta ratio est vt ei cui similes sumus natura, similes efficiamur gratia, & gloria in qua perfectio naturæ consistit, vnde glo. super illud psalmistæ. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine exponit. Lumen vultus tui.i gratia illuminatiua rationis quę est quasi vultus seu facies in nobis diuinę similitudinis. Et hoc lumen est totum, & verum hominis bonum quo signatur vt denarius imagine regis, vnde Dominus in Euangelio inquit. Reddite quæ sunt Cęsaris cęsari, & quæ sunt Dei Deo. s. suam imaginem. Animam videlicet lumine vultus eius illustratam, & signatam iuxta illud ad Ephe. 1. Signati estis spiritu promissionis sancto hæc glosa. Quia ergo anima nostra est ad diuinam imaginem creata, ideo non transitorijs rebus, sed diuinis debet esse intenta. Beatus. n. Bern. in sententijs suis dicit. Ad imaginem quippe Dei facta est anima rationalis. Cæteris occupari potest, repleri omnino non potest. Capax.n. Dei est. Et quicqd Deo minus est, non eam implebit. O igitur anima dignissima, O anima excellentissima, O anima eminentissima ad imaginem, & similitudinem Dei creata, nolite peccatis villificare, noli pulchritudinem tuam fędare, ne de te dici possit illud Tren. 4. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis.s. supernæ ciuitatis.

Aīa ad qd sit creata.

QVo ad secundum quæsitum in hac particula.s. ad quid sit anima creata; Respondeo quòd Deus illam creauit primo ad manifestationem suæ gloriæ, vt ait Ale. de Ales in 2. part sum. in tract. de anima 2. ad reparationem naturæ Angelicæ vt dicit magister senten. 2. distin. 1. cap. 2.

Si angelinō peccassētan homo fuissent creati

SEd hic quæri potest nunquid si Angeli nō peccassent Deus hominem creasset, & per consequens animam rationalem? Et respōdeo quòd sic vnde mag. sen. in 2. di. 1. c. de homine ait. De homine sępe in scriptura inuenitur quòd factus sit propter reparationem angelicæ ruinæ quod non ita intelligendum est quasi nō fuisset homo factus si non peccasset Angelus, sed quia inter alias causas præcipuas hæc etiam nonnulla causa extitit hæc ille. Dico igitur quòd Deus etiam non peccante Angelo creasset hominem propter sex respectus, primus dicitur lætificationis quem tāgit Anselmus in lib. cur Deus & homo. & in lib. de casu diaboli di. Si precisa ratio quare homo est creatus esset ruina Angelorum Sicut homo nō posset non lætari de sua creatione, & beatificatione, & acquisitione fęlicitatis illorū, ita non posset non lætari de ruina ipsorum Angelorum. Qua propter etiam si Angelus non peccasset, homo vtiq; esset creatus & beatificatus fuisset, hæc ille.

SEcundo hoc fecisset respectu perfectionis. Cum enim Deus vt dicit Plato in Thimeo sit perfectum, & infinitum bonum, & illud simpliciter sit perfectum cui nulla suarum partium deest 3. Phisi. Ex quo Deus cuius perfecta sunt opera Deu. 32. creauerat pⁱma die creaturam pure spiritualem, & intellectualē.s. Angelicos

gelicos spiritus, & similiter creaturã pure corporalem. s. Cœlos, & terram Gen. 1. & similiter alia inferiora materialia, restabat ad perfectionem vniuersi vt etiam crearet creaturam mixtam. s. humanam, quæ componitur ex substantia spirituali, scilicet anima, & corporali. s. corpore. Qua creata cum esset capax beatitudinis. Sequitur quod Deus eam beatificasset etiam si Angelus nunquam peccasset. Et hoc confirmat sanctus Bonau. in 2. di. 9 art. 1. q. 7. di. Si Angelus nunquam peccasset, adhuc homo factus fuisset, & ad beatitudinem peruenirct.

TErtio hoc fecisset respectu gratificationis. Sicut enim habetur. 45. di. ca. de Iudæis. Coacta seruitia non placent Deo, & ratio est, quia vt dicitur 2. Ethic. virtus est habitus electiuus, cum ergo necessitas tollat electionem, & per consequens nomen virtutis, sequitur quòd nihil coactum deo placet. Proinde philosophus 2. Ethi. dicit. Necessitas non meretur laudem, nec vituperationem. Si ergo Deus non fecisset hominem non peccante angelo & consequenter eũ non beatificasset, secundum illum solummodo creasset vt ruinam angelicam restauraret, videretur quodammodo ex quadam necessitate eum creasse, & beatificasse, & sic talis creatio, & beatificatio non haberet plenè nomen virtutis. Quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adimen. Ob quam causam posset homo dicere Deo. O Deus omnipotens, o Creator æterne, ex quo nec gratis nec liberaliter me creasti, sed potius ex quadam quodammodo necessitate, vt restaurares seu reparares tuum Cœlum Empireum, non teneor tibi tantum amorem impendere, quantum debuissem si me gratis creasses, & beatificasses. Sed quoniam vt ait Anselmus in li. cur Deus homo. Optimi est optima facere, ideo Deus optimus ex sua liberalitate & infinita clementia homines creasset & beatificasset, dato quòd Angeli nunquam corruissent, propter quod ex tali liberalitate valde cõmendandus & diligendus est, iuxta illud quod ait Augu. 28. q. 1. c. iam nunc. di. Multa fiunt non iubente lege vel necessitate, sed libera & spontanea voluntate. Ea autem in nostris officijs sunt gratiosiora quæ cum liceret non impendere, gratia tamen dilectionis impedimus.

QVarto hoc fecisset respectu ordinanationis seu manifestationis suæ gloriæ & sapientiæ. Teste. n. philosopho 2. Phi. Omne agens secundum rationem agit propter finem, & vt ait idem philoso. 2. Methau. Nullum agens siue naturale, siue artificiale, siue morale, siue supernaturale, absoluitur ab intentione finis. & in 2. Phi. & 1. de Cęlo & mundo. ac. 3. de anima dicitur. Deus, & natura nihil agunt frustra. Quo concesso clarum est, secundum Bedam & theolo. in 2. sen. di. 1. quòd 1. die Deus creauit simul quatuor de nihilo. s. Angelos, Cęlum Empireum, materiam rerum. s. Cęlorum & quatuor elementorum Eccl. 18. Qui viuit in æternum creauit omnia simul, & tempus. Sexta vero die completis omnibus & creatis fecit & creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam. Peto igitur cur Deus creauit Cœlos cum Sole, Luna, ac cęteris planetis, & syderibus ac influentijs eorum? Item cur creauit quatuor elementa, tot species arborum, & fructuum auium, piscium, animalium, & thęsaurorum terræ. & clarum est quòd non pro se cum his non indigeret, sicut nec antequã crearet ea, his indigebat nec vtebatur, nec etiam propter angelos illis creauit, enim sint substantię intellectuales, & spirituales, quæ carent sensibus aptis natis ad vtendum similibus bonis, quòd si ista non creauit pro se nec pro Angelis, ergo ea creauit propter hominem, quod confirmat philosophus 2. Ethic. dicens. Nos sumus finis quodammodo omnium & vtimur tanq; propter nos omnibus quæ sunt, & propterea inquit propheta Psal. 8. loquens Deo de homine. Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi. Volucres Cęli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris, vnde Gen. 1. ait. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris, & volatilibus cęli, & bestijs terræ,

vniuersæque creaturæ, omnique reptili quod mouetur in terra, & ibidem sequitur. Creauit Deus hominem &c. Ea propter sanctus Bonauentu. in 2. distinctio. prima parte secund. artic. 2. quæstio. 2. dicit. Cum quæritur vtrum creaturæ omnes inferiores conditæ sint propter diuinam gloriam, vel propter vtilitatem propriam hominis, respondeo, quòd finis conditionis omnium rerum creatarum principaliter est Dei gloria, siue bonitas, quàm creaturæ vtilitas. Sicut enim dicitur Prouerbio. 16. Vniuersa propter semetipsum creauit & operatus est Dominus, sed non propter suam vtilitatem vel indigentiam, cum propheta dicat Psalmo 14. dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Ergo propter manifestandam, & communicandam gloriam & bonitatem suam, in cuius manifestatione & participatione attenditur summa vtilitas creaturæ videlicet eius glorificatio, & beatificatio. hæc ille. Qui etiam in eodem libr. dist. 15. artic 2. quæstio. 1. postquam conclusit quod omnia sensibilia & inferiora facta sunt propter hominem eo modo quo supradictum est, addidit di. Notandum est autem quòd aliter animalia ordinantur ad hominem, secundum statum innocentiæ, & aliter secundum statum naturæ lapsæ. Secundum enim statum innocentiæ ordinantur ad illum, secundum rationem quadruplicem.

PRima ratio est ad manifestandũ eius imperium, quod manifestabatur dum ei omnia obediebant.

SEcunda ratio est ad decorandum hominis habitaculum, quod debuit animalium multiplicatione, & non solum arborum decorari.

TErtia ratio est ad excitandum hominis sensum, vt ipsorum animalium naturis diuersis contemplaretur homo multiformitatem sapientię conditoris.

QVarta ratio est ad mouendum eius affectum, vt cum homo videret animalia secundum rectitudinem suæ naturæ currere, & adamare, id ad quod facta sunt, ex hoc excitaretur ad amandũ Deũ. Et propter has rationes non solummodo Deus fecit iumenta, & bestias, & pecora, sed etiam cuncta alia inferiora quæ omnia faciunt ad hominis vtilitatem secundum rationes prædictas. Secundũ vero statum naturæ lapsæ ordinantur ad releuandum hominis indigentiam, quantum ad cibũ, & vestitum, ac obsequium sicut sunt oues, boues, equi, asini, & huiusmodi, & quantũ ad solacium sicut sunt quædã aues, & catuli & similia. Similiter bestiæ & alia animalia ordinantur ad hominem secundũ quadruplicẽ rationem, & vtilitatem, quam ponit Aug. super Gene. ad literam vbi ait, ꝙ aut pęnaliter lędunt, aut salubriter exercent, aut vtiliter probant, aut ignoranter docent, & sic patet ꝙ bestiæ, reptilia, fructus, & iumẽta facta sunt omnia propter hominem, siue in statu innocentiæ, siue in statu naturæ lapsæ, hæc S. Bona. Ex qua distinctione patet, ꝙ Deus omnia inferiora creauit propter finem hominis, hominem vero creauit ꝑꝑ se, vt tam in homine q̃ in rebus creatis manifestaretur diuina bonitas, charitas, & sapientia. Ergo non ꝑpter restaurationem Angelorũ principaliter, & consequenter ipsum creasset, & beatificasset, & etiam si Angelus non peccasset.

QVintus respectus dicitur præuisionis. Secundum. n. Bern. quem recitat Ale. de Ales. in 3. part. sum. in tract. de incarnatione Christi. Lucifer immediate post creationem suam ex diuina irradiatione cognouit filium Dei incarnandũ, de homine psalmando sexta die, cum tamen ipse fuisset creatus prima die, quando dixit Deus Gen. 1. Fiat lux. Quando ergo ipse lucifer hoc cognouit, nondũ peccauerat & tamen homo creadus erat & ipsum creandum cognouerat & deificandum, vnde inuidia motus fuit contra eũ, ergo &c Preterea sc̃d̃m opinionẽ refectius sentientiũ, de qua diffuse tractabo in 5 par. principali marialis, sermone 4. par. 1 per totã, & ser. 5. par. 1. Q. R. A. & B. & si homo nõ peccasset Dei filius incarnatus fuisset, non vt Redemptor, sed vt amator & beatificator. Rationes aũt ibi ad hoc allegendæ militant etiam si Angelus nõ peccasset, ergo non tantũ ꝑꝑ ruinam Angelicam restaurandam homo factus est, & consequenter etiam illo non peccante creatus esset. *5. Respect⁹ ꝑꝑ quẽ homo creatus fuisset licet Angeli nõ peccassent.*

Sextus

6. respectu quem non creatus fuisset licet Angelus nõ putasset.

SExtus respectus dicitur superationis. Clarum est.n.quòd multi homines san cti excesserunt & excedunt ac excessuri sunt in merito, & gloria multos choros Angelorum. Ille.n. qui habent æqualem charitatem cum Archãgelis, excedunt in merito, & gloria omnes Angelos primi chori, & sic ascendendo possemus exemplifica: e, & probare quod homo non solum potest excedere in merito, & gloria multos ordines Angelicos, sed etiam potest peruenire vsq; ad suppremũ, vt probat. B. Th. in 1. par. sum. q. 108. ar. 8 in solutione tertij argumenti. Ex quo ergo humana natura est tantæ capacitatis, non est dubitando, quòd Deus eam creasset etiam si Angelus non peccasset, quia ita est capax diuinitatis sicut Angelica, vnde inquit S. Bona. in 2. di. 1. ar. 3 q. 2. q̃ licet natura Angelica quæ est mere spiritualis dignitate naturæ excedat humanã, quæ est composita ex spirituali & corporali, tamen quantum ad finem sunt pares, quia ad eundem finem beatitudinis ordinantur, nec homo quantum ad hoc propter Angelum est factus, nec Angelus propter hominem, & ideo concludendũ est quòd homo etiam Angelo non peccãte creatus, & beatificatus esset. Reuertẽdo autem ad propositum dico quòd animam Deus tertio creauit ad participandum gaudium fęlicitatis æternæ. Et hoc est quod Aug. in lib. Enchiri. inquit, quẽ refert mag. sen. vbi supra di. Fecit Deus rationalem creaturam, vt summum bonum intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. Quare igitur o infelix anima pro acquirendis cęlestibus triumphis creata, ad æterna Paradisi gaudia præparata, ab omnibus Angelis & Sãnctis cum magno desiderio expectata, tantum in his momentaneis, ac trãsitorijs rebus delectaris? Cur mortem vitæ, carcerem ac seruitutem libertati, exiliumque primæ antepo- nis? Profecto est, magna stultitia tua.

✠
✠✠
✠.

PARS SECVNDA.

Huius sermonis de tribus conditionibus animæ rationalis.

de prima animæ conditione.

DE anima nostra tres declarabimus conditiones dignissima, prima dicitur immortalitatis, secunda libertatis, tertia vero nobilitatis. Quo ad primam conditionem. Quia inquit Lactantius in 7. diui. insti. aduersus gen. Dum extimant nonnulli nos Deo non esse curæ, aut post mortem nihil esse futuros, totos se libidinibus adiciunt. Et dum licere sibi putant, hauriendis voluptatibus scienter incumbunt, per quas imprudentes laqueos æternæ mortis incuriũt. Augu. quoq; in lib. de fide ad Petrum ait. Omnia siquidem huius mundi mala, & peccata ideo proueniunt, quia fides de æterna vita tanquam dubia, & incerta habetur. Si enim homines futuram vitam firmiter crederent nunq; peccarent, hęc ille. Ea propter eum dubius in fide, infidelis dicatur extra de hęre.c. 1. Ne homines ex hac ignorantia vel vt ita loquar diabolica versutia in peccatis remaneant probabimus rationibus, auctoritatibus & exemplis, animam nostram esse immortalẽ, atq; post hanc vitã, vel in gloria ęternaliter victurã si bona fuerit, vel perpetuis cruciatibus torquendã si in mortali peccato ex hac vita transierit. Et hęc conclusio verissima probatur per Ric. nostrũ in 2. di. 19. ar. 1. q. 1. & S. Bona. ac Landulfum Neapolitanum, ead. di. & B. Tho. in summa contra gentiles lib. 2. c. 78. Et in 1. parte. summæ. q. 75. ar. 5.

Prima ratio qua probatur animam esse immortalem.

PRima ratio naturalis inclinationis. Fundamentum cuius ponit Arist. 3. de anima & 2. Phisic. ac 1. de Cœlo & mundo dicens quòd desiderium naturale non potest esse frustra vnde commentator 2. Metha. di. Desiderium naturale non potest esse frustratoriũ, sed oẽs hoĩes naturaliter appetunt beatitudinem, vt declarat Augu. 13. de Trini. c. 8. & Aristo. 1. Ethic. Hæc autem beatitudo non potest haberi in hoc mundo, quia vt ait Boetius in 3. de consolatione Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et secundum sanctum Augustinum. 22. de ciuitate Dei. Beatitu-

do est vbi nihil adest mali, nihil quod abest boni, & est status perpetuus, & ęternus qui non inuenitur in hoc sæculo vt etiam in decimo argumento ostendetur. Ergo necesse est concludere quod hanc fœlicitatem consequemur in alio sæculo si bene vixerimus. Et sic mortuo corpore non moritur anima. Aliter desiderium nostrum naturale esset frustratorium, quod est impossibile vt supra probatum est. Et ideo concludendum est animam esse immortalem, vt æternam possit consequi fęlicitatem, naturali desiderio affectatam.

2. Ratio. Secunda ratio dicitur proportionis. Nam cum inter potentiam & obiectū sit necessaria proportio vt ait Arist. 2. de anima. Si obiectum est corruptibile, potentia erit corruptibilis, sicut patet de potentijs sensitiuis. Sed si obiectum est incorruptibile, potentia erit incorruptibilis. Cum igitur intellectus rationalis habeat veritatem pro obiecto quæ est incorruptilis, sicut probat Augustin. in lib. solliloquiorum. Cum sit talis naturæ, quòd ipsa negatio veritatis, veritatem ponit. Sequitur quod ipse intellectus est incorruptibilis. Et per consequens anima intellectiua.

3. Ratio. Tertia ratio dicitur imputationis. Nam cum secundum, voluntatem Dei teneatur quisq; potius mortem corporalem tolerare, quàm peccato consentire. capitul. ita ne. 32. quæstio. 5. quod etiam est secundum philosophiam moralem, vt patet per Aristo. 3. Ethico. Si talis amore virtutis & pro iustitia corporalem necesse sustinens, & in anima moreretur, videretur diuina bonitas, & æquitas posse imputari, quæ bene & iuste factum permitteret vergi in finem, & exitum infęlicem. Item sancti Martyres non se subiecissent morti, propter Deum nisi in alio sæculo viuere credidissent in perpetuum. Vnde beatus Maximus in sermone de ipsis inquit Nunquam hanc vitam sic constanter expenderent nisi esse aliam beatiorem perfecta diffinitione sentirent.

4. Ratio. Quarta ratio dicitur remorsionis, scilicet stimuli conscientiæ. Si enim mortuo corpore moreretur anima superuacuum videretur, & vanum vt in bonis operibus saltem occultis gauderemus, & in malis conscientia grauaretur. Cum igitur ita sit secundum Hieronymum ad Demetriadem Virginem, quòd in omni bono opere, læti constantesq; & intrepidi sumus. Ad omne autem peccatum erubescimus aut timemus, & culpam facti, nunc rubore vultus, nunc pallore monstramus, ac trepidante animo in delictis etiam minimis testem fugimus, & conscientia remordemur. Sequitur ex hoc animam esse immortalem, quia natura sua monstrat ipsam expectare sempiternum gaudium de bonis, & ęternam pęnam de malis.

5. Ratio. Quinta ratio dicitur retributionis. Cum enim Deus sit iustus & iustitiam diligat, vt dicitur Psalmo 10. ideo ipsum decet retribuere vnicuique secundum quod meretur, quia hoc ad iustitiā pertinet. l. iustitia. ff. de iustitia, & iure, & institut. eodem in princ. & propterea mali debent ab eo puniri de peccatis quæ non conuenit remanere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil & l. si longius. ff. de iudi. cum similibus, & virtutes debent præmiari. l. & virtutum. C. de statuis & ima. cum suis concordantijs quia autem pro mensura delicti debet esse plagarum modus. Deut. 25. Ideo offensa Dei quę infinita censetur respectu infinitæ maiestatis diuinæ offensæ. ar. in §. atrox. insti. de iniu. debet puniri pęna infinita, & econtra eius seruitium debet præmiari remuneratione infinita. Si autem mortuo corpore moreretur anima, non haberet locum in hac vita iustitia diuina, cum videamus plerosque malos prosperari & temporaliter bene habere, & bonos infęlices esse. Ergo sequitur quòd oportet esse aliam vitam, in qua peccata prauorum secundum quod meruerunt ęternaliter puniantur, & econtra virtutes bonorum perenniter remunerentur, & cōsequenter quòd anima sit immortalis aliter contra iustitiam multa mala remanerent impunita, & multa bona irremunerata. Et ideo inquit Paulus 1. ad Cor. 15.

Si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus, & per consequens Deus esset iniustus melius tractans pessimos homines quàm sanctos, quos in hac vita diuersas facit pàti anxietates, & malos permittit gaudere, & prosperari ergo. &c.

6. Ratio. Sexta ratio dicitur fortificationis. Nam si anima rationalis corrumperetur per corruptionem corporis, oporteret quòd eius esse debilitaretur per debilitatem ipsius corporis. Et sicut cum tempore corpus paulatim cum suis potentijs tendit ad interitum, & amittit vigorem, ita & anima cum suis potentijs. s. intellectu, & reliquis paulatim debilitaretur cum tempore. Cuiuslibet. n. corruptibilis substantiæ operatio duratione debilitatur, & deficit vigor operandi vsque ad vltimum defectum qui est corruptio, vel mors Sed totum oppositum euenit. Nam vt experientia videtur quanto magis corpus attennuatur, & debilitatur tanto plerunq; spiritus fortior efficitur, dicente Paul. 2. ad Cor. 12. Cum infirmor tunc fortior sum. Transumptiue in c. nisi cum pridem §. alia vero causa de renun. vbi etiam dicitur quòd non nunquã corporis infirmitas fortitudinem cordis augmentat. Item videmus q; se nescente corpore, & mittente vigorem suorum sensuũ vt visus, & audirus &c. Anima non amittit suas potentias, nec ipsæ potentiæ debilitantur, imo plerunq; fortificantur. Et operatio animæ quæ est intelligere & sapere, duratione inualescit ac proficit etiã debilitato corpore. Multi. n. debiles corpore & infirmitatibus corporeis attenuati sunt perspicacioris, & acurioris ingenij q̃ essent sani. Vnde cato inquit. Corporis exigui vires contemnere noli. Cõsilio pollet cui vim natura negauit. Item multi senes imo cõiter oẽs quamuis ex senectute deficiant eis vires corporeæ, tamen non amittunt intellectum & prudẽtiam, imo sapientiores sunt q̃ essent in iuuentute quando erant fortes corpore, dicente Iob 12. c. sui libri In antiquis est sapientia, etiam in multo tempore prudentia. Et ideo Virgilius canit. Nec tarda senectus debilitat vires animi, mutatq; vigorem. Vnde inquit etiam Salustius loquens de regimine rei publicæ. Delecti quibus corpus annis infirmum, ingeniũ sapientia validũ erat, rei publicæ consulebant. Et Tullius in lib. de senectute ait. Temeritas florescentis est ætatis. Prudẽtia vero senectutis. Nam nisi consilium, ratio & scientia essent in senibus, nõ summum consilium maiores nostri appellassent senatum. Apud lacedemonios quidem hi qui amplissimum magistratũ gerunt, vt sunt, sic etiam appellantur senes, quòd si legere, & audire volueritis externa, maximas respublicas per adolescentulos labefactas, a senibus vero sustentatas reperieris, hæc ille. Qui iterum ibidem inquit. Non iuribus, aut celeritare corporum res magnæ geruntur, sed consilio & auctoritate & scientia, quibus nõ modo non orbari, sed etiam augeri senectus solet. Ex quibus omnibus patet q; cũ anima non debilitetur cum suis potentijs debilitato corpore, imo plerumq; fortificetur, q; non etiam corrumpitur corrupto corpore.

7. Ratio. Septima ratio dicitur participationis. Medium. n. participat naturam extremorum secundum Philo. 4. Topi. Sed homo est medius inter intelligentias spirituales. s. Angelos, & pecora. Ergo participat de naturis vtriusq; horum duorum extremorum. Quantũ. n. ad corpus habet quid commune cum belluis, sed quantũ ad animam habet quid cõe cum intelligẽtijs. Vnde Crispus Salustius in Catilinario inquit. Sed nostra oĩs vis in corpore & in animo sita est. Animi imperio, corporis seruitio magis vtimur. Alterũ nobis cũ dijs, alterum cum belluis cõe est, hæc ille. Habet igitur homo corruptibile corpus cum belluis. Animũ verũ seu spiritum immortalem, cum intelligentijs. Idest sicut intelligentiæ sunt immortales, ita & animus noster qui tenet infimum gradum in intelligentijs, secundũ cõmẽtatorem est immortalis. Et hanc rationẽ tangit B. Greg. in 4. dialo. di. Homo sicut in medio creatus est vt esset inferior Angelo, superior iumento, ita aliquid habet cum summo commune, aliquid commune cum infimo Immortalitatẽ. s. spiritus cum angelo, mortalitatem vero corporis

cum iumento, hęc ille. Potest quoq; aliter formari hæc ratio sic Tres spiritus creauit omnipotens. Vnum qui nec carni vnitur, nec moritur, & iste est spiritus angelicus. Aliũ qui carni vnitur, & cum carne pariter extinguitur, & iste est spiritus iumentorum. Ergo datur mediũ inter hæc duo. Videlicet spiritus hominis qui carni copulatur nec tamẽ cum carne moritur. Inter extrema.n. necessario datur medium secundum philo. 5. Metha. & 4. Phisic. Et ista est ratio Gregorij vbi supra.

8. Ratio. OCtaua ratio dicitur assimilationis, & est magistri in 2. di. 19. quam ibi commemorat S. Bonau. quæ est talis. Anima rõnalis est imago & similitudo Dei, vt declaratum est in præcedenti parte huius sermonis. Ergo ipsi Deo assimilatur secũdum naturam suam, ergo est immortalis. Non n esset imago Dei si mortis termino clauderetur. Deus.n. est immortalis & nullo tempore defecturus, dicente ei propheta. Psal. 101. Tu autem Domine in æternum permanes &c. Et iterum ibidem. Tu autem Domine idem ipse es, & anni tui non deficient.

9. Ratio. NOna ratio dicitur meliorationis. Vt enim dicit philosophus 2. Phisi. & 3. Topi. Melior est finis omnibus quę sunt ad finem. Sed homo est finis vniuersi post Deum, iuxta illud phi. 2. de anima, & 2. Phisi Finis quodãmodo omnium est homo. Cum ergo quatuor elementa sint semper duratura quo ad eorum substantiam secundum theolo in 4 di. 48. & similiter corpora celestia sint incorruptibilia vt probat phi in li. de cęlo & mundo. Sequitur q̃ anima hoĩs quæ est nobilior & melior omni corpore c. si habes. 24 q. 3 cum simil & dignior omni Cœlo secundum quòd testatur Ouid in 3. Metha. est immortalis. Nobilitas. n. & bonitas rei attenditur secundum eius durationem & incorruptibilitatem. Si autem moriente corpore hominis, moreretur etiam eius anima, sequeretũ q̃ famuli & ministri hominis essent Dño digniores, & præstantiores homine, qui est dignissima creatura vt dicitur in l. iustissime. ff. de edili. edic. vbi glosa allegat adhoc Virgilium & Ouidium. Quia vero de homine dicitur Deo per prophetam Psalmo 8 Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius &c. Sequitur quòd eius anima est immortalis & incorruptibilis, & cum corpore post mortem resurrecturo in æternum victura, quia secundum Philosophum in libr. de regi. princip. non debet deteriori conditione tractari Dominus quàm famulus.

DEcima ratio dicitur consecutionis finis. 10. Ratio. ue finitionis. Nam clarum est quòd vltimus rationalis creaturæ finis propter quem creata est à Deo, est beatitudo perfecta & æterna fęlicitas, dicente Augustino in lib. Enchetir. sicut etiam recitat magister in 2. di. 1. Fecit Deus rationalem creaturam vt summũ bonum intelligeret, intelligendo amaret, & amando possideret, & possidendo frueretur, & in. 22. De ciuitate Dei. Finis noster est peruenire ad illud regnum cuius nullus est finis. Et sic patet q̃ fęlicitas & beatitudo est status perpetuus & æternum nunquam habens finem, vt etiam ostẽdit Philosophus decimo Ethi. Sed in vita ista non potest homo habere fęlicitatem istã, nec statum perpetuũ, quia nihil est stabile sub Sole. Eccl. . de quo plenius dicam in Sermone. 41 huius partis Rosarij parte Secunda. Et hoc etiam probat Aug 13. de Trinita. c. 8. sic. Morientem vita ista deserit. Si beata, aut ergo volentem deserit, aut nolentem, aut neutrum. Si volentem Quomodo est beata vita quę ita est in voluntate, vt non sit in potestate. Si autem nolentem. Quomodo vita beata erit quam noluit qui habebat? Si dicas neutrum scilicet nec nolle, nec velle. Non est illa vita beata quæ talis est vt quem beatum faciat amore; eius indigna sit, hæc ille. Ergo necesse est dicere quòd istam vitam beatam habebimus in alio seculo, & consequenter quòd anima nostra quæ est capax beatitudinis vt etiam tenuerunt omnes pęne Philosophi Græci, Latini, Babilonij, Assirij, Caldęi, Arabes & Ægyptij, post recessum a corpore recipiet ipsã fęlicitatem, & cõsequẽter q̃ est immortalis.

Hæc

Hæc enim duo repugnant immortalitas & beatitudo. Et dicit sanctus Bona. in 2. di. 19. quòd hæc ratio est demonstratio quædam, & sumitur ex dictis Augustini in 13 de tri. Vbi inquit q̃ potissima ratio deueniendi in cognitionem immortalitatis animæ sumitur ex ratione finis. Quia finis imponit necessitatem his quę sunt ad finem 2. Phisi. Sublato autem fine vltimo omnes humani actus vani sũt, & omnes humanæ operationes friuolæ sunt, & vanę, quia vanum est omne quod suum attingit finem. 3. Phi. Si ergo finis vltimus operationis humanæ qui est status fęlix & beatus, haberi non posset, sicut non haberetur si moriente corpore etiam anima moreretur, profectò quæcunq; facit anima faceret frustra, inaniterq; & incassum laboraret. Et omnis eius actio quantumcunq; virtuosa, & sancta esset ridiculosa, & inanis. Hoc autem esset valde indecens Deo, qui secundum psalmistam reddit vnicuiq; secundũ opera sua, & consequenter virtuosis dabit præmium suum, quod est fęlicitas, dicente Philosopho. 1. Ethi. q̃ fęlicitas est præmium virtutis, & in primo libro magnorum mora. Viuentes secundum virtutes fęlices erimus, & habebimus perfectum bonum & finem. Ergo tenendum est indubitanter quòd Deus virtuosis dabit finẽ suum, scilicet felicitatem. Vnde Anselmus, in lib. cur Deus homo inquit. Non decet summam firmitatem, & firmissimã stabilitatem suum firmum propositum infirmari, nec decet summam bonitatem permittere nobilissimas creaturas fraudari suo fine. Ergo concludendum est conuincibiliter q̃ anima nostra est immortalis, quia aliter non posset esse beata. Vt. n. dicit Aug. vbi supra. Beatus esse non põt qui bonum quod habet potest amittere, quia hoc ipso iam habet vnde timeat & vnde etiam doleat, & ita vnde miser existat. Si ergo anima nostra esset corruptibilis, & mortalis, neq; capax, neq; particeps beatitudinis esse posset, quæ est sempiterna perfectio, summumq; ac inde sciens bonum quod ille non potest habere cui mors, aut corruptio aliqua potest accidere. Est enim implicatio contradictionis, quod aliquid sit vere beatum, & quòd bonum quod habet, propter mortem vel propter aliam quamuis causam possit amittere. Hanc autem rationem tangit Henricus de gan. in suis quolibetis di. Palam est quòd tota species non caret suo fine communiter, quin illum in aliquo indiuiduo consequatur. Sed notum & compertum est naturaliter, beatitudinem esse finem speciei humanæ. Ergo notum est hominem posse consequi illam saltem in aliquo indiuiduo. Aliter in vanum creasset Deus hominem ad finem, ad quem pertingere non posset quod non est verum. Vnde psalmista illi inquit. Nunquid vane constituisti filios hominum? quasi dicat non. Vane eñ homines Deus constituisset si ad corruptionem corporis anima pariter corrumperetur, & sic ad finem suum propter quem creata est peruenire non posset. Cum ergo necesse sit aliquam humanam animam consequi suum finem quem in hac vita habere non potest, ergo habebit illum in alia, & consequenter moriente corpore non moritur, sed est immortalis, quia sine immortalitate non potest æternam fęlicitatem obtinere, quæ eius finis. Si autem dicatur Ergo saltem illæ animæ quæ non consequenter illum finem erunt corruptibiles, sunt differentię entis, differentiæ autem ipsæ speciem variant. Si ergo illæ animæ quæ suum finem cõsequuntur sunt incorruptibiles, per naturam sunt corruptibiles, sequeretur quòd specie differrent, & sic non omnes homines eiusdem essent speciei, quod dicere est absurdum. Restat ergo vt dicamus quòd tam illæ animæ quæ finem suum non consequentur, quàm illæ quæ ipsum consequentur omnes sunt immortales, & incorruptibiles per naturam, vt & in illis iustitiæ diuinæ seueritas, & in istis misericordiæ benignitas ostendatur, dicente psalmista. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Et iterum. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt, hæc ille. Legitur autem quòd Cato maior cuidam non credenti immortalitatem animæ rationalis dixit. Anima nostra aut est mortalis, aut immortalis, si mortalis est, & credimus eam esse, immortalem, non erunt post hanc vitam qui nos ignorantiæ vel imperitiæ redarguant, aut qui

de contraria opinione nos confundant. Si vero sit immortalis, nos qui sumus huius opinionis poterimus eos confundere qui contrariæ opinionis sunt, ergo melius est vt teneamus ipsam animam esse immortalem, quia nunquam periculum imminebit quòd aliquis post hanc vitã de hac opinione nos redarguat, vel reprehendat, hæc ille. Tullius vero in lib. de senec. pro immortalitate animæ sic arguit di. Sic mihi persuasi, sic sentio, cum tanta celebritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorum prudẽtia, tot artes, tot scientiæ, tot inuenta, non posse eam naturam quæ res eas cõtinet, esse mortalem. Cunq; animus semper agitetur nec principium motus habeat, quia ipse se mouet, nec finem quidem habiturum motus, quia nunquam se ipse sit relicturus, & cũ simplex animi natura sit, nec habeat in se quicquam admixtum dispar. Præterea si mortuo corpore, mortua esset anima, non haberet homo timorem de mortuis quãuis pessimis, nec iuxta cadauera eorum de nocte solus stare trepidaret, sicut non habet timorem de alijs animalibus quantuncunq; terribilibus defunctis, quorum corpore mortuo moritur anima. Ex quo timore naturali quem habet homo de mortuis declaratur immortalitas animæ rationalis sui atq; dissimile, non posse eum diuidi, nec posse interire, hæc ille.

Immortalitas aĩæ ostẽdit? auctoritatibus sacræ scripturæ.

AVctoritatibus quoq; ostenditur immortalitas animæ, & primo diuinis. Ait enim Dauid Psal. 33. Iusti autem in perpetuum viuẽt & apud dominum est merces eorum. Quod esset falsum si mortuo corpore, moreretur anima. Salomon quoq; Eccle. vltimo inquit. Donec reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Et ibidem dicit. Ibit homo in domo æternitatis suæ. Et ideo saluator. Luc. 12. hortatur nos di. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt. Scriptum est enim Sapientiæ. 3. Iustorum animæ in manu Dei sũt & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Ioannes quoque Apostolus. Apoc. 6. inquit. Vidi sub altare Dei animas interfectorũ propter verbum Dei, & clamabant voce magna dicentes. Vsquequo domine sanctus, & verus non vindicas sanguinem nostrum de his qui sunt in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est eis vt requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus fratrum suorum, qui interficiendi sunt sicut & illi.

Canonũ etiã auctoritate aĩæ immortalitas ostẽditur.

AVctoritate etiam canonica immortalis esse anima demonstratur, vt in c. pro obeuntibus, & in c. animæ defunctorum. & in c. tempus. 13. q. 2. vbi dicitur. Tempus quod inter hominis mortem, & vltimam resurrectionem interpositũ est, animas abditis receptaculis continet sicut quæq; digna est, vel requie, vel erũna, pro eo quod sortita est in carne dum viueret. Sanctorum quoq; doctorũ idem confirmat auctoritas, vnde Greg. in 4. mora. ait. Tres vitales spiritus creauit omnipotens. Vnum qui carne non tegitur. s. Angelorum. Secundum qui carne tegit, & cum carne moritur, scilicet brutorũ. Tertium qui carne tegitur, & cum carne non moritur, scilicet hominum, hæc ille. Et Aug. in lib. de quantitate animæ dicit. Anima similis facta est Deo, quia immortalem, & dissolubilem fecit eã Deus. Et in libro de spiritu & anima idem ait. Immortalis est anima, ne a creatoris sui similitudine discedere videatur. Non enĩ posset esse imago, & similitudo Dei si mortis termino clauderetur. Ambro. autem in libro de bono mortis, capitu. 14. ait. Non mori animam cum corpore manifestum est. Et Hiero. ad Rumerium & Alexandrum monachos ait. Anima quæ Christi pręcepta seruauerit etiam si corpus mortuum fuerit viuet in æternum. Et ideo concludit Lactan. in 7. diui. insti. di. Vnum est igitur summum bonum immortalitas, ad quam capiendam & formati a principio & nati sumus. Ad hanc tendimus, hanc expectat humana natura, ad hanc nos prouehit virtus, hæc ille. Auctoritatibus quoq; philosophorum idem probat. Et primo Mercurij Termegisti philosophi,

Sanctorum etiã auctoritatibus hoc ostenditur.

Philosophorum auctoritates aīe immortalitatem probantes.

sophi, qui ad Asclepium scribit. Animæ post dissolutionem corporis cogentur credere pœnis, quæ in hac vita noluerūt credere verbis. Et Anaxagoras in extremis laborans, interrogatus vbi vellet tumulari, & an ad patriam suam vellet corpus suum deferri. Respōdit. Nihil interest. Eundi enim ad inferos tantundē vbiq; est via. Architas quoq; Tarentinus vt refert Tullius in secundo de senectute dicebat, mentem nostram esse quoddam diuinum numen, & sic immortalitatem sortiri. Et Plato in Phedone quem librum de immortalitate animæ edidit arguit dicens. Anima ex se mouetur, quod ex se mouetur, principium motus est. Quod principium motus est. Natum non est, quod natum non est, immortale est, ergo anima est immortalis. Et ibidem etiam dicit. Perfectus & purgatus hinc transiēs, cum Deo habitabit. Et in Thimeo iterū inquit. Anima nostra est immortalis, & secundum quòd vicerit passiones, vel victa fuerit præmiabitur, vel punietur post hanc vitam. Et Aristo. 15. lib. de animalibus inquit. Relinquitur ergo intellectum solum de foris aduenire, & diuinum esse solum. Vel vt alij codices habent. Solus intellectus intrat ab extrinseco. Et in libro de proprie. elemen. iterum dicit. In nato fit spiritus vitæ iussu Dei. In quibus verbis ostendit quòd anima rationalis est substantia a Deo creata, per se subsistens, habens esse absolutum, non dependens a corpore, & consequenter non est corruptibilis cum corpore. Et in libro de morte & pomo idem ait. Veh animæ peccatrici quæ non habet posse redeundi ad locum suum, quia turpia opera delectationis corporis impediunt eius ascensum sursum. Idem quoq; Aristo. 1. de anima ait. Intellectus videtur esse quædam substantia quæ non corrumpitur. Et in secundo eiusdem operis. Separatur hoc ab hoc, idest anima a corpore, tanquam perpetuum a corruptibili. Et in tertio iterum dicit. Anima separata habet aliū modum intelligendi, quàm cum est corpori coniuncta Et in libro de secretis secretorum ad Alexandrum ait. O Alexander noli illud appetere quod est corruptibile, & transitorium & quod te oportet cito relinquere, sed quære diuitias immortales, regnum æternum, vitamq; immutabilem. Quæ omnia vera non essent si anima esset mortalis, & mortuo corpore moreretur. Empodocles etiam philosophus, vt refert Aristote. in libro de vegetalibus & plantis dixit. Futuræ felicitatis appetitu nihil esse felicius. Et Apulei⁹ in libro de Deo Socratis ait. Homines sont ratione pollentes, immortalibus animis gaudentes. Et Pithagoras pdicauit in Græcia animas esse immortales, vt refert Hieronymus libro secundo contra Iouinianum Galenus quoq; in libro de spermate dicit, quòd anima nostra incorruptibilis est. Et Socrates scripsit animam esse immortalem, quæ summo bono potest esse beata. Et vt refert Tullius in libro de senectute. Toto die vltimo vitæ suæ de animæ immortalitate disputauit. Et Seneca ad Lucil. ait. Mors quā pertimescimus & recusamus iter mutat, vitam non eripit. Et ideo idē in libro de naturalibus quæstionibus dicit, quòd quando homo venit ad mortē debet animam cum omnibus bonis, idest virtutib⁹ emittere & dicere, vade inquā, vade fortiter, vade feliciter nihil dubitans, fac quod quandoq; faciendum est. Ecce rerum natura quę te generauit expectat, & locus ille melior & tutior est. Et Tullius in primo tuscula. quæstionum inquit. Non est lugenda mors quam sequitur immortalis. Et ideo exeamus e vita læti, ac gratias agētes pereamus, eripiq; nos e custodia & eleuari vinculis arbitremur, vt in æternam, & plane in nostram domum remigremus. Non enim temere, & fortuito facti sumus. Portum itaq; nobis paratum & perfugium putemus quo prouehi liceat. Et in libro de senectute iterum dicit. Ex hac vita discedo tanquā ex hospitio, non tanquam de domo. Cōmorandi enim natura dedit diuersoriū non habitandi. O quàm præclarum illū diem cum ad illud diuinorum animorum concilium cętumque proficiscar. Et ibidē. Ego patres nostros viros clarissimos viuere arbitror, & ea quidem vita, quæ est sola vita nominanda. Nam dum sumus inclusi in his propaginibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. Est enim cęlestis animus ex altissimo domicilio depressus & quasi

demer-

demersus in tertium locum, diuinæ naturæ æternitatiq; contrarium. Sed credo Deos immortales spirasse animas in humana corpora vt essent qui terra vterentur, quiq; cęlestium ordinem contemplantes immitarentur cum vitæ merito atq; constantia, hæc ille.

ET Macrobius in libro de somno Scipionis ait. Anima ipsa non deficit, quippe quæ immortalis, atq; perpetua est. Et iterum ibidem dicit. Sic habeto omnibus qui patriam seruauerunt certũ esse in cęlo diffinitum locum, vbi beati sempiterno æuo fruuntur. Iuris etiam ciuilis auctoritate immortalitas animæ declaratur, vnde in auten. vt cum de appel. cogn. §. sin autem. coll. 7. dicitur. Sin autẽ pro causis corporalibus cogitamus, quãto magis pro animarum salute prouidẽtia est nostræ sollicitudinis adhibenda. Et in. §. sancimus in auten. de leno. ait imperator. Sancimus omnes quidem secundum quòd possunt agere castitatem, quæ sola possibilis est, Deo cum fiducia hominum animas præsentare Et insti. de excusa. tu. §. fiij auten. ver. sed si in bello idem dicit. Qui enim pro republica ceciderũt intelliguntur viuere in perpetuum per gloriam. Plotinus quoq; philosophus vnus de magnis cõmentatoribus Aristo. vt refert Simplicius in cõmento prædicamentorum, secũdum quòd Macrobius testatur dixit. Quod videtur in homine mortale est, anima vero, ab omni conditione mortalitatis est aliena. Item Porphirius discipulus Platonis inquit. Non est mirum si anima quæ est substantia incorporea separatur a corpore sine corruptione, quoniam & sol sine corruptione ab aere discedit. Et eandem sententiã posuit Galenus vbi supra. Alpharabius vero in tractatu de intellectu, & intellecto ait. Anima a corpore separata intelligit res per essentiam suam, sicut aliæ intelligentiæ abstractæ mouentes orbes. Isaac autem in libro suarum diffinitionum dicit. Cum tres sint ordines animarum, scilicet vegetatiua, sensitiua, & intellectiua, harum excellentior est intellectiua, quoniam a summa intelligentia est creata, & simul naturæ ipsius, & ob hoc homo capax est doctrinæ & discretionis inter bonum & malum vt propter hoc damnetur, & propter illud saluetur. Et algazel in suis commẽtarijs super libros phisicorum ait. Cum anima separata fuerit a corpore durabit eius coherentia cũ intelligentia agente, & delectabitur delectatione cuius esse explicari non potest. Et idem ponit in suo tractatu de naturalibus. Et Genaldus philosophus inquit. Sola anima intellectiua est per se stans, quæ exuta corpore viuit. Et omnes sensus suos secum portat. Non enim cum carne moritur, quia cum carne non seminatur. Et rabi Moyses hæbreus dixit. Anima a corpore separata non moritur. Sed si passiones corporis secuta non fuerit speculabitur primum ens, & voluptates capiet ineffabiles, quas nullus intellectus capere, nec mortalium linguæ possunt enarrare. Chrisippus autem philosophus cum moreretur, suo discipulo de morte eius sollicito dixit. Sicut in hanc vitam non nostra venimus voluntate, ita rursus ex hoc corporis domicilio quo eundum nobis sit assignatũm est. Nam eiusdem iussu recedendum est qui nos in hoc corpore induxit, tam diu habitaturos, quã diu iubeat emitti. Az petragoras etiam in primo Astrologiæ suæ, narrat de quodã philosopho mortuo qui productus fuerat ad consortium intelligentiarum. Narrat quoq; Herodotus lib. 5. quòd traces circa natalia atq; obitus suorum hoc factitare solebant. Edito in lucem puero, propinqui eum circumsedentes comploratione prosequebantur, recensentes ꝙ vitam ingressus sit perpeti humanas calamitates, hominem vero facto functum ꝑ lusum atq; lætitiam terræ demandabãt, referentes, quòd malis liberatus in omni fęlicitate futurus sit. Et idem recitat Valerius maximus lib. 2. de institutis antiquis. Et Salustius in prologo iugurtini ait. Ingenij egregia facinora sicut anima immortalia sunt. Iosephus quoque hæbreus inquit lib. 6 de bello iudaico. Corpora quidem cunctis mortalia sunt ex caduca materia facta. Anima vero sempꝛ immortalis est. Lucanus autem poeta cecinit di. Regit spiritus artus orbe alio. Et Propertius libro. 4. ad Cinthiam dicit. Sunt aliqui manes, lætum non omnia finit. Luridaq; euictos effugit vmbra rogos.

Iuris ciuilis auctoritate aĩæ immortalitas ostenditur.

Ponuntur hic & aliæ philosophorum auctoritates.

gos. Silius autem italicus lib. 15. de 2. bello punico introducit voluptatem & virtutem, Scipioni illi africano apparuisse postquam locuta est voluptas virtutem dedisse responsum. Vnde ait. Tunc virtus. Quisnam iuuenem florentibus inquit. Pellicis in fraudes annis, vitæq; tenebras. Cui ratio & magnæ cælestia semina mentis: munere sunt concessa Deum, mortalibus alti. Quantum cælicolę, tantundem animalibus isti, Præcellunt cunctis, tribuit namq; ipsa minores. Hos terris natura Deos, sed federe certo. Degeneres tenebris animas damnauit auernis. At quis ætherei seruat seminis ortus Cęli porta patet. Martialis etiam idem tenet dicens in suis epigrammatibus. Si redeant veteres ingentia nomina patres. Elysium liceat si spoliare nemus. Magnus ab inferis reuocetur tulius vmbris &c. Auerois etiam super 11. Metha. dicit. Anima manet post mortem corporis, & finis prosperitatis eius erit si iungatur primo motori. Et Auicenna. 5. parte naturalium ait. Cum anima liberabitur a corpore, & ab accidentibus corporis, tunc poterit coniungi intelligentiæ agenti, & inueniet in ea pulchritudinem intelligibilem, & delectationem perennem. Et vocat Deum intelligentiam agentem, & in 6. eiusdem operis dicit. Anima a corpore separata clarius videbit veritatem quàm coniuncta. Ouidius quoq; 3. Methamo. inquit. Vltima semper. Expectanda dies homini, dicią; beatus: Ante obitum nemo, supremą ꝙ funera debet, & 15. Methamo. etiam ait. Morte carent animę. Virgilius quoq; idem testatur dum in 6. Eneidos ponit æternas pęnas, quas animæ damnatæ patiuntur in inferno post præsentem vitam Et idem ponit Ouidi. 9. Methamor. quando testatur excellentes viros post hanc vitam fuisse deificatos. Reges etiam pagani & gentiles hanc veritatē crediderunt. Vnde Didimus rex Bragmanorum ad Alex. magnum scripsit. Nimium vecordes vos & miserabiles iudicamus, qui originem nostram esse cęlestem non suscipitis, magnamq; eum Deo habere cognationem. Et iterum. Nos nō sumus huius mundi incolę sed aduenæ, nec ita in orbem terrarum venimus, vt in eo libeat cōsistere, sed transire. Properamus ad patriam hilares, nullis delictorum pōderibus prægrauati. Nuda quippe conscientiæ fronte progredimur, vt expediti ac faciles spacium propositi curramus itineris, hæc ille.

Alijs philosophorum auctoritatibus aīæ immortalitas confirmatur.

ITem Cirus maior moriens, vt refert Tullius in lib. de senectute conuocatis filijs suis ait. Nolite arbitrari filij mei charissimi me, quando a vobis discessero nunquam aut nullum fore. Nec eñ quando eram vobiscum animum meum videbatis, sed cum essem in hoc corpore ex his rebus quas apud vos gerebam adesse intelligebatis. Eundem autem esse arbitror, & si eum non videritis, hæc ille. Et Tullius in oratione pro Marco Marcello de illo loquens ait. Quamquam iste his angustijs quas natura nobis ad viuendū dedit, cōtentus fuerit, semper tamen immortalitatis amore flagrauit. Nec enim tuta vita dicenda est, quæ corpore & spiritu continetur. Illa inquam, illa vita est quę viget memoria omnium seculorum, quam posteritas alet, quam ipsa æternitas semper tuebitur. Et idem in Lelio suo dicit. Neq; enim assentior, his qui nuper disserere cęperūt, cum corporibus simul animos interire, atq; omnia morte deleri. Plus enim apud me antiquorum valet auctoritas dicentium animos hominum esse diuinos, hisq; cum e corpore exierint reditum ad cęlum patere, optimo euiq; & iustissimo expeditissimum. Valerius etiam maximus in secundo libro titulo quinto dicit, quòd Indorum feminę certant mori cum maritis, vt in alia vita cū eis fruantur. Et ibidem ait. Immortales esse animas mos Gallorum approbat qui pecunias mutuatas apud inferos se recepturos sperant. Præterea immortalitatē animæ fatebantur etiam gentiles, qui in sepulchris suis faciebant reponi thesauros suos siue vt in alia vita sibi prouidere possent de necessarijs, siue vt in resurrectione corporis inuenirent eos pręparatos suis obsequijs.

CRedendum ergo est firmiter animam nostram in alia vita beatificandam, si in gratia Dei a corpore exierit. Et hoc est quod Lucretius poeta, quē refert Lactantius in 3. diui. insti. inquit. Cędit idē. retro

retro de terra quod fuit ante. In terram, sed quod missus est ex ætheris oris. Id sursum, celi fulgentia tecta receptant. Et ideo qui aliter credunt, tanquam hæreti ci damnabuntur. Exemplis quoq; animæ immortalitas declaratur, sed dimittẽdo recitare de mortuis in veteri, & no uo testamento resuscitatis. Item quòd Christus non tollerasset sic horribilem mortem pro animarum salute nisi essent immortales. Et quòd martyres non subijssent tam terribilia supplicia, nec sancti sic se pęnitentia macerassent, si mortuo corpore moreretur anima. Dicente beato Maximo in quodam sermone. Nūquã hanc vitam sic constanter impenderent, nisi esse aliam incomparabiliter beatiorẽ perfecta diffinitione sentirent. Dimisso etiam illo quod legitur in vita Pauli pri mi hæremitę cuius animam vidit beatus Antonius ad cœlum ab Angelis deportari. Et de multis animabus quæ post tran situm a corpore apparuerunt, vel ad cœlum ascendere visæ sunt. Item exemplũ habemus de beatis Apostolis Petro, & Paulo, qui postquam fuerunt martyrizati, eodem die visi sunt intrare vrbem Ro mam gloriosi. De quibus ait Dyonisius in epistola ad Thimoteum di. Attẽde miraculum vide prodigium frater mi Thimotee, præsto fui in tempore victimationis eorum. Post mortem vero illorum vidi eos inuicem manu ad manum intrãtes portas vrbis, & indutos veste luminis & coronis claritatis, & lucis ornatos, hęc ille. Legitur quoq; in legenda Pauli, ꝙ ipse Apostolus cum duceretur ad mortem, cuidam matronæ nominæ Plautillę discipulæ suæ obuiauit, quæ flens oratio nibus illius se recommendauit. Cui Paulus ait. Plautilla accommoda mihi velum quo caput tuum tegis, & cum eo oculos meos ligabo, & postmodum illud restituam tibi. Cum ergo illa sibi vellum capitis sui dedisset. Perueniens Paulus ad locum passionis primo extensis mani b us versus cęlum orauit, deinde imposito velo Plautillæ ad oculos suos extendit collũ & suscepit coronam martyrij. Percutiente autem carnifice & amputan te caput Pauli, ipse beatissimus Apostolus in ipso ictu explicauit velum & collegit sanguinem proprium in velo & ob uolutum tradidit fœminæ. Reuerso autem carnifice cum socio, dixit ei Plautilla. Vbi dimisisti magistrum meum Paulum? Respondit ille. Iacet extra ciuitatẽ in valle pugilum, & velo tuo velata est facies eius. Illa autem inquit. Ecce nunc intrauerunt ciuitatem Petrus & Paulus induti veste præclara & coronas fulgentes in capitibus suis habentes. Statimq; ipsa Plautilla protulit velum suum sanguine cruentatum, quod ei reddiderat Paulus, propter quod multi sunt cõuersi ad Christum. Habemus etiam exempla philosophorum gentilium, sed dimisso de Cleobroto discipulo platonis, de quo refert Augusti. 22. de ciui. Dei, quòd cum legisset librum Platonis de immortalitate animæ desiderio illius vitæ seipsum interfecit. Et similiter fecit Marcus Cato Romanus, vt refert Lactantius in 3. diui. insti. Dicit etiam Tullius in tuscu. qu æst. quòd Diogenes philosophus cupiditate immortalitatis seipsum occidit. Et idem refert Seneca ad Lucillum de Zenone phi losopho. Cleantes etiam & Chrisippus idem fecerunt vt recitat Lactantius animabus iustis vbi supra. Quibus exemplis dimissis quia peccauerunt seipsos occidẽ do, audi quod refert Theophastus philo sophus discipulus Aristotelis dicens, ꝙ cum ipse Arist. esset in articulo mortis, in hæc verba prorupit. Tu qui suscipis animas omnium philosophorum suscipe animam istã. Nos vero christiani quando morimur debemus cum propheta dicere. Psal. 4. In manus tuas domine commendo spiritum meum.

De 2. aĩæ cõditione, quæ libertatis dicitur.

Secunda conditio animæ dicitur libertatis, scilicet liberi arbitrij, de qua qa tetigi aliqua supra sermone. 6. parte vltima, ideo hic breuius me expediam. Hanc autem animæ dignitatem, ac excellentiã demonstrat sapiens. Eccle. 15. di. Deus ab initio constituit hominem & reliquit cũ in manu consilij sui .i. secundum glo. in libertate sui arbitrij. Sequitur. Apposuit tibi ignẽ & aquam, ad quod volueris por rige manum tuã. Ante hominem vita, & mors bonũ & malũ, quod placuerit dabitẽ illi. De hoc etiam inquit August. in 5. de ciui. Dei. c. 10. Sunt nostræ voluntates in nobis, & ipsæ faciunt quicquid volendo faci-

facimus, quod non fieret si nolemus. Et Hiero. in quæstionibus ad Helbidiã inquit. Omnes suo arbitrio derelicti sunt, neq; em bonum necessitate faciunt, sed voluntate. Et de pœni. di. 2. c. fi. n. dicitur Liberi arbitrij nos cõdidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur, alioquin vbi necessitas, nec corona est. Si quæratur quid sit liberum arbi. Respondet Aug in lib. de genera & libero arbitrio, quem recitat magister in 4. di. 24. di. Liberum arbitrium est facultas rationis & voluntatis, qua bonum eligitur gratia Dei assistente, & malũ gratia desistente, si autem argueretur quod ex hac diffinitione sequeretur quod in Deo non esset liberũ arbitrium, nec similiter in Angelis, nam Deus, & Angeli boni non possunt eligere malũ. Angeli autem mali non possunt eligere bonum, quia habent liberum arbitrium in malo obstinatũ, vt dicitur in 2. sen. di. 7. sicut boni Angeli habent illud in bono confirmatum. Respondetur quòd in Deo est liberum arbitriũ perfectius & nobilius quã in aliqua creatura, secundũ omnes theologos, in 2. di. 25. vbi Tho. ar. 1. & in 1. parte summæ. q. 19. ar. 10. & Alexan. de Ales in 2. parte sũmæ, in tractatu de libero arbitrio, quia liberum arbitrium est eorum quæ non ex necessitate vel naturali instinctu volumus, sed libere, quod maxime conuenit Deo. Et ideo Ambro. in lib. de trini. inqt de spiritu sancto qui est Deus. Spiritus sanctus diuidit singulis prout vult. i. liberę voluntatis arbitrio, nõ necessitatis obsequio. Præterea aliquis dicitur habere liberum arbitrium, per hoc quòd est dominus suorũ actuũ, sed hoc maxime competit primo agenti. s. Deo, cuius actus ab alio non dependet. Itẽ vt dicitur primo Metha. Illud est liberum quod sui causa est, quod nulli competit nisi primæ causæ quæ est Deus, ergo liberum arbitrium maxime & perfectissime est in Deo. Similiter & in Angelis beatis est liberũ arbitrium perfectius q̃ in hoibus, vt probat Alexan. de Ales vbi supra & Tho. in prima parte summæ. q. 59. ar. 3. vnde Damascenus lib. 2. c. 3. inquit. Angelus est substantia intellectualis semper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo ministrãs, gratia non natura immortalitatem susci

Dubiũ oritur a stante taiĩ diffinitione, liberum arbitrium sit in Deo & in Angeli.

piens. Dicit autem Tho. in quęstionibus disputatis de libero arbitrio. q. 3 q posse eligere malum vel posse peccare non est de ratione liberi arbitrij, nec pars eius vt inquit Anselmus, sed tamen posse eligere malum, & sic peccare consequitur liberum arbitriũ, secundũ quod est in natura creata possibili ad defectũ. Concludit ergo Tho. vbi supra, & in summa contra gentiles lib. 1. c. 88. q ad rationẽ liberi arbitrij non pertinet vt indeterminate se habeat ad bonũ, & ad malũ, quia liberũ arbitriũ per se est ordinatũ in bonũ. Cum bonum sit obiectũ voluntatis, nec in malum tendat nisi per aliquem defectum qui apprehenditur vt bonum, eum voluntas non sit nisi boni vel apparentis boni, vnde dicit beatus Bonauen. in 2. di. 25. parte. 2. art. 1. q. 3. quòd secundum cõmunem rationem secundum quam liberum arbitrium reperitur in creatore, & creatura obiectũ eius est bonũ, & ęquũ. Malum vero nõ est obiectum eius quod intendit liberum arbitrium per actum proprium, nisi inquantum illud respuit & detestatur. Ex quibus patet q liberũ arbitrium est excellentissime in Deo, & in Angelis magis quã in hominibus, quia in ipsis est perfectior electio boni & detestatio mali. Accipiendo ergo liberum arbitrium generaliter prout cõuenit Deo, Angelis & hominibus sic diffinitur ab Anselmo in libro de libero arbitrio. Liberũ arbitrium est potestas seruandi rectitudinem propter se. i. propter ipsam rectitudinem. Illa autem diffinitio Augustini secundum Alexan. vbi supra proprie est prout liberum arbitrium est in homine, in quo proprie remanet electio boni per gratiam, & mali per se sine gratia, potest tamen secundum eundem etiam referri ad Angelos ratione primarij status. Tunc enim potuerunt eligere bonum gratia assistente, & malum gratia desistente, sicut modo possunt homines viatores in quorum arbitrio est adhærere bono, vel malo. Quare autem Deus non fecit hominẽ impeccabilem, sed reliquit eum in libertate peccandi & non peccandi. Et quare creauit eos quos præuidebat peccaturos & damnandos, declarabo infra, sermone 23. parte. 2. circa finem, & aliqua dixi supra in parte prima huius operis, sermone

De ratione liberi arbitrij non est posse eligere malũ, vt posse peccare.

ne.37.parte. 1. Magna ergo est excellentia animæ rationalis, sine cuius voluntate,ac consensu Deus non saluet eam, dicente Augustino vbi supra. Qui fecit te sine te.s.efficiente, non saluabit te sine te scilicet consentiente, vt exponit Alexan. de Ales vbi supra. Et in libro de agone christiano idem August.ait Deus hominem inextimabilem fecit & ei libertatis liberum arbitrium dedit. Non enim esset optimus, si Dei præceptum necessitate non voluntate seruaret. Ideo inquit sanctus Bonauen.in 2.di.24.ar.1.q. 1. q̃ si liberum arbitriũ ita arctaretur q̃ non posset facere malum, non esset liberum nec opus eius esset meritorium. In tali ergo dignitate cõstituta est anima rationalis, q̃ nec Deus de potentia ordinata liberũ eius arbitrium cogere potest, aliter liberum arbitriũ non esset vt probat Alexã. de Ales in 2.parte summæ, in tractatu de libero arbitrio. Et sanctus Bona.in 2. di. 25.parte.2.q.5. Et Ricar.noster in eadem di. Et beatus Tho. ibidem. Quamuis autem aliqui libero arbitrio male vtantur tamen hoc non debet vel potest Deo imputari, qui fecit hominem rectum, vt dicitur. Sapientiæ.7. & nemini mandauit impie agere, & nemini dedit spacium peccandi, vt ait Sapiens. Eccle.15. Nec ꝓpter hoc non debuit Deus dare homini liberum arbitrium. Cuius rei exemplum & similitudinem ponit August. lib. 2. de libero arbitrio di. Vides quantum bonum desit corpori, cui desunt manus, & tamen manibus male vtitur, qui eis se ua, vel turpia operatur. Si aspiceres aliquem sine pedibus fatereris deesse integritati corporis plurimum bonum,& tamen qui eis vteretur ad nocẽdum cuiq̃, vel ad dehonestandum seipsum, male cũ vti pedibus nõ negares. Quantum bonũ deest in facie vbi desunt oculi, & tamen oculis quis male vtitur. Et sic de alijs sensibus. Quemadmodum ergo probas ista in corpore, & non intuens eos qui male vtuntur, in his laudas illum qui hæc dedit bona. Sic liberam volũtatem sine qua nemo potest recte viuere oportet esse bonum etiam diuinitus datum. Et potius eos esse damnandos qui hoc bono male vtuntur, quam eum qui dedit dare non debuisse fatearis, hæc ille. Quamuis vero non possit quis benefacere, nisi adiutus diuina gratia vt supra probaui sermone sexto parte vltima, quia bona operatio nostra principaliter a Dei adiutorio dependet, qui nos ad benefaciendum suis inspirationibus attrahit, iuxta illud saluatoris dictum Ioannis sexto. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit illum. Et ideo Sapien.8.ait Salomon. Scio quòd aliter non possum esse continens nisi Deus det. Tamen ad bonam operationem requiritur secundario liberi arbitrij nostri consensus. Ideo inquit Augu. in lib. de prædestinatione, In omni opere sancto prior est voluntas Dei, posterior liberum arbitrium, quia enim prior operatus est Deus, cooperatur homo, hæc ille. Ex quibus apparet quòd si non bene facimus prouenit ex indispositione nostri liberi arbitrij. Quia semper nos Deus adiuuaret, si nostra malitia eius gratiam non impediret, iuxta illud August. 16.q.prima c.decimo. Benefacere semper Deus est paratus, sed hominum malitia prohibetur.

Exẽplo ostẽditur quod Deus liberũ arbitrium peccatoribus negare non debuisse.

ET ad hoc declarandum potest adduci tale exemplum. Homo est compositus ex materia & forma secundum philosophum secundo de anima, idest ex corpore & anima. Anima autem informat corpus,& est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte eius, vt supra declaratum est. Ipsa ergo anima est illa quæ facit aurem audire, oculum videre, manum palpare, os gustare, & nares odorare. Est enim causa horum sine qua non, quia si tollatur anima, isti sensus non habebunt operationes suas. Quamuis autem in quolibet sensu sit anima, non tamen potest operari secundum dispositionem sui organi. Et sic auris non potest habere operationem oculi, nec econtra. Similiter oculus cęci, quamuis in eo sit anima non potest tamen videre, quod nõ procedit ex defectu aiæ, sed ex indispositione ipsius oculi. Sic ergo & Deus qui est vita animæ eam viuificans, atque illam viuificare cupiens, si illam non viuificat, non procedit ex eius defectu, sed ex indispositione liberi arbitrij. Causa enim prima æqualiter diffundit bonitatem suam in hæc inferiora secundum

Exẽplo ostẽditur quod si nõ benefacimus, hoc ex nostri liberi arbitrij indispositione prouenit, & nõ ex Dei.

dum eorum dispositionem, vt ait auctor in libro de causis. Aliud quoq; potest dari exemplum. Nam omnia metalla sunt egressiones terræ, & ibi generantur per influentiam solis per radios perpendiculares ibi fluentes vt ait Aristo. 4. Methaurorum. Et tamen omnia metalla non sūt æqualia. Nam aliud est aurum, aliud est argentum, aliud auricalchum, vel ferrū, & huiusmodi, quod non procedit ex defectu solis, sed ex dispositionē illius terræ seu montis in quo metalla generantur. Et ita spiritualiter Deus est sol lucens omnibus hominibus æqualiter in quantum omnibus offert, & præparat gratiā suam, sed secundum diuersas dispositiones eorum. Alios facit aureos, idest perfectos, alios argenteos, idest minus perfectos. Et sic quamlibet animam perficit secundum liberi arbitrij sui dispositionē. Ideo Oseæ. 13. ipse inquit. Ex te perditio tua Israel, tantum in me auxilium tuum.

De 3. aīæ cōditione, q̄ nobilitas dicitur.

QVo ad tertiam conditionem animæ quę appellatur nobilitatis animæ patet ex tribus, scilicet ordine, magnitudine, & pulchritudine. Primo ordine, quia in supremo loco ordinata est. Nam quia bonum vniuersi consistit in ordine. 11. Metha. primo Deus in infimo loco posuit terram, & terrena grauia. Secundo loco superiori posuit aquam, tertio aerem, quarto ignem quem propter calliditatem a nobis elongauit, post ignem posuit Lunam, deinde Mercurium, post Venerem, deinde Solem, Martem, Iouē, Saturnum, cœlum stellatum cum duodecim signis, & quasi septuaginta duabus constellationibus, & in numeralibus stellis quo ad nos. Post firmamentum siue cœlum stellatum, posuit cęlum cristallinum, & vltimo cœlum empireū. Ad hunc autem locum Deus animam nostram ordinauit. Cum igitur natura ordinet ignobiliora inferius nobiliora vero superius, patet animam nostram esse nobilissimam ipso ordine, quia vt finaliter collocetur in nobilissimo loco ordinata est.

Aīæ nobilitas ex ordinis ratione demonstratur.

Ex aīæ magnitudine

SEcundo magnitudine, quia magna est terra, vt patet, vnde dixerunt Theodosius & Euristenes philosophi quòd longitudo terræ est triginta, & vnum millia miliariorum, & mille passus faciunt vnum miliare, licet autem terra sit tantæ magnitudinis, tamen maior in decuplo est aqua, & sic semper ascendendo quodlibet elementum est maius altero in decuplo. Et similiter vnum cœlum altero. Et ideo cœlum empireum est indicibilis altitudinis, & magnitudinis, vnde dicunt quidam quòd si massa plumbea a cœlo empireo descenderet, vix in quingentis annis vsque ad terram veniret. Nam vt refert Rabi Moyses magnus philosophus, quodlibet cœlum cuiuslibet planetæ habet in spissitudine viam quingentorum annorum, idest tantum spacium quantum quis posset ire de via plana in quingentis annis. Et idem philosophus dicit, quòd inter cœlum, & cœlum similiter est distantia viæ quingentorum annorum, vnde secundum cum a centro terræ vsque ad concauum cœli saturni est via. 7700. annorum, idest tantum spatium quantum de via plana aliquis iret in 7700. annis si tantum viueret, ita q̄ quilibet annus componatur ex. 365. diebus, & iter cuiuslibet diei sit. 40. milliariorum & quolibet milliare sit duorum millium cubitorum. Si autem tanta est distantia a terra vsque ad cœlum saturni quod est septimum cœlum. Quanta erit vsque ad decimum, scilicet empireum? Verum autem prædicta in omnibus vera sint Deus nouit, qui omnia fecit in pondere, numero, & mensura. Sapien. 11. Indubitanter tamen est tenendum quòd cęlum ipsum empireum est maximum & altissimum in loco autem illo maximo collocabitur anima nostra. Vnde ipsa dicere potest illud. Isa. 66. Cœlum sedes mea, & illud. Eccle. 24. Ego in altissimis habitaui, & hoc est qd̄ dicitur Baruch. 3. O Israel quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius, magnus & non habens consumationem, excelsus, & immensus. Ex quo apparet nobilitas animæ in tam excellentissimo loco collocandæ.

eius ostenditur nobilitas.

De distātia cœli a terra & cœli a cœlo.

Ex aīæ pulchritudine, & p̄ciositate, eius patet nobilitas

TErtio patet animæ nobilitas ex eius pulchritudine & præciositate, de qua Augustinus in epistola ad

T Deo

Deo datum inquit. Animæ natura, nec terra, nec maria, nec sydera, nec Luna, nec Sol, nec quicquam omnino quod tangi, aut videri potest, nō deniq; ipsum quod ad a nobis videri nō potest cęlum, melius esse credendum est. Imo hæc oia longe deteriora esse quàm est quælibet anima ratio certa conuincit, hæc ille. Ex prædictis ergo patet quòd nobilior est anima quàm omnes aliæ creaturæ præter angelicam. Quod etiam sic probatur. Nobilior est finis his quæ sunt ad finem. 2. Phi. Sed finis quodammodo omnium est homo. 2. de anima. Quodammodo dixit, quia vt habet 1. Ethi. duplex est finis scilicet principalis, & secundarius, siue finis sub fine. Si loquimur de fine principali dicit dominus Bonauen. in 2. di. 5. ar. 2. q. 1. & Ricar. eiusdem li. di. 1. ar. 5. q. 3. quòd Deus est finis omnium creaturarū quas ad sui gloriam creauit. Prouer. 16. Si autem loquimur de fine secundario sic homo est finis omnium, vnde Gen. 2. dixit dominus. Dominamini volatilibus cœli, piscibus maris, bestijs terræ &c. Si ergo homo est finis aliarum creaturarū, ergo est nobilior illis. Pars autem hominis dignior, est anima, vnde Augu. 8 de ciuita. Dei c. 15. dicit. Omni corpori præferuntur animæ. Et idem in libro solilo quiorum ait. Quicquid cęli ambitu continetur, humana anima inferius est. Et Ouidius. 2. Metha. canitur. Cęloq; animus præstantior omni. Et sic anima dignior est cęlo empireo in quo est collocanda. Nam, & plerumq; contentum dignius est continente, sicut lapis preciosus suam capsellam valore transcendit. Ideo de anima loquens in libro de quantitate animæ Aug. ait. Quemadmodum fatendum est animam humanam non esse quod Deus est, ita pręsumendum est nihil inter omnia quæ creauit, ipsi Deo esse propinquius, hæc ille. Item Chriso. in lib. de lapsu mundi dicit. Quanto cęlum terra pulchrius tanto animæ pulchritudo omnem formam quamuis pulcherrimam superat. Et ibidem ait. Si fieri posset vt corporalibus oculis animæ pulchritudinem videremus derideremus omnia hæc quæ ex terrea substantia decora esse videntur Quod autem anima preciosior sit omnibus alijs rebus, & corporibus habetur etiam de pœnit. & remis. c. cum infirmitas. 12. q. 1. c. præcipimus. 24. q. 3. c. si habens, & c. sedulo. 38. di. & c. solite, de maio & obedien. hoc idem. C. de sacrasanct. eccle. l. sancimus. Ecce, ergo quàm mirabiliter est anima nostra preciosa & dignissima. Imo etiam in quibusdam priuilegijs est magis nobilitata quā natura angelica, quia Deus, & creator non suscepit naturam angelicam in vnitate personæ, sicut animam humanam. Ita quod verum est dicere, quòd Deus est homo, & non Angelus ratione humanitatis assumptæ. O igitur infelix anima quæ magis extimas aurum quàm teipsam. Agnosce nobilitatem tuam & conditionem. Et hoc scias pro certo quòd si cut nunc in gratia Dei existens es pulcherrima, & preciosissima. Sic econtrario si peccato mortali labefactata ex hac vita transieris, tanto turpior, despectior atq; vituperabilior eris iuxta illud. Tre. 4. Quomodo obscoratum est aurum, mutatus est color optimus? quia sicut propositum in proposito, ita oppositum in opposito 4. Topi. Sicut ergo vinum bonum quanto est dulcius, tanto cum in acetum vertitur efficitur acrius. Et sicut quanto aliquid est nobilius & magis delicatæ complexionis, tanto cum corrumpit, & putrescit magis fętet. Ita tu quanto in maiori es dignitate & bonitate creata, tanto horribilior atque fętidior per mortale peccatum effecta in inferno torquberis.

PARS TERTIA huius sermonis de dilectione erga animas.

Triplici ratione cognoscere valemus Deum summæ diligere animas nostras, scilicet. Custoditionis: Redēptionis, & Glorificationis. Quo ad primam rationem dico, quòd res viles parua diligentia solent custodiri. Econtrario aut fit de præciosis, & multum dilectis. Quantum igitur sit preciosa anima nostra & a Deo dilecta, ostenditur per hoc quòd ipse Deus de ipsa anima specialem curam gerit, eamque custodit *Ratione custodiæ Deū aīas nostras summe diligere manifestatur.*

stodit, iuxta illud psalmi. 96. Custodit dominus animas sanctorum suorum, & de manu peccatoris liberabit eas. Et Psalmo. 144. iterum ad Dauid. Custodit dominus omnes diligentes se. Custodit etiã animam nostram per ministerium Angelorum, vnde inquit Dauid Psal. 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Cum igitur ad custodiam personæ vilis, non deputetur persona in excellentissima dignitate constituta, videamus primo dignitatem Angelorum, vt ex consequenti cognoscere valeamus dignitatem animarum ab ipsis Angelis custoditarum. Ideo sciendum est secundum Dyonisium in libro de angelica hierarchia, quòd nouem sunt Angelorum ordines, vt etiam habetur de pœni. di. 2. c. omnis lapis. in prin. Et idem dicit Rabanus in lib. de misterio crucis. Sunt autem tres hierarchiæ Angelorum vt ait Dyoni. vbi supra. Est autem hierarchia secundum eundem, vt etiam habetur in 2. lib. de propri. rerum. Rerum sacrarum & rationabiliũ ordinata potestas in subditis debitum retinens principatum. Quælibet autem hierarchia habet tres ordines Angelorum. In primo ordine sunt Seraphim. De quibus inquit Greg. in homilia de distinctione nouem ordinum. Seraphim ardentes vel incendentes vocantur, quæ ita Deo coniuncta sunt, vt inter hæc & Deum, nulli alij spiritus intersint. Et tanto magis ardent, quanto illum vicinius vident. In secundo ordine sunt Cherubim. De quibus ait Greg. vbi supra. Sublimiora illa agmina, ideo Cherubim vocata sunt, quia tanto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritatem Dei vicinius contemplantur. In tertio autem ordine sunt throni. De quibus dicit Grego. ibidem. Throni quoq; illa agmina sunt vocata, quibus ad exercendum iudicium semper omnipotens Deus præsidet. In quarto vero ordine sunt dominationes. De quibus vbi supra ait Grego. Ea Angelorum agmina quæ potius præeminent, pro eo quòd eis cætera ad obediendum subiecta sunt dominationes vocantur. Quintus ordo principatuum, quorum gradum declarans Grego. ibidem dicit. Principatus vocantur qui ipsis quoque bonis Angelorum spiritibus præsunt qui subiectis alijs dum quæ sint agenda disponunt, eis ad explenda diuina misteria principantur. Sextus ordo est potestatũ. De quibus Greg. in eadẽ homilia inquit. Potestates vocantur, hi qui hoc potẽtius in suo ordine perceperunt, vt eorum ditioni virtutes aduersæ subiectæ sint, quorum potestate refrenantur, ne corda hominũ tm̃ tentare valeant quantũ volunt. Septimo in ordine sunt virtutes de quorum dignitate Greg. vbi supra. ait. Virtutes vocantur hi nimirum spiritus, per quos signa, & miracula fiunt. Octauus ordo est Archangelorũ de quibus ibidem Greg. scribit. Qui summa annunciant Archangeli vocantur. Hinc est q̃ ad Mariam Virginẽ non quilibet Angelus sed Gabriel Archãgelus mittit̃. Nono in ordine sunt Angeli, de quibus inquit Gregor. vbi supra. Hi qui minima annunciant Angeli vocant̃. Quantæ aũt sint dignitatis Angeli ostẽdit Aug. 11. de ciui. Dei in c. 14. di. Angelica natura cætera oĩa quæ Deus condidit, naturæ dignitate præcellit. Quia igitur oĩs artifex in principio magis conat̃ suã sapientiam in effectibus suis demonstrare. Sic Deus volens se ostendere artificem dignissimum, specialiter se in creatione Angelorum ostendit. Quia vero secundũ q̃ ait philosophus. 2. de cœlo & mũdo, & 1. Elen. Opposita iuxta se posita magis elucescũt. Ideo in principio produxit duo extrema. s. nobilissimam creaturam, & vilissimam. s. naturam angelicam & materiam informem, vnde Gen. 1. dicitur. In principio creauit Deus cœlum & terram. Per cœlum enim designantur Angeli. de pœni. di. 2. §. quòd autem.

De nouẽ ordinibus Angelorum & quare sic nominentur.

DE nobilitate vero, & natura angelica inquit Anselmus in quodam sermone, quòd si vnus Angelus staret in cœlo stellato, & tot essent soles quot sunt stellæ, claritas istius solius Angeli obfuscaret omnes illos soles sua claritate. Sicut modo claritas solis obfuscat claritatem stellarum. Et iterum ibidem dicit, quòd ille Angelus tantum transcendere nosceretur pulchritudinem solis, quantũ Sol trãscendit pulchritudinem terrę, imo magis incomparabiliter. Et ista nobilitas

De nobilitate, ac natura Angelica aliqualiter dissritur.

Debemus ergo nos deuote quotidie com mittere Angelo nostro dicentes cum auctore libri rudium. Angele qui meus es custos ratione superna: Me tibi commissum serua, defende guberna. Vt enim ait Hierony. in homilia sancti Michaelis, non posset tuta esse humana fragilitas inter tot, & tanti hostis insidias nisi sanctorum Angelorum muniretur auxilio. Dæmones enim nos suffocarent, & occiderent nisi Angelus nobis deputatus eos coherceret. Imo etiam in ventre matris occidisset nisi ab ipso Angelo prohibitus esset vt ait Francis. de mairo. in sermone de Angelis. Secundo deputati sunt nobis Angeli ad custodiendum, vnde Hierony. super illud. Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciem patris, ait. Magna est dignitas animarum vt vnaqueq; habeat ab ortu suæ natiuitatis Angelum ad sui custodiam deputatum, hæc ille. Et glo. ibidem dicit. Non sunt homines contemnendi ad quorum custodiam mittuntur Angeli. Sciendum quòd est duplex natiuitas, scilicet in vtero quando creatur & infunditur anima in corpore, & natiuitas ex vtero, quando homo exit de ventre matris, vt inquit sanctus Bonauen. in 2. di. 5 v. in quæstionibus circa litteram, & Alexander de Ales in secunda parte summæ, in tractatu de anima. Angelus vero vt dicunt prædicti doctores ibidem, deputatur in prima natiuitate, nec debet differri, quia ex tunc potest animam adiuuare, & defendere. Quidam tamen alij doctores opinati sunt q donec est in ventre matris custodiatur per Angelum eiusdem matris custodē deputatum tanq̃ vnum cū ea, sed prima opinio est verior. De hac custodia dicit dominus. Exodi. 23. Ecce ego mittam Angelum meum, qui perducat te & custodiat in via. Ideo Iudith sui libri. c. 13. ait. Viuit dominus, quia custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem & ibi commorantem, & inde huc reuertentem. De hoc Angelorum beneficio dicit dominus cuilibet animæ, cum eam mittit in corpore illud. Mala. 3. Ecce ego mitto Angelum meum qui præparabit viam ante faciem tuam. Et hoc est rationabile, vnde inquit beatus Thom. in prima parte summæ, q. 113. artic. 9. homo in statu vitæ istius constitutus est quasi in quadam via, qua tendere debet ad patriam. In qua quidem via pericula multa homini imminent tā ab interiori, quam ab exteriori, secundum illud. Psalmi. 141. In via hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueum mihi. Et ideo sicut hominibus per viam non tutam ambulantibus dantur custodes, & ductores ita, & cuilibet homini quamdiu viator est, custos Angelus deputatur & ductor. Quando autem iam ad terminum viæ peruenerit, iam non habebit custodem, sed in regno habebit Angelum conregnantem. In inferno autem dæmonem punientem, hæc ille. Dicit autem Alex. de Ales, in secunda parte summe. q. 19. membro. 3. ar. 2. in fine. Angeli existentes in cęlo sunt custodes hominum qui sunt habitatores terræ. Distantia enim localis huiusmodi non impedit quin possit cognoscere ea quæ aguntur in terra, secundum quòd accipiunt a verbo æterno, vel ratione perspicacitatis naturalis possunt etiam cognoscere præsentia quæ tamen remota sunt in loco, hęc ille. Et ita exponit illud saluator. Matth. 19. Angeli eorum in cęlo semper vident faciem patris mei. Sed tamen possumus etiam dicere quòd quia vbi est Papa ibi est Roma, vt notat Archi. in c. præsenti. de pręben. & di. & in c. scire. 7. q. 1. & Inno. in c. ego enim de iureiuran. & in c. quodcunq; 24. q. prima. Ideo dicuntur Angeli animarum custodes in cœlo videre Deum, quia semper eum vident qui est vbique, & vbi videtur Deus, ibi est paradisus. Aristoteles quoq; in libro de secretis secretorum ad Alexan. inquit. Nescis quòd teste Hermogene egregio doctore, duo sunt spiritus qui te custodiunt, quorum vnus stat ad dexteram & alius ad sinistram, custodientes, & scientes opera tua, & referentes factori tuo quicquid feceris. Hoc solum in veritate debet o Alexander te retrahere ab omni inhonesto opere, hæc ille. Quod hæc intellexit de bono, & malo Angelo, quem vnus quisque habet, vel quia Alexander erat prælatus habebat duos Angelos bonos custodes, vnum pro se, & alium pro regimine subditorum, vt dicunt quidam doctores inter quos est Fran. de Mayro.

Ex distinctione duplicis natiuitatis ostēditur quando Angeli ad hoīs custodiā deputantur.

in quodam sermone. Augu. quoq; in libro soliloquiorum. c.29. ait. Facis domine Angelos tuos spiritus super me, quibus mandasti vt custodiant me in omnibus vijs meis, ne forte offendam ad lapidem pedem meum. Hi sunt custodes super muros nouæ Hierusalem, & montes in circuitu eius vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum, ne quando rapiat vt leo animas nostras ille antiquus aduersarius noster, qui quasi leo rugiens circuit quærens quem deuoret, hæc Aug. Et ibidem iterum dicit. Magna sunt, domine beneficia quibus nos honorasti, dans nobis Angelos in ministerium nostrũ. Desideras enim nobis quicquid cęli ambitu cõtinetur, & quasi parua essent hæc quæ sub cęlo sunt, addis illa quæ sunt super celum. Et Bernardus inquit. Magna dilectio charitatis. Quis quibus, de quo, & quid mandauit. Si quidem Deus Angelis mandauit. De te homine mandauit, & vt custodiãt te in omnibus vijs tuis mandauit. Quantam tibi debet hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, & conferre fiduciã, reuerentiam pro pœnitentia, deuotionẽ pro beneuolẽtia, fiduciam pro custodia, hæc ille. Et ideo considerantes quòd angelica custodia est nobis necessaria, & valde vtilis, quia per ipsam defendimur a malis, & multiplicamur in bonis, vnde dicere possumus illud Tobiæ.2. de Angelo nos custodiente. Bonis omnibus per eum repleti sumus, debemus ipsorum Angelorum præsidia a Deo efflagitare cum sancta matre ecclesia canentes. Angelum pacis Michael ad istam cęlitus mitte rogitamus aulam, nobis vt crebro veniente crescant prospera cuncta. Angelus fortis Gabriel vt hostem pellat antiquum volitet ab alto sepius, templum, veniens ad istud visere nostrum. Angelum nobis medicum salutis, mitte de celis Raphael; vt omnes sanet ægrotos; pariterq; nostros dirigat actus. [illegible] inter alios Angelos beatus. Michael exorandus cum eadem sancta matre ecclesia deprecando, & dicendo. Princeps gloriosissime Michael Archangele, esto memor nostri hic & vbique, semper prædicare pro nobis filium Dei, vt enim in officio eius canitur. Hic est Michael Archangelus princeps militiæ Angelorum, cuius honor præstat beneficia populorum, & oratio perducit ad regna cœlorum, & ibidem de eo dicitur. Archangelus Michael præpositus paradisi quem honorificant Angelorum ciues.

Angelus homi deputatur, ne in malũ culpæ cadat.

TErtio deputatur Angelus homini ad remouendum, scilicet ne cadat in malum culpæ. Et hoc facit tripliciter. Primo increpando de peccato præterito, vt ab eo homo recedat, vt patet Iudicum. 2. Vbi cum Angelus filios Israel increpasset ipsi eleuauerunt vocem cum fletu &c. Secundo eripiendo à peccato præsenti, vt patet in eductione Loth, & vxoris eius de sodomis, idest de peccati consuetudine. Gen. 19. Tertio impediendo peccatum futurum ne fiat, vt patet Numeri. 22. in Balaam qui ad maledicendum Israel pergens, ab Angelo impeditus est.

Angelus homini deputatur vt ad bonũ gratiæ eum inducat.

QVarto deputatur Angelus nobis ad inducẽdum, scilicet ad bonum gratiæ. Et hoc facit tripliciter. Primo omne impedimentum ad bonum remouendo, vt patet Exodi. 12. vbi Angelus percussit primogenita egyptiorum, qui populum Dei retinebant, ne iret ad terram promissionis. Et sic eos abire permiserunt. Secundo a pigritia excitando, vt patet Zachã 4. vbi dicit propheta. Angelus dñi excitauit me quasi hominem, qui excitatur à somno, & ad laudandum Deum commouendo dicente. Psal. Præuenerũt principes, idest Angeli coniũcti psallentibus, vnde idem propheta inquit Deo. In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templũ sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Tertio in via pęnitentiæ deducendo, & reducendo, vt patet Thobię. 5. & 11. vbi Angelus duxit Thobiam & reduxit.

Angeli deputãtur ad iustificandũ hominem.

QVinto deputantur Angeli ad iustificandum, & hoc tripliciter. Primo mouendo ad contritionem, vt patet. Iudicum 6. vbi Angelus eduxit ignem de petra. Nam sępe de hostibus dictis Angelus eduxit ignem contritionis, & Tobię 11. vbi ad documentum Angeli, de felle per quod intelligitur cõtritio, liniuit Tobię primi oculos. i. cordis. Secundo purgando labia ad confessionem, vt patet Isa. 6. vbi per Angelum labia Isaiæ purgantur. Tertio gaudendo ad satisfactionem. Lucæ.

cæ. 15. Gaudium est Angelis super vno peccatore pœnitētiam agente, quod etiā habetur in e. quia tua 50. di. Sciunt enim hominem esse factum pro reparandis eorum ordinibus, de cõsecra. di. 1. c. hi duo. Et ideo exultant cum facit pœnitentiam per quam appropinquat regno cęlorum Matthæi. 4.

Angeli deputātur ad protegendū nos.

SExto deputatur Angelus ad protegendum nos. Et hoc tripliciter. Primo potestatem dæmonis refrenando, vt patet Tobiæ. 8. vbi Angelus religauit dæmonē in deserto superiori. Secundo concupiscentiam debilitando, vt patet Gen. 32. Vbi Angelus tetigit neruum femoris Iacob, & emarcuit. Tertio memoriam passionis Christi nostris mentibus imprimēdo, per quam liberamur a dæmonio percutiente, vt patet Ezechiel. 9. de Angelo ligante Thau super frontes virorum gementium. Septimo deputātur Angeli ad liberandum nos a tentationibus, tribulationibus, & inimicis, vnde Angelus domini Petrum de carcere eduxit. Actuum. 12. Vbi etiam ad confirmationem prædictorum dicitur. Erat Petrus in nocte dormiens inter duos milites, vinctus cathenis duabus, & ecce Angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris, percussoq; latere Petri excitauit eū dicens. Surge velociter, & ceciderunt cathenæ de manibus eius, vnde Petrus liberatus ab Angelo dixit. Nunc scio vere quia misit dñs Angelū suū, & eripuit me de manu Herodis &c. Et ideo Ber. sup Cā ticā dicit. Quotiēs grauissima cernit surgere tētatio, & tribulatio vehemēs immi nere, Angelū inuoca custodē tuū, adiutorē tuū in oībus opportunitatibus tuis. In tribulatione. n. nō dormitat, sed qñq; ad tēpus dissimulat, hæc ille. In huius aūt signū exclamabat Angelus. Apoc. 7. Nolite nocere terræ, & mari neq; arboribus. Terra sunt pueri nouiter de terra nati, mare sunt adolescentes, & iuuenes in mare concupiscentiarum feruidi, & instabiles. Arbores sunt senes in vita prolōgati. De hoc etiā fructu angelico ait psalmista Psal. 33. Immittit dñs Angelū in circuitu timentiū eū, & eripiet eos Patet hoc per exēplū qđ ponit Dan 6. Vbi dr q̃ Angelus dñi cōclusit ora leonū ne deuorarent Danielē, & per illud qđ scriptū est Gen. 32. Vbi habetur, q̃ cum Iacob valde timeret Esau, Angelos sibi obuios habuit, ipsum adiuuare paratos, & ait. Castra Dei sunt hæc. Helifeus quoq; confortans discipulum suum de adiutorio Angelorum contra persecutores suos dixit. Noli timere, quia plures sunt nobiscū, q̃ cum illis. 4. Reg. 6. & vidit discipulus eius exercitū Angelorum in adiutoriū eis astare. Et ideo illi qui habet angelicum adiutorium, ait propheta. Psal. 90. Super aspidē & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Per aspidem enim quæ aurem in terra figit intelligitur auaritia, siue dæmon tentans de ea, per basiliscum, qui habet visum venenosum, intelligitur luxuria, quæ aspectibus inflammatur, per leonem intelligitur superbia, per draconem vero qui caudam inuoluit intelligitur consuetudo mala, licet autē etiam alij Angeli nobis auxilium præstent, tñ Archāgelus Michael qui habuit in cęlo victoriam de lucifero, & sequacibus, iuxta illud Apoc. 12. Factum est prælium magnum in cęlo: Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & sathanas in terram, & Angeli eius cū eo, audacius insurgit contra malignos spiritus, & nobis victoriam de illis exhibet, vnde sic ab eo liberat⁹ quisq; pōt dicere illud Dan. 10. Michael vnus de principibus primis veni in adiutoriū meū. Huius aūt Archangeli adiutoriū nobis promittit in tēpore retributionis & tentationis diabolicæ Dan. 12. vbi ait Deus. In tempore illo cōsurget Michael princeps magnus, q stat p filijs populi mei vt pliet cū dracone. Est autē sciēdū q̃ S. Michael fuit princeps sinagogæ. Dan. 1. Nemo mihi adiutor est inquit Angelus iudeis, nisi Michael princeps vester. Sed postquā Iudea dñm crucifixit, factus est princeps ecclesiæ: Vnde refert Iosephus quòd auditæ sunt voces Angelorum dicentium. Transeamus ab his sedibus. Et ideo sancta mater ecclesia canit. Collaudamus venerantes omnes cœli milites, sed præcipue primatem cœlestis exercitus Michaelem in virtute conterentem Zabulon. Quo custode procul pelle rex Christe pijssime omne nephas inimici, mundo corde & corpore

paradiso redde tuo nos sola clementia. Hic est enim ille de quo iterum canitur in officio eius. Magna magnalia de Michaele Archangelo, qui fortis in prælio fecit victoriam. Et in missa eiusdem etiã rogamus eum dicentes. Sancte Michael Archangele defende nos in prælio, vt nõ pereamus in tremendo iudicio. Alij tamen angelici spiritus etiam debellant pro nobis aereas potestates. Sunt enim milites Dei, de quibus dicitur Iob. 25. Nunquid est numerus militum eius? quasi dicat non. Sicut autem videmus q in curia terrestris regis sunt quidam milites regem associantes & coram illo decantantes. Alij vero qui castra & ciuitates custodiunt, & alij qui hostes regis, & amicorum eius expugnant. Sic in curia regis cœlestis sunt quidam Angeli, qui ipsum regem associant, & coram eo decantant sicut Cherubim, & Seraphim; de quibus dicitur. Isa. 6. Clamabant alter ad alterum Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus sabaoth, & Iob. 38. ait Deus. Cum me laudarent vt astra matutina & iubilarent omnes filij Dei. Alij vero custodiunt prouincias sicut principatus, vel ciuitates, ac loca spiritualia sicut Archangeli, vel personas singulares sicut Angeli, iuxta illud Isa. 62. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die, ac nocte nõ tacebunt. Alij autem contra dæmones, hostes Dei & hominum amicorum eius decertant, & præliantur, atq; ipsis hominibus auxilium præbent, vnde ad hoc significandum dicitur Exodi. 14. quòd Angelus domini præcedebat castra filiorum Israel. Propheta etiam inquit Deo. Psal 103. Qui facit Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem, scilicet ad exurendum & cruciandum dæmones.

Angeli deputati ad ministrãdũ homini.

Octauo deputantur Angeli ad ministrandum, iuxta illud ad Heb 1. Oẽs sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Propter quod Bernar. in quodã sermone ait. Dñe quid est homo quia innotuisti ei, aut filius hoĩs quia reputas eum? Denique mittis ei vnigenitum tuum, immittis spiritum tuum, promittis vultum tuum, & ne quid vacet in cælestibus ab opere sollicitudinis, illos etiã beatos spũs ,ppter nos mittis in ministeriũ nostrum, hæc ille. Et iõ quia Angelus cuilibet nostrũ deputatur, semp est nobiscũ, ait Ber. super Can. In quouis diuersorio, in quouis angulo, reuerentiã exhibe Angelo tuo, ne audeas illo præsente, qđ me præsente nõ auderes. Debemus etiam diligenter attẽdere ne Angelũ nostrũ malis operibus ad indignationem prouocemus, ne postea sit contra nos in die mortis, & dicat Deo illud Hiere. 51. Curauimus Babilonem & non est curata. Nihil enim dimittunt Angeli qđ ad nostrã pertineat salutẽ. Seraphim. n. operanẽ ad cordiũ inflãmationẽ, vt patet. 4. Reg. 2. in Angelis q in curru, igneo & equis igneis apparuerunt Heliæ. Et Isa. 6. ait propheta. Volauit ad me vnus de Seraphim. Cherubim operanẽ ad scientiarũ eruditionẽ, vt patet Apoc. 10. in Angelo q habebat manũ in manu Et Apoc. 21. Ioannes. Sustulit me Angelus in spiritu in montem magnũ & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem. Et Act. 10. habetur quõ Angelus illuminauit in fide Cornelium Cẽturionem, & Apoc. 1. c. habeẽ, q Deus per Angelum suũ reuelauit Apocalipsim seruo suo Ioanni. Et 38. c. etiam habetur de Angelo a cuius claritate terra illuminata est. Angelus. n. secundũ Dionisiũ habet virtutẽ illuminatiuam, purgatiuam, & perfectiuam, vnde rationem in nobis illuminat, affectionem purgat, & memoriam perficit, ac confirmat, & Apoc. 22. Vbi misit Deus Angelum suum ostendere seruis suis, q̃ oportet fieri cito. Throni vero operãtur ad iudicij informationem. Informant. n. iudices vt leges intelligant, vñ dr̃ Act. 8. Accepistis legem in depositione Angelorũ, & ad Gala. 3. Lex ordinata fuit per Angelum in manu mediatoris. Dominationes operanẽ ad sensum sub dominio rationis subiugationẽ, vnde Gen. 16. Angelus dixit Agar vt ad dñam suam rediret, & se ei humiliaret, virtutes nobis obsequunẽ ad miraculorum operationem, vt patet Tob. 11. De Raphaele Angelo, qui Tobiam illuminauit, & filium eius a deglutione piscis eripuit. Et Ioan. 5. dr̃ q Angelus dñi secundũ tẽpus descendebat in piscinam, & mouebatur vnus, & beatus Ioannes Euangeli-

Singulorũ Angelorum ordines operationes.

gelista rogabat per manus Angelorũ pretiosos lapides restaurari, vt in eius legẽda habetur Potestates operantur ad dæmonum & tentationũ repressionem, vt patet Exo 13. Vbi Angelus Dñi interposuit se inter Ægyptios persequẽtes filios Israel, & ipsum populum Dei. Principatus operãtur principum & prælatorũ instructioné, vt patet Dan. 10. Vbi hr̃ quõ Angelus Dñi instruxit tres principes. s. Persarum, Græcorũ, & Iudęorum. Archãgeli operantur ad maiorum secretorũ reuelationem, vnde Gabriel Archangelus Natiuitatem Christi Virgini nunciauit. Luc. 1 Angeli operantur ad singularium ꝑsonarũ corroboratione, vt patet 3. Reg. 19. Vbi Angelus portauit Hel æ subcinericium panem, & vas aquæ, & comedit, & ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei Oreb. Et Dan. 14. habetur ꝙ Angelus ministrauit Danieli cibũ cum esset in lacu leonũ, tollens Abacuch per capillos &c. Matth. quoq; 4. dr̃ ꝙ tentatione diaboli, quã dederat Christo, accesserunt Angeli, & ministrabãt ei.

Angeli deputãtur nobis ad consolandum.

NOno deputãtur nobis Angeli ad cõsolandũ. Ipsi.n. sunt cõsolatores tribulatorũ, vnde Zacha. 1. dicit propheta. Angelus loquebat̃ in me verba cõsolatoria & bona. Et Tob. 5. dixit Angelus. Gaudiũ sit tibi, forti aĩo esto. In ꝓximo est vt cureris. Annunciauit quoq; Angelus gaudiũ Natiuitatis Christi pastoribus, dicẽs: Luc. 2. Annũcio vobis gaudiũ magnũ, quia natus est hodie Saluator mundi. Et mulieribus annũciauit eius resurrectione dicẽs. Nolite timere, Scio. n. ꝙ Iesum q̃ritis Surrexit. nõ est hic &c. Mar, vlt. B. quoq; Frãcisco cũ esset nimia infirmitate grauatus astitit Angelus Dñi cum cithara &c. Dan quoq; 3 hr̃ quõ Angelus Dñi cũ tribus pueris in fornacẽ descendit, & fecit mediũ fornacis quasi ventũ roris flantẽ. Itẽ Iud. 6. Angelus cõfortauit Gedeonẽ. Dan. quoq; 9. hr̃ ꝙ cum Daniel orasset Dñm vt dimitteret sibi, & populo Israel peccata, apparuit ei Angelus cõfortans eũ & dicens. Ego veni vt indicarem tibi. s. peccata esse dimissa, quia vir desideriorũ tu es. In eodẽ ẽt c. dr̃ ꝙ cũ Daniel corruisset in terrã tetigit eũ Angelus dicens. Noli timere, pax tibi, cõfortare, & esto robustus. Decimo nobis deputantur Angeli ad præsentandũ, vnde Bern. super Cant. dicit. Discurrit Angelus medius inter dilectum & dilectã, vota offrrens, referens dona, excitat istam placat illũ, hæc ille. Angeli. n. desideria nostra offerunt Deo, vnde. Thob. 12. dixit Angelus. Qñ orabat cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, obtuli orationẽ tuã Dño. Et ꝓpea dicit. Gen. 28. ꝙ per scalã quã vidit Iacob Angeli ascendebant, & descendebãt. Qđ exponit Fran. de Mayro. in sermone de Angelis di. Angeli ascẽdunt portantes orationes nostras & bona opera corã Deo. Et descendunt, ad mysteria fidei & gratiæ quæ vident in Deo nobis reuelando. Ideo Aug loquens Deo lib. soliloquiorũ. c. 29. dicit. Hi sunt ciues beatæ ciuitatis perpetuæ Hierusalem a te missi, vt cõfortent, & moneant nos, & orationes filiorũ offerant in conspectu maiestatis tuæ. Et ibidem etiam dicit. Diligunt nempe Angeli ciues suos, per quos suæ ruinæ scissuras instaurari expectant. Ideoq; magna cura, & vigilanti studio adsunt nobis omnibus horis, & locis, succurrentes, & prouidentes necessitatibus nostris, & sollicite discurrentes inter nos, & te Dñe, gemitus nostros & suspiria nostra referẽtes ad te, vt impetrent nobis facilem tuæ benignitatis ꝓpitiationẽ, & referant ad nos desiderata gratiæ benedictionẽ. Ambulãt nobiscũ in omnibus vijs nostris intrant, & exeunt nobis attente considerantes, q̃ pie q̃ honeste in medio ꝑuaricationis conuersemur, quanto studio, quantoq; desiderio quæramus regnũ tuum & iustitiam eius quanto timore, & tremore seruiamus tibi & exultemus in lætitia cordis nostri. Adiuuant laborantes protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes, congaudent gaudentibus, cõpatiuntur patientibus, grandis est eorũ cura de nobis, & magnus feruor dilectionis eorũ erga nos, & hoc totũ propter honorem tuæ inextimabilis charitatis, qua dilexisti nos, diligunt enim quos tu diligis, custodiuntq; quos tu custodis, hæc ille.

Angeli deputãtur ad allegãdũ ꝓ nobis.

VNdecimo deputantur nobis Angeli ad allegandum ꝓ nobis, iuxta illud Iob. 33. Si fuerit pro eo Angelus loquens vnum de similibus, vt annunciet hominis æquitatẽ, miserebitur eius. Ideo Zacha. 1. dixit

1. dixit Angelus. Domine exercituum vsquequo tu non misereberis Hierusalem, & vrbium iuda quibus iratus es? Iste iam annus septuagesimus est.

Deputātur nobis Angeli ad deportādū nos in Cælum.

Dvodecimo deputantur nobis Angeli ad deportandū. s. in Celū iuxta illud Exo. 23. Ecce mitto Angelum meum qui introducat te in terram quā promisi patribus tuis & eiusdem libri. c. 33. habetur ꝙ Deus dixit. Mittam præcursorem tui Angelū, vt eijciat Cananeos, & inerres terrā fluentem Lac, & Mel, portant autem animas valde reuerenter, vnde dicuntur eas portare non in humeris, sed in manibus dicente propheta Psal. 90. In manibus portabunt te. &c. Item portant diligenter, quia eas ab omnibus offendiculis custodiunt, & ideo sequitur, ne forte offendas ad lapidem. &c. Item portant gaudenter cum canticis & iubilationibus, iuxta illud Isa. 55. In lætitia egrediemini & in pace deducemini, & mons ac colles. i. maiores, & minores Angeli cantabunt coram vobis laudem. Portant quoq; humiliter, quia pauperes, & abiectos non despiciunt, vnde Lu 16. dicitur. Factum est vt moreretur medicus, & portaretur ab Angelis in sinu Abrahæ. Prędicta autem omnia Angelorum ministeria comprehendens Aug. in ser. ad Heremitas ait. In supernis spiritibus non solum admirabilis dignitas, & dignatio adamabilis inuenitur, sed tanta gloria est, ꝙ lingua vel cor humanum nullatenus dicere valet, vel cogitare. Ipsi. n. Deo semper assistunt, domestici Dei sunt, Cæli ciues, principes Paradisi, scientiæ magistri, doctores sapientiæ, illuminatores animarum, custodesq; earum, Zelatores corporum, & defensores bonorum. Ipsi sunt prouinciarū rectores, dignitatesq; nostras tam spirituales, quàm temporales omni diligentia custodientes. Item sunt contra fomitem imperantes, & pro nobis contra dæmonem victoriam obtinentes. Ipsi sunt per quos ad fletum contritionis pęnitentiæ & orationis inducimur, per quos ab impedimentis, & tribulationibus liberamur per quos nostra facta, vel cogitata ad Cęlū hilariter portantur. Ipsi sunt fratres nostri, qui valde nos diligūt, nosq; vbiq; instruunt, in cunctis nos protegunt, nostrum aduentum expectantes ad Cęlum & sedes Paradisi per nos repleri affectantes. Isti sunt sanctissimi spiritus qui nobis dormiētibus adsunt custodes, adsunt trepudiantes orātibus. Quis ergo fratres Angelorum memoria in mente carebit? quis eos non diligit? quis non veneretur? Isti sunt per quos sustentamur, per quos in mari & in terra iuuamur, per quos frequenter ab infirmitatibus liberamur, per quos & a quibus in extremis in fide solidamur, & a maligno spiritu defendamur. Et obtenta victoria ad Paradisum, vel ad purgatorium per eosdem deportamur. Et dum purgamur sæpe nos visitare dignantur, promittentes nos ad celestem ciuitatē Hierusalē ingressuros, hæc ille. Principaliter autem Archangelus Michael est a Deo ordinatus ad suscipiendas animas de hoc sæculo migrantes. Vnde vt canit ecclesia dixit illi Deus. Archāgele michael cōstitui te principem super omnes animas suscipiendas. Item ipse Archangelus Michael secundum ecclesiæ picturas, habet officium ponderandi animas, de qua ponderatione dicitur Prou. 16. Pondus & statera iudicia Dei sunt. Sed veh illi cui dicet illud Dan. 5. Appensus es in statera & inuentus es minus habens, veh autem maius illi cui dicet. Appēsus es. &c. & inuentus es nihil habens. s. meriti, gaudiū autē magnum erit illi cui dicet. Appensus es in statera & inuētus es satis vel multum habens. Ministrant autē & seruiunt Angeli hominibus cum magna diligentia, attendentes ꝙ diuina natura associatā est humanę in eadē persona, & ideo homo est frater Dei, & honor qui exhibetur homini, in Christum fratrem refunditur. Sciunt quoq; ipsi Angeli, ꝙ licet sint dígniores homine propter naturę simplicitatem, tamē homo est dignior propter assumptam a diuinitate humanitatem, propter quod homo magis attinet Christo, q̄ Angelus. Primo quia Deūs non solū fecit hominē de progenie sua, q̄n enim ad imaginē suā creauit sicut & Angelum, sed insuper seipsum de progenie humana fecit, quando verbū caro factum fuit. Maxima quidē esset homini cuilibet dignitas, & gloria atq; nobilitas, si Imperator mundi vel Papa de eius se faceret pro sapia, & parentela. Multo autē maior nobis est gloriatio, ꝙ Deus se de nostra fecit proge-

Angelis quo homines sint digniores.

progenie & cognatione. Secūdo quia Angelus tātum attinet Christo ex parte patris, qui est pater Christi per æternā generationē, & Angelorum ac hominum p temporalem creationem, sed homo attinet Christo etiam ex parte matris, quæ non est Angelicæ naturę sed humanæ ad Heb. 2. Nusquam .n. Angelos apprehēdit sed semen Abrahæ. Tertio quia Deus cōtraxit parentelam cū Angelo solūmodo dando. Quando .s. filiam suā .i. imaginem ei dedit, quam etiam homini cōcessit, sed cum homine contraxit parentelā etiam recipiendo, quia sororē eius .s. animam rationalem, & matrē ipsius .s. humanam naturā sibi copulauit. Ex prædictis autem concludere possumus, q homines dicuntur Angelis maiores in quantum habent Deum fratrem suū, quem Angeli habēt Dominum, & non cognatum. Sed & alia ex causa eos excedunt, quia beatitudinē habent in visione humanitatis Christi in quā desiderant Angeli prospicere 1. Pet. 1. & in contemplatione diuinitatis, quam Angeli solum habent in contemplatione diuinitatis. Itē quia humana natura est deificata. Nō aūt Angelica. Itē quia ipsa humana natura est super omnes Angelorum choros exaltata, vt patet in humanitate Christi, & matris eius. Sunt autē Angeli maiores hominibus donec sunt in hac corruptibili vita ratione suæ incorruptibilitatis, vnde Aug. ait. Quilibet spiritus melior est q̄ corruptibile corpus, & Matth. 11. de Io. Baptista inquit Saluator. Qui minor est in regno Cęlorū, maior est illo. Et ideo de homine loquēs Dauid Psal. 8. inquit. Minuisti eū paulominus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuū tuarum. Dicitur .n. homo in hac vita aliquanto minor Angelis pp mortalitatem sed post hanc vitā adepta immortalitate erit compar, & socius Angelorū, iuxta illud Matth. 22. c. Erunt homines sicut Angeli Dei in Cęlo, & ideo cū Ioā. Apostolus vellet adorare Angelum qui sibi apparuerat, ille ait. Vide ne feceris, conseruus .n. tuus sum & fratrum tuorū, vt habetur Apoc. 22. c. Ex qbus omnibus apparet humanæ naturæ excellentia, & nobilitas. Itē immensa dilectio Dei erga animam rōnalem, quia tam excellentes ac dignos ministros ei dedit.

Rōne redēptionis ostēditur dilectio Dei erga nos.

Secundo ostenditur dilectio Dei erga animā nostram ratione redemptionis. De perditione .n. rei vilis non multū dolemus, nec pro eius recuperatione .n. multū laboramus. Econtra aūt est de re preciosa & chara. Quia igitur ineffabiliter diligebat Deus animam nostram, eam perditā multis cruciatibus reparauit. Tripliciter autem cognoscitur quādo quis diligit rē perditam. Primo quando non alium mittit, sed solus ipse eam requirit. Secundo quando ad quærēdum illam longum iter facit; Tertio quando pro ea inuenienda, & rehabenda multos labores sustinet, & multa erogat. O bone Iesu tu videns animam nostram sponsam tuam per peccatū perditam & a regno cęlorum expulsam, in his tribus actibus amorem tuum erga illam ostendisti. Non .n. ad quærendum eam Angelos, vel Archāgelos misisti, sed tu ipse de Cęlo descendens, cū multis laboribus & sudoribus eam quæsisti. O igitur ingrata anima quæ Creatori tuo, spōsoq; tuo amoris vicem non rependis, vade .n. ad Crucem, & vide Redemptorē tuū in ea suspensum, & toto corpore laniatū & interroga eū dicens. O amātissime atq; elegantissime iuuenis, quid quæris? quid facis in hoc horrendo patibulo? quare tot cruciatus pateris? Cur sic in altū ascēdisti? Et ipse respondebit tibi. Ego quæro te anima mea, sponsa mea dilecta, quia perdita es, & mortali vulnere sauciata. Ego expecto te vt reuertaris ad me Creatorem tuū, factorem tuum, amatorē tuū, & Saluatorem tuum. In altum ascendi vt omnes me viderent, brachia extendi vt omnes ad me venientes suauiter amplexarer. Reuertere ergo ad me, & ego suscipiā te. Et hoc est quod inquit Ber. in quodam sermone dicens. Ascendit in altū, vt longius audiretur. Fortiter clamauit, vt nullus excusaretur, clamori lachrymas addidit, vt homo ei compareretur, hęc ille. Vt etiā ostenderet præciositatem animę nostræ, eā multo precio cōparauit, vnde inquit Pau. apo. 1. ad Cor. 6. Empti .n. estis precio magno, glorificate & portate Deū in corpore vestro. Et 1. Pe. 1. dicitur. Scientes q non corruptibilibus auro, vel argēto redempti estis, sed precioso sanguine Iesu Christi. O insensibilis anima, o ingratissi-

gratissimum genus humanum, o obstinati peccatores, respicite in Cruce Dominum vestrum sanguine madefactum, & a capite vsq; ad pedes vulneribus plenum clamantemq; & dicentem. Sitio. Interroga ergo illum o anima deuota, o anima tantum a Deo dilecta, o anima preciosa, & dic ei. Quid sitis Domine mi? Quid fles o Creator Angelorum? psalmator seculorum gaudium beatorum? Et ipse tibi respondebit. Non habeo sitim aquæ, vel alterius potus, sed sitio salutis tuæ desiderio. Sitio te eripere de inferni supplicio, & gloriosã te facere in Paradisi palacio, quia te comparaui precioso sanguine meo. Quod considerans quidam frater noster versificator in quadam sua epistola inquit. Heu heu quàm sacro redemit nos sanguine Christus. Noli noli animæ proditor esse tuæ, & ideo curam illius habe Lucæ 10.

Quantum Deus aĩam diligat rõne glorificationis ostenditur.

TErtia ratio qua ostenditur singularis erga animam nostram Dei dilectio dicitur glorificationis. Secundum.n.Greg. in homilia Paschali. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Et ille qui aliquem cordialiter diligit ei preciosa, & magni valoris dona largitur. Ex quo cognoscitur quantum Deus diligat animam, cui ineffabilia bona in cęlesti gloria tribuit. De quo amoris indicio tangit propheta dicens Isa. 64. Oculus non vidit Deus absq; te quæ præparasti expectantibus te. Et 1. ad Cor. 2. ait. Paulus. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Et Bern. in quodam sermone ait. Merces animarum tam magna est quòd non potest mensurari, tam multa quòd non potest numerari, tam copiosa quòd nõ potest finiri, tam preciosa quod non potest extimari Et ideo in lib. de gaudijs Paradisi exclamans idem ait c. 3. O anima insignita Dei imagine, decorata similitudine, desponsata fide, spe dotata, redempta sanguine, deputata cum Angelis, capax veritatis, hæres bonitatis, rationis particeps, Quid tibi cum carne? Quidam etiam noster frater versificator in quadam sua epistola inquit.

Quid tibi terrenis his cum pereuntibus inquam.
Quę manet in superis vita beata chors?
Sperne igitur fictos mundi fallacis honores.
Elige quas nunquam perdere possis opes.
Quas nobis elargiri dignetur misericors Deus noster. Amen.

FERIA

FERIA II. POST DOMINICAM IN RAMIS PALMARVM DE ADVENTV ANTECHRISTI.

SERMO VNDECIMVS.

QVIS est aduersarius meus? Isa. 50. & in epistola occurrentis feriæ. Quia in superiori sermone declarauimus quomodo anima quælibet habet Angelum ad sui costodiam deputatum, non immerito quæri potest, nunquid aduersarius Christi antichristus habebit & ipse Angelum bonum sui custodem. Ad quam dubitationem respondet Ale. de Ales. in 2. par. sum. in tract. de anima, & B. Th. in 2. di 11. ar. 3. Et in 1. par. sum. q. 113. ar. 4. quod etiam ipse nequissimus antichristus Angelum bonum habebit. Cuius ratio est. Quia lex cōis propter vnum mutari nō debet, & in hoc eius pęna iustior apparebit, quia beneficia toti humanæ naturæ prouisa non accepit, vt debuit. Non tamen erit omnino frustra Angeli custodia quia & si ad bonum non conuertetur, tñ a multis malis cessabit, retractus ab Angelo custode, vt etiā dicit Th. in summa theologicæ veritatis. Dicit tamen Petrus Aureoli. in 2. di 11. quòd quando ita obstinabitur in malo, quod dicet se esse Deum, tunc deseret eum Angelus, & ex toto non habebit eum postmodum ad custodiam, sed ad accusationem, dicet illud Isa. 51. Curauimus Babilonem & non est sanata. Derelinquamus eam. Et in hoc sensu intelligi potest illud Damasceni in quodā sermone dicētis. Antichristus carebit angelico præsidio. De quo antichristo quinque considerationes in præsenti sermone faciemus. Prima dicetur prænunciationis, Secunda nominationis, Tertia signationis, Quarta persecutionis, Quinta vero appellabitur finitionis.

Antichristus an habebit Angelū bonū, ad sui custodiā deputatum.

Sermonis intentio & diuisio.

PARS PRIMA de prænunciatione antichristi.

HIC multa prætermitto de quibus diffuse tractauit mag. Rodulphus ordinis nostri in lib. quem edidit de antichristo. Et frater Nicolaus Rector Argentinæ ordinis prædicatorū in tractatu de aduentu Christi, & antichristi. Et frater Vgo Castri noui in lib. de antichristo qui incipit. Non sum propheta, nec filius prophetę. Omitto etiam plurima quæ scripsit magister Ioannes de vita prędicatorū in li. de futuri Christianorum triumphis, in quo nititur probare, quod antichristus de quo locuti sunt

sancti iam venit,& mortuus est. Et quòd fuit maumeth. Cuius opinio non est vera in hac parte. Quia vt infra videbitur antichristus negabit aliquem esse Deum præter se. Nec volet aliquem alium adorari pro Deo. Ipse autem maumeth licet fuerit diabolicus,& sceleratissimus,tamē nō dixit se esse Deum, sed Dei nuncium. Nec prohibuit Deum Celi adorari,imo ipse eum adorauit, & in lege sua adorari præcepit,ac orationes illi fieri quotidie. Itē licet dixerit Christum nō esse Deum. Tamen confessus est eum fuisse hominē & spiritus sancti operatione conceptum vt patet in Alchorano lege eius, in qua multa continentur de eo, quæ nullo modo possunt competere antichristo. Huius etiam erroris demonstratur magnitudo ex eo quòd secundum dictum Saluatoris tempus antichristi paruo tempore durabit. Vnde ait Matth.24. Nisi breuiati fuissent dies illi,non fieret salua omnis caro sed propter electos breuiabuntur. Tempus autem maumethicæ sectæ iam durauit per octingentos annos. Prędictæ quoque opinionis falsitas melius patebit ex infra dicendis. Pro declaratione autē primæ partis nostri sermonis est sciendum, quod aduētus antichristi multimode est prænunciatus. Et primo in sacra scriptura, quæ in aliquo falsa esse non potest, & de cuius dictis nullatenus est dubitādum e. quis nesciat.9.dist. Vnde Iob.21. dicitur. In die perditionis seruatur malus,& ad diem furoris adducetur. Et loquitur de antichristo vt exponit Greg.in mora. Item Isa.11. loquens propheta multa de Christo,& de virtutibus eius,subdit. Et spiritu labiorum suorum interficiet impium.i.antichristum vt exponit glosa. Ideo Paulus 2.ad Thesa.2.ait. Reuelabitur iniquus quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Dan.quoq; 7.c.postquam descripsit propheta visionem quā habuerat de diuersis bestijs, maxime de quarta quæ habebat decem cornua, per quam significatur imperium Romanum sub quo sunt decem principalia regna, subiungit. Et ecce cornu aliud paruum ortum est de medio eorum,& tria de cornibus primis euulsa sunt a facie eius. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu illo, & os loquens ingentia, hæc ibi. Quæ verba exponens magister Albertus Alamanus in postilla super Danielē ait. In his verbis iniquitas antichristi. Ibi. Et ecce cornu aliud. Et bene aliud, quia adulterinum. Bene aliud, scilicet ab omni bono. Vbi glosa interlinearis dicit. Non putemus antichristum qui designatur per cornu paruum, dæmonem esse, sed vnum de hominibus in quo sathanas habitabit. Et subdit paruum.s.simulatione humilitatis. Nicolaus autem de Lira super Danielem exponit dicens. Et ecce cornu aliud paruum ortum est.i.antichristus qui erit paruus quantum ad potestatem in principio, sed postea crescet diaboli adiutorio. Vel paruum duratione, quia paruo tēpore durabit regnum eius. Vel secundum glosam cornu paruum dicitur,quia surget de gente quæ tunc erit modica, vilis & despecta.s.de tribu Dan. Nulla n. est gens magis vilis, & abiecta q̄ hebræa quæ est priuata decore regio, & sacerdotio, vt testatur Paulus ad Hębr. 7.& habetur etiam in c. translato. de constit. Itē est vaga & instabilis. Quod ei euenit ꝓpter peccata Tren.1. Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Et ideo hæc bestia antichristi dicitur Apoc.13. Ascendere de Mari.i.de hębrea natione quæ est instabilis quasi mare. Et prædictæ expositiones probantur per illud quod habetur Dan.11. vbi dicitur. Et stabit in loco eius vilissimus & indignus decore regio. Veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia, & in paucis diebus conteretur.

Sequitur prophetia Dan.7. Et tria de cornibus primis euulsa sunt a facie eius. Quod glosa exponit & Hiero. ibidē di. Quia antichristus tres reges de decem præsentia, & eminentia suæ potestatis humiliabit.s.regem Aphricæ, Ægypti & Æthiopię. Quibus interfectis septem alij reges victori colla submittent. Sequitē prophetia. Et ecce oculi quasi oculi hominis, erant in cornu isto. Quod exponēs Albertus vbi supra dicit. Hi oculi significant astutiam, & prouidentiam humanā ac diabolicam quæ erit in antichristo, iuxta illud Eccle.20. Oculi eius septempli ces sunt. Quia intentio antichristi erit multi-

Maumeth nō fuit Antichristus.

Sequitur exponēdo illud Dan.7.

multiplex,& varia contra Christum,& fideles eius. Nicolaus vero de Lira vbi supra ait. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto, quasi diceret. Licet antichristus faciet tanta mirabilia vt ab aliquibus credatur Deus. Tamen erit homo purus. Sequitur in prophetia. Et os loquens ingentia. Quod exponit Albertus vbi supra di. i.superba contra Deum & sanctos eius. Contra illud Psal.74. Nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. Quod autem hæc prophetia loquatur de Antichristo, patet, qa immediate post prædicta verba subdit quod post hæc vidit filium hominis.i.Christum venientẽ in nubibus celi ad iudicādum orbem. Et interfecta est bestia illa horribilis.s.antichristus. De hac autem expositione nō est dubitandum. Nam in eodem c. dicit Daniel, quod de hac visione horruit spiritus eius, & territus interrogauit vnum de astantibus.i.Angelis, quid dicta visio significaret. Maximè de quarta bestia, & & de illo cornu vltimo ante quod ceciderāt tria cornua,& habebat os loquens grandia,& maius erat omnibus, & faciebat bellum aduersus sanctos, & præualebat eis donec veniret iudicium per quod sancti obtinuerunt regnum. Et respondit Angelus. Bestia quarta erit regnum quartum in terra, quod maius erit omnibus regnis. Et deuorabit vniuersam terram, & conculeabit & cōminuet eam. Quę verba exponit Nicolaus de Lira vbi supra. de regno Romano quod ab omnibus regnum quartum appellatur,& vniuersi orbis imperium obtinuit. Sequitur autem Angelus in prædicta declaratione. Porro decem cornua ipsius regni decem reges erunt. Quod exponit Nicolaus de Lira vbi supra dicens quod tempore quo veniet antichristus non obtinebit vnus solus imperium Romanum quod dominatur toti orbi, sed decem reges principales in orbe dominationem habentes. Sequitur quoq; Angelus in declaratione. Et alius consurget post eos. Et ipse potentior erit prioribus. s. antichristus, vt exponit Nicolaus de Lira vbi supra. Et tres reges humiliabit. Vbi idem Nicolaus ait. Quia rex Aphricæ, Ægypti, & Æthiopiæ, subijcietur in primis Antichristo, vt extrā exposuit supra beatus Hiero. Sequitur insuper Angelus in declaratione. Et sermones contra excelsum loquetur, idest contra Deum secundum glosam. Et sanctos altissimi conteret. Glosa. Quia electos Dei maxime persequetur. Et inter alios interficiet Enoch, & Heliā. De cuius Heliæ missione ait Deus Malachiæ vlt. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam antequam veniat dies Domini magnus. Et cōuertet cor patrum ad filios,& cor filiorum ad patres eorum. De eius quoq; aduentu contra antichristum habetur Matth.17. vbi dicitur. Helias quidem venturus est,& restituet omnia. Et idem etiam habetur Marc. 9. De Enoch autem habetur Eccle 44. vbi dicitur. Enoch placuit Deo & translatus est in Paradisum vt det gentibus sapientiā. Est autem hic notandum quòd licet antichristus occidet sanctos, & tot mala faciet, tamen in animo suo confundetur tripliciter. Primo ex sanctorum patientia, & supportatione. Ipsos.n. Deus fortiter interius confortabit in quorum persona ait Psalmista. Deo. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo cōsolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Secundo Enoch & Heliæ prædicatione & disputatione. De quibus dicitur Apoc.11. quòd habebunt potestatem super aquas, idest scripturas diuinas intelligendas,& declarandas. Vnde tanta subtilitate & sapientia prædicabunt, quòd conuertent plurimos ad tolerādum martyrium pro Christo, & antechristum ita confutabunt quòd eis non poterit respōdere. Ait enim Dominus Luc 21. Dabo vobis os & sapientiam cui non poterunt respondere omnes aduersarij vestri. Tertio confundetur ipsorum resurrectione. Nam vt habetur Apoc.11. Postquam antichristus interfici fecerit. Enoch & Heliam, faciet proijci corpora eorum in platea ciuitatis Hierusalem, & non finet ea sepeliri. Quod fiet Deo sic permittente ad maiorem ipsius antichristi confusionem quia vt ibidem dicitur. Tertia die resurgent a mortuis immortales & impassibiles, & videntibus eos inimicis ipsorum ascendent in Cœlum. Prædicator autem tangit, quidam frater noster versificator di.

Antichristus licet sãctos occidet tamẽ tripliciter cõfundetur.

Tunc

bus. Inter alia dicens infrascripta verba, quæ exponuntur a doctoribus de antichristo di. Et tunc eleuabit rex & faciet iuxta volūtatem suā. Et magnificabit aduersus oēm Deū & aduersus Deū Deorū loquet̃ magnifica, & Deū patrū suorū nō reputabit Glo. Idest Deū, hebræorū a quibus descendet. Seq̃. Et erit in cōcupiscentijs mulierum. Vbi dicit Nico. de Lira ꝙ antichristus erit valde luxuriosus, licet simulabit se esse castum. Seq̃. Nec quenq; Deorū curabit, sed aduersus vniuersa cō surget, Deū aūt Maozim in loco suo venerabit auro & argento & lapide ꝑcioso, vt muniat Maozim, vbi Nico. de Lira ait ꝙ licet antichristus palā se faciet adorari ꝓ Deo tñ in aliquo loco priuato adorabit ipsū dæmonem suū, cuius potestate, & ꝑsidio atq; adiutorio faciet ꝓdigia. Qui dæmon appellabit̃ Maozim. Maoz n. interꝑtatur ꝑsidium, vel habitaculum fortitudinis. Et in illo loco ponet antichristus thesauros suos, ac ibi cōseruabit tanq̄ in forti præsidio. Seq̃ Angelus. Et multiplicabit gloriā, & dabit eis potestatem in multis, & terrā diuidet gratuito. s. antichristus cultoribus suis. De hac etiā pessima bestia antichristi loq̄t Io. Apost. suæ 1. canonicæ. c. 2. di. Filioli nouissima hora est, & sicut audistis antichristus veniet. Sanctus quoq; Methodi⁹ quē cōmēdat Hier. in ꝓlogo sup Danielē. De quo etiā meminit magister historiæ scolasticæ. c. 4. sup Genesim, de antichristo ita dicit in libro de primis & nouissimis tꝑibus. Veniet filius ꝑditionis, q. d. antichristus. Et putās qđ sit Deus exaltabit cornua sua nimis. Et Damas. lib. 4. sniarum suorū ait. Decet scire qm̄ oportet antichristum venire. Et Aug. 20. de ciui. Dei. c. 19. inq̄t. Nō veniet ad viuos & mortuos iudicādos Christus nisi prius venerit ad seducendos in aīa mortuos aduersarius eius antichristi, hæc ille. Dicit aūt Nic. de Lira sup Dan. 11. qđ omnes q persecuti sunt sinagogā, vel templū Dei fuerunt figura antichristi, sicut Antiochus, de quo hr̃ 1. Mach. 1. Et similiter tiranni ꝑsequentes ecclesiā, vt dicit Aug. 20. de ciui. Dei de Nerone. Et omnes hęretici vt dicit Nicol. de Lira ꝑ primā epistolā Io. c. 2. de Ebiōe & Chęrintho. Figurauerūt hāc bestiā antichristi, & fuerūt quędā sauillę & ꝑnūcij eius.

PARS SECVNDA huius sermonis de denominatione antichristi.

De nominibus antichristi.

SECVNDO in hoc sermone de ipso maledicto Christi aduersario antichristo videnda est eius denominatio. Vnde sciendū est quòd multis nominibus in sacra pagina appellat̃. Nā primo appellatur malus vt patet Iob 21. secundo impius Isa. 11. Tertio vinculum colligatum Isa. 25. vbi dicitur Præcipitabit Dñs in monte isto. s. Syon vel oliueti, faciem vinculi colligati super oēs populos, & telā quam orditus est super oēs populos, & telā quā orditus est sup omnes nationes. Quarto appellatur cornu. Apoc. 17. & Dan. 7. Quinto appellatur bestia Apoc. 13. Sexto, pseudo ꝓpheta & pseudo Christus Matth. 24. Septimo Gog & Magog Ezec. 38. & Apoc. 20. Octauo, iniquus & ministeriū iniquitatis 2. ad Thessa. 2. Nono, maledictio. Dan. 8. Decimo, rex Aquilonis Dan. 11. Vndecimo a suis discipulis & sequacibus appellabit̃ Christus, vt innuit Saluator Matth. 24. Et multis alijs nominibus appellabitur. Vnde inquit S. Vincentius ordinis ꝑdicatorū in suis sermonibus, ꝙ assumet sibi oīa noīa Redēptoris faciens se appellari Angelū, prophetā, Messiā. &c. Sed tamen nomen Iesu nolet assumere, sed illud persequet̃ quātum poterit. Et dedignabitur dici filius Dei, sed volet Deum Deorū appellari, secđm Ambr. qui allegat illud quod ait Saluator Io. 5. di. Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis. Alius veniet in nomine suo, & illum recipietis. In quibus verbis secundū ipsum Ambr. nos reddit cautos Dominus Iesus, vt nomē suū liberè confiteamur maxime tempore antichristi. Ipse n. ait. Marc. 8. & Lucæ. 12. Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor, & ego eū corā patre meo qui in Cęlis est. Quatuor tamē sunt alia principalia nomina antichristi in ipsa sacra scriptura expressa. Quorū primū est duodecimum in ordine supra posito ꝙ appellatur homo peccati quia omnibus peccatis plenus erit. Nam sicut Christus fuit & est sanctus sanctorum Dan. 9. Ita ipse erit pessimus omnium malorum

Et sicut in Christo fuit plenitudo gratiæ. Io.1. Ita in ipso erit plenitudo malitiæ. Tertiodecimo, vocatur filius perditionis. Et his duobus nominibus appellat eum Paulus.2.ad Thes.2. Quia eũ faciet diabolus generari ad perditionem hominum. Et suis malignitatibus nõ solum ipse perdetur, sed alios innumerabiles perducet ad æternam perditionem. Vita.n.sua ita erit omni vitio deturpata, & pessima, quod non poterit reperiri peior. Et sicut Christus vocatus est Saluator Lu.2. Ita iste homo peccati, & filius perditionis, deterior omni homine, caput vitiorũ, & destructio totius sanctitatis. Vnde figuratur Salamandra. Quia alij serpentes suo veneno vnum inficiunt, sed illa omnes. Nam qui de aqua putei in quo ipsa fuerit biberint, vel comederint de fructu arboris cui illa inhæserit, omnes statim inficiuntur. Cuius est tanta frigiditas vt ab igne nec corium eius immutetur, sed illa omnem ignẽ extinguit, vt dicit Paul. & Isid. Et similiter iste serpens antichristus omnem ignem spiritus sancti extinguens proportionaliter omni homini virus suę malitiæ infundet. Quartodecimo appellatur abhominatio desolationis, vnde Danieli reuelauit Angelus 9.c. sui libri dicens de tempore Antichristi. Et tunc deficiet hostia, & sacrificium, & erit in templo abhominatio desolationis. i. antichristus secũdum gloriam. Qui prohibebit sacrificium Deo. Et in templo diuino se faciet adorari pro Deo. De quo inquit apo. 2. ad Thes.2. Qui aduersatur, & extollitur super omne quod dicitur Deus, aut colitur, vt in templo Dei sedeat ostendens se tanquam ipse sit Deus. De hoc quoq; tangit predictus frater noster versificator dicens de antichristo. Destruet atq; oẽs diuini numinis aras. Offerri, vt nequeat hostia sacra Deo. Et sibi diuinos rapiet sceleratus honores. Blasphemans summi noĩa sancta Dei. Et de prædictis nos præmouit D. N. Iesus Christus Matth.24.di. Cum videritis abhominationem desolationis quæ dicta est a Daniele propheta. Tunc qui in iudea sunt.i. in terra fugiant ad mõtes.i. ad sanctos, & ad scripturas sacras ne seducantur ab antichristo per diabolicas illusiones. Et qui legit intelligat, vbi Amb. ait. Qui legit & intelligit nõ seducitur vt accipiat falsa pro veris. Ait.n. de Deo propheta ps.85. Illuminãs tu mirabiliter a mõtibus æternis. Et ideo in illo tpe dicet quilibet fidelis cum eodem propheta. Psal.120. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi? Possumus etiã hic dicere quod cum sint tres status ecclesiæ. s. cõtinentium, prælatorum, & cõiugatorum. Christus in prædicto c.24. Matth. dat oĩbus cõsilium pro tpe antichristi. Cõtinentibus n. qui sunt in iudæa.i. laudē deitatis. Nã iudæa secundum Hiero. cõfessio, vel glorificatio Dei interpretatur, dat cõsilium, vt fugiãt ad solitudinẽ mõtium iuxta illud psalmistę. Ecce elõgaui fugiẽs, & mãsi in solitudine. Ait.o. Deus Iob.29. Dedi ei in solitudine domum. Circumspicit mõtes pascuæ suæ, & virentia quęque perquirit. Tpe nãq; antichristi cõfugiẽt, sancti in Arabia deserta, petentes vt dicit Hiero. super Danielem. Vnde dicitur Dan.11.c. Hæ solæ saluabuntur de manu eius. Edom & Moab, & principium filiorum Amon. Has.n. terras antichristus, relinquet intactas secundum quosdã expositores. Vel dicendũ est secundum Nico. de Lira, quod per Edom qui interpretatur sanguineus, significantur martyres. Per Moab qui interpretatur de patre, significantur innocentes in fide parentum baptizati. Per principium autẽ filiorum Amõ qui interpretatur filius mœroris significantur pęnitentes qui persecutione antichristi nõ pibuot quo ad vitã ęternã, saluabuntur. Scdo prælatis qui sunt in tecto superioritatis, & regiminis circunspicientes actus subditorum. Vnde Petrus ecclesiæ rector ascẽdit in superiora domus Act.4. & Matth.10. ait Saluator Apo. Prædicate sup tecta, & Lu.12. iterum ait. Prædicabitur in tectis. Antiquitus n. prædicabatur sup tectis, quæ erant plana, vt dicit Nico. de Lira. Et vigilãs prælatus cum psalmista ait. Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Dat cõsilium vt nõ descendãt, sed persistãt, exemplo Abacuch dicentis 2.c. sui li. Sup custodiã meã stabo, & figã gradum sup munitionẽ, & cõtemplabo, vt videã quid dicatur mihi, & quid rñdeã ad arguentem me. Cõtra illos n. prælatos quasi lupus rapax maxime armabitur antichristus sciens quod percusso pastore dispergentur oues gregis, vt dicitur Zacha.13. & Marc.16. O igitur prælate in illa persecutione noli descendere de tecto regiminis, vt aliquid tollas de domo tua & fugias.

Cõtinẽtib⁹ Christ⁹ dat consiliũ, qd antichristi tpe facere debeant.

Prælatis qd tpe antichristi sit agẽdũ, cõsilium dat Christus.

gias. Sed sta fortis in acie, vt ꝓ ouibus ti bi recōmissis vitā ponas, sicut bonus pastor facit q aiam suā dat ꝓ ouibus suis. Mercenarius āt, & q nō est vetus pastor videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues Io. 10. Tertio cōiugatis q sunt in agro. i. in labore. s. vitæ ꝑsentis, iuxta illud psal mistæ. Labores manuum tuarum qa mā ducabis &c. Dat cōsilium vt nō deserant agrum matrimonij, nec reuertant ad dis solutionem ipsius quasi volentes tolerare tunicā cōtinentiæ. Antichristus. n. & discipuli eius dānabunt nuptias, subeuntes dissolui qd̄ Deus cōiunxit, cōtra diuinū ꝑceptum Matth. 19. & Mar. 10. Ad cōfirmationem autē ꝑdictorum de noīe antichristi ait Amb. su p Lucā. Abhominatio desolationis execrabilis antichri. est, eo qd̄ sacrilegijs infaustis mentium interio cōtaminet, sedens iuxta historiā in tēplo vt sibi diuinæ vendicet solium potestatis. Iuxta aūt interꝑrationem spūalē pul chre dr̄ stare eo ꝙ in affectibus singulorū vestigium ꝑfidiæ suæ cōfirmare desideret ex sceipturis disputās se esse Christū, hæc ille. Et Aug sup Matth. inqt. Antichristus ideo abhominatio dr̄ qa aduersus Deū veniens honorē sibi Dei vendicabit. Desolationis aūt abhominatio appellat, qa bellis, & cędibus terrā desolaturus est. Quintodecimo appellat antichristus ipse Christi aduersarius, ab anti, ꝙ est cōtra, qa in oībus erit ipsi Christo cōtrarius. Dicit aūt mag. Guliel. Varilon in 4. sent. di. 48. Nō est imaginandū illū sic vocari noīe ꝓprio, sed ex affectu hoc nomen sibi cōueniet. Aliud. n. ꝓprium nomē habebit. Si ergo vera est illa sñia. Qui nō est mecum cōtra me est. l. cęlicolarū. C. de iude. Et facit lex. q nō facit. ff. de regu. iu & l. si eū. §. pe ff. de fideicō. li. & l. si cui pure §. 1. ff. ad Trebel. & hf Lu. 11. vbi hoc dixit Saluator, & illud Eccl. 33. Cōtra bonum malū, & cōtra vitā mors, & cō tra iustum peccator. Quāto magis antichristus sceleratissimus, & oīum virtutū inimicus erit cōtrarius sanctissimo D. JN. Iesu Christo? Ea pp apud græcos ipse antichristus vocatur Anthemos, qd̄ interꝑtatur Deo cōtrarius. Itē appellatur Arnoxome, ꝙ interꝑtat, nego, qa Christū & fidē eius negabit. Appellatur etiam

Quare antichrist⁹ appellatur.

Sequitur ponēdo alia multa noīa antichristi.

Theytā, qd̄ interꝑtat sol vel gigas, qa ipse antichristus dicet se esse solē iustitiæ, & illū gigātē geminæ substātiæ diuinæ & humanæ, de quo dr̄ Psal. 18. Exultauit vt gigas ad currēdā viā, a summo cęlo egressio eius. Et occursus eius vsq; ad summū eius, nec est q se abscōdat a calore eius. De Christo igit & antichristo verificabit illud Phi. 1. de cęlo & mundo. 1. Perier & 10. Meth. s. Vnū vni cōtrariū est, licet ipse hoc ad aliud dixerit. Diabol⁹. n. ꝓ electis a Deo missis & positis ad ędificādā ecclesiā suā, posuit destructores. s. ꝓ Adā Herodē, ꝓ Noe Nerone, ꝓ fideli Abrahā cōstātinū Arrianū, ꝓ Moyse Maumeth, pro Dauid Hēricū primū Germanū, ꝓ Io. Baptista Saladinū, ꝓ Saluatore aūt mundi D. N. Iesu Christo ponet subuersorē orbis aduersariū eius antichristū, q in oīb⁹ eius cōtrius erit. Et 1. in Natiuitate, qa ipse D. Iesus natus est apud Bethleē q̄ interꝑtatur domus panis quo viuit hō, & q vt ait psalmista cor hois cōfirmat, qa Christus venit viuificare hoīes, & in diuina lege cōfirmare. Antichristus āt vt cōiter tenet nasceī in Babilone. Est āt duplex Babilon vna in qua regnauit Nabuchodonosor rex Assiriorū, & alia in Ægypto q̄ nunc appellat Baldach. Dicit aūt glo. super illud 2. ad Thesa. 2. Nisi reuelatus fuerit homo peccati. Nasceī in Babilone antichristus. Et idē asserit Hieron. sup Danielē. Licet qdā dicāt ꝙ illa Babilon magna cecidit & facta est inhabitabilis. Et sō secd̄m eos non est verisimile, ꝙ ibi debeat nasci, nisi intelligamus Babilonē mysticeꝓ put cōfusionē significat. Methodius vero vbi supra dicit, ꝙ antichristus nasceī in Corozaim & nutrieī in Bethsaida & regnabit ī Capharnaū. Et ꝑsuadeī ista opinio ꝑ illud dictū cōminatoriū Saluatoris Matth. 11. & Lu. 10. vbi ait. Veh tibi Corozaim, veh tibi Bethsaida. Et infra. Et tu Capharnaū nūquid vsq; ad Cęlū exaltaberis? Ad infernū descēdes &c. Sed sequēdo opinionē Hiero. dico ꝙ in Babilone q̄ cōfusio, vel cōfundēs seu trāsferēs interꝑtaī cōuenniēter nasceī ꝑdictus antichrist⁹, qa in toto orbe cōfusione faciet, & hoīes a cultu Dei trāslatos ad se colendū ꝑducet. Possumus quoq; ꝑ Babiloniā intelligere Romā. Vnde sup illud 1. Pet. 5. Salutat vos ecclesia q̄ in Babilone collecta, ait

Antichristus vbi nascetur, multæ opiniões.

V 2 glosa.

glosa. Romã appellat Babiloniã propter confusionẽ multiplicis idolatriæ. Et nos dicere possumus, ꝑp confusionem multiplicis malitiæ. In qua forte nascetur antichristus ex aliquo malo pontifice qui fuerit alicuius sanctę religionis ꝓfessus, sed inobseruator & prçuaricator regulę suę. Et ipse antichristus postea per operã diaboli trãsferetur ad partes vltra marinas. Vt etiã Saluator noster natus est in oriẽte, quia Bethleem est in partibus orientis Et hoc ad insinuãdum ꝙ cum ipso nascente orta est & inchoata salus nostra. Vnde Zacha 11. dr̃. Ecce vir, Oriens nomen eius, & eiusdem libri.c. 8. ait Deus. Saluator populum meum de terra orientis. Et Isa. 41. dicitur. Suscitauit ab oriẽte iustum. Ita ecõtrario scd̃m aliquos antichristus nascetur in occidente, vt ostendatꝰ ꝙ veniet ad occidendas animas ęternaliter. Et ad hoc exponi potest illud qđ ait Saluator Lu. 12. Cum videritis nubem orientẽ ab occidente, statim dicitis. Nimbus venit. Et ita fit. Et isti dicunt ꝙ ideo Christus Crucifixus est cõtra occidentem vt ostenderet, ꝙ ille venturus est de occidente contra eum Alij autem dicũt ꝙ antichristus nascetur in partibus Aquilonis, vt ostendatur quòd suis turbinibus conturbabit totum mundum, iuxta illud Hiere. 1. Ab Aquilone pãdetur omne malum super omnes habitatores terræ. Et 4. c. eiusdem libri dicit Deus. Malum ego adduco ab Aquilone Et 6. c. dicitur. Malum visum est ab Aquilone. Et 46. c. Stimulator ab Aquilone veniet, & 51. c. etiã dicitur. Ab Aquilone venient prædones. Et Ezec. 38. ei dicitur. Venies de loco tuo de lateribus Aquilonis. Et in huius figuram Nume. 2. dicitur. quòd Dan castrametatus est ab aquilone, quia vt infra dicetur antichristus nascetur de tribu Dan.

Antichristus cõtrarius erit Christo i effigie, & in corporis dispositione.

Secundo erit contrarius Christo in effigie & in corporis dispositione. Vt. n. Saluator noster fuit speciosus forma prę filijs hominum Psalm 044. Ita econtrario creditur ꝙ antichristus erit turpissimus. Et ideo appellatur abominatio, quia abominabilis erit ad videndum viris iustis. Prou. 29. Abominantur viri iusti impiũ. Malis autem occultabit diabolus illius turpitudinem. Qui enim transfigurat se in Angelum lucis, licet sit Angelus tenebrarum 2. ad Cor. 11. & ca. Episcopi. & c. nec mirum. 26. q. 5. etiam transfigurabit antichristi faciem in oculis peruersorum vt videatur pulchra quamuis sit valde deformis. Sanctis autem hominibus turpitudo eius non contegetur, Prou. 6.

Antichristus Christo erit cõtrarius in progenie.

Tertio erit contrarius Christo in progenie. Christus. n. descendit de tribu Iuda regali, & legitima, quæ diuino cultui præcipue semper fuit dedicata. Antichristus vero descendent de tribu Dan q. fuit filiꝰ cõcubinę Iacob. s. Baal, q̃ erat ancilla Rachel, vt habetur Gen. 30. Hæc aũt tribus Dan fuit a Deo reprobata, & male dicta. Vnde dicit magister in speculo naturali de proprietatibus humanę naturę & Diuus Ioannes super Apoc. ꝙ ideo tribus Dan non numeratur cum alijs tribubus, de quarum singulis dicuntur duodecim milia signati Apoc. 7 quia ex ea nascetur antichristus, qui omnino cum suis ab hoc numero signatorum est exclusus. Quod cernens Iacob Patriarcha Gene. 49. prænuncians futura dixit. Fiat Dan Coluber Tortuosus in via, cerastes in semita. Sed iudæi vt refert Nicolaus de Lira super Genesim, & magister in historia scolastica dicunt, quòd hoc prædixit de Sansone qui fuit de tribu Dan, vt dicitur Iudicum 13. Et decepit philisteos ac eos sæpe prostrauit. Et ideo subditur ibidem. Mordens vngulas equi vt cadat ascensor eius retro. Quia sicut mordens vngulam equi facit cadere equitem absque eo quod tangat eum. Sic Sanson amplexatus columnas atrij fecit cadere domum super philisteos & occidit eos absque quod tangeret illos, vt habetur Iudicum 16. Sed glosa ordinaria super dicta propheria dicit quòd intelligitur de antichristo, qua nascetur de tribu Dan, & ideo appellatur coluber quasi colens vmbras. s. peccatorum. Item appellatur cerastes qui est serpens cornutus, per quod antichristi seuitia designatur qui contra sanctos morsu pestifero & cornu potestatis armabitur. Et sicut cerastes habet quatuor cornua arietinis similia. Ita antichristus habebit quatuor regna, scilicet orientis, occidentis, septẽtrionis, & austri. Nã vt dicit Hieronymus

nymus super Danielem. Solus in toto or be regnabit Antichristus.

PRædictam quoq; prophetiam de antichristo exponit Aug in lib. de ortu antichristi dicens de illo. Concipietur plenus diabolo ex tribu Dan sicut in Genesi legitur. Fiat Dan Coluber in via. Et ita etiã exponit Greg. in 3. mora. Et ideo Iacob prophetãs post prædicta verba ait. Salutare tuũ expectabo Dñe, quasi diceret, sedm glosam. Licet iste serpẽs tortuosus antechrist⁹ multos seducet, & a populo Israel adorabitur quasi Deus, & Messias quẽ ipsi expectant. Ego tñ expectabo Deũ Saluatorem Dñm Iesum, & in ipso sperabo, sicut etiã inquit Abacuch ꝓpheta c.3. sui lib. di. Ego autẽ in Dño gaudebo & exultabo in Deo Iesu meo. Ambr. quoq; idem affirmans in li. de benedictione patriarcharum ait. Antichristus futurus est de tribu Dan, seuus iudex, & tyrannus immanis, qui populum iudicabit, & tanquam sedens in via serpens deijcere tentabit eos qui viam ambulant veritatis, hęc ille. Sicut. n. duodecim fuerũt Apostoli de quorũ numero cecidit vnus s. iudas, loco cuius successit Mathias Act. 1. Sic in numero duodecim tribuũ filiorum Israel vna tribus ruit. s. Dan quæ in antichristo persequetur Christũ, loco cuius Apoc. 7. in visione B. Ioan. supplet tribus Manasen, qui fuit filius Ioseph, vt patet Gen. 38. Sibilla etiam Tiburtina inquit. In illo tẽpore surget princeps iniquitatis de tribu Dan qui vocabitur antichristus. Hic erit filius ꝑditionis, caput superbiæ, magister errotis, & plenitudo malitiæ, q subuertet orbem, & faciet prodigia, & signa magna, ꝑflans simulationes, & eludet per artẽ magicã mulieres, hęc illa. Quam prophetiã recitat, Thelesphorus presbyter & hæremita in li. de statu vniuersalis ecclesiæ. Et ꝑdicta probãtur Hiere. 4. vbi dr. Vox annunciãtis a Dan. Et notũ faciẽtis idolũ de monte Ephraim. Quia antichristus faciet se adorari. Et 8. c. Hiere. et dicitur. A Dan auditus est fremitus equorũ eius. A voce pugnatorũ eius cõmota est omnis terra, & venerunt & deuorauerunt terrã & plenitudinem eius. Abbas quoq; Ioachim in sua prophetia dicit. Antichristus nascetur de semine Israel de tribu Dan. Et erit diabolicæ potestati traditus, ac eius obsequijs dedicatus.

QVarto erit antichristus contrarius Christo in generatione. Christus. n. generatus fuit de sanctissima Virgene, & ꝑ opationẽ spiritus sancti. Antichristus vero cõtrario modo generabit. s. interueniẽte diabolica operatione. Licet. n. tenẽtes q antichristus nascet de adulterio. s. de cõiugata dicãt, q sicut Christus voluit suũ aduentum, & natiuitatẽ ex Virgine cęlare ꝑ matrimoniũ diabolo eius aduentũ cognoscere satagenti, ita diabolus occultare volet aduentum antichristi nasciturí ex dãnato coitu, faciens eum nasci de cõiugata ex adulterio. Tamẽ alij dicunt q sicut Christus natus est ex despõsata ratione prædicta, ita contrario modo nasceẽ antichrist⁹ ex indespõsabili. s. ex aliqua religiosa solẽniter professa, & cõsequẽter inhabili ad cõtrahendum matrimonium cle. cos. de sen. excõ. Et hoc vt totaliter sit ipsi Christo cõtrarius. Vnde sciendum est sedm sñiam S. Bonau. in 2. di. 8. ar. 1. q. 2. quod tam boni q̃ mali Angeli Deo permittente possunt sibi formare corpora quibus vtuntur, sicut instrumentis, & organis ad operandum. Sed vt ait idem doctor in ead. dist. ar. 2. q. 1. Talia corpora sumpta ab Angelis non habent vitam complexionem corporum, sed solum effigiem, & dicit idem doctor in ead. dist. & art. q. 2. quòd talia corpora formantur de materia elementali nõ simplici nec plene mixta, sed medio modo, vtpote ex aere vaporali. Si autem quæratur an Dæmones in tali corpore assumpto possint generare? Respondet idem doctor in eadem dist. ar. 3. q. 1. quòd non. Accipiendo generationem proprie, quia in tali corpore non habent operationes proprias animæ vegetatiuæ. Habent tamen aliquo modo operationes his cõformes. Et ideo possunt esse medij operatores generationis ex transfusione seminis alieni. Accipiunt. n. qñq; formã mulieris, & viro se prostituunt. Et ꝓpter hoc appellanẽ succubi. Sut cipiẽteq; semẽ viri le, arte & potestate sua illud cõseruãt incorruptũ, ac postmodũ assumũt formã viri, & cũ muliere se cõmiscẽtes, ex trãsfusione ꝑdicti seminis generare hoĩes ꝑñt

Antichristus Christo in generatione cõtrarius erit.

Dæmones in corpore assumpto non possunt generare.

Eraclius Imperator Romanorũ habita victoria de Persis intantũ superbiuit & insolens factus est, ꝙ illos populos qui nũc sunt sub lege maumethica, vehementer affligebat, & tirannizabat. Quapropter desiderantibus illis rebellare, & se a seruitute illa grauissima liberare. Ipse maumeth dolosus, & fraudulentus se fecit eorũ ducem. Et sic illi videntes eius animositatẽ & similiter opera miranda, quæ arte magica faciebat, ipsi se submiserunt & eius legem receperunt, ne iterũ sub prædicti Imperatoris potestate redigerẽtur. Subiugata aũt Christianitate, vel maiori parte eius ipse antichristus brachio Christianorũ debellabit infideles. Quibus debellatis dicet se esse Messiã in lege promissum ad mundũ renouandũ. Et sic iudæos sibi applicabit maiori fidelitate. Licet. n. ipse erit de tribu Dan, tamen dicet se esse de tribu iuda, quæ est regalis, cui promissus fuerat Messias. Et in hoc etiã imitabitur diabolicũ maumeth, qui cum esset de stirpe agar ancillæ Abraham denominauit se & gentem suam a nomine Saræ vxoris ipsius Abrahã. Vnde appellantur saraceni qui deberẽt vocari Agareni. Vidẽtes aũt Christiani deuoti ipsum cõsurgere cõtra fidẽ Christi, volentes ei rebellare cui prius se subderant spõte nescientes illũ esse antichristũ. Sed ipse brachio impiorũ hebræorum & aliorũ peruersorũ hominũ contra eos consurgens debellabit & occidet eos. Et hoc modo antichristus bis veniet contra Christianitatẽ. I. a. pacificè quo ad multos qui ei sine aliqua cõtradictione, imo voluntarie se subdẽt, & 2. violenter. Et hæc probari videntur per ea quæ habentur Dan. 11. vbi dici videtur ꝙ antechristus bis veniet & in secunda vice consurget contra sanctuariũ Dei, & ꝙ Romani contra eũ mouebuntur in prælium, sed tandẽ ab eo cõterẽtur. Quod autem de damnato coitu nasci debeat antichristus, ostenditur per illud quod dixerunt iudęi. Io. 7. Christus idest Messias a nobis acceptandus cũ venerit nescimus vnde sit. Et bene. Nã secũdum iura spurius non dr̃ habere patrẽ, vt notat. Host. in sum. in ti. de consan & affi. & facit tex. in l. hac par. & in l. si spurius. ff. vnde cogna. & in §. vulgo q̃sitos, vbi text. ad literã. insti. de suc. cogna. Et facit etiam lex. quia semper. ff. de in ius vbi dicitur, ꝙ pater est ille quẽ nuptiæ demõstrãt. & in l. vulgo cõcepti. ff. de sta. ho. vbi dicitur. Vulgo cõcepti dñr qui patrem demonstrare non possunt vnde dicit glo. in §. si aduersus. iusti. de nup. Cui pater est populus pater est sibi nullus & omnis. Cui pater est populus non habet ille patrẽ. Et ibi in textu dr̃, ꝙ vulgo concepti patrem non habere intelliguntur, quia est incertus. Prædicta etiã probantur per textum in c. dicat aliquis 32. q. 4. vbi dicitur, quòd natus alicui ex damnato coitu nec hæres, nec filius est, quia nõ est successor hæreditatis eius nec sanguinis. Dr̃ autem spurius ille qui natus est de damnato coitu sicut de sacrilegio, vel incestu, aut de adulterio vt patet per legẽ. vulgo concepti. ff. de sta. ho. & per c. nisi cum pridem. §. personæ. de renun. & c. trãsmissæ. qui fi. sint le. Quinto antichrist⁹ erit contrarius Christo in appetitione. Nam Dominus Iesus non appetijt regna tẽporalia, sed ea contempsit, vt patet Io. 6. vbi dicitur quòd fugijt quando iudæi voluerunt eum facere regem. Et Io. 18. dixit Pilato. Regnũ meum nõ est de hoc mundo. Similiter etiam fidelibus suis trãsitoria non esse appetenda ostendit Math. 19. Sed antichristus regnum temporale ambiet, & bona temporalia suis sequacibus dabit Dan 11.

In appetitione & antichristus erit Christo contrarius.

SEd circa prædicta quidam dubitant nũquid antichristus erit diabolus incarnatus sicut Christus fuit & est Deus. Et quibusdam videtur quod sic, & suam opinionem roborant dicto S. Grego. in 6. lib. mora. vbi ait. Caput iniquorum diabolus est, quia in vltimis diebus illud vas perditionis antichristus vocabitur. Sed tenenda est sententia Hiero. super Dan. 7. c. qui inquit quod antichristus nõ erit diabolus incarnatus, sed homo diabolicus, quia in eo corporaliter habitabit diabolus. f. non per assumptionem, & vnionẽ in supposito, sed per totalẽ illius hominis possessionem. Et ad hunc intellectum trahenda sunt verba Grego. Ioan. quoq; Damascenus vbi supra dicit. Præsciens Deus iniquitatem futuræ volũtatis eius, concedet in illo habitare sathanam, iuxta illud Iob. 37. Ingredietur bestia latibulum

An antichrist⁹ erit diabolus incarnatus.

bolum suum, & in antro suo morabitur, Super quo idem Greg. ait 27. mora. c. 24. Antiquus hostis velut bestia latibulum suum ingreditur cum in fine mundi dã natum illum hominem qui antichristus vocatur, inuadet. Vas quippe illud diaboli antrum ac latibulum bestiæ est, hæc ille. Ex quibus patet qd̃ antichristus erit spelunca diaboli ratione simulationis. Qui etiam erit diaboli cauda ratione vltimæ persecutionis. Cauda.n. vltimũ est animalis, de diabolo autem dicitur Iob 40. Stringit caudam suam quasi cedrum dicitur quoq; Isa. 9 Propheta docẽs mẽdacium ipse est cauda.s. diaboli. Itẽ Iob. 41. vbi Greg. 33. mora c. 34. ait. Quia sternutatio maxime caput concutit, diaboli sternutatio vocatur illa eius extrema cõmotio, qua damnatum hominem ingreditur, & per eum reprobis principatur, quia tanta tunc se commouebit virtute, vt membra etiã si fieri potest electa perturbet. Item erit alitus diabolo ratione pestiferæ inspirationis. Iob. 41. Alitus eius prunas ardere facit. Item erit collũ diaboli ratione inflexibilis obstinationis Iob. 41. In collo eius morabitur fortitudo & eiusdem li. 15. c. Tetendit aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est, cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Item ipse antichristus erit diaboli gladius ratione iræ, & peruersæ suggestionis. Iob 41. Cum apprehenderit gladiũ subsistere nõ poterit, neq; hasta, neq; torax. Per hastam autem secũdum Greg. prædicationis iaculum, per toracem vero fortitudinem patientiæ intelligimus. Neutrum nanq; istorum poterit subsistere ante hũc gladium, quia vt dicit Greg. Diabolus veniens in antichristum tantæ virtutis apparebit, vt si supernum desit adiutorium, & prædicantium lumen obtundat, & longanimitatem patientium destruat. Item ipse antichristus erit nox diaboli de qua dici potest illud Iob 3. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, & obrenebrentur stellæ caligine eius. Vnde Ambr. super illud. Luc. 17. In nocte illa duo erunt in lecto. &c. ait. Bene noctem dixit, quia antichristus hora tenebrarum est, eo, quod peccatoribus hominum tenebras erroris infundat. Et in sermone de aduentu Domini ad iudicium, idem Ambro inquit. Frequenter audiuimus sacris literis prædicatum, priusquã Dominus Iesus veniat antichristum regnaturum, qui ita tenebras humano generi suæ prauitatis effundet, vt lucem veritatis nemo respiciat & caligine propria operiẽs mentes hominum cęcitatem quandam spiritualibus oculis exhibebit. Nec mirũ si diabolus inferat iniquitatis tenebras, cum nox ipse sit omnium peccatorum, hæc ille. Qui etiam super secundam epistolam Pauli ad Thes. 2. c. ait, quod sicut filius Dei diuinitatem suam demonstrauit signis, & miraculis in humanitate quam assumpsit, ita diabolus ipsum antichristum inuadet, & inhabitat, vt per eũ signa mendacij faciat ac se Deum ostendat. Pro conclusione autem istius partis dico quod iste perditus antichristus ex consortio diaboli multa scire, & facere poterit. Dæmones.n. licet facere non possint vera miracula, tamen possunt facere miranda, & prodigiosa excedentia facultatem humanam, & sensus hominum deludentia, quæ ipsis hominibus apparent miracula vt ait Ale. de ales. in 2. par. sum. in tract. de miraculis Et S. Bona. in 2. dis. 8 par 2. ar. 1. q. 3. & B. Th. 2. 2. q. 179 ar. 2. Et in 1. par. sum. q. 114. Et S. Aug. in li. 83. quæstionum. Et hoc modo videbitur facere miracula antichristus. De quo Paul. 2. ad Thes. 2. ait, quod faciet multa per operationem sathanæ in omni virtute & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt. Et Greg. 29. mora dicit. Sicut cedrus arbusta cętera in altum crescendo deserit, ita antichristus mundi gloriam temporaliter obtinens, mensuras hominum, & homines culmine, & potestate transcendet. Spiritus quippe in illo est qui in sublimibus positus potentiam naturæ suæ non perdidit, vel deiectus. Cuius iccirco virtus nunc minime ostenditur, quia dispensatione diuinæ fortitudinis ligatur, hæc ille.

PARS

PARS TERTIA huius sermonis de signis quibus cognosci potest Antechristum in proximo venturum.

TRibus modis inter alios cognoscere possumus Antechristi aduentũ in proximo affuturum scilicet scripturarum admonitione, omnium scelerum perpetratione, & sanctorum prædicatione. Quo ad primum sciendum est ꝙ sex sunt ætates hominis, qui est microchosmus, id est minor mundus secundum Philosophum. 8. Phisi. Videlicet infantia quæ durat vsq; ad septimum annum. l. si infanti. C. de iure deli. Pueritia quæ durat vsq; ad duodecimum annum in fæminis, & vsq; ad quartumdecimum in masculis. l. qua ætate. ff. de testa. iuncto. §. præterea. insti. quibus non est per. fa. te. Adolescentia quæ durat vsq; ad annum vigesimumquintum, iuuentus quæ durat vsq; ad quinquaginta annos. Senectus quæ durat vsq; ad septuaginta annos. Et ætas decrepita quæ est aliarum ætatum terminus. l. vt inter diuinum. C. de sacrosan. eccle. Et pariformiter ętates mundi sunt sex. Quarum prima durauit ab Adam vsq; ad Noe, secunda vsq; ad Abraham, tertia vsq; ad Moysen, quarta vsq; ad Dauid, vel secundum aliquos vsq; ad transmigrationē Babylonis, quinta vsq; ad Aduentum Christi, sexta & vltima quæ est nunc, durabit vsq; ad finem seculi, de quo etiam loquitur Ioan. And. in prohemio sexti, super verbo. perfectus. Quod autem hæc sit vltima ætas mundi, dimissis paganorum sententijs, qui etiam hoc dixerunt, inter quos fuit Virgiliꝰ qui in bucolicis ait. Vltima Cumei venit iam carminis ætas &c Ostendo per sacras scripturas Christum incarnatum fuisse in vltima ac nouissima ætate mundi. Nam inquit Apostolus ad Titum primo. Verbum absconditum, id est verbum diuinum reuelatum est, scilicet per incarnationem istis nouissimis temporibus. Et primæ Petri. primo dicitur. Redempti precioso sanguine Iesu Christi præcogniti quidem ante mundi constitutionem. Manifestati autem nouissimis tēporibus. Et primæ ad Cor. 10. ait Paulus. Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Et 1. Ioan. 2. ait Apostolus. Filioli nouissima hora est. Et Apoc. 1. dicit idē Apostolꝰ, ꝙ oportet fieri cito ea, q̄ scripta sunt in illo volumine. Inter q̄ est visio de Aduentu Antechri, & de fine mūdi. Et Apoc. vlt. loquēs Chr̄s de Aduētu suo ad iudiciū ait. Ecce venio cito, & merces mea mecū est dare vnicuiq; secundum opera sua. Et de hoc prædictum fuit Deute. 32. vbi dicitur de die iudicij. Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tēpora. Iudicabit dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur. Sancta quoq; mater ecclesia idem affirmans decantat in officio Ascensionis Domini di. Iesu nostra redemptio, amor & desiderium, Deus creator omnium, homo in fine temporum. Cum ergo de hac ætate nouissima iam præterierint. 1495. patet persecutionem Antechristi, & finē mundi in proximo adesse. Sicut enim synagoga habuit septem sigilla. Ita etiam præsens ecclesia totidem habebit. Primū autem sigillum fuit apertū quando Deus misit filium suum in mundum, secundū quando Christus misit Apostolos, tertiū quando misit martyres, quartum quādo misit doctores, quintum quando misit monachos. s. Basiliū, Benedictū, & alios, sextum quando misit Franciscum, & Dominicum vt innouarent mundum per pœnitentiam, prædicantes & dicentes populis illud Lucæ. 13. Nisi pęnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Septimum vero sigillum aperietur tempore Antechristi, & iudicij ac finis mundi. Cum igitur iam quinque sigilla in totum transierint. De sexto autem iam ducenti, & nonaginta sex anni prætererunt, sequitur proximum esse tempus septimi & vltimi sigilli, scilicet aduentus Antechristi. Beatus enim Bernardinus noster de Senis putatur fuisse vltimus sanctus sexti sigilli, quem Deus misit ad annunciandum finem mundi, & vltimum peremptorium vna cum discipulis suis. Vnde in libro qui dicitur de mundi fabrica in quo depicta sunt mirabilia a principio ipsius mundi vsque nunc facta, & quæ ventura sunt vsque in finem secundum prophetias sanctorum. Vltimus sanctus depictus est ipse san-

Sex sūt ætates hominis

De sex mūdi ætatibꝰ.

Istā esse vltimā mundi ætatem ostendit.

Sinagoga septē habuit sigilla, ita præsens ecclesia totidē habebit.

sanctus Bernardinus. Et post istum summum Pontificem Alexandrum sextum relicta sunt tantummodo tria folia vacua depingenda. Et postea depicta est persecutio Antechristi, sicut in breuissimo tempore futura. Ego tamen hoc & alia quæ inferius describam, quæ de sacra scriptura non habent testimonium, non affirmo tanquam vera. Sed solum prout inueni, censui esse describenda, & fideliter recitanda, & idem dico de pręcedentibus similibus. Vidi quoq; librum quędam iam multis annis ab vno excellentissimo Astrologo factum, in quo tractat de malignitatibus quæ acciderunt ex coniunctione Saturni, & Iouis ad scorpionem. Nam accidente tali coniunctione, post paucos annos venit diluuium. Similiter post ipsam coniunctioné venit maumeth, qui fidem Christi pro magna parte deleuit, & christianis plurima mala intulit. Post ipsam etiam coniunctionem dicit debere venire Antechristum. Quá quidem coniunctionem asserit incepisse in 1464. die 9. Aprilis, ita quòd de illa iam transierunt. 31. anni. Dicit tamen ipsam coniunctiouem durare per aliquos annos. Vnde nõ potest sciri an Antechristus debeat nasci in principio ipsius coniunctionis, an in medio, an vero circa finem. Vnde ex prædictis si vera præsupponantur, apparet Antechristum in breui debere apparere. Legit quoq; in quadam prophetia quam dicitur reuelasse sanctus Franciscus suis socijs, quam frater Leo vnus ex prædictis socijs beati Frãcisci scripsisse fertur de verbo ad verbum prout dicebat ipse sanctus Franciscus a spiritu sancto edoctus. In qua inter alia dixit quòd hinc ad annum. 1498. completum. Quidam rex potens faciet creari vnum PseudoPapam, & ministrũ Antechristi, qui peruersus Pontifex faciet vnam prauam & dolosam expositionem super regulam ipsius beati Francisci, & acriter persequetur omnes qui suæ electioni non consentient, & ei non adherebunt. Maxime fratres minores eius declarationem & obedientiam non seruantes. Et erit tanta persecutio & scisma in christianitate quod maior pars christianitatis recedet ab obedientia veri Vicarij Christi. Sed tandem Deo auxiliante ecclesia Dei reformabitur per vnum sanctum Papam de ordine minorum simul cum Imperatore christianissimo, qui tunc erit eidem summo Pontifici adhærens. Et postea veniet Antechristus.

Persuadetur Antichristũ breuiter venturum.

EST tamen sciendum secundũ quosdam doctores quòd antequá veniat Antechristus recuperanda est terra sancta a christianis. Et hoc ait Abbas Ioachim super Hieremiam, allegans sibillam eritheam. Vbi etiam dicit quòd destruét Turchos, & vsq; ad Hismaelitas penetrabunt absq; resistentia, & causam huius assignat di. Futurum est vt orientales exercitus inter se dissideant, & sub Romanæ reipublicæ principe veniant, scilicet propter mutuam discordiam. Sãctus quoq; Norseus Patriarcha Antiochenus de quo aiunt armeni quòd prophetauit ferè circa initia Maumeth, dicit clarissime, quòd capta Constantinopoli, & Græcia a Turchis Postea adiutorio & consilio aliquorum ex ipsis Turchis, siue alijs infidelibus, non solum ipsa Constantinopolis & tota Græcia recuperabitur a christianis, sed etiã tota Asia, & Siria, & multæ aliæ prouinciæ infidelium. Christiani enim terra marique collecto exercitu prædictas terras inuadent. Quæ omnia in breui tempore videntur debere accidere, cum inter ipsos infideles sint discordiæ & bella magna. Item quia multi Christiani reges & principes sunt ad recuperandam terrã sanctam & alias christianorum terras animati. Secundo apparet tempus Antechristi, & finis mundi proximum esse omnium scelerum perpetratione, & mundi ipsius conturbatione. De quo signo quia satis dixi in prima parte principali huius operis sermone. 10. parte prima, ostendens illud esse completum. Ad præsens solum dico verificatum esse quod prædixit dñs. Matth. 24. Vbi ait quòd tunc abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum. Iam enim incepit ille diabolicus aquilo insufflare. Vnde videmus adimpletam esse hodiernis temporibus illam Bernardi sententiam, qui in disciplina scolastica dicit. Recessit lex a sacerdotibus, disciplina a scolaribus, iustitia a principibus, defensio a militibus, consilium a senibus, timor

Antequam veniat Antechristus recuperanda est terra sãcta a christianis.

timor a iuuenibus, patientia a pauperibus, pietas a diuitibus, bonitas a ciuibus, veritas a mercatoribus, religio a clericis deuotio a religiosis humilitas a nobilibus, fides a populo, charitas a mundo, amor a parentibus, obedientia a filijs, custodia a prælatis, reuerentia a subditis, æquitas a iudicibus, legalitas a consulibus, concordia a fratribus, familiaritas a sororibus, fidelitas ab operarijs, mansuetudo a potentibus, scientia a doctoribus, modestia a coniugatis, pudicitia a viduis, integritas a virginibus, fiducia a cunctis, nuncq; Christus alienus habeẽ ab omnibus, hæc ille. Sciendum est autẽ quòd sicut saluator noster venit tempore pacis, & concordiæ, vt patet Lucæ. 2. ita econtrario ipse Antechristus veniet tempore scismatis & discordiæ. Vnde dicit Paulus. 2. ad Thessa. 2. quòd ante Aduentum Antechristi fiet discessio in ecclesia Dei. Vbi dicit glosa quòd multi nõ obedient præceptis apostolicis etiam de personis ecclesiasticis. Sed potius summo Pontifici rebellabunt, atq; illum & Romanam ecclesiam vexabunt, atq; molestabunt. Et hoc videmus impletum in Græcia, Persia, Arabia, Caldea, & quasi in omnibus partibus orientis. Vnde de ipsa ecclesia potest dici illud Tren. 1. Domina gentium sancta est sub tributo. Itẽ primæ ad Thi. 4. iterum inquit. Paulus Apostolus. In nouissimis diebus discedẽt quidam a fide attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam conscientiam habentium. Et dicit glosa super Apocalypsim. Et Albertus magnus in compendio theologiæ lib. 7. c. 7. quòd fiet discessio ab vtroq; imperio Romano, scilicet spirituali & temporali, & idẽ tenet Aug. 20. de ciui. Dei. & Ambro. super Lucam. Quæ quidem in præsenti quasi completam conspicimus. Cum videamus in christianitate multas dominationes, principesq; ac reges, & communitates, ac particulares p̃sonas non obedire sedi Apostolicæ nisi in his, quæ eis placent. Quinimo excommunicationes, & interdicta, ac alias censuras ecclesiasticas paruipendunt. Imo opotet quòd Papa obediat eis ad nutum, & volunt in dominationibus suis esse velut Papæ, & ecclesiastica quibus volunt distribuere beneficia. Multi quoq; hæretici contra ecclesiam catholicam insurgunt, falsa dogmata disseminantes. Quorum vnus in partibus vltramontanis habens multos discipulos, nunc publice disputat contra statum ecclesię Romanæ, cuius errorem multi sequuntur. Vt autem suam perfidam doctrinam plures suscipiant, incedit vestitus more apostolico. Ita quòd verificata est illa sententia quam prædixit dominus de tempore Antechristi. Matth. 24. Tunc surgent multi Pseudo prophetæ & seducent multos. Pertranseo hic de hæreticis qui nunc sũt in partibus pedemontanis sub ducatu Subaudiensi, qui quasi innumeras hæreses pertinaciter tenent cõtra Romanam ecclesiam, & appellantur Valdenses, & sunt circa quadraginta millia hominum. Quid dicam de scolis quæ sunt in multis ciuitatibus Italiæ in quibus docetur quòd mortuo corpore etiam moritur anima, & quòd non est alia vita præter istam, ita quòd concludunt non esse paradisum, nec infernum. Leges etiam imperiales a paucis seruantur. Et ideo in breui expectatur debere verificari illud quod ait Ambro. in homilia quadam. s. Venit Antechristus regno deficiente Romano, qui interficiet sanctos reddita Romanis libertate, sub suo tamen nomine. Præterea inuenitur scriptura quædam quæ dicitur prophetia Abbas Ioachim qui fuit iam elapsis annis quadringentis & plus, quam ego vidi. In qua inter alia dicitur quòd quidam potentissimus rex Christianitatis qui erit prope tempus Antechristi, insurget contra ecclesiã Romanam, & illi ingeret multas tribulatio tiones, & illius tempore erit scisma in ecclesia Dei in creatione Papæ, quia plures creabuntur. Inter quos erit vnus qui eligetur per operam prædicti regis, sed non erit verus Papa. Persequetur tamen verum Papam & illi obedientes. Et plures obedient ipsi Antipapæ quàm vero summo Pontefici. Sed tandem male finiet ipse falsus Papa, & verus Papa remanebit Pontifex. Ecclesia quoq; Romana Deo fauente liberabitur de manibus ipsius regis, per brachium & potentia m alterius christianissimi, qui veniet in adiuto

Sequitur p̃ prophetias ostendendo in proximo Antechristũ esse venturum.

torium ipsius ecclesiæ Romanæ. Nam licet ab exercitu prædicti regis capietur ipse bonus rex, & incarcerabitur ab ipso rege malo, aut ita obsidebitur in aliquo loco quòd tanquam incarceratus erit. Tamen adiutorio beatæ Virginis Mariæ liberatus, tandem post multa pericula, & labores victoriam reportabit. Quem regem Papa Angelicus, idest bonus & sanctus qui tunc erit coronabit imperiali corona. Et ambo simul reformabunt ecclesiam Christi in statu euangelicæ paupertatis, erigentes duodecim columnas, idest duodecim Cardinales paupertatis zelatores & perfectissimos homines qui euangelicam vitam seruabunt & alijs prędicabunt. Et tempore huius regis & imperatoris venier Antechristus, hæc prophetia. De prædicto autem malo rege & de Antipapa, ac de vero Papa prædixit Sibilla Samia dicens sic. Exiet in insidijs sponsæ agni, idest ecclesiæ secundum glosam, depauperans cultum eius scilicet ille rex malus. Et erunt sponsæ agni tres adulteri simul, idest secundū glosam tres Antipapæ vnusq; legitimus, idest verus Papa Canonice electus. In cantu debili, scilicet dum adulteris resistere non poterit. Vnusq; adulter reliquos deuorabit, idest persequet & superabit, vel quia alij adulteri secum concordabunt, & ei cedent. Cui erunt tria nomina blasphemię scilicet hæresis, ambitionis, & symoniæ, & cantus eius abhominatio ascendens in conspectu altissimi, & finis eius interitus quia, scilicet male finet, & æternaliter dānabitur. Deinde cantabit gallus optimus idest Papa Angelicus Apostolicam sedē gubernabit. Fietq; restauratio, idest ecclesiæ renouatio, hęc sibilla. Cuius verba ad litteram ponit Thelesphorus præsbyter & hæremita in libro de statu vniuersalis ecclesiæ, & ipsam sibillam allegat. Iste. n. hæremita vt ipse refert in principio dicti libri, cum sæpius Deum rogasset vt sibi reuelare dignaretur, quę futura sunt in nouissimis temporibus. Tandem post multas lachrymas, orationes, & ieiunia, apparuit ei Angelus, qui dixit sibi orationes suas esse a Deo exauditas, & quòd ea quæ ipse quærebat, Deus prius reuelauerat seruis suis prophetis. s. Cirillo præsbytero & Hæremitæ montis Carmeli, & Abbati Ioachim, & multis alijs, præcepitq; illi Angelus ex parte Dei, q̄ prædictorum scripta perquireret, & postea alijs reuelaret. Qua propter discedente Angelo ipse Thelesphorus cum socio suo Eusebio Vercellensi, in ciuitate Thebarum & Cusentia vnde oriundus erat præfatus Abbas Ioachim, & in alijs vicinis locis diligenter requisiuit opera ipsius Ioachim & aliorum. Et Deo operante inuenit librum Cirilli qui incipit. Domui totius diuinæ, cuius libri verba Angelus domini in duabus tabulis argenteis, continentia futura vsq; ad finé mundi ipsi Cirillo dedit. Item dicit se reperisse omnes libros dicti Abbatis Ioachim, Maxime libros missos Henrico Imperatori sexto, & librum qui intitulatur de flore, de summis pōtificibus ab Innocentio quarto, vsq; ad Antechristum. Qui incipit. Tempore colubri Leenæ filij. Item alium librum de summis pontificibus a Nicolao tertio, vsq; ad angelicum pastorem. Qui incipit. Omnipotens opifex. Item dicit se reperisse librum reuelationum merlini de summis pontificibus, q̄ incipit Glorioso patri. Item libellum reuelationum rabani de summis pontificibus, qui incipit. Genus nequam: Itē quandā reuelationem de scismate futuro circa finem mundi factam beato Francisco, quæ incipit. Socij sancti Francisci. Item alias prophetias, & visiones aliorum sanctorum, quarum vna incipit. In Vigilia Ascensionis, & alia incipit. Sciiore quoniam. Item prophetias Ambrosij & Merlini, ac sibillæ Eritheæ, & Tiburtinæ, ac Elespontinæ de præsagijs futurorum. Itē extractiones prophetiarum continentes ea q̄ ventura sunt ab anno domini. 1200. vsq; ad finem Antechristi. Ex quibus omnibus dicit se fideliter extraxisse omnia quæ posuit in ipso libro, & nihil de suo adiunxisse. Inter alia autem ibi dicit q̄ sicut habetur in sexto & septimo. c. libri Cirilli. Ille qui erit verus pontifex tempore scismatis appellatur a spiritu sancto Roboam. Pseudo autem Pontifex appellatur Ieroboam. Dicens quòd verus Pontifex in ortu siue inceptione scismatis habebit de duodecim partibus christianorum solum duas partes, & Pseudo Pontifex decem partes, sicut Roboam, & Iero-

Prophetia Ioachim a Cirillo descripta.

Ieroboam habuerunt in scismate populi Israel post mortem Salomonis, vt habetur tertij Regum. 12. Sed tamen omnes omnes veri cubicularij, idest Cardinales & custodes Romanæ ecclesiæ sequentur Roboam. Mali vero Ieroboam, hæc prædictus Thelesphorus in dicto libro de statu vniuersali ecclesiæ quem composuit in 1386. in quo etiam libro dicit quòd quidam rex Franciæ nomine Carolus veniet Romam, & accipiet a Vicario Christi vero summo Pontifice coronam non auream, sed spineam, qua volet coronari ob reuerentiam Christi coronati spinea corona. Et illum regem fecit depingi prædictus Thelesphorus in libro prædicto quem in ciuitate Mediolani ego vidi in charta scriptum antiquitus, ita vt appareat iam ab annis centum fuisse scriptum, nam litteræ eiusdem libri sunt in multis locis ex vetustate caducæ, & alium librum eiusdem tenoris & picturarum vidit vnus frater noster in ciuitate Nouariæ, qui hoc mihi retulit, & alium similem vidit Reuerendissimus dominus Petrus Barrocius Episcopus Paduanus vt ipse mihi dixit. Est autem prædictus Rex Carolus in ipso libro depictus in forma iuuenis parui habentis modicam barbam bifurcatam, cum vestibus liliorum insignibus redimitis. Et ibi dicit idem Thelesphorus hæremita, quòd iste Carolus recuperabit terram sanctam, & deponet coronam sui regni & imperij super sepulchro domini. Et de ipso rege exponit illud Apocalip. sexto. Ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. Et subdit quòd regnante isto Carolo veniet vltimus Antechristus. Item ibidem dicit quòd secundum multos theologos asserentes se a Dei spiritu loqui, in anno a natiuitate Domini. 1495 Alamani, Franci, & Hispani, & Itali erunt in bellis, & nominat ibi particulariter prædictum Carolum regem Franciæ. Et dicit quòd non tantum fideles, sed etiam, infideles commouebuntur in bellis. In eodem quoq; libro dicit secundum prophetiam Abbatis Ioachim in libro concordiæ, & in lib. de vltimis tribulationibus q̃ istæ tribulationes ecclesiæ quæ erunt ante tẽpus Antechristi erunt similes illi tribulationi, q̃ fuit tempore Machabeorum. In quorum tribulatione summum sacerdotium fuit occupatũ a Iasone, Menelao, Lysimacho & Alchimo. Quibus tribulationibus finitis Christus princeps pacis natus est & Octauianus a populo Romano recepit mundi monarchiam. Et similiter ante aduentum Antechristi Romanam sedem tenebunt iniqui summi Pontifices non per instinctum spiritus sancti electi, & post istas tribulationes consurget nouus summus Põtifex Angelicus appellatus, quia ab Angelis custodietur, & nouus imperator in temporalibus in mundo qui simul sedabunt omnes tribulationes vsq; ad aduentũ vltimi Antechristi, qui accipiet monarchiam totius mundi. Et sicut summum sacerdotium vacauit per mortem Oniæ tempore Machabeorũ, & tunc fuerunt multi antisummi sacerdotes. Sic infra hanc tribulationem vt habetur in quinto, & sexto cap. libri Cirilli præsbyteri & hæremitæ montis Carmeli, vacabit sedes Apostolica circa annum cum dimidio. Quo tempore clerus in tantũ erit tribulatus, & afflictus, q̃ tonsuram abscondet, & se clericum negabit, & similiter faciet quasi omnis ecclesiastica persona. Quãdo ergo videbimus venire prędictas persecutiones ecclesiæ, & bella, ac scismata, quæ in proximo ventura creduntur. Expectare poterimus in breui aduentum Antechristi. Post longam enim aeris serenitatem cito expectatur magna pluuia, & post longeuam sanitatem grauis infirmitas, & post magnam abundantiam, & fertilitatem grandis penuria, & sterilitas, & similiter post pacem ecclesię quæ durauit multis temporibus, cito aderit tribulatio vltima tamdiu expectata.

Tunc autem citissime aderit Antechristus, quando super crucifixi solum sedebit draco, & serpens antiquus humani generis inimicus. In fine quoque mundi verificabitur prophetia eiusdem Abbatis Ioachim, quã recitat magister Bartholome⁹ Pisanus in cõformitatib⁹ B. Frãcisci, fructu primo, & cõformitate prima, parte secunda dicens de ordine nostro *Sequitur ponendo prophetias alias de aduentu Antechristi.*

quem

quem appellat columbinum propter habitum,& etiam propter eius puritatem. Ordo columbinus vsq; ad nouissima tépora duraturus viriliter se opponet contra Angelum mortis, idest Antechristum secundum glosam,& contra eum prædicando maxima multitudo de filijs ipsius ordinis martyrio ad dominum transibit, hæc ille. Qui etiam ait. Hirundo turpissima, & venenosissima clericorum iniquitas opponet se contra ordinem columbinum,& ipsum calcare,& calcitrare tentabit, nec poterit. Dominus enim visitat ipsum ordinem, & conseruat, ac gubernat in necessitatibus & laboribus suis. Mansio ipsius ordinis,& habitatio solida est in Angelo sanctitatis & æternæ stabilitatis. Item ordo coruinus opponet se contra ordinem columbinum per inuidiam manifestam, & clamabit contra eundem ordinem in impetu, & furore. Raucæ factæ sunt fauces eius, more vtiq; coruino. Hi sunt de quibus dictum est in euangelio. Cauete vobis a falsis prophetis. Ordo vero coruinus tépore Pseudo prophetæ, idest Antechristi anihilabitur, quia tempore persecutionis elongabitur a nauicula Petri durissimè fluctuante. Tunc enim ipse ordo, coruinus erit ei contumax & rebellis, hæc ille. Ipse enim ordo vt quidam opinantur tenebit cum Antipapa. Quo regnante & verum Papam persequente, ordinem columbinum vero Papæ obedientem persequetur, tanquam scismaticum hæreticumq; atq; excommunicatum. Ipse enim Antipapa habens potentiam brachij secularis,& multas diuitias, trahet ad se multos homines doctos & scientificos tam seculares quàm religiosos, partim muneribus, & partim dignitatibus eis collatis, & omnes discolos ex omnibus religionibus quos permittet viuere in spiritu libertatis. Facietque magnas persecutiones contra ordinem columbinum, & affligendo omnibus modis quibus poterit obseruatores regulæ ipsius,& nó solum eijciet eos de locis suis, sed etiam illos occidi mandabitq; potestatem sequacibus suis eos interficiendi. Vnde noster beatus Franciscus de Becharia prouinciæ sancti Fräcisci, qui sæpius loquebatur cum domino nostro Iesu Christo,& per multos annos quotidie locutus est cum beata Virgo Maria sibi apparente & multa prophetando prædixit quæ omnia euenerunt temporibus suis. Inter alia dixit suo confessori fratri Ioseph,qui nunc est valde antiquus, & sút plus quàm triginta anni quòd hoc dixit, scilicet quòd in refectorio sanctæ Mariæ de Angelis apud Assisium decapitabuntur duodecim fratres minores, & transibunt ad dominum cum palma martyrij. Et ipse frater Ioseph erit vnus illorum. Vnde cum nunc sit decrepitus sicut ego hoc anno ipsum vidi, oportet prædicta in breui accidere, & creditur fuisse locutus de persecutione ipsius Antipapæ, & ordinis coruini. Hic tamen ordo coruinus tandem vero præualente Papa cum ipso Antipapa deficiet a gremio sanctæ matris ecclesiæ, vt dictum est, & ordo columbinus erit in flore sanctitatis, & vt prophetauit prædictus Abbas Ioachim. Regina Austri, idest virgo Maria defendet eum per mare aquilonare transeuntem, idest per varias tribulationes, & cósolabitur in amaritudinibus suis. De prædictis autem mentionem faciens prędictus frater noster versificator, atq; ipsum regem alloquens, quem opinatur debere cum Papa angelico reformare ecclesiam Christi ait.

Te modo cum nostræ sit subruta norma salutis
Extulit in mundo iam pereunte Deus.
Præsul vt angelicus rabidus protectus ab hoste.
Per te apostolicas tunc bene pascat oues.
Sed sathan humani generis seductor amaram
Illi tentabit,& tibi ferre necem.
Insuper & sanctos Francisci quærat alúnos
Perdere, quòd veri præsulis arma ferant.
Coruus & insontem rostro mordente columbam
Percutiet, falsi ductus amore ducis.
Nam qui apostolicam rapiet sine numine sedem
Cernet, vt hos partes nole tenere suas.

Olius

Otius immerite ꝑperabit tradere morti,
Atque columbinum dilacerare gregem.
Hic tamen in Petri sic naufragante carina
Persistet, rabidis non pauefactis aquis,
Tunc lupus obsequium Christo conferre putabit:
Dentibus innocuam dum iugulabit ouem.
Proteget hos austri regina pijssima fratres,
Gustabunt quamuis pocula amara prius.
Illorum plures patris pia vota secuti,
Martyrij palmam pro pietate ferent.
Nec tantum fratres, quin summi culminis almum
Pontificem, rabido teq; furore petet.
Te tamen atque illum genitrix sanctissima Christi
Eruet a cunctis hoste dolente malis.
Tu quoq; pro meritis post tam pia gesta supremum
Accipies illo te coronante gradum.
Tunc pius & Christo similis, sine crimine pastor
Excupiens domini pauperis acta sequi.
Quam cito bis senas in paupertate columnas
Eriget, & cleris esse vetabit opes.
Tunc velut in primo surgens ecclesia cetu,
Incipiet puram sancta tenere fidē &c.

Idem quoq; Abbas Ioachim super Hieremiam vbi multa prophetauit de beato Francisco, & de eius ordine futuro, etiam prædixit quòd in fine mūdi veniet alius ordo saccum pro indumento portātium. Qui ordo ita parum durabit sicut tempus Antechristi. Hos autem portantes saccum pro indumento multi viderunt. Et ego locutus sum cum illo qui primus cępit dictum saccum portare Et cognoui eum ambulare in veritate, & cum magna puritate, ac feruore, & animaduerti vitam suam & aliorum sociorum suorū esse valde austeram, ac maxime abstinentiæ. Interrogaui quoq; illum quomodo sic cępisset portare dictum saccum, qui rogatus respondit, quòd sæpius visum est ei, quòd de cœlo tale indumentum sibi ostenderetur, & mitteretur, atq; diceretur, quòd illud assumeret, ac portaret. Et ideo ipsum suscepit. Item dixit mihi quòd fuit Romæ, & cubicularij Papæ voluerunt eum introducere ante Papam, ac ei bullam aliquarum gratiarum impetrare, sed ipse noluit. Dixit quoq; quomodo fuit pluries cum illo sacco ad visitandam terram sanctam, & semel iuit per viam terrestrem, ac trāsiuit per multas regiones infidelium, & ab eis captus fuit, & seruus mansit cuiusdam domini multis annis, ac semp detulit ipsum saccum. Tandem liberatus a seruitute perrexit Hierusalem, & ibi eum vidit vnus frater noster, qui hoc mihi dixit. Primo tamen fuit in Lamech vbi corpus maumeth erat. Ad quem locum licet nullus christianus accedere possit. Et si aliquis christianus ibi reperiatur, oportet ipsum aut negare Christum, aut mortem subire. Tamen ipse existens in comitatu sarracenorum inter quos multis annis steterat seruus, & propter bonum seruitium erat ab eis dilectus, libere perrexit cum illis, seruiens ipsis in via ac adiuuās eos in omnibus quę poterat, maxime in onerando iumenta, & curam habendo de sarcinis. Interrogaui autem illum quomodo fecit quando omnes genuflectabant ante corpus maumeth. Qui respondit ꝙ etiam ipse genuflexit nō adorando maumetum, sed dominum Iesum Christum, faciens ei solitas deuotiones, & dicens orationes suas consuetas. Obsecransque ipsum dominum Iesum vt cadere faceret archā in qua erat corpus ipsius maumeth, atq; eius sectam destrueret. Cuius orationem exaudiuit Deus. Nam vt intellexi archa illa cum corpore maumeth fulmine de cęlo adueniente postmodum exterminationi subiacuit. Sectam vero suam in breui exterminandam ipsi sarraceni affirmant se habere ex quibusdam prophetijs. Et iam exterminata est in partibus Granatæ, in qua regnauit secta maumethica per octingentos annos. Prædictus quoque primus sacci delator qui est Cremonensis diocesis, iam annis septem elapsis a me interrogatus de tempore quo cępit deferre ipsum saccum, respondit, quòd iam erant viginti duo anni

Adimpletio, cuiusdā ꝓphetiæ de quodam sacců induēte.

anni, quòd indutus erat sacco. Licet autem quidam dicant non esse illum ordinem qui est venturus in fine mundi, quia non est per ecclesiam approbatus. Et quia inceptus tanto tempore non creuit in maiori numero, & fama. Ego tamen reseruando determinationem huius sanctæ matri ecclesiæ, opinor hunc esse illum ordinem quia non erit alijs ordinibus similis, sed dissimilis. Cum enim iste ordo debeat ita parum durare. Sicut non habebit loca particularia ad habitandum nec aliquid temporale ad viuendum ita nec a sede Apostolica volet aliquod priuilegiũ. Et ideo isti sic induti sacco, portantes in manu crucem paruam ligneam habentesq; cingulum ex viminibus, capite discoperto ac nudis pedibus ambulantes, vadunt quotidie per mundum tanquam peregrini, & aduenæ omnes ecclesias visitantes, & pro se ac pro populo christiano orantes, semelq; tantum in die comedentes, a carnibus semper abstinentes, & vinum nunquam bibentes, & vbi se reperiunt in sero dormientes. Nec iste est ordo nouæ religionis qui non potest fieri sine sedis apostolicæ licentia speciali, vt in c. vnico. de reli. domi. lib 6. Quia vt ibidem ait. Glosa, intelligitur illa prohibitio de inuenientibus nouum ordinẽ, vel religionem, vel de deferentibus nouũ habitum, quando volunt simul viuere in congregatione, & esse de eodem collegio, ac facere aliquam professionem. Isti vero non viuunt in cõgregatione, nec aliquos vestiunt tanquam in ordine, vel religione, nec aliquam professionem faciunt. Et ideo solum est ordo habitus pœnitentialis, quem quilibet per se accipere potest ad faciendam pœnitentiam ante aduentum seueri iudicis ad iudicium vniuersale. Sicut fecerunt viri Niniuitæ ad euitandam vrbis subuersionem vt dicitur Ionæ. 3. Vt etiam factum fuit a centum & decem annis citra tempus maximæ pestilentiæ, quo homines induti linteaminibus albis pergebant clamando misericordiam. Vnde etiam nunc dicitur tempus alborum. Ad deferendum autem talem habitum saccinum in expectatione vltimi exterminij hortatur Deus tertij Hesdræ. 16. dicens. Præcingite vos saccis, & cilicijs, & plangite, quoniam appropinquat contritio vestra. Et quia iste ordo, melius loquendo ordinatus a Deo modus pœnitentiæ durabit paruo tempore sicut tẽpus Antechristi. Ideo non mirum si vsq; nunc non diuulgatur. Sicut enim dominus stetit per triginta annos post suam natiuitatem antequam eligeret discipulos, & aperta miracula sua hominibus demonstraret. Sic etiam Antechristus faciet, qui permanebit vsq; ad tempus ętatis triginta annorum antequam incipiat apertam & terribilem illam persecutionem suam contra Christum, ac fidem catholicam. Vnde ipse Antechristus donec peruenerit ad trigesimum ætatis suæ annum, non cognoscetur esse filius perditionis. Nec homines scient pro certo ipsum esse natum, sed bene erunt opiniones quæ non credentur, donec effectus videbitur, scilicet cum in ipso trigesimo anno incipiet mundum vniuersum conturbare. Quapropter forte nunc est natus & trigesimo anno proximus, nobis tamen hoc nescientibus, vel non credentibus. Solum autem tribus annis cum dimidio perdurabit eius aperta persecutio vt supra dictum est, & etiam inferius videbitur. Et sic erit de ordine isto portantium saccum, qui licet incohabitur in illo anno in quo Antechristus nascetur, tamen non multum diuulgabitur, nec habitus eius assumetur a magna multitudine nisi per tres annos vltimos cum dimidio. In quibus veniet Enoch cũ Helia & prædicabunt contra Antechristum induti sacco, vt expresse patet Apoc. 11. vbi Christus loquitur de templo quod est in Hierusalem & de ciuitate sancta q̃ debet conculcari & violari per Antechristum, & gentes eum sequentes. Et ait Ioãni Apostolo. Ne metiaris illud scilicet tẽplum, & eius atrium, quoniam datũ est gentibus, & ciuitatem sanctam conculcabunt mensibus quadraginta duobus, qui sunt tres anni cum dimidio. Et sequitur. Et dabo duobus testibus meis fidelibus, vbi dicit glosa, scilicet Enoch, & Heliæ, Et prophetabunt diebus mille ducentis quinquaginta amicti saccis &c. In quibus verbis commendantur primo in locutione, dum dicitur, Dabo duobus testibus meis fidelibus, & prophetabunt. Secundo in perseuerantia dum dicitur. Diebus.

bus.1250. Tertio quo ad vestitum, dum dicitur. Amicti saccis. Quarto quo ad affectum dum subditur. Hi sunt duæ oliuæ, scilicet respectu pietatis. Quinto quo ad charitatis ardorem, dũ sequitur. Et duo candelabra. Sexto quo ad intentionem, dum additur lucentia ante dominum. Septimo quo ad fortitudinem dum dicitur, stantes scilicet contra Antechristum. Octauo quo ad feruidam prędicationem dum dicitur. Si quis voluerit eis nocere, ignis de ore eorum exiet, idest ignita prædicatio detegens Antechristi malitiam, & verbum deuotæ orationis ad inimicos conuertendum. Nono quo ad miracula vera contra falsa Antechristi. Et ideo sequitur. Hi habent potestatem claudendi cœlum ne pluat, quia tunc sinagoga Antechri quæ videbatur cœlum cessabit a suis miraculis. Et habent potestatem supra aquas, idest exponendi scripturas diuinas, & percutere terram, idest sensus terrenos philosophiæ Antechristi. Decimo quo ad gloriosam resurrectionem post mortem dum ibidem dicitur, quòd post tres dies & dimidium spiritus vitæ a Deo intrauit in eos, & steterunt super pedes suos, & audita est vox magna de cœlo dicens, Ascendite huc, & ascenderunt in cœlum in nube &c. Ex prædicta etiam prophetia patet quòd Enoch, & Helias non perdurabunt in prædicatione contra Antechristum per totum triennium cum dimidio, sed interficientur ab ipso Antechristo per quod aliquod paruum tempus ante expletionem illorum quadraginta duorum mensium persecutionis eius. Vnde de morte eorum sequitur in dicto capitulo. Et cum finierunt testimonium suum bestia quæ ascendit de abysso, idest Antechristus secundum glossam, faciet ad aduersus eos bellum & occidet eos. Aliqui etiam dicunt quòd de nouo testamento venient cum Enoch & Helia duo alij testes, quos dominus viuos reseruat vsque ad illud. Quorum vnum asserunt esse Ioannem Euangelistam dicentes, quòd de se tacuit in Apocalipsi ex humilitate, sicut etiam fecit in euangelij sui vigesimoprimo capitulo reticens nomen suum cum loqueretur de discipulo a Iesu dilecto. Et opinionem suam isti probant, quia de ipso ait dominus Iesus. Ioannis. 21. Sic eum volo manere donec veniam, scilicet ad iudicium secundum eos. Et Matth. 16. iterum inquit. Sunt quidam de hinc stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientẽ in regno suo. i. ad iudicandum viuos, & mortuos. Alij autẽ inter quos fuit Franciscus de Mairo. in sermone de Antechristo, dicunt quòd Enoch veniet pro illis qui fuerunt in tẽpore quo homines erant sine lege & gratia pro maiori parte. Helias autem pro illis qui fuerunt tempore legis sine gratia. Ioannes vero pro tempore legis gratiæ. Vnde Apocalip. decimo dictum est ei. Oportet te iterum prophetare gentibus multis. Quorum sanctorum vtinam concederet mihi Deus esse famulum & seruum, ac socium prædicationis, & martyrij. Nam ipsi prædicabũt contra Antechristum induti saccis, & ab eo interficientur. Sed prius per eorum confortationem christianorum titubantium corda solidabuntur. Nam sicut Deus præuidit mundo huic q; nunquam sit sine aliquo luminari contra tenebras dans ei Lunam, & stellas vt illuminent noctem, & Solem vt clarificet diem. Sic in tempore tenebroso Antechristi prouidebit de istis clarissimis viris, qui illuminabunt ecclesiam suam. Ad confirmationem etiam prædictorum facit visio illius pueri Mantuani nepotis vnius fratris nostri, q puer a quinq; annis vsq; ad duodecim quotidie in missa, aut statim post consecrationem corporis Christi, videbat duos Angelos tenentes vnam coronã in capite sacerdotis, vsq; ad receptionẽ sacramẽti, aut rapiebat, & immobilis ac insensibilis remanebat, & terribilia Dei iudicia ei ostẽdebãt. Sed habebat Dei pceptũ ne alicui q̃ videbat reuelaret. Anno vero. 1493. a natiuitate Dñi. Iam completis annis duodecim, fuit similiter raptus, & ad paradisum deductus & terribilia vidit quæ vt reuelaret in mandatis habuit. Vnde inter alia dixit quòd hinc ad. 1500. morietur maior pars omnium virorum & mulierum, & q; in breuissimo tẽpore veniet Antechristus. Quia nõ mittet a Deo alius renouator mundi. Sed Enoch & Helias in breui venient. Et

Ioãnes Euãgelista reseruatus fuit vsque ad Christi aduẽtũ in die iudicij.

Reuelatio cuidã puero facta.

X ordo

ordo sacri erit celebris per mundum, ac cito erit finis mundi. Cum autem pater ipsius pueri his non crederet. Ille ait. In signum quod ego fui in paradiso, dico vobis quod ibi inueni talem, qui fuit socius vester, qui dixit mihi quod vos salutarem ex parte sua & dicerem vobis quod recordemini vos cum ipso semel sic fecisse. Tunc ille his auditis credidit, quis ille socius est? erat mortuus per multos annos ante natiuitatem ipsius pueri, & de illo prędictus puer nullam vnquam habuerat notitiā. Et illud quod fecerant simul nemo sciebat nisi ipsi & Deus. Quibus omnibus consideratis apparet quod non longe sumus ab aduentu Antechristi. Et hoc etiam probatur sanctorum prædicatione. Nunquam Deus mittit contra mundum sua flagella & iudicia terribilia, ac vniuersalia nisi prius annunciet ea per suos prædicatores, iuxta illud. Amos. 3. Non faciet dñs verbum quin prius loquatur ad seruos suos & prophetas. Sicut ergo annunciauit diluuium per Noe centum annis, ante, vt patet Gen. 7. Et exterminium sodomæ, & gomorræ annunciauit Abrahæ, Gen. 18 & flagellum Pharaonis Moysi. Exo. 7. & 8. & Hierico excidium prænunciauit. Deut. vlt. ac Iosue primo. Et amalechitarum primi Regum 15. Et flagellū Samariæ, quarti Regum. 6. Et Sennacherib, quarti Regum. 16. & Isa. 38. Et Niniuæ. Ionæ. 3. Et Nabucodonosor, Danielis. 4. & Hierusalem, Lucæ. 19. & Matth. 23. Sicut etiam prænunciabit vltimum mundi exterminium non per vnum tantum, sed per prædicatores quasi innumerabiles. Misit enim Ioannem Baptistam qui hoc prænunciauit, Lucæ & Matthæi tertio, capitulo di. Iam securis ad radicem arboris posita est, & cætera. Misit quoque Apostolos, & doctores ecclesiæ, qui de aduentu Antechristi, & iudicij finalis prædicauerunt dicentes illud Matthæi quarto. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cęlorum. Misit postmodum beatum Franciscum, ac Dominicum, qui inuitatis ad æternas nuptias annunciarent quia parata sunt omnia. Matthæi vigesimosecundo, & Lucæ quartodecimo. Postremo misit sanctum Bernardinum qui fuit ille Angelus de quo Apocalip. 14. inquit beatus Ioannes quòd habebat in manu euangelium æternum. Nullus enim sanctus fecit librum qui appelletur euangelium æternum nisi ipse sanctus Beroardinus. De cuius prædicatione ait ipse sanctus Ioannes vbi supra, quod clamauit voce magna di. Timete Deum, & date illi gloriam, & honorem, quia venit hora iudicij eius in signum autem quòd ipse sanctus Bernardinus erat ille Angelus, in primo suo sermone quem populo fecit accepit pro themate illud psalmistæ. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit & parauit illum. Super quibus verbis prædicauit de flagellis Dei, & de iudicio vniuersali. Vltimate videns Deus homines inuitatos ad nuptias esse negligentes, & non venire, misit quasi innumerabiles prædicatores ad annunciandum finem mundi dicens eis illud Lucæ quartodecimo. Ite in vicos & plateas, & quoscunque inueneritis compellite intrare; scilicet feruore prædicationis. Non est enim quodammodo terra in quā non vadant prædicatores annunciantes tempus Antechristi & vltimi iudicij in proximo adesse. Quanto enim propinquius est flagellum, tanto plures mittuntur ad annunciandum. Quod figurat ecclesia quæ ante vltimam Dominicam Aduentus ponit tantum vnum prophetam. Sed in vltima Dominica quasi in fine ponit duodecim prophetas. Et prædicta confirmantur, quia Abbas Ioachim vt habetur in conformitatibus beati Francisci prophetauit, quòd multi fratres minores instante tempore finis mundi per mundum discurrent prædicantes quotidie. Quod hodiernis temporibus videmus impletum. Præterea illud est credibile de quo est publica vox & fama secundum glosam in l. ai si natura. §. cum me absente. §. de negocijs gestis. Sed iam per totum mundum est publica vox, & fama Antechristum in proximo venturum, ergo, & cætera. Vnde retulit mihi quidam frater noster quòd existens in terra sancta interrogauit quendam fratrem nostrum qui fuerat sarracenus, quæ opinio esset inter sarracenos de Antechristo. Et ipse respondit quod in Hierusalem, & in Chairo, & in Lamech,

Sanctorum prædicatione, ostenditur in proximo Antechristū venturum esse.

mech, publice dicebatur natum esse quendam puerum qui suam sectam debebat destruere, quæ in breui tempore secundum suas prophetias est finienda. Et propter hoc non plantant vineas, aut viridaria, nec ædificant de nouo. Similiter iudei dicunt natum esse suum messiam, & ad partes vltramarinas multi pergunt vt eum inueniant. Hoc etiam anno in 1495. die tertio Nouembris in ciuitate Mediolani quidam dæmon adiuratus an tempus Antechristi esset proximum, respondit. Cito, cito, cito, adueniet. Retulit etiam mihi quidam nobilis fide dignus se vidisse quendam librum antiquissimum factum vltra montes ante Christi Aduentum per multos annos, in quo prædicta sunt multa quæ fieri debebant vsq; ad finem mundi, & omnes quæ ibi dicta sunt de Christo & de alijs euenerunt. Et in ipso libro scriptum est ꝙ finis mundi erit in 1500. nisi Deus aliter disponat. A duobus quoq; annis citra mortuus est quidam patruus meus nomine magister Matthæus de Bulli, qui erat doctissimus medicus, & astrologus & dicebat ꝙ infra paucos annos debet regnare quædam constellatio in qua, aut mundus destruetur, aut vita hominum, & modus viuendi mutabitur. Quidam quoq; Astrologi dicunt ꝙ in 1590. vel circa debet regnare quædam constellatio in qua omnes leges datæ sunt, scilicet lex Moysi, lex Christi, & lex maumethica, & aliæ. Et ꝙ tunc debet dari alia lex noua. Alia autem lex noua non dabitur nisi lex Antechristi. Huius quoq; opinionis sunt multi qui illud dictum saluatoris Actuum primo. Non est vestrum nosce tempora, vel momenta quæ pater posuit in sua potestate, exponunt scilicet reuelanda in tempore opportuno. Nam dicunt non fuisse opportunum hoc reuelare tempore Apostolorum quia cum tot generationes hominum adhuc deberent esse ante finem mundi, non fuisset timor prædicti exterminij nisi in vltima generatione, & in fine eius. Quod non fuisset vtile ipsis generationibus. Vnde concluditur ꝙ sicut tempus primi aduentus Christi fuit reuelatum, vt patet per numerum hebdomatum quę describuntur. Dan. 9. Vnde reprehendit Christus iudeos. Lucę. 12. di. Hypocritę, faciem cęli, & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Ita etiam tempus secundi aduentus eius scilicet ad iudicium fuit secundum eos reuelatum tempore opportuno. Vnde exponunt. Non est vestrum, sed supple aliorum, quibus ipse pater postea reuelabit quando expediet, sicut dicunt eum postea fecisse. Et ad illud. Matth. 24. & Mar. 13. De die illa & hora nemo scit, &c. Respondet ꝙ intelligitur de scientia propriæ sumpta. Quia scire est rem per causam cognoscere, & quoniam ita est & nõ contingit aliter se habere, vt dicitur in primo Posteriorum. Et exponunt etiam, nemo scit, scilicet reuelandum tunc temporis, & dicunt ꝙ non dixit. Nemo sciet prædicta ex causa. Verum quia verũ prędictæ reuelationes siue ꝓphetię fuerint a Deo factæ & inspiratæ, non bene constat nobis pro certo, ego de anno & tempore ipsius Antechristi & finis mundi nihil certitudinaliter affirmo. De opinatione autem loquar quod nobis est a Deo concessum. Nam ipse dominus Iesus dedit nobis signa post quæ possumus opinari cito esse futurum finem mundi dicens. Matthęi. 24. Cum videritis hæc omnia scitote quia prope est in ianuis, & idem dixit Mar. 13. Et ideo Dan. 12. post quã Angelus dixit ꝙ clausi sunt signatiq; sermones, addidit. Nõ intelligent omnes impij. Porro docti intelligent. Vbi Nicolaus de Lyra ait, ꝙ multa futura & secreta quæ Deus occultat malis, iuxta illud Sapientię. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia, reuelat bonis eum rogantibus, & in sacra scriptura se exercentibus. Propter quod rogabat psalmista dicens. Reuela domine oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Qua ex re perscrutando sacram scripturam, & signa prædicta aliasq; coniecturas dico, ꝙ opinor multos de his qui nunc viuunt victuros corporaliter vsq; ad tempus persecutionis Antechristi & finis mundi, iuxta illud saluatoris. Matthęi. 24. Non pręteribit generatio ista donec omnia fiant. Scriptum namq; est Apoca. 10. ꝙ beatus Ioannes Euangelista vidit Angelum descendentem de cœlo, qui iurauit per viuentem in secula seculorum, quod

tempus amplius non erit, & consequenter quòd cito veniet finis mundi. Et Apocal. 14. dicitur, ꝙ alius Angelus exiuit de templo clamans voce magna ad sedētem super nubem. Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram, & messuit eam. Et alius Angelus exiuit de templo quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam. Et alius Angelus exiuit de altari, & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam dicens. Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineę terræ, quoniã maturę sunt vuæ eius, hæc ibi. Et ideo armemus nos illo tempore periculoso armatura pœnitentiæ, de qua ait Apostolus, ad Ephe. sexto Induite vos armatura Dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli, scilicet tempore persecutionis Antechristi.

PARS QVARTA huius sermonis de persecutione Antechristi.

Licet quicunq; offendit Christum & eius præceptis contrariatur, Antechristus dici possit secūdum Apostoli sententiam primæ Ioannis. 4. & secundæ eiusdem Apostoli primo capitulo. Vnde verum est illud quod idem Ioannes Euangelista, primæ canonicæ suæ, secundo capitulo, dicit. Et iam Antechristi facti sunt multi. Sicut enim aduentum magni principis ad aliquem locum præcedunt eius famuli, & seruitores ei præparantes hospitium. Ita aduentum Antechristi in mundum præcedunt multi scelerati eius discipuli conturbantes ipsum mundum, & disponentes eum ad recipiendam prædictam legem ipsius Antechristi. Vnde Isido. in libro primo de summo bono, capitulo 26. ait. Antequam veniat Antechristus multa iam eius membra pręcesserunt, & prauę actionis merito caput proprium pręuenerunt. Et iterum dicit. Omnis qui secundum professionis suæ normam non viuit, aut aliter docet Antechristus est. Sed nos de proprio Antechristo nunc loquentes, duo declarabimus de eius persecutione. Primum dicetur seductionis: Secundum vero cruciationis: Quæ duo denotantur in prędicta prophetia Iacob. Gene. 49. scilicet Dan coluber tortuosus, &c. Vbi glosa ait quòd Antechristus erit, vt coluber fallax blandicijs, & deceptionibus, & erit vt cerastes exterminans tormentis & terroribus. Cuius serpentis cornua sunt admodum vermiculorum. Qui abscondens se totum sub puluere monstrat solū cornua, quæ credentes aues esse vermes & appropinquantes vt comedant ab eo occiduntur. Primo ergo Antechristus seducet multos benignitate, ficta, & prędicatione callida. Prędicabit enim legem Christi esse falsam, atq; illam destruere conabitur mittens suos prædicatores per vniuersum orbem prędicantes contra Christum & fidem eius. Ipsumque Antechristum verum Deum affirmantes. Et Christum non esse natum ex Virgine, nec filium Dei, sed seductorem & hypocritam, atque pro suis iniquitatibus crucifixum, & verificabitur illud Isai. vigesimonono. Corruit in plateis veritas, & cætera. Et ipse Antechristus dabit cultoribus suis bestialibus legem nouam in perditionem eorum. Et hoc præuidit spiritu prophetico Dauid. Psalmo nono, cum dixit Deo. Constitue legislatorem super eos, scilicet Antechristũ, vt sciant gentes quoniam homines sunt scilicet bestiales & damnandi. Auferet etiam ipse perditus Antechristus diuinum officium, & celebrationem missarũ vt inquit Gregorius in moralibus. Et hoc prophetauit Daniel sui libri, septimo capitulo, dicens. Robur datum est ei contra iuge sacrificium, & prosternetur veritas in terram. Et octauo capitulo, etiam dicit. Egressum est cornu modicum & factum est grande, & magnificatum est contra fortitudinem cœli, & deiecit de stellis, & conculcauit eas, & vsque ad principem fortitudinis magnificatus est, & ab eo tulit iuge sacrificium & deiecit locum sanctificationis eius. Et Iohelis. 1. dicitur. Perijt sacrificium, & libatio de domo domini, & luxerunt sacerdotes ministri domini. Depopulata est regio &c. Ostendet quoq; Antechristus se esse verum messiam a iudeis expectatum,

Antechristus seducet gentes prædicatione, ac ficta benignitate, & sanctitate.

ctatum, & ideo incarnatum esse vt eos bonis temporalibus in hoc mundo abundare faciat. Vnde super illud Danielis octauo. Veritas in terram prosternetur ait Gregorius. Quia tempore Antechristi fides cœlestium ad desiderium vitæ temporalis declinabitur. Et hoc modo ipse perfidus Antechristus seducet iudeos reædificans templum Salomonis in Hierusalem, & in eo se adorari faciens vt Deus & messias. Præcipietque cerimonias iudeorum obseruari, & homines circuncidi, & ipse etiam in Hierusalem se faciet circuncidi, vt ait Albertus magnus in compendio theologiæ, libro septimo, capitulo septimo. Et prædicabit licitum esse iudeis fœnerari alienis. Item iubebit coli Sabbatum, vt dicitur in capitulo, peruenit. de consecratione distinctione tertia. De ista autem seductione prædictum fuit Apocalypsis decimosexto, vbi dicit Apostolus. Vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore Pseudo prophetæ exire tres spiritus immundos admodum ranarum. Primus spiritus est draconis, idest diaboli, qui per os Antechristi, & sequaciũ prædicabit omnem subtilitatem vltra humanum intellectum, falsificando scripturas. Secundus spiritus est bestiæ, quia prædicabit omnia scelera esse licita, & bestiales, ac carnales voluptates & delectationes, imo esse opera meritoria. Tertius piritus est Pseudo prophetæ, idest hypocritæ, quia ipse Antechristus finget sanctitatem, & pudicitiam, ac castitatem, secundũ Hieronymum super Danie. qui etiam ibidẽ ait, quòd tantam sanctitatem simulabit vt eos quos cruciauerit martyres sui comparatione iniquos faciat apparere. Et Gregorius trigesimoterrio mora. capitulo trigesimosexto, inquit. Per hypocrisim sanctitatis eam quam ipse dominus veraciter habuit, singularem sibi inesse sapientiam mentietur & vitam. Et sub agni specie auditoribus reprobis serpentinum virus infundet. Et de hoc prædictum fuit Danielis septimo, vbi dicitur, quòd habebit os loquens ingentia. Et Iob quadragesimoprimo scriptũ est. Non fugabit eum vir sagittarius. Quod exponens Gregorius trigesimoquarto libri moralium, capitu. vndecimo, inquit. Quid sagittas nisi verba prædicatorum accipimus? quibus non fugabitur Antechristus, quia quisquis ab illo appræhenditur, verba prædicantium audire contemnit, hæc ille. Et ista erit maxima pœna ipsorum prædicatorum. Vnde Origines ait. Quæ maior tribulatio quàm videre fratres nostros seduci? Propter prædicta autem dicitur de Antechristo. Psalmo nono. Cuius mamaledictione os plenum est, & amaritudine & dolo.

Secundo seducet multos miraculorum apparentium licet falsorum ostensione. Et non solum tempore operabitur talia miracula & faciet mirãda, sed etiam eius discipuli virtute diabolica. De quibus inquit dominus. Matthæi vigesimoquarto. Surgent enim Pseudo prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Et hoc etiam tangit prædictus frater noster verificator dicens. Tantaque tunc Pseudo facient miranda prophetæ. Electi vt timeant iam titubare viri. Augustinus quoque vigesime de ciuitate Dei capitulo decimooctauo, ait. Tunc soluetur sathanas qui per ipsum Antechristum in omni virtute miracula quidem, sed mendaciter operabitur. Ipsi enim discipuli Antechristi ad inuocationem nominis eius diuina permissione facient descendere spiritum malignum in forma spiritus sancti super credentes in ipsum Antechristum vt loquantur varijs linguis sicut Apostoli faciebant post receptionem spiritus sancti. Et ipse Antechristus ascendet in montem Oliueti vt infra dicetur. Et dicet se velle ascendere in cœlum, & sibi credentes ducere ad æterna gaudia. Et abscondet se per triduum, ac mortuum se simulabit, & postea apparebit, & dicet se resuscitatum. Et hoc dicit glosa super illud. Apoc. 13. Vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in morte, & plaga eius curata est. Exponens sic. Vnus scilicet Antechristũ, quasi occisum, quia simulabit se mortuum & postea discipuli eius prædicabũt eius resurrectionem futuram. Et tunc Antechristus surget, ac faciet se ar-

Miraculis (licet falsis) seducet antechrist' etiã multos

te magica portari in aera, ita vt videri non possit quasi in cęlum ascendit. Et ideo sequitur ibidem scilicet Apoc. tertiodecimo. Et admirata est vniuersa terra post bestiam, idest Antechristum. Et adorauerunt draconem, idest diabolum qui dedit talem potestatem bestiæ, scilicet resurgendi. Et adorauerunt bestiam dicentes: Quis similes bestiæ? Et quis poterit pugnare cum ea? Tunc ergo cum ostenderit Antechristus se in cęlum ascendisse, faciet descendere dæmonem in specie ignis tanquam spiritum sanctum super omnes discipulos suos in conspectu populi. Et ideo prædicatores Antechristi iactabunt se & dicent, quòd meliores sunt, & digniores Apostolis Christi, qui receperunt spiritum sanctū non in aperto sicut ipsi, sed in conclaui. Faciet quoq; Antechristus, & discipuli eius loqui infantes vnius horæ, dæmonibus eorum linguam mouentibus. Dicit etiam glosa super Apocalipsim tertiodecimo, quòd Antechristus faciet magica arte statuam loqui, & prædicere futura. Et ideo propter prædicta inquit Gregorius trigesimosecundo libro moralium, capitulo vigesimosexto. Nec fideles nostri mira faciunt cum peruersa patiuntur. Sed Antechristi satellites etiam tunc cum peruersa inferent mira facturi sunt. Pensemus ergo quæ erit humanæ mentis tentatio illa quando pius martyr corpus tormentis subijcit, & tamen tortor ante eius oculos miracula facit. Cuius tunc virtus non ab ipso cogitationum fundamento quatiatur, quando is qui flagris cruciat signis coruscat? hæc ille. Qui etiam libro trigesimotertio eiusdem operis capitulo decimoseptimo, inquit, quòd visis tantis signis Antechristi, & prædicatorum eius, electi ipsi quoddam dubietatis nubilum patientur, sicut dicitur Iob quadragesimoprimo. De naribus eius procedit fumus. Quia de miraculorum eius insidijs ad momentum caliginosa dubietas etiam in electorum corde generabitur, sed tamen eorum constantia a rectitudine non mouebitur. Dicitur tamen Matthæi vigesimoquarto, quòd stellæ cadent de cœlo, idest multi homines docti, & magistri theologiæ,

Propter Antechristi mirabilia, ac eius prædicatorū electi licet quodāmodo du

atque prædicatores, qui dicuntur stellæ. Daniel. duodecimo, cadent de cœlesti cōuersatione & a vera fide. Vnde dicitur. Apocalip. duodecimo, trahet secum tertiam partem stellarum. Et hoc Deus ideo permittet secundùm sanctum Vincentium in sermonibus suis, vt per quæ quis peccauit, per hæc & puniatur. Sap. vndecimo, & capitulo, pastoralis, de iure patro. & capitulo si. de immu. ec. Et notatur in. l. heres. ff. de his qui vt indi & in. l. ex facto. ¶ Iulianus. ff. de vul. & pupil. Quia enim non curauerunt de sacra scriptura, sed conuersi sunt ad fabulas, secundæ ad Thi. quarto. Et si delectati sunt in sacra scriptura, inflati sunt per superbiam ex scientia primæ ad Cor. 8. & c. nisi cum pridem. §. pro defectu. de renun. Vel fuerunt adulterantes verbum Dei, & mala vita sua destruxerunt quod prædicauerunt. Idem permittet Deus, quòd ad prædicationem & prodigia Antechristi decipiantur. Fides enim Christi non est in sapientia hominum, sed in virtute Dei, primæ ad Corinthios secundo. Vnde Daniel. vndecimo, dicitur quòd plurimi de eruditis corruent. Et Ezechie trigesimooctauo, ait Deus. Cōmouebuntur pisces maris, & volucres cœli, & bestiæ agri, & omne reptile quod mouetur super terram, cunctique homines qui sunt super faciem terræ, & subuertentur montes, & cadens sepes & omnis murus corruet in terram. Vbi dicit Nicolaus de Lira quòd vacillabunt a fide de quolibet statu ecclesiæ militantis. Per pisces enim maris significantur lubrici in aquis voluptatum, per volucres cęli significantur superbi, per bestias agri homines simplices, per reptilia super terrā cupidi, per homines vero significantur astuti, & prudentes in mundanis negocijs, per montes autem significantur principes & prælati. Et per sepes doctores, per muros vero religiosi, quorum plurimi tempore Antechristi commouebuntur a fide Christi. Est autem sciendum quòd verā miracula non possunt heri nisi virtute diuina, vt declarat Alexander de Ales in secunda parte summæ in tractatu de miraculis, & beatus Thom secunda secundæ quæstio. 159. Et ideo nec discipuli Antechristi, nec ipse An-

bitabunt tamē nō mouebūtur a vero multi attamē sapiētes a veritate declinabūt, & quare hoc Deus permittit.

Cū vera miracula fieri non possint nisi diuina virtute, idē Antechristus potius signa miranda faciet & nō miracula

te-

techristus faciens vera miracula, sed bene facient signa admiranda per cooperationem diaboli. Quæ ideo dicuntur miracula, quia modo imperceptibili fient, sicut quando magi Pharaonis fecerunt serpentes arte magica. Exod. septimo. Dæmones enim talia possunt modo imperceptibili facere, vt declarat sanctus Bonauentura in secundo. distin. septima. articulo secundo, quæstio. secunda. Vel appellabuntur miracula propter eorum raritatem, vel nouitatem, quia quæ raro fiunt miracula dicuntur §. hæc omnia. in auten. de tonsu. coll. quarta, & facit lex, si maior. C. de legi. hære. Quamuis autem multa signa ficta per illusiones faciet ipse Antechristus, & discipuli eius, sicut sæpe faciunt dæmones qui suis artibus magicis illudunt sensus hominum, facientes apparere quæ non sunt, vt habetur per theologos in secundo. dist. septima. Tamen aliqua vera signa prodigiosa facient quæ possunt facere dæmones, vt ait sanctus Bonauentura vbi supra. Sicut realiter fecit diabolus descendere ignem super oues Iob, vt habetur Iob primo capitulo. Erunt tamen signa non veracia, per respectum ad finem malum, quia illa signa facient vt persuadeant falsum, & mendacium inducant. Licet autem talibus falsis miraculis decipientur mali, & instabiles in fide. Et maxime hi qui vsi sunt artibus magicis ad consequenda sua desideria, aut ad inuenienda ablata per furtum. Vel amissa, aut ad sciendum futura, vel ad recuperandam sanitatem & huiusmodi, dimittentes Deũ & ad magos, & astrologos recurrentes. Quos Deus permittet seduci incantationibus & artibus magicis ipsius Antechristi, & discipulorum eius, vt per ea puniantur per quæ peccauerunt. Tamen electi non decipientur, quia eos Christus præadmonuit. Matthæi vigesimoquarto, dicens. Ecce prædixi vobis & cætera. Isti enim quamuis tunc sol, idest Christus, Malachiæ primo obscurabitur: Matthæi vigesimoquarto, scilicet in cordibus multorum. Et Luna, idest ecclesia non dabit lumen miraculorum, & antechristiani facient prædicta signa, tamen immobiles persistent, nec seducentur miraculis, nec immutabuntur tormentis, dicentes cum propheta. Psalmo quadragesimoquinto. Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris, scilicet per Antechristum, & discipulos eius, qui præcipient montibus, vt eleuent se ac proijciant in mare, & statim opere diabolico se eleuabunt, & proijcient in ipso mari. Inter alia autem admiranda ipse Antechristus ambulabit supra mare dæmonibus eum sustinentibus. Ipsi quoq; dæmones eius effigiem assumentes apparebunt in diuersis mundi climatibus in eodem tempore, & ita videbitur quòd Antechristus sit verus Deus, qui in eodem instanti in diuersis locis se demonstret, quod per naturam videtur impossibile. Diabolus quoq; permissu Dei de imagine vel statua Petri, vel beatę Virginis loquetur multa mendacia contra Christum, & ipsam beatam Virginem, ac fidẽ christianam dicens christianis quòd sũt decepti. Item hoc faciet latens sub imagine crucifixi, & dicit ego nõ sum Deus & homo sicut creditis, & multa alia falsissima. Alia quoq; glosa super Apoca. decimotertio inquit. Arte magica ascendet Antechristus in aera ferentibus eum dæmonibus, facietq; arbores cito florere & arescere, mare turbari & huiusmodi, hæc illa. Et hæc est causa quare in tam paruo tempore quasi vniuersum mundum conturbabit, quia per artem diabolicam nunc erit in oriente, deinde in occidente, & in meridie, ac in septentrione. Et hoc videbitur admirabile, ac diuinum hominibus simplicibus, ac ignaris. Alij etiam dicunt quòd dæmones intrabunt corpora mortuorum, & sic videbitur quòd ad præceptum Antechristi & discipulorum eius resuscitentur mortui. Vnde seducent multos maxime filios eorum, & vxores ac alios eorum propinquos, & beneuolos vt dicit sanctus Vincentius in sermonibus suis. Itẽ dæmones facient aliquos videri mortuos ex aliqua infirmitate, deinde ad inuocationem Antechristi videbuntur resuscitari, cum tamen in veritate nõ essent

mortui. Et similiter ipsi dæmones impedient arte sua visum alicuius, ita vt sibi, & alijs appareat cæcus a natiuitate, & postea ad præceptum Antechristi & discipulorum eius remoto impedimento videbitur illuminari. Et idem fiet de claudis & alijs infirmis diuersis, qui simili modo videbuntur sanari. Facient quoq; dæmones inueniri scripturas antiquissimas in modum prophetarum, quas ipsi composuerũt in quibus multa mendacia erũt contra Christum, & beatam Virginem. Et in eis dicetur quomodo Antechristus nascetur tali anno, qui erit verus messias & saluator mundi. Et cum talibus fallacijs, & multis alijs decipient multos.

Munerum largitione multos quoq; seducet Antechristus.

Tertio seducet multos munerum largitione. Nunquam enim aliquis habuit tot thesauros sicut ipse inueniet thesauros absconditos sub terra, & omne aurum, ac res preciosas quæ sunt in mundo, & quę submersæ sunt in mari. Et hoc opera diaboli. Vnde dicitur Dan. 9. Auro & argento abundabit. Ex quo colligitur, ꝙ homines cõgregantes diuitias per auaritiam, & abscondentes eas sub terra, sunt ministri diaboli & Antechristi. Item auferet omnes diuitias ab illis q̃ nolẽt in eum credere, iuxta illud. Dan. 11. Abundantes & vberes vrbes ingredietur, & rapinas, ac prædas earum dissipabit, & dabit eas sequacibus suis. Et hoc modo trahet ad se oẽs auaros, & cupidos principes, tirannos, & similes qui nunc periurant pro modico, & propter pecuniam etiam paruam magna peccata committunt. Hi enim multo magis pro habendis magnis thesauris adhærebunt Antechristo. Et non expectabunt, ꝙ eos expugnet, vel terras eorum inuadat. Sed in occursum, ac a longe mittent ei claues. Imo eũ rogabunt vt illos acceptare dignetur in numero suorum seruitorum. Vnde super illa verba psalmistæ. Sedet in insidijs cũ diuitibus in occultis, ait glosa, scilicet Antechristus cum diuitibus huius seculi quos ditabit ac muneribus cumulabit. Et hoc modo quasi innumerabiles populos seducet, & ad suam sectam inclinabit. Iob 21. Post se omnem hominẽ trahet, ante se innumerabiles.

Antechristus pœnis terribilissimis ad se inclinare nitetur quos p alio modo non potuit, hocq; ostenditur ex declaratione illius Dan. 7.

Secundum principale quod est declarandum de persecutione Antechristi dicitur cruciationis. Quos enim non poterit prædicto modo decipere, & ad se inclinare per terribilissimas pœnas, ac horribilia tormenta trahere conabitur. Vel saltem faciet crudelissimis tormentis interfici. Prædicta autem prænunciata sunt Dan. septimo, vbi ait propheta. Videbam in visione mea nocte. Et ecce quattuor venti cœli pugnabant in mari magno. Et quattuor bestiæ grandes ascendebant de mari diuersæ inter se. Prima quasi leena habens alas aquilæ, & alia similis vrso, & tres ordines dentium in ore eius. Et dicebat. Surge. Comede carnes plurimas. Et post hæc aspiciebam, & ecce alia bestia quasi pardus, & post hæc aspiciebam, & ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis, & fortis nimis quæ dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens reliqua, pedibusque suis conculcans, hæc ibi. In quibus verbis ponuntur primo illa quæ ventura sunt ante persecutionem Antechristi. Per mare enim magnum intelligitur mundus de quo psalmista ait. Hoc mare magnum, & spatiosum & cætera. Per quatuor ventos cœli intelliguntur quatuor flagella mittenda a Deo in mundum, scilicet bella, terremotus, fames & pestilentiæ, de quibus habetur. Lucæ vigesimoprimo, & Matthæi vigesimoquarto vbi ait dominus. Consurget gens in gentem, & regnum aduersus regnum, & erunt terremotus magni per loca, & pestilentiæ & fames, terroresq; de cęlo, & signa magna erunt. De caristia autem & sterilitate prædictũ fuit Abacuch vltimo, vbi dicitur. Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis. Mentietur opus oliuæ, & arua nõ afferent cibum. Abscidetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus. Deinde ponuntur seductiones & persecutiones Antechristi, quæ per quatuor bestias designantur. Quia quatuor vicijs bestialibus aggredietur homines, & quasi totum mundum seducet. Per leenam allatam intelligitur superbia quę homines eleuari facit in altũ. Antechristus enim multos seducet dignitatibus, honori-

noribus, pompis & ambitionibus. Per vrsum vero designatur vitium luxuriæ. Et per tres ordines dentium in ore eius, significantur tria principalia vitia, quæ tunc temporis multiplicabuntur scilicet Sodomia, adulterium & sacrilegium. Et sequit Surge. Comede carnes plurimas, Quia quasi omnes generationes his tribus luxuriæ abominationibus maculabũtur Per pardum autem significatur vitiũ hypocrisis, quia sicut pardus est colorũ varietate depictus, ita antichristus falsorum miraculorum operatione, & varijs deceptionibus, maxime sanctitatis simulatione coloratus multos decipiet. Et iõ vt habet Matth. 24. dicent discipuli eius. Ecce hic est Christus, ecce illic, ecce in desertis, ecce in penetralibus, quia dicet eum esse solitarium & continẽtem atq; abstinentẽ. Et tamen erit econtrario. Sed ita finget se esse vt populos decipiat, secundũ expositores Euangelij Per quartã vero bestiam terribilẽ significatur terribilia eius tormenta quibus magnos, i. electos deuorabit. i. corporaliter occidet. Et reliquos pedibus conculcabit. Quod etiã videns in spiritu Ioan. Apo. ait Apoc. 31. Vidi bestiam, i. antichristum bestialem per immunditiam, & voluptatem carnalem atq; lasciuiã. Nam Philo. 1. Politi vocat vitam voluptuosam, & carnalẽ, vitam bestialem, Ascendẽtem de mari. i. de amara hebræorũ progenie. Adeo n. sunt contra christicolas amaricati, qđ si possent, omnes exterminarent. Sequitur. Habentẽ capita septem. i. omnia septẽ pecca mortalia. Et cornua decem. i. transgressiones omnium decem præceptorum Dei Et super cornua decem diademata. i. gloriatione de prædictis decem trãsgressionibus. Et sup capita eius nomina blasphemiæ, quia oẽ genus blasphemationis frequentabit, & ab alij. sequacibus suis faciet frequentari. Et bestia quã vidi similis erat pardo. s. pp hypocrisim, & simulationem, ac malitiam. Et pedes eius sicut pedes vrsi. s. propter luxuriam. Nam vrsus est valde luxuriosus. Et antichristus plenus luxuria faciet hoies luxuriari, ac destruet matrimoniũ Er os eius sicut os leonis. s. pp superbiam. Item quia prædicabit superbiã, & ambitionẽ non esse peccatũ, & suis sequacibus dabit dignitates, & elationes ac in superbiã eos eleuabit. Et draco. i. diabolus dedit ei veritatẽ suã, & potestatẽ magnã. Et datũ est ei os loquens magna & blasphemias. Et data est er potestas facere menses quadraginta duos. Quia. s. tribus annis cũ dimidio faciet psecutionem suã. Et aperuit os suũ in blasphemias ad Deũ blasphemare nomẽ ei* & tabernaculum eius, & eos qui in cęlis habitant, & datũ est illi facere bellũ cum sanctis, id est bonis viris, & vincere illos. s. occidendo corporaliter. Et data est ei potestas in tribum & populum, & linguam & gentem. Et adorauerunt omnes eam qui habitant in terra quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni qui occisus est, hæc ibi. Ex prædicta autem visione apparet quòd antichristus erit plenus omnibus peccatis maxime superbia. Quam habebit primo in corde per propriam reputationem. Vnde super illud Dan. 8. Cor suum magnificabit, ait gl. Superbia magnus erit in oculis suis. Tanta enim erit cordis eius superbia quòd vt dicitur Dan. 7. Putabit quod possit mutare leges & tempora. Item in verbis erit superbus. Vnde Dan. 7. dicitur quòd habebit os loquens ingentia. Et ibidem etiã ait propheta. Aspiciebam propter vocem sermonum grandium quos cornu illud loquebatur. Sed præcipue vt dictum est. loquetur blasphemias & maledicta cõtra Deũ & sanctos, vt hr Dan. 7. Item in operibus, & in omnibus actibus suis erit superbissimus, quia nõ tantũ quæret sibi regnum tpale vsurpare, & effici Dñs totius mundi Dan. 7. Subiugabit sibi oẽs nationes, & ipse erit potẽtior oĩbus prioribus, & tres reges humiliabit i. secdm vnã glosam tres sectas. s. iudęorũ, & sarracenorũ, & Christianorũ. Sed & quęreret regnũ spirituale, dũ faciet bellũ contra sanctos, & debellabit eos vt dicitur Dan. 11. & contra Deum eleuabitur, vt dicitur 2. ad Thes. 2. volens ei esse superior. Et ideo vt ait Ambr. super beati immaculati, super illud Increpasti superbos. Erit peior & superior diabolo, qui non desiderauit esse superior Deo, sed æqualis, vt habetur Isa. 14. dum ait. Ponam sedem meam ab aquilone, & ero similis altissimo. De superbia aũt antichristi, & discipulorum eius inquit psalmista. Superbia eorum qui

Antichristus superbia plenus erit.

qui te oderunt ascendit semper. Merito ergo diabolus particulari modo habitabit in superbissimo antichristo, & possidebit eum, quia ipse est rex super omnes filios superbiæ Iob 41. Erit quoq; diabolicus antichristus plenus luxuria. Et propter hoc secundum Ambrosium dicitur abominatio Dan. 9. Quamuis etiã propter superbiam taliter appelletur, quia abominatio est Deo omnis arrogãs. Prouer. 16. Et multo magis ipse arrogantissimus antichristus. Non solum autem ipse antichristus erit in cõcupiscentijs mulierum vt dicitur Dan. 11. secundum etiã omnes sectatores suos ad luxuriam hortabitur, prædicans luxuriam esse secundum naturam, & consequenter non esse peccatum. Et idem affirmabit de gulositate. Et quo ad luxuriam imitabitur diabolicum maumetum, qui persuasit sectatoribus suis accipere plures vxores, quibus omnibus ipse vti ad libitum posset. Propter hoc autem societas antichristi. Apoc. 17. dicitur. Meretrix magna sedens super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & qui habitant terram inebriati sunt de vino prostitutionis eius. Et ibidem etiam dicitur, quòd sola habet in manu sua poculum plenum abominationum, & immundicia fornicationis. In figura autẽ dicitur 2. Macha. 6. quòd Dei templum per regem Antiochũ, qui fuit figura antichristi fuit prophanatum vt esset plenum luxuria, & commessationibus, & scortantium eam meretricibus. Vnde super illud Dan. 8. Rex impudens facie, &c. ait Nicolaus de Lira, quòd antichristus nullam turpitudinem verebitur facere etiam in loco sancto. Sed heu, quia nunc sunt multi discipuli antichristi, q. non erubescunt etiam in ecclesijs, & ad prædicationes facere turpia, &c. Erit quoque antichristus auaritia plenus. Vnde Dan. 11. dicitur, quòd abundantes & vberes vrbes ingredietur. s. vt dicit Nicolaus de Lira expoliando eas. Vnde sequitur. Rapinas, & prædas, & diuitias earum dissipabit. Et Eze. 38. dicitur ei. Nunquid ad sumenda spolia tu venis? Ecce ad diripiẽdum prædam congregasti multitudinem hanc, vt tollas argentum, & aurum auferas, & suppellectilem, atq; substantiam, hæc ibi. Et in hoc figuratus fuit per Antiochum regem, qui expoliauit templum Dei 1. Macha. 1. Item operę dæmonũ quęret thesauros absconditos sicut dicit glosa super illud Dan. 11. Dominabitur thesaurorum auri & argenti, & in omnibus preciosis Ægypti. Et propter auaritiam ponet officiales super omnia venialia, vt nemo possit emere, nec vendere nisi habeat caracterem suũ vt dicitur Apoc. 13. Et dicit glosa super Ezec. 38. quòd illud quod mouebit eum a principio ad iter faciendum per mundum, & bella mouenda contra populos erit auaritia. Et verificabitur illud Dan. 11. Reuertetur in terrã suam cum opibus multis. Et similiter faciet auaros sequaces suos. Vnde Apoca. 17. Societas antichristi describitur plena diuitijs. Nam ibi dicit Ioannes Apostolus, quòd vidit mulierem sedentem super bestiam coccineam, & quòd ipsa mulier erit circundata purpura, & coccino, & ornata auro & lapide precioso ac Margaritis. Et Apoc. 18. dicitur. Mercatores tui erant principes terrę, & in beneficijs tuis errauerunt omnes gentes. Quia vt dictũ est multi seducentur ab antichristo propter auaritiam. vt. s. acquirant diuitias, aut vt non amittant reditus suos, sed potius multiplicent.

Antichristus auaritia plenus erit.

POst supradictam autem visionem de illa bestia habente septem capita, ibidem subditus B. Ioannes aliam visionem quam habuit de quodã rege magno Christiano quidem sed perfido & sceleratissimo, quem vidit sub forma bestiæ. Qui antichristum coronabit, & ei auxilium præbebit, vt ab omnibus adoretur. Dicit ergo Apostolus vbi supra. s. Apoc. 13. Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra. Et habebat cornua duo similia agni. s. quo ad sapientiæ, & sanctitatis ostensionem, & loquebatur sicut draco qui potestatẽ prioris bestiæ esse faciebat in conspectu eius, & fecit terram & inhabitantes in ea adorare bestiam primam. Et seduxit habitantes in terra propter signa quæ data sunt ei facere in conspectu bestiæ, quæ habet plagam gladij. Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loqueretur imago bestiæ. Et faciet vt quicunq; non adorauerint imaginem bestię occidantur, & faciet omnes pusillos, & magnos,

Sequitur exponẽdo Io. visionẽ & aliqua alia de antichristo ostẽdẽdo.

magnos, & diuites & pauperes, & liberos ac seruos habere caracterē bestiæ in dextera manu, aut in frontibus suis. Et ne possit quis emere, nec vendere, nisi qui habet caracterem bestiæ, aut numerum nominis eius, hæc ibi. Et 20.c. eiusdem prophetiæ dicitur de tempore antichristi. Tunc soluetur sathanas de carcere suo & exibit, ac seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascendent super latitudinem terræ circuiбunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam, hæc ibi. Quæ verba licet diuersimode exponant, tamen melior videtur esse expositio illa quæ dicit, quod diabolus in hora natiuitatis antichristi apparebit in forma boni Angeli illis populis decem tribuum Israel, qui sunt inclusi in montibus caspijs. Quos ibi fecit Deus includi post captiuitatē, quia adorauerūt vitulos aureos, quos fecerat Hieroboam eorum rex. Et sunt populi quasi innumerabiles in illis montibus vt refert Iosephus in lib. antiquitatum. Et etiam de illorū inclusione legitur in gestis Alexandri Magni. Et appellantur Gog & Magog, quod secundum Hieronymum interpretatur tectum, vel de tecto, quia statim cum fuerunt inclusi videntes quòd non habebant tectum. i. coopertorium ad habitandum ceperunt cogitare de tecto, & sibi habitationes erigere in illis montibus altissimis. Ipsos ergo diabolus decipiet, ostendens quomodo venit Messias ab eis expectatus, qui eos debet liberare a captiuitate illa, & introducere in terrā promissionis. Vnde quando incipienda erit persecutio antichristi, per operā diaboli ipse antichristus totus splendidus eis apparens, faciet aperiri illos montes. Et illi populi cum adorātes erunt sui milites, & sequentur eum tanquam verum Messiam. Vel Gog & Magog sunt quidam populi magnæ multitudinis, qui in nouissimis diebus venient cum maximo impetu contra populū Dei, vt habetur Eze. 38. vbi dicitur antichristo. Venies tu, & populi tui tecum. Ascensores equorum vniuersi, cætus magnus, & exercitus vehemens, & ascendes super populum meū quasi nubes, vt operias terrā. &c. Et isti erunt milites ipsius antichristi atrocissime pugnantes contra fideles, ac illos crudelissimo modo interficientes. Dæmones quoq; assumentes formam armigerorum pugnabunt pro antichristo. Vnde omnes superabunt, & debellabūt castra inexpugnabilia, quia de diabolo dicitur Iob 41. Non est potestas super terram, quæ comparetur ei, qui factus est, vt nullum timeret. Item aperient castra, & loca clausa, ipsum antichristum introducent, & fidelibus Christi facient tormenta quæ damnatis inferunt in inferno. Et quia dæmones innumerabiles associabunt antichristum cum alijs multis militibus pessimis quasi infinitis. Ideo dicitur Dan. 11. de antichristo. Veniet in multitudine magna, & conteret ac interficiet plurimos. Vbi dicit Greg. Robustos antichristus interficiet, & qui mente inuicti sunt, corporaliter vincet antichristus. De hac quoq; tribulatione fidelium ait Dominus Matth. 24. Tunc tradent vos in tribulatione, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scādalizabuntur multi & inuicem tradent, & odio habebunt ad inuicem, hæc ibi. *Illud Mat. 24. ad propositū declaratur.* Quæ mala non solum erunt tempore persecutionis antichristi, sed etiam aliquo tēpore ante prædictā persecutionem sicut videmus hodierna die verificari. Sequitur autem Dominus vbi supra. Veh autem prægnantibus & nutrientibus in diebus illis. Erit.n. tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo neq; fiet. Et idem habetur Mar. 13. Super quæ verba ait glo. Creberrima, atq; acerrima tormenta longe lateq; infligentur fidelibus. Vnde illæ passiones quas sustinuerunt antiquitus martyres renouabuntur hæc ille. Erit autem veh prægnantibus secundum Hieronymum, quia grauatæ vtero fugere nō poterunt. Veh etiam erit nutrientibus, quia amore prolis detentæ capientur, sicut simia amore filiorum ligata simul cum eis capitur. Secundum autem Augustinum in lib. de verbis Domini, per prægnantes significantur auari qui aliena concupiscunt, & spem habent adipiscendi, sicut mulier prægnans sperat prolem. Nutrientes vero dicuntur illi qui possident quæ concupierant. Nam ea nutriunt dum muniunt, colunt, & augent.

gent. Isti autem concipiunt ex diabolo, dicente psalmista. Concepit dolorem & peperit iniquitatem. & Isa. 59. dicitur. Oua aspidum erumpunt, & quod fotum est ex eis erumpet in regulum. Prægnantibus igitur istis antichristo veniete erit veh culpæ & pœnę, quia eis tēporalia dabit ad nutū, quibus male possessis ad veh peruenietur æternum. Vel aliter. Semen est verbum Dei Lu. 8. Quo suscepto mētes auditorum quasi tumente vtero imprægnantur. Isa. 56. A facie tua concepimus, & parturiuimus spiritum salutis. Alij vt fętum castitatis parturiāt, alij patientiæ, & alij misericordię. Nutriens vero sunt prædicatores qui fouent eas virtutes quas in auditoribus iacto verbi semine genuerūt. Et talis nutritor erat apostolus qui dicebat 1. ad Cor. 3. Tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis potū non escam. Et 1. ad Thess. 2. Facti sumus in medio vestri tanquam si nutrix foueat filios suos. Sed tempore antichristi propositum prægnātium erit in multis abortiuum, & fętus nutrientiū non proficiet. Et ipsis doctoribus veh erit æternum si non euangelizauerint. Si vero docuerint veh erit illis temporalis passionis, & mortis. Quorum etiam auditoribus veh erit æternum si non peregerint, & peperint opere implendo quæ audierint. Et rursus veh temporale si præcepta ipsorum doctorum sanctorum seruauerint. Sequitur autē Dominus Iesus vbi supra. Orate vt non fiat fuga vestra hieme vel sabbato. i. orate ne temporibus antichristi sit refrigeratio charitatis tanquam hiems, quia tunc fuga nō tolerabitur. Omnia. n. amor sustinet 1. ad Cor. 13. Oportet etiā orare ne sit Sabbatum. i. vacatio a bonis operibus. Quia nullum ex hac fuga haberetur præmium, si non adesset bonum opus. Et prædicta confirmat glosa ordinaria super Matthæum di. Spiritualiter pcipitur vt non frigescat fides in Deum & charitas, neq; otiosi in opere torpeamus virtutum Sabbato. Et hanc sententiā Lucas illustrat. 21. c. di. Attendite vobis ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate & curis huius vitæ, & superueniat in vos dies illa repentina. Ad hyemem pertinēt curæ quę tristes sunt, vt hiems. Crapula, & ebrietas ad Sabbatum, quia in eo delitijs affluere, Mos erat Iudæis ignaris veri Sabbati, hæc illa Aug. autem in lib. quæstionum Euang. dicit. Hieme vel Sabbato. i. in lætitia, vel tristitia rerum temporalium. Hilarius vero ait. Idest peccatorum frigore, vel in bonorum operum otiositate. Magister vero Albertus de Padua ordinis Hæremitarum sup hoc Euangelium ait. Per Hiemem gentilitas, per Sabbatum autem legalis obseruātia intelligitur. Orandum est igitur nobis ne præualente idolatriæ cultu, vel legalium obseruantia, ad fugam Christiani nominis compellamur. Vel hieme fugit, qui timore coangustatus Christum deserit. Sabbato autem fugit qui deuotio tione mandatorum legalium pronocatus fidem Christi relinquit, hæc ille. Sed heu quia tempore antichristi erit hiems omnium vitiorum, & vacatio, ac otium ab exercitijs omnium bonorum operum, iuxta illud Psalmistæ. Omnes declinauerunt, simul inutiles, facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Declaratur quare tot aduersitatibus ab antichristo conculcāda sit ecclesia Dei multæque causæ assignātur qua de cā hoc Deus permittit.

SI autem quęratur quare tantis aduersitatibus conculcanda sit ecclesia Dei per antichristum, respondet Greg. 34. mora. c. 1. assignans vnam causam & di. Diabolus extrema mundi atrocius tentaturus aggreditur, quia tanto fit feruentior ad seuiciam, quanto se viciniorem sentit ad pœnam. Considerat quippe q iuxta sit, vel licentiam legitimę libertatis amittat Et quanto breuitate temporis angustatur, tāto multiplieatę crudelitatis seuicia expanditur, hæc ille. Sed quia diabolus nō habet potestatem nisi Deo permittente, hoc Deus fieri permittet multis ex causis. Primo quia circa finem mūdi erit abundantia malitiæ, & multiplex ostentatio sanctitatis. Vt igitur discernatur qui vere sint electi, & qui non. Illius examinationis examen Deus euenire permittet. Nam vt dicit Greg. 34. mora. c. 3. Sæpe aliquis multis vitijs clam implicatur, & tamen aliqua virtute cupit hominibus apparere. Sed contingit de iudicio vt tandem culpa latens pateat, vt perdat homo gloriam quam ex apparenti virtute captabat. Sed quod nūc fit in vnoquoque homine, temporibus antichristi

gene-

generaliter complebitur. Secundo hanc persecutionem Deus euenire permittet ad cæcitatem infidelium. Dignum est. n. vt per eum decipiantur, qui veritatem contempserunt. Vnde inquit Paulus. 2. ad Thess. 2. quòd antichristus veniet in omni seductione iniquitatis his qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credát mendacio, vt iudicantur in errorem omnes qui non crediderunt veritati, sed cõsenserunt iniquitati. Tertio hoc Deus permittet ad purgationem electorum, vt purgentur sicut aurum quod per ignem transit Iob 23. Et eiusdem libri. 41. c. dicitur: Cũ sublatus fuerit. s. antichristus de medio, timebunt Angeli, idest electi, & territi purgabuntur. Quarto Deus non dabit auxilium Christianis quo ad liberationem a pœnis, quia magis confident multi eorum, tempore illo in armis & in brachio humano quam in ipso. Et ideo inquit psalmista. Nolite confidere in principibus, in filijs hominum in quibus non est salus Et iterum Falax equus ad salutem. Dicit autem sanctus Vincentius in sermonibus suis quòd Deus faciet admodum magni Domini qui ciuitaté ędificauit, & ex ea vxorem accepit, ac eam priuilegijs ditauit, sedemque suam ibi constituit. Sed ciues fracto iuramento sicut Christiani iuramentum baptismi infringentes, fecerunt parlamenta cum inimicis ipsius regis, scilicet cum dæmonibus, & ingrati blasphemauerunt dominum suum, de quibus ipse ait Isa. 53. Nomen meum tota die blasphematur. Reditusque decimarum & primitiarum sibi negauerunt. Sponsam Ecclesiam regiñam astantem a dextris eius Psalmo 44. cum iniuria spoliauerunt, ita vt de populo suo dicere possit illud Iob. 19 Spoliauit me gloria mea. Filias regis, idest Christianas lupanari dederunt, & moniales Deo consecratas violauerunt Malachiæ 2. Abhominatio facta est in Israel, scilicet in maritatis & alijs secularibus mulieribus, & in Hierusalem, idest in religiosis, Vnde sequitur, quia contaminauit iudas sanctificationem Domini, & habuit filiam Dei alieni. Disperdat Dominus virum qui fecerit hæc. Item filios regis hinc inde per partialitates diuiserunt, Oleæ. 10. Diuisum est cor eorũ. Nunc interibunt. Hæc enim est pessima diuisio. Nam diuisis alijs membris potest homo viuere, non autem diuiso corde. Item seruos eius percusserunt contra præceptum eius Psalmo 104. dicentis Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolire malignari. Signa ipsius regis proiecerunt, & signa aduersariorum eius susceperunt, ita vt dicere possit ipse rex illud Psalmi 73. Signa nostra non vidimus scilicet in eis, & illud eiusdem Psalmi 73. Posuerunt signa sua signa. Aliqui enim posuerunt signa Mamonæ per auaritiam. Alij signa luciferi per superbiam, Alij Asmodei per luxuriam, & alij Beelphegor per gulositatem, & alij Leuiatam per crudelitatem, & alij Beemoth per simoniam, & prælationum ambitionem. Alij Ascharoth per ociositatem, & alij Beelzebub per vindictam, & alij Baalberith per inuidiam. Et ideo ipse Deus qui vt dicitur Isaię 45. Creat malum scilicet quo ad inflictionem iustæ pœnæ. Et ita intelligitur illud Amos 3. Non est malum in ciuitate quod non fecerit Dominus. Vocat vnum capitaneum scilicet Gog, & dat ei multos alios duces quos dirigit cum eo per mundum ad faciendam vindictam. Vt enim ait Aimo super Apocalyp. Non partem mundi, sed totum examinabit. Vnde, dicit illi capitaneo, Ezech. 38. Ecce ego ad te o Gog princeps capitis Mosoch, & circumcingam te, & ponam frenum in maxillis tuis, & educam & te omnem exercitum tuum, equos & equites vestitos loricis vniuersos. Multitudinem magnam hastam & clypeum arripientium, & gladium Persę, æthiopes & libies, cum eis omnes scutati & Galeati, Gomer & vniuersa Agmina eius. Domus Togorma latera aquilonis, & totum robur eius, populiq; multi tecum. Præpara & instrue te, & omnem multitudinem quæ coaceruata est ad te, & esto eis in præceptum. Ascendens autem quasi tempestas venies tu, & Agmina tua omnia, & populi multi tecum. Et erit in die illa in die aduentus Gog, super terram Israel dicit Dominus. Ascédet

Illud Iob 19. ad propositum declaratur.

det indignatio mea in furore meo & in zelo meo. In igne ire meæ locutus sum, quia in die illa erit commotio magna super terram &c. Et Dan. 8. dicitur q robur datum est ei propter peccata hominum. Aliam quoq; causam assignat Aug. 20. de ciui. Dei.s. vt multi gloriosiori palma Martyrij coronētur in cęlo. Vnde ait Alligauit Dominus Iesus diaboli potentiam ne quantam posset exercendo malitiam, innumerabiles infirmos ex quibus ecclesiam multiplicari & impleri oportebat, alios credituros, alios iam credentes a fide pietatis hos deterreret, hos frangeret. Et soluet in finem, vt quam fortem aduersarium Dei ciuitas superauerit cū ingenti gloria sui Redemptoris adiutoris & liberatoris aspiciatur. In eorum sane qui tunc futuri sunt sanctorum comparatione quid sumus? Quandoquidem ad illos probandos tantus soluetur inimicus, cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus. Si autem nunquam solueretur minus appareret eius maligna potentia, & minus sanctæ ciuitatis fidelissima patientia probaretur. Minus denique prospiceretur quàm magno eius malo bene fuerit vsus omnipotens, hæc ille. De istis autem gloriosis martyribus contra antichristum prædicātibus, & omnia tormentorum genera pro Christo tolerantibus dicitur Dan. 11. Populus autem sciēs Dominum suum obtinebit & faciet. i. pfecte tenebit legem Dei, & multa faciet contra aduersarios. Et docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio, & in flamma, & in captiuitate, & in ruina dierum. Et cum corruerint subleuabuntur auxilio paruulo. quia. s. Deus non pmittet totam ecclesiam perire, Pauci tamen erunt isti viri præfecti constantes in fide in comparatione eorum, qui corruēt. Vnde vbi supra sequitur. Et de eruditis ruent plurimi &c. Maxime autem quinq; genera personarum corruent. Vnde est notandum secundum magistrum Iacobum de Voragine super illud Lu. 21. arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi, q arbor arescit diuersis ex causis. s. aut quia non habet altitudinem terræ a Matth. 13. aut propter radicis vitiositatē vt patuit Ionæ. 4. de hedera, aut propter sterilitatem, vt patuit de ficulnea cui pp sterilitatē Christus maledixit, & statim aruit Matth. 21. aut propter æstum. Iac. 1 Exortus est sol cum ardore, & arefecit fęnum. Aut propter frigidū ventū aquilonarem, vt patet Eccl. 43. Et similiter tempore antichristi arescent illi, qui nō erūt profundati in Dei dilectione 2. ad Thes. 2 Eo q veritatem charitatis non acceperunt &c. Item illi qui erunt viciati in fide Lu. 16. Cum venerit filius hominis putas inueniet fidem super terram? Item steriles in bonis operibus. Vnde in lege dicebatur. Maledicta sterilis quę nō parit 32. q. 4. §. his ita. Itē luxuriæ dediti, de quo dicitur Eccl. 9. Cōcupiscentia quasi ignis exardescit. Itē frigidi in amore proximi. Vnde Saluator ait Matth. 24. q tunc tradet frater fratrem, ac pater filiū, & filius patrem in mortem. Tunc quoq; verificabitur illud Prou. 20. Propter frigus piger arare noluit, & illud eiusdē lib. 25. c. Amittit paliū in die frigoris. Tunc. n. ita erunt frigidi pedes eorū vt non possint ire ad ecclesiā & manus vt non possint aperiri ad elemosynā, & nasus vt nō possit odorare spiritualia. Et caput ac dentes obstupescent, & sensus omnes a propria virtute alienabuntur. Vnde sic arefactus tunc dicere poterit antichristo illud Psal. 21. Aruit tāq testa virtus mea, & lingua mea adhęsit faucibus meis, quia non audebit Christum confiteri. Et in puluerē mortis deduxisti me &c. Imo hoc dicere poterit Romana Ecclesia sic in membris suis arefacta. Tunc. n. verificata erit illa sententia Lactantij in 7. diui. insti. aduer. gen. vbi ait. Eo tempore iustitia proijcietur, innocētia odio erit, & mali bonos hostiliter pdabūtur. Tūc iusti & sectatores veritatis segregabunt se a malis, & fugient ad solitudines, hęc ille. Vnde reuelauit D. Iesus B. Franc. q tpe persecutionis antichristi aliqui ex suis fratribus fugient ad loca deserta pp immanitatem pęnarum, quas vi debunt infligi fidelibus Christianis, sicut etiam fecit Paulus primus Heremita, q ad Heremum fugijt metu tormentorum quæ martyribus inferebantur ab Imperatoribus Romanis. Et hos fratres ipse D. Iesus pascet ibi manna de Cęlo, sicut patuit S. Patres in deserto. Alij vero nō pauci fratres audacter se opponēt antichristo

Qui nā antichristi tpe deficient.

Reuelatio B. Franc. facta.

sto sicut prophetauit Abbas Ioachim, & & terribilibus tormentis ab antichristo & sequacibus eius perimentur Et eo tempore tanctus erit feruor, & desideriũ martyrij in ipsis fratribus quod ipse D. Iesus multis eorum donabit sacra stigmata passionis suæ sicut fecit ipsi B. Franc. O igitẽ egregij milites Christi pugnate viriliter, & contra istum perditum Domini nostri aduersarium fortiter decertate, & amore illius qui pro nobis mortem pertulit vitam vestram alacriter exponite. Scriptũ est. n. Apoc. 13. Hic est patientia, & fides sanctorum. i. in hoc tempore apparebit patientia, fides & constantia electorum qui modo latet. Et per contrarium cognoscetur malignitas, & perfidia reproborum, qui modo boni apparent. Vt. n. dicitur Eccle. 12. Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus.

PARS QVINTA huius sermonis de antichristi finitione.

De terribili psecutione antichristi in ecclesiam.

TAM terribilis erit psecutio antichristi q inqt Dominus Matth. 24. Nisi abbreuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur, Accipitur aũt hic caro p homine sicut Gen 6. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. & psalmista ait. Recordatus est quia caro sunt. De qua tribulatione inqt Chilo. super Matth. Nouissimis diebus cum damnatus ille homo aduersus Christum surrexit, tanta erit persecutio ecclesię, vt nunquã simul fuerit, nec futura sit & p. Iicius frater noster versificator ait.

Tunc magis horribiles sparget sæuissima penas.

Bellua, quas vllus vix tolerare queat.

Quin caro non posset queuis sperare salutem.

Sit nisi crudelis hæc breuiata dies.

Et idem versificator iterum dicit.

Interea mortis consurgens Angelus oẽs.

Incipiet pœnis excruciare suis.

Soluetur sathanas modico tunc tempore dirus.

Est cuius rigida, nunc religata manus.

Tunc autem Christo poterunt monstrare fideles.

Et fidei zelum, si quis amoris habent.

Si data per veteres olim tormenta tyrannos.

Martyribus tolerẽt, & grauiora magis

Namque diabolica antichristus prædictus arte.

Supplicia infliget sanguinolẽta nimis.

Multaq; carnifices q nescierẽ priores.

Tartareis tantum sæpe probata locis.

Grauior quoq; erit hæc persecutio ecclesiæ omnibus persecutionibus præcedentibus quia temporibus tyrannorum ecclesiã ipsam persequentium aderant doctores ipsam confirmantes verbo doctrinæ, aderat etiã miraculorũ gratia, sed veniente antichristo subtrahentur signa & doctrina Iob. 41. Faciem eius præcedet egestas. Vbi Greg. 34. mora. c. 4. ait. Terribili ordine dispositionis occulte priusq diabolus in illo damnato homine quem assumet appareat, Sanctæ Ecclesiæ virtutum signa subtrahentur. Nam prophetia abscondetur, curationũ gratia auferetur, prolixioris abstinentię virtus minuetur. Doctrinæ verba conticescent. Miraculorũ prodigia tollentur. Quæ quidem nequaq diuina dispẽsatio funditus subtrahit, sed non hic sicut prioribus tpibus aperte & multipliciter ostendit. Nã fidelibus in illo certamine signa nõ deerunt, sed tanta erunt signa antichristi, vt nostrorũ, aut pauca aut nulla videantur. Quorũ nimirum virtus oĩbus signis fit potior, cũ omne quod terribiliter ab illo fieri cõspicit p internæ cõstantiæ calcem pręmit, hęc ille. Tam horribilia autẽ erunt tormenta ab antichristo fidelibus Christianis illata, q verificabitur illud 2. Reg. 17. Fortissimus qsq; cuius cor est quasi leonis pauore soluetur. Nã potentiæ ipsius antichristi nullus poterit resistere Ait. n. Grego. 32. mora. c. 16. In illo dãnato hoie tota virtus diaboli congesta densabitur. De diabolo autẽ dicitur Iob 41. q nõ est potestas super terrã quæ cõparet ei &c. Vltra potestatẽ vero diabolicã. etiã habebit mundanam. Omnes. n. reprobi vnanimiter Adhærebunt antichristo ad persecutionem fidelium, vt inquit Grego. 34. mora. c 2. & 4. Vnde super illud Iob 41. Feruescere faciet quasi ollã profundum maris, ait ipse Greg. vbi supra c. 16. antichristus extremo tpe cõtra electorũ vitã stude-

Tormenta charitatis ab antichristo intelligẽda, horribilia erunt.

ſtudebit aı̃os reproborũ per flãmã crudelitatis excitare. Vt corda q̃ hoc tp̃e pacis intra ſuam malitiã clauſa latuerũt, tunc in æſtum immaniſſime perſecutionis ebulliãt, ac per abruptã crudelitatis aperte licentiã, ea q̃ diu pceſſerant odia antiqui liuoris exallent, hęc ille. Qui ét dicit in c. ſequenti, ꝙ ipſe diabolicus antichriſtus perſuadebit iniq̃s, ꝙ pſecutio fideliũ ſit opus pietatis, ac valde meritoriũ, atq; ꝓ zelo religionis faciet exiſtimare. Vt quanto atrociores fuerint ad crudelitatẽ, tãto amplius pmia mereanť ęterna. Ipſe quoq; maledictus antichriſtus prudẽtes, & ſapiẽtes ſeculi ſibi ſubijciet iuxta illud Iob 41. Sub ipſo erunt radij ſolis. Qđ exponẽs Greg. 34. mora. c. 15. ait. Quid pſolis radios niſi cacumina ſapiẽtũ demonſtranť. Multi. n. q intra ſanctã eccleſiã ſapientiæ luce reſplẽdere videbãtur, tũc vel pſuaſionibus capti, vel minis territi, vel cruciatibus fracti, antichriſti ſeductioni ſubijcienť. Et ideo recte nũc dicitur. Sub ipſo erunt radij ſolis. Sancti n. doctores erunt ſicut ſplẽdor firmamẽti, & q ad iuſtitiã erudiunt multos fulgebũt quaſi ſtellæ in ppetuas ęternitates Dan. 12. Itẽ ſibi ſubijciet plurimos hoies iuſtos. Vnde Iob 41. dr̃. Sternet ſibi aurum quaſi lutũ, qa vt dicit. Greg. Multos qui intra ſanctã eccleſiã fulgure iuſtitiæ aureo reſplendere videbãtur. Tunc vel terrenarũ rerum cõcupiſcẽtia, vel carnalibus voluptatibus ſibi ſubſternet. Aurũ. n. quaſi lutũ ſternere eſt in qbuſdã vitę mũditiã per illicita deſideria cõculcare. Nã p lutũ deſiderium ſordide voluptatis exprimiť, ſicut pſalmiſta deprecans ait. Eripe me de luto vt nõ infingar. Luto qppe inhærere, eſt ſordidis deſiderijs carnalis concupiſcẽtiæ inquinari. Itẽ quoſdã, qui vitæ excellẽtia videbanť eſſe de numero electorũ deijciet, ſicut dr̃ Apoc. 12. Cauda draconis trahebat tertia parte ſtellarũ cęli, & miſit eas i terrã, qa vt dicit Greg. 32. mora. c. 16. Illa ſathanæ extremitas p audaciam aſſumpti hoĩs erecta quoſdam quos velut electos Dei i eccleſia inueniet obtinẽdo reprobos demonſtrabit. Stellas itaq; de cęlo in terrã cadere, eſt nõ nullos relicta ſpe cęleſtiũ illo duce ad ambitum ſecularis gloriæ inhiare. Cõuertet quoq; mũdũ in ſui admirationẽ. Vnde ſup illud

Iudæos plurimos ſibi ſi antichriſtus ſubijciet.

Aliquos alios ſibi ſubſternet antichriſtus.

Iob. 41. Poſt cũ lucebit ſemita, ait. Grego. 34 mora. c. 18. Poſt antichriſtum ſemita lucere phibeť, qa q̃ q̃ tráſeat, admirationẽ tñ nimia ex miraculorũ ſuorũ claritate derelinquet, ſiue p ſe, ſiue p miniſtros ſuos quoſlibet pdeat, mendacibus ſignis coruſcãs. Faciet ét credi ipſe antichriſt' ꝙ in alia vita nulla ſunt reprobis ſupplicia pparata, aut ꝙ ſunt leuia, & cito finitura, vt ait Greg. ſuper illud Iob. 41. Extimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem.

Notãdũ eſt aũt ꝙ Chriſtus adiuuabit Eccleſiam in tantis tribulationibus multipliciter, ſicut & modo adiuuat. Pro miſit. n. fidelib' ſuis Mat. vlt. Ego vobiſcũ ſum oĩbus diebus vſq; ad cõſumationẽ ſeculi. Primo ergo adiuuabiť, patrẽ ſuũ orãdo pro ſtabilitate eccleſiæ. Vnde Luc. 22. ipſe ait Petro. Simon, ecce ſathanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum, ſed ego rogaui pro te vt nõ deficiat fides tua. Scđo adiuuat exẽplũ patientiæ nobis pbendo. Vnde 1. Pe. 2 dr̃. Chriſtus ꝓ nobis paſſus eſt vobis plcns exẽplũ vt ſequamini veſtigia eius. Et eiuſdẽ epiſtolæ. 4. c. ét hortatur apoſtolus di. Chriſto igiť in carne paſſo. & vos eadẽ cogitatione armamini. Vt. n. ait Ber. Miles ſua nõ repetit, cum benigni Ducis vulnũ intueť. Tertio adiuuat, & adiuuabit nõ pmittendo inferri tribulationes quantũ vellent inimici noſtri, ſed faciens cũ tẽtatione puẽtũ, Et ſolũ pmittens afflictiones ſcđm vires patientiũ vt teſtať apoſt. 1. ad Cor. 10. Quarto adiuuabit abbreuiãdo dies ipſi' tribulationis tã terribilis vt dictum eſt. Erit ergo breue tp̃s dictæ perſecutionis diabolicæ. Vnde Apoc. 20. dr̃, ꝙ Chriſtus aſſignauit diabolũ p annos mille. i. p totũ tp̃s regni Chriſtianorũ, & poniť numer' determinatus p indeterminato, ſicut accipiť in pſalmiſta dũ dr̃ Memor fuit in ſeculũ teſtamenti ſui, verbi qđ mãdauit in mille generationes. Vel forte ita dr̃, quia nõ cõplebitur ſecundus millenarius; & ſecundũ aliquos nõ tranſibit vltra medietatẽ ſecundi millenarij, qa ſi tranſiret, tp̃s illud nõ a primo, ſed a ſecũdo millenario denoĩareť. Et ſequiť ibi dẽ. Oportet illũ ſ. diabolũ ſolui modico tp̃e. ſ. in perſecutione antichriſti. Qđ tp̃s erit triũ annorũ cũ dimidio vt ſupra eſt oſtẽſum. Et idẽ affirmat Aug 20. de ciui. Dei. c. 13. di. Hæc nouiſſima

De multis modis qbus Chriſtus eccleſiã adiuuabit in tot tribulationibus.

uissima persecutio quæ ventura est ab an tichristo, tribus annis & sex mẽsibus erit Quæ quidẽ tribulatio videt citissime af futura, quia vt dixit B. Bernardinus noster Feltrinus paruo tpe ante mortẽ suã vni fratri nostro qui mihi hoc retulit, de illis dæmonibus quos Christus alligauit in inferno vsq; ad tps circa finem mundi, qñ post mortẽ descẽdit ad inferos, nunc soluti sunt millæ millia cõtra religiosos, & clericos aliosq; diuino cultui deputatos, & decies centena millia contra laicos ad excitandã diuisionẽ & discordiam inter eos, & rumpendã charitatẽ, sicut videmus per experientiã in bellis, & partialitatibus quę sunt in tota Christianitate. Vnde timere non immerito debemus, q hæc sunt initia dolorũ. Hac vero tribulationẽ vltimã, & eius breuitatẽ vult De⁹ annunciari populi pp tres cãs vt ait diu⁹ Ioannes super Apoc. 13. c. Primo vt præmuniatur contra illã, & sint parati Vt. n. ait Greg. in homilia sup Matth. Minus iacula feriunt quæ præuidentͨ, & nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hæc per puidentię clypeũ munimur. Et esopus ait. Nã præuisa minus lædere tela solent. Et ideo inquit Dñs Matth. 24. Ecce prædixi vobis. Et iterum ibidẽ ait. Prædicabitͨ hoc Euãgeliũ in vniuerso mundo, in testimoniũ oĩbus gentibus, & tũc cõsumatio fiet, hec ibi. Ex quo nõ poterit aliquis se excusare si pmittet se antichristo seduci, cũ primo fuerit præmonitus de eius perfidia, & de ipsius diabolicæ seductione. Quia ergo vbi maius est periculũ, ibi cautius est agendũ c. vbi periculũ. de elec. in vi. & c. quiescamus. 41. di. Ideo si in minoribus adhibenda est discretio, multo magis in maioribus 7. q. 2. c. vlt. & ff. de car. edic. l. 1. §. 2. & c. miramur. 61 di. & c. quãtumlibet. 47. di. Quapp de tribulatione antichristi, q̃ erit omniũ maior. Matth. 24. & Marc. 13. Deus pphetas prædixit. Vñ Ezec. 38. dr antichristo. Tu es ille de quo locutus sum a diebus antiquis in manu seruorũ meorũ prophetarũ, qui prophetauerunt in diebus ipsorum illorum. Postea vero ore pprio de ipsa persecutione prædixit. Dein de per suos apostolos, vt omnes fideles contra illam se præpararent.

Secundo vult eã Deus populis diuulgari, vt considerata eius breuitate sint constantiores ad tolerantiã illius, quia cito transibit. Vnde glosa super Matth. c. 24. ait. Hæc tribulatio quanto grauior, tanto breuitate moderatior est. Et Greg. super Matth. inquit. Dies quos vult singulariter esse malos, intulit misericorditer breuiatos, vt infirmos de breuitate confortet. *2. Cã diuulgationis & time tribulationis & eius breuitatis.*

Tertio hoc notificari vult, vt nullus adhæreat antichristo pp gloriã, vel diuitias ab eo recipiendas, quia cito trãsibunt. Et ideo inquit Paul. 1. ad Cor. 7. Tẽpus breue est. Reliquum est, vt qui habẽt vxores, sint tanquã non habentes, & qui gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur Præterit. n. figura huius mundi. *3. Cã prænũciationis vl time tribulationis, ac eius breuitatis.*

Notandum est autẽ q ipse perditus antichristus in tantis malis, & flagitijs non emolietur ad aliquã cõpunctionẽ, vel remorsum cõscientiæ, sed instigãte diabolo totaliter alienabitur a tramite rationis. Et verificabitur in illud Iob 41. Cor eius indurabitͨ quasi lapis, & stringetur quasi malleatorũ inc⁹. Itẽ nõ timebit diuinã vltionẽ. Vnde Greg. 34. mora. c. 13. inquit. Quid mirũ si humanas vires despicit, qui ipsa etiã in se superni iudicij tormenta contemnit? De quo dr Iob. 41. Qua si stipulam extimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. Quod exponẽs Greg. vbi supra c. 14. ait. Quia. n. per maleũ desup venientẽ cęlestis põdus pcussionis exprimitur. Ideo iste Leuiatan malleũ despicit, qa supnæ aĩaduersionis ictus formidare cõtẽnit. Vibrãtẽ etiã deridet hastã, qa ex districto iudicio qcquid graue, & qcqd horribile se præuidet pati nõ metuit. Sed qui se ęterna tormẽta euadere non posse conspicit, eo in exercenda nequitia durior assurgit. Itẽ sic alienabitͨ ope ratione diabolica, vt in stuporẽ mentis cõuersus insensibilis quodãmodo efficiatͨ. Vnde Greg. 34. mora. c. 21. inquit. Factus est Leuiatan, vt nullũ timeret. Nullũ videlicet, qa nec Deũ, sed nec hoc quod passurus est metuit. Cui nimirum fœlicius fuerat timendo vitare supplicia, quàm non timendo tolerare. Appetitum namque celsitudinis verit in rigo- *Antichristus ne dũ remorsum cõsciẽtiæ nõ habebit, sed & diuinam contemnet vltionem.*

rigorem mentis, vt iã per duritiam se male egisse non sentiat, qui præesse per gloriã quærebat. Nã quia ius quæsitæ potestatis non obtinuit, quasi quoddã superbiæ suæ remediũ insaniã insensibilitatis inuenit, hæc ille. Quæ verba licet principaliter intelliguntur de diabolo, Tamen etiã intelligi possunt de antichristo. Est aũt sciendũ, ꝙ post istã persecutionem ascendet ipse maledictus antichristus sup montẽ Olineti, & ibi diabolica arte fultus splendoribus, ac tanq̃ angelorũ malorũ choris circunuallatus, ibi se adorari faciet a populis, stans in illo loco aeris vbi Christus ascendit in Cęlũ & desijt videri a discipulis suis. Et ostendet se velle in Cęlũ conscendere. Et tũc de Cęlo descendet Dñs Iesus, qui eum interficiet spiritu oris sui 2. ad Thes. 2. i. suo præcepto faciet interfici. Nã ipse antichristus fulminabitur ab Archangelo. Michaele ad præceptũ Christi, vt dicit Nico. de Li sup prædicta verba Pauli ad The. Et de prædictis hr. Dan. 11. vbi dr de antichristo: Figet tabernaculũ solij sui sup montẽ inclitũ s. olineti, & nemo auxiliabitur ei. s. cũ occidetur modo prædicto. Quidã tñ dicunt ꝙ existente eo in monte Syon, & ibi se adorari faciendo pro Deo, interficietur. Quia de ipso monte dr̃ Isa. 25 Pręcipitabit Dominus in monte isto faciem vinculi colligati. Et ibidẽ subdit de Christo. Triturabitur Moab. i. antichristus. Moab. n. interpretatur ex patre, & ipse erit ex patre diabolo ad eius generationẽ cooperante. Sub eo sicut triturantur paleæ in plaustro. Et extendet manus suas sub eo sicut extendit natans ad natandũ. Descendet quoq; ignis de cęlo, & deuorabit antichristum, & principes eius, iuxta illud Apoc. 20. Descendit ignis de cęlo & deuorauit eos. Et Dan. 7. inquit propheta. Vidi ꝙ interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, ac traditũ esset igni. Et Apoc. 19 ait B. Ioan. Apprehẽsa est bestia & cum illa pseudopropheta, qui seducebat gentes, vt adorarẽt imaginem bestiæ. Et missi sunt hi duo in stagnũ ignis ardẽtis sulphure, & cęteri occisi sunt. s. fautores eius. Et 20. c. eiusdẽ libri dicit. Et diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnũ ignis, & sulphuris vbi bestia, & pseudo prophetæ cruciabuntur die, ac nocte in secula seculorum.

De morte antichristi, & q̃s eum occidet.

POst mortem vero antichristi non statim veniet dies iudicij, sed parum tẽporis restabit, quo ecclesia Dei habebit pacem, & tranquillitatem, atq; prædicabitur regnum Dei, & fides Iesu Christi. Licet autem quidam dixerint, ꝙ a morte antichristi adhuc multis annis durabit mundus, quo tempore discipuli antichristi relaxabuntur ad peccandum eum sequacibus suis. Boni autem & decepti ab ipso antichristo, & qui tormentorum acerbitate, ac pœnarum timore eum confessi fuerant, errorem suum emendantes Deo seruient, atq; ad iudicium vniuersale suscipiendum se præparabunt, & postea veniet Dominus Iesus ad iudicandũ viuos, & mortuos, omnibus ignorãtibus diem & horam aduẽtus eius. Et cum hac opinione videtur transire. Nico. de Lira super Dan. 12. c. Tamen alij doctores tenent, ꝙ post obitum antichristi non durabit mundus, nisi per modicum tempus. Et de hoc habetur Apoc. 7. vbi dicitur, ꝙ cum Angelus aperuisset septimum sigillum, in quo comprehenditur persecutio, & mors ipsius antichristi, & factum est silentium, idest pax & tranquilitas in cęlo, idest in ecclesia militante, quasi media hora, idest paruo tempore. Vbi dicit glosa, quòd dabuntur quadraginta quinque dies, vel circa his qui titubauerant, vel seducti fuerant ab antichristo ad faciendam pœnitentiam. Et hæc opinio videtur probari. Dan. 12. vbi postquam dictum est de tempore antichristi, quòd durabit per dies 1290. subditur. Beatus qui expectat, & peruenit vsq; ad dies 1335. qui sunt dies quadragintaquinq; plusquam dies persecutionis antichristi. Licet quidam dicãt ibi accipi diem pro anno, iuxta illud Eze. 4. Diem pro anno dedi tibi. Sit autem quomodocũq;, est magis credendum, quòd prædictum tempus post mortem antichristi erit breue, sed incertum nobis quo ad eius quantitatem atq; soli Deo cognitum. In hoc autem paruo tempore conuerrentur multi ad fidem prædicationibus sanctorum, qui tunc erunt, maxime iudæi, & filij Israel aliarum tribuum, qui tunc erunt. Iuxta illud Saluatoris Ioan. 10. Fiet vnum ouile, & vnus pastor. Et ita verificabitur illud

Declaratur an statim post mortẽ antichristi erit iudicium.

lud quod scriptum est tertij Hesdræ 13. vbi dicitur, quòd filius Dei, colliget ad se multitudinem decem tribuum Israel, quas captiuas duxit Salmanasar rex Assiriorum in Babiloniam. Qui translati in terram alienam, inierunt consilium proficiscendi in terram vlteriorem, vbi nunquam habitauit genus humanum, vt ibi seruarent legitima sua quæ non seruauerant in regione sua. Et transierunt fluuiũ Euphratem per angustos introitus. Nam Deus fecit stare aquam ad partem donec transirent, sicut fecit transeuntibus filijs Israel mare Rubrum, & Iordanem quando venerunt in terram promissionis. Et prædictæ decem tribus ierunt in regionem multæ viæ, scilicet itineris vnius anni cum dimidio, & ibi stabunt vsq; ad tempora nouissima, & tunc iterum exsiccabuntur aquæ illius fluuij, vel ad partẽ ibunt diuina voluntate donec transeant, & venient ad filium Dei cum pace, hæc ibi. Nec ista contrariantur superioribus, quia postquam illi populi deliberantes facere pœnitentiam de peccato suo idolatriæ vitulorum, vt dictum est supra transierunt euphratem, & pertexerunt in illam regionem longinquam, sciens Deus eorum instabilitatem, ne reuerterentur ad vomitum & pristina mala, & peccata, si redirent in Babiloniam, vel ad patriam suam, inclusit eos in montibus illius regionis, qui dicuntur Caspij, & sic habent duo impedimenta, scilicet montium in quibus sunt inclusi, & fluminis qui euphrates appellatur, quem transire nequeunt, maxime quia impediuntur a regina Amazonũ, & populo eius sub cuius imperio, & dictione viuunt, vt dicitur in compendio theologiæ libro vltimo. Non obstat etiam superioribus, quòd hic dicitur, quod veniét cum pace quia hoc intelligitur post deceptionis cognitionem. Primo enim seducitur a diabolo & antichristo qui permissione Dei faciet montes illos aperiri, & flumen dare eis locum itineris, vel exsiccari. Et sic ipsum antichristum comitabuntur credentes eum esse Messiam in lege promissum. Mortuo vero antichristo, & cognita veritate venient ad fidem Domini nostri Iesu Christi, & ad pacem atque vnionem Ecclesiæ Catholicæ. Et in Hierusalem adorabunt

Dubitationis dilutio.

Dominum nostrum Iesum Christum. Et salui erunt residui omnes de populo Israel inuocantes nomen Domini sicut propheratum fuit Malachiæ vltimo, & Ioh. 2. Et vt ait Paulus ad Rom. 11. Tunc intrabit ad fidem plenitudo gentium, & omnis Israël saluus fiet. Et prædicta etiã confirmantur per ea quæ habentur. Eze. 38 vbi ait Deus. Adducam te super terram meam, vt sciant gentes multæ cum sanctificatus fuero in te in oculis eorum o Gog. Licet autem quasi innumerabiles populi ad fidem venient. Tamen ministri antichristi, & multi scelerati homines non credentes aliud exterminium sibi debere euenire, in his paucis diebus, qui remanebũt post mortem antichristi, in suis peccantes perseuerabunt, conuiuãtes & luxuriantes ac delitijs vacantes, iuxta illud Hiere 48. Requieuit Moab in fęcibus suis, nec est transfusus de vase in vas, idest de statu peccandi ad statum pęnitentiæ. Dicent enim tales obstinati. Licet princeps noster mortuus sit, tamé nos eius diuitias habemus quibus gaudere, & in consolationibus viuere valemus. De quibus dicit Apostolus 2. ad Thes. 5. Cum dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Istis ergo qui fuerunt de exercitu antichristi & in malitia sua perseuerabunt adueniet illud quod eis minatur Dominus. Ezec. dicens. Ignem & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos, qui sunt cum eo, & magnificabor, & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium, & scient quia ego Dominus. Veniet enim cito filius Dei ad iudicium post prædicti antichristi mortem licet de die præfixa non sciatur certitudinaliter. De quo iudicio loquens Ioannes Apostolus ostendit quando Christus veniet ad iudicandum dicens Apoc. 19. Oculi eius sicut flamma ignis & in capite eius diademata multa. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & exercitus qui sunt in Cœlo sequebantur eum, Et de ore ipsius procedebat gladius ex vtraq; parte acutus, vt in ipso percutiat gentes. Et 20. c. iterum dicit. Vidi Thronum magnum, & candidum, & sedentem super eum, a cuius aspectu tremuit terra, & Cœlum. Et vidi mortuos

Multi post antichristi mortem ad pænitentiã non conuertentur.

Quã terribile debeat ẽe Dei iudicium.

magnos, & pusillos stantes in conspectu Throni, & libri aperti sunt, & mortui iudicati sunt ex his quæ scripta erant in libris secundum opera eorum. Et dedit mare, & infernus mortuos suos. Et qui non sunt inuenti in libro vitæ scripti, missi sunt in stagnum ignis, hæc ibi. De bonis autem inquit capitul. sequenti. Et vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de Cœlo, adeo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et abstergit Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt & dixit qui sedebat in Throno. Ecce noua facio omnia. Et qui vicerit possidebit hæc, & ero illi Deus, & ipse erit mihi filius.

Quam gratiam vincendi vitia, & peccata & esse bonos seruos & filios Dei concedat no nobis ipse Saluator noster Dominus Iesus qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

FERIA III IN HEBDOMADA SANCTA DE VICTORIA SVIIPSIVS.

SERMO DVODECIMVS.

Sensus passiones vincēdæ sunt vt æternā gloriā habere possim⁹.

CRVCIFIGE eū. Matth. 15. & in Euangelio occurrentis feriæ. Quicunque vult Dei gratiam & gloriam æternam promereri necesse est eū vincere passiōes suas ac sensualitates, & supponere eas rationi. Ideo dixit Deus ad Caim Gene. 4. ca. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Regnum enim Cœlorum vim patitur & violēti rapiunt illud Math. 11. vnde Saluator ait. Apoc. 2. vincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in Paradiso Dei mei, & 3. eiusdem libri c. iterum dicit. Qui vicerit faciam illum columnam in regno meo. Ideo dicit Apostolus ad Gala. 5. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem, hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quęcunque vultis, illa faciatis. Manifesta autem sunt opera carnis quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, auaritia idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ inuidiæ, homicidia, ebrietates, commessationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut prędixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequētur, hæc ille. Et ad Roma. 8. iterum dicit. Fratres debitores sumus. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Et ad Gal. 6. dicit. Nolite errare, Deus non irridetur. Quæcunque enim seminauerit homo hæc & metet, quoniam qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitā ęternam. Quia ergo diabolus cōtinue nos impugnat per sensualitates, oportet nos impugnat per sensualitates, oportet nos viriliter pugnare contra eas, ne mors intret per fenestras nostras quæ sunt quinque sensus corporis, vt dicitur. 15. q. 2. c. visis. & sunt verba Io. Papę. Ideo dicitur Eccl. 18. Post concupiscentias tuas non eas, & a voluptate tua auertere. Si. n. pręstes animę tuę concupiscentias eius faciet te in gaudiū inimicis tuis Gre. quoq; in 3. dialogo. c. 19. ait. Sine labore certaminis nō palma victorię, vnde ergo victores sunt nisi qa antiq. hostis insidias debellauerunt? Malignus qppe spiritus cogitationi, locutiōi, atq; operi nostro semp insi-

stit si fortasse aliqd inueniat vnde apud examen æterni iudicis accusator existat, hæc ille Et Hiero. ad Eustochium dicit. Nisi vim facias cęlorum regnū non accipies. An non videtur tibi grandis violentia cum caro cupit esse quod Deus est, & illic vnde Angeli corruerunt Angelos iudicatura conscendere? Egredere ergo paulisper e corpore, & ob præsentes labores ante oculos tuos depinge mercedem, quā nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, hæc ille. Ideo Saluator Matth. 16. nos hortatur dicēs. Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat Crucem suam & sequatur me. Ad quod possumus applicare verba proposita quæ dicunt. Crucifige eum. i. appetitum sensualem. Super quo verbo duas considerationes faciemus. Prima dicetur necessitatis. Secunda vtilitatis.

PARS PRIMA

huius sermonis, in qua probatur quòd quilibet tenetur cum ratione vincere omnes suas sensualitates seu diabolicas & mundanas tentationes.

Quod quilibet tenetur subiugare sensualitates suas rationi probatur primo quinq; rationibus. Prima dicitur ordinationis. Fundamentū cu ius ponit cōmentator super. 8. Phisi. & in 2. Metha. di. Ars & natura in suis operationibus ordinatæ agunt quantum possunt, patet hæc regula. in arte bellica. Nam famulus siue Saccomanus secundū ordinem artis bellicæ obedit armigero, armiger vero squadrerio, squadrerius autem capitaneo generali, & capitaneus domino suo, vel Imperatori. Hoc idē patet in statu ecclesiastico discurrendo gradus eius. Patet etiam exemplo naturali. Nam videmus secundum ordinem naturæ, q argentum præualet ferro in valore, aurū vero præualet argento & ferro. Præsupposito ergo q secundum artem & naturam maiora semper sibi subiiciunt, inferior semper debet seruire supiori, vt dicitur. ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. deniq; Certum est quòd Deus composuit hominem ex materia & forma. i. ex corpore & anima, vt habetur. 2. de anima. Sed clarum est quòd forma simpliciter nobilior est sua materia, dicente philo. 1. Phisi. Forma est quid diuinum, & appetibile a materia materiam dignitate excedens. Quod si sic est, peto quo fine Deus ordinauit hominem ex parte rationali & ex parte sensitiua? Et manifestum est quòd hoc ideo fecit vt pars rationalis, quæ est nobilior regat, & subiiciat sibi partem sensitiuam quæ est sibi inferior, alias sequeretur vnū quod est falsissimum & impossibile, quòd Deus illas inordinate fecisset, & q ars & natura essent perfectiores ipso Deo. Cōposuit ergo Deus hominem ex anima & corpore, vt anima regat corpus & sensualitates, vt inquit S. Bonau. in 2. dist. 38. artic. 2. q. 2. Et ideo debemus subiicere rationi omnes motus sensuales inordinatos, quia inquit Philo. 1. Politicorum. Debemus vti rebus simpliciter ad id ad quod ordinatæ sunt à sapientissimo datore. Et ideo anima debet esse regens, corpus vero rectum, hæc ille. Domus enim male regitur cū ancilla dominatur, vnde Prouer. 30. dicitur. Per tria mouetur terra, & per quartum quod non potest sustinere per seruum cum regnauerit, per stultum cum saturatus fuerit cibo, per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit assumpta, & per ancillam cum hæres fuerit Dominæ suæ. Prædicta autem patuē runt in matrimonium ab Abraham Domino suo, cępit ipsam dominam suam Sarram, videns quod conceperat filium Gen. 16. Per Sarram enim intelligitur rationem per Agar verò sensualitas, quæ si voluntatem quasi virum ad se allexerit, & conceperit appetitum concupiscentiæ despicit rationem. Et ideo inquit Deus ipsi Abrahæ idest cuilibet homini in prędicto. c. Eijce ancillam & filium eius. Voluntas enim ipsius Dei est, quòd Agar ancilla idest caro, & sensualitas sit subdita Sarræ idest rationi. Posuit namq; Deus in domo animæ nostræ fratrem & sororem virum & vxorem, dominam & ancillam idest rationem & sensualitatem vt s. ratio sensualitatem instruat tanquam frater sororem, & eam corrigat tanquam vir vxorem suam, atq; eam sibi subiiciat tan-

Inferior cū supiori seruire debeat sensusq; rōne sit inferior, iō ipsi subiici tenetur, & hæc est 1. ratio.

tāquā domina ancillam suam, vt in omnibus sibi obediat vnde philosophus 5. Th. ait, quòd proprium rationalis ad concupiscibile est, & irascibile quòd ipsa imperat, illa vero ministrant. Quando autem aliter fit, tunc anima hominis est peruersa. Et Plato in phedone introducit Socratem dicentem. Cum in eodem sint corpus, & animus. Hoc quidem parere atq; seruire natura iubet, animum vero imperare, & dominari. Diuinum quidem ita natura institutum est vt imperet ac dominetur. Mortale autem vt pareat, atque deseruiat. Qui ergo contrarium faciunt, scilicet permittentes passiones, & sensualitates præualere rationi cum peruertant ordinem diuinæ sapientiæ & ordinationis, magna digni sunt pœna ipso Domino attestante, qui Luc. 12. dicit. Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis.

Cõfirmat ratione. SEcundo idem probatur ratione conuersionis, siue transmutationis. Quando enim quis viuit secundum sensualitates dicitur effici bestia. Fundamentum cuius ponit philosophus 2. de anima & in 7. Metha. commentator Auerois ibidem: Et Gilbertus porretanus in libro sex principiorum di. Forma est quæ dat esse rei, qua ablata res non est, patet hæc regula. Nam pro tanto aliqua res dicitur ecclesia, vel domus quanto in se retinet formam ecclesiæ seu domus, quòd si funditus destruatur per ruinam, nequaquā amplius ecclesia, vel domus vocatur, sed simpliciter dicitur esse cęmentum vel cumulus lapidum, & lignorum. Et ratio est, quia perdidit formā ecclesiæ vel domus. Quo præsupposito peto quare homo singulariter appelletur homo? & certum est ꝙ propter vsum rationis, dicente philo. 9. Ethi. Homo est maxime intellectus, & nō, quod si sic est, clarum est ꝙ quādo homo submittit rationem inordinatę concupiscentiæ, aut contra rationem viuit, & per consequens est ac si ratione careret, perdit nobilitatem sui nominis honoris dignitatis, vnde tam in conspectu hominum quàm conspectu cęlestis curiæ non amplius homo, sed bestia censendus est, quia mutata forma, & substantia intelligitur mutata. ff. ad exhi. l. Iulianus. §. sed & si quis. Confirmatur etiam hæc ratio per sententiam philosophi 7. Metha. di. Ex genere & differentia specifica, constituitur species, vnde nihil potest poni in specie aliqua nisi habeat differentiā specificam illius spei. Quo præsupposito tunc sic. Hæc est diffinitio hominis, homo est animal rationale, & nō debet addi mortale secundum Scotellum super vniuersalibus porphirij in tractatu de differentia. q. 1. pen. Et Ioan. versoris in summa super dialeticam, in tractatu de specie, c. vlt. quia per istam differentiam, scilicet rationale differt homo ab omnibus alijs animalibus. Et nulla res est de qua possit dici, quòd sit animal rationale nisi homo. Cum ergo ab alijs animalibus differat homo per rationem, ergo cū dimittit rationem per peccatum & sensualitatem, nihil differt a bestijs, & sic efficitur animal tantummodo sensuale, & non rationale, quia cui non competit diffinitio, non competit etiam diffinitum. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iuris. Vnde inquit glo. in auten. de mona. in prin. quòd non sequens rationem non debet dici homo sed bestia. Et hoc est quod inquit Dauid Psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis.

Pro pdictorū declaratione, ac cōfirmatione, ponitur triplex vita a philo. assignata. PRo quorum meliori declaratione sciendum ꝙ inquit philosophus 1. Politi. triplicem vitam positam fuisse a philosophis. s. voluptuosam, politicam, & contēplatiuam. Considerabat. n. hominem medium inter superiora. i. angelos, & inferiora. i. bruta animalia. Et ideo attendebant hominem tripliciter posse considerari. Primo, vt participat cum brutis, & conuenit ei vita voluptuosa. Secundo in quantum vtitur ratione, & sic conuenit ei vita politica. Tertio vt communicat cum Angelis in speculatione, & contemplatione, & sic conuenit ei vita contemplatiua. Qui ergo viuit vita voluptuosa dicitur bestia. Qui autem viuit vita politica id est rationali dicitur homo. Qui autem viuit vita contemplatiua dicitur Angelus. Ait enim Hieronymus ad Eustochium: Profecto in carne præter carnem viuere non terrena sed cęlestis vita est. Conclu-

do igitur ad propositum nostrum quòd viuēs vita brutali, ac vitiosa, meritò brutum nuncupatur, & non potest appellari homo, nisi equiuoce, sicut homo depictus, vel mortuus dicitur homo nominē tantum, & non re. Ideo Salomon inquit Eccle. 3. Ostendit Deus filios hominū similes esse bestijs, & iterum dicit. Nihil habet homo iumento amplius Quia. n. homo amissa ratione perdidit differentiam specificam hominis, & remansit solummodo in genere animalium. Genus autem non potest esse in rerum natura nisi sit in aliqua specie, ideo talem rationem carentem constituit in specie animalium irrationalium. Quapropter David post peccatum bestiale luxuriæ dixit Psal. 21. Ego autem sum vermis & nō homo, &c. Ait. n. Philo. 1. Politi. In tantū quia est homo iniquanium habet in seipso rectitudinem virium inferiorum ad ipsam rationem. Et ibidem dicit. Sicut perfectus virtutibus optimum animalium est homo, ita alienus à lege pessimum est omnium. Et rationem ibidem ponit dicens. Plura mala faciet malus homo, quā bestia. Et in 7. Ethic. iterum ait. Homines dicuntur sicut dij propter excellentiam virtutis, homo autem prauus deterior est omni bestia. Est. n. peior gallinis post rixā ad pastum simul currentibus. Item leonibus qui mansuescūt cum quis se eis prosternit, & lupis non comedentibus lupos & sic de alijs feris. Itē mulis, equis, & asinis qui nō cadunt in eodem loco in quo semel ceciderunt, imo nec per eandem viam incedere volunt. Item turt ures, & multæ aliæ aues seruant fidelitatem coniugibus suis, quod non faciunt multi homines. De hac autem hominis bestialitate Chriso. in homilia ascensionis, super illud, homo comparatus est iumentis dimentis dicit. Peius est comparari q̄ nasci. Naturaliter non habere rationem tolerabile est hominē vero ratione decoratum irrationali naturæ cōparari voluntatis crimen est. B. quoq; Th. 1 2. q. 1. ar. 2. inquit. Operationes nostræ si ratione carēt non humanæ, sed bestiales appellandæ sunt Boetius etiā quarto de consolatione, prosa tertia dicit de malis. Quare cō net si in malitiam, humanam quoq; amisere naturam. Euenit ergo vt quem trās-formatum vitijs videas hoīem extimare nō possis. Auaritia feruet alienarum opū violentus ereptor, lupo similem dixeris, ferox atq; inquietus linguā litigijs exercet, cani comparabis. Insidiator occultus subripuisse fraudibus gaudet, vulpeculis exequetur. Ira intemperans fremit, leonis animum gestare credatur, pauidus, ac fugax non metuenda formidat, ceruo similis habeaī, segnis ac stupidus torpet, asinus viuit, leuis atq; inconstans studia permutat nihil ab auibus differt, fœdis immunditiq; libidinibus immergit, sordide suis voluptatib⁹ detinet. Ita fit vt q deserta probitate homo esse desierit, cū in diuinam conditionem transire nō possit vertatur in belluam Chriso. quoq; super Matth. inqt. Si peccator es manifeste hominē te dicere non possum Cum. n. calcitres vt asinus, saltes vt taur⁹, fremas mulieribus vt equus, & castimergiā patiaris vt vrsus, impingues carnē tuam vt mulus rememoreris autē vt camelus, rapias vt lupus, irascaris vt serpens, percutias vt vt scorpio, dolosus sis vt vulpes, venenū malitiose obserues; vt aspis, & vipera, qualiter te potero cum hominibus connumerarare? quasi dicat non est conueniens.

Malus homo singulis bestijs ē deterior.

Peius est cō parari irrationabilib⁹ quā nasci.

Chriso. discursus de hoī e malo.

Ista autē animalia & bestias debet quilibet bonus prædicator capere, vel saltem vulnerare, aut ad minus contra eas vociferare sicut faciebat B. Ioan. Baptista dicens Ioan. 1. c. Ego vox clamātis in deserto. s. istius mūdi, in quo habitanē multæ malę bestię. Et ideo inquit mihi Deus illud Gen. 27. Sume arma tua, pharetrā & arcum, & egredere foras, & affer mihi de venatione tua, & fac mihi cibos vt comedam. Ista autē arma sunt virtutes, & verba ignita boni prædicatoris, de quibus secundæ ad Corin. 10. ait Paulus. Arma nostra nō sunt carnalia, sed potius adeo ad destructionem munitionum diaboli. Ad quæ arma induenda hortatur idem Apostolus ad Ephesios 6. dicens. Induite vos armaturam Dei vt positis stare aduersus insidias diaboli. Per arcum vero significatur doctrina sacræ scripturæ, quam habere debet prædicator, vt sicut per arcum ejicitur sagitta, ita per sacrā doctrinam ejicitur velox verbum prędicationis qđ currat pertrāsiens interiora

Boni p̄dicatores dēnt capere, vel saltē vulnerare, aut ad minus vociferare cōtra homines belluis similes.

teriora hominis, iuxta illud, ad Hæbr. 4. Viuus est sermo Dei, & efficax, ac penetrabilior omni gladio ancipiti. De hoc aũt arcu dicitur. Iob 29. Arcus meus in manu mea instaurabitur, & Gen 9 air Deus. Arcum meum ponã in nubibus cęli. i. in prædicatoribus de quibus. Isa. 40. dicis Qui sunt isti qui vt nubes volant. Sicut enim nubes exeuntes de mari. i. de amaritudine & turpi cõuersatione huius mũdi, eleuant super terrã p contemplationẽ, & effundunt super terrenos ac carnales hoies aquã salutaris prædicationis. Isti ergo venatores sic armati debent intrare siluam mundanam plenam feris, ac beluis. i. hoibus bestialiter viuentibus, de qua inquit psalmista. Quasi in silua lignorum securibus exciderũt ianuas eius in idipsum. Et de peccatore dr Deut. 32. Inuenit eũ in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis. Intrãtes aũt hãc siluã venatores, vt possint bestias siluestres appræhẽdere de quibus libenter comedit Deus, debent examinare diligenter loca in quibus habitant, & prudenter eas circundare, cauentes ne venando destruant campos plenos messe, & damnificẽt canibus, idest suis verbis turpibus.

In hoc mundo reperiuntur hoies multis generibus aĩaliũ similes, & de modis vulnerandi eos.

IN ista aũt silua mundana inueniuntur diuersa genera animalium, & bestiarũ, quæ solent inueniri in nemoribus. Primo enim inueniuntur lepores, quibus tremit caput, & sunt valde pauidi, per quos significantur illi qui timent aggredi viã pęnitentię ne infirmentur, vel non possint perseuerare, quorũ quilibet inquit cum psalmista. Timor & tremor venerunt super me, &c. Et iterum de illis dicit idem propheta: Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Tali autem timidus ait illud. Prouer. 26. Leo est in via leęna in itinere, occidendus sum. Leo idest diabolus, leena. i. concupiscentia, quibus nõ sperat posse resistere. De ipso quoq; timido dicitur. Prouerb. 30. Lepusculus plebs inualida, collocat in petra cubile suum. In petra enim cubile suum collocat, quia in duritia sui peccati perdurat, vel ad litteram in petra iacet siue sedet in vicis, & plateis, in nullo bono opere occupatus ex timore prædicto. Tales autem timorosi debent appræhendi, vel saltem sagittari sagitta saluatoris. Matth. 8. d. Quid timidi estis modicę fidei.

De his hoĩbus capriolis similib.

SEcundo reperiuntur caprioli qui bene saltant vnde secundi Regum. 2. dicitur Asael quasi vnus de capriolis, qui morantur in silua cursor velocissim⁹ fuit, & istia capriolis figurantur illi qui coreis delectantur & tripudijs. De quibus coreis exponi potest illud. Isa. 13. Requiescent ibi bestiæ, & pilosi saltabunt ibi. Nã mulieres vanę sedẽt ibi more bestiarũ lasciuiẽtes, & expectantes q̃ laruati, & pellibus induti sicut fit in carnispriuio eas inuitẽt ad corrizandũ. Cũ quibus saltãt, tanq̃ beluæ. Isti autẽ caprioli sunt vulnerandi sagitta. Eccle. 9. vbi dr. Cũ saltatrice non sis assiduus, & non audias verba illius, ne forte pereas in efficacia eius. Item sagitta Amos. 8. vbi ait Deus. Conuertã festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum.

De hoĩbus capreæ similibus.

TErtio reperiũtur vbi capreæ quę vulgari nomine vocantur camociæ, & istæ pp suam leuitatem nunq̃ tenent firmũ locũ, sed huc illucq; discurrunt, de q̃bus dr. 1. Parali. 12. Veloces quasi capreæ in montibus, & istis figurant vagabundi, & instabiles & qui nõ perseuerãt in bono incepto, vel in arte quã cepetũt, & nunq̃ permanent in vno bono proposito. Qui feriendi sunt sagitta Salomonis. Eccle. 5. vbi ait. Ne ventiles te in oẽm ventum, & non eas in oẽm viam, sed esto firmus in via dñi. Itẽ istę capreę ascendunt cacumina montiũ, & significant curiosos, qui volunt intelligere altitudinem diuinorũ secretorũ quos vulnerat Eccle. 3. sui libri. c. d. Altiora te ne quæsieris, &c.

De hoĩbus ceruis similibus.

QVarto reperiuntur cerui de quibus ait. Isi. 13. Erhimo. q̃ mirantur fistularum sibilum, & in armonia delectãtur, erectisq; auribus acutè audiunt, & sic a venatoribus capiuntur, vnde figurant dissolutos qui delectantur canticis. Contra quos dicitur. Iob 21. Tenent timpanum & citharam & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt. Item Plinius libro octauo, naturalis histo-

riæ dicit. Cerui tantæ sunt simplicitatis vt omnem mirentur & stupeant nouitatem, vnde equo, vel bubalo ad eos accedente, ita in ipsum respiciunt, quòd hominē iuxta se venientem & sagittis impetere volantem non attendūt, hæc ille. Et ideo significāt fatuos qui ad omnes nouitates mirant, & attendūt & faciliter decipiunt, vñ de illis dici pōt illud. Prouer. 14. Fatuitas stultorum in prudentia. Gloriantur quoq; cerui de cornibus quæ tamen sæpe sunt causa, quòd capiantur & moriantur. Et significant vanagloriosos de pulchritudine, diuitijs, & honoribus, & huiusmodi. Qui vulnerandi sunt sagitta psalmistæ dicentis. Nolite extollere in altum cornu vestrum &c. Multas etiam alias conditiones habet ceruus quas bono respectu pertranseo.

De Asinis similibus, ac de modo eos vulnerādi.

QVinto reperiuntur asini, vt autem dicitur libro.18.de proprietatibus rerum. Asinus est animal melanconicum, frigidum & siccum, naturaliter ponderosum, tardum ac pigrum, stolidum & obliuiosum. Et isti asini figurant negligentes in bono opere, & accidiosos. Qui debent vulnerari sagitta Pauli.2. ad Thim.3. dicentis, Qui non laborat non manducat, & domini Iesu dicentis.Matth.20. Quid hic statis tota die otiosi? Et Iob.5. vbi dicitur. Homo ad laborem nascitur. Libentius quoq; comedunt asini spinas, & tribulos, ac cardos, quàm alias bonas herbas, & significant lasciuos qui libentius audiunt inhonesta, ac turpia & fabulosa quàm bona ac sancta verba & vtilia. Iuxta illud.2.ad Thi.4. Erit enim tempus cū sanam doctrinam nō sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum auertent. Ad fabulas autem conuertentur. Qui vulnerandi sunt sagitta Pauli ad Coll.3.dicentis. Deponite sermonem turpem de ore vestro, & verbum Christi habitet in vobis abundanter. Asinus etiam non timet stimulū sed oportet eū percutere cum virga, & baculo, & de istis asinis multi reperiuntur qui sunt obstinati, & bonis verbi Dei sti mulis non possunt induci, vt per viam madatorum Dei progrediatur, sed oportet quòd eos Deus, cogat per flagella & grauamina, & ad hoc exponi potest illud Eccle.23. Virga & palea ac onus asino. De quoq;. Prouer. 10. Virga in dorso eius, qui indiget corde, & eiusdem libri 26. c. Virga in dorso imprudentium Isti etiam asini significāt rusticonos de quibus etiā quam plures reperiuntur. Asinus enim habet aures longas & largas, & ipse rusticitates magnas, & multas. Sed notandum quòd vt dicitur in lib. de proprietate rerum contra asinos pugnat vrsus, & eos comedit, & similiter istos asinos bipedes deuorabit diabolus. Dicitur quoq; in prædicto libro de proprietate, rerum, quòd asini quanto magis senescunt, tanto magis efficiuntur tristes, & deformes, hispidi, & pillosi, & figurant eos qui quotidie efficiuntur magis tepidi, & pigri in seruitio Dei ita quod eis vita est in tedio. Quos vulnerare debemus sagitta Salomonis. Sapientiæ.1. dicentis. Nolite zelare, mortem, &c. & Oratij in epistolis canentis, Gratior & melior sis accedente senecta, Aliter eueniet illud. Sap. 3. Sine honore erit senectus illorum.

De leonibus similibus.

SExto reperiuntur leones rugientes, per quos superbi & magnates designant, qui volunt dilacerare pauperes. Prouer. 27. Leo rugiens, & vrsus esuriens principes eius super populum pauperem. Item quærunt deuorare substantiā eorum, iuxta illud psalmistæ. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam. Et iterum. Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. De istis etiam dicitur. Sopho.3. Principes in medio eius quasi leones rugientes. Minantur enim pauperibus, eosque mordent, & occident, ac suppeditāt. Contra quos dicitur. Iob.4. Rugitus leonum & vox leenæ & dentes catulorum eius contriti sunt. Istos autem superbos vulnerare debemus sagitta humilitatis, quam emittit beata virgo dicens. Lucæ.1. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles.

De tigri similibus.

SEptimo inueniuntur tigres iracundi, & furibundi sicut ego oculis proprijs aspexi in vno addncto Mediolani, qui cōtinuè fremebat, & figurant rixosos, & cōtentiosos atq; vindicatiuos. Cōtra quos mittenda est sagitta Eccle.28. Qui vindi

cari

cari vult à dño inueniet vindictã,&c. Et Prouer.17. Semper iurgia quærit malus. Angelus autem crudelis mittetur contra eum.

De his qui simiæ assimilantur. OCtauo inueniuntur simiæ, sic dictæ, quia volunt omnia assimilare, & facere quicquid vident ab alijs fieri, & figurant præsumptuosos. Dic de simia vidente barbitonsorem seipsum radentem ad speculum, quod & ipsa voluit facere, & sibijpsi cum nauacula amputauit caput incidendo collum dũ radere vellet sub gula: Culpa autem est immiscere se rei ad se non pertinenti.l.culpa ff.de regu.iu. & c.non est sine culpa.eodem ti.lib.6. Sunt quoq; simiæ exterius hominibus conformes, & interius valde dissimiles, & figurant hypocritas, qui exterius habent apparentiam sanctorum, & interius similitudinem dæmonum. Contra quos iaculanda est sagitta Iob.13. vbi dicitur. In conspectu Dei non veniet omnis hypocrita.

De hoibus porcis similibus. NOno reperiuntur porci, qui si vadũt in aliquo viridario, dimissis floribus odoriferis quærunt stercora, & figurant detractores, qui dimissis virtutibus proximi quærunt, & inuestigant vitia eorũ, vt detrahant illis. Item libenter se inuoluunt in luto, & significant luxuriosos de quibus dicit. Iohelis, 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. O quot bonas animas fædauit, & corrupit iste porcus luxuriæ, & quantum destruit ecclesiam Dei. De ipsa enim inquit psalmista. Exterminauit eam aper de sua, & singularis ferus depastus est eam. O quot sues inueniuntur hodie bipedes, qui delectantur solum modo in volutabro carnis & sensualitatis. Sed notandum, quòd sicut macellarius volens interficere suem siue aprum siluestrem, qui vulgariter dicitur porcus senzatus, ei fricat ventrem, & ille tali sensualitate delectatus in terram se extendit, vt illam delectationem melius percipiat. Macellarius vero postq̃ aliquantulum fricauit, gladio ad hoc preparato improuidente ipso porco illum in gutture eius transfigit, atq; ipsum occidit. Sic diabolus fricat ventrem luxuriosi sensualitate carnali, in qua dũ vt porcus delectatur & gaudet, statim eum repentina morte interimit. Sed hos porcos ferire debet prædicator sagitta castitatis, laudando pudicitiam, iuxta illud Sapientiæ. 4. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Item sagitta Apostoli ad Hæbre.13.dicentis. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus.

DEcimo inueniuntur vrsi, qui sunt inuidiosi. Cum enim ad brachia faciũt cum aliquo, si ab ipso vincuntur, ex inuidia eum vngulis dilacerant, & propterea de inuidioso dicitur. Daniel. 7. Ecce alia bestia similis vrso in parte stetit, & tres ordines dentium erant in ore eius, primus enim ordo est dolere de bono proximi, secundus est gaudere de malo eius, tertius est ipsius famam dilacerare. Isti autem sunt feriendi sagitta charitatis, quæ facit gaudere de bonis proximi, vnde Augusti.in quodam sermone ait. Tolle inuidiam, & tuum est quod habeo. Vrsi etiam sunt solaciosi, & significant lusores, quos diabolus occidit, sicut venator vrsos. Nam venator facit formam hominis de palea cum brachijs apertis, quasi inuitet vrsum ad ludendum ad brachia. Ipse autem venator post illam formam ad arborem apodiatam stat absconsus. Dum autem vrsus amplectitur illam formam siue imaginem hominis volens ludere ad brachia, statim ex improuiso iugulatur a venatore. Et similiter occidit diabolus lusores dum putant solaciari & ludere &c. Vrsi quoq; sunt impatientes, vnde alio modo capiuntur propter impatientiam suam. Nam venator sciens viam per quam incedere solet vrsus, tendit, in ea chordam cum sagittis venenatis, ita quòd tacta chorda aliquantulum fortiter, statim cum impetu exit sagitta, vrsus autem qui adeo est impatiens, q. si in itinere inuenit lapidem eius viam impedientem, protinus ipsum cum ira longe proijcit, similiter cum ad prædictã chordam venit, & ipsam in medio itinere reperit, cum indignatione cũ brachijs illam appræhendens, ac dilacerare volens, & proijcere, fortiter trahit, vnde statim cum ingenti impetu sagitta exiens eum ferit. Ex qua magis indignatus vrsus, sagittam ipsam extrahit de vulnere, & circa

De his qui vrsis sunt similes.

ca

ea aspicit quis eum vulnerauit vt ipsa sagitta illum ferire possit. Neminem autem videns, atq; se madefactum cernens sanguine de vulnere exeunte, cum indignatione pilos ipsos extrahendo etiam carnem suam rumpit, vnde & ab ipsa ruptura sanguis fluit. Quapropter ab alia parte alios pilos similiter extrait, & vndiq; sanguis fluit, vrsus vero statim ad flumen currit vt in eo sanguinem abstergat. Sed sanguis in aqua magis fluit, vnde debilitatus vrsus cito perit, vel saltem manus venatorum ex ipsa debilitate fugere nequit. Alio etiam modo appræhenditur vrsus qui est gulosus, & libenter comedit mel. Nam venatores cum chorda appendũt malleum grossum, & acutũ arbori, in qua sit fauus mellis, ita quòd dictus malleus sit ꝑpe fauum mellis, ex ea parte qua vrsus ad comedẽdum mel pergit. Cum autem vrsus hoc impedimentum inuenit, statim eum impetu malleũ proijcit, qui protinus ad locum suum rediens caput vrsi percutit. At ille magis indignatus fortius, & impetuosius illum proijcit. Malleus vero alia vice ad locum suum reuertens taliter vrsum in capite excutit, quòd de arbore totus attonitus cadit. Quem venator postmodum faciliter capit. Et figurat impatientes de aduersitatibus. Qui vulnerandi sunt sagitta Apostoli. 1. ad Thesa. 5 dicentis. Patientes estote ad omnes. Qui enim patiens est, multa gubernatur sapientia. Prouer. 14.

De vulpis similibus.

VNdecimo reperiuntur vulpes, quæ nunquam ambulant recto itinere, & significant dolosos, & fraudulentos, de quibus dicitur. Prouer. 2. quorum viæ peruersæ, & infames gressus eorum. Est autẽ considerandum quòd vt ait Alexander de Ales, super Psalmo. 62. Sola pellis vulpium est chara venatoribus, & similiter sola exterior conuersatio talium fraudulentium hominum, quæ est in carnis mortificatione debet a bonis assumi, & cadauer proijci quod sub pelle abscondi tur, idest eorum interior malignatio. Vnde Matth. 3. dicitur de Ioanne Baptista. Zona pellicea circa lumbos eius. Dicit & Alexander ibidem, quòd vulpes tenet lanam in ore, & paulatim se mergit in aqua a parte caudæ, donec pulices fugiant ad lanam, & tunc deserit, & proijcit ipsam lanam in aqua, & sic pulices occidit. Et similiter homines dolum ostendunt se libenter accipere repræhensiones mordaces, quæ per pulices significantur. Sed postea statim proijciunt eas, & repræhẽsores suos crudeliter persequuntur. Vulpes etiam se inuoluunt in terra rubea, & ostendunt se mortuas vt capiat aues, & significat simulatores qui decipiunt simplices. Et ideo inquit Oratius in poetria. Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. Propter simulationem autem & proximorum deceptionem dicebat saluator. Lucæ. 13. de Herode. Dicite vulpi illi &c. Item vulpes magis rapiũt animalia domestica, quàm siluestria, & significant deceptores proximorum, & vicinorum, de quibus dicit. Abdię primo. Qui comedunt tecũ ponent tibi insidias, vulpes etiam pullos deuorant, & figurant gulosos qui vellent omnia delectabilia ciba ria deuorare. Istas autem vulpes capi ꝑcipit Deus. Can. 2. di. Capite vobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas. Tales autem debẽt vulnerari sagitta Dauid. Psalmo. 62. vbi de ipsis ait. Introibũt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. Sicut enim cadauera vulpium proijciuntur in sterquilinio, sic ipsi proijcientur ad æternas pœnas in inferni profundo.

De his qui lupis assimilantur.

DVodecimo reperiuntur lupi quorum natura est fugere, cum post eos clamatur, vnde semel quidam tibi ne quadam die volens ire ad pulsandum in vna ciuitate, pergensq; cum tuba per quodam nemus, errauit per siluas, taliter q̃ nox superuenit. Ille autem circumquaq; perlustrans vt inueniret vbi pro nocte illa dormiret, tandem inuenit vnam cassinulam in qua nemo erat, habebat tamen ostium quo claudi poterat. In quã intrãs clausit ipsum ostium, & postea ascendit super quendam locum ibi eminentiorẽ. Deinde ne alius ascendere posset traxit scalam desuper. Cum autem dormire inciperet, ecce multitudo magna luporum aduenit qui ibi in nocte dormire consueuerant. Qui ostium clausum inuenientes atq; odorem humani corporis sentientes

tes, vlulare fortiter ceperunt capitibus sursum eleuatis, vnde ille euigilans totus territus remansit. Illi autem lupi cum per ostium intrare nequirent se inclinabant & vnus ascendebat super alium, & postea erigebantur & ita faciebant quasi vnam scalam, & sic supra murum ascendebant, & ipsam cassiculam intrabant. Cum autem quasi omnes intrassent, & ad illum tibicinem ascendere non possent, ceperunt similiter ascendere vnus super alium vt quasi vnam scalam fecerent sicut prius, vnde tibicen videns, ꝙ ab eis se defendere non poterat, randem a Deo inspiratus cępit fortiter sonare cum tuba in aures ipsorum luporum. At illi existimantes eum vocare alios qui essent in insidijs, ceperunt quasi rabidi circa ostium psallere vt eum aperirent, & vnus volebat citius altero exire, & sic interficiebant se inuicē, ab & tandem aperto ostio, adeo longe cucurrerunt, quòd ab illis partibus multum elongati sunt, prædictus enim tibicina continue sonabat fortiusquam poterat, & sic illo sonitu & clangore lupos omnes essugauit. Sed lupi nostri sunt domestici, & bipedes & adeo temerarij, quòd non timent clamores, nec minas prædicatorum, nec tubam diuini iudicij. Et isti sunt deteriores lupis siluestribus. Non enim recedunt si quis clamitet. Hos autem appræhendere debemus, aut vulnerare sagitta Zachariæ primo, vbi ait propheta. Ne sitis sicut patres vestri ad quos clamabant prophetæ priores, & non audierunt, nec attenderunt &c. Sunt quoque alij lupi qui non solum fugiunt propter clamores magnos, sed etiam propter quemcunque, vel paruum clamorem, & isti figurant eos, qui non solum fugiunt a prædicatione quando acriter repræhenduntur, sed pro omni verbo vel minimo quod videatur contra eos militare recedunt, & amplius ad prædicationem redire nolunt, licet in particulari non nominentur, contra quos ait Hieronymus ad Nepotianum. Neminem specialiter sermo meus pulsauit, generaliter de vitijs disputatio est. Qui igitur mihi irasci voluerit, prius ipse de se ꝙ talis sit cōfitebitur. Alij etiā lupi assimilant ouibus in colore, ait Prudētius poeta. Latitat lupus ore cruento: Lacteolā mentitus ouē sub vellere molli. Et saluator. Matt. 7. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et isti sunt vulnerandi sagitta Iob. 36. vbi dicitur. Simulatores, & callidi prouocant iram Dei. Lupus etiā nō discernit cuius sit qđ rapit. s. pauperis, vel diuitis, & eodem modo faciunt vsurarij, & raptores. Item non curat vtrū damnū sit magnū, vel paruū, & figurat eos qui faciunt conscientiā suo modo, & nō magis habent stimulū de magno peccato, q̄ de minori. Ad prædicta aurē dari pōt exemplum qđ fabulose recitatur, de lupo qui habens mandatū a leone rege animaliū, vt vltra tres solidos non daret damnum, postea comedit asinam vnam cum pullo suo, de quo accusatus, respondit, ꝙ non erat transgressus præceptum, quia asinam iudicauit valere solum duos solidos, pullum vero eius vnum solidū. Et similiter faciunt vsurarij pessimi, qui iudicant sibi licere omnia, adducentes rationes ꝙ denarij sui debent aliquid lucrari &c. Item lupus quicquid capit dentibus, non dimittit, sed firmiter tenet. Et similiter isti raptores nunquam restituunt ea quæ iniuste abstulerunt etiam a viduis, pupillis, & orphanis & alijs miserabilibus personis, inter quas morantur sicut lupi rapaces in medio ouium, de quibus etiam dicitur Ezechiel. 22. Principes in medio eius sicut lupi rapiētes prædam. Est etiam lupus animal gulosum, & propter gulositatem suā appræhendit, vnde semel quidā fecerant foueā magnā profundam in qua posuerant pecudem, seu aliud animal mortuum, & postea cooperuerunt ipsam foueam stramētis paleaū, subter quæ posuerāt aliqua debilia virgulta, quibus ipsa stramenta sustentari possent. Lupus autem quidam magnus inde transiens, & odorem carniū sentiens ibi, quærebat vbi essent, & sic in foueam ipsam cecidit, & nunquam exire potuit. Accidit vero vt quidam leberes reficiens inde ante lucem transiret & in eadem fouea caderet, lupus autem qui ibi erat, ad partem vnam foueæ se transtulit, & ille faber ab alia cum martello suo in manu. Quibus sic stantibus venerunt venatores, & sub mise-

miserunt illi fabro vnam chordam grossam vt eam ligaret ad collum lupi, quod & fecit. Nam lupus territus videns se captum in illa fouea & habere homines desuper cum armis, & illum fabrum cũ malleo, permisit se ligari tãquam si esset vna ouis. Postmodum vero illi venatores sursum traxerunt fabrum, & postea lupum sic ad gulam ligatum, quem adhuc in aere existentem protinus interfecerunt. Est insuper lupus animal desperatum, & maxime quando non potest suæ gulositati satisfacere. Solet autem lupus quando ouile intrat quicquid potest comedere, reliquum autem ouium interficere & sub terra abscondere in aliquo loco, vt postea illud comedere possit, vt vero famem prouocet arenam comedit, qua comesta huc illucq; discurrit, & sit cibum quo plenus est digerit, & famescit. Quadam autem die cum cibo plenus esset quidam lupus, quandam ouem interfectam sub terra abscondit vidente factum quodam homine ipso tamen lupo hoc non perpendente, postea autẽ perrexit lupus ad comedendam arenam, qua mediante se euacauit ita quòd fame quodãmodo rabidus erat. Interim autem prædictus homo ipsam ouem abstulerat, & postea in quodam loco eminenti & securo expectabat videre quid faceret lupus non inuenta oue. Accurrens ergo lupus sic famelicus & cibũ præparatum non inueniens. Cum non haberet quid comederet in tanta fame desperatus contra vnam arborem currens sic caput suum in ea confregit quòd protinus expirauit. De istis autem lupis rapacibus & voracibus plena est terra, iuxta illud Esopi dicentis: Hic regnant qualibet vrbe lupi. Sed eorum rapacitas est ferienda sagitta Isa. 33. vbi dicitur. Veh qui prædaris quia & ipse prædaberis. Contra voracitatẽ vero illorum est mittenda sagitta Isa. 51. Sicut vestimentum sic comedent eos vermes. Illa enim carnem suam quam impinguant de rapinis pauperum comedent vermes in sepulchro, & dæmones cruciabunt in inferno. Dicetur domino de tali lupo rapace & vorace, illud Apoc. 18. Quantum in delitijs fuit tantum date ei tormentum & luctum. Sunt etiam alij vt muli, & equi propter luxuriam, quibus ait psalmista. Nolite fieri sicut equus, & mulus quibus nõ est intellectus.

Trãsformatur etiã homo in multa alia.

ALias quoq; in species animaliũ transformatur homo qui viuit sine ratione, vnde Hiero. ad Heliodorum inquit. Absq; noticia creatoris sui omnis homo pecus &c. Et Macro. in 2. saturnalium ait. In pecudum ferarumq; numero habet, quisquis voluptatibus vacat. De quibus dicitur. Psal. 48. Sicut oues in inferno positi sunt &c. Et pecudes possunt intelligi ignorantes. Nam si quis ignorat ignorabitur. 1. ad Cor. 14. Et ad æternam ignorantiam perducetur &c. & 2. Pe. 2. dicitur. Hi vero veluti irrationabilia pecora naturaliter in captionem, & perniciem in his q̃ ignorant blasphemantes in corruptione peribunt, & in fine capituli etiam dicit. Canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti. Dicitur autem homo effici canis multis modis, maxime canis rapidus secundum Pli. lib. 3. habet linguã venenatam, & sub ea quendam vermiculum, & similiter habet dentes venenosos, & significat inuidiosos, & detractores, q mordent alios, detrahendo eis, & famam eorum dilacerando, sicut dicit glo. sup illud. Apoc. 22. Foris canes, & venefici. Et de his canibus conqueritur Dauid. Psal. 21. di. Circũdederũt me canes multi &c. Item canes latrant contra transeuntes p viam, & maxime contra pauperes, & rabido ore irruunt in eos. Solent etiam canes vnius contratæ simul se concordare & impetere canem alterius contratæ inde transeuntem, eumq; dilacerare, & significant partiales, Guelphos, & Gibellinos, qui alios alterius partis non possunt videre. Et similiter significant aduocatos, & procuratores qui simul morantur in cõtrata palacij de quibus dicitur. Qui in palacijs morantur omnia mala nouere, vt ait glosa in. l. ab Anastasio. C. mandati. hi enim sæpe simul concordant ad dilaceranda bona clientulorum. Sed istos canes debemus ferire sagitta. Dauid. Psa. 58. dicentis Famem patientur vt canes. s. in inferno.

In reptilia etiã trãsformatur homo.

TRansformatur quoq; homo in reptilium numero, quando eorum mores imitatur. Reptilia enim secundũ Isido. 12. Ethi-

11. Ethimo. dicuntur illa animalia quæ pectore, & ventre reptant super terram, & figurant auaros terrenis totaliter deditos, qui erũt cibus diaboli cui dixit Deus Gen. 3. Terram comedes cunctis diebus. Inter autem alia reptilia malę conditionis est anguis serpens, qui ideo sic appellatur, quia est angulosus & nunquam incedit rectus, vt dicit Isi. vbi supra, & figurat duplices, & proximis insidiantes. Dicitur etiam serpens eo, quòd in occultis accessibus serpit secundum Isid. ibidem. Inter alios serpentes est Basiliscus de quo dicitur, lib. 18. de proprie. re. quòd aspectu suo interimit omne viuum, & quòd ad eius aspectum nulla auis illesa pertrãsit, & figurat eũ de quo inquit saluator. Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam męchatus est eam in corde suo. Draco autem est maximus omnium serpentum, vt ait Isi. vbi supra, de quo Hiero. super illud Leui. 14. Attraxerunt ventum sicut dracones ait. Draco est animal valde sitibundum in tantum, quòd vix aqua potest satiari, & ideo aperit os vento vt sic extinguat ardorem sitis. Vt autem inquit Solinus in libro de mirabilibus mundi, Æthiopes comedunt carnes draconis, per Æthiopes vero figurantur dæmones. Et ideo ferire debemus istum draconem. s. hominem qui sitit sanguinem innocentium sagitta Dauid. Psal. 73. vbi ait Deo. Contribulasti capita draconũ in aquis. Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Æthiopum. Item contra prædictos serpentes vibranda est sagitta Isa. 27. vbi dicitur. In die illa visitabit dominus in gladio suo duro, & grandi, ac forti leuiatam serpentem veterem, & tortuosum, & occidet eum.

Dicitur etiam homo transmutari in naturam auium seu volatilium in quibus est constantia, nunquam. n. stant firmę longo tempore, sed nunc huc, nũc illuc, nunc in hanc arborem, & nunc in aliam volitant, & figurant instabiles in bono proposito. Contra quos mittenda est sagitta Salomonis. Eccle. 5. dicentis. Non te ventiles in omnem ventũ, sed esto firmus in timore domini, vnde Cato inquit. Constans & lenis vt res expostulat esto. Non solum autem homo sine ratione viuens assimilatur quadrupedibus reptilibus & volatilibus, & sed etiam piscibus, de quibus inquit philosophus. 7. de animalibus. Pisces pro maiori parte comedunt carnes, & deuorãt se inuicem, & vniuersaliter sunt gulosi, & auidi ad cibum. Et Ambrosius in exameron ait. Pisces quidã se metuo deuorant, & sua carne vicissim pascuntur. Minor apud illos esca maioris est, & rursus ille maior fit esca alterius, & præda tot. Sunt aũt secundum Plinium vt recitat etiã Isi. 12. Ethimo. centum & quinquaginta quatuor genera piscium, inter quæ cętus siue balena est maioris magnitudinis, & aliorum piscium deuoratrix. Nam quãdo esurit, vaporem odoriferum ex ore emittit, cuius suauitate attracti alij pisces os eius ingrediuntur, & sic ab ea deuorantur. Sed istum piscem, qui significat deuoratorẽ & deceptorem proximi vulnerare debemus sagitta Isa. 21. vbi dicitur. In illa die occidet dominus cęrum qui in mari est. Pisces etiam qui sunt lubrici in aquis significant voluptuosos in mundanis delitijs, contra quos mittenda est sagitta Isa. 5. vbi dicitur. Computrescent pisces sine aqua. Et generaliter contra omnes prædictas species animalium irrationalium, vibranda est sagitta Ezechielis. 38. vbi ait Deus. Commouebuntur a facie mea pisces maris, & volucres cęli, & bestiæ agri, & omne reptile quod mouetur super terram. Ex quibus omnibus patet quòd homo sensualitates sequens, & non rationẽ dicitur transmutari in bestiam. O igitur miserabilis creatura, o infelix anima, o vere bestialis persona humana, quæ rationẽ voluptati sensuum submittis, noli morari in hoc statu bestiali, sed semper inordinatos appetitus rationi submitte. Iuxta consilium philosophi 3. de anima di. Appetitu duplici & cõtrario in homine existente, qui superior fuerit secum trahat inferiorem, sicut sphera maior secum trahit omnes spheras inferiores.

Tertio probatur eadem conclusio ratione collocationis. Fundamentum cuius ponit. Aristot. secundo de anima, & quarto Phisicorum ac quarto de cœlo & mundo, dicens. Omnis locus debet esse con-

Locatum cũ loco assimilari debeat, animæq; locus sit cælũ

empireũ, q͂d alijs est superius luci dius, &c. ĩõ et aĩa debet alijs esse superior, & hæc est 3. ratio.

connaturalis locato: & e contrario. Locatum debet habere similitudinem cum suo loco. Patet hæc regula. Nam videmus in conuiuijs, ꝙ loca digniora debentur personis dignioribus, & vnicuique datur locus secundum suam conditioné Similiter si vinum sit optimum, vel acetosum, præparatur ei vas optimum, aut vile secundum qualitatem suam. Quo præsupposito certum est, quòd anima saluanda collocanda est in cęlo empireo secundum theologos, in 4. dist. in. 49. Qui locus secundum sanctum Bonauenturã, in secundo, dist. in. 2. art. 2. q. 1. in 4. argu. habet præcipue quinq; conditiones. Nã primo est valde spaciosus, & latus, quia secundum Damascenum. Cœlum empireum est contentiuum omnium visibilium, & inuisibilium. Secundo hoc cœlũ est clarum super alios, & lucidum, & propter hoc dicitur empireum a pir quod est ignis, eo quòd est splendi pum admodum ignis. Tertio est pacificum & quietũ eo quòd cœlum empireum est immobile, & omnino priuatũ omni genere motus. Quarto est vniforme, nec est diuersum vt est cœlum stellatum cæteriq; cœli ipso stellato cęlo inferiores. Quinto est supremum, pro eo quòd superest omnibus cœlis, & eis omnibus prædominaẽ, cæteriq; omnes cœli tanquam ipso minores sibi subijciuntur. Cum ergo omne locatum debeat habere similitudinem, conuenientiam, & proportionem cũ suo loco, concluditur necessario quòd anima saluanda & in cęlo empireo collocanda, tenetur & debet suo modo habere præfatas conditiones, vnde oportet, quòd primo sit larga, & spaciosa per charitatem ad Deum & proximũ, iuxta illud Cant. 2. c. Dilatauit in me charitatem. Secundo debet esse clara, & lucida per conscientię serenitatem. Tertio debet esse pacifica & quieta, itaq; tranquilla, & non iracunda, rixosa, vel turbida. Quarto vniformis ita quòd habeat vniformitatem morum ac virtutum, & obseruationis diuinorum mandatorum vsq; ad finem vitę, vt possit dicere cum propheta. Omnis cõsumationis vidi finem. Quinto oportet, ꝙ sit suprema, idest ꝙ pars rationalis super sit sensualitati, & carnalitati. Aliter non erit possibile quòd vnqnam in cę lo empireo collocetur, cum non habeat similitudinem, conuenientiam, aut proportionem cum ipso.

QVarto idem probatur ratione dispositionis. Fundamentum cuius ponit beatus Thomas super libro de sensu & sensato dicens. Actiones simpliciter sunt bonæ quæ egrediuntur a subiectis bene dispositis. Patet hæc regula. Nam si caro quæ datur homini in cibum sit sana, operabitur sanitatem, vel vtilitatem in homine comedente. Si vero fuerit corrupta, operabitur mortem, vel diminutionem sanitatis. Similiter potest exemplificari de aere, qui si fuerit sanus, vel corruptus, talem dispositionem, vel indispositionem corporibus adiacentibus immittet. Cum ergo actiones hominis procedant a toto composito, idest ab anima simul, & corpore secundum philosophum, primo Phisicorum, & primo de anima concluditur, quòd si coniunctum est in se diuisum, & indispositum, ita vt inferior pars prædominetur superiori, & sensualitas rationi, cum a subiecto indisposito nõ possit eggredi nisi actio imperfecta, ac corrupia omnes operationes talis hominis, si homo dici debet, sunt infectæ & Deo abhominabiles. Ideo dicitur Isaiæ. 64. in persona sensualium. Facti sumus nos omnes sicut immundi, & quasi pannus menstruatæ, vniuersæ iustitiæ nostræ, & cecidimus quasi folium vniuersi. Et Boetius primo de consolatione. metro. 7. dicit. Nubibus atris condita nullum condere possunt sydera lumen. Si mare voluens turbidus auster misceat æstum, vitrea dudum parque serenis. Vnda diebus mox resoluta sordida cęno visibus obstat. Et ibidem subiungit. Tu quoq; si vis lumine claro cernere verum, tramite recto carpere callem. Gaudia pelle pelle timorẽ, spemq; fugato, nec dolor adsit, nubila mens est, vinctaq; fręnis, hæc vbi regnant.

QVinto idem probatur ratione discensionis. Qui enim non subijcit sensualitates rationi, necessario ad infernum descendet. Quod probatur per dictum Aristot. quarto, de cœlo & mundo, di. Omni-

Cum quodlibet ad proprium locũ mouetur, ideo in quo

cœlestiū p̄dominatur amor, ad cœliū ascendet & in quo terrestris p̄ualet, ad tartara descendet, & hæc est. 5. ratio.

Omne quod mouetur ad locum simpliciter mouetur a prædominante natura, patet hæc regula in igne, seu igneo vapore, in quo cum prædominetur leuitas, sursum eleuatur, lapides vero in quibus prædominatur grauitas, tendunt deorsum. Ideo dicit philosophus ibidem. Omne leue sursum tendit, sicut ignis, graue vero deorsum, sicut terra. Patet etiam hoc in statera, in qua si ponatur ab vno latere res leuis, in alio vero aliquid graue quod leuius fuerit, semper fertur sursum, grauius vero deorsum. Quo præsupposito, eum in homine possit esse duplex amor, videlicet spiritualis, & sensualis, si in morte nostra amor spiritualis, seu bonorum cœlestium qui a ratione procedit præualeat amori sensitiuo, & carnali, certum est, quòd amor ille animam simul & corpus secum trahet in paradisum. Si vero amor carnalis seu rerum carnalium, qui procedit à corruptibili carne, præualeat, seu præpræponderet spirituali amori, necessario concluditur, quòd talis amor ponderosus secum trahet in centro inferni animam simul & corpus, dicente Augu. in libro confessionum. Amor meus, pondus meum, eo feror, quocunq; feror. De talibus sensualibus dicit propheta. Descenderunt in infernum quasi lapis, vbi glo. dicit. Nunquam sic lapis tendit ad centrum terræ, sicut peccatum trahit hominem ad centrum inferni. Ideo dicit Augustinus in libro de salutaribus documentis. Sicut equis fræna sunt imponenda, ita concupiscentiæ, & corpora nostra ieiunijs, & orationibus sunt refrenanda. Nam quemadmodum aurigæ si fræna equis laxauerint per præcipitia ducuntur, ita & anima cum corpore si ei fræna non imposuerimus, ad inferni præcipitia dilabitur. Simus ergo boni, & docti aurigæ corpori nostro, vt per rectam viam æternæ vitæ possimus incedere, hoc autem faciemus si ei non delitiosa, non voluptuosa, sed tantum necessaria præstemus, quia iuxta Apostolum. Si facta carnis mortificauerimus viuemus, hæc ille.

Ex morali declaratio-

SEcundo principaliter probatur hæc conclusio figuris & exemplis, prima figura habetur Iudicum decimosexto. vbi habetur quòd mulier quædam nomine Dalida concubina Sansonis, tenauit eum, & molestauit, vt diceret sibi in quo consisteret fortitudo sua, cui tandem consentiens dixit. Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazareus, idest consecratus sum domino, si rasum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea, & deficiam, eroque vt cæteri homines, quæ. statim fecit eum dormire super genua sua, vocauitque torsorem, & rasit crines eius, & statim discessit ab eo fortitudo eius; quo viso, statim dedit eum in manibus philistinorum, quem cum cepissent eruerunt oculos eius, & duxerunt gazam vinctum cathenis, & clausum in carcere mollere fecerunt. Moraliter per Dalidam decipientem intellige sensualitatem, per Sansonem fortissimum ab ea deceptum intellige rationem, quæ dum consentit sensualitati, statim perdit omne robur diuinæ gratiæ, virtutis, & meritorum, quæ per capillos significantur, per Phylisteos intellige dæmones, in quorum manibus ratio ponitur, dum sensualitati consentit. Qui Phylistei, idest dæmones, statim funibus diuersorum malorum animam ligant: Oculos mentis eius totaliter excecantes ne scilicet cognoscere possit, quantum sit graue peccatum, quamque magnum sit bonum diuinæ gratiæ & gloriæ, quod per peccatum amisit. De qua mentis cæcitate. Sopho. primo dicitur. Ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Et propheta dicit. Super cecidit ignis, scilicet male concupiscentiæ in anima per consensum, & non viderūt solem, scilicet diuinæ gratiæ amissæ.

ne illius Iudicum. 16. de Sansone ostenditur etiā quemlibet teneri ratione sensualitates vincere.

ALia figura ponitur secundi Reg. vndecimo vbi legitur quòd cum Ioab obsedisset filios Amon in rabath. Et ipsi filij Amon impetum fecissent super exercitum Ioab, occiderunt viam æthesi quosdamque alios. Quòd audiens Dauid misit ad Ioab dicens. Ne deficias sed robustus esto, & fortiter dimicare contra eos, quia varius est euentus belli. Ioab vero, hoc audito fortiter

Ex morali declaratione illius. 2. Reg. 11. de Ioab pugnāte contra filios Amon ostenditur qd supra.

titer perseuerauit pugnando, & tandem vicit inimicos suos, & deuastauit totam ciuitatem. Moraliter, Ioab qui est dux exercitus Dauid, significat hominem ducem rationis, & bonarum operationum, qui ideo positus est in hoc mundo tanquam in loco certaminis. Iob septimo. Vt vincat inimicos & coronam gloriæ accipiat. Hunc inuadunt tentationes mundi, carnis & diaboli, atque aliquando prosternitur, sed super baculo rationis se appodians & confortans, viriliter pugnat, & sic tandem de hoc mundo, carne & diabolo victoriam reportat. Ideo dicitur Prouer. 24. Septies in die cadit iustus & resurgit. Licet ergo o peccator qñq; a sensualitatibus & concupiscētijs sis superatus, tñ noli ꝑpter hoc dimittere pugnam. Nam inquit Cato. c. 3. sui libri Victorem a victo superari sepe videmus. Vnde dicit Virg. 12. Eney. Respice res belli varias. Et Ouid. in primo de arte amādi. c. 19. inquit.

Mars dubius, nec certa venus, victiq; resurgunt.

Quosq; neges vnquam posse iacere cadunt.

Secundum etiam leges dicit̃ q̃ dubius est euentus litis. ff. de pecu l eo tempore. §. si. & ibi Bar. & alias allegat. vl. l. quod debet. & C. de appell. l. eos. §. super his. Et ideo o perseuereris in pugna tandem obtinebit is victoriam de sensualitatibus.

Ex morali explanatione illius Iudith. 13. de ipsa Iudith caput Holofernis abscindente, probat hoc idem quod supra.

Alia figura habet̃ Iudith. 13. vbi dr̃, q̃ Iudith sancta mulier pugione abscindit caput Holofernis, qui erat princeps militiæ Nabuchodonosor regis Babiloniæ. Quo facto filij Israel posuerunt in fugā oēm exercitū Holofernis. Moraliter p Holofernē intelligitur concupiscentia carnalis, vel appetitus sensualis, qui est princeps militię Nabuchodonosor. i. diaboli. Iudith aūt. i. ratio cōterit caput ipsius Holofernis, iuxta illud. Gene. 3. Ipsa cōteret caput tuū. Quo facto, filij Israel. i. virtutes, & bonę operationes vertunt in fugā totū exercitū Holofernis. i. oēs motus sensuales. Ideo debemus facere sicut Apostolus Paulus qui dicebat. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutē redigo, qđ si & nos volumus facere, & de sensuali carnis victoriā reportare, debemus obseruare per similitudinem quod recitat Lucanus poeta Refert enim quòd Hercules semel pugnauit cum Antheo gigante, cuius erat consuetudo, quòd quotienscunq; proijciebatur ad terram fortior surgebat. Quod attendens Hercules ingeniosus vi eleuauit eum a terra, & strinxit eum a terra cum brachijs suis in tantum quòd emisit spiritum, & sic de eo victoriam habuit. Moraliter caro est gigas, quæ quanto magis ad terram proijcitur, idest ad terrenam voluptatem fortior resurgit contra spiritum, & rationem. Et ideo debemus cum ratione eā leuare a terra per contemplationem cœlestium, & fortiter eam stringere per macerationem, & abstinentiam, donec eam mortificemus, & de illa victoriam reportemus per subiectionem ad spiritum, & rationem.

PARS SECVNDA, huius sermonis de vtilitate victoriæ suijpsius.

Rationi sensualitatem subijcere maiorē esse honorem, q̄ oēs mundi thesauros congregare & c. similia facere, ostēditur primo auctoritatibus.

Dico quòd vincere seipsum ac passiones suas, atque inordinatas affectiones, & subiugare sensualitates rationi, est maior victoria, honor, & gloria, quā omnes mundi thesauros congregare, omnemque scientiam mundi acquirere & in super quam totius mundi imperium sibi subiugare. Quare probatur primo auctoritatibus. Inquit enim Boetius. 3. de consolatione metro. 5. Qui se volet esse potentem. Animos domet illi feroces: Nec victa libidine colla. Fędis submittat habenis. Et enim licet indica longe. Tellus tua iura tremiscat. Et seruiat vltimat ille. Tñ atras pellere curas. Miserasq; fugare querelas. Nō posse, potētia nō est, hæc ille Et Prouer. 16. dicit. Salomon. Melior est patiens viro forti, & qui dominat̃ animo suo expugnatore vrbium. Seneca quoq; in libro de clementia, inquit. Summa super omnes potentia est regem se ipsum vincere, & bene regere. Multi. n. habuerūt potestatē vrbiū, pauci vero sui. Illa vilior, hęc aūt nobilior, hęc ille. Et idē ad Lucillū epist. 25. ait. Imperare sibi maximū imperiū est, & in epist. 38. iterū dicit. Si vis oīa tibi subijcere, te subijce rationi, multos reges, si ratio te rexerit,

hæc

hæc ille. Vnde beata Catherina dixit Maxentio Imperatori. Tu si animo regeris rex es, si corpore seruus. Idem quoq; Seneca in libro de quatuor virtutibus dicit. Si magnanimus fueris, nequaquam tibi iudicabis fieri iniuriam, de inimico dices, non nocuit, sed habuit animum nocendi, & cum in tua fuerit potestatem, iudicabis tibi vindictam fieri, te potuisse vindicare, honestissimum genus vindictæ est ignoscere, hæc ille. Ambro. etiã in libro de officijs inquit. Theodosius Imperator tunc se beneficium accepisse arbitrabatur cum rogaretur ignoscere, & tunc promptior ad iracundiam. Vnde ab omnibus optabatur in eo, quòd in alijs timetur, vt irasceretur, hæc Ambro. Tullius quoque in oratione sua pro Marcello ait. Nulla corporis tanta vis est, quæ non ferro, & viribus debilitari frangique possit, animum vero vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, aduersarium non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem, hoc qui fecerit, non ego sommis viris comparo, sed simillimum Deo iudico. Demosthenes etiam ad Alexandrum regem ne obsideret Athenas ait. Nihil habes rex Alexander, vel fortuna maius, quàm vt possis vel natura tua melius, quàm vt velis seruare quã plurimos. Nulla enim de virtutibus tuis, vel gratior misericordia, vel admirabilior clementia, nec per aliud proprius ad deos potes accedere, quàm vt salutem conferas hominibus, vel dando si eguerint, vel parcendo si deliquerint, vel indulgendo si supplicauerint. Cum enim vincamur a dijs in omni munere, sola clementia est, quæ deos nobis reddit æquales. Et infrà. Adde, quòd animus tuus istis angustis terminis quos natura dedit mortalibus ad viuendum, nunquam potuit esse contentus. Semper enim immortalitatis gloria flagrauit, nec tua est dicenda virtus, velut ea q̃ solum corpore continetur & spiritu, sed diuina. Domuisti graios, vicisti lacedemones, fregisti thebanos, persas postmodum debellaturus, & indos, & hæc tamen hominis sunt, quoniam naturam & conditionem vt fieri possint habent, verum animum vincere, iracundiam cohibere sibi imperare, victis indulgere supplicantibus, qui hoc fecerit non est summis viris exequandus, sed Deo simillimus iudicandus. Ne ergo credas iracundiæ, quæ est inimica consilio. Ne credas victoriæ, quæ de natura sui est insolens, & superba, sed vince te qui cæteros vincis gloria, & virtute, hæc ille. Ouidius quoq; in epistolis epistola. 4. inquit. Vince animum iramq; tuam, qui cetera vincis, & Statius lib. 6. Theba. pulchrum est vitam donare minori. Et in 8. iterum ait. Si decidat hostis.

Ire supra satis est vitamque relinquere victo.

Et Ouidius libro de trist ib us epistola. 5. dicit.

Quo quisq; est maior magis est placabilis irę.
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni.
Pugna suum finem cum iacet hostis habet.
At lupus, & turpes instant morientibus vrsi.
Et quęcunque minor nobilitate fera est.

Seneca quoq; in libro de clementia dicit. Magni animi proprium est, iniurias atq; offensas spernere, atq; morem iræ suæ gerere. Isidorus etiã in lib. 2. soliloquiorũ, c. 21. ait. Disce mala ferre potius q̃ referre, magna est virtus si non lædis a quo lęsus es. Vince nequitiã lenitate, vince malitiam bonitate. Tullius quoq; in lib. 1. de officijs. c. 41. dicit. Nihil honorabilius, nihil magno pręclaroq; viro laudabilius placabilitate, atq; clementia. Ex quibus oĩbus auctoritatibus patet q̃ magna virtus sit vincere furorem animi, & passiones suas.

IDem quoq; probatur quinq; rationibus prima dicitur, obiectionis. Fundamentum cuius ponit philosophus in lib. 8. de animalibus dicens. Potentiæ eiusdẽ generis magis appræhensiuæ obiectorũ, cæteris simpliciter sunt meliores, & magis eligibiles. Patet hæc regula per exemplũ quod ipse ponit ibidem. Nam cum potẽtia visiua noctuæ & aquilæ sint eiusdem generis quo. ad actũ videndi, tamen

Rõne ostenditur victoriã suipsi° nobiliorem esse oĩbus diuitijs.

potentia visiua aquilæ quę irreuerberatis oculis solem in rota intuet, nobilior est potentia visiua ipsius noctuæ, quæ solis radios appręhendere non potest. Similiter potentia visiua oculi sani, nobilior est potentia oculi infirmi, & sic de alijs potentijs, quæ tanto sunt nobiliores, quanto sunt magis appræhensiuæ obiectorum. Quo præsupposito. Cum obiectum humani intellectus, seu appetitus sit simpliciter verum & bonum increatū, quòd est beatificatiuū ipsius intellectus secundum Theologos in.4.di.49. Concluditur q̄ oēs diuitiæ mundi cū nō possint acquirere & appræhendere tale obiectū, imo illi qui volunt tales diuitias acquirere, & diuites fieri incidunt in tentationē & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ demergunt homines in interitum & perditionem, vt ait Apostto.1.ad Thim.6. Ideo acquirere oēs mundi diuitias, per quas homo non consequitur obiectum sui beatificatiuū, non est tantum laudabile sicut vincere seipsum, per quod acquirit regnum cęlorum vt dicit saluator. Matt.11. Ideo dicit Boetius in 2.de consolatione. prosa. 4. Quid ergo o mortales extra petitis intra vos positam fęlicitatem, ostendam breuiter summæ cardinem fęlicitatis. Estne aliqd tibi teipso pręciosius? non inquies. Igitur si tui compos fueris, possidebis quod nec tu amittere velis, nec fortuna vnquam possit auferre, hæc ille.

Ratio p̄bār victoriā sui ipsius nobiliorem esse cunctis sciētijs.

SEcundo probo q̄ victoria suipsius est nobilior, & preciosior cunctis generibus scientiæ mundanæ. Fundamentum huius rationis ponit philosophus. 2. Topico. dicens. Quando vnum est simpliciter propter alterum illud alterum est simpliciter melius, & eligibilius patet. Nam medicina ordinatur ad sanitatem, ideo sanitas est melior medicina, vnde dicit philosophus. 1. de remigine principum. Conseruare sanitatē, melius est omni medicina. Quo pręsupposito peto quo fine & respectu acquirit sapientia, siue quęcunque scientia, & certum est quòd ideo vt cognoscatur verum a falso, & bonum a malo, quo cognito malum euitamus, & bonum operemur, quod vtique aliter fieri non potest, nisi per victoriam suipsius. Vnde philosophus primo Metha. dicit. Sapientem non ordinari, sed ordinare oportet, & sapientis est regere, & non regi. Et in secundo Ethico. iterum dicit. Et sciamus non scrutemur sed vt operantes boni efficiamur. Tullius quoque in tuscu. quæstionibus libro. 4. ait Sapientis propositum est seipsum bene regere, & nihil quod pœnitere possit facere. Si ergo omnia sapientia ad hoc ordinata est, vt quisquam seipsum vincat & bene regat, concluditur quòd victoria suijpsius excedit nobilitate omnem mundi sapientiam. Et hoc est quod inquit Gregor. 18. libro moralium, dicens. Huiusmodi mundanorum hominum sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt falsa demonstrare, hanc qui sciunt cæteros superbiendo despiciunt. Vera autem iustorum sapientia est, nihil per ostentationē facere, vera vt sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libenter tollerare, carnis illecebras compescere, nullam iniuriæ vltionem quærere, cōtumeliam lucrum putare, hæc ille. Ex qua ratione colligitur quòd sapiētior est paupercula mulier quæ seipsam bene regit, & passiones suas rationi subijcit, quàm sint omnes mundi sapientes seipsos non bene regentes, & passiones suas inordinatas rationi non subijcientes.

Ratio ostendens laudabilius esse seipsum vincere, q̄ mundū cōtemnere, aut strictissimā ingredi religione.

TErtio probo quòd vincere seipsum est laudabilior virtus, quàm totum mundum contemnere & q̄ ingredi strictissimam religionem. Fundamentum rationis ponit philosophus. 3. Topi. di. Vbi contingit vnum sine altero esse, illud simpliciter est melius eo, patet hæc regula. Nā auctoritas papalis quæ potest esse sine sacerdotali est nobilior auctoritate sacerdotis, quæ non potest stare sine papali. Quo præsupposito, peto nunquid qs possit saluari sine contemptu omnium mundialium, & ingressu religionis? & clarum est q̄ sic, dicente domino. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Secundo quæro an quis etiam ingrediēs religionē possit saluari sine abnegatione suijpsius, & refrenatione sensualitatum inordi-

inordinatarum, & malarum concupiscentiarum? Et clarum est quòd non dicente domino. Matth. decimosexto. Qui vult venire post me, scilicet ad vitam æternam abneget semetipsum & cætera. Et ideo concluditur, quòd abnegare seipsum est maioris virtutis, quàm contemnere totum mundum, & quàm ingredi religionem, sine hac abnegatione. Ait enim Gregor. in homilia super Matthæū. Fortasse laboriosum non est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet. Valde autem multum est abnegare quod est, hæc ille. Et Confirmantur prædicta per distinctionem beati Thom. 2.2.q.104. art. tertio in corpore quæstionis di. Cum quæritur an victoria propriæ voluntatis seu abnegationis proprij desiderij quæ acquiritur per obedientiam sit maxima inter omnes virtutes? Respondeo quòd sic. Cum enim religiosus tria contemnat, & tria deuoueat, videlicet castitatem, paupertatem, & obedientiam & tanto aliquid sit nobilius quanto est a nobiliori subiecto, vt dicitur primo de anima, secundo Metha. & in 8. Topico. Cum paupertas sit a terrenis rebus, castitas a corpore, obedientia vero a voluntate, quæ est nobilior corpore & diuitijs. Sequitur quòd maior est laus & meritum religioso in victoria, & abnegatione propriæ voluntatis, quàm sit in obseruatione castitatis & paupertatis & per consequens in contemptione totius mundi.

Ratio persuadēs, vincere seipsū esse laudabilius q̃ debellare totum mūdū.

QVarto probatur quòd vincere se ipsum est laudabilius incomparabiliter, quàm debellare totum mundum siue imperio temporali, siue spirituali. Et pro fundamento huius rationis occurrunt mihi duo versus morales. Esopi di. De precio victi pendet victoria, victor. Tantus erit, victi gloria quanta fuit. Declarantur hi versus hoc exemplo. Nam præsupposito quòd leo pugnaret cum mure, & econuerso mus pugnaret cum leone, si leo vinceret murē, vel mus vinceret leonem peto cui maior laus, & gloria daretur? Et certum est ꝙ non leoni. Et ratio est, quia cum ipse sit fortissimus animalium, & ecōuerso mus sit impotentissimus minima laus, vel nulla ei daretur. Sed bene contrarium. Nam muri maximus honor esset. Et ratio est, quia cum sit aliquid exiguum, & impotentissimum, tamen superasset leonē omnium fortissimū. Similiter si quis in hastiludio vinceret hoīem vilē, & inexpertum, minimam, vel nullā laudē haberet. Ecōtra vero si quis puer, vel homo inexpertus & quasi impotens, de equo deponeret armigerū strenuissimū, & in armis potentissimū, vtiq; maximam sibi gloriā acquireret, & honorem. Quo præsupposito peto quid sit maius, & nobilius, an solus animus vnius hoīs, an simul oīum hominum corpora, omnesq; mundi diuitiæ? Et clarum est ꝙ solus animus dicente philosopho. 1. Ethic. Bona animæ sūt magis bona, q̃ bona corporis. Et. 6. Politi. dicit. Triplex est bonum, scilicet bonum animæ, bonum corporis, & bonum exterius adueniens; inter quæ anima melior est omni corpore, & animæ bonum omnibus bonis. Et ratio est quia cum illud sit melius quod est primo principio propinquius & similius vt dicitur. 5. Metha. & anima hominis sit Deo similior, & propinquior per intellectum, rationem liberam voluntatem, & amorem, q̃ omnia humana corpora terreniq; thesauri. Cōcluditur ꝙ vna sola anima hominis prædictis oībus nobilior est, & melior. Quod si sic est, ergo sequitur, ꝙ si quis animum suum vincit maiorem triumphum habet saltem coram Deo, q̃ si totum mundum deuicisset, & superasset. Et cōfirmo hanc rationem sic practice loquendo. Ecce ꝙ Alexander magnus totum mundum deuicit, ponamus nunc casum, quòd alius homo veniat, & cum industria & potentia sua Alexandrum deuincat & sibi subijciat, peto quis potentior, & laudabilior extimabitur. Et certum est quòd ille dicetur gloriosior qui vicit Alexandrum, quàm ipse Alexander qui deuicit mundum, per illam regulam eiuslem quæ dicit. Si vinco vincentem te, multo magis te vicere possum. ff. de diuer. & temporali, præscrip. l. de accessionibus. Quo præsupposito, quęro quid est quod fecit principaliter Alexādrū totū mūdū deuincere? Et certum est ꝙ fuit eius animus

mus strenuus, & magnanimus. Si igitur Alexander animum suum vicisset, per quem vicerat totum mundum, vtique maiorem habuisset victoriam, quàm de totius mundi debellatione. Propter quod legitur quòd semel Aristoteles qui fuerat magister Alexandri, audiens illum turbatum contra quendam ita vt sibi minaretur mortem, scripsit sibi hæc verba dicens. O Alexander audi me, magnum documentum docebo te. Quis est qui vicit omnes reges terrę, & totum mundum tibi subiugauit, certe cor tuum strenuũ, & nobile. Si ergo in hac re vincis cor tuum, eo quòd vincens illud quod totum mundum deuicit, eris maior victor quàm fuisti. Vis ergo o ciuis, o mulier hbabere maiorem potentiam, & victoriam, quàm vnquam habuerit Alexander magnus, vince animum tuum, & passiones cordis tui. Nam vt inquit philosophus. 11. de animalibus. Potentior est sola ratio in hominibus, q̃ omnis potentia in brutis animalibus, & humanis corporibus. Et ideo si quis remittit odium, seu cum ratione carnis cõcupiscentiam sibi subijciat, cum talis victoria facta fuerit per fortitudinem rationis, victoria vero totius mundi acquiratũ mediante fortitudine materiali humanorũ corporũ, equorũ, lancearũ, sagittarũ atq; bombardarũ. Certũ est, q talis victoria est incomparabiliter excellentior victoria totius mundi. Sed quid cõparo victoriam sui ipsius victoriæ totius mũdi? Certe qui seipsum vincit, Deum quodammodo superat, qui in infinitum mundum excedit, & eum in æternũ facit suæ voluntati obsequẽtem, dicente prophan. Voluntatem timentiũ se faciet. O grandis victoria, o magna fortitudo, o inextimabilis gloria, laus & honor vincentis seipsum. Non pōt. n. rē peciri in hac vita maior triumphus quod patet, quia nullibi reperitur q victorijs imperatorũ, & aliorum victoriosissimorum virorum datum sit regnum, non em̃ datum est Iulio cæsari, non Alexandro magno, non Annibali, vel Scipioni Aphricano, non Pompeio, licet vigniti & duos reges subiugauerit, imo post ipsas victorias receperunt æternam damnationem, hoc autem præmium æternæ fęlicitatis & regni perpetui datur seipsum vincenti. Vnde Apocalip. 21. de gaudijs paradisi inquit Deus. Qui vicerit possidebit hæc, & ego illi Deus, & ipse erit mihi filius.

Seipsũ vincens Deum quodammodo superat.

PRædicta etiam veritas probatur quinta ratione quæ dicitur oppositionis. Fundamentum cuius ponit philosophus 4. Topi. Sicut propositum in proposito, ita & oppositum in opposito, patet hæc regula. Nam cum tenebrę, & lux se habeant sicut cõtraria, eo quòd lux est quędam positio, tenebra vero vt dicitur secundo de anima, nihil est nisi quædam priuatio lucis, priuatio autem & habetus, vt dicitur. 10. Metha. fine radix contrariorum, hinc est q cum lux sit maxime disgregatiua visus, ergo per oppositũ tenebra est ipsius visus summæ congregatiua. Et sicut lux est delectabilis ad videndum, Ecclesiastes. 11. Dulce lumen & delectabile oculis videre solem, ita tenebra luci opposita est contristatiua. Similiter si ex magno lucro facto in mercantia, vel alio modo, magnum acquiritur gaudium, ergo ex perditione tanquam ex re sibi opposita summus dolor generatur. Quo præsupposito, peto quid sit vilius, & vituperabilius in hac vita inter cætera? Et certum est quòd nihil est infœlicius seruitute, vt inquit Seneca in epistola. 52. ad Lucillum. Cum quo concordans Tullius in libro de natura deorum dicit. Miserius seruitute, quid possumus aut dicere, aut excogitare? quasi dicat nihil, vnde dicitur in l. quod attinet. ff. de reg. iur. Quod attinet ad ea quæ sunt iuris ciuilis, seruus pro nihilo reputatur. Vnde iterum dicitur, quòd seruitus morti conparatur l. intercidit. ff. de condi. z. dæmon. l. seruitutem. ff. de re. iuris. iurisconsultus ait. Seruitutem morti comparamus. Et idẽ habetur in. l. cum hic status. §. si donator. ff de dona. inter vi. & vxo. & in. §. si vero. in auten. de nup. Et ideo seruitus est contra ius naturale, quo iure omnes homines liberi nascebantur. ff. de iust. & iure. l. manumissiones, & in auten. quibus modis na. ef. legitimi. §. si quis coll. 6. Propter tantam seruitutis calamitatem, multi potius voluerunt vitam amittere,

Ratio p̃bãs vincere seipsum esse laudabile, nã si voluptatibus seruire est detestabile, ergo p locum ab oppositis ipsis non seruire eris laudabile.

re, quàm libertate. Sicut patuit de Carthaginensibus, vbi regina, & meliores ciuitatis ipsam ciuitatem igne succenderunt & sponte se in ignem præcipitauerunt, ne Romanis subessent & seruirent, sicut recitat Horosius libro. 4. Econtra autem de libertate dicit Esopus. Non bene pro toto libertas venditur auro. Hoc cœleste bonum præterit orbis opes. Item iurisconsultus in.l. libertas ff. de regulis iuris, inquit. Libertas est res inæstimabilis. Et idem dicit imperator. in.§. sed cum libertas, institu. qui & quibus ca. manu. non poss. & in l. infinita. ff. de regulis iuris scriptum est. Infinita est æstimatio libertatis, & in.l. libertas. Ia. secunda. ff. eodem titulo, iterum dicitur. Libertas omnibus rebus fauorabilior est. Hanc libertatem tam pretiosam perdunt homines seruitute. Ait enim philosophus. 1. Politic. Nullus seruus est naturaliter sui iuris, sed alterius. Et primo Metha. Non est liber qui alterius gratia est. Ideo dicit Iulius Celsus. Naturale est omnes homines studio libertatis incitari, & odisse conditiones seruitutis. Quibus præsuppositis quæro an ille qui prosequiuur passiones suas & inordinatas affectiones, sit liber an seruus, etiam si esset dominus totius mundi? Et certum est quod seruus est & non liber, non hominum seruus, sed ipsius inordinatæ affectionis & peccati, dicente domino. Ioan. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. Et. 2. Petri. 2. dicitur. A quo quis superatus est, euius & seruus est. Et ad Ro. 6. dicit Paulus. Serui facti estis eius cui obedistis. Quod egregie confirmans Tullius in paradoxis suis inquit. Omnis sapiens liber, omnis stultus seruus, cui libere imperabit, qui cupiditatibus suis imperare non potest? & ibidem. Quis neget omnes leues, omnes cupidos, omnesque improbos seruos esse? & iterum. Ego istos non modo seruos, sed & nequissimos seruos appellandos puto, licet de dignissima familia nati sint, hæc ille. In histtorijs quoque Alexandri magni legitur, quod bragmani scripserunt ei dicentes. Tu hostes exteriores spolias, vt interiores nutrias, tu homines tuæ subijcis seruituti, & vitijs tuis interioribus seruis. Augu. etiam. 14. de ciui. Dei. c. 15. inquit. Prima causa seruitutis peccatũ est. Et in epigrammatibus prosperi epigrammate. 53. idem ait. Malus etiam si regnet seruus est, non vnius domini, sed quod grauius est, tot dominorum quot vitiorum. Cum ergo seruitus omnis sit præter naturam, vt inquit Arist. 1. Politico. c. 3. Et vt inquit Tullius lib. 2. Philippicorũ di. Seruitus postremum malorum oĩum est. Et ibidem lib. 3. etiã ait. Ois seruitus est misera, & nihil fœdius seruitute. Profecto constat quod vilissimi sint illi, qui vitijs vacantes serui efficiuntur voluptatum. Ecõtrario autem apparet nobilitas illorum, qui refrenant vitia, iuxta illud Goffredi in poetria. Liber is est, vitijs qui non inseruit habendis. Et Tullius in rhetorica noua. lib. vlti. c. 10. Liber is extimandus est, qui nulli turpitudini seruit. Sola virtus in sua potestate est. Sed quod peius est, dico quod talis seruus peccatorũ est vilior seruus, qui possit reperiri. Et ratio est, quia peccatum nihil est, dicente Augu. in libro de natura boni. Peccatum non est natura aliqua, sed simpliciter defectus & priuatio boni. Et idẽ ait Ansel. in libro de concep tu virginali. Et probat sanctus Bona. in 2. di. 34. ar. 2. q. 3. quia cum bonum & ens conuertantur primo Ethi. Quodcunq; est bonum, & in quantum ens, & ideo cum peccatum nunquam habeat in se aliquam bonita tem, dicitur esse non ens & nihil, iuxta illud Ioan. 1. c. Sine ipso factum est nihil, id est peccatum. Cum igitur peccator sit seruus peccati sui vt supra dictum est, quod peccatum dr nihil, & melius sit simpliciter esse quam non esse. 2. de generatione, patet quod incomparabiliter est vilior talis seruus peccati, quia nullam in se habet bonitatem quam si esset seruus vilioris hominis mundi. Cum inter ens & nihil, sit infinita distantia, & per consequens infinita vilitas. Ex quibus omnibus concluditur per locum ab oppositis, quod seruans libertatem suam & subijciens rationi suas passiones, acquirit indicibilem victoriam, & honorem. Econtra vero vacantes voluptatibus, nõ solum efficiuntur serui peccatorum, sed etiam ipsius diaboli, vt inquit glo. super Ioan. 8. c. Et ideo dixit Deus diabolo. Genesis. 3. dum esset in specie serpentis.

Peccatorũ seruus vilior est quocunq; seruo, reperiri possit.

Terram omni tempore manducabis, idest peccatores terrenos, & sensuales in cibũ habebis & dominium. Similiter Mar. 5. scriptum est, quòd cum vnam legionem dæmonum eiecisset Christus a quodam dæmoniaco, misit illos in gregem porcorum, qui ingressi statim eos suffocauerũt. Per porcos enim intelliguntur sensuales concupiscentijs vacantes, in quibus habitat diabolus, & tandem eos in baratrũ profundum demergit. Lucæ quoque. 15. legitur quòd filius prodigus adhæsit vni ciuium regionis illius in quã perrexerat, idest diabolo qui regnat in regione peccatis secundum glo. O igitur serue nequam o scelerate peccator, o serue diaboli, o subdite inimici tui, & beelzebub iniquissimi, o vilissime famule, effuge quàm citius ab hac seruitute, & vade ad libertatem per vitiorum mortificationem, & recupera dignitatem tuam quam amisisti scilicet viuendi secundum rationem. Exẽplo Valerij maximi, de quo narratur in gestis Romanorum. Quod cũ esset octuagenarius & virgo, & a multis narrarentur suæ victoriæ virtutes, & gratiæ omnibus imposuit silentium dicens. Scitote generosi ciues quòd de vna victoria super omnes alias victorias gloriari possum & debeo, quoniam nequissimam carnem meam domaui, & concupiscentiam meam carnalem cũctis diebus vitæ meæ; vsq; ad mortem rationi subieci. Aliud exemplum habemus de Alexandro magno, de quo legitur in gestis grecorum, quòd cum in Syria vocatus fuisset ad cõuiuium per regem Ceciliæ, ad honorandum eum fecit adduci pulcherrimas mulieres quas potuit habere, contigit autem ibi esse tres pulcherrimas inter alias quas Alexander impudice concupiuit. Quod rex Ciciliæ cognoscens, voluit Alexandrum retrahere ab hac turpi concupiscentia. Fecitque depingi pulcherrimum pannum, & poni ex opposito Alexãdri, vt ex directo posset illum aspicere, & in panno illo erat depicta quædam pulcherrima domicilla videlicet pudicitia & secum ducebat alias pulcherrimas domicillas. Super caput primæ erat scriptum, prudentia. Super caput secundæ erat scriptum, iustitia. Super caput tertiæ erat scriptum, victoria maxima. Pudicitia aũt coronabat prudentiam di. Sine me nihil sapis. Deinde coronabat secũdam dicens. Sine me non regnas. Postremo coronando tertiã & dicebat. Sine me nõ triũphas. Cũ aũt Ale. prospexisset picturã & scripturam legisset, licet positus esset inturpitudine libidinosa, detestatus est eam ex documento pudicitiæ, & cessauit a priori furore libidinis suæ. Tandum propositũ fuit a sapientibus corã Alex. q̃ esset maior victoria inter oẽs, & ab oĩbus ibi stantibus diffinitum fuit & cõclulum, q̧ nulla maior est in mundo victoria q̃ vincere seipsum & cõcupiscẽtias ppias.

Explũ aliquorũ seipsos vincentium.

Tertium exemplũ habemus De Diogene philosopho cinico. Nam fuit etiam alius Diogenes dictus Babilonius. De isto enim Diogene cinico dicitur in libro de moribus, & vita philosophorum & etiam ponit Valerius maximus libro. 4. quòd Alexander magnus non potuit vincere continentiam eius. Diogenis inquit Valerius continentiam non potuit vincere Alexander, ad quem cum accessisset ad solem sedentem, hortaretur q; vt si qua ab eo præstari vellet indicaret. Respondit. Ego quid a te poscam nõ habeo sed rogo ne mihi auferas, quod dare non potes. Ex interpositione. n. sua solẽ Diogeni auferebat. Sic igitur Ale. q̧ oẽs quasi nationes deuicerat, a Diogene victus est. Et ideo Sene. li. 6. de bñficijs ait. Potẽtior fuit Diogenes Ale. oĩa possidente, plus. n. erat q̧ Diogenes nollet accipere, q̃ q̧ ille posset dare. Ale. Diogenẽ e gradu suo tentauit pellere, sed celerius Dariũ regẽ Persarum suo gradu armis pellere potuit, hæc Sene. Ex qua sñia patet, q̧ maior fuit cõtinẽtia in Diogene qui nihil volebat, q̃ potuerit esse in Alex. liberalitas dandi totum q̧ habebat. Fertur ẽt in eodẽ lib. de moribus philosophorũ, q̧ dũ Ale. rex corã Diogene transiret, Diogenes tanquã illũ spernens, nec eũ respexit, nec honorauit. Cui dixit Alex. Quid est Diogenes q̧ me non respicis, quasi mei non indigeas? Cui ille. Nequaq̃ indigeo seruitijs serui seruorum meorũ. Et Ale. Cũ sim Dñs totius mundi, nunquid ego seruorũ suorũ seruus sum. Ait ille. Ego præualeo cupiditatibus meis refrenans illas, & subijciẽs illas mihi, vt mihi seruiãt, tibi aũt cupiditates pualent, & tu seruus illarũ effectus

Diogenis exẽplo ostẽditur q̃ laudabile sit se ipsum vincere.

iusti-

iussibus earũ obtemperans. Superbia est domina tua, & ancilla mea, tibi.n.imperat ego autem eã suppeditaui. Carnalis concupiscẽtia, gula & ira sunt dominæ tuæ, qa eis obedis, sed sunt famulæ meę, quia mihi subiecti. Et ideo dico tibi Alex. quòd in veritate tu es seruus seruorum meorũ. Et si serui mei sunt te maiores, quia eis in omnibus obtẽperas, quanto magis ego sum maior te Dominus, cui p omnia Domini tui obtẽperant. Quo audito cum serui Alexandri vellent in eum irruere Alex. ait. Videte ne eũ cõtingatis quia & veritatẽ dicit, & vere seruus Dei est. Quo & exẽplo ostẽdit qualiter victoria suipsius excedit victoriã toti⁹ mũdi.

Exẽplo Cõstãtini Imperatoris, & B. Frãcisci ostẽditur p̃stãtia victoriæ suipsi⁹.

QVartum exemplũ habetur de Constantino Imperatore in legenda S. Siluestri Papę vbi dicitur. Constantinus Imperator Monarchiam tenens imperij cum plurimas strages martyrũ dedisse, & innumerabilem populum per omnes prouincias fecisset varijs pœnarum generibus interfici, a Deo lepra percussus est. Huic cum vniuersa medicorum, ac magorũ agmina subuenire nõ possent capitolij Pontifices hoc decreuerunt consiliũ piscinã infantium ociosorũ sanguine impleri debere in quo sanguine calido statim vt nudus descenderet Aug. mox possent vulnera eius leprę mundari. Missum est igitur & de patrimonio regis tria millia & eo amplius infantes adducti ad vrbem Romam, Pontificibus traditi sunt capitolij. Die aũt constituto egrediente Cõstantino de Palacio, & ad hoc eunte in capitoliũ vt sanguis innoxius funderetur, occurrit ei multitudo innumerabiliũ mulierũ, q̃ oẽs resolutis crinibus nudatisq; pectoribus, dãtes vlulatus, & gemitus coram eo, se in platea fundentes lachrymas statuerunt. Percũctatus itaq; qua de causa hęc multitudo mulierũ ista faceret didicit has esse matres filiorũ eorũ, quorũ effundẽdus sanguis tã diu esset, quousq; piscina repleretur, in qua medendi causa ipse lauandus descenderet, & sanandus. Tunc Imperator exhorruit facinus, iussitq; stare Caruchã, atq; erigens se cõuocatis vniuersis dixit. Audite me cõmilitones mei, & oẽs populi qui astatis. Sic sp nostra cõtra hostes certamina in p̃lijs steterisse nuncupanẽ, vt reus esset legibus & capitali s̃nia puniretur, quicunq; aliquẽ occidisset infantem. Eratq; hoc statutũ in bello, vt facies q̃ pubertas nõ nouerat, gladium euaderet bellatorũ, & vitæ incolumis permaneret. Nũc itaq; q̃ hostiũ filijs custoditũ est, in filijs nostrorũ ciuiũ exercebimus? Ne simus legibus rei, q pugnando fideliter, de oĩ gente meruimus esse victores Quid iuuat Barbaros superasse, si a crudelitate vincamur? Nã vicisse extraneas nationes bellatorũ virtus est populorũ, vincere autẽ vitia, & peccata virtus est morũ. In illis prę lijs fortiores extitimus illis, hic nobis ipsis fortiores simus, vincimus.n.nosipsos dũ a malo nos voluntate excludimus, & q̃ incõsulte desideramus, cõsulte, & vtiliter execramur. Hoc aũt faciemus qñ voluntatẽ Dei nr̃is volũtatibus anteponimus, & diuinis desiderijs nõ obuiãtes nr̃is desiderijs repugnamus. In hoc igit̃ certamine victos nos esse hac rõne gaudemus, vt agnoscimus cõtra nr̃am salutẽ noluisse pugnare. Nã q̃ conat̃ p̃petrare q̃ malũ est, captiuitare vtiq; studet, libertatẽ. Cũ ergo fuerit in isto certamine supatus victoriã obtinet victus, qm̃ victoria p̃ditionẽ inuenerat, & malã captiuitatẽ incurrerat post triũphũ, si triũphus dici p̃t, qñ pietas ab impietate vincit̃, & iustitia ab iniustitia supat̃. Vincat ergo nos pietas in isto cõgressu. Bñ. Etẽm oium aduersantiũ poterim⁹ esse victores, si a sola pietate vincamur. Oium nãq; se eẽ verũ Dñum cõprobat, q verũ se seruũ ostẽderit pietatis. Melius ẽ ergo mori salua vita innocẽtiũ, q̃ p eorũ interitũ vitã recupare crudelẽ, q̃ tñ recupare incertũ est, cũ certũ sit, q̃ recupata crudelis ẽ. Cũq; ad istã cõtẽtionẽ oĩs exercitus oĩsq; populus diutissime declamasset, iussit in cõspectu oĩũ filios suos matribus reddi, dona similiter amplissima & vehicula multa dari, & annonã iussit expẽdi, vt gaudẽtes reuerterẽt̃ ad p̃pria q̃ flẽtes venerãt ad patriã alienã. Propter q̃ victoriã suipsius De⁹ statim reduxit eũ ad fidẽ, & baptismũ, & Christianissimus effectus est & a lepra miraculose curat⁹. Et tãdẽ ad vitã ęternã perexit, & ab ecclesia canonizat⁹ est. Quitũ & vltimũ exẽplũ hẽmus de B p̃re nr̃o Frãc. de quo legit̃ dari⁹, q̃ cũ semel p̃geret a Perusio ad S. Mariã de Angelis cũ frẽ leone socio suo, vocauit eũ eũ aliquãtulũ distaret ab eo, & dixit. O fr̃ leo scribe, q̃ si fr̃ minor daret

toti mundo bonum exemplum & ædificationem magnæ sanctitatis, in hoc non stat perfecta lętitia. Et post modicũ iterum vocauit eum dicẽs. O frater Leo scribe, ꝙ si frater minor faceret innumerabilia miracula, surdisq; redderet auditum, cęcis visum, mutis loquelam, claudosq; dirigeret, atq; leprosos mundaret, Paralyticos sanaret, dęmones ab obsessis corporibus eijceret, & quod plus etiam quatriduanos mortuos resuscitaret, in hoc non stat perfecta lętitia. Et post modicũ iterum exclamauit dicens. O frater leo, si frater minor haberet omnem scientiam liberalem, omnemq; cognitionem scripturarum, & eas perfecte intelligeret, haberetq; spiritum prophetiæ, vt non solum prædicere sciret futura & longe distantia, sed etiam conscientias hominũ & secreta cordium cognosceret, in hoc non est perfecta lætitia, post quæ verba iterũ dixit. O frater Leo, si frater minor sciret omnem virtutem herbarum & lapidum, omnemq; proprietatem animaliũ & omnium creaturarum, tam terrenarum quàm cęlestium, haberetq; perfectam notitiam, & cognitionem de cursu syderum & omnium aliarum rerum notitiam perfecte haberet, sciretq; adinuenire omnes mundi thesauros, in hoc non est perfecta lætitia. Et iterum postmodum exclamauit dicens, O frater Leo si frater minor haberet linguam angelicam & esset melior prædicator mundi, & adeo bene prædicaret quòd omnes infideles conuerteret ad fidem Christi, & omnes peccatores ad pœnitentiam animaret, scribe, quòd in hoc non stat perfecta lætitia. Ad quæ verba stupefactus frater Leo interrogauit eum di. Pater dic quæso, in quo stet perfecta hominis lætitia. Cui B. Frãciscus conclusiue respondit, quòd perfecta est vincere seipsum, & sensualitates contumelias, & persecutiones, atq; verecundias tolerare patienter, contra inimicos non irasci, nec contra eos qui nos offendunt animo turbari, sed eos diligere, atq; furorem animi nostri rationi subiugare, atq; inordinatum appetitum, & sensuales motus ac desideria refrenare. Cuius consilium si obseruauerimus, æternæ glorię triumphum per victoriã propriam passionum acquiremus, Ad quam ille nos &c.

FERIA IIII. IN HEBDOMADA SANCTA DE MISSA.

SERMO TERTIVSDECIMVS.

HOC est corpus meũ. Luc.22.& in Missa occurrentis feriæ. Quantum sit digna, excellens & magnifica natura humana ostẽdit noster begnissimus Saluator, qui non dedit auctoritatem consecrandi suum preciosum corpus & sanguinem Angelis, aut Archangelis, & Thronis, aut Dominationibus, Principatibus, aut potestatibus, vel virtutibus, non etiã hac excellentia insigniuit Cherubin, aut Seraphin, sed solum hominem elegit ad hoc dignissimum officium, sicut declarat magister subtilis Io. Scotus in 4. dist. 13. & irrefragabilis theologus magister Ale. de Ales. in 4. parte summæ, in tractatu de Eucharistia. Sed inter omnes homines soli sacerdotes sunt prælecti qui habent auctoritatem consecrandi, & non aliqui alij cuiuscunq; ordinis, vel dignitatis existant, vt declarant præfati theologi vbi supra. Et Seraphicus theologus, scilicet Bonau. in 4 sent. dist. 13. & ibi Ric. noster ar. 2. q 2. & de hoc est text. in c. 1. §. vna ca ro. extra de summa Trinitate & fide Catholica & in c. perlectis. 25. dist. Ideo exclamat Augu. in lib. de ecclesiasticis dogmatibus dicens. Nulla est maior dignitas sub Cœlo, quam sacerdos Dei ad cœlestia Sacramenta pertractanda consecratus. O sacerdos Dei, si altitudinem Cœli contemplaris altior es, si pulchritudinẽ Solis, Lunæ, atq; stellarum rimeris pulchrior es, si discretionem Angelorum discretior es, si omnium Dominorum sublimitatem sublimior es, solo tuo Creatore inferior es, hæc ille. Ber. quoq; in sermone octaua Paschæ ait. O quantam dignitatem, & quantam nobilitatem, quantumque donum contulit vobis Deus o Sacerdotes, prærogatiuã.n. ordinis vestri pertulit Deus omnibus regibus, & Imperatoribus terræ, prætulit ordinem vestrum omnibus ordinibus mundi, imo vt altius loquar prætulit vos Deus omnibus ordinibus Angelorum, & omni Angelicæ Hierarchiæ. Sicut.n. non Angelos, sed semen Abrahæ apprehendit ad faciendam redẽptionem, sic non Angelis, sed hominibus solisq; sacerdotibus commisit dominici corporis, & sanguinis consecrationem. O igitur veneranda sacerdotis dignitas in terra, in cuius manu velut in vtero beatæ Virginis filius Dei incarnatur. O cœleste ministerium per quod pater & filius & spiritus sanctus tanta mirabilia operatur, ita quòd subito idem Dominus qui in Cœlo residet in manibus Sacerdotis sacrificatur, de quo Angelus admiratur, horret infernus, cõtremiscit diabolus, quem reuereri etiam plurimum debet omnis humana, atq; mundana celsitudo,

Sacerdotibus, & nõ alijs data ẽ auctoritas cõsecrandi, excellũt omnis alios, tã hões, quã Angelus.

situdo, hæc Ber. Quantum autem sint venerandi Sacerdotes. Apparuit in visione ipsius pueri Mantuani nepotis vnius fratris nostri, qui a septē annis vsq; ad duodecim quasi quotidie in Missa vidit Sacerdotem post consecrationem corporis & Sanguinis Dominici circundatum a duobus Angelis, qui in capite eius tenebant vnam pulchram coronam donec recepisset Sacramentum illud benedictum. Dicit autem Ioan Gerson. lib. 4. de imitatione Christi. c. 5. Quando Sacerdos celebrat, Deum honorat, Angelos lætificat, Ecclesiam ędificat, viuos adiuuat, defunctis requiem præstat, & sese omnium bonorum participem efficit. Quæ omnia considerans B. Pater noster Franc. in quadam epistola sua directa capitulo generali, scripsit fratribus suis di. Audite fratres Si B. Virgo Maria sic honoratur vt dignum est, quia Christū portauit in vtero & si B. Ioannes contremuit, & non ausus est contingere sanctum Dei verticem. Si sepulchrum Christi in quo per aliquod tempus iacuit sic veneratur, quantū debet esse homo sanctus, iustus, & dignus, qui non iam moriturum sed in æternum viuentem, & glorificatum, in quem desiderant Angeli conspicere contrectat manibus, corde, & ore sumit, & alijs ad sumendum præbet? Videte dignitatem vestram sacerdotes, & sancti estote, quoniam ipse sanctus est. Et sicut super omnes alios vos honorauit propter hoc ministerium, ita & vos super omnes alios ipsum diligite, & honorate, hæc ille. Ideo cantor spiritus sancti. Dauid propheta hortatur omnes sacerdotes ad celebrandum deuote sacrificium corporis, & sanguinis Domini Nostri Iesu Christi. Psal. 4. di. Sacrificate sacrificium iustitię & sperate in Domino. De quo sacrificio tres considerationes faciemus. Prima dicetur declarationis, Secunda verificationis, Tertia fructificationis.

PARS PRIMA

in qua declaratur quid sit Missa, & a quo sit ordinata, & quare dicatur Missa, & quomodo homines obligentur ad eam.

QVIA inquit Tullius in primo de officiis. Omnis quæ de quacunque re traditur institutio, a diffinitione debet proficisci. Et Aristo. in 1. de anima inquit Diffinitio est principium omnis demonstrationis. Et 6. Topi. ac. 7. Meth. & 1. ac 2. Posteriorum etiam ait. Diffinitio indicat esse rei per essentia lia. Vnde Pla. in Thimeo inquir, quòd in omni causa semper quęrēdum est in principio quid sit illud de quo loquimur, & eius proprietates. Et Arist. in 1. post ait. Ante omnem demonstrationem oportet pręcognoscere de subiecto quid est. Ideo vos scire volo Missam a B. Augu. in communibus sermonibus, sermone. 19. sic diffiniri. Missa est celebratio, quia corpus & sanguis Christi consecratur. Et sciendū est secundum Ricar. nostrum in 4 sen. di. 13. ar. 4. q. 4. Vt etiam refert Vgo de S. Victore in 2. de sacramentis, parte. 8. c. vlt. Quod primus qui celebrauit Missam fuit noster Saluator, qui consecrauit corpus, & sanguinem suum, vt habetur Luc. 22. & in Euangelio hodierno. Primam autē Missam post Christum celebrauit B. Petrus Apostolus Antiochiæ, vt dicitur in Martiniana, de gestis summorum Pontificum. c. 34. Postea vero sanctus Iacobus Episcopus Hierosolimitanus, & sanctus Basilius Episcopus Cęsariensis, Missæ solemnitatem quandam nobis tradiderunt, quia B. Petrus sine his solēnitatibus Missam suam celebrauerat. Et hæc habentur de conse. di. 1. c. Iacobus. Postea vero in successu temporis, alias solemnitates ad sacrificium Missæ Ecclesia adinuenit, vt habetur in c. ecclesiasticarum. 11. di. quæ omnia sunt inuenta ad maiorem reuerentiam Sacramenti, secundum Ricard. in 4. dist. 8. ar. 3. q. 1.

Triplici ex cā hoc sacrificiū Missa vocatur.

SEd hic quęritur quare hoc sacrificium dicatur Missa. Nomina enim debent proprietatibus rerum correspondere secundum Thom. in 3. parte summæ. q. 37. art. 2.

artic. 2. vt patet in nominibus generum, & specierum. 4. Metha. Et ideo dicitur communiter, quod nomina debent esse rebus consona 12. quæstione prima capitul. clericus. 16 quæstione 1. cap. si cu pis. 24. quæstione 1. capitul. pudenda. de præben. & dicto capitul. cum secundum apostolum. institutio. de dona. §. est & aliud. C. de Episc. & clericis. l. decernimus. C. de officijs præ. vra. l. 1. C. de defen. ciuita. l. defensores. ff. de tutel. in autē. de defen. ciui in princ. col. 2. Facit ad hoc lex a nullo. C. de feri. cum ibi notatis. Et nota in l. ita vulneratus. in princ. ff. ad l. Aquil. Ideo volo vos scire hoc sacrificiū appellatum esse Missam triplici ratione.

PRimam assignat Ricardus noster in 4 di. 13. in quæstionibus circa literam di. Quod per verba consecrationis Christus in hoc Sacramento altaris venit, tanquam de nouo missus. s. a Deo patre in hostia consecrata, sicut in incarnatione missus est in vterum Virginis. Et hoc confirmatur auctoritate Aug. in lib. de corpore Christi dicētis. Sacerdos facit Christum radio velocius de Cęlo descendere. Imo q̃ B. Virgo fecit octo verbis. Sacerdos facit quinq; verbis in consecratione. Et ideo a missione Christi in hostia hoc sacrificium non immerito Missā nuncupatur.

2. *Rō quare missa sic uocetur.* SEcundam rationem huius nominis assignat Vgo de S. Victore in secundo de Sacramentis, parte 8 c. vlt. dicens. Sacerdos est vicarius Christi, & mediator inter Deum & homines. Et ideo fideles per eius intercessionem in sacrificio corporis, & sanguinis Domini mittunt desideria sua, petitiones & orationes in conspectu altissimi. Vnde in canone dicit Sacerdos secrete. Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Iccirco hoc sacrificium Missa appellatur, scilicet a missione precum, ac orationum, tam sacerdotis quam populi in conspectu Dei per ministerium sacerdotis, & ob hanc causam in fine Missæ reuoluens se ad populum sacerdos inquit. Ite missa est, scilicet vestra petitio in Cœlum. Dicit autem Archidia. in capitul. secundo de consecratio. distinctio. prima, quòd Missa græce latine interpretatur interpellatio pro plebe.

3. *Rō quare cā missa appellatur, manifestās.* TErtiam rationem assignat Augusti. in libro de corpore Christi. Cuius verba ponit magister sententiarum distinctione 13. quarti dicens. Missa dicitur ex eo, quòd cęlestis nuncius de Cęlo mittitur, icirco nisi Angelus adueniat Missa nequaquam iure vocari potest. Hoc etiam confirmat venerabilis Beda in homilia Paschali di. Non enim dubitare licet vbi corporis, & sanguinis Domini misteria celebrantur supernorum ciuium adesse conuentus. Et hoc idem dicit Gregorius in quadam homilia Paschali & habetur de consecratio. distinctio. secunda capitul. quid sit vbi dicitur. Quis enim fidelium dubium habere potuit, in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem Cœlos aperiri, in illo Iesu Christi misterio Angelorum choros adesse? Non solum autem Angeli mittuntur ad honorandum Sacramentum, sed etiam animæ quæ sunt in Cœlis. Vnde Hieronymus contra Vigilantium ait. Animæ sanctorum comittantur Christum in hunc mundum in Sacerdotum manibus quotidie venientem. Ideo Apocalyp. vigesimosecundo dicitur. Vidi supra montem Syon, idest super altare agnum stantem, idest Iesum Christum in hostia consecrata, & cum eo centum quadraginta quatuor millia & cætera. Et in eodem capitulo. Dicitur de Virginibus. Sequuntur agnum quocunque ierit. Et Apocalyp. decimonono, etiam dicitur. Exercitus qui sunt in Cœlo sequebantur eum. Super autem omnes Sanctos mittitur Beata Virgo Maria cum Filio ad honorandum consecrationem corporis eius, iuxta illud Psalmi 44. Astitit regina adextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Merito ergo hoc dignissimum sacrificium super omnia alia sacrificia Missa appella-

pellatur propter missionem Angelorum ac sanctorum, ad reuerentiam exhibendam glorioso cordori, & sanguini Domini nostri. O si Sacerdos posset videre qn celebrat, quantis Angelorum agminibus circundatus est, quantaq; reuerentia ibi sanctorum multitudo existat, profecto cũ magno timore, totaq; cordis puritate tã sanctissima ministeria celebraret. Et de hoc sic ait Ambrosius. Quanta cordis cõtritione? Quanto & quali lachrymarum fonte? quanta reuerentia & tremore? Quanta cordis & animæ puritate, istud diuinissimum Sacramentum est celebrandum o bone Iesu? Vbi caro tua in veritate sumitur. Vbi sanguis tuus in veritate bibitur. Vbi summis ima iunguntur. Vbi sanctorum adest præsentia Angelorum. Vbi idem est sacerdos & sacrificiũ mirabiliter, & ineffabiliter? Considerate ergo o deuoti Christiani, quòd si tantum ab Angelis & Sanctis atq; a gloriosa Virgine hoc sacrificium veneratur, quanta reuerentia debetis sacris Missarum solemnijs interesse.

Oẽs Christiani an teneãtur oĩbus diebus festis Missam audire.

SEd iam quæritur. Vtrum omnes Christiani teneantur audire Missam omni die festo? Et respondeo quod sic nisi sint legitime excusati. Vnde dicitur de conse. dist. 1. in c. Missas. Missas secularibus totas speciali ordine audire præcipimus, ita vt ante sacerdotis benedictionem egredi populus nõ præsumat, quod si fecerit, ab Episcopo publice confundatur. Et in c. cum ad celebrãdas eadem dist. dicitur. Cum ad celebrandas Missas in Dei nomine conuenerit populus, non ante discedat, quàm Missę solemnitas compleatur & in c. qui die. ea. dist scriptum est. Qui die solemni prætermisso ecclesiæ conuentu, ad spectacula vadit, excommunicetur hec ibi. Et licet in his capitulis non fiat mentio, nisi de secularibus, tamen secundum Host. & alios canonistas in dicto c. Missas. omnes clerici & alij religiosi non legitimè excusati huic præcepto obligantur, quia sunt pœnitus diuino cultui deputati 12. q. 1. c. duo. Qui cultus præcipue consistit in officio Missæ. Dicit autẽ Franc. de Mayro. in tractatu de corpore Christi, quod aliqui obligantur non solum ad venerandum & sumendum hoc Sacramentum, sed etiàm ad conficiendũ, sicut omnes Sacerdotes non impediti in solemnitatibus magnis. Illi. n. qui nunq̃ celebrant tenent otiosam diuinam potestatem. Quibus in vitæ accedentibus ad illud iocundissimum Sacramentum dicitur. Malachiæ. 1. Non est qui accedat ad altare meum gratuito, hæc ille. Circa autem obligationem Missæ est sciendum secundum omnes Theologos, & canonistas, quod sunt non nulli qui ab hoc præcepto sunt excusati, vt sunt infirmi, qui nec ire ad Missam, nec portari sine periculo possunt. Similiter eorum seruitores, & puerorum nutrices quando eos sine magno periculo deserere non possunt. Et idem dicitur de omnibus legitimam excusationem ratione necessitatis habentibus, quia necessitas non habet legem, vt no. in l. 1. ff. de consulibus, & necessitas exẽpta est ab omni lege. c. quod non est. de reg. iur. Tamen dicit Scotus. in 3. dist. 9. Quod hi qui aliqua necessitate non valent die festo Missam audire, debent eodem die si possunt, vel saltem in sequenti festo aliquod bonum opus facere in recompensationem Missæ non auditæ, vt qui non possunt celebrare festum in actu determinato ab ecclesia. s. in auditione Missæ, saltem in alio ad honorem Dei factio illud celebretur.

An q̃libet teneatur principio Missæ adesse.

SEd circa prædictam obligationem audiendi Missam, oriuntur quædam dubia.

PRimum. Vtrum qui non audit principium Missæ, sed venit ea iam incepta puta cum legitur epistola peccet mortaliter non audiens in illo festo aliam Missam. Ad hoc respondet Ricardus noster in suo quolibet dicens. Quod si talis non ex contemptu, sed solum ex aliqua negligentia non venit ad principium Missæ, non propter hoc mortaliter peccat, non audiens aliam Missam eodem die, maxime si non potest aliam audire. Et ratio est quia quod minimum est pro nihilo reputatur. l. quod minimum. ff. de reg. iur. Et no. in c. re vera. de conse. di. 2. Peccat tamen venialiter, quando non venit ad principium, & mortaliter si hoc faciat ex contemptu.

Secun

an quis a suo parochiali missam audire teneatur.

SEcundum dubium est. Vtrum quis teneatur audire Missam a suo parochiali Sacerdote? Et primo videtur aliquibus parochialibus quòd sic. per c. 2. extra de parrochijs, vbi dicitur. Qui contempto proprio sacerdote Missam audit in alia Ecclesia, debet expelli de Ecclesia & ad suam Ecclesiam remitti. Respondeo secundū omnes canonistas, & maxime Innoc. in d. c. 2. quòd illud c. intelligitur de his qui hoc faciunt in contemptum proprijs Sacerdotis, nō habentes legitimam causam dimittendi, ac euitandi Missam illius. Si autem quis haberet legitimam, causam dimittēdi eius Missam, esset excusatus. Legitima autem causa contendi habetur in c. nullus. 32. dist. vbi dicitur. Nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, hæc ibi. Quæ verba intelligit Ricar. in 4. dist. 13. ar. 1. q. 4. esse de obligatione, quando talis presbyter est conuictus in iudicio de tali crimine, vel condemnatus per sententiam legitime prolatam, vel confessionem suam in iure factam, vel per rei euidentiam incelabilem apparet eius delictum. Hoc. n. casu nullus debet audire Missam illius. Item dicunt prædicti doctores, quòd si quis ex deuotione, vel alia bona causa audiret Missam alterius quā proprij Sacerdotis, nō peccaret, imo posset magis mereri audiendo a melioribus sacerdotibus. Et hoc confirmant. Theo. in 4. di. 13. Consulo tamen quòd semper aliquis de domo vadat ad audiendam Missam in parochia, propter excommunicationes quæ fiunt, & vt audiat publicari festa. Item si quis ex aliqua causa nō velit ire ad parrochiam, debet tamē mittere oblationes consuetas Sacerdotibus, hæc est enim sententia omnium Theo. & canonistarum. Quod vbi est consuedo offerendi aliquid in Missa illa omnino seruati debet, quia consuetudo habet vim legis. ff. de legibus l. de quibus maxime si sit præscripta. c. fi. de consuetudine. Vbi autem non est talis consuetudo tunc offerre aliquid est consilij, ad quod exhortatur quilibet Christianus ab Ecclesia in c. omnis. de consecra. di. 1. vbi dicitur. Omnis christianus ad missarum solemnia semper aliquid Deo offerre procuret, & reducat ad memoriam quòd a domino per Moysen dictum est. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Sic enim faciens habebit partem in illa missa, & participabit de meritis illius sacerdotis.

an bōi sacerdotis missa sit melior quam mali.

TErtium dubium est. Vtrum melior sit missa boni sacerdotis quam mali. Ad hoc respondetur secundum. Thomā in 4. sen. dist. 13 Et in 3 parte summe. q. 82. & S. Bona. in 4. di. 13. art. 2. q. 4. Quod in Missa possumus considerare vnum qđ est substantiale ipsius Missæ, scilicet consideratione m corporis, & sanguinis Domini. Et in hoc omnes sacerdotes sunt equales. Vnde Augu. in libro de corpore Christi. transumptiue in c. intra ecclesiā 1. q. 1. sic dicit. In hoc Sacramento nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur sacerdote. Et ad hoc facit. c. cum scriptura. Et c. significasti. Et c. non quales. & ca. Dominus. & c. non nocet. eadem. di. Et ad hoc etiam facit illud quod legitur in vitis patrum. Vbi habetur, quod quidam heremita consueuerat communionem recipere a quodam presbytero. Cum autē audisset illum inculpari de quodam crimine, renuebat amplius ab eo communicari. Quapropter audiuit Dei vocem de Cœlo dicētem. Homines abstulerunt mihi iudicium meum. Cum autem ille Heremita de hoc stupefactus esset, raptus fuit in extasi & vidit in visione, vnum puteū bonæ aquæ, & chordam auream cum vase aureo appensam cum qua hauriebatur aqua. Videbaturq; sibi quod quidam leprosus aquam hauriet. Ipse autem habēs sitim nolebat bibere ex nausea illius leprosi. Vnde audiuit vocem dicentem sibi. Quare non bibis de aqua ista? Quid tibi facit quod leprosus eā hauriat? Nōne vides quòd ipse eam non tangit nec inficit, sed mundam in vase mundo extrahit. Ad hanc autem visionem in se reuersus prædictus heremita, & intelligens qđ significaret, postea vt prius se communicauit ab illo sacerdote, cognoscens quòd malitia sacerdotis non inficit Sacramentum, sed ita consecrat malus sacerdos & verum efficit Sacramentum sicut bonus & sanctus. Vnde inquit Hiero. quòd sicut sterquilinium & stercorum immunditia non inquinat solis radium. Ita sacerdotis vitium non maculat corporis Christi

Christi Sacramentum. Secundo in Missa possumus considerare vnũ quod est accidentale, vt sunt orationes, & impetrationes gratiarum. Et quantum ad hoc, quia vt dicitur Io. 9. Peccatores Deus nõ exaudit. s. in quantum peccatores, melius est audire Missam boni Sacerdotis, quàm mali cæteris paribus. Quia scriptum est in c. ipsi sacerdotes. 1. q. 1. Quanto sacerdotes fuerint digniores, tanto facilius in necessitatibus pro quibus clamant exaudiuntur. Et hanc eandem sententiam tenet Petrus, & Allanus. Vt habetur in summa confes. lib. 3. tit. 24. q. 134.

An qlibet distĩcte verba missæ audire teneatur, vel an sufficiat videre sacer-

QVarto, quæritur vtrum quis teneatur distincte audire verba Missæ, an sufficiat videre sacerdotem celebrantem? Ad hoc respondent. Theo. in 4. di. 13. Qđ sufficit videre aliter sequeretur quod qñ dicitur Missa vbi est magna multitudo, vel dicitur a Sacerdote habente vocem valde remissam, tales audientes cum non intelligant verba, quia sunt longe distantes, vel quia ipse non loquitur intelligibiliter, non seruarent hoc præceptum, sed essent obligati aliam Missam audire quod est falsissimum. Dicunt prædicti theo. ꝙ quamuis non teneamur sub pœna peccati mortalis intelligere vel audire verba Missæ, quia leges non sunt ita amarę interpretando, debet tamen quilibet Christianus pro posse studere vt verba missæ audiat, & iuxta possibilitatem suam intelligat vt dicitur in c. apostolica. de con sec. di. 1. Item ad Missam debent quilibet Christiani stare deuote. Scriptum est. n. in c. quando. de conse. di. 1. Quando autẽ stamus ad orationem dilectissimi, inuigilare & incumbere ad preces toto corde debemus, cogitatio hominis carnalis & secularis abscedat. Nequaquam tũc aliud animus quàm illud cogitet quod precatur. Ideo autem sacerdos præfatione pręmissa parat fratrum mentes dicens. Sursum corda. Et dum respondet plebs. Habemus ad Dominum, moneatur ad Dominum, cor habere debere, claudatur aduersario pectus vt soli Deo placeat, nec ad se Dei hostem orationis tempore venire patiatur, hæc ibi. Quando autem legitur Euangelium debet homo stare rectus, capite discooperto, attente audiẽs. Vt dicitur de conse. dis. 1. c. apostolica qñ autem nominatur mellifluũ nomen Iesu Christi, oẽs reuerentiã facere debent salte capitis inclinatione c. decet. de immuni. eccle. lib. 6. Et ad Phi. 2 c. inquit Apostolus. In nomine Iesu oẽ genuflectatur, cęlestium, terrestrium, & infernorũ. Qñ autem sacratissimũ corpus, aut sanguis Domini eleuatur, oẽs in terra prostrati deuotissimè adorare debent. Ideo dicit B. Franc. in Epist. directa c. generali. Omnis homo paueat, totus mundus contremiscat, & Cęlum exultet, quando super altare in manibus Sacerdotis est Christus filius Dei viui. O admiranda altitudo, o stupenda dignitas, o humilitas sublimis, o sublimitas humilis, ꝙ Dominus vniuersitatis Deus, & Dei filius sic se humiliet, vt ꝓ nostra salute sub modica panis formula se abscondat. Videte fratres humilitatem Dei, & effundite coram illo corda vestra, vt totus vos recipiat, qui se vobis exhibet totum, hæc ille.

An qlibet teneatur audire Missã ppriã diei festi.

QVinto quæritur vtrum quis teneatur audire Missam propriam diei festi, puta Missam Dominicæ in aduentu, vel septuagesima & huiusmodi. Et primo respondent quidam ꝙ sic, quia scd̃m eos Missam peculiarem audiens, vel dicẽs nõ satisfacit pręcepto de audienda Missa. Affirmant. n. ꝙ illa Missa quæ præcipitur est Missa de festo, vel quæ secundum officium debet dici, & allegant ad hoc capitulũ, quidã laicorũ, de cele. Missarum, & capitulũ & hoc attendendũ. de conse. di. 1. sed in contrariũ credo ꝙ sit veritas & ꝙ capitula per eos allegata concludant & probent oppositũ. Nam dr̃ in d. c. qdã laicorũ Quidã laicorũ habent in cõsuetudine, vt per singulos dies audiant Euangeliũ. In principio erat verbum, & Missas peculiares, hoc est de S. Trinitate, & de S. Michaele, hæc ibi. Isti. n. in Missa quotidiana faciebãt dici. In principio erat verbũ, habentes ad illud quasdam superstitiones, vt infra patebit, & nolebant audire alias Missas, nisi prædictas peculiares reputantes eas alijs meliores, & sic quodam modo contẽnebant ritũ ecclesiæ Romanæ de ordine Missarũ, ita ꝙ ordo Missalis erat in abusum & ideo ecclesia prohibuit talem malam consuetudinem &

abulum

abusum quotidianum. Vnde post pdicta verba immediate sequitur. Et ideo sancitum est in eodẽ concilio vt alterius hoc non fiat, nisi suo tpe, & nisi aliquis velit pp reuerentiam S. Trinitatis, & non pro alia deuotione audire, hæc ibi. Vbi manifeste apparet q ipsum capitulum concedit q possit dici & audiri Missa de Trinitate in festo alio, qñ fit ad reuerentiam Trinitatis, & non alia deuotione. i. secundum glosam, non quasi melius fit Missas istas audire q̃ alias canonicas de die. Post prædicta autem verba hortatur ecclesia dicens. Sed si voluerint vt sibi Missæ cantentur, de eadem die Missas audiant pro salute viuorum, & etiã defunctorũ. In q̃bus verbis ostendit, quòd Missæ occurrẽtes de die possunt satisfacere non solum pro viuis, sed etiã pro mortuis, qđ non credebant talem abusum sequentes. Itẽ in d. c. & hoc attendendũ, recitatur dictũ Augustini, cuius verba non sunt præcipientia, sed consulentia, vbi ait sic ad literam. Et hoc attendendum vt missæ peculiares quæ per dies solemnes a sacerdotibus fiunt. Ecce quòd licitum est sacerdotibus celebrare in diebus solemnibus Missas peculiares secundũ Augustinum. Sequitur. Non ita in publico fiant, vbi glosa. i. solemniter, sequitur, vt propter eas populus a publicis Missarum solemnibus quæ hora tertia canonicæ fiunt abstrahatur. Sed & sacerdotes qui in circuitu vrbis, aut in eadem vrbe sunt, & populus in vnum ad Missarum publicam celebrationem conueniant, hæc ibi. In quibus verbis hortatur Augustinus sacerdotes ne Missas peculiares in diebus solemnibus cantent solemniter coram populo in hora tertiarum, in qua solet in ecclesia maiori Missa solemnis decantari, vt tã ipsi q̃ populus possunt ad ipsam missam solemnem conuenire. Et iste intellectus est clarus ex textu, & ex glosa ordinaria & per Archidia. ibi. Clarissimum est autem quòd nec populus, nec sacerdotes parochiales tenentur ex præcepto ad conueniendum in ecclesia maiori ad audiendum decantari Missam solemnem. Sed solum est exhortatio quædam quæ etiã habetur in registro vbi dicitur, quòd non debet populus statim audita Missa in festo ire ad conuiuandũ, sed ad prædicationem, & ad audiendũ Missam solemnẽ decantari. Concludo ergo quòd ex rationabili causa põt sacerdos in die Dñico & alio festo solemni dicere Missam de mortuis, & aliã votiuã, vt pro peccato, vel de B. Virgine, aut de Apostolis & huiusmodi vt tenet Archi. in d. c. & hoc attendendũ. Verum tamen est q in ecclesia collegiata siue conuentuali in qua quotidie est celebranda vna missa de officio, vt notatur in cle. 1. de cele. Mis. Si quis omitteret illam in Dominica, vel alio festo de præcepto pro dicenda peculiari, seu votiua peccaret mortaliter, quando ad ipsum pertineret dicere illam Missam de festo, vel ex eius causa non diceretur. Item si quis secularis vel religiosus ex contemptu Missæ de die, vel ordinis, & ritus ecclesiastici quo ad Missas, audiret Missam peculiarem refutans audire propriam in festo, peccaret mortaliter. Non autem peccat si audit quis Missam prædictam, vel dicit ex rationabili causa, nec tenetur postea aliam audire. Et hoc tenet Archiepiscopus Flo. in 2. part. sum. tit. 9. c. 10. vbi dicit. Vtrum quis teneatur audire Missam propriam diei, puta Dominicæ de aduentu. Ad te leuaui &c. & in septuagesima. Circundederunt me. in festo Natiuitatis B. Virginis. Gaudeamus. &c. Et videtur quòd sic, quia ex de cele. Mis. c. q̃dam laicorũ reprehenduntur qui dimittunt Missas proprias pp peculiares. i. ꝓpter alias quas quis dicere facit ob specialem deuotionem ad illas, puta, de Angelis & mortuis &c. Respondeo, credo nõ teneri ad propriã ex necessitate, quia nec capitulum. Missas. de conse. di. 1. hoc dicit, sed indistincte loquitur. Tamen ex congruitate audire debet propriam, qui hoc nouit distinguere, & scdm hanc congruẽtiam loquitur decretalis supradicta. Neque. n. mulierculæ vel idiotæ scirent discernere, si est Missa propria vel alia & nimis onerosum esset, quòd vnumquemq; oporteret interrogare si est Missa ꝓpria. Et in diuersis Ecclesijs in eadẽ die festiua erunt Missę proprię variatę. Reprehensibile tñ multum videtur, & si non damnabile, dimittere Missas proprias occurrentes pp Missas defunctorũ, vel alias ad instantiã laicorũ, sine causa multũ vrgenti. Docendus. n. est populus non sequendus

Quilibet sacerdos diebus festiuis põt dicere missam pro mortuis, vel pro peccatis. &c.

capitulo, docendus 61. di. hæc ille. Cuius sententiam sequitur noster venerandus frater Baptista de Trouamalis in Rosella sua, in tit. de Missa. Præterea hoc clarissime patet, quia si quis teneretur audire Missam de die, teneretur etiam ex præcepto audire verba ipsius, & non sufficeret ad euitationem peccati mortalis videre sacerdotem celebrantem, & interesse ipsi Missæ. Cuius tamen contrarium patuit supra. Si ergo sufficit ad impletionem præcepti videre & adesse, licet melius sit etiam verba audire, & intelligere, quid tali sic videnti solum cõfert quod sit magis Missa propria quàm peculiaris? Præterea in multis ecclesijs quotidie ex debito dicuntur multæ diuersæ Missæ, vt de festis & octauis occurrentibus religiosis, de sanctis eorum & de translationibus ipsorum, & de alijs de obligationibus quas habent ecclesiæ & capellæ, & tamen seculares ibi in festis audiunt ipsas Missas etiam in Dominicis, & non Missam de Dominica, vel festi occurrentis. Item populus Mediolani audit Missas religiosorum qui non dicunt eas missas quas auctoritate apostolica ordinauit S. Ambrosius in Domnicis & in alijs festis, & consequenter non Missas proprias ipsius diei secundum ritum officij quod celebrare Romana Ecclesia ordinauit in illa diocesi. Præterea videmus quotidie q; in festis concurrunt populi ad Ecclesias beatæ Virginis per diuersas mundi partes, & ibi vt compleant vota sua faciunt celebrari non solum a sacerdotibus secularibus, sed etiam a religiosis ibi manentibus missas ipsius Virginis etiã in die Dominico, & alio festo solemni, & similiter in multis mundi partibus sunt scolæ B. Virginis, & corporis Christi, pro quibus omni mense in aliqua Dominica celebratur Missa de Dominica, vel de corpore Christi. Et hoc etiam fit in terris immediate subditis Ecclesiæ Romanæ, maxime Perusii, vbi ex ordinatione B. fratris Bernardini Feltrini facta cũ consensu Episcopi prædictæ vrbis & totius cleri, omni Dominica prima mensis cantatur in Ecclesia Cathedrali S. Laurẽtij vna Missa de corpore Christi, & idem fit in quàm pluribus ciuitatibus Italiæ, quia in ipsa Dominica commodius possunt omnes de societate corporis Christi ad audiendam ipsam Missam conuenire. Et hoc non solum non est peccatũ, sed valde commendabile. Missæ n. solemnitas vt supra patuit est principaliter instituta ad venerationẽ corporis Christi, & ideo causa valde rationabilis est dicẽdi ipsam Missam particularem de ipso corpore Christi, semel in mense & in die solemni, vt celebrius & honorificẽtius, atq; a pluribus veneretur. Prædicta autem omnia non toleraret Ecclesia Romana si de necessitate salutis esset audire missam propriam solemnis festi. Prædicta quoq; confirmantur dicto Ant. de But. qui in d. c. quidam laicorũ dicit q; licet d. dec. dicta decretalis prohibens dici Missam peculiarem in festo, intelligitur quando ibi est solum vnus sacerdos, quia tunc oporteret dimittere illã Missam quæ est de debito in Ecclesia dicenda. Et idem affirmat Abbas panor. in d. c. dicens. Nota q; pp Missas particulares non debent in ecclesia dimitti Missæ q̃ occurrunt, siue de feria, siue de festo proprio. Et intelligunt hoc doctores qñ in ecclesia non est nisi vnus sacerdos. Si. n. essent plures, bene posset vnus dicere Missam occurrentem, & alius ob deuotionem dicere Missam peculiarem. Et pro hoc vr tex. in c. & hoc attendendum. de conse. di. 1. hæc ille. Ex quibus patet q; tenentes opinionẽ contrariã nõ bene considerant capitula q̃ allegant, quia directo cõfutant opinionẽ ipsorum. Prædicta etiã de superstitionibus ad In principio erat verbũ, approbat Panor. vbi supra dicens Nota q; Euãgelium In principio erat verbũ, nõ est de necessitate dicendũ in qualibet Missa Nã si hoc esset verum, nõ notarentur isti laici, qui in singulis Missis volebant audire illud Euãgeliũ. Non tñ potes per hoc malũ esse in qualibet Missa illud audire. Maxime cũ hoc hodie habeat cõis consuetudo. Sed dãnat hæc suspicio, q a credebant illi sicut dicunt q̃dã vetulę, q; non poterant sine pęnitentia decedere audiendo illud Euãgeliũ, vel qd simile, hæc Panor. Ex quibus ẽt colligit q; prohibitio illius capituli est facta solũ ad tollẽdas pdictas superstitiones, & erroneas opiniones, & nõ vt prohiberentur Missę peculiares ad reuerentiã Christi & sanctorũ, qñ dñr sine super

Quãdo est tãtũ vnus sacerdos nõ dẽt dimitti Missa de festo, vel de feria pp aliã peculiarẽ.

superstitione & contemptu Missæ ꝓprię diei, & ꝑ hoc non dimittit ꝗ in ecclesia dicat vna Missa de festo occurrenti ab aliquo sacerdote. Et in ipsa Missa peculiari fit cõmemoratio de ipso festo. Si aũt esset vera illa eronea opinio ꝙ quilibet teneret in festo audire Missam ꝓpriã, oporteret ꝙ sacerdos volens celebrare Missam peculiarẽ sicut sæpe necessariũ est facere, se reuolueret ad populũ & diceret. Charissimi hæc Missa ꝗ volo dicere, nõ est illa ꝓpria huius festi occurrẽtis ꝗ tenemini audire, & ideo aut dimittite audire istã Missam, aut si vultis audire Missam meã postea ẽt audite aliã de ꝓprio. Et si hoc nõ diceret peccaret mortaliter tanq̃ deceptor populi, in his ꝗ essent de necessitate salutis. Nã cãm dãni dat, damnũ dedisse vr, e. si culpa. de iniu. & dã. da. Seculares. n. si talis Missa ꝓpria esset de debito, crederent ꝙ sacerdotes nõ dicerent in cõspectu eorũ Missam aliã, q̃ eis de illa notitiam darent, & cõsequenter si sine tali admonitione ꝑsbyter secularis vel religiosus diceret in festo de ꝑcepto aliquam Missam peculiarẽ esset in malo statu, nec excusaret eos ignorantia populi credentis eã esse Missam ꝓpriam, sicut nõ excusat sacerdotẽ dantẽ populo hostiã nõ cõsecratam ꝓ cõione in die Paschæ, licet ipse populus crederet eã esse consecratã, & similiter non excusaret̃ confessor, q tacret cõfitẽti absolutionẽ inualidã nõ seruata debita forma ab ecclesia ordinata, licet ipse cõfitẽs hoc ignorãs ẽet excusat⁹.

PARS SECVNDA huius sermonis de veritate Sacramenti Missæ, in qua probatur quod vere corpus & sanguis Christi in specie panis & vini cõtinetur.

LICEt mens nequeat humana plene rõnis inuestigatione trãsmutationẽ hostiæ cõprehendere fidei tñ plenitudo cõplectit̃; Vt inquit Ambr. 24. q. 1. c. nõ turbat. vnde canit Ecclesia in festo corporis Christi. Verbũ caro panẽ verũ, verbo carnem efficit, fitq; sanguis Christi merũ, & si sensus deficit, ad firmã dũ cor sincerũ, sola fides sufficit. Et q̃uis fides catholica non indigeat nostris ꝓbationibus. Nihilominus ad bestialitatẽ hominũ infideliũ siue hæreticorũ cõfundẽdã, & cõuincendã, & insuꝑ ad bonum deuotorũ cõsolationẽ intẽdo declarare aliq̃b⁹ argumẽtis ꝓbabilibus sñiam verissimã sãcti Christianæ, ꝗ ꝓbat Ale. de Ales. in 4. part. sum. in tract. de Eucharistia, & oẽs Theo. maxime S. Bonau. & B. Tho. Scot & Ric. & alij in 4 sen. dist. 10 11. & 13. & S. Th. 3. par. sum. q. 75. ar. 2. s. Quod in sacro altaris vere est cõuersa substãtia panis & vini in verũ corpus & sanguinẽ D. N. Iesu Christi, ꝑ verba cõsecrationis. Et primo ꝙ Christus de quo dr̃ Matth. 26. Mar. 14. & Lu. 22. Quod hoc Sacrm institiut vere trãsubstantiauerit panẽ, & vinũ in substãtiã sui corporis & sanguinis ꝓbat̃ rõne causalitatis Fundamentũ cuius ponit auctor in li. de causis di. Quicquid facere põt causa secũda, nobiliori & altiori modo põt causa prima, paret hęc regula. Nã si camerarius alicuius Dñi põt alicui vnã grãm facere, a fortiori ipse Dñs facere poterit. Similiter si sacerdos põt aliquẽ absoluere ab aliquo enormi peccato, a fortiori illud facere poterit Papa. Quo ꝑsupposito, certũ est ꝙ potentia limitata ipsius naturæ naturatæ, vnã substãtiã in aliã conuertit. Nã philo. 2. de aĩa dicit. Alimentũ per naturã cõuertit̃ in substãtiã aliti, vt puta. Panis cõuertitur in substantiam carnis, & vinum in substãtiã sanguinis. Similiter ꝑ virtutẽ caloris gallinę substantia oui cõuertit̃ in substantiã carnis, seu in gallinã. Videm⁹ etiã ꝙ terra ꝗ inter alias res est ignobilissima, generat aurũ & argentũ, lapides ꝑciosos, & multa alia nobilissima, quinimo cũ sit insipidissima multa valde sapida, & bona ad gustũ ꝑducit. Quid plura? Cũ sit turpissima ꝑducit res valde pulchras, vt arbores, flores, fructus, & hmõi, ꝗ oĩa operat̃ in virvirtute solis. Vnde 4. Methau. dicit Philo. ꝙ virtute solis humiditas terræ cõuerti tur in arbores, & in herbas, in vinũ, oleũ, & balsamum & hmõi. Similiter dicit, ꝙ terra solis virtute cõuertitur in aurũ, & argentũ, in ferrũ, & lapides ꝑciosos. Recitat quoq; Isid. in li. Eth. Qd in Scotia est fons q oẽ qd in eo mittit̃, statim cõuertit in substãtiã lapidis. Similiter in Hibernia

Rõ 1. ꝓbans panẽ & vinũ in verũ corpus ac sanguinem Christi conuerti.

nia est alius fons, in quo si pallus ligneus figitur, statim pars quæ tangit aquã convertitur in lapidem, reliqua vero pars q̃ figitur in terra, convertitur statim in ferrũ. Videmus quoq; q̃ archimistæ trãsmutant naturam æris, & argenti vivi in bonum argentum, & sic de alijs. Similiter legitur in legenda S. Ioannis Euangelistę, quòd ipse Apostolus virgas ligneas convertit in aurum optimum, & lapides collectos in littore maris, convertit in lapides pretiosissimos Si ergo transubstantia rę potest vnam substantiam in aliam ipsa natura naturata, a fortiori hoc poterit ipsa natura naturans. s. Deus qui naturam fecit, cuius potestas infinita nullis limitibus coangustatur. Et in quo omnes perfectiones altiori modo sunt quam in creaturis, secundum Aristot. 11. Metha. Et Dionysium in lib. de diuinis nominibus. Et ideo nullum dubium quin Christus verus Deus & homo potuerit panem & vinum in substantiam sui corporis & sanguinis transmutare, Modum autem huius transmutationis ponit Ioannes Damascenus approbando prædictam rationem di. Sicut panis & vinum transeunt in nutrimentum in corpus hominis, & non in aliud corpus, sed in ipsum quod prius erat. Ita panis propositionis, idest qui in altari proponitur, & vinum cum aqua transeunt in corpus Christi quod prius erat, hæc ille.

2. Rõ ostendẽs possibilitatẽ cõuersionis panis & vini in corpus, & sanguinem Christi.

Secundo probatur eadem conclusio ratione maioritatis. Fundamentum cuius ponit iurisconsultus. in l. non debet. ff. de reg. iur. dicens. Non debet cui quod plus est licet, quod minus est non licere. Quod etiam habetur in c. cui licet. eod. titul. lib. 6. Ille igitur qui potest facere rem maioris difficultatis, poterit facere id quod est facilius. Quo præsupposito tunc sic arguitur. Maius est opus de nihilo aliquid facere, quàm vnam substantiam in aliam convertere, vt inquit Hilarius in libro de Trinitate. Et ratio est secundum Franciscum de Mayro, in quodam sermone de Sacramento Eucharistiæ. Et Sanctus Bonauent. in 4. dist. 10. Quia maior est distantia inter ens & non ens, quàm inter ens, & ens. Imo inter istas duas operationes tanta est diuersitas, quòd licet philosophi concesserint vnam substantiam posse in aliam converti, vt aquam in aerem & econtra, sicut dicitur, in lib. de generatione, tamen aliquid de nihilo posse fieri pęnitus impossibile dixerunt, etiam per totam potestatem naturæ. Vnde dicit Aristo. Ex nihilo nihil fit 1. de Cœlo & mundo, ac 5. & 8. Phisi. vt legitur, cum ipse Aristoteles legisset illud quod ait Moyses Gene. 1. s. in principio creauit Deus Cœlum & terram, subrisit dicens. Iste Moyses multa dicit & nihil probat. Sed hæc opinio philosophorum est hæretica, si referatur ad Deum, quia Deus omnia creauit ex nihilo, Gen. 1. Creare. n. est nihilo aliqd facere, vt dñr Theo. in 2. di. 1. Cũ ergo De⁹ possit facere homo quod est tãte difficultatis. s. de nihilo aliqd creare. Nã ipse dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt Psal. ante penmulto magis poterit vnã substantiã in aliã transmutare, quod & Phi. cõcesserunt posse fieri per naturã. Videmus. n. q̃ Deus de limo terræ fecit primũ hominẽ, & d costa Adã subito fecit Euã, & illã costã trãsmutauit in mulierẽ Gen. 2. Itẽ Io. 6. e. dr. Qđ Christus de quinq; panibus, & duobus piscib⁹ satiauit quinq; millia hoĩum. De qbus panib⁹ duodecim cophini fragmentorũ superauerũt, quod ideo factũ est, quia panis materiã augmentauit. Quod si hoc naturaliter fecit, profecto nõ est dubiũ, q̃ spiritualiter & Sacramentaliter pt totã Ecclesiã catholicã de hostijs in substantiã corporis sui conuersis pascere, & nutrire. Et ideo inq̃t Augu. in sententijs suis. Firmiter tenendũ est q̃ panis in corpus, & vinum in sanguinem conuertitur illa verbi virtute, qua verbũ caro factum est & habitauit in nobis, qua dixit & oĩa facta sunt, qua vxorẽ Loth in statuam salis mutauit Gen. 19. Qua virgã Moysi in colubrum vertit Exod 7. Qua omnia flumina Ægypti conuertit in sanguinem Exo. 7. Qua aquam de petra durissima produxit Exod. 17. Qua postremo ad nuptias aquam conuertit in vinum Ioan. 2. Ambro. quoque in capitul. re vera. de consecratio. distinctione 2. ait. Si tantum valuit sermo Heliæ, vt ignem de Cœlo deponeret, non valebit Christi sermo vt species mutet elementorum? De totius mundi operibus legitur, quòd ipse dixit & facta

facta sunt. Sermo igitur qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non pót ea quæ sunt mutare in id quod non erat? Nó.n. minus est dare nouas, q̃ mutare rebus naturas. Et ideo q̃ erat panis ante consecrationé, iá corpus Christi factum est post consecrationé, q̃a sermo Dei mutat creaturá, hæc ille. Posse aũt Dei filiũ mutare verbo virtutis suæ vná creaturá in aliá ét ipse diabolus cófessus est, cũ Matth. 4. ei dixit. Si filius Dei es dic vt lapides isti panes fiant, quasi diceret. Hoc tibi est facile tua infinita virtute. Est aũt difficilius conuertere lapidé in substantiá panis, q̃ pané in substantiá carnis, & vinum in substantia sanguinis. Cum hoc fieri possit & quotidie fiat virtute caloris naturalis in stomaco & epate.

3. Ratione monstratur Deo nõ esse impossibile panem & vinũ in corpus, & sanguinem Christi conuertere.

Confirmatur etiá eadé conclusio tertia ratione q̃ dr̃ superabilitatis. Fundamentũ cuius ponit Hilarius in lib. de Trini. di. Deus plura pót facere q̃ noster intellectus intelligere, & ideo quia Deus virtutis est infinitæ, intellectus aũt humanus est virtutis finitæ. Quo concesso, certũ est q̃ potest humanus intellectus, vt inquit Boet. in lib. de Trini. imaginari accidens sine subiecto, multaq; potest intellectus sequestrare, quæ non potest sensus. Ergo multo fortius potest Deus hoc facere in Sacramento Eucharistiç. Vt ibi sint accidentia sine subiecto. Nec mirum hoc debet apparere, quia cũ effectus magis dependeat a prima causa q̃ a secunda. Oís.n. prima causa plus influit in effectũ q̃ secunda, vt dr̃ in libro de causis, potest Deus qui est prima causa causarũ tá substantiæ q̃ accidentis, per suá infinitá virtutem conseruare accidẽs in esse subtracta substãtia per quá ipsum accidens cóseruatur in esse sicut per causam secundá. q̃ aũt Deus possit separare accidẽs a suo subiecto, & ecótra patuit in passióe Christi, qñ Deus fecit solé esse sine illuminatione quæ est eius ꝓpria passio. Et homo exéplũ ponit Ric. noster in 4 di. 1. & Similiter videmus q̃ Deus pót producere effectus naturaliũ causarũ sine naturalibus causis, sicut fecit dũ in principio mũdi fructus ex terra sine naturalibus seminibus nasci fecit Gen. 1. Itẽ dũ corpus humanũ sine viri semine in vtero Virginis formauit. Si ergo Christus potuit nasci ex Virgine supra oém naturæ ordiné & potentiá Isa. 7. Ecce Virgo cócipiet & pariet filiũ. Ergo ét miraculose pót homo in Sacro contineri. Ideo inquit Amb. in li. de Sacris. Quid hic quæris naturæ ordiné in Christi corpore, cũ præter naturá sit ipse Dñs natus ex Virgine? Et in codé lib. etiam dicit. Quæ fuerunt in vtero Virginis, hæc eadem inueniuntur in Sacramento altaris.

4. Ratio hoc idem cõfirmans.

Quarto hæc eadem conclusio ꝓbatur ratione q̃ dr̃ naturalitatis. Fundamẽtũ cuius ponit Arist. 1. Meth. di. Vnũquodq; entiũ naturaliter operatur secũdum proprietaté suæ naturæ & 4. Ethi. iterum dic. Qualis quisq; est talia dicit & operatur. Quo præsupposito, certum est q̃ Christus Dei filius naturaliter & essentialiter est veritas c. si consuetudinem & c. qui contempta 8. di. Vnde Io. 14. vbi ipse dicit. Ego sum via, veritas & vita. Sed clarum est q̃ Ioan. 6. de Sacramento loquens dicit. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. & Matth. 26. & Marc. 14 inquit. Accipite & comedite hoc est corpus meum. Cum ergo Christus sit infallibilis veritas, & magister veritatis. Dicatq; Socrates in sententijs suis, q̃ auctoritas magistri etiam sine alia ratione est digna fide & veneratione, & ei est fides adhibenda. Ergo necessario, & indubitanter concluditur q̃ in Sacramento altaris vere continetur corpus eius, aliter sequeretur quod dixisset falsum, quod est omnino impossibile. Ideo non immerito arguendi sunt increduli de hoc Sacramento, quinimo comburendi sunt hæretici, qui dicunt corpus Christi non contineri in hostia secundum veritatem, sed solum secundum imaginationem, speciem & figuram Contra quos Innoc. 3. in c. cum Marthe. de cele. Mis. inquit quòd tales laqueum erroris incurrunt, & Sacramenta Dei reuerenter non accipiunt. Et ibidem dicit. Cernitur species panis & vini, sed creditur veritas carnis, & sanguinis Christi. Et ideo contra tales exclamat Bernard. in sententijs suis dic. O quám grauis est nunc fides Sacramenti, & conditio Iesu Christi in fidelibus, loquitur

homo veritatem,& creditur ei, loquitur ebrius falsitatem,& fides ei datur, loquitur Christus veritatem,& fides ei nõ pręstatur, vnicuiq; in sua arte facultate creditur, soli Christo non creditur in sua veritate,loquitur Priscianus de compositione literarum & sillabarum,& creditur ei,loquitur Galenus de discretione vrinarũ & creditur ei, loquitur Tholomeus de magnitudine,cursu,& influentia syderum & creditur ei. Loquitur Aristoteles de fallacijs, & forma silogismorum & creditur ei,loquitur Tullius de ornatu colorum rethoricorum & facundia orationis & creditur ei, loquitur Christus de salute animarum,& non creditur ei. O anima ingrata, o viscera dura, quousq; per infidelitatem & incredulitatem despicis Christum vestrum?hæc ille. Ex quibus omnibus apparet quòd vere Christus potest transmutare substantiam panis,in substantiam corporis sui, sicut & fecit in cœna sua.

Cũ trãsmutãdi auctoritatẽ Deus sacerdotib⁹ alijsq; cõcedere possit ideo Christi auctoritate corpus & sanguinẽ cõficiunt.

HAnc etiam auctoritatem transmutandi vnam rem in aliã potest Deus alijs concedere,sicut cõcessit Moysi Exo. 4. Auctoritatem conuertendi virgam in serpentem, & serpentem in virgam. Vnde dicitur Exod. 7. quòd proijciens Moyses virgam in terram, subito conuersa est in colubrum, & iterum cum apprehendisset caudam colubri, statim cõuersa est in virgam. Cum igitur Dominus noster Iesus Christus Deus,& homo, concesserit auctoritatem consecrandi corpus suum, & sanguinem discipulis suis, & eorum successoribus. s. Sacerdotibus vt probant Theo.in 4.sen maxime Ricar. ibidem.di. 24. Sequetur necessario concludendum, quòd quotienscunq; sacerdos super materia debita dicẽs verba consecrationis cum intentione consecrandi, verissime illa substantia panis & vini,conuertitur in verum corpus & sanguinem Iesu Christi, quia sacerdos hoc non facit auctoritate propria,nec in persona ꝓpria,sed Christi, & talis transmutatio efficitur virtute diuina vt dicit Inn.3.in c. firmiter. §. vna vero. de summa Trini & fid.ca. & Ambr. in c. re vera.de conse.di. 2. & Eusebius in quodã sermone di. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas verbo suo secreta potestate commutat. Et ideo inquit Vgo de S. Vict. in 2. de Sacramentis, part. 8. c. 9. Per verba sanctificationis vera panis, & vini, substantia in verũ corpus, & sanguinem Christi cõuertitur, licet species panis & vini videatur. Et eadem sententia habetur in c. quia corpus.& in c. nos autẽ. Et in c. accesserunt. & in c. panis est. & in c. sicut.& in c. ante benedictionem.& in c re vera. & in c. quid sit. de conse.di. 2.& in c. omnia.ea di.Ambr. inqt Licet figura panis & vini videatur, tñ nihil aliud ibi est ꝙ caro,& sanguis Christi, & vt mirabili⁹ loquat, non alia plane caro quã quæ nata est de Maria, & passa est in Cruce, & resurrexit de sepulcro? hæc ille. Et hanc eãdẽ conclusionẽ probat efficaciter Ric. in suo quolibet.& etiã in 4.sen.di. 10.ar. 1.q.1. in corpore quæstionis. Et ẽt Inn.3. in lib.de officio Missæ. Probantur etiam ꝑdicta multis exemplis. Primo de Berengario diacono qui Romæ coram centum tredecim Episcopis,& corã Nicolao Papa renunciauit errori suo quẽ habebat de Sacramento, non credens ibi esse realiter corpus Christi. Vnde vt hr̃ de conse.di.2. in c. ego Berengarius,dixit. Ego Berengarius profiteor panem & vinũ quod in altari ponitur, post consecrationem nõ solum Sacramentum,sed etiam verum corpus & sanguinem esse Domini nostri Iesu Christi.

IN ciuitate quoq; Romæ cum quidam presbyter celebrans dubitaret verũ in hostia consecrata esset sanguis Christi, & opinaretur corpus esse sine sanguine, statim hostia euolauit, & cecidit super quendã lapidẽ marmoreũ,& ibi impressit imaginẽ hostiæ totã sanguinolentã,& illa rubedo nunꝙ potuit ablui ab illo lapide,& remanet vsq; in hodiernũ diẽ, & ego illum lapidẽ vidi,& tetigi. Licet.n.ex virtute Sacramenti sub specie panis sit tm̃ corpus Christi, & tm̃ sanguis sub specie vini, tñ ꝑ naturalem concomitãtiã sub vtraq; specie est totus Christus. s. scd̃m corpus perfectum, & animam, ac diuinitatem, quia hæc triã separata non sunt vt determinat Ale.de Ales.in 4 par. sum in tract. de Eucharistia, & Ric. noster in 4.di. 11.& ibidem S.Bonau. art. 1. q.2.& Th.in 3.par.& sum.q.75.& facit ad prædi-

Alia exempla supradicta veritatẽ confirmãtia.

prædicta.c.firmiter. §. vna vero. de sum matri & fid.ca.& c.in quadã. de cele. Mis. De hoc etiã canit ecclesia in officio corporis Christi. Caro cibus, sanguis potus, manet tñ Christus totus sub vtraq; specie. Similiter legitur de B. Greg. q cũ vellet semel cõsecrare, quandã viduã, quæ faciebat sibi hostias quibus ipse celebrabat ipsa fortiter risit. Qui statim manũ retraxit, & posuit hostiã consecratã sup altari, & cũ quæreret quare risisset. Illa rñdit. Rideo quia hostiã quã ego manibus meis feci, mihi datis pro vero corpore Christi Tunc B. Greg orauit di. O Dñe Iesu Christe rogo vt ostendas veritatẽ tui Sacramẽti huic, vtq;. Et statim illa hostia miraculose apparuit tota caro. Quo viso, vidua illa lachrymata est, & ab omni incredulitate sanata est. Tunc B. Greg. orauit, vt hostia cõuerteretur vt primo erat, qđ & factum est, & tunc dedit viduæ hostiã consecratam deuote suscipiendã. legit̃ etiã q Sacerdos qdam veniens Bollenã oppidũ nõ longe distans ab vrbe in qua Vrbanus Papa IIII. cũ curia residebat. Dũ celebraret Missam, & esset aliquãtulũ dubius in fide huius Sacramenti. Inter verba consecrationis vidit oculis corporalibus hostiã in forma pietatis, & sanguinẽ sup effluere in Calice. Cũ aũt cooperiret cum corporali, apparuit forma pietatis in singulis partibus ipsius corporalis. Cũq; nec sic occultare valeret, coactus est populo assistenti miraculũ patefacere. Qđ vt populus cõperit, subito Põtifici Romano miraculũ homo intimauit. Quo adueniẽte, & stupente curia sua de tanto prodigo. Statuit prædictus Pontifex festũ corporis Christi per vniuersam Christianitatẽ singulis annis debere celebrari, Imposuitq; S. Thomæ de Aquino, vt officiũ de corpore Christi conficeret sc̃d̃m vsum Romanæ curię. Quod & fecit. Vnde post cõpositionẽ p̃dicti officij orante ipso genibus flexis coram Crucifixo. D. Iesus ei apparens dixit Bene scripsisti de me Th.

Aliud adducitur exẽplũ ad idẽ.

ALiud quoq; exemplũ habetur de B. Clara quæ cũ oraret coram Sacro altaris, vt defenderet moniales ab inimicis & ciuitatẽ Assisij, statim apparuit ibi infantulus quidã in tabernaculo di. Ne timeas quoniã victoriam habebis. Portans igitur B. Clara tabernaculũ cum corpore Christi, statim oẽs inimici perterriti p præsentiã Christi de muris corruerunt, quorum aliqui ceciderunt mortui, alij vero effugerunt. Et sic ciuitas Assisij de inimicis infidelibus victoriã reportauit. Legitur quoq; in cronicis ordinis nostri q dum B. Iacobus de Massa laicus seruiret ad Missam vidit in hostia consecrata Iesum Christum in forma pulcherrimi pueri. Multi quoq; alij in simili specie, aut carnis & sanguinis viderunt Christũ, vt inquit Tho. in 4 di. 10. & in 3. part. sum. q. 36. vt etiã habetur in sum. conf. lib. 3. ti. 34. q. 87. Aliud exemplũ recitat Cęsarius videlicet q quædã mulier malefica ad faciendũ maleficiũ accipit corpus Christi cum alijs, & postea ab ore extrahens in bursa posuit. Cũq; venisset domũ, filius ipsius valde puerulus, statim cępit bursam matris amplecti & osculari cum tripudio vehementi. Quod cum vidisset illa malefica interrogauit quæ esset causa tanti gaudij. Respondit puer. Mater mea bursam vestram aperui in qua pulchrum puerulum vidi arridentem mihi, & ideo ipsum amplexatus sum. Stupefacta mulier ad tam grande miraculum, illico pœnituit, & confessa de peccato suo pęnitentiam duram fecit.

De eodẽ Sacramẽto aliud exẽplũ

LEgitur quoque q in ciuitate Parisij quidam iudæi habentes quãdã Christianam nutricem puerorũ in domo sua, multis muneribus & pecunijs tandem impetrauerunt ab ea vt eis deferret corpus Christi quod erat acceptura in Paschate. Qua propter illa statim vt habuit in ore hostiam consecratam, extraxit ab ore & portauit iudæis. Illi vero statim conuocauerunt alios iudæos per totam Franciam existentes, & sinagogam facientes, surrexit eorũ Pontifex di. Habemus hic illum traditorem inimicum nostrum Iesum Christum, de quo volo q nos vindicemus. Statim ergo posuit hostiam consecratam super mensam, & singuli accipientes cultellum, cum furore conabantur transfodere illam, ipsa vero volabat super mensam, & non permittebat se ab aliquo tangi. Tandem permisit se ab vno vulnerari, & subito maxima sanguinis copia emanauit, & discurrebat per camerã

incessanter. Qua propter timentes iudæi ne hoc innotesceret Christianis, fecerũt foueam in limine domus suæ, & ibi sub terra posuerunt corpus Christi, vt omnes Christiani illuc trãseuntes illud suppeditarent. Cum igitur quadam die inde transiret rex Franciæ, equus eius genuflexit in eo loco, & quamuis verberaretur calcaribus & virgis, nunquam voluit surgere, sed inclinabat caput in signum reuerentiæ. Qua propter rex Franciæ interrogans qui starent in illa domo, & cognoscens eos esse iudæos, fecit illos apprehendi, & tormentis eos afficiens intellexit totam rei veritatem. Vnde fecit illos occidi, & præcepit ne illos in regno suo iudæi amplius permanerent, conuocansq; totum clerum cum Episcopo fecit extrahi consecratam hostiam à terra, quæ erat adhuc sanguine madefacta, & cum maxima solemnitate illã ad locum debitum deportauerunt. Aliud exemplum habetur in Cronicis ordinis nostri. s. quòd dum S. Antonius de Padua Arimini prædicaret, ibi quidam hæreticus aderat, qui male sentiebat de corpore Christi, atq; in contemptum corporis Christi hostias non consecratas sæpius asino suo præbebat in cibum. Cum vero hoc innotuisset Antonio fidei defensori acerrimo, illum ad se vocatũ dure redarguit, veritatemq; Sacramenti et fideliter psuasit. Cũ vero ille pertinax in suo sensu maneret, assereretq; asinũ suũ p sæpe tali cibo forte depastũ, cõuenit cũ eo Antonius vt de hoc experientia fieret, & p dies tres asinus sine cibo transiret. Et die tertia Antonius in foro celebrata Missa, & reseruato Sacramento, illud intra hostias non consecratas reponeret, atq; illo modo asinus famelicus inuitaretur ad pabulum. Quod cum factum fuisset eorum multitudine maxima, animal illud appropinquans sportæ in qua erat corpus Christi intra hostias non consecratas reuerenter reconditum, ex miraculo Dei cognouit Dominum suum, & caput & pedes inclinans humiliter adorauit, neq; cura ei fuit de cibo quo indigebat. Cumq; verberibus ab illo hæretico angeretur, traheretur q; ad pastum, semper faciebat vt prius, ob quod ille hæreticus & alij quàm plurimi omni errore depulsi to ad veram fidem redierunt. Antonius autem Deo gratias referens, Sacramentum honorificè in loco debito posuit & conseruauit.

SEd hic respondendum est quibusdam quæstionibus hæreticorum ad confirmationem prædictorum.

Pro pdictorũ cõfirmatiõe quibusdã dubitationibus respondetur, quarũ prima est, quõ idẽ corpus simul põt esse in cælo & in terra, & in diuersis partibus mundi.

PRima autem quæstio est. Quomodo potest esse quòd vnum & idem corpus Christi in Cœlo, & in terra in eodẽ tempore, imo in diuersis locis & partibus mundi, in quibus quotidie & eadem hora consecratur & conseruatur in parochijs sic enim sequeretur secundum eos quòd Christus haberet plusquam millia corpora si in qualibet hostia consecrata esset verum corpus Christi. Imo plusquã centum mille. Cui ego respondeo quòd etiam secundum naturam non est impossibile eandem rem simul in eodem tempore esse in diuersis locis. Nam eadem vox numero simul & semel est in auribus diuersorum hominum, ergo multo fortius verbum æternum Dei patris filius cum sit potentiæ infinitæ cui nihil est impossibile, & p quod omnia facta sunt, potest esse simul & semel in eodem tempore in Cœlo & in terra, & in quolibet Sacramento altaris. Item anima est tota in qualibet parte corporis secundum Augustinum 6 de Trinitate. & in libr. de spiritu & anima, & tamen nõ est nisi vna. Item eadem similitudo est in speculo & in facie hominis. Sicut autem eadem similitudo habet alium modum essendi in homine & in speculo, ita Christus aliter in cęlo. s. modo glorioso, & aliter in Sacramento, in quo a nobis non videtur in gloria sicut in cęlo a societate beata. Lux quoq; solis cum vnita sit, in cęlo suo relucet & in pluribus locis inferioribus Similiter natura speciei vna existens est in omnibus suis indiuiduis. Nu quoq; 11. legitur q Deus accepit de spiritu Moysi, & dedit septuaginta duobus viris. Nec tñ priuauit Moysen spiritu, nec spiritũ eius diminuit, cũ indiuisibilis sit oĩs spiritus rõnalis. Pręterea posito, q impossibile esset p naturã idem corpus esse in diuersis locis in eodem instanti temporis.

Dico

Dico quòd conditor rerum qui dedit naturam, & mensuram rebus, ac fecit quomodo voluit, potuit & potest hanc naturam, & mensuram mutare, & facere idem corpus etiam non glorificatum in diuersis locis existere in eodem tẽpore, vt ait Vgo. in 2. de sacra. parte. 8. c. 11. Vnde Helizeus fuit præsens quando Giezi accepit munera a Naaman Siro. quarti Regũ 5. & tamẽ erat in domo sua, & Naaman absens eo tempore. Item beatus Frōtonius Episcopus fuit præsens corporaliter exequijs sanctæ Marthæ, & tamen eius corpus erat in sede sua in qua dormiebat dum cantaretur missa in sua cathedrali ecclesia Quod autem corporaliter interfuerit sepulturæ ipsius sanctę, patet quia ibi reliquit cirothecas quas deferebat in manibus quas commendauerat sacristæ donec officium sepulturæ impleslet. Et similiter sanctus Ambrosius interfuit sepulturæ sancti Martini, qui tamen in sede sua dormiebat eodem modo in ecclesia Mediolani. Potest etiam ad prædicta confirmanda dari exemplum de sole qui cum sit vnus & lux eius vna tamen in diuersis mundi fenestris est eius splendor. Vnde legitur in cronicis nostri ordinis, quòd in Alamania erat dęmoniaca quam tamen dęmon pacifice ecclesiam ingredi, & missam audire permittebat. Cum autem vna die sacramentum in missa leuaretur, omnesq; & etiam ipse dæmon reuerēter adorarent, affuit iudeus quidam tunc in ecclesia qui solus stans rectus genuflectere noluit. Quem dæmon in facie percutiens dixit ei, heu miser, quare non adoras Deum verum in sacramento? Et ille. Oh sunt multi domini Dei vestri. Nam in omni altari est vnus, cum tamen sit vnus solus Deus. Deute. 6. Dæmon autem cito arepto cribro posuit illud ante spheram solis, & dixit iudeo. Nonne tot apparent radij quot foramina in cribro? & tamen vnus tantum est sol, & non plura in substantia? Et similiter in sacramento altaris vnus Deus indiuisibilis est vbique, & in diuersis locis se fidelibus communicat. Quo exemplo iudeus conuictus abijt, & credidit. Tenendum est ergo firmiter quòd vnum tantum est corpus Christi licet eodem tempore in diuersis locis consecretur. Eucharist. ia de consecra. dist. secunda capite in Christo semel.

Secunda quæstio hæreticorum est: Quomodo corpus Christi tam magnum possit contineri, & stare sub hostia tam parua, & sub quolibet eius fragmento. Cui respondeo quòd Deus sua infinita potentia potest facere, quòd maius contineatur sub minori. Et de hoc dantur a diuersis doctoribus varia exempla, & quidam exemplificant de mari. De quo dicitur Ecclesiast. primo. Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat, & tamen locus maris non est dilatatus à principio suæ creationis vsque nūc, & plusquam sex milibus annorum omnia flumina intrauerunt ipsum mare, nec tamen redundat crescente aqua ipsius, ex diuersis pluuijs, quæ sæpius causantur ex influentia syderum, & planetarum, & alijs ex causis. Vnde ex hoc cōcludunt maius contineri in minori Deo sic disponente. Alij vero dant exemplum de colligentibus manna indiscreto ad mensuram gomor certi vasis. De quibus dicitur Exod. 16. Collegerunt alius plus, & alius minus, nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus parauerat reperit minus. Ex quo concludunt quòd Deus potest facere, quòd vas minus tantum contineat, quantum maius. Alij autem dat exemplum de vase pleno cineribus, q̃ tantum capit de aqua cum cineribus, quantum sine cineribus. Alij vero dant exemplum de imaginatiua hominis quæ cum sit parua potentia compræhendit tñ magnam ciuitatem cum oibus suis dispositionibus, & similiter paruus oculus compræhendit magnitudinem altissimi, & latissimi montis. Deus ergo qui facit quandoq; minorem virtutem superare maiorem sicut patuit in Dauid puero superante Goliath gigantem, primi Regum. 17. etiam potest facere corpus maius contineri sub minori. Alij etiam dant exemplum de anima, quæ vt ait August. in 6. libro de trini. Est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis & non est maior in vno gigante, q̃ in vno puerulo, nec crescit crescente corpore & tñ ita illud impler, & viuificat. Augmentatū, sicut qñ erat paruulū, nec dimi-

2. Dubium est quō corpus magnū Christ possit cōtinerī sub tā parua hostia, & sub quolibet eius fragmento.

diminuitur ipso diminuto, vel truncato aliquo membro ipsius corporis. Similiter in vno paruo speculo representatur longitudo, & latitudo magnarum turriũ. Recitat autem Alexander de Ales vbi supra. Quod cum quidam non posset credere quòd sub tam parua hostia totum corpus Christi contineatur, semel existẽs ad missam in choro fratrum minorum instanter rogauit dominum vt hanc hæsitationem sibi tollere dignaretur, cuius preces exaudiuit Deus. Vnde cum hostia consecrata leuaretur, ille vidit oculis carnis quasi puerum magnum & grandem contineri infra terminos ipsius hostiæ nec illam excedere, nec ab ea excedi. Qui statim prorumpens in lachrymas & magnum eiulatum currensq; ad magistrum Gulielmum theologum, suæ infirmæ fidei defectum, & miraculum recitauit. Et addit. Alexan. quòd quantum ad hunc articulum soli est fidei committendum, quia non est aliquod omnino simile per exemplum inuenire, nec ad hoc attingit intellectus creatus.

3 Dubiũ est quõ corpus Christi est ante oculos nostros & tamẽ eũ nõ videmus.

TErtia quæstio est quomodo potest esse quòd corpus Christi sit ante oculos nostros, & ipsum non videamus. Cui respondeo illud quod Greg. respondit Petro diacono suo in libro dialogorum, qui mirabatur animam non videri cum in morte exit de corpore. Vnde ait. Nunquid quia animam meam non vides me exanimem esse credis? Sicut ergo anima cognoscitur esse in nobis ex actibus quos ab ea prouenire sentimus prout est intelligere, memorari &c. vt dicitur in secũdo de anima. Similiter corpus Christi percipi potest esse in hostia ex effectibus eius quibus viuificamur, & consolantur digne communicantes. Vel dicere possumus sicut oculi noctuæ nihil vident in die, & tamen dies est eis præsens & clarus & sicut tu loqueris in nocte cum aliquo coram te existente & non vides eum, ita nõ est mirum si vides colorem panis & non corpus Christi sub ipso velatum. Item sicut Deus potest facere quòd ignis non calefaciat rem sibi præsentem, sicut patuit in tribus pueris in ardenti fornace existentibus. Dan. 3. Ita potest facere q oculus non videat rem sibi præsentem. Et sicut Balaam nõ videbat figuram Angeli, quam tamen eius asina videbat. Numeri. 22. Et discipulus Helisei non videbat exercitum magnum Angelorum, quẽ tamen ipse Heliseus videbat. 4. Reg. 6. Sic nec nos possumus corpus Christi videre & tamen est in hostia consecrata, & pariformiter posset responderi siquis quæreret quomodo potest esse quòd sit corpus Christi in ipsa hostia & tamen tangendo hostiam, ipsam tactu non comprehendamus, vt corpus humanum. Et similiter gustando non apprehendimus vt carnẽ, vel sanguinem. Quia sicut Deus potest impedire visum ne rem comprehendat sicuti est, ita etiam potest impedire tactũ & gustum. Quod facit in hoc sacramento vt fidei maius meritum accrescat. Vnde canit ecclesia in festo corporis Christi. Quod non capis, quod non vide, animosa firmat fides, præter rerum ordinẽ. Licet autem in hoc sacramẽto aliud sit, & aliud videatur. Tamen in eo non est aliqua falsitas. In naturalibus enim videmus quòd multa aliter apparent quã sint, sol enim apparet quasi cubitalis rotunditatis, quamuis sit multo maioris quantitatis. Quandoq; etiam apparet rubeus, vel pallidus, qui tamen peregrinarum impressionum non est susceptiuus. Videtur quoq; quasi non moueri, & tamen velocius transit, quàm balistarij sagitta, aliter enim non posset quotidie ab oriente in occidens pertransire. Remus etiam in aqua apparet curuus, vel fractus, qui tamen in rei veritate est rectus & integer, febricitanti quoq; dulcia vidẽtur amara. Christus quoq; post resurrectionem suam licet esset corpore gloriosus, ostendit se discipulis euntibus in emaus in specie peregrini, Lucæ. 24. & Magdalenæ in forma hortulani. Ioannis. 20. celata sua effigie & corporis splendore. Vnde similiter potest sub specie panis se occultare. Sicut etiam ipse Deus in columna nubis de die, & in columna ignis de nocte apparendo, & suam maiestatem occultando, præcedebat populum Israel quem eduxit de Ægypto vt habetur Exod. 13. Et in forma nubis operiebatur tabernaculum testimonij Exo. 40.

Similiter, p hanc respõsionẽ respõdetur ad dubitationem de gustu & de tactu.

QVarta quæstio est quomodo potest esse quòd corpus Christi quotidie *4. Dubium est quõ põt*

ceme-

esse qd corpus Christi non consumatur.

comedatur, & nunquam consummatur, sed viuum remaneat sicut dicitur in capitulo qui manducat, de consecra. di. 2. Cui respondeo non esse mirandum de hoc, quia quando duæ res sunt ab inuicé separabiles, Deus potest facere quòd tangatur, & consumatur vna sine altera, vnde si Angelus esset in tuo cibo, tu comederes, & consumeres cibum, & non Angelum. Sicut ergo, vt habetur Exod 3. Rubus quem videbat Moyses ardebat, & nó comburebatur siue consumebatur, ita corpus Christi a fidelibus sumitur, & nó consumitur. Facit etiam ad hoc illud quod legitur in vita beati Francisci, scilicet quòd apud potentiam ciuitatem Apuliæ clericus quidam nomine Rogetius, dum de sacris beati Francisci stigmatibus cogitaret inania, subito fuit in manu sinistra sub cirotheca percussus, ac si prosilisset spiculum de balista, ipsa tamen cirotecha omnino remanente intacta. Potest quoq; dari exemplum de auro cuius rubigo sola ab igne consumitur ipso incorrupto remanéte. Et potest etiá adduci ad propositum illud. Iob. 20 I. uét omnia quę fecit, nec tamen cósumentur; Transient enim quo ad qualitates in quibus tépore iudicij immutabunt. Matth. 24. Cęlum, & terra transibunt. Sed non quo ad substantiam secundum theologos in 4. di. 48. Sicut etiam fulgur quandoq; consumit pecuniam in marsupio & vasa aurea, vel argentea in capsa, & ferrum ensis in vagina, & tamen nec ipsum marsupium, nec capsa, nec vagina læditur, siue destruitur. Ita Deus potest facere q corpus filij sui a nobis sub specie panis, & vini manducetur, & tamé sola species ipsius panis, & vini consumatur viuo ipso corpore, & integro remanente. Ad prædicta etiá adduci potest exemplum qd habetur tert. j Regum. 17. De oleo in lechito viduæ & farina hidriæ eius de quibus vix pro vno pastu refici potuissent per viam naturalem duę personæ, & tamen circa tres menses de illo oleo, & farina cibatus fuit Helias, & vidua cum filio suo, & non defecerunt, diuina virtute sic disponente. Potest quoq; responderi secundum Franciscum de mayro. in tractatu de corpore Christi, quòd sicut cum homo comeditur a leone, anima eius non consumitur, sed solum corpus, ita dum hostia sumitur a sacerdote, vel ab alio cómunicante, corpus Christi non consumitur sed species panis, & sicut corpore hominis corrupto anima integra & incolumis separatur. Eccle. 12. Reuertatur pulùis in terram vnde venit, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum, ita corruptione facta circa species definit esse corpus Christi in loco. Vñ beatus Andreas Apostolus, dicebat Egeæ proconsuli, q agnus ille postquam a fidelibus est comestus remanet integer atq; viuus, vnde canit ecclesia. Sumit vnus, sumunt mille, quantum isti, tátum ille, nec sumptus consumitur.

5. Dubium est, quo ad hostiæ fractioné, corpus Christi non frangitur, sed in omni particula integer remanet.

Quinta quæstio est. Quomodo ad fractionem hostiæ non frangitur corpus Christi, sed in omni particula integer permanet de conse. di. 2. c. singuli. & c. sequenti. Cui respondeo secundú Franciscum de mayro. vbi supra, q si Christus tempore quo habuit corpus passibile & mortale, & tale quale tunc habuit dedit Apostolis, vt dicit Innocen. tertius in lib. de officio missæ. Fregitq; species panis sine sui corporis visione. Multomagis post suam resurrectionem cum habeat corpus impassibile, nihil patitur ex talium specierum qualicunq; attritione. Ad hoc etiam dat idem doctor vbi supra exemplum naturale dicens quòd sicut frangendo speculum non frangitur imago quæ in illo apparebat, sed relucet in qualibet parte speculi, ita in hostia consecrata non frangitur corpus Christi, sed solum mensura quantitatis hostiæ quam habebat ante consecrationem, corpus autem Christi integrum sub qualibet particula perseuerat, vnde canit ecclesia vbi supra. Asumente non concisus, non confractus, non diuisus, integer accipitur. Et iterum. Fracto demum sacramento, ne vacilles sed meméto tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura, signi tantum fit fractura, qua nec status, nec statura, signati minuitur. Aliud quoq; ad hoc exemplum datur a doctoribus de anima, quæ licet corpus hominis de membro in membrum incideretur, ipsa tamen integra & incorrupta permaneret.

Sexta

6. Dubium est, quõ sūt ibi acciden tia sine sub iecto.

SExta quæstio hæreticorum est. Quomodo possit esse color, & sapor sine subiecto? quomodo videlicet in hostia consecrata sit albedo, & sapor panis, & tamē ipsa albedo, & sapor non sit in pane transubstantiato in corpore Christi, nec simi liter in ipso corpore? Sed ad hanc quæstionem patet responsio ex prædictis. Ostendimus enim Deum posse conseruare in esse accidens sine subiecto. Cum enī substantia & accidens differant per essentiam, potest Deus illa ab inuicem separare. Præterea hoc possumus corroborare exemplo radiorum solis, qui quando illustrant fenestram vitream, color apparet in pariete siue in terra, eo quòd si lauetur vel radatur non recedit. Item in speculo apparet albedo & nigredo, atq; longitudo, ac latitudo imaginis, & tamē illa accidentia non sunt subiectiue in speculo ipso, eadem ratione sed solū apparenter. Quod patet, quia si aliquid interponatur inter radios, & parietem, vel inter speculum & imagines repræsentatas, non amplius ibi apparebunt. Potest ergo Deus facere, quòd iste cibus spiritualis habeat saporem panis & vini, & tamen in eo non sit aliqua substantia panis, aut vini, & cōsequenter quòd ibi sint accidentia sine subiecto, sicut etiam faciebat quòd digne manducantes manna sentiebant saporem carnium, & aliorum ciborum quos desiderabant. Sapient. 16. Exodi. 16. & tamen in ipsa manna non erat carnis siue aliorum ciborum substantia.

7. Dubium est, quõ pōt esse qd corpus Christi tā magnum in manu sacerdotis nō ponderet?

SEptima quæstio est, quomodo potest esse quòd corpus Christi tam magnū in manu sacerdotis non pōderet? Cui respōndeo simile reperiri in aliis. Nam aliquando homo sumit cibum in magna quantitate, & tamen cibus ille non grauat ipsum sed alleuiat, & fortificat. Præterea dico quòd ille qui dedit proprietatem rebus, potest facere quòd ipse res nō operentur secundum illas proprietates, sicut fecit quando ferrum quod naturaliter est graue, & per consequens naturaliter tendit deorsum quarto de cœlo, & mundo, fecit natare desuper aquas quarti Regum 7. Sed quis nisi stultus miretur de corpore Petri ambulantis super aquas maris, sicut habetur Matthęi 14. vbi etiā dicitur, quòd Iesus venit ad discipulos, qui erant in fluctibus maris ambulans supra mare, & in legenda sanctorum Nazarii, & Celsi legitur, quòd cum nautæ ad præceptum Neronis ipsos sanctos proiecissent in mare, postmodum orta magna tempestate in mari, ita quòd ipsi nautæ pœne mergebantur viderunt ipsos sanctos ambulantes supra mare, &c. Exemplum quoq; habemus de corpore Mariæ Ægyptiacæ, quæ similiter super aquas Iordanis bis ambulauit, sicut habetur in vitis sanctorum patrum.

8. Dubium est, quõ corpus Christi recipitur a peccatoribus.

OCtaua quæstio est. Quomodo talis cibus recipitur a peccatoribus immūdis, & infectis sine sui infectione? Cui respondeo, quòd sicut radius solis per lutum, & alia loca infecta transeundo non inficit, ita & multo minus corpus Christi ab immunditiis communicantium nō maculatur.

9. quæstio ē, quõ tā cito pōt Christus sub illis speciebus a de e.

NOna quæstio est. Quomodo potest ita cito descendere Christus, vt in prolatione vltimi verbi consecrationis adsit in hoc hostia. Dicit enim Augu. in libro de corpore Christi. Sacerdos facit Christum radio velocius de cęlo descendere. Cui respondetur quòd oculus noster in cęlum se eleuans subito videt stellas, & sine mora. Similiter & sol statim quo ortus est diffundit in instanti radios suos ab oriente in occidens. Quanto ergo magis creator ipsius solis poterit hoc agere? Danielis quoq; 14. legitur, quòd Abacuch propheta portatus fuit ab Angelo in ictu oculi a Iudea in Babiloniam, & cibo allato Danieli in momento repositus est ab eodem in Iudeam.

10. Dubitatio est, si qs nil aliud q̄ corpus Christi per multos dies mā ducaret quo nā nutriretur?

DEcima quæstio est talis. Ponamus q aliquis sacerdos dicat verba consecrationis super magnam quantitatem panis, & vini, ita quòd de illo cibo & potu potuisset sustentari vnus homo per mensem, & talia verba profert animo consecrandi, ita quòd effectualiter consecret, licet peccet taliter consecrando. Insuper ponamus, quòd tali cibo, & potu & non alio, ipse vel alius vtatur per mensem, & sic viuat, & illo nutriatur. Quæritur qd sit

sit illud quo nutriatur. Si ibi non sunt nisi accidentia panis, & vini quæ non nutriunt naturaliter, sed solum substantia, Respondetur q Deus qui substantiæ panis, & vini dedit virtutem nutriendi, potest etiam illam dare solis accidétibus eius in hoc Sacramento, sicut supra naturam facit illa subsistere sine subiecto. Vel dicendum q hoc nutrimentum causabitur tam in malo quam in bono sumente per virtuté corporis, & sanguinis Christi, qui solem suum facit oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos & iniustos, Matthæi. 6. Possumus quoq; dicere q ideo permittit Deus hunc cibum sacramentalem nutrire: & alios effectus habere quæ ante consecrationem habebat: vt fideles videntes in eo effectus panis, & vini, & tamen credentes veraciter q in ipso non est aliqua substantia panis, aut vini, sed solum accidentia magis mereerentur, quia virtus est circa bonum & difficile 2. Ethic. E contra vero infideles & indurati sic eorum exigentiq bus demeritis magis indurarentur, quia vt ait Ambrosius super Lucam. Qui in nouitatibus huius seculi occupantur: scire diuina non possunt nec merentur. Alij autem dicũt q talis sacerdos licet habeat animi consecrandi, tamen nõ consecrat, quia intẽtio sanctæ matris ecclesiæ eum ordinantis in sacerdotio, & auctoritatem consecrandi sibi tribuentis ex parte Dei, non est quòd taliter cõsecret in abusum, sed solum illam quantitatem quæ rationabiliter potest sumi a fidelibus sacramentaliter, vt dicit Alexãder de Ales in quarta parte summæ, in tractatu de Eucharistia, & idem tenet sanctus Bona. & multi alij theologi in 4. di. decima: quãuis beatus Thom. in eiusdem libri di. 11. teneat oppositum. Si autem quæratur quare dominus Iesus non vult a nobis videri corpus suum in hoc sacramento. Respondet Franciscus de mayro in quodam sermone, quòd hoc facit propter quatuor rationes inter alijs. Primo propter nostram humiditatem, vt scilicet humiliemur in receptione huius sacramenti, considerantes nos indignos videre ipsum dominum Iesum. Secundo propter nostram fidelitatem, vt credendo quod non videmus, magnam mercedem fidei recipiamus. In hoc enim sacramento quod est super omnem intelligentiam humanam, necessaria valde est captiuatio intellectus in obsequium Christi. Tertio propter indignitatem, quo ad malos qui indigni sunt conspicere corpus filij Dei. Quarto propter imbecillitatem quo ad omnes quia clatitatem corporis Iesu nullus viator naturaliter inspicere posset. Dicit autem Augustinus contra omnes quæstiones quæ fieri possent contra prædicta. Adsit fides, & nulla quæstio insoluta remanebit. De veritate vero huius sacratissimi sacramenti patuit vnum prodigium in. 1454. in comitatu Turingiæ, vbi erat quidam hæreticus, qui non credens in hostia consecrata esse corpus Christi, sæpe infestabat quendam filium suum præsbyterum catholicum & eum conabatur ad infidelitatem suam reducere, vnde quadam die dixit ei. Fili si vis venire mecum ostendam tibi Christum, & Virginem Mariam qui dicent tibi, quòd hæc tua fides de corpore Christi est falsa. Cui presbyter dixit. Cras veniam tecum. Mane autem facto prædictus presbyter missam celebrauit, partemque sacramenti reseruans detulit secum occulte. Pater vero eius duxit illum in sinagogam hæreticorum in quadam scola, vbi apparuit ei diabolus in forma Christi, & beatæ Virginis. Sacerdos autem ille inquit dæmoni, qui habebat imaginem Christi. Es tu saluator noster? Et ille sum inquit. Tunc sacerdos sacramentum protulit, & diabolo ostendit. Cuius præsentiam non sustinens dæmon disparuit, omnes illos hæreticos in luto dimittentes vsque ad poplites cum tanto fœtore, vt vix se sustinerent. Sacerdos autem ait illis. O hæretici miseri, conuertimini ad fidem veram, quia errores vestri fœtidi sunt, & renuentibus illis, filius propalauit patrem & alios sicut hæreticos, qui omnes combusti sunt. Et hoc venit ad manus beati Ioannis de Capistrano dum ibi esset inquisitor. Aliud quoque prodigium legitur in vitis patrũ vbi dicitur, quòd quidam simplex hæremita magnæ famæ, & bonæ vitæ decipiente inimico humani generis, credebat

Dubiũ quare Christus nõ vult corpus suũ videri in Eucharistia.

Miraculũ de corpore Christi.

Aliud miraculum.

hat quòd in hostia consecrata non esset veraciter corpus Christi, sed solum in figura, Ad quem perrexerunt duo alij sancti Hæremitæ vt eum ab illo errore reuocarent, Qui dixit eis quòd aliter non crederet nisi contrarium clare cognosceret. Cui illi hæremitæ dixerunt. O remus Deum tota hac hebdomada, vt nobis veritatem huius rei declarare velit. Steterũt ergo omnes in oratione illa hebdomada, & in sequenti Dominica conuenerunt simul ad ecclesiam vt audirent missam, & communionem reciperent. Cõsecrata autem hostia, & posita super altari viderunt omnes tres super ipso altari vnum puerulum in loco hostiæ. Quando vero præsbyter cœpit rumpere hostiam videbatur quòd vnus Angelus de cęlo descendens cum vno gladio diuideret illum puerulum, & in calice reciperet eius sanguinem. Cõpleta autem missa cum ille hæremita iret cum alijs ad cõmunionem videbatur sibi quòd vna particula illius carnis sanguinolente ei soli daretur. Vnde valde timens & stupefactus exclamauit & dixit. O domine Iesu Christe ego veraciter credo, quòd in hostia consecrata est tuum corpus, & in calice tuus sanguis. Quo dicto statim illa caro reuersa est in speciem panis, & ille communionem recepit. Tunc illi duo hæremitæ dixerunt ei. Sciens Deus, quòd humana natura abhorret comedere carnis crudas, ordinauit hoc sacramentum sub specie panis & vini, & ita debet deuote & fideliter recipi. Omnes igitur de hoc beneficio gratias Deo referentes ad suas cellas redière. In eodem quoq; lib. legitur quòd quidam deuotus præsbyter quotidie cęlebrans missam instanter orabat Deum, vt sibi ostenderet filium suum in specie pueri in sacramento altaris, non quia de eo dubitaret, sed pro sua consolatione. Vnde semel in missa post consecrationem cum capite versus terram inclinato super hoc deuote oraret, Angelus Dei affuit qui dixit ei. Erige caput cito & vide dominum Iesum in ea statura in qua mater eius eum parturijt. Ille assit venerabilis præsbyter eleuans caput vidit filium Dei in forma pueri, sicut erat quando sanctus Simeon recepit illum in brachijs. Angelus autem dixit ei. Postq̃

Aliud exẽplum.

tantopere desiderasti videre dominum Iesum nũc aspice ipsum & manibus tuis tange. Prædictus autem præsbyter mirabili iocunditate repletus illum benedictum paruulum in brachijs accipiens, & ad pectus dulciter stringens amplexatus est & suauia oscula illi dedit. Deinde reposito super altari ipso paruulo orauit vt puer ille in pristinam hostiæ formam rediret. Quo facto deuotissime se cum illa communicauit.

PARS TERTIA huius sermonis de fructificatione & vtilitate audientium missam.

Tertio de vtilitate audiẽdi missam restat videre. Si autem vellem omnes vtilitates & fructus explicare, quos audientes missam consequuntur potius in narrando deficerem, q̃ illos ad plenum explicare valerem. Vnde possum dicere cum Mantuano Virgilio in. 6. Eney pauca verba immutando. Non mihi si linguæ centum, Ferrea vox potero missarum promere fructus. Et illud quod in primo eiusdem operis. idem poeta decantat. di. Ante diem clauso componet vesper olimpo. De ipsis tamen solũ duo, de cim breuitatis causa explicabimus. Prima igitur missæ vtilitas dicitur receptionis, secundum enim quod colligitur ex dictis Augusti. in c. quia passus, de cõsecra. di. 2. Ille qui deuote interest missę, si illa die moriatur contritus de peccatis suis, licet actualiter recipere non potuerit ecclesiastica sacramenta, tamen illa censetur obtinuisse, & recepisse. Secunda vtilitas dicit impetrationis. De qua inquit Hier. Absq; dubio dabit nobis dominus Deus illud qđ in missa petimus, & quod magis est, etiam sæpe dat quod nõ petimus. Vnde immolata est Dei glorificatio, sanctorum animarum refectio, & humani generis exaltatio. Qui ergo deuote interest missæ in qua filius Dei offertur patri, & quicquid petitur in nomine eius postulatur, quodcunq; iustum petierit obtinebit, dicente ipso domino Iesu. Ioannis. 16. Si quid petieritis patrem in

De 1. ac 2. missæ vtilitate.

in nomine meo dabit vobis.

De 3.4.5 6 & 7. missæ vtilitatib.

Tertia vtilitas dicitur meritationis. Magis enim meretur audiens vnam missam deuote, & sine peccato mortali, & multo magis eam celebrans quam si peregrinando transiret totum spacium terræ, & omnem substantiam suam pauperibus erogaret secundum Bernardum Vnde dixit Aug. quòd oés passus quos facit homo eundo ad missam, ab Angelo scribuntur, & pro quolibet passu dominus dabit ei bonum præmiū. Quarta vtilitas dicitur conuersionis secundum eum Ambrosium illud quod homo comedit post auditionem missæ in melius nutrimentum conuertitur, & magis proficit, & conuenit naturę. Quinta vtilitas dicitur superationis secundum enim Anselmū, plus valet vna missa audita in vita q̃ mille dictæ post mortem pro eadem persona, & vna missa superat virtutem omniū aliarum orationum quantum ad remissionem culpæ & pęnæ impetrandam Et merito, nā sicut caput est nobilior pars corporis, & in dignitate excedit omnia alia membra.l. cum in diuersis.ff. de relig. & sumpti.fu. ita oratio capitis nostri plus valet, q̃ orationes omnium membrorum corporis mystici. Et ideo missa quæ est oratio capitis nostri Christi, & eius sacrificium, plus est grata patri cęlesti, & magis ab eo obtinet, q̃ quæcunq; orationes cunctorum sanctorum. Sexta vtilitas secundum Bedam dicitur parturitionis. Ait enim ꝙ si mulier grauida deuote audiat, missam si eodem die peperit non sentiet in partu magnum dolorem. Septima vtilitas dicitur saluationis, secundum enim Chrisostomum celebratio missæ quodammodo tantum valet quātum mors Christi in cruce. Sicut enim ꝑ mortem Christi redempti sumus, sic per celebrationem missæ salutem consequimur. Vnde secundum Greg. pro qualibet missa vnus peccator conuertitur & vna anima absoluitur a pœna sibi pro peccatis debita, & vnus iustus in via rectitudinis conseruatur. Et propterea idem Greg. in collecta missę dicit. Sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit viuorum atq; mortuorū fideliū remissio oiū delictorū.

De 8. 9. & 10. missæ vtilitatib.

Octaua vtilitas quæ sequitur ex prædictis dicitur mitigationis, siue relaxationis, secundum enim Hieronymum animæ quæ sunt in purgatorio pro quibus solet sacerdos in missa orare, interim nullum tormentum sustinent dum missa celebratur. Dicit quoq; Grego. ꝙ pœnæ viuorum, & mortuorum interim dū cantatur missa relaxatur, & præcipue illorū pro quibus oratur specialiter. Idé quoq; Gregorius de sacrificio missæ inqt. Hæc victima animam ab æterno interitu liberat, quæ nobis mortem vnigeniti per misterium repræsentat. Ad significandum autem quòd hoc sacrificium prodest viuis, & mortuis, sacerdos in missa frangit hostiam in tres partes. Vt enim dicitur in rationali diuinorum officiorum. Prima particula ipsius hostię significat ꝙ hoc sacrificium offertur ad honorē Dei, & sanctorum qui sunt in cœlo. Secunda ad salutem viuorum in mundum. Tertia quæ in calice mergitur ad liberationem laborantium in purgatorio. Et ideo sacerdos dicit. Vt illis proficiat ad honorē, nobis autem ad salutem.s. tam viuis, quā mortis nobis coniunctis per charitatem. Ista ergo vtilitas etiam est appellata liberationis. Nullum est enim sacrificium in toto mundo per quod animæ defunctorum citius liberentur à pœnis purgatorij quàm per sacratissimam oblationem missarum, vt dicunt omnes Theologi in 4.d.45. liberantur enim animæ defunctorum per cęlebrationem missæ pro illis dictæ, vel in totum ab omnibus pœnis purgatorij. Vnde ait Hie. ꝙ pro qualibet missa deuote cęlebrata pluresq; aiæ exeunt de purgatorio, vel saltem diminuuntur eorum pœnæ c. cum Marthæ, extra de cele. mis. c. animæ defunctorum, & c. tēpus 13. q. 2. Et ad hoc multa exempla ponit Greg. in 4 Dialogorum de multis defunctis in pœnis purgatorij existentibus, ꝙ per missas pro illis dictas a purgatorio liberati sunt. Nona vtilitas dicitur remissionis Remittuntur enim peccata venialia in auditione missæ. Vnde Aug. inquit. Si quis deuote audierit missam non incidet in peccatum mortale, & venialia remittuntur ei, & etiam periuria ignorantia. Septies autem fit remissio venialium in missa, primo in confessione generali, q̃

fit

fit in principio missæ. Secundo quando nominatur nomen Domini nostri Iesu Christi,& fit ei reuerentia. Tertio in eleuatione corpus Domini. Quarto in eleuatione calicis. Quinto quando dicitur Pater noster. Sexto qñ percutitur pectus cũ contritione. Septimo qñ accipitur benedictio sacerdotis in fine missę: & hæc omnia probantur per capitulum dictum,prima q.prima, vna cũ capitulo, tres sunt,de poe.dist.prima,& c.de quoti dianis,de poe.di. 3. vna cum suis glosis. Et propter hoc ecclesia statuit vt quotidie missæ celebrentur. Vnde de conse.di. 2.c.iteratur,scriptum est. Iteraturquotidie hæc oblatio,licet Christus semel tantum passus sit; quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest. Et ideo quia quotidie labimur, quotidie Christus pro nobis mystice immolatur. Decima vtilitas potest appellari conseruationis. Quam ponit August. in libro de corpore Christi, di. quòd illo die quo quis videt corpus Christi lumen oculorum cõseruatur ei, & quòd pro illo tempore quo quis audit missam non senescit, sed seruatur in eodem vigore quo erat quando incepit audire missam. Sicut etiam Adam cum de ligno vitæ comedebat non infirmabatur, nec senescebat,nec vita eius breuiabaẗ.

De 11. ac 12. missæ vtilitatibus.

VNdecima vtilitas dicitꝰ augmentationis, de qua inquit Inno. in libro tertio de officio missæ, capitulo si. dicens, Per huius sacramenti virtutem, vniuersæ in nobis virtutes augentur, & omnium gratiarum fructus exuberant. Duodecima vtilitas dicitur præseruationis. Præseruat enim Deus audientem missam a multis periculis. Vt asserit Augu. di. ꝙ illo die quo quis missam deuote audierit,morte subitanea non morietur. Et si absq; communione decesserit pro communicato habebitur. Et iterum ait. In illa hora visionis corporis Christi diabolus exit de corpore cuiuslibet peccatoris deuote illud aspicientis. Et qui missã integre & deuote audierit, non deficiet sibi illo die cibus corpori necessarius. Idẽ quoq; quòd per auditionem missæ homo liberatur a multis malis, & periculis affirmat Gregorius in quarto Dialog. Vnde idem Gregor. in collecta missæ dicit. Sit contra omnia mundi pericula firmamentum, &c. Et ad huius veritatis confirmationem legitur, quòd tres socij pergebant simul in itinere, vnus autem eorum quotidie volebat audire missam, alij vero non. Cum ergo quidam die pergerent simul ictu bombardæ ambo eius socij interfecti sunt, ipse vero qui audierat missam non fuit tactus cum tamen essent simul,& vnus prope alium. Similiter legitur de alio qui quotidie audiebat missam. Quadam autem die cum iret ad ecclesiam, inuenit populum redeuntem ab ecclesia, & intelligens missam esse finitam, cæpit flere. Quidam autem ex illis qui audierat missam cæpit ridere & dixit, quòd parum curabat de missa; Vnde si volebat faceret sibi donum de illa missa, quam audierat. Ille autem acceptauit hoc munus. Quo facto, statim diabolus intrauit in illum qui tam paruam curam fecerat de missa & alij eam dederat. Ex quo patuit quòd ille præseruebatur ne diabolus intraret in ipsum quia audiebat missam, qua neglecta statim demoniacus factus est.

Exẽplo præ dicta confirmantur.

Legitur etiam quòd quidam pater volens cum quodam domino & principe ponere filium suum, præcepit eidem filio vt quotidie audiret missam si esset possibile, vt eum dominus sic conseruaret tam quo ad corpus, quàm quo ad animam ab omnibus malis. Quod ille faciens in magna domini sui gratia sublimatus est. Qua propter quidam eius emulus inuidia commotus accusauit illum iuuenem coram principe, dicens illum esse traditorem suum & insidiari vitæ eius. Quibus auditis ille princeps credens vera esse quæ dicebantur, misit ad magistrum fornacis suæ præcipiens ei, vt primum camerarium suum qui postera die iret ad ipsum ex parte principis, statim apprehenderet, & ligatis manibus, & pedibus in ardentem fornacem proijceret. Postmodum vero ille princeps præcepit dicto iuueni vt mane sequenti ad magistrum fornacis iret dicens, quòd faceret præceptum principis sui fidelis. Cum igitur dictus iuuenis esset principis sui fidelis, mane surgens cædit ire ad fornacem. Emulus autem eius omnia sciens & de-

& desiderans videre mortem illius seque batur eum a longe. Dum ergo iret ille iuuenis, audiuit in quadam ecclesia per quam transibat pulsari quandam campanulam pro eleuatione corporis Christi. Ingressusq; ecclesiam adorauit deuote corpus Christi, & ibi aliquantulum moratus est ad missam. Emulus autem eius de hoc non aduertens, putabat eum iam esse mortuum, & combustum in fornace. Vnde auidus videndi illum mortuum, perrexit ad magistrum fornacis, interrogans vtrum præceptum regis adimplesset. Magister autem fornacis qui stabat paratus cum famulis suis subito appræhensum illum proiecit in fornacem, & statim combustus est. Ille autem iuuenis postea quam ad missam deuote stetit perrexit ad fornacem dicens magistro fornacis illud quod sibi præceperat princeps. Ille autem dixit. Ego interfeci illũ traditorem principis nostri, præceperat enim mihi vt in fornace proijcerem illum camerarium, qui primus ad me veniret ex parte sua. Quibus dictis ostendit sibi illum emulum suum mortuum. Ille vero considerans liberationem suam per meritum missæ, perrexit ad principem & illi fecit innotescere innocentiam suam, & quomodo per meritum missæ liberatus fuerat a morte quã sibi emulus suus procurauerat. Quod intelligens princeps, eum in maiori gratia recepit, & ipse etiam postmodum quotidie missam audiuit. Et ideo o deuoti christiani si possibile est quotidie missam audire ꝓcurate. Quod facientes gratiam Dei habebitis in hoc seculo, & gloriam in futuro.

FERIA V. IN COENA DOMINI, DE SACRATISSIMA COMMVNIONE.

SERMO DECIMVS QVARTVS.

HOC facite quotiescunque sumitis in meam commemorationem. Lucæ. 22. transumptiue. 1. ad Cor. 11. & in epistola occurrentis feriæ. Secundum sententiã magistri Petri lombardi in 4. di. 8. & sanctum Bonauen. in e. di. atq; Alex. de Ales in 4. parte summæ in tractatu de Eucharistia. Hoc dignissimum sacramentum Eucharistiæ, præfiguratum fuit in tota sacra scriptura veteris testamenti multis figuris. Inter alias aũt figuras prima est in lege naturæ ante legis dationẽ, & habetur Gen. 14. vbi dicitur, quod redeunti Abrahæ de prælio, Melchisedech rex Salem, & sacerdos Dei, obtulit ei panem, & vinũ, vt de eo comedens, & bibens refocillaretur ipse & socij eius qui erãt lassi ex prælio. Figuraliter per Melchisedech intelligitur sacerdos christianus, siue ecclesia catholica, quæ Abrahæ. i. cuilibet christiano præliãti cum hostibus. i. dæmonijs. Vita. n. nostra militia est sup terrã. Iob. 7. & quotidie habemus luctã cum principibus tenebrarũ. Vt inquit Apostolus, ad Eph. 6. Dat panem & vinum. i. corpus & sanguinem Dñi nostri Iesu Christi, sub specie panis, & vini, imo ipse Christus, qui hoc sacramentum instituit, offert semetipsum nobis ad comedendũ, vt corroboremur in prælio contra hostes. Quod prouidẽs

Eucharistiæ sacramentũ præfiguratum fuit in veteri testamento & præcipue Gen. 14.

Dauid in spiritu dixit. Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Ideo decantat ecclesia in officio corporis Christi. Sacerdos in æternum Christus dñs secundũm ordinem melchisedech panem, & vinum obtulit.

NOtandum est autem secundum Alex. de Ales, in quarta parte summæ, in tractatu de Eucharistia, & Tho. in 4. di. 11. ar. 1. q. 1. Qđ Christus instituit hoc sacramentum sub duabus speciebus multiplici ratione, & maxime quia hoc sacramentum representat eius passionem in qua sanguis a corpore fuit separatus, & ideo congruum fuit ipsum ordinare sub duplici specie. s. panis quæ representat corpus, & vini quæ repræsentat sanguinem. Item quia hoc sacramentum est institutum ad salutem corporis, & animæ. Et ideo recte in specie panis fuit ordinatum ad significandam salutem corporis, & in specie vini ad significandam salutẽ aĩæ. Sub specie. n. vini est sanguis Christi. Omnis autem anima in sanguine esse prohibetur. Leui. 17. & c. moyses, in fine 32. q. 2. Licet autem antiquitus daretur hoc sacramentum populo sub vtraq; specie, tñ postea consuetudinem fecit ecclesia communicandi populum solum modo sub specie panis propter periculum effusionis sanguinis, vt dicit Ricar. in 4. di. 8. ar. 3. q. 6. Quia vt prædiximus sub vtraq; specie totus Christus continetur

Multiplici ex cã Christus instituit Eucharistiam sub duobus speciebus.

eo

eo modo quo supra declaratum est. Præterea etiam alia ratione institutum est hoc sacramentum sub his speciebus vt significaretur quòd Christus est cibus pfectè reficiens manducantes sacramentaliter & spiritualiter. Perfecta autem refectio non dicitur esse in pane tantum, vel in vino tantum, sed in vtroq;. Conueniens quoq; fuisse ita institui hoc sacramentum simul cum prædictis doctoribus declarat sanctus Bona. in 4. dist. 11. art. primo. q. 1. & Ricard. noster in eadem di. ar. 2. q. 1. Nam hæc duo, scilicet panis & vinum habentur communius, & eis generaliter omnes homines vtuntur. Et iō Damascenus inquit. Quia consuetudo est hominibus panem comedere, & vinū bibere, coniugauit eis Christus deitatē, & fecit ea corpus eius & sanguinem, vt per ea quæ sunt secundum naturam consueta, & in quibus vita conseruatur ad ea quæ sunt supra naturam anima transformetur. Sicut etiam panis præ cæteris cibis corpus sustentat, & reficit, & ideo in multis scripturæ locis panis generaliter nominat genus cibi. Vt ibi Exodi. 44. Veneruntq; Aaron, & oēs seniores Israel vt comederent panem cum eo. Vnde panis hic accipitur pro cibo generaliter, quia est cibus generalis omniū, & in omni tempore. Similiter Christus generaliter & in omni tempore est cibus omniū, sine quo nullus viuere siue ali potest. Vnde dicitur panis viuus. Ioannis. 6. Item sicut panis inter alia quæ nutriunt præcipue habet virtutem nutriendi. In cuius signum comestio panis non generat fastidium sicut alij cibi. Quapropter dicunt medici, ꝙ iste cibus est conuenientissimus humanę naturę. Similiter est de isto vero pane Christo, qui ait Eccle. 24. Qui edūt me ad huc esurient. Sicut etiā vinum præ cæteris potibus hominem lętificat, & alijcit, sic sacramentum hoc præ cæteris magis reficit spiritualiter, atq; sustentat, & roborat. Et ideo psalmista ait ad confirmationem prædictorum. Panis cor hominis confirmat, & vinum lætificat cor hominis. Hæc etiam duo cōuenientius figurant vnitatē ecclesiæ. Sicut. n. ex multis granis cōficit vnus panis, & ex multis racemis vinū cōfluit, sic ex multis personis fidelibus vnitas ecclesiæ cōstat. Ista insuper duo passionem Christi expressius repræsentat, in cuius recordatione dat hoc sacramentum, quia grana in aera conculcant, & in mollendinario triturant, & panis in furno decoquit, & vinū in torculari exprimit. Quæ oīa figurant illū, qui interrogātibus eum & dicentibus illud Isa. 63. Quare rubrum est indumentū tuū sicut calcantiū in torculari? Rñdit. Torcular calcaui solus &c.

Iste autē panis in aera vteri virginalis vt ait Ber. de tribus farinis fuit formatus. s. farina æterna i deitate, & antiqua, idest carne ab Adā traducta, & noua. i. aīa de nouo creata. Iste insuper panis triplici igne fuit decoctus. I. igne deitatis quo ad farinā æternam. De quo igne dicit ad Hebr. 13. Deus noster ignis cōsumens est. Item ignis passionis quo ad farinā antiquam, iuxta illud. Psal. Igne me examinasti &c. Et igne amoris quo ad farinā nouam, quia eius aīa tota fuit igne amoris inflammata. De quo igne dicitur Lucæ. 12. Ignem veni mittere in terram &c. Iste etiam panis sic factus & sic excoctus per quinque frusta, idest per quinq; vulnera fuit incisus, vt primum vulnus reconciliaret patrem, iuxta illud ad Roma. 5. Cū inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij sui. Secundū vulnus factum fuit vt cęlestem ianuam aperiret. Ad Hæbr. 9. Per proprium sanguinem introiuit semel in sancta. &c. Vnde Hiero. ait. Sāguis Christi ianua est paradisi. Tertiū vulnus factum fuit vt ruinā angelicā repararet. Ad Collo. 1. Pacificans per sanguinem crucis quæ in cęlis sunt & quæ in terris. Quartum vulnus factum fuit vt sanctos patres de limbo educeret. Zacha. 9. Tu quoq; in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu. Quintum vulnus factum fuit vt omnes homines ad amorem suū totaliter flammaret. Quod significatum est primi Macha. 6. vbi dicitur, ꝙ ostenderunt sanguinem vuæ elephantibus ad acuendum eos ad prælium. Ad istum autem panem & vinum cœleste deuote sumendum inuitamur Ecclesiastes nono, vbi dicitur. Vade, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua. Vbi glo. exponit. Va-

Aliquæ cōtēplationes circa Eucharistiā, & q̄dā exortatio ad eius assumptionem.

de scilicet a peccato recedendo, & bonis operibus insistendo, & comede spiritualiter, & sacramentaliter panem tuum, qui de cœlo descendit vt te confortet, & bibe cum gaudio spei vinum tuum, idest sanguinem Iesu Christi. Istum autem cibum & potum nobis detulit beata virgo. De qua dicitur Prouer. vltimo. Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum. Et hoc quo ad panem hūc diuinum quem de supernis eduxit. Quo ad vinum autem ipsa ait. Eccle. 24. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, idest vinum omni odore, & suauitate repletissimum. Hunc autem panem licet humiliter petierint patres veteris testamenti, tamen ipsum recipere non potuerunt. De quibus exponi potest illud Tren 4. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Item de iudeis a quibus propagatus est Christus & beata Virgo exponi potest illud Sapientiæ primo. Plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. Et illud Tren. secundo. Matribus suis, idest sinagogis dixerunt. Vbi est triticum, & vinum? idest hoc sacramentum sub specie tritici, & panis, & vini, quibus sinagoga respondere poterat. In domo mea non est panis Isa. tertio. Tunc enim dici poterat illud Gene. 47. In toto orbe panis deerat. Et quilibet moriens dicere poterat, heu mihi, qui panem desiderabilem non comedi. Daniel. decimo. Sed nobis dixit saluator noster illud. Gene. decimooctauo. Ponam bucellam panis & confortetur cor vestrum. Et Leuit. vigesimosexto. Comedetis panem vestrum in saturitate, idest qui animam dulcedine & consolatione spirituali saturabit. De quo inquit proph. Psal. 104. Pane cœli saturauit eos. Dedit quoque ipse dominus populo suo vinum melifluum. De quo prædixerat per Salomonem. Cant. quinto di. Bibet vinum meum cum lacte meo, idest cum gratia mea. Ad quod bibendum exhortatus est. Isa. 55. di. Venite, & bibite vinum & lac. Et ideo de ipso dici pōt illud Gen. 37. Obtulit ei etiam vinum. Quod quidem vinum conficitur quotidie per vniuersum orbem in cunctis ecclesijs catholicis super altaribus. Vnde verificatur illud quod predictum fuerat Prouer. tertio. Vino torcularia redundabunt. Quod etiam habetur Iohelis secundo, & Hiere. 3. dicitur. Omnis laguncula implebitur vino. Illo scilicet de quo dicitur Eccle. 21. Vinum in iocunditate creatum est. Et ibidem. Exultatio animæ & corporis vinum moderate, idest cum modo debito potatum. Beatus igitur ille de quo dici poterit illud Gene. 49. Lauit in vino stomacum suum. Beata autem virgo nos hortatur. Canticorum. 5. di. Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Et prædicta sufficiant quo ad primam figuram huius sacramenti.

Dei genitrix nobis detulit hūc panem, quo patres antiqui caruerunt.

Secunda figura habetur. Exodi. 12. in agno Paschali immaculato, qui præceptus est immolari, & comedi. Hic autem agnus figurabat dominum Iesum Christum. De quo Ioannes Baptista inquit Ioannis primo. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et Hiere. 11. dicitur in persona Christi. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et ideo cum ipse Christus venisset implere legem, vt dicitur Matth 5. Post comestionem agni paschalis instituit sacramentum sui corporis, vt ostenderet cessationem sacrificij legalis. Vt inquit glo. 1. Cor. 11. Cessare enim debuit figura adueniente figurato. Vnde Leo Papa dicit. Vt vmbræ cederent corpori, antiqua obseruantia nouo excluditur sacramento, hostia in hostiam transit, & legalis festiuitas dum mutatur impletur.

2. Figura p̄nuntiās Eucharistiā habetur. Exo. 12.

Tertia figura habetur Exod. 16. De mā na descendente de cœlo, & pascente populum Dei in deserto, per quam figuratum est corpus Christi, qui nos in deserto huius mundi reficit, & confortat. Vnde ipse inquit Ioannis. 6. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Sicut autem in prædicto. c. Exodi præceptū erat filijs Israel, vt manna ad mensuram colligerent. Idest pro quolibet capite vnū gomor, genus mensuræ cuiusdam. Et si quis colligebat plus non plus reperiebat quàm vnum gomor, etiam si centum gomor collegisset. Similiter & q minus colligebat, reperiebat tamen vnū gomor, & non

3. Figura eucharistiā p̄figurans habetur Exo. 16.

non minus. Ita hoc sacramentum ita nobis præcipitur assumi, vt credamus firmiter in eo non esse plus nec minus, sed ita esse integrum corpus Christi sub qualibet hostiæ particula, sicut est in tota hostia. Et quòd si quis centum hostias cõsecratas assumeret, tamen solum vnum corpus Christi reciperet, & si centesimã partem hostiæ acciperet. Integrum tamen corpus Christi assumeret. De quo cibo cœlesti corporis dominici sub specie panis, & de potu sanguinis eiusdem sub specie vini in mensa altaris mixti aqua, dicitur Prouer 9. Sapientia ædificauit sibi domum & posuit mensam, ac miscuit vinum, & dixit. Si quis paruulus est veniat ad me, & insipientibus locuta est di. Venite, & comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.

Eucharistiæ sacramentũ tribus præcipue excausis fuit institutum a Christo.

SI quis aũt quęreret quare hoc sacramentum Christus instituit, respondet Alexan. de Ales vbi supra quòd multis dę causis hoc egit, sed pro nunc tres assignabimus vltra dicta in præcedentibus. Prima de ostensionis, scilicet suæ potentiæ clementiæ & magnificentiæ. Quam tangit Franciscus de mayro. in tractatu de corpore Christi di. quòd tria sunt præconia de quibus solẽt principes commendari principaliter. Primum est potentia. Quia principatus non est nisi quadam cįuilis potestas. Vnde Prouer. 14. dicitur. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Secundum est clementia, sine qua potestas vertit verum principem in tirannũ, & ideo dixit ille rex maximus Arthaxerxes Hester. 3. Cum gentibus plurimis imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, nequaquam volui magnitudine potentiæ abuti, sed clementia, & leuitate subditos gubernare. Tertium est magnificentia quæ est virtus conueniens solis principibus. Vnde dicitur Hester. primo, quòd imperator Assuerus fecit cęnam magnam abundanter suis principibus. Et præcepit omnia ministrari secundum quòd magnificentia regia dignum erat. Quia igitur Christus dominus est princeps omnium, & rex regum, ac dominus dominantium. Apoc. 19. Ideo voluit in hoc dignissimo sacramento ostendere tria prædicta, vt posset de his magnifice commendari. Primo enim ostendit in eo suam potentiam. Quia non est multum maioris virtutis mundum de nihilo creare quàm totam substantiam panis in suum corpus subito conuertere incorruptibile. Et ideo propheta hoc tangens ait. Psalmo. 111. Memoriam fecit mirabilium suorum &c. Opera enim mirabilia declarant diuinã potentiam, de quibus idem propheta loquens. Psalmo. 138. inquit. Confitebor tibi domine quia mirabiliter magnificatus es mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. Secundo in eo ostendit suam clementiam, quia ibi seipsum totum dedit tam indignis. Et ideo subdit propheta in prædicto Psalmo 111. Misericors & miserator dominus. De qua clementia etiam dicit. Psalmo. 144. Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Tertio ibi ostendit suam magnificentiam dans vnum ferculum quod habet in se plus de preciositate, quàm valeat esse creatum cęleste, & terrenum. Et ideo subdit idẽ propheta in ipso psalmo 111. Escam dedit timentibus se. Et Psal. 144 illam diuinam magnificentiam extollendo dicit. Oculi omnium in te sperant domine & te das escam illis in tempore oportuno. Et quia apertio manus in principe designat magnificentiam, adiungit. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Secunda causa institutionis huius sacramenti dicitur meritationis. Quia enim inquit Philosophus secundo ethi. Virtus est circa bonum, & difficile. Ideo voluit Christus relinquere corpus suum, & sanguinem sub specie panis, & vini, vt maius meritum haberet fides nostra illa credendo quæ corporalibus sensibus percipi non possunt. Ideo dicitur in canone, in mysterium fidei. Parua enim est esset fidei meritatio, imo nulla si corpus Christi corporeis oculis videremus. Ait enim Gregor. in homilia paschali. Fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. Tertia causa dicitur dilectionis, vt ostenderet amorem quem erga humanum genus habet, quia ex indicibili amore, quo nobis afficitur

2. Causa institutionis Eucharistiæ

3. Causa.

non fuit contentus creasse totum mundũ ad vtilitatem nostram, & tot innumera nobis contulisse benefi cia. Sed ad ostensionem feruoris, & infinitæ charitatis q̃ erga nos habet, etiam voluit nobis donare semetipsum. Vnde dicitur. Ioan. 13. Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in fine dilexit eos. i. secundũ glosam maiora eis signa amoris ostendit. Reliquit ergo nobis corpus suum ad manducandum, vt eius passionis semper memoriam haberemus. Vt dicũt verba Thematis nostri, quæ etiã habentur Matth. 26. & transumptiue de conse. dist. 2. c. in Christo & c. iteratur. Eapropter inquit Paul. 1. ad Cor. 11. Quotienscunq; manducabitis panẽ hũc & calicẽ bibetis mortẽ dñi annũciabitis donec veniat, transumptiue in dicto c. in Christo & in c. scriptura. & c. quia passus & c. semel Christus & c. semel immolatus de consec. dist. 2. & in c. quia corpus. ea. di. dicitur. Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus, necessarium erat vt die cęnæ sacramentum nobis sui corporis, & sanguinis consecraret vt coleretur iugiter per misterium quod semel offerebatur in precium. Vt quia quotidiana, & indefessa currebat pro omnium salute redemptio, perpetua esset redẽptionis oblatio, & perhennis victima illa iugiter viueret in memoria & semper præsens esset in gratia, hæc ibi. Et ideo ipse saluator in fine vitæ suæ temporalis, & mortalis hoc sacramentum instituit pro vale te. Solent enim veri & cordiales amici ab inuicem separandi simul æpulari, & aliquid ad memoriam suis beneuolis relinquere. Et ideo Christus sciens q; debebat ab Apostolis recedere, voluit cum eis cęnare. Vnde dixit. Lucæ 22. Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum. In qua cęna donauit eis preciosi corporis, & sanguinis sui sacramentum, vt cum fidelibus suis semper permaneret præsentia sacramentali. Et propterea post resurrectionem apparens eis. dixit, vt habetur Matthæi vltimo. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consumationem seculi. Ipse enim prædixerat. Prouerb. octauo. Delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Hæc autem cœna contraria fuit cœnæ Adæ

Cœna Christi fuit contraria cœnæ Adæ.

quam cum vxore sua celebrauit. Hinc enim fuit panis azimus, ibi panis fermentatus quo tota natura, humana per peccatum fuit fermentata & corrupta, hic fuit agnus typicus, ibi cibus vetitus, hic panis in corpus Christi mutatus, ibi panis mutatus in corpus diaboli. Peccatum enim mortale in corpus diaboli, vt Augustinus inquit facit transire. Saluator igitur noster transiturus in breui ad patrem sciensque humanam imbecillitatem, & fragilitatem, reliquit fidelibus suis hunc cibum delicatissimum, quo roborati possent potenter per asperam huius mundi viam transire ad æternam quietem, & beatitudinem more pij patris faciens, qui filijs suis magnum iter facere habentibus prouidet de cibis, & alijs per viam necessarijs. Noueratnamque quòd vt dicunt phisici, maxime Auicenna in tractatu de regimine iter agentium, necesse est quòd hi qui iter agunt in hieme non erant vacui, sed sint vino precioso potati, & assatis carnibus satiati, cuius causam assignat. Quia tempore magni frigoris calor naturalis retrahitur ad interiora. Vnde si stomacus esset vacuus de facili ipse calor naturalis posset extingui, sic accidit de lumine lucernę in qua deficit oleum. Et quia vinum habet calefacere, & assatæ carnes magis nutrire. Ideo prædicta sunt optime ambulantibus necessaria. Et iccirco nos peregrinos in hoc mundo voluit reficere vino preciosissimo, idest sanguine suo sacratissimo sub specie vini, & carnibus suis assatis igne amoris, & charitatis. De quibus desiderabant vesci patres veteris testamenti dicentes illud. Iob. 31. Quis det nobis de carnibus eius vt saturemur? Dicit autem Franciscus de mayro. in tractatu de corpore Christi, quòd Christus quando instituere voluit hoc sacramentum eleuauit oculos in cęlum, vt dicitur in canone missæ. Ad ostendendum, quòd illi qui volunt illud assumere, debent habere oculos mentis eleuatos in Deum. Item dicit quòd instituit illud in die Iouis, in qua vt patet. Gen. 1. aues fuerunt a Deo creatæ. Ad ostendendum q; homines qui habent alas contemplationis secundum beatum Gregorium sunt idonei ad percipiendum hoc sacramen-

men-

mentum. Eodem quoq; die fuerűt pisces in mare a Deo creati. Ad ostendendum ꝙ illi qui in amaritudine contritionis ꝑmanent sunt ad hoc sacramentum percipiendum apti, hæc ille.

Quare in monte Syon fuit institutũ hoc sacramentum.

INstituit autem hoc sacramentum in monte Syon, sicut prophetatum fuerat. Isa 25. vbi dicitur. Faciet dominus exercituum in monte hoc omnibus populis cõuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorũ &c. Et hoc vt ostenderet, ꝙ communicare volentes debent ascendere in altum per contemplationem cœlestium. Hoc autem sacramentum reliquit nobis ad vtilitatem, & profectum in vita, & in morte. In vita vt sit nobis memoriale passionis eius, vt diximus. Licet enim inuisu passio eius depicta affectum nostrum multum mouere debeat, & in auditu eiusdem prædicata passio magis debeat commouere, tamen in gustu in hoc sacramento tam veraciter & singulariter expressa maxime debet nostrum affectum excitare. Item dimissum est nobis in medicamentum nostræ curationis. Est enim medicina efficax contra omnes infirmitates nostras, sicut patet in illa oratione, Purificẽt nos quos domine sacramenta quæ sumpsimus &c. Sanat enim omnes morbos vitiorum. Vnde dicitur. Sit ablutio scelerum. Et sic est medicina curatiua. Item est medicina confortatiua, quia roborat & confirmat in sanitate recepta. Et ideo subditur. Sit fortitudo fragilium. Item est medicina præseruatiua, quæ præseruat hominem ne iterum cadat, & ideo subinfertur. Sit contra omnia mundi pericula firmamentum. Item est medicina melioratiua, quia viuos & mortuos ad meliorem statum perducit. Et ideo subditur. Sit viuorum atq; mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. Secundo dimisit ipsum sacramentum vt eo adiuuemur multipliciter in morte. Via enim quam anima de corpore decedens factura est, est tenebrosa. Iob. 19. In calle meo tenebras posuit, est periculosa. Vnde psalmista ait. In via hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueum mihi. Ité est via longa. 3. Reg. 19. Grandis tibi restat via. Item est ignota. Vnde psalmista inquit. Viã ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Qñ igitur corpus Christi animabus decedentibus datur quod appellatur viaticum propter prędictam vtilitatem, portant secum lucem ad tenebrosæ viæ illuminationem. Vnde Ioannis 8. ipse saluator ait. Ego sum lux mundi. Et eiusdẽ Euangelij. 12. Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos cõpræhendant. Portant etiam secum pugionem ad defensionem cõtra hostes. Iob. 17. Pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me. Et psalmista, ait. Si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala qm̃ tu mecum es. Portant etiam secum cibũ ad confortationem. De quo propheta. Psal. 64. inquit Deo. Parasti cibum illorũ in tempore opportuno. Item habent secũ ductorem ad viæ directioné, iuxta illud. Micheæ. 2. Ascendit iter pandens ante eos. Et psalmista, inquit. Deduxit eos ad portum voluntatis eorum. Vt igitur possimus istum cibum tam saluberrimum deuote recipere, quatuor vtiles considerationes de hoc dignissimo sacramento faciemus. Prima dicetur obligationis: Secunda punitionis: Tertia præparationis: Quarta fructificationis.

Vsq; in morte adiuuemur relictũ fuit hoc sacramentũ.

PARS PRIMA de obligatione & necessitate recipiendi sacratissimum corpus Domini nostri Iesu Christi.

Quolibet christianus non legitime excusatus tenetur recipere corpus Christi & hoc rationibus ꝓbatur.

QVod quilibet christianus non legitime excusatus teneatur recipere corpus Christi, sine quo spiritualiter viuere nõ potest probo primo ratione quæ dicitur conseruationis. Fundamentum cuius ponit Philosophus primo, de generatione di. Omne viuens quamdiu viuit indiget alimento conuenienti naturæ suæ patet hæc regula in viuentibus anima vegetatiua, vt puta in plantis. Nam arbor cum habeat vitam vegetatiuam, ad hoc vt viuat, indiget aqua mixta terra, prout dicit philosophus in libro de vegetabilibus & plantis. Vnde si careret hoc nutrimento, statim morerẽ. Patet etiam in viuentibus anima sensitiua, vt in quibuscunq; animalibus, & aui-

bus. Simili modo patet in corpore nostro, quod viuere non potest sine nutrimento. Et ratio est quam assignat Ricar. noster in 4. di. 12. ar. 6. q. 1. in corpore quæstionis, & etiam di. 8. eiusdem libri. ar. 1. q. 4. Quia humiditas radicalis semper cõsumitur a calido naturali. Et ideo nisi restauretur per cibum & potum, statim deficeret homo. Quod si hæc sunt necessaria ad vitam corporis, quod non potest viuere sine nutrimento suæ naturæ conuenienti, a fortiori ad vitam animæ spiritualem, requiritur eius cibus spiritualis, qui est corpus Christi, quod est refectio animæ viuificans illam, iuxta illud saluatoris: Ioannis. 6. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, Et ibidẽ. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternam. Quod si sic est, ergo eius susceptio est necessaria ad salutem. Quod insinuare volens saluator ait Matth. 4. Non in solo pane viuit homo. i. secũdum corpus, sed in omni verbo, idest in sacramento verbi, quod procedit de ore Dei. Ideo inquit beatus Tho. in. 3 parte summæ q. 73. ar. 3. & in 4. di. 12. Quod si homo velit in vita spirituali persistere, de necessitate salutis tenetur hoc sacramentum suscipere. Sanctus quoq; Bonauẽtura & Ricar. in 4 di. 13. ar. 6. q. 1. dicunt, ꝙ quamuis nõ sit necesse communicare nisi semel in anno, non occurrente alia particulari necessitate, tamen frequentatio communionis perutilis est, quia sicut in corpore quasi continue fit quædam deperditio naturalis humiditatis, per actionem naturalis caloris, qua de causa oportet pluries cibum sumere ad restaurationem deperditionis, ne deperditio continua mortem inducat, sic cum ex corruptione concupiscentiæ in nobis, & occupatione circa exteriora fiat deperditio deuotionis, & charitatiui feruoris, debemus pluries recipere hoc sacramentum, per cuius susceptionem causatur in anima spirituale nutrimentum, iuxta illud saluatoris. Ioan. sexto. Caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus. Et ibidem. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Aliter per viam deperditionis. si non adesset restauratio paulatim homo ad mortem perduceretur spiritualem. Et hoc est quod inquit dñs noster. Io. 6. Nisi manducaueritis carnẽ filij hoĩs & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Est aũt magna differẽtia inter nutrimentũ cibi corporalis, & huius cibi spirituali, & quia cibus corporalis nõ est tantæ virtutis, vt totũ deperditũ possit ad plenum restaurare. Sed iste cibus sacramentalis plus restaurat de gratia, ꝙ culpa possit consumere. Et illos a quibus digne sumitur facit immortales. Cuius figura habet̃ Gen. 2. in ligno vitæ posito a Deo in medio paradisi, de quo edentes nunꝗ mortui fuissent. Sed iste cibus illud lignũ superat in nutrimẽto, qꝛ illud conuertebat̃ in substantiã, & carnẽ humanã, sed iste sanctissimus cibus aĩam conuertit in Deũ, qui est omniũ viuentiũ vera vita. Vnde vt ait Aug. in libro confessionũ ipse dñs dicit eũ recipere volenti. Tu me nõ mutabis in te sicut cibũ carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Ex prędictis autem patet, ꝙ cõmunicare est de præcepto diuino, & euangelico, & de necessitate ad salutem. Quæ cõsiderans Calixtus Papa præcepit. de conse. di. 2. in c. peracta. ꝙ omnes christiani quotidie cõmunicarent. Cuius verba sunt ista. Peracta consecratione omnes communicent, qui noluerunt ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim etiam statuerunt Apostoli, & sãcta Romana tenet ecclesia, hęc ille. In primitiua ergo ecclesia quando feruebant christiani amore Christi, quotidie communicabant in missa. Sed postmodum frigescente charitate & deuotione hoc statutum abrogatum est, & fuit ordinatum vt omni die dominico communicarent christiani secundum cõsilium Augustini de conse. dist. 2. c. quotidie di. Quotidie Eucharistiæ cõmunionem accipere, nec laudo, nec vitupero, oĩbus tñ diebus dominicis cõmunicandum hortor. Et hoc dixit Augustinus. i. ꝙ non laudabat nec vituperabat cõicare quotidie propter imperfectionẽ hominũ, qui non sunt parati quotidie ad tantum sacramentum suscipiendum. Si quis tamen esset perfectus, & cognosceret se crescere in amore Dei ex frequentatione sacramenti, secundum Augustinum, & Alexandrum de Ales vbi supra esset melius quotidie cõicare, iuxta illud Ambro. de cõse. dist.

Cõmunionis frequentatio est perutilis.

Differentia inter nutrimentũ cibi corporalis, & spiritualis, & ponitur figura. Gen. 2.

Laudabile est cĩbus dominicis diebus cõionẽ summere, & quando hoc sit quotidie sciendum.

dist.2.c.si quotienscūq;. di. Si quotiescūque effunditur sanguis Christi in remissionem peccatorum effunditur, debeo me ito qui semper pecco semper medicinā accipere. Et idē Ambr. in lib. 1. de Sacramentis dicit. Accipe quotidie q quotidie tibi prosit, sic viue, vt merearis quoti die accipere. Possumus tamen hic dicere q sicut appetitus corporalis gustus est in hominibus diuersus, prout reperitur in viribus digestionis diuersitatis. Nam quidam adeo habent calorem naturalem accensum, q statim digerunt sumptum cibum, & hi assiduo cibo indigent. Alij vero melius digerunt rarius comedendo, quoniam magis remissum habent calorē, & si nimis frequenter comederent fastidirent. Ita diuersæ sunt animarum dispositiones. Quidam n adeo feruent charitatis amore erga Sacramētum hoc, q si omni die ipsum recipiunt, inde bonum salutis remedium, & nutrimentum sentiunt. Aliquibus autem tanta est timoris reuerentia, q non præsumunt illud recipere nisi raro. Vtraq; tamen causa rationabilis est, & bona. Cuius figura habetur in Euangelio. Ille namq; qui dixit Domino Matth. 8. Domine non sum dignus &c. Laudatus est ab eo q non inuenisset tantam fidem in Israel. Zachęus autem qui lætanter & festinanter recepit Dominū in domo sua, benedictus est ab eo, & salutis suæ certitudinem recepit Luc. 19. Vnde Aug ad ianuarium lib. 1. ait. Ille nō audet honorando sumere, & iste non audet honorando vllum diem præterire. Cōtrē ptum solum non vult cibus iste, hæc Augu. Ille a utē reprehensibilis est, qui non ex reuerentia dimittit assidue communicare, sed ex corpore, & negligentia, ac parua deuotione. Quod non faciebant fideles antiqui, qui saltem omni die Domini communicabant, verum quia quanto magis elongati sunt homines a tempore passionis Christi, tanto plus refriguit memori eius in cordibus corū, statuit post modum ecclesia, vt saltē ter in anno omnes communicarent. s. in Paschate, Pentecosten & Natiuitate Domini, vt præcepit Fabianus Papa de consec. dist. 2. c. Et si non frequentius. & in c. seculares. eadē. di. dicitur. Seculares qui in Natali Domini Pascha, & Pentecosten non cōmunicauerint catholici non credantur nec inter catholicos habeantur, hæc ibi.

Semel saltē in anno est cōicādū, & quo tpe declaratur, et hoc de necessitate salutis.

VErū hodiernis temporibus, quia superabūdauit malitia, & refriguit charitas ad tantā miseriā venerunt Christiani, & tā paruā deuotionē, q ecclesia ordinauit, & pcepit sub pęna peccati mortalis, vt saltē semel in anno oēs discretionis, & rationis capaces communicent, videlicet in Paschate. Vnde Inno. III. in c. omnis vtriusq; sexus. de pe. & remis. inquit. Omnis vtriusq; sexus fidelis cū ad annos discretionis peruenerit omnia sua solus peccata saltem in anno fideliter cōfiteatur &c. Sequitur. Suscipiens reuerenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi forte de proprij sacerdotis consilio ob aliqua rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum, hæc ille. Si quis tamē communicauerit in Cęna Domini intelligitur satisfecisse præcepto c. in cęna. de conse. di. 2. Imo per octo dies ante Pascha & per octo post satisfieri huic præcepto sicut declarat Eugenius Papa IIII. in suo priuilegio quod incipit. Fide digna relatione, vbi exponens dictum capitulum. Omnis vtriusq; sexus inquit. Dicimus expresse non esse intentionis legislatoris animam illaqueare fidelium sub culpa mortali, ad communionem precise in die Dominicæ Resurrectionis percipiendū, sed terminandum statuisse a Pascha vsq; ad Pascha mens n. magis quàm verborū sonus est attendenda discrete. Intelligimus itaq; optime iuri satisfactum, & canoni si hebdomada sancta, vel intra octauam Paschæ Resurrectionis Dominicæ, secundum meliorem dispositionem conscientię & aptiorem mentis deuotionem fideles præparatione debita sanctum Eucharistiæ pignus accipiant, & cum Domino Pascha celebrent, & huic sentētiæ omnes volumus acquiescere, hęc ille. Ex quibus omnibus patet quod receptio Sacramenti saltem in tempore a sancta Ecclesia determinato est necessaria ad salutem vnde Innocentius III. in quibusdam sententijs suis inquit. Necessario quippe a nobis sumendus est agnus, vt a vastante Angelo protegamur. Nec exire possumus de Ægypto nisi celebrando Paschæ

Pascha-

Paschalem agnum edamus, hæc ille. Sed heu, quia in hac infelici ætate hoc tam salutare misterium quod Cœlum lætificat, & mundum conseruat vniuersum, quotidiano vsu apud nonnullos quodāmodo vertitur in contemptum. Si.n.hoc sanctissimum Sacramentum in vno tantū celebraretur Loco,& ab vno tantum consecraretur sacerdote in mundo. Omnes profecto homines immenso desiderio ad vnum locum & tale Dei sacerdotem affi cerentur,& properarent vt diuina mysteria celebrari audirent. Nunc autem multi facti sunt sacerdotes,& in multis locis offertur Christus, vt tanto maior appareat gratia, & dilectio Dei ad hominem, quanto latius est sacra communio diffusa per orbem. Sed vnde homines ad eius amorem magis deberent accendi, inde tepediores efficiuntur ac magis ingrati. Currunt multi ad diuersa loca pro visitandis sanctorum reliquiis, & mirantur auditis eorum gestis. Ampla ædificia templorum aspiciunt, & osculantur sericis ac auro inuoluta sacra ossa ipsorum. In hoc autem sacratissimo altaris sacramento præsens est sanctus sanctorū, Creator omnium & Dominus Angelorum,ac tota spes & salus cunctorum hominum, & tamen pauci ad tam venerabilem inardescunt præsentiam,tanquam ineffabili,ac necessario Sacramento debitum habent deuotionis affectum.

PARS SECVNDA de punitione non communicantium.

De septē punitionibus, q̄ non cōicātibus debētur.

SEPTEM punitiones recipiunt nō communicantes secundum determinationem ecclesiæ. Prima dicitur exclusionis,de qua in d. ca. omnis vtriusq; sexus dicitur. Alioquin viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, hæc ibi. Quicūq; n. non communicat debet omnino ab ecclesia excludi, nec debet permitti quòd cū alijs fidelibus ecclesiam ingrediatur pro missis vel officijs audiendis. vnde de con se.di.2.c.si quis scriptum est.Si quis auertit se a communione Sacramenti talem projjciendum de Ecclesia catholica decernimus, donec pœnitentiam agat, & ostendat fructum pœnitentiæ suæ, vt possit communione percepta indulgentiam promereri, hæc ille.

2. Punitio non cōicantibus debita.

SEcunda punitio dicitur excommunicationis. Inquit enim Hosti.in dicto c.omnis.de pe.& re.quòd si quis presbyter habet aliquem parrochianum fornicarium publicum,vel adulterium,aut tenentem odia,vel homicidam, vel vsurarium,aut ponētem discordias inter proximos,vel incantatorem,vel blasphemū, luxorem,aut partialem, vel nolentem cōfiteri,aut communicare,primo illum debet opportune arguere.s.monendo. Secundo importune.s.increpando & suspēdendo & interdicendo.Tertio autem erescente contumacia debet illum excommunicare, vel superiori denunciare. Et de hoc habetur text. di.18 c.decernimus. & di.34.c.quorundam.in fine,& 11.q 3. c.si autem & 32.q.5.c.præceptum.Et hec quasi omnia notat glo.in c.ad audientiā, extra de sponsa & ar. ad hoc potest habe ri.2.q.1.c.multi. & 32.q.1.c.prædicandum.& 14.q.7.c. itaq;. & c. tam sacerdotes.

3. Punitio non cōicantibus infligenda.

TErtia punitio dicitur sæpelitionis. Tales.n non communicantes nō debent ecclesiastica sepeliri sepultura,vnde in d.c.omnis.dicitur. Et moriens ecclesiastica careat sepultura.Quia.n.tales,vt bestiæ vixerunt, ideo non sacra sepultura,sed bestiarū eis debetur.Et ratio quare non debent sepeliri in sacro, ponitur in c.non extimemus.13.q.2.Vbi dicitur, quòd deuotæ sepulturæ officium bonę si dei sunt testimonium. Et ideo ne clerici sint falsi testes prohibentur sub pęna peccati mortalis tales sæpelire, aut eorum sepulturæ interesse c. 2. extra de rapto. Quod autem tales non debeant sæpeliri in sacro,patuit per exemplum de quodā peccatore qui sine confessione, & communione mortuus est,sepultusq; in Ecclesia.Sequenti vero nocte tumulus apertus est, & proiecit illum mortuum tanquam indignum tali sepultura. Mane autem facto aperiens sacerdos ecclesiam inuenit corpus mortuum illius defuncti in platea extra sacrum, quod accipiens iterum posuit in monumento in ecclesia Sequenti vero mane iterum inuenit illud

extra

extra sacrum, & sic factum est tribus diebus continuis. Ex quo cognoscens quòd terra sacra non poterat continere cadauer illius scelerati fecit portari illud ad sterquilinum. O scelerati qui non vultis communicare, ostendam vobis in quo loco debet quisque vestrum sepeliri. Audite quid scriptum sit Hiere. 22. Sepultura à sini sepelietur. Sed audite aliud terribile exemplum quod ponit Iacobus de vittiaco di. ꝙ quidam magnus vsurarius veniens ad morte noluit restituire vsuras ex quo Sacerdos noluit ei dare ecclesiastica Sacraméta Cũ esset ergo morti propinquus vocatus Sacerdos a parétibus, vt eius animam recommendaret, dixit. Ego eam omnibus dęmonibus de infetno recommendo. Et sic ille miser expirauit. Tunc amici rogabant sacerdotem vt propter honorem, & dignitatem cognationis ipsum sepeliri permitteret in loco sacro; ꝙ sacerdos omnino negauit. Habebat autem dictus sacerdos quédã asellum: qui nihil aliud faciebat nisi ꝙ libros ad Ecclesiam portabat, & ideo nullam aliam viam sciebat nisi illam quã frequentabat. Amici vero & parentes defuncti malitiose cogitantes, rogauerunt sacerdotem vt corpus super asellum poneret, vt vbicunq; ferret illud sepeliretur ibidem. Putabant enim ꝙ vel ad Ecclesiam, vel domum sacerdotis recto tramite illud portaret, cum nullam aliam viam sciret. Quod cum placuisset sacerdoti corpus super asellum positum est, qui nec ad sinistram, nec ad dextram declinauit sed ipsum defunctum vsq; ad patibulum tulit, ibiq; sub furca se excutens dimisit & in eo loco sepultus est. Quod permisit Deus vt ostenderet tales non communicantes debere sub furca sepeliri.

4. punitio nõ communicantibus debita. QVarta punitio dicitur scandalizationis. Talis enim non communicãs scandalizat omnes vicinos de terra vel ciuitate, & ideo tot pęnas meretur quot personas scandalizat. Sicut dicitur 1. q. 1. c si quoscunq; Et ideo inquit Saluator. Matth. 18. Qui scandalizat vnum de pusillis his qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et ideo si scandalizans vnum solum tantam pęnam meretur, quantam merentur prędicti qui scandalizant totam cõmunitatem? Tales sunt infames & non debent admitti ad aliquas dignitates. l. 2. C. de dignitatibus li. 12. De tali dicit auctor rudiũ libro 2. Neglector famę fiet neglector honoris. Et merito cunctis ille neglectus erit. Et Iacobus beneuentanus sui libri. c. 50. dicit. Non bene detergi sordida fama valet.

QVinta punitio dicitur inabsolutionis. Quicunq; enim confitetur sine proposito sumendi corpus Christi ad minus semel in anno, facit inutilem confessionem, quia est indispositus in hac cõfessionem, non habens voluntatem obediendi pręcepto Ecclesiæ de communione, & per consequens talis confessio est ficta & sine charitate, & ideo non valet de pę. di. 5. c. falsas, & c. fratres, & di. 7 c. nullus. *5. punitio Eucharistiã recipientibus conueniens.*

SExta punitio dicitur inexorationis. Tales enim priuari debent fidelium oratione s. Bon. in. 3. di. 43. & de hoc scriptum est. 1. Ioan. 5. vbi dicitur Est peccatum ad mortem. Non dico vt pro eo quis roget. Non igitur exaudietur a deo qui orat pro talibus non communicantibus, & ideo nullus potest pro eo publice orare imo si quis missas, vel officiũ publice dici faceret pro ipso quãdo mortuus est sine signis pęnitentię, tam dicẽs quam mandans mortaliter peccaret: cum sit contra pręceptum Ecclesiæ extra de sponsalibus c. ad audientiam & de statu mo. c. 1. & c. super quodam, & de Sepul. c. ex parte. & de furtis c. 2. & 13. q. 2. c. pro obeuntibus, & c. non extimem' & c. de quibus, & 23. q. 5. c. placuit. Facit capitulum. a nobis el. 2. & capitulum. Sacris, de senten. exco. *6. punitio corp' Christi non recipientib' infligenda.*

SEptima punitio dicitur reiectionis. Nam cum de illis qui non receperunt Discipulos Christi, facturus sit Christus magnam vindictam, vnde ipse inquit. Lucę. 10. Amen dico vobis, ꝙ Sodomę remissius erit in die illa, quam illi ciuitati quæ non receperit vos. Quantam punitionem facturus est de illis qui noluerunt *7. pœna nõ cõmunicantib' debita.*

sunt recipere ipsum? De quo Io. 1. dicitur. In propria venit, & sui eum non receperunt, profecto in iudicio talibus dicet illud Matth. 25. Hospes eram & nó collegistis me. Et ideo reijciet eos a consortio beatorum, & proijciet in infernum. vnde Lu. 9. inquit ipse Saluator. Qui me erubuerit, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua. Et ideo per similitudinem ponit parabolam Matth. 22. di. Quod cum quidam rex plurimos inuitasset ad nuptias filij sui, illi vero venire contempsissent, & vltra hoc seruos suos occidissent, statim rex missis exercitibus suis perdidit omnis homicidias illos, & succendit ciuitatem eorum igni. Qua similitudine datur intelligi, quòd quicunq; non accendunt ad cœnam agni prouidi, ad quam ipse Christus omnes inuitat perdet eos, atq; succendet in ignẽ æternum. Inuitat autem omnes Christianos Matth. 11. di. Venite ad me omnes q laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. O dulce & amicabile verbum in aure peccatoris, q tu Domine Deus meus egenum & pauperem inuitas ad tui sanctissimi corporis communionem. Sed qs ego sum Domine, vt ad te pręsumam accedere? Quomodo ausus ero venire qui nihil mihi boni conscius sum vnde possim præsumere? Reuerentur Angeli & Archangeli, metuunt Sancti, & iusti, & tu dicis. Venite ad me omnes? Nisi tu Domine hoc diceres, quis verum esse crederet? Et nisi tu iuberes, quis accedere attemptaret? Sed tu benignissime Domine nosti seruum tuum, & scis, q ia nihil boni in se habet vnde hoc illi præstes. Confiteor igitur vilitatem meam, & agnosco infinitam bonitatem tuam. Propter temetipsum in hoc facis, non propter mea merita, vt benignitas tua mihi magis innotescat Quia ergo hoc tibi placet, & sic fieri iussisti, placet & mihi dignatio tua, Vnde de tua indicibili clementia confisus accedo eger ad Saluatorem, egenus ad regem Cœli, seruus ad Dominum creatura ad Creatorem, desolatus ad merentium consolatorem, esuriens, & sitiens ad vitę fontem, Cuius plenitudinem licet nequeam haurire, & vsq; ad satietatem potare, apponam tamen os meum ad foramen cęlestis fistulæ vt saltem inde guttulam modicam capiam ad refocillãdam sitim meã, vt non pœnitus arescam. Venio igitur ad te pijssime Iesu, qui nó vis dimittere seruos tuos ieiunos ne deficiãt in via, vt de tuo sancto conuiuio reficiar quod parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa Dominorum suorum Matth. 15. In te enim est totũ quod desiderare possum & debeo. Tu salus mea, & redẽptio, spes & fortitudo, decus & gloria, lætifica ergo animam serui tui quoniam ad te Domine Iesu animam meam leuaui. Cupio enim te in domum meam introducere, ac reuerenter suscipere, vt cum pusillo Zacheo merear a te benedici, & inter filios Abrahæ computari, & non cum ad tuum conuiuium venire contemnentibus à tuo dulcissimo consortio æternaliter separari.

PARS TERTIA de præparatione tanti Sacramenti.

de 1. Præparatione ante corporis Christi assumptionem fienda.

TRES præparationes debet facere suscepturus pretiosum corpus Domini nostri Iesu Christi. Prima dicitur antecedens, & est triplex prima examinationis, & purgationis. Quia cum omni diligentia iterum atq; iterum examinare debet conscientiam suam, vt non solum peccata quæ communiter cognoscuntur, & sunt manifesta, sed etiam per ignorantiam, & obliuionem latentia in quantum sibi possibile fuerit subtiliter possit discutere. Ideo dicitur. Ose. 2. Iudicate matrem vestram, id est conscientiam. Et Apostolus. 1. Cor. 11. inquit Paulus. Si nosmetipsos iudicaremus, nó vtiq; a Domino iudicaremur. Facta igitur hac diligentissima examinatione, si aliquam nouam maculã reperiemus debemus de ea habere contritionem, & dicere cũ propheta Psal. 50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Deinde ire ad confessionem, & plenam facere conscientiæ purgationem. Non enim plerumq; in vna confessione ad plenum potest consciẽtia expurgari. Ideo dicit Dauid Psal. 94. Præoccupemus faciem eius in confessione. Et Eccle. 18. dicitur cuilibet communicaturo. Ab omni delicto mũda cor tuũ.

Et

Et Hiere. 4. Laua a malitia cor tuum. Et 1. Cor. 7. Emundemus nos ab omni inquinamento carnis. Et eiusdem epistolæ capitul. 5. iterum dicitur. Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua consper-sio. Non enim possumus recipere gratiam Dei nisi purificati fuerimus, dicente Augustino in libro de verbis Domini. Puritas sic est substantia gratiæ, sicut anima est substantia corporis.

de 1. Præparatione ante cõmunionem fienda.

SEcunda præparatio dicitur cessationis. Debemus enim cessare ab omnibus non solum peccatis, sed etiam occasionibus peccatorum, vt est multiloquium. Nam in multiloquio non deerit peccatũ Prouer. 10. de contra vero bonum est præstolari cum silentio salutare Domini. Trenorum 2. Debemus ergo parum loqui & cum magna consideratione, ne dicamus ociosa, vt possimus dicere illud Iob 11. Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo. Item debemus abstinere a vanis cogitationibus dicente Domino Isaiæ primo. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Item debemus vitare periculosas conuersationes & cessare a tumultu rerum secularium, quia dicitur Treno. 3. Sedebit solitarius & tacebit quia leuabit se super se. Item scriptum est Ecclesiastici 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Item ieiuno stomaco sacram Communionem percipere debemus, nisi in casu necessitatis, vt puta, in morte vt inquit Ricard. in quarto distinctione 8. articul. secundo, quæstione tertia di. quòd hoc constitutum fuit propter reuerentiam Sacramenti, vt patet per Augustinum in libro primo ad Ianuarium. Et per magistrum sententiarum in 4. distinctio. 8. capitul. 3. Et habetur de hoc textus in capitulo liquido. de consecratio. dist. inctio. 2. vbi dicitur placuit spiritui sancto vt in honore tanti Sacramenti, prius in os Christiani Dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Ad idem habetur textus in c. nihil 7. quæstione 1. & de hoc tractat Thom. in 3. parte summæ. quæstio. 80. & habetur in summa confes. libro 3. titul. 24. quæstio. 65. Item debet homo cessare nocte saltem præcedenti à quiete delitiosa, vnde si commode potest non debet in lecto dormire, siue nudus sed indutus, & vigilare, dicente propheta Isaiæ 52. Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion. Induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem ciuitas sancta, idest anima fidelis tam dignissimum receptura Sacramentum induc te vestimento deuotionis, quia sicut ille qui cibum corporalem non potest digerere, vel masticare non est aptus manducare ipsum, sic qui deuotionem non habet non est dignus communicare, de consecratio. dist. inct. 2. capitul. tribus gradibus. & capitul. in illo. Vnde ait sanctus Bonauenaura. in 4. distinctio. 12. Maiorem efficaciam recipit homo in vna Missa vel communione cum bona præparatione, quàm in multis si se non præparet diligenter, & deuote.

de 3. Præparatione.

TErtia præparatio dicitur ornationis scilicet bonarum actionum, quod figuratum fuit Exod. 12. vbi manducaturis agnum Paschalem, qui Sacramentum hoc typice demonstrabat præceptum est. Renes vestros accingetis, & calciamenta habebitis in pedibus vestris tenentes baculos in manibus, per renes enim accinctos significatur castitas secundum Gregorium super Lucæ 12. per calciamenta in pedibus intelligitur charitas & dilectio Dei & proximi, per baculos in manibus intelliguntur bona opera, sine quibus si accesserimus ad commuuionem dicet cuilibet nostrum omnipotens Deus illud Matthæi 22. Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Debemus ergo habere vestem rubeam, scilicet charitatis, & virtutis, quando accedimus ad nuptias æterni regis. Vnde Augustinus in quodam sermone in dedicatione Ecclesiæ inquit. Vnusquisque consideret conscientiam suam, & quando aliquo crimine vulneratum se esse cognouerit prius orationibus, ieiunijs, & elemosynis studeat mundare conscientiam suam, & sic Eucharistiam præsumat accipere. Sanctus quoque leo in quodam sermone

mone de aduentu de Domino Iesu Christo inquit. Secundum quòd vnumquemque ornatum bonis moribus viderit, ita illi gratiam suæ misericordiæ dispensabit, hęc ille. Si autem accesserimus sine ornatu bonorum operum, accidet nobis illud Matth. 22. vbi præcepit paterfamilias ministris de illo qui indignus accesserat ad nuptias dicens. Ligatis manibus & pedibus proijcite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentiū. Ideo Ambr. in quodam sermone de aduentu inquit. Si. n. mulierculæ solent aliquas ferias suscepturæ maculas vestitum suarū aqua diluere, cur non magis Dominum excepturi, maculas animarum nostrarū fletibus abluamus? Et illæ quidē si adeo infectæ sordibus vestes fuerint, quòd maculas sola aqua non purget addunt molitiem olei saponis etiam acrimoniā. Nos quoq; si tam graue fuerit peccatū quod minime solis fletibus abluatur, addamus misericordiæ oleum acrimoniamq; ieiunij, hæc ille. Hieronymus quoq; in testamento suo ait. Eya fidelis anima epulare, ne moreris his pasci delitijs, ne pigriteris hoc frui conuiuio, in quo non carnes taurorum hircorum, vt olim in lege, sed Saluatoris tui corpus sumendum proponitur.

de 2. Principali præparatione cōis concomitatiua.

Secunda principalis præparatio dicitur concomitatiua. Et hæc etiam est triplex. 1. meditationis. Debet enim homo in ipso actu sacræ communionis tria maxime præmeditari Primo quantæ sit nobilitatis. Nam de conse. di. 2. c. nihil dicit Alex. Papa. Nihil in sacrificijs maius esse potest, quàm corpus & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit quæ pura conscientia Domino est offerenda hęc ibi. In hoc enim Sacramento non solum est humanitas Christi gloriosa, sed etiam diuinitas beatissima. Secundo debet præmeditari quantæ sit vtilitatis. Est enim vtilitatis infinitæ per quod Sacramentum acquiritur vita æterna Io. 6. Tertio quantæ sit charitatis, possumus. n. dicere illud Deute. 4. Non est alia natio tam grandis quę habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Vnde non possumus ei condignas gratias referre pro tanto beneficio collato, nec aliquid sufficiēs sibi recompensare Iob 9 Si voluero me iustificare, non potero ei respondere vnū de mille. Ex quibus verbis etiam patet, quòd nemo potest ita iustificari, & purificari sicut meretur altitudo tanti Sacramenti. Vnde ibidem subditur. Et si lotus fuero quasi aquis niuis. Et fulserint velut mundissimę manus meæ. Tamen sordidus intinges me. i. sordidus apparebo in comparatione tam mundissimi Sacramenti. Sed tamen & si non valemus nos condigne præparare ad eius receptionem, nec ei æquiualens reddere. Saltem quantum possumus tantæ charitatis semper habeamus. De qua memoria dicit propheta Hieremias Trenorum. 4. c. Memoria memor ero & tabescet in me anima mea.

de 2. Præparatione concomitatiua communionis.

Secunda præparatio concomitatiua est orationis. Cum. n. non simus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, quia omnis sufficientia nostra ex Deo est 2. Cor. 3. Ideo debemus deuote & feruenter orare Deum, vt nos dignos efficiat ad sumendum tantum Sacramentum dicendo cum propheta Psalmo 5. Cor mundum crea in me Deus & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

de 3. Præparatione concomitatiua communionis.

Tertia præparatio dicitur humiliationis. Scriptum est in c. decet. de immu. eccle. lib. 6. quòd ad ecclesias debet esse humilis, & deuotus ingressus, & deuota conuersatio, & Deo grata, multo magis autem quando imus ad recipiendum tam dignissimum Sacramentum, debemus ire cum maxima humilitate, & reuerentia, & quia scribitur Eccle. 32. pro reuerentia dabitur tibi bona gratia. Debemus etiam ire cum maxima cordis amaritudine, quòd tam benignū Redemptorem nostrum offenderimus. Et in huius figura præceptum fuerat Exod. 12. quòd agnus Paschalis debebat comedi cum lactucis agrestibus, quia corpus Christi debet sumi cum amaritudine propriorum peccatorum & compassionis de passione eius. Vnde Grego. in moralibus inquit. Carnes cum lactucis agrestibus sunt edēde, vt cum corpus Redemptoris nostri accipi-

accipimus nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus quatenus ipsa amaritudo pœnitentiæ abstergat a mentis stomaco peruersæ humorem vitæ, hęc ille. Ista enim amaritudo contritionis sanat vulnera peccatorum. Vnde Dominus inquit Oseæ.10. Sanabo contritiones eorum, & diligam eos spontaneæ. & Tren.3. hortatur nos ad compassionem suæ passionis ante communem di. Recordare paupertatis & transgressionis meę. Absinthii, & fellis. Ea propter debemus facere ante sumptionem istius cibi spiritualis, quod faciebat Iob ante sumptionem cibi materialis dicens 3.c. sui libri. Antequam comedam suspiro. s. ex compassione doloris Crucifixi, & contritione meorum peccatorum. Et huius figura habetur Gen. 18. Vbi Abraham tribus Angelis sibi in forma humana apparentibus dixit, vt requiescerent sub arbore quousq; eis portaret bucellam panis. Per tres. n. Angelos significantur tres potentiæ animæ. s. memoria, intellectus, & voluntas, per quas non tantum Angelis, sed etiam Deo sumus similes. Has enim Abraham, idest Christus iubet requiescere sub arbore Crucis ante sumptionem panis subcinericij, quem sacra, idest ecclesia, ad eius præceptum conficit ex tribus farinis. s. eius diuinitate, anima, & carne, & sic meditata sua passione illum deuote recipere. Ideo hortatur Aug. in lib. de salutaribus documentis di. Quãdo corpus Christi accipere volumus, ante ad confessionem, & pœnitentiam precurrere debemus, & omnes actus nostros curiosius discutere, & peccata obnoxia si in nobis senserimus cito festinemus per confessionem, & veram pœnitentiam abluere, ne cum iuda proditore diabolum intra nos celantes pereamus. O deuoti Christiani cõsiderate, quòd sicut inquit Ambrosius in quodam sermone de aduentu. Si deberetis recipere aliquam honorabilem personam in domo vestra, puta illustrissimũ Ducem vestrum, siue Papam, vel Imperatorem, qui ad vos visitandos venire dignaretur, profecto festiui, & bene induti occurreretis ei, gratia agentes quòd ad vos declinare dignetur. Sed prius mundaretis domum vestram, & purgaretis ab omnibus immunditijs, ne aliquas sordes inueniret quæ possent oculos suæ maiestatis offendere. Item coopertorijs varijs ornaretis domum, atq; floribus, & alijs rebus odoriferis sterneretis pauimentũ illius, vt libentius & gratius in domo vestra moraretur. Si autem contrarium faceretis, puta, in domum sordibus & fetoribus plenam illum reciperetis, profecto eius indignationem, ac vindictam subito expectaretis, quanto igitur cum maiori deuotione & reuerentia atque pręparatione debemus recipere regem cęlorũ dicentes cum Salomone tertii Re. 8. & secundi Parali. 2. Quis poterit pręualere vt ædificet ei domum dignam Si enim cęli, & cęli cęlorum capere eum nequeunt quantus ego sũ vt possim ei ędificare domum; Debemus etiam cum centurione dicere illud Lucę 7. Habentes corrigam ad collum vel saltem toto corde humiliati & percutientes pectora nostra. Domine nõ sum dignus vt intres sub tectum meũ sed tantum dic verbo & sanabitur anima mea. Item cum filio prodigo Luc. 15. cum maximis lachrymis dicere debemus. Pater peccaui in Cęlum & corã te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Fac me sicut vnum ex mernarius tuis. Nullus. n. cum tanto charitatis feruore, aut cum tanta reuerentia & deuotione ac humilitate accedere potest ad hoc Sacramentũ, quin ampliori recipi mereatur. Ecce. n. ꝙ Noe centum annis laborando fabricabit archam in qua cum paucis saluaretur. Gen. 7. Hic autem totius mundi fabricator, & Saluator recipitur. Moyses archã de lignis imputribilibus fecit, quam mundissimo auro vestiuit interius & exterius vt tabulas legis in ea poneret. Exo. 37. A nobis autem legisdatore, & vitæ largitor, suscipi, & hospitari debet. Salomon magnificum templum septem annis ædificauit, in quo mille hostias pacificas obtulit in dedicatione eius, vt in eo archam Domini collocaret 3. Reg. 6. Dauid cum maximo iubilo, & cantoribus, pulsans citharam saltauit coram archa Dei, & eam duxit in domum suam cũ gaudio 2. Reg. 6. Ex quibus omnibus concluditur & datur intelligi quòd omni studio & diligentia nos debemus præparare ad construẽdam habitationem Deo in anima nostra & recipiendum Dominici corporis Sacramentum.

cramentum. Quod sumere debemus cum incendio diuini amoris. Vnde in figurā huius præceptum fuit Exo. 12. filijs Israel quòd agnum Paschalem comederēt assum igni.

de 3. Principali ꝑparatione post cōmunionē fienda.

TErtia principalis præparatio dicitur consecutiua. Et hæc etiam est triplex.

PRima regratiationis. Debemus enim ei gratias referre post communionem de tanto beneficio nobis colato, vt dicitur in cle. si Dominum. de reli. & ve. san. Aliter priuari merebimur beneficio accepto quod reuocari potest per ingratitudinem. §. sciendum. insti. de dona. & c. fin. extra eodem. & l. fi. C. de reuo. dona. Et ingratitudo etiam retrudit seruum manumissum in seruitutem ca. Episcopus qui mancipium. & c. liberti ecclesiæ. 12. q. 2. Quilibet. n. priuari debet illo bono contra quod agit. l. pen. ff. de pęnis. Quia vero non possumus ei satisfacere pro tanto beneficio, dicere valemus quod sumus sicut mendicus pauperimus, qui ad prandium diuitis vocatus, nihil habet ad retribuendum benefactori suo, nisi se ei humiliando, & regratiando.

SEcunda præparatio dicitur obseruationis. Debemus. n. maxime illo die quo communicauimus custodire nos a secularibus curis, & vacare contemplationi, & deuotioni. Et ideo inquit Salomon Prou 4. Omni custodia custodi cor tuū. Ait. n. Greg in quodā sermone. Mens nostra ad contemplandum interna non perducitur, nisi ab his quæ exterius implicāt studiose subtrahatur. Mens. n. nostra nullo modo ad vim intimæ contemplationis rapitur nisi studiose prius a terrenorum desideriorum tumultu sopiatur.

TErtia præparatio dicitur conseruationis. Debemus. n. tali modo postmodum viuere, vt non abijciamus ab anima nostra Dominum Iesum quem recipimus. Quia iuxta illud poeticum. Turpius eijcitur quàm non admittitur hospes quod allegat glosa in c. quemadmodum. de iureiur. Et ideo debemus cuitare malas cogitationes, quia vt scriptum est Sap. 1. Aufert se. s. Dominus Iesus a cogitationibus quæ sunt sine intellectu & corripietur a superueniente iniquitate. Et ibidem etiam dicitur. Peruersæ cogitationes separant a Deo.

PRo maiori autem declaratione prædictorum est considerandum, quòd Saluator communicauit suos discipulos in Cœna, in qua hoc altissimum Sacramētum instituit, vt habetur Io. 13. Et hæc Cœna figurata fuit per illam quæ facta fuit in Cana Galileæ, de qua habetur Io. 2. Cana. n. interpræatur zelus. Galilæa autem trāsmigratio. Vnde per ipsam Cœnam significatum fuit, quòd Christus ꝓpter zelum, & infinitam chatiratem instituit Sacramentum corporis, & Sanguinis sui. Vbi panis & vinum transmigrat de vna substantia in aliam. Vnde dicere potest cum psalmista. Zelus domus tuæ comedit me. Idest comestibilem me fecit. Ideo autem hoc Sacramentum in Cœna ordinauit, vt ostenderet quòd digne communicare volentes debēt obseruare duodecim quæ in Cœna mundiali communiter obseruantur.

Hoc Sacramētū in cœna institutū fuit vt ostende, & aīa seruanda esse q̄ in cœna seruātur.

PRimum est hora obscura, in qua comeditur. Vnde ait Paulus 1. ad Cor. 11. Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem &c. Ex quibus verbis apparet quòd hæc cęna facta est hora obscura. Per quod datur intelligi ꝙ communicans in tantum debet philosophari de Deo, vt totus mundus sibi videatur obscurus, iuxta illud Tren 4. Quomodo obscuratum est aurum &c. Debetq; redire ad cor suum per peccatorum cogitationem, & intelligere in quanta cæcitate mētis fuerit, & dicere Deo cum psalmista. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. Et iterum. Quia tenebre non obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebrę eius ita & lumen eius.

SEcundum est aula quadrata. i. conscientia quadra, vt de anima communicantis quæ dici potest ciuitas Dei, verificetur illud Apoc. 21. Ciuitas in quadro posita est. Hoc est quatuor virtutibus cardinalibus

2 Quod in Cœna seruatur et ī hoc Sacramēto est seruādū.

dinalibus informata, scilicet prudentia quo ad memoriam præteritorum benefi ciorum Dei, & quo ad intelligentia præ sentiam peccatorum, ac quo ad prouidé tiam futurorum bonorum, iuxta illud Deutero.32. Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Item iustitia in declinando a malo & faciendo bonum, dicente propheta Psalmo 33. Declina a malo & fac bonum &c. Item fortitudine ad puniendа peccata, & ad tolerandam pœnitentiam, & dicere Deo cum propheta Psalmo 58. Fortitudinem meá a te custodiam. Item temperantia ad viuendum continenter & moderate; iuxta illud ad Titum 2. Sobrie, iuste & pie viuamus in hoc seculo.

3. In cœna seruatũ, & in hoc Sacramẽto ser uandum.

TErtium est tabula rotunda in medio aulæ. Et similiter communicas debet ponere cor suum integraliter in manu Dei, & illud præbere ipsi Deo per fidem, spem & charitatem, hæ enim tres virtutes theologicæ sunt quasi tres pedes quibus cor nostrum sustentatur coram Deo, iuxta illud primæ ad Corinth. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc. Hanc autem tabulam rotundam cordis nostri petit a nobis Saluator dicens illud Sapientiæ primo. Fili præbe mihi cor tuum.

4. In cœna seruatũ, & in hoc Sacramẽto ser uandum.

QVartum est tobalea alba super tabulam extensa. Et similiter communicans debet habere conscientiam puram, mundamque animam a peccatis. Sicut enim corpus Christi in Syndone munda inuolutum fuit positum in sepulchro, vt patet Matthæi 27. Sic in Syndone munda Christum inuoluit, qui pura mente ipsum suscipit. Nemo igitur debet ponere in hac cœna tobaleam nigram, seu immundam, sed nitidam, hoc est immaculatam animam. Eucharistia enim figuratur in pane propitiationis, qui consecratus Deo a mundis tantummodo comedebatur. Vnde vt habetur primi Regum 21. Cum Dauid fugeret persecutionem Saul, perrexit ad summum sacerdotem cum pueris suis, idest famulis, petens panem, & ille non habens nisi panem propitiationis, interrogauit si mundi essent pueri sui, maximè a mulieribus, cui respondit Dauid Equidem si de mulieribus agitur, cõtinuimus nos ab heri, & nudiustertius quando egrediebamur, & fuerunt vasa, idest corda, & corpora puerorũ sancta, & tunc dedit eis sacerdos panem sanctificatum. Sic etenim volens euadere mortem æternam & fugere diabolum, debet cum pueris, idest omnibus sensibus recollectis intrare Ecclesiam, & accipere cum maxima mundicia & puritate hunc sanctissimum panem. Dicit enim Deus Numeri. 18 Qui mundus est in domo tua, idest in Ecclesia, vescetur pane illo, idest corpore Christi. Si enim cignus naturali instinctu postquam carnaliter se commiscuit cum propria coniuge non sumit cibum nisi prius lauerit se, tanquam rem fedam fecerit: Quanto magis homo rationis capax debet ante huius sanctissimi cibi receptionem, se lauare ab omnibus immunditijs mentis & corporis, & omnes sensus corporis purgare, scilicet visum & reliquos? Ait enim Augustinus Non dicatis vos habere animos pudicos, si habetis oculos impudicos. Quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius capitul. nec ex solo. 32. quæstione 5. Vnde Isidorus inquit. Volentes accedere ad mensam Domini non sint vagi oculis, non effreni lingua, aut petulantia. Fluuido gestu non incedant, sed pudorem, atque verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant. In figuram etiam prædictorũ præceptum fuit filijs Israel Exodi 12. quòd comederent agnum Paschalem cũ panibus azimis, idest non fermentatis. Quod exponit Gregorius di. Panem sine fermento comedit qui opera bona sine corruptione vanegloriæ facit. Vel qui opera virtuosa sine admixtione peccati exhibet. Vel ille sine fermento comedit, qui se a mala societate custodit. Vnde dicitur 1. ad Cor. 5. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Vel ille azimum sine fermento manducat, qui mentis & corporis puritatem seruat. Et ideo vbi supra ait Apostolus. Æpulemur non in fermento veteri. i. non in veteri conuersatione, neq; in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azimis sinceritatis

& veritatis. Ad hoc etiam denotandum Dominus Iesus instituit sui corporis Sacramētū in pane azimo, vt patet Matth. 26. Mar. 14. & Luc. 22. vbi dicitur. Prima die azimorum accesserūt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? Tunc enim non licebat iudæis habere in domo panem fermentatum vt patet Exod. 12 In figuram etiam prædictorum legitur Exo. 16. quod manna erat album admodum niuis. Quia cōmunicans debet habere cor purū & mundum. Locus enim debet esse proportionatus locato 2. de anima, & 4 Phisico. Vnde ait glosa in c. dudum. de decimis, quòd qualia sunt prædicata talia debent esse subiecta. Deus autem est purissimus, vt etiam testatur Philosophus 12. Methaphysicæ. Ergo eum recipere volens debet esse purificatus ab immundicia. Vnde illi inquit ipse Dominus. Ego sum puritas cor purum quæro & ibi requiesco. Munda igitur cordis tui habitaculum, & para mihi cęnaculum grande stratum, & ego faciam apud te Pascha cum discipulis meis, & si tu per puritatem volueris esse mecum, ego semper ero tecum. Et cum me humeris totus mundus me tibi auferre non poterit.

Debet igitur recipiens hoc Sacramentum esse mundus primo a carnali delectatione. Et ideo Exod. 12. dicitur. Renes vestros accingetis, idest casti, & mundi eritis, quando vultis comedere agnum Paschalem. Secundo a terrenorum affectione quod notatur cum subditur vbi supra. Et calciamenta habebitis in pedibus. Non enim debet diligere terrena per inordinatum amorem, sed in suis affectibus debet habere calciamenta, idest sanctorum patrum exempla per imitationē qui contempserunt terrena omnia, qui. n. diligit terrena dicitur effici terra, Oseæ 9. Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt, imo efficitur lutū, vnde Abacuch. 2. dicitur de auaro. Vsquequo agrauat contra se densum lutum? Auarus ergo qui corpus Christi recipit, ipsum in terram, & lutum proijcit. Tertio debet esse mundus a vana cogitatione, quod notatur cum dicitur vbi supra. Tenentes baculos in manibus. Debet enim baculum Crucis in corde retinere, & cum eo canes, idest dæmonum suggestiones animam lacerantes abijcere. Ait nanq; Chrisost. Vbicunq; dæmones signum Crucis viderint territi fugiunt, baculum timentes quo plagam acceperunt. Vnde legitur in figuram Genesis 16. quòd super sacrificium Abrahæ volucres descendebāt, sed ipse eas abigebat. Quia quando hoc sacrificium offerimus, vel recipimus cogitationes volatiles abijcere debemus. Quarto debet esse mundus a negligentia & torpore, q; notatur cū dr vbi supra. Et comedetis festinanter. Festinārer enim comedit, qui diabolicas tentationes contra hoc Sacramentum exurgentes subito repellens, illud cum ferventi desiderio suscipit. Glosa vero super illud 1. ad Cor. 11. Qui manducat & bibit indigne ait, Indigne sumit, qui non deuotamente ad communionem accedit.

Propter ista autem significanda legitur Exod. 12. quòd quatuor personæ ab esu agni Paschalis excludebantur, scilicet. Primo seruus incircuncisus, idest luxuriosus, qui non est mundus a carnali delectatione, quia vt dicitur ad Gala. 5. Qui sunt Christi carnem suam Crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Secundo mercenarius, idest auarus, qui nō est mundus a terrenorum affectione, sed est mercenarius pecunię, iuxta illud Matth. 6. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Tertio aduena qui est neophitus, idest de nouo conuersus, quia ille nondum est mundus a carnali cogitatione. Et iste cibus non est neophitorum, sed grandiū sicut Augustino dixit ipse Dominus Cibus sum grandium &c. Quarto aliengena. i. tepidus, & indeuotus, quia non est mundus a negligentia & torpore. Et iste cibus non est insipidorum, sed pallatum sanum habentium, vt dicit Augu.

Cōfirmātur p̄dicta p illud Exo. 12 de quatuor psonis, quæ ab esu agni Paschalis excludebantur.

Puritas quoq; ista debet primo attendi quantum ad manus quibus hoc sacrificium ministratur, quę debent esse mundæ & innocētes, iuxta illud psalmistę. Lauabo inter innocētes manus meas, & circundabo altare tuū Domine. Et ideo inquit Dioni. Sacerdos accessurus ad cōsecrandum lauat digitos, per quod peccata venialia designantur. Ad innuendum q; non tantum a magnis, sed etiam a paruis peccatis debet esse mundus. Debet ergo

Hoc sacrificiū ministrās dēt habere manus mūdas, & gd p man⁹ denotatur.

go quilibet ministrans & recipiens hoc Sacramentum habere mundas manus.i. opera, vt eis dici possit illud Exo.32. Cõsecrastis manus vestras Domino. Secundo debet habere os mũdum per quod suscipitur, & maxime a duobus peccatis.s. detractiõis,& gulositatis, vnde 1.ad Cor. 11. de recipientibus corpus Christi ait Apostо. Conuenientibus vobis in vnũ.s. ad ecclesiã, audio scissuras esse inter vos. Ecce peccatũ detractionis & infra. Alius quidẽ esurit. Alius vero ebrius est, ecce peccatũ gulositatis. Primus autem.s.detractor est sicut canis, secũdus vero.s. gulosus est sicut porcus. Et ideo ait Saluator Matth.7. Nolite sanctum dare canibus, quantum ad primum. Nec proijciatis Margaritas ante porcos, quantũ ad secundum. Tertio debet habere cor mundũ in quo recipitur, qa cũ iste cibus sit splẽdor & speculũ sine macula Sap.7. Nõ habitat nisi in mente pura. Vnde vbi supra dicitur. In animas sanctas se transfert, & Can.2. Qui pascit inter lilia.i.corda pura. Auarus autem vt supra diximus pro ijcit eũ in terram, quia habet cor terrenũ amando terrena, luxuriosus autẽ pro ijcit eum in luto siue in sterquilinum, qa habet cor immũdicijs plenum. Superbus vero proijcit ipsum ad uentum, quia habet cor ventosum.i. ambitione, & superbia plenum Vnde ipso superbo potest dicere Dominus illud Iob 30. Quasi super ventum ponens elisisti me.

Ministrans Eucharistiã cor mũdum aber e dẽt.

QVintum quod in cęna requiritur est gladius cum quo fercula inciduntur quę apponuntur. Et similiter communicans debet gladium confessionis qua diuiduntur distincte & singillatim peccata, vnde de hoc exponi ꝑt illud Deu.32. Gladius meus.i.confessio, deuorabit.i.manifestabit, carnes,i peccata, qin carne gessi.

5.6.& 7. In cœna seruatũ, & in Eucharistia seruãdum.

SExtum requiritur seruitor qui conuiuis distribuat cibos. Et similiter communicãs debet ponere satisfactionẽ quæ distribuit vnicuiq; quod ei debet se cundum quòd requirit iustitia. l. iustitia. ff. de iusti.& iur.& insti.eodem in princ.

SEptimũ requiritur sal pro concludẽdis cibis si saporẽ non habent. Et similiter cõicans debet ponere sal discretionis, vt sciat discernere hunc cibum ab alijs. Alij.n.cibi incorporantur nobis, sed nos incorporamur Christo in hoc cibo, vnde de conse di.2.c.qa passus ait. Augu. Dominus comẽdauit nobis in hoc Sacramento sanguinem, & corpus suum quod etiã fecit nosmetipsos. Nã & corpus Christi nos facti sumus.s.spirituale, quod cõstat ex charitatiua vnione fideliũ de hoc Sacramento cõicantium. Propter prædicta autem in figuram præcepit Deus Leuit.2.di. In omni sacrificio offeres sal. Et Saluator ait Mar.9. Omnis victima sale condietur. Bonum est sal. &c. Et ibidem. Habete in vobis sal.

OCtauũ requiritur panis, & vinũ. Et similiter cõmunicans debet ponere lachrymas deuotionis, & compunctionis vt possit dicere eum psalmista. Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte. Et iterum eodẽ propheta Deo decantare. Potasti nos vino compunctionis.

8.9.10.& 11. In cœna requisitũ, et in hoc Sacramẽto necessarium.

NOnũ requiritur cãdela duplex. Vna quæ stet continue in mensa, & alia cum qua fiant seruitia. Et similiter cõmunicans debet ponere vnam candelam in mensa.s.charitatem accensam, de qua Leui.6 ait Deus. ignis semper ardebit in altari meo. Et sic debet deponere inuidiã, iram, odium, & vindictę appetitum. Aliã vero candelam debet habere ad seruitia peragenda.i.timorem Dei iuxta illud Ecclc. 2. Qui timent Dominum præparabunt corda sua, & in eon spectu illius sanctificabunt animas suas.

DEcimũ requiritur lotio manuum, cõtra quod Matth.15.dr. Non.n.lauant manus suas cum panem manducant, & isti qui cum sordibus ad mẽsam accedunt & manibus pollutis fercula tangũt alij abominabiles sunt, ac eis nauseam generant, & vomitũ quandoq; prouocant Et merito ignominiose de mensa eijci possunt. Ne igitur de hac mensa conuiuij cęlestis quis eijci mereatur, debet cõicare volens lauare manus suas. i.emundare suas passiões & inordinata desideria. Et ideo Io. 13.ait Dñs. Qui lotus est nõ indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus, & Isa.1.dr. Lauamini mundi estote. Auferte malũ cogitationũ vrãrũ ab oculis meis.

VNdecimo reqritur ad bonã cęnã mãducatio conuiuantiũ & carniũ coctarum apposito. Et ideo dr Exo. 12. de agno Paschali. Non comedetis ex eo crudum

 quid,

quid, nec coctum aqua, sed tãtum assum igni. Caro .n. cruda nõ est sapida, caro vero lixa non hêt multum saporis, sed caro decocta & igne assata est valde sapida, cũ decoquatur in humido ꝓprio. Item est multũ nutritiua, & cõfortatiua. Ille ergo crudã carnẽ comedit, qui indeuote ad cõmunionem accedit, & habet cor crudũ, idest nõ excoctũ igne diuini amoris, ille vero carnẽ coctã aqua comedit ꝙ in delitijs huius mũdi hẽt cor lixũ .i. nõ sapidũ sapore deuotiõis. Ille aũt comedit assum igni, ꝙ Dñicã Passionẽ cui⁹ signũ est hoc sacrum diligẽter recolit, ita vt dicere possit cũ psalmista. In meditatiõe mea exardescet ignis. Et habet cor excoctũ ꝑ amorem, & sapidũ per deuotionẽ. Debet igiť quilibet accedere ad hãc cęnã cũ saporoso appetitu, & desiderio. Et dicere illud. Isa. 26. Domine, memoriale tuũ in desiderio animę meę. Dicunt enim medici ꝙ fastidium cibi est signũ certũ male digestionis prioris nutrimenti. Vnde etiã plures causanť ægritudines si cibus sine desiderio, & appetitu sumať. Et ideo Auicẽna 1. Fen 3 tertij doctrina 2. c. 7. ait. Oẽs ꝗ sanitatẽ habere volunt nec comedãt, nec bibant donec certũ habuerint desideriũ, & stomacus & superiora intestina a primo nutriẽte euacuata fuerint, hæc ille. Et ideo nõ habẽt desideriũ charitatis, & amoris diuini, & appetitũ spiritualiũ; sed potius fastidiũ, non debet illum sacratissimũ cibũ sumere, sed prius cor interius euacuare a carnalibus cibis peccatorum.

NOtãdũ vero ꝙ præcepit Deus Exo. 12 de agno Paschali di. Caput eius cũ intestinis & pedibus vorabitis. Caput aũt filius agni est ei⁹ diuinitas 1. ad Cor. 11. Caput Christi Deus est. Pes eius est caro ipsius ꝗ est natura infima ĩ ipso. Intestina eius denotant animã ꝗ est in corpore eius. Ista ergo oĩa debemus deuorare i. per verã fidẽ nobis incorporare. Fuerunt aũt quidã hæretici qui dixerũt Christũ non habuisse diuinitatẽ, & isti non comedebant caput eius. Alij aũt dixerũ ipsũm nõ habuisse verã carnẽ humanã, sed fantasticã, vel de Cęlo allatã, & isti non comedebãt pedes eius. Alij vero dixerũt eũ nõ habuisse aĩam rõnalẽ, sed solã diuinitatẽ loco aĩæ, & isti comedebant intestina ipsius. Nos igiť caput eius cũ pedibus & intestinis voremus .i. de eius diuinitate, carne, & anima fideliter & catholice sentiamus per veram fidem, sine qua ad cęnã istã nemo pergere debẽt. Vnde dicit Aug. cõtra Felicianũ de hoc Sacramẽto. Hoc hdes quæt, intelligentia nõ exquirat, ne aut nõ inuentũ credat incredibile, aut inuetũ credat singulare. Hoc .n. Sacrum qđ excedit oẽm intelligẽtiã humanã Deus voluit sola fide plene cognosci. Et oẽs sensus circa ipsum decipi, pter auditũ ꝗ vere assentit ei qđ dr̃. Hoc est corpus meũ. Decipit .n. visus putans vide re colorẽ in substantia panis, & vini, & similiter gustus in sapore, odorat⁹ in odore, & tactus qui vꝫ panem palpare, sed auditus nõ fallitur, qa audiens verba cõsecrationis credit ea esse verba Christi, & scit esse vera eo ꝙ ab ore Dei sunt plata. Et ideo cũ firma fide & reuerentiali tremore eis pbet assensum dicens cũ psalmista. A voce contremuerunt labia mea. Et hoc significatũ fuit in figura Gene. 27. in Isaac in quo deceptus fuit visus, qa Iacob nõ cognouit. Et olphatus, qa credidit sentire odorẽ Esau, & sensit odorẽ Iacob. Itẽ tactus, qa putabat tãgere manus Esau & tãgebat manus Iacob. Itẽ gustus, qa putabat se comedere de venatione & cibis Esau, & comedebat de cibis Iacob. Auditus vero ei⁹ nõ fuit deceptus. Vnde ait. Vox qdẽ vox Iacob est. Et ibidẽ dr̃. Expauit Isaac, & stupore vehemẽti, & vltra ꝗ credi pt admirãs ait. Quis ẽ ille ꝗ iã dudũ captã venatione attulit mihi, & comedi ex oĩbus ante ꝗ tu venires? In quo mystice exprimiť stupor, & admiratio sensus humani circa hoc dignissimũ Sacrm. Quia homo exterior merito ex hoc magno stupore cõcutiť, ꝗ aĩa deuota pti⁹ ꝑ fidẽ mutabilẽ, & spũalẽ refectionẽ in isto Sacro ꝑ internã deuotionẽ reficiť, ꝗ gust⁹ corporalis ꝑ formã spẽi sensibilis immutẽť. Et hoc rõnabiliter voluit Deus sic fieri. Nã sicut culpę demeritũ cępit a falsa credulitate suggestiõis diaboli đ cibo mortis, ita decuit, vt hoĩs meritũ íciperet ex hoc ꝙ credit verbis Christi, de isto cibo vitæ cũ dicit. Hoc est corpus meũ. Et in signũ huius dixit Thomę Io. 20. Quia vidisti me Thoma credidisti, beati ꝗ nõ viderũt & crediderunt. Legiť autem de B. Ludouico rege Franciæ, ꝙ dum quadam die

Oẽs sensus pter auditũ decipi in eucharistia ostenditur.

Quõ ĩ Isaac decepto a Iacob, designatur deceptio oĩũ sensuũ, præter auditũ circa hoc sacramentũ.

die audiret in Ecclesia Missarum solemnia, quidam eius miles deuotus dixit ei, quòd si vellet ire ad altare alterius sacerdotis, videret Christum in forma pueri. Cui respondit rex quod non. Addens verbum maxime fidei. Dixit enim. Si scirem Christum retro me stātem sicut fuit in parasceuem in Cruce, nolē me vertere vt eum carnaliter aspicerem, ex eo quòd meritum fidei ammitterem. Hoc autem ideo dixit, quia sacerdos cuius missam audiebat jam consecrauerat. Et ideo verum corpus Christi ibi esse non dubitabat. Econtra vero legiē q̃ Vgo de S. Victo re longo tempore orauit vt posset videre Christum in hostia consecrata. Vnde cum semel Missam diceret post agnus Dei aperuit se hostia, & exiuit puerulus formosissimus sedens ante eum in pathena. Cuius visione indicibiliter cōsolatus extra se rapiebatur, cum puero deliciose solaciando. Cui puer tandem ait. Hugo, comede me Cui Vgo. Et quo ausu amantissime Domine audeam te comedere, & dētibus meis dilaniare? Cui puer. Nisi manducaueris me non habebis vitam in te. Tunc Vgo orauit dicens. O Domine, si sic fieri est necesse, oro te vt abscondas vultum tuum amantissimum a me. Et tunc abscondit se sub forma panis di. Vgo. qa me videre nudum voluisti, ex tunc meritum fidei de hoc Sacramento in te euacuasti. Et ideo inquit Ber. in quadā epistola. Sacramentum Dei altissimi suscipiēdum est, non discutiendum, reuerendū, non diiudicandum, fide sortitum nō innatum, traditione sanctum, non inuentū. In figurā autem huius legitur Iudic. 14. q̃ Sanson inuento melle in ore leonis. p posuit philisteis problema di. De comedente exiuit cibus. Et de forti eggressa est dulcedo. Et promisit illud exsoluere sciētibus infra septē dies triginta mutatoria vestimenta. Sed ipsi numq̃ sciuerunt exponere nisi postquā instructi fuerunt ab vxore ipsius Sansonis, cui expositionem reuelauerat Sanson. Et tunc dixerunt ei. Quid dulcius melle? Et quid fortius leone? Respondit aūt Sanson di. Nisi arassetis in virula mea non intellexissetis propositionem meam Per mel. n. significatur dulcis, & suauis humanitas Christi, quæ continetur in hoc mellifluo Sacramento, de quo exponi potest illud Prou. 25. Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi &c. idest altiora tene quæ sieris Eccle. 13. Per leonē vero eius diuinitas fortissima, psal mista ei dicente. Tu potēs es, & quis resistet tibi? Iste autē cibus mellifluus, & dulcis eggressus est de eomedente, & forti. s. de beata Virgine dulcedinem spiritus sancti degustante, quæ fuit illa fortis mulier de qua dicitur Prou. vlt. Mulierē fortem quis inueniet? Philistini vero. i. homines mortales & caduci septem diebus. i. in p̄senti vitā septē diebus reuoluta, nō possunt soluere hoc problema, nisi ecclesia sponsa Dei cui Sanson. i. Deus reuelauit per sacrā scripturā, hoc eis intimauerit. Quo per verā credulitatē intellecto recipient triginta mutatoria vestiméta. i. gloriā & decorem cognitionis naturæ spiritualis, nullum colorē corporeū habentis, & naturæ corporalis quę scd̃m medicos viginti nouē coloribus est distincta. Vel per tres decénas intelligitur triplex visio Dei. s. in creaturis, in nobis, & in seipso. s. videndo eū sicuti est. Quo triplici modo videbimus eum in patria, si ad credendū veritatē huius inuisibilis cibi captiuabimus intellectum. De quo S. Maximus in quodam ser. ait. Enarrari non potest, credi vero potest. Si. n. lingua deficit, fides sufficit. Magnus profectus est fidei cum tantum de suo potest concipere, quantū sermo non potest explicare.

Illud Iudi. 14. de Sansone ad p̄positū declaratur.

DVodecimum, quo requiritur in cęna est gratiarū actio post refectionē. Et ideo ne simus de illis de quibus dicitur Eccl. 29. Pascet & potabit ingratos, debemus post cōionē Deo reddere grates debitas. Si. n. pro cibo materiali sumēdo debem⁹ Deo laudes dicere, & post sumptionē ei gratias agere c. non liceat. 44. di. vbi dicitur. Non decet aliquando clericos nisi hymno dicto comedere panē. Et post cibos gratiā auctori Deo referre. Multo magis hoc agēdū est pro isto cibo sanctissimo, atq; omni alio dignissimo, ēt quocunq; cibo Paradisi terrestris. Cuius excellentior est cibus ligni vitę. Ille. n. cibus est inanimatus, iste viuus. Ille de humo productus Gen. 2. iste de Cęlo delatus. Ille vitā corporalē, & temporalē conseruabat, iste vitā cęlestē, & æternā donat,

12. In cœna seruatū, & in hoc Sacramēto seruandum.

nat, sicut ipse Saluator testatur Io. 6. Et propter prædicta inquit Paulus 1. ad Cor. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat. &c. Alij enim cibi sunt probandi, quia non omnes sunt sani. Vnde si aliquis debet aliquem cibum capere, oportet quod videat & probet si cibus ille sit sanus, & si stomacus sit bene dispositus. Si.n. hoc non faceret cibus ille sibi magis esset in nocumentum, quàm in proficuum. Cibus autem iste cęlestis non est probandus, quia semper est bonus, sed homo est probandus si bene sit dispositus, siue præparatus ad illum sumendum. Et ideo non dixit Paulus. Probet homo istum cibum, sed probet seipsum. Sicut enim medicina homini impręparato est causa mortis, quæ præparato est causa salutis, sic cibus iste homini indigno est venenum, digno autem, & pręparato est ad meritum sempiternum. Et propterea ait Damascenus li. 4. quòd debet recipi cum multo timore, cum conscientiæ puritate, cum vera fide, cũ multa reuerentia & honore, cum multo desiderio, & ingenti deuotione. Debet namq; recipi cum multo timore, quia ibi continetur diuina maiestas. Et cum tali timore recipiebat Petrus qui dicebat Lu. 5. Exi a me Domine quia homo peccator sum. Stupor.n. circundederat eum. Debet recipi cum conscientiæ puritate, quia ibi continetur ille qui est sincerissima puritas. Et cum tali puritate recipere vult eũ sponsa eius dicens. Lectulus noster floridus est Cant. 1. debet recipi cum vera fide, quia ibi continetur vellata veritas. Et cum tali fide receperat eum beata Virgo cui dicitur Lu. 1. Beata quę credidisti &c. Debet recipi cum multa reuerẽtia & honore, quia ibi continetur vera diuinitas & Creator omnium. Et cum tali reuerentia recipiebat eum ille centurio qui Math. 8. dicebat. Domine nõ sum dignus &c. Debet recipi cum multo desiderio & ingenti deuotione, quia in eo continetur infinita charitas. Et cum tali deuotione & mentis exultatione recipiebat eum Zachęus pusillus de quo dicitur Lucæ 19. Recepit illum gaudens in domum suam. O fęlix mens & beata anima quæ Saluatorem suum deuote & reuerẽter, atq; cũ spirituali gaudio recipere meretur. O q̃ magnum suscipit Dominum, quam dilectum inducit hospitem, q̃ iocundum recipit socium, q̃ fidelem acceptat amicum, q̃ speciosum, & nobilem amplectetur sponsum, pręomnibus dilectis, & super oĩa desiderabilia amandum. Sed tu Domine Deus noster præueni nos seruos tuos in benedictionibus dulcedinis tuæ, vt ad tuum mellifluum conuiuium digne mereamur accedere. Visita nos in salutari tuo, ad gustandum in spiritu tuam suauitatem. Excita cor nostrũ in te, & a graui torpore exue. Illumina oculos nostros ad intuendum tam alti Sacramenti misterium, & præsta, vt cum frequentatione ipsius crescat nostræ deuotionis affectus & cognoscamus te Dominum Deum nostrum in fractione panis, & hauriamus aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.

Qđ p agnũ comedi cũ cingulo ad renes, et cũ baculo ĩ manibus designabatur.

Debet quoq; agnus Paschalis comedi cum cingulo ad renes, vt supra diximus. Per cingulum autem intelligitur iustitia Isa. 11. Et erit iustitia cingulum lũborum eius. Iustitia vero pro omni virtute accipitur 5. Eth. Per hoc igitur significatur q corpus Christi recipiens debet omnibus virtutibus esse decoratus. Si.n. sponsa ad maritum pergens se melius q̃ potest ornat, quanto magis se ornare debet fidelis sponsa Christi.i. quælibet anima cum per hoc Sacramentum altissimo sponso suo Christo coniungi desiderat? Per baculum vero quem in manibus habere debebant comedẽtes agnum Paschalem intelligitur eleemosyna, & omne opus pietatis & misericordiæ. Cuius virtute homo se defendit contra omnes aduersarios suos Eccle. 29. Eleemosyna super scutum potentis, & lanceam impugnabit pro te inimicos tuos. Portãs autem illum baculum in manu quando vult communicare, recipiet consolationem de communione, & dicere poterit Deo cũ propheta Psal. 22. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Eleemosyna.n. est baculus & virga a Deo hominibus demõstrata, vt cum ea se tueantur ab aduersarijs insurgentibus contra eos, & in omnibus periculis. Vnde Eccle. 29 dicitur q eleemosyna liberat ab omni malo, & Tob. 4. dicitur q liberat a morte Sicut.n. baculi præsidio, quis transit passus malos, & periculosos, sic etiam virtute eleemosynæ

transit

transit homo pericula multa huius vitæ. Per calciamenta, autem in pedibus quæ habere debent comedêtes agnum Pascha lem intelligitur feruor, & deuotio. Quia sicut sotulares boni, & fortia calciamenta valde adiuuant hominem ad itinerandum, ita feruor, & deuotio roborant ipsum ad proficiscendum per viam diuinorum mandatorum. De habentibus.n. hec calciamenta inquit psalmista. Ibunt de virtute in virtutem &c. Debent ergo qui communionem recipiunt esse bene calciati, hoc est ante communionem pergere ad ecclesias, & deuotiones, ac indulgentias cum feruore & deuotione. Et similiter post communionem receptam debêt ire ad prædicationem, & ad audienda diuina officia, & visitare loca deuota, iuxta illud ad Ephe. 6. Calciati pedes in præparatione Euangelij. Nam secundum Galenum & alios medicos sequentes de regimine sanitatis, cupiens esse sanus debet post cęnâ ambulare. Vnde Philo. 2. Phisi. ait. Post cęnam ambulare est causa sanitatis. Et similiter ille qui vult de hac cœna Domini sanitatem perpetuam reportare, debet post communionem per viam virtutum ambulare, & loca Deo dicata frequentare, ac Deo se recomendare, iuxta illud Hiere 29 Ibitis & adorabitis me, & exaudiam vos. Pro conclusione autem huius partis dico ꝙ debemus in receptione huius saluberrimi Sacramenti imitari gloriosum senem B. Hiero. de quo refert S. Eusebius eius discipulus in transitu illius sic dicens. Quidâ frater ad locũ accedens in quo ipse S. Hiero. iacebat infirmus tulit secum sanctissimum corpus D. N. Iesu Christi. Quod a longe diuus Hiero. vidit nobis ei ministrantibus prostrauit se in terram protinus, & voce ac lachrymis quãtum poterat clamabat di. Domine, quis ego sum vt intres sub tectũ meum? Meruit hoc peccator homo? Nunquid ego melior sum, quàm omnes patres mei? Tu Moysi noluisti vno ictu oculi te monstrare, cur nunc tantum te humilias, vt patiaris ad hominem descẽdere publicanum, & peccatorem? Cumq; proximus esset sacerdos, erigens se vir gloriosus genibus flexis cunctis eum tenentibus magnis lachrymis & suspirijs, & ꝙ pluries percutiens pectus suum dicit.

Qđ ꝑ calciamẽta in pedibus significabatur.

Qđ diuus Hiero. fecit quãdo viaticum sumere voluit.

Tu es Dominus meus & Deus meus, qui pro me passus es. Tu es ille, qui cũ Deus esses solus ante têpora, & sine principio genitus a Deo Patre, æterna & inuestigabili generatione, qui cũ ipso patre, & spiritu sancto vnus Deus es, permanens id quod eras & es, intra vnius puellę corpusculum te clausisti factus homo. Tu es ille quem Ioanne baptizante in Iordane vox subito paterna cęlitus intonuit. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et spiritus sanctus in te in columbæ specie descendens te esse vnum cum patre, & idem in substantia declarauit Tu bone Iesu pro me Crucis tam grandis in tuo corpore pertulisti supplicium, vt mortem quã meis incurrerem flagitijs interimeres, & animas antiquorum quas dudum diabolica nequitia infernalibus mansionibus detinebat recuperares. Et totam humanam naturam quæ corruerat in mortem, perpetuam tuo cum ipso pacificato patre ad vitam interminabilem reuocares. Tu es vita vitalis, & amabili, atq; iocunda. Multaq; alia addidit misterijs plena deuotissimis, quibus finitis vir Domini gloriosus Sacramentum suscipiens ad terrã supinus redijt. Deinde manus admodum Crucis supra pectus tenẽs Symeonis prophet icum vaticinium decantauit. Quo finito apparente luce quadam mirabili ex hac vita migrauit, hæc ille. Simili quoque obitu obdormiuit in Domino: soror mea carnalis ex vtroq; parente, in monasterio S. Mariæ de Iesu ciuitatis Mediolani ordinis S. Claræ quæ appellabatur soror Bernardina. Nam cum infirma esset & viaticum sibi dari cum instantia requisisset, statim vt ipsum corpus Domini degustauit, dixit. In manus tuas Domine cõmendo spiritum meum, & protinus claudens oculos perrexit ad Dominum. Et vt postea ipsamet cuidam personæ apparens reuelauit cum magna gloria recto tramite absq; aliqua purgatorij pœna ascendit in Cœlum.

PARS QUARTA de fructificatione, & vtilitate recipiendi corpus Christi.

DICIT Ricardus de media villa in 4. senten. dist. 9. art. 1. q. 2. quòd hoc Sacramentum digne illud percipienti duodecim vtilitates confert. Nā reducit ad memoriam passionem Christi, fidem confirmat, spem auget, charitatem inflammat, dat vitam gratiæ, Christo vnit, manducantem spiritualiter interna consolatione reficit, ipsum roborat ad operationem boni, sustentat contra casum provenientem ex propria infirmitate, munit contra dæmonis impulsum, remittit ardorem carnalis concupiscentiæ, purgat veniale peccatum, & quandoq; mortale. Et hi duodecim fructus in trib⁹ versibus sunt collecti, in quibus dicitur inflammat, memorat, sustentat, roborat auget; hostia spem purgat, reficit, vitā dat, & vnit; confirmatq; fidem munit, lenituemq; remittit. Et prædicti fructus possunt significari per duodecim effectus ligni Paradisi de quo Apoc. vlt. hæc ille.

Sex tantū ponuntur vtilitates, digne Eucharistiā recipientibus collatæ.

SEd nos breuius tractaturi solummodo de sex vtilitatibus dicemus dimissis pro nunc multis alijs quas consequitur animi deuote communicans. Quarum prima dicitur gratificationis. Deus enim per hoc Sacramentum confert suam gratiam Et ratio est secundum Thomam in 3. parte summæ. q. 79. quia in eo continetur Christus qui sicut veniens in mundo venit cum gratia, iuxta illud Ioannis 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est, ita veniens in hoc Sacramēto. Et ideo secundum magistrum in 4. senten. dist. 8. hoc sacrificium vocatur Eucharistia, id est bona gratia. Quibus autem dat gratiam etiam dabit suam gloriam, dicente psalmista, gratiam & gloriam dabit Dominus. Et ideo inquit Dionisius in libro de ecclesiastica Hierar. quòd sicut spes futuri boni maxime confirmatur per arram, ita spes nostræ fœlicitatis confirmatur per hoc Sacramentum quod est pignus, & arra futuræ beatitudinis quam expectamus. Et ibidem iterum ait, quòd sicut notitia diuinarum scripturarum est nobis imago futuræ contemplationis in patria, ita sumptio dignissime eucharistiæ est imitatio illius fruitionis beatificę qua satiabimur cum apparuit eius gloria. Dicitur autem Deo in canone Missæ. Quot quot ex altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cęlesti, & gratia repleamur. Qui vult ergo gratiā Dei recipere deuote accedat ad hoc Sacramentum. Quam enim gratum habeat Dominus Iesus, quòd deuotè recipiamus suum corpus preciosum ostēdit in S. Bonau. qui cum quadam die ob maiorem reuerentiam Sacramenti abstinere vellet a communione, Alijs communicantibus existente eo in choro corpus Christi ab altari de manu sacerdotis exiens in os eius accessit. Recitat etiam Cæsarius quòd in dioecesi Leodicensi fuit quædam bona mulier quæ deuotè, frequenter & ardenter communicare desiderans, sæpe a suo sacerdote patiebatur repulsam qui dicebat fœminas pro libito suo non debere tam sępe communicare. Et cum semel eam repulisset, eadem nocte cum in stratu suo iaceret, & vigilans orationi vacaret, Saluator mundi cubiculum eius ingressus, pixidem in qua corpus Christi in ecclesia recondebatur proprijs manibus portabat, Angeliq; multi illum magnificabant cantantes illum versiculum Psal. 44. Speciosus forma præ filijs hominum. Stans ergo coram ea, illa stupente dixit ei Dominus. Quia sacerdos ille a quo corpus meum petisti negauit illud tibi. Ego te manibus meis cōmunicabo. Quod & fecit hostiam vnā de pixide extrahens, sicq; recessit. Hoc autem totum clare vidit quædam alia bona mulier religiosa quę secum habitabat in domo, illa vero mane prędicta mulier veniens tēpestiue ad sacerdotē quęsiuit ab eo quot in pixide erant hostię. Qui respondit. Optime scio. Et aperiēs pixidē inuenit vnā deesse. Territus ergo, & stupefactus in terrā cecidit & flere cępit admirans cuncta signacula tā scrinij q̄ pixidis clausa. Tunc illa bona mulier cōsolata, est ipsum. Et qd viderit, & qd de illa hostia factum intimauit. Ex quo miraculo ostendit Dominus noster Iesus Christus quomodo gratum habet, q̄ Christiani frequenter & deuote communicent. Dicit aūt Dion. in 3. c. de

Exēplo diui Bonau. ostē dit q̄ gratū sit Deo hoc Sacramētū recipere.

e de angelica hierarchia, quòd ideo dicitur Eucharistia hoc sacramentum, quia gratiam perficit iam collatam. Et inquit Damascenus lib. 4. & magister sen. in 4. di. 8. q. dicitur communio quasi communis vnio, quia vnit membra corporis mistici cum suo capite Christo per charitatem, & amoré, vnde exclamat Bernar. in quodam sermone di. O sacrum & nobile conuiuium, sacramentum sacramentorum, sanctum sanctorum, amor amorū, dulcior dulcorum, verè hæc sunt festa paschalia in quibus adest pater, filius & spiritus sanctus, in quibus fit vna caro sponsa cum sponso; anima sancta cũ Christo. Dicit autem Alexander de Ales, in 4. parte summæ in tractatu de Eucharistia, & sanctus Bonauentura in 4. di. 12. parte 2. ar. 1. q. 3 & Ricardus in eadé distinctio. ar. 1. q. 1. q principalis effectus huius sacramenti est iam vnitum corpori Christi per charitaté plus vnire, & incorporare.

De 2. Eucharistiæ vtilitate.

SEcunda vtilitas dicit remissionis. Ait enim magister in 4. sen. di. 12. Institutũ est hoc sacramentum in augmentum virtutis, & medicinam quotidianæ infirmitatis. Hæc ergo est secunda vtilitas deuote communicantium, q remittuntur nobis peccata per virtutem illius. Ait enim Inno tertius in lib. de officio missæ, parte. 3. c. vltimo. Si digne sumatur Eucharistia à malo liberat, & confirmat in bono venialia delet, & cauet mortalia. Ideo in oratione Dominica dicimus. Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie. Statimq; adiungimus. Et dimitte nobis debita nostra, quia per panem istum liberamur a malis præsentibus præteritis & futuris, hæc ille. Et Ioannes Gerson. lib. 4. de imitatione Christi. c. 7. ait. Non est oblatio dignior, & satisfactio maior pro peccatis diluendis, q̃ seipsum pure, & integre cum oblatione corporis Christi in missa, & in communione Deo offerre. Et ideo sanctus Ambrosius in lib. de sacramentis inquit. Si quotiens sanguis Christi effunditur in remissionem peccatorũ effundit, debet semper recipere qui semper peccat, hæc ille. Et habet in c. si quotiens, de conse. dist. 2. Et idem habetur in c. species, & in c. ante benedictionem. ea. di. vbi inquit Ambro. Qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorũ, idest secundum glo. venialium, & etiam mortalium. Et in c. cum omne, dr. Cum omne crimen atq; peccatum oblatis Deo sacrificijs deleatur, quid de cætero pro delictorum expiatione Deo dabitur, quã in ipsa sacrificij oblatione erra?? Ambro. etiam in lib. de sacramentis inquit. Iste panis quotidianus sumitur in remedium quotidianæ infirmitatis. Facit. c. vtrum, & c. iteratur. de conse. di. 2. Ideo inquit Tho. in 3. parte summæ. q. 79. q per hoc sacramentum satisfacimus Deo pro peccatis. Et posset contingere q aliquis cum tãta deuotione, & feruore acciperet hoc sacrificium, q purgaretur a pœna omniũ peccatorum suorum.

De 3. huius sacramenti vtilitate.

TErtia vtilitas huius sacrificij dicitur defensionis vt enim inquit sanctus Ambro. in lib. de sacra. Hoc sacramentũ valet ad tuitionem corporis & animæ, vt etiam ait beatus Tho. in 3. parte summæ. q. 78. Hoc sacramétum defendit ab oibus hostibus tam interioribus, vtputa, tentationibus, & malis inclinationibus ad peccandum, q̃ etiam exterioribus, vtputa, dæmonibus, & alijs quibuscunq; aduersis. Quia ergo homo post certaminis lassitudinem inuento cibo delectabili, & vigoroso, illud cum magna auiditate sumit, quo roboratus fortior ad prælium consurgit. Ideo nos qui sumus in agone continuo cum malignis hostibus dæmonijs, & peruersis hominibus, qui semper aduersantur bene facere volétibus. Vnde præ lassitudine certaminis interdum deficeremus in viribus spiritualibus animę nisi cibo spirituali reficeremur. Debem⁹ istũ vigorosum cibũ dñici corporis assumere vt fortiores ad prælium valeamus assurgere. Cuius figura habetur. 1. Regũ. 14. Vbi legitur q cũ Ionathas quasi tota die pugnásset contra Philisteos, p lassitudine quasi nõ videbat. Inuéto aũt atq; degustato melle, visum recupetauit, & vires ad pugnãdũ contra hostes accepit. Ionathas n. qui interpratat colũba pulchra, significat aiam quæ in statu gratiæ existens est pulchra & candida Dei colũba. Hic aũt Ionathas pugnat contra Philisteos. i. dæmones, tota die vsq; ad Vesperam. i. vsq; ad mortem, vt accipiat coronam vitæ. Sed interdum ex nimia infestatio-

stationе lassatur. Et ideo hoc ad refectionis sacramentum dulce super mel, & fauũ recurrere debet. Et tunc cæcitas quã diabolus caliginusus inducit euanescit, & sanato vulnere diabolici telli ad bellũ fortior assurgit. Vnde Ambrosius in lib. de sacramentis ait. Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus est quia sub peccato sumus, medicina est, cęleste & venerabile sacramentum, hęc ille. De quo etiã Bernardus inquit. Corpus Christi ægrotis est medicina, peregrinantibus dieta, debiles confortat, valentes delectat, languorẽ sanat, sanitatem seruat. Fit homo per illud mansuetior ad correctionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, fortior ad tutelam, ad obedientiam promptior, & ad gratiarum actionem deuotior, hæc Bernardus. Alia quoq; figura prædictæ vtilitatis habetur Exodi. 12. Vbi præceptũ fuit a Deo, vt populus Israel signaret postes, & superliminare domus sanguine agni immolati, & ex hoc fructum duplicem obtinebant. s. consternationẽ hostiũ exterius, & defensionem, ac conseruationem rerum suarũ interius. Sic qui digne sumit communionem sacram virtute sanguinis huius agni psternet inimicos suos exteriores. i. dæmones & oĩa bona sua interiora conseruabit. i. virtutes. Imo ampliabit eas, & augebit, & crescit in oĩbus prosperitatibus tã spiritualibus q̃ tẽporalibus. De hoc etiam fructu defensionis loquit̃. Psal. 22. di. Deo. Parasti in conspectu tuo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Et ibidem in principio dicit. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascue ibi me collocauit. Sequit̃. Nã etsi ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniã tu mecũ es. Chriso. quoq; super Ioan. inquit. Vt leones flammam spirantes, de mensa dñi recedimus terribiles dæmonibus facti.

De 4. Eucharistiæ vtilitate.

QVarta fructificatio dr̃ viuificationis. Non solum. n. hoc sacramentũ viuificat corpus sed etiã aĩam, vñ inquit saluator. Ioan. 6. Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Vñ Abro. in lib. de sacra. ait. Iste est panis vitæ æternæ q̃ aĩæ nostræ substantiã fulcit: & Chris. sup Ioan nem inquit. Per hoc sacramentũ augetur gratia, & perficit̃ spiritualis vita. Quia vero aĩam mortuã spiritualiter p corporem, viuificat per ardentẽ charitatẽ. Ideo Damascenus cõparat hoc sacramentũ carboni ardenti, quem vidit Isaias sui libri. c. 6. Ea propter Psal. 21. dicit Dauid. Edẽt pauperes & saturabunt̃, & laudabũt dñm qui requirunt eũ, viuent corda eorũ in seculum seculi. Ideo Numeri. 11. scriptum est. Qđ descendente manna de cęlo, descendebat pariter, & ros, in signũ q̃ cum manna sacramenti in animã descendit, in eam pariter descendit, & etiã in corpore, ros gratiæ refrigerantis. Ideo ad hoc mãna comedendũ exhortamur Can. 5. vbi dicitur. Comedite, & bibite. Cde hoc sacratissimo sacramento Qđ. n. hoc sacramentum non solũ pascat aĩam vita spirituali, sed etiã corpus vita corporali ꝑ patuit de b. Angela de fulgineo, de tertio ordine. b. Francisci, q̃ duodecim annis sumpsit dominicũ corpus quotidie nihil aliud manducans, sed sanctissimo hoc sacramento sufficientissime refecta. Ea propter dicit Aug. super Ioannem. Cũ cibo & potu id appetant hoĩs vt nõ esuriant, neq; sitiãt, hoc vere non præstat nisi iste cibus, & potus qui eos a quibus sumitur immortales, & incorruptibiles facit in societate sanctorum, vbi pax erit, & sacietas plena atq; perfecta.

De 5. huius sacramenti vtilitate.

QVinta vtilitas huius sacramenti dr̃ consolationis. Quanta. n. sit dulcedo in digna receptione huius sanctissimi sacramenti, nulla lingua edicere valet. Ideo inquit Salamon Sap. 16. Panem de cęlo præstitisti eis omne delectamentum in se habẽtem & oĩs saporis suauitatem. Et Psal. 77. dicit Dauid. Panem Angelorũ manducauit homo. Et Psal. 22. ait. Et calix meus inebrians q̃ præclarus est. Aĩa enim inębriatur amore Dei per hoc sacramentum. Et Psal. 67. iterum inquit. Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Cum. n. vt dicit philosophus. 9. Ethi. maxime proprium sit amicorũ conuiuare & simul lętari. Ideo Christus amicus noster se nobis fecit conuiuiũ, & conuiua per hoc suauissimum sacramentum, vt simul cum eo conuiuamus & gaudeamus. Qñ ergo recipitis hoc sacramentũ, & non sentitis aliquam dulcedinem, debetis scire hoc prouenire vt plurimum, quia habetis pallatum

tum aiæ alteratū, & ideo lugere debetis indispositionē vestram dicētes. Heu heu, quia ignem posui in sinu, & calorem non sensi, mel in ore, & dulcedinem non percepi. Quantū.n.sit consolatiuum hoc sacramentū, patet exēplo quod legitur de quodā milite qui sæpe deuote cōicabat. Cum autem grauatus esset infirmitate rogauit sacerdotem vt eū communicaret. Cū vero deberet communicare, & timeret pp vomitū quē patiebat corpus Chri recipere, rogauit sacerdotē vt super cor suum poneret corpus dñi nostri. Quod cū faceret sacerdos, & teneret hostiā in manu sua super cor illius infirmi ille miles sentiebat indicibilem dulcedinem, & consolationē. Cum ergo sacerdos postq̄ ita tenuit per quoddā spacium vellet recedere, miles ille rogauit eum vt etiā aliquantulū teneret. Cū ergo sacerdos posuisset corpus dñi super cor illius, subito de manibus sacerdotis exiuit corpus Christi & videntibus cunctis intrauit in corde illius militis, quo ille mirum immodum consolatus deuote obdormiuit in dño. De beato etiam fratre Ioanne de Aluerna ordinis minorum legit, ꝙ semel cum celebraret missam ex nimia dulcedine amisit oēs sensus corporis, & liquefacta est aia eius indicibili consolatione. Ideo ad recipiendum tam dulce sacramētū hortatur nos Dauid. Psal. 33. di. Gustate & videte quoniā suauis est dñs, beatus vir qui sperat in eo.

De 6. Eucharistiæ vtilitate.

Sexta fructificatio dicitur glorificationis. Per hoc enim sacramentum ad paradisi gloriam peruenitur, vnde scriptū est. 3. Reg 19. ꝙ Helias fugiens famiam Iezabel a qua iussus erat occidi sicut cæteri prophetæ, post magnā lassitudinem obdormiuit sub arbore iuniperi. Angelus autem dñi excitauit illū di. Surge comede. Grandis.n. tibi restat via. Excitatus Helias respexit ad caput suum sub cinericium panem, de quo comedit, & bibit aquam & ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montem Dei, vbi ipse ei Deus apparuit. Per Philisteum. n. intelligitur quilibet fidelis, qui est magni itineris viator. Nam via nostra includit duobus terminis multum distantibus. s. cęlo, & terra. Et ideo indigemus refectione bene nutriente. Inter omnes aūt cibos, panis est viatoribus valde vtilis, quia bene nutrit, & non grauat, ac bene digerit. Et ideo quia quilibet fidelis fugiēs mortem culpæ quę omnes nititur occidere aliqñ prostratus ex fragilitate & prolixitate itineris dormit sub vmbra iuniperi pungentis i. sub aculeis præsentis vitæ. Angelus idest ecclesia, vel prædicator, imo ipse Christus excitat eum vt surgat & comedat panem hunc sibi celitus allatum, vt in itinere fortificet. Alia.n. cibaria aggrauant, iste autē panis adeo confirmat viatores vt repulsis cunctis periculis eos ad supernam patriam perducat, & ad illum cęlestem montem in quo beneplacitū est Deo habitare cum sanctis suis. Vbi ipse cœlestis panis cunctos reficit æterna visione. Quem panem desiderabat deuotus Anselmus dicens in meditationibus suis. Ecce amicus meus faticatus veniens de via cogitationū, ab ipsis p quas transierat vanitatibus per multa diuisus, periculosam patitur esuriem. Non habeo quid ponā ante illū. Pauper sum & egenus. O diues oium bonorum & dapsilis supernæ sacietatis opulentissime largitor Deus, da lapso cibum, collige dispersum, libera captiuū, reintegra scissum. En stat ad ostiū & pulsat. Obsecro p viscera misericordiæ tuæ quibus visitasti nos oriens ex alto. Iube pulsanti misero aperiri, vt liberis gressibus ingrediatur ad te, & requiescat in te, & reficiatur de te cęlesti pane, hæc ille. Quia ergo vt ait Paul. 1. ad Cor. 10. Oia in figuram contingebant illis. s. patribus veteris testamenti. Ideo per prædictam historiā Heliæ figuratū fuit ꝙ quicunq; cum aqua lachrymarum assumerent reuerenter hunc panem cęlestem, & pascerentur deuote hoc cibo angelico. i. corpore Christi, ad montem Dei peruenirent. i. ad gloriā regni cęlestis. Ad quam perducat nos Deus noster. Amen.

✠

FERIA

FERIA VI.
IN PARASCEVEM,
DE LACHRYMOSA
PASSIONE
DOMINI.
SERMO DECIMVSQVINTVS.

O Vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Tren. primo. c. Tractatus in hac sacratissima, atque deuotissima die de altissimis, difficilibus, arduis, ingentibus, laboriosis, sublimibus, & eximiis rebus, ac excedentibus facultatem ingenij mei, videlicet de stupenda atq; admirabili, ludibriosa, ac flebili, crudelissima & vituperabili, dolorosa, atq; lachrymabili passione domini nostri Iesu Christi, & de eius amarissimis, atq; horribilibus tormentis, & terribilibus angustijs, ac anxietatibus, totus in me deficio, mallemq; alios audire quàm loqui, potiusq; tacere, quàm prædicare, vellem quoq; libentius flere, quàm vos ad fletũ inuitare. Maxime cum in tam ardua prædicatione totaliter omni sufficientia hoc mane sim priuatus. Nam tibiæ mihi deficiunt ex debilitate, cum debilitata fuerit hodie virtus mea Iesus Christus. Brachia mea relaxantur cum in cruce extensa sint, & prolongata brachia saluatoris. Caput meum languidum est & doloratũ, cum spinis horribilibus sit caput domini transforatum, Deficit eloquium meũ, & vox mea rauca facta est quia prędicator veritatis hodie in cruce suspenditur. Os meum amaricatur, quia os creatoris mei felle, & aceto potatũ est. Aures meæ surdescunt audientes illas terribiles iudeorum voces dominũ accusantes. Oculi mei tenebrescunt dominum suum velatum, consputum, & sanguine madefactũ, ac deformiter vulneratum aspicientes. Nares meæ obturantur sentientes cum domino Iesu fętorem immunditiarum montis Caluariæ. Deficit omnis animæ virtus considerans fortitudinem & virtutem totius mundi afflictam, & laboribus conquassatam. Cor meum totum obnubilatum est, omnesque potentiæ meæ tam animæ quàm corporis obstupuerunt, omnemque sensum, & intelligentiã quodammodo perdiderunt, considerantes mori immortalem, ac pati impassibilem, vitamq; occidi ęternam. Ideo dicere possum illud Psalmi. 37 Cor meũ conturbatum est, dereliquit me virtus mea & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum, & illud Tren. 2. Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea. Nec mirum si hęc mihi accidunt, cum etiam res insensibiles ex morte saluatoris tantam conturbationem senserit, q; astronomi dixerunt, Aut deus cęli patitur, aut tota machina mundialis destruetur, vnde Aug. sermone. 5. de passione domini inquit. Pallent astra, tremit terra, turbantur elementa, procedunt ex suis tumulis funera. Neq; enim sepulchra corpora mortua tenere potuerunt, quando gehenna simul crepuit tota. Et sermone. 12. de passione iterum

rum dicit. Sol ab hora sexta obscuritate se induit, dies se in noctem mutauit, terra se tremore concussit, Sol ne videret Deum crucifixum, dies ne videret occisum, terra ne occisi corpus exciperet. Omnia etiam elementa officia sua deserunt ne videatur iudaico sceleri præbuisse cōsensum, si solitis fungerentur officijs, hæc ille. Angeli quoq; in hac die signa maxima compassionis ostenderunt, de quibus Isa. 33. dr. Angeli pacis amare flebāt. Nec mirū si tantam tristitiā ostenderent oēs creaturæ in passione creatoris sui. Nam vt ait Christ. super Matthæum. Paterfamilias moriente domus eius turbatur. Familia plangit & nigris se vestibus induit, quod multo magis facere debuerunt ipsæ creaturæ in obitu illius qui est paterfamilias totius vniuersi.

Quærit quo auxiliū implorare debeat.

QVid ergo faciam ego miser & insufficiens atq; ineptissimus, cum non simus sufficiētes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo fit. 2. Cor. 3. In hoc autē die possum rationabiliter auxilium implorare diuinum. Si enim ad cęlestem patrem recurro, timeo ne dicat mihi Non est cōueniens vt tibi hodie succurram. Nam mihi attribuitur potentia, iudęi autem quantum in se fuit abstulerunt eam mihi dicentes filio meo. Matth. 27 Confidit in Deo, liberet eum nunc si vult. q. d. eum liberare non poterit. Et Psal. 21. Sperauit in Domino, eripiat eum, saluum faciat eum quoniam vult eum. Si autem recurro ad filium respondebit mihi, non est cōgruum vt tibi hodie succurram, qui mihi hodie quantum homo succurrere non possum, dicentibus mihi iudęis. Matth. 27 Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non potest. Vnde cum mihi attribuatur sapiētia, ipsi quantū ex se abstulerūt eā mihi dicētes. Mar. 15 Vah qui destruis templū Dei, & in tribus diebus reædificas illud, salui fac temetipsum descendēs de cruce. q. d. hęc facere nō poteris, & idō vt stultus locutus es, dicens te posse templū destruere, & in tribus diebus scire illud reædificare. Si aūt recurro ad spiritū sanctū, timeo ne dicat mihi. Licet clemēs sim & appeller, tñ cōtra tales crudeles iudeos nō clemens, sed crudelis esse debeo, præterea hodię gratiā tribuere me nō decet, q̄a mortuus est ille cuius bonitatem, & gratiam cōicare consueui, & cuius generationis ego causa extiti, dicente Isa. 61. Spiritus sanctus ductor eius fuit.

Nec ad Mariam Virginē reuoluendum esse declarat.

QVo igit̄ me reuoluā? Nā cū secūdum cōsuetudinē meā ad matrē gratiarū virginē Mariā hac nocte recurrere vellē, visum est mihi in quędā senē barbatū vsq; ad cingulū vestibus nigris induiū incidisse, qui mihi videbat̄ Hieremias propheta, qui causā itineris mei cognoscens inquit: Noli fili, noli hodie molestare virginē benedictā, verificatū est. n. in ea, pp mortē filij sui, qđ ego pdixerā Tren. 1. Facta est quasi vidua dña gentiū, plorās plorauit in nocte, & lachrymę eius in maxillis eius, nō est qui cōsolet̄ eā ex oībus charis eius. Verūtñ pp hæc verba ab itinere meo nō cessans ad prædictā virginē perrexi, inueniq; eā doloribus plenā, vidualibusq; vestibus indutā, & lachrymis sanguineis madefactā, cui præconi passioni dixi. O pijssima virgo succurre mihi hodiē, volo. n. dilecti filij tui passionē deuotis populis recitare, eosq; ad lachrymas inuitare, & te vsq; ad montem Caluariæ vnigenitū tuū lachrymantē comitari. Tūc virgo benedicta amaras effundēs lachrymas inqt Ex quo nō possum hodie pro liberatione filij mei gratiā inuenire, quō possum tibi succurrere? Vbi est discretio tua, vbi est prudentia, vbi est sapientia tua, qui deberes mihi cōpati & cōdolere, & p me vis gratiā inuenire? Noli in auribus huius infęlicissime matris hodie salutationē angelicā psonare, q̄ tali die tota mihi in amaritudinē est cōuersa. Nō igit̄ mihi dicas aue. i. sine veh, sum. n. tota plena doloribus pp passionē filij mei. Vū illud Treno. 1. vere dicere possum. Posuit me. s. mors filij mei desolatā, tota die merore confectam. Et illud. Iob. 13. Versa est in luctū cithara mea, & organū meū in vocem flentiū. Ne dicas Maria, quod nomē interpretatur illuminata, nā cū sim omni lumine priuata possum dicere illud Treno. 5. Mæstum factum est cor meum, ideo contenebrati sunt oculi mei. Non dicas gratia plena. Mea etenim gratia consumata fuit in duodecim stellis, de quibus Apocalip. 12. dr. In capite eius corona stellarū duodecim. Hodie vero possum dicere illud Trenorum. 5. Cecidit corona

capi-

capitis mei. Non etiam dicas. Dominus tecum, quem tangere non valeo, propterea dicere possum illud quod in eode m.c. scriptum est. Defecit gaudiũ cordis mei. Non dicas. Benedicta tu in mulieribus. Nam hodie præ omnibus mulieribus maledicor. Vnde dicere valeo illud Isa. 52. Nomen meum tota die blasphematur. Ne dicas, benedictus fructus ventris tui, qui ab omnibus maledicitur, accusatur, conspuitur & flagellatur. Vnde verificatum est in eo, quod Isaiæ primo scriptum est. Blasphemauerunt sanctũ Israel, quapropter dicere potest illud Treno. 3. Facta sum in derisum omni populo. Canticum eorum tota die. Et ideo noli dicere sancta Maria ora pro nobis, quia hoc non est decens, vt faciam tali die. Verum tamen ne te omnino orphanum relinquam, & si ne adiutorio tibi aliam matrẽ duntaxat hodierna die demonstrabo, quę super oĩa hodie meruit exaltari, quæ mihi abstulit filium meum. Ista quippe est crux sanctissima in qua saluator mundi dilectus filius meus pependit, quę tali die precium mundi meruit sustinere. Quam genuflexo reuerenter & deuote salutabis.

Maximi meriti est passionem Christi flere.

QVam magni sit meriti passionem filij Dei plangere ostendit Aug. in quodam sermone dicens, quòd magis meretur vel vnam solam lachrymam emittens ob memoriã passionis Christi, quàm si vsq; ad terram promissionis peregrinaretur. Et quàm si per totum annum omni hebdomada totum psalterium diceret. Et plusquam si qualibet anni hebdomada disciplinam faceret, vel in pane, & aqua ieiunaret. Vnde legitur quòd quidam laborans in extremis, in extasi ductus est ad iudicium. Et vidit coram iudice merita, & demerita sua ponderari. Et demeritis præponderatis exclamauit. Si ad salutem meam non sufficiunt merita operũ quæ feci. Saltem ponatis fidem, & deuotionem quam ad Iesum Christum crucifixum pro nobis, & ad eius passionem, & mortem habui. Et post modicum exclamauit iterum dicens. Modo bene est. Et sic fęlicem emisit spiritum. Et ideo Ber. super cãticam sermone. 22. ait. Passio tua domine Iesu vltimum refugium, singulareq; remedium, deficiente sapientia, iustitia nõ sufficiente, succumbentibus meritis illa succurrit. Cum defecerit virtus mea non conturbor, diffido. Scio quid faciam. Calicem salutaris accipiam, &c. Et propterea beatus frater noster Ioannes de Aluerna cognoscens tantum meritũ lachrymarum de morte saluatoris nostri, semper quando videbat crucifixum lachrymas emittebat. Et similiter beatus frater noster Iacoponus de Tuderto audiens legi passionem Christi non solum lachrymas, sed nec clamores valebat continere. Sanctus quoq; Franciscus ita passionem Christi plorauit vt cęcus quasi totaliter effectus sit. Quapropter o pijssimi christiani aperite viscera pietatis, & compatimini beatæ virgini Mariæ, ac plorate secum horribilem morte filij sui. Cui compassionem ostendunt etiam irrationalia animalia. Vnde legitur quòd quidam vir perfectus & deuotus de partibus Angliæ ad terram sanctam profectus, per quendam paganum qui habitabat in partibus illis fuit cõductus in quodam nemore pulcherrimo in quo erant arbores valde pulchræ, & altæ. Cum autem dictus Anglicus in nemore tam ameno nullam audiret auem cantãtem, cum tamen esset tempus veris in quo solent aues magis decantare & præcipue in nemoribus, valde admirari cœpit. Aspiciẽs autem sursum vidit multas aues expansis alis in ramis arborum iacentes velut mortuas, erat autem tunc hebdomada sancta. Cumq; huius rei causam a sarraceno ductore quæreret, ille dixit. Per totum annum in abundantia hoc nemus auibus & dulcissimo eorum cantu decoratur. Sed a Dominica de passione vsq; ad diem Paschæ omnes aues dimittunt cantum, & stant velut mortuæ quasi cõmoriantur per compassionem cum magno propheta. Et hoc faciunt omni anno. In Dominica vero resurrectionis cãtum resumunt quasi reuiuiscant cum ipso & de eius resurrectione gratulentur, & congaudeant. Ad hanc autem compassionem nos hortatur sancta mater ecclesia, quæ hodie tacet cantum & somnum lætitiæ qui fit cum flatu, & voce, & facit cantum tristitiæ, vt patet in lamentationibus & sonum mestitiæ, scilicet cum tabula sonans diuinum officium, vt representet strepi-

Ad cõpassionem hortatur nos sancta ecclesia.

strepitum Dominicę captionis, flagellationis, & passionis. Tacet autem sonum lætitiæ qui fit cum tactu vt patet in cam panis quæ hodie non pulsantur. Omnes enim spirituales campanæ hodierna die siluerunt. Christus enim habebat duodecim Apostolos quasi duodecim campanas quibus fidem suam per totum mũdum intonaret dicente propheta. Psal. 18 In omnem terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum. Sed ho die vna earum pęnitus fuit fracta, idest Iudas quia suspensus crepuit medius vt dicitur Actuum. 1. Alia autem grossa cāpana S. Petrus, qui semel tam altum sonũ dedit, q̄ super omnes Angelos auditus fuit, dicens Christo, vt habetur Matth. 16. Tu es Christus filius Dei viui, hodie sonum perdit, quia ipsum confiteri ausus non fuit. Cæteræ quoq; campanæ, idest alij Apostoli similiter sonum perdiderunt, quia Christum confiteri ausi non fuerunt. Alia etiam campana fuit. s. beata virgo Maria quæ tam dulciter sonuit, quòd ad eius sonum in vterum suũ filius Dei descendit, quando dixit. Ecce ancilla domini. &c. Ad eius etiam sonum, idest salutationem Ioannes Baptista ma tris vtero trepudiauit. Luc. 1. Cuius dulcissimum sonum Deus semper audire de siderauit dicens. Can. 2. Sonat vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, &c. Sed ista campana hodie sonum perdidit quia præ nimio dolore perforata fuit, iuxta illud Lucæ. 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Alia insuper omnibus melior campana fuit, scilicet Christus quæ non cessauit sonare, quia non cessauit prædicare. Et tandem eleuata in campanili crucis, ibi multiplicem sonum dedit. Nam in auribus patris dedit sonum pie conquestionis di. Matth. 26. Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me? In auribus autem matris sonum dulcedinis quando ipsam Ioanni comen dauit. Ioan. 19. In auribus hostis sonum magnæ charitatis quando pro crucifixoribus exorauit. Lucæ. 23. In auribus vero humani generis sonum afflictionis & doloris Tren. 1. dicens. Attendite, & videre si est dolor sicut dolor meus. Et etiam cũ dixit. Sitio. Ioan. 19. Tantum autem ista campana insonuit quòd tota rauca facta fuit, vnde ait per psalmistam. Laboraui clamans raucæ factæ sunt fauces meæ. Tandem in quinque partibus perforata fuit. Et sic omnino siluit, & sonum amisit. Multa quoq; alia nos inducere debent ad compassionem, lamentum, & fletum de passione benignissimi saluatoris nostri & doloratione matris eius de quibus dicam in decima parte principali Marialis sermone primo. Solum autem pro nunc dico quòd nemo debet esse christianus qui hodierna die non compatiatur cordialiter domino nostro Iesu Christo, & suæ mestissimæ genitrici. Nam ei dixit hodie iniquissimus populus Iudaicus illud. Eze. 24. Ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum, idest filium tuũ, qui est non solum tibi, sed cunctis gentibus desiderabilis. Aggęi. 2. Quod quidem fecit contra omnem iustitiam. Possessiones eñ possessæ per triginta annos quiete, & legitime præscribuntur. C. de præscrip. tri. vel qua. an. per totum. Imo etiã in minori spacio temporis, scilicet per decennium inter præsentes, & viginti an nis inter absentes. Res vero mobilis vsucapitur per triennium insti. de vsuca. circa prin. & .§. præscriptionum. 16. q. 3. Ipsa vero vltra illum terminum. s. per triginta & tres annos filium suum quiete possiderat. Et ideo perfidi iudęi eum ab illa auferentes maximam ei iniuriam fecerunt, & iacturam. Quod quidem figuratum fuit. 2 Regum. 12. vbi. Nathan pro pheta dixit Dauid. Duo erant homines in ciuitate. Vnus diues habens oues, & boues in maximo numero. Alius verò pauper nihil habens nisi vnam ouem par uulam quam emerat, & nutrierat, quæ de pane illius comedebat & de calice bibebat, & in sinu eius dormiebat Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem. Ille diues abstulit ouem a paupere illo, & eam occidens fecit conuiuium ipsi peregrino. Quod scęlus audiens rex Dauid esse perpetratum inquit. Viuit dominus quoniam filius mortis est ille qui fecit hoc. Quæ figura potest optimè adaptari ad piissimam virginem Mariam, & filium eius vnicum agnum innocentissimum, quem ipsa tanta teneritudine enutrierat. Populus autem iudaicus qui a Deo multa beneficia receperat, & ex eis diues

Illud 2. Re. 12. beatæ Virginis adaptatur.

diues erat, vt peregrino, id est diabolo cõuiuium faceret ipsum agnum mansuetissimum mactauit. Quare dignus est non solum morte temporali, sed etiam æternali. Ipsam vero pauperculam virginem hodie filio suo orbatam, & priuatam, debet vnusquisq; fidelis pia mentis com passione visitare, & eius calamitati compati. Mos namq; est apud seculares vt si quis inter eos mortuus fuerit adunati affinitiones, & cognati, amiciq; & beniuoli consolandi gratia ad eius domum conueniunt. Et quandoq; præ doloris magnitudine nihil prorsus loquentes se muicẽ amplexantur dantes lachrymas, & eiulatus in altum emittentes. Demum sedentes sciscitantur quo mortis genere defecerit; quale testamentum condiderit. Quæ supræma ediderit verba, quamq; innocẽter spirauerit. Nos igitur fratres os de ossibus, & caro de carne Christi a iudeis hodie crucifixi, qui in eius domicilium, scilicet ecclesiam vestibus funerabilibus ac nigris operti conuenimus cõsolari studeamus quantum possumus eius mœstissimam matrem. Quam si pie volumus cõtemplari, videbimus vultu lachrymabili, facie squallida, sparsoq; crine eiulatus ad sydera mittentem, & crudelissimam mortem filij sui deplorantem, ac verba proposita nobis dicentem. O vos omnes, &c. Nec mirum si ipsa beata virgo nobis amicis suis referat tribulationes suas. Dicũt enim phisici ac naturales philosophi ꝙ tribulatus recipit magnum refrigerium quando beniuolis suis potest aperire afflictiones suas. Et ideo virgo benedicta in prædictis verbis hortatur nos audire cũ compassione dolores, quos sustinuit de passione filij sui.

Maximos dolores beatam Virginẽ in morte filij sui habuisset ostẽditur.

SVper quibus verbis proponitur hæc conclusio ꝙ beata virgo Maria maximos & ineffabiles dolores habuit propter mortem sanctissimi filij sui. Et hoc secundum partem inferiorem rationis, & in parte sensuali, licet quo ad partem superiorem rationis consentiret morti eius considerans fructum redẽptionis humanæ. Et hoc tenet Alexander de Ales in 3. parte summę in tractatu de conceptione Christi. q. 16. & sanctus Bonauentura in 3. dist. 17. art. 1. q. 1. & 2. & Scotus ac Nicolaus de Lira in eadem distĩ. Vnde inquit beatus Hieronymus ad eustochiũ, & Ricardus de media villa in 3. dist. 33. ar. 7. q. 4. ꝙ licet beata virgo Maria non fuerit corporaliter martyrizata, tamen tanta pœna, & anxietas eam cruciauit tempore passionis filij sui, ꝙ fuit plusquã martyr. Et hoc prænunciatum fuerat Iohelis. 2. vbi dicitur. Sol vertetur in tenebras, & Luna in sanguinem. Sol enim id est Christus sol iustitiæ versus est in tenebras ꝑ mortem, & Luna, id est beata virgo Maria in sanguinem per compassionẽ. Et hoc ideo quia anima eius transfixa fuit gladio compassionis in morte ipsius filij sui sicut ei prædixerat Simeon. Luc. 2.

Dolor beatæ Virginis in passione fuit ingẽtissimus quod naturaliter probatur.

ET hęc conclusio probatur fundamento naturali. Inquit enim Philosophus 2. Topicorum. Si de quo minus ergo de quo magis. Sed virgo pijssima multũ doluit quando non videbatur, ita multum dolendum, scilicet quando perdidit filiũ suum in Hierusalem cum remansisset in templo. Vnde cum postea reperisset eum dixit illi, vt habetur Luc. 2. Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et tamen vt inquit Origenes non credebat eum fuisse captum, aut mortuum, sed dubitabat sibi factum fuisse aliquid quod ei displicuisse. Et ideo ipsum ascendisse in cęlum, quanto igitur magis credendum est doluisse tempore passionis eius? profecto dolor eius fuit ingentissimus, & hoc propter quinq; conditiones quæ fuerunt in ea. Primo quia mulier erat Secundo quia vnigeniti mater erat. Tertio qa præsens erat. Quarto quia ipsum summe diligebat. Quinto quia ipsum iuuare non poterat. Primo dico quòd maxime doluit, quia mulier erat. Naturaliter enim mulieres magis compatiuntur tribulatis, q̃ viri. Vnde mulier dicitur quasi molier. Ideo Lactantius in libro de opificio Dei c. 12. inquit. Mulier vt varro interpretatur a molitie est dicta immutata littera, velut molier est enim molis mente. §. sed illud 32. q. 7. Ideo secundum philosophũ, in omni genere animalium fęminæ sunt molliores, quàm masculi preter vrsam, & leopardam, vnde quando inuenitur aliqua mulier crudelis, & fera potest appellari vrsa, & leoparda. Mulier enim naturali-

Multæ causæ ꝑꝑ quas maxime virgo Maria doluit.

raliter est humida, & frigida, ideo natura liter est passibilis, & de facili fundit lachrymas, vir autem naturaliter est calidus, & siccus, ideo non sic de facili patitur, nec compatitur. Et hoc est quod dicit Philosophus. 8. de animalibus. Mulier est maioris pietatis, & cōpassionis q̄ vir. Ideo mater de aduersitate & morte filij magis dolet q̄ pater, eo q̄ est magis mollis, & passibilis. In filij autem dignitate & sublimitate pater plus naturaliter gaudet quàm mater, quia pater est magis magnanimus Et illud aperte insinuat. Prouer. 10. vbi dicitur. Filius sapiens lætificat patrem, filius vero stultus mestitia est matris suæ. Propter hanc ergo causam ratione teneritudinis naturalis pijssima virgo valde doluit in morte filij sui. Nunquam enim fuit nec erit vlla mulier sic compassiua, ac tanta pietate repleta, sicut gloriosa virgo Maria. Cum ergo multæ mulieres sequerentur Christum euntem ad mortem plangentes & lamentantes eum, vt habetur Lucæ. 23. Multo magis credendum est hoc fecisse beatam Virginem matrem eius. Iuxta illud Ouidij in primo de remedi. amo. Quis matrem nisi mentis inops in funere nati. Flere vetet?

Secundo valde doluit, quia vnigeniti mater erat. Si enim alios filios habuisset super eis consolata aliquantulum fuisset, sed amissio vnigeniti est nimium dolorosa, vnde scriptura, quando vult exprimere aliquem luctum multum dolorosum assimilat eum luctui vnigeniti. Vnde Hieremiæ. 6. dicitur. Luctum vnigeniti fac tibi luctum amarum. Super quibus verbis inquit glosa. Nihil dolentius vnigeniti morte. Et ideo quia dolor inferni erit valde magnus assimilatur dolori vnigeniti. Amos 8. vbi dicitur peccatoribus. Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum, & ponam ea quasi luctum vnigeniti. Et hoc dixit, quia maiorem dolorem non potest homo exprimere in hac vita. Ideo Iob. 1. dr, q̄ ipse audita morte filiorum, ob maximum dolorem scidit vestimenta sua, & tonso capite corruit in terrā, ergo propter hoc in beata Virgine causatus fuit maximus dolor.

Tertio maxime doluit, quia præsens erat ad videndum. Quando enim aliqua mater audit filium suum mortuum multum dolet, sed quando audit horribili morte ipsum occisum magis dolet, quando vero ante oculos suos ipsum videt crudelissime occidi, tunc maxime dolet, quia potentia propinqua melius percipit obiectum, q̄ remota vt inquit Philosophus secundo de anima. Beata igitur virgo videns filium suum torqueri, propter hoc maxime doluit. Ideo Hieronymus in quodam sermone ait. Quot læsiones in corpore Christi, tot vulnera in corde matris, quot claui perforantes quot ictus percutientes, & carnē rumpentes, tot sagittę per oculos intrantes, & totum cor, & animam virginis vulnerantes.

Quarto causabatur maximus dolor in ipsa, propter immensam amorem erga eum. Secundum enim doctores virgo pia sola magis dilexit Christum, q̄ simul omnes creaturę, ideo ipsa dicebat illud. Can. 3. Amore lāgueo. Cū ergo amor sit virtus transformatiua copulans amātem cum amato, vt ait Dyonisius in lib. de diuinis nominibus, cum Christus doluerit supra illud quod lingua humana exprimere potest, & minima percussura facta in corpore Christi, excesserit omnes passiones, & pœnas quas vnquā passi sunt, vel patientur homines in hac vita. Ergo cum amans debeat participare, & sentire incommoda amici. l. item ex diuerso. in §. ff. fami. hercis. Cumq; amicus se debeat habere ad amicum sicut ad seipsum, vt ait Philosophus 9. Eth. qa amicus est alter ego, vt inquit Tullius in lib. de amicitia. Concluditur q̄ mitissima virgo ex morte dilectissimi filij sui summopere doluit. Tanto. n. quis magis tristatur de morte alicuius quāto ipsum plus diligebat, & ei magis vtilis, & fidelis erat. Vnde magis quis dolet ex morte filij iuuenis, prudentis, pulchri, sapientis, ac sibi obedientis, quàm de obitu alterius has conditiones non habentis. Cum ergo beata virgo videret mori filium suum pulchrum &c. Sequitur dolorē eius fuisse maiorem quā credi potest. Cum enim oīa aīalia naturaliter diligant filios suos 7. Ethico. Profecto amor ipsius virginis

erga filium suũ fuit inexplicabilis. Quia ipse Dñs Iesus erat totus suus filius quo ad humanitatẽ. Non.n.habuit patrẽ carnalem. Vnde amor qui debet esse in patre,& matre ad filium, totus erat in sola virgine erga suum vnigenitũ. Virtus autem vnita fortior est dispersa, vt dicitur in libro de causis. Et ideo ipsa exclamabat illud Hiere. 9. di. Quis dabit capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum & plorabo die ac nocte filium meum? Nec mirum si beata virgo tantum doluit. Mater enim magis diligit filium,quàm seipsam, vt inquit glosa in.l. videamus.ff.de in litem iurando, & in l. isti quidem.ff.quod metus cau.

5.Causa maxime doloris Mariæ.

QVinto maxime dolebat, quia eum iuuare non poterat. Magna enim cõsolatio est matri, quando filium in sua morte osculari,amplecti, & adiuuare potest, hæc autem mestissima mater in illo filium suum poterat adiuuare. Audiebat ipsum dicentem sitio, & non valebat ei potum porrigere. Videbat eum vulneribus plenum,& non poterat vulnera alligare, conspiciebat ipsum sanguine irrigatum, nec valebat linteo abstergere. Caput male tenentem, & inclinatum, nec poterat sustẽtare,ipsum cernebat in cruce flentem, nec valebat consolari. Videbat expirare, nec poterat osculari, nec de cruce deponere. Ideo dicebat illud 1. Regũ. 1. Mulier infęlix nimis ego sum. Cuius quidem Virginis dolores considerans Hieremias. Tren. 2. eam alloquens ait, Cui comparabo te,cui assimilabo te filia Hierusalem? Cui exequabor te, & quomodo consolabor te virgo filia Syon? Magna est velut mare contritio tua,quis medebitur tui? Quæ omnia consideraus Aug. in sermone. 8. de passione Dñi inquit.Iuxta crucem stabat Maria,considerans vultu benigno Christum pendentem in crucis patibulo pedibus innitens, manus leuabat amplexans crucem,ruens in oscula eius qua parte sanguinis Christi vnda rigabat,vt Christum valeret amplecti, cum non poterat sursum volebat ascendere. Sperat amor non nunquã quæ raro fieri possunt, sibi cedere cuncta amor impatiens credit. Volebat amplecti Christum in altum pendentem, sed manus frustra in se copiose redibant, se leuãs sursum e terra erigebat ad Christum, & cum tangere eum nequicbat manu collidebat ad terram & prostrata iacebat immensitate doloris depressa, sed eã erigere magna vis amoris immensi compellebat, impetu amoris surgebat intensi,quę manibus cupiebat attrectare Christum.Cum vero vis non esset deuicta dolore terram iterũ petere cogebatur, hęc ille.Et ideo exclamabat verba proposita. O vos omnes &c.

Maximum fuisse Christi dolorem aliquibus rationibus ostenditur.

SImiliter & ipse dñs Iesus in cruce lachrymabili voce lamentabatur, afflictiones suas nobis insinuans ac dicens illud Psalmi.37. Afflictus sum & humiliatus sum nimis.Et Tren.c.3.inquit. Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absinthij & fellis,cui anima deuota respõdere debet illud quod sequitur. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.Ad hoc autem faciendum hortatur Ecclesiast. c. 29. di. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris vnq̃, dedit enim pro te animam suam. Sciendum est ergo secundum Ricar.in 3.sen.di.15.ar.4.q.3. & sanctum Bonauen.dist. 16. tertij libri. ar. 1.q.2.& Tho.in 3. parte summæ, di. 46. art.4 per totum,ꝙ dolor Christi fuit maximus omnium dolorum pręsentis vitę, & hoc probatꝰ quatuor principalibus rationibus. Prima dr̃ occasionis: Secunda modificationis: Tertia complexionis: Quarta priuationis. Quo ad primã quæ dr̃ occasionis sic arguitur. Tanto magis quis affligitur patiendo, quanto non pro sua,sed pro aliena culpa patit̃,quia tunc contra iustitiã, & æquitatem cruciatur. Vnde quando quis videt se pari quod meretur mitigatur eius pœna. Ideo Ouidius in epistolis epistola.5. inquit Leuiter ex merito quicquid patiare ferẽdum est. Quæ venit indigne pœna dolenda fuit. Sed econtra quando quis patitur non pro sua, sed pro aliena culpa fit dolor eius intollerabilis. Ideo Matth. 27. dicebat latro conuersus. Nos quidem digna factis nostris recipimus, hic autem quid? Christus igitur patiens pro alienis delictis non pro suis, maximam habuit causam doloris. Et tanto maiorem quanto omnes pœnas pertulit, quæ nobis de-

be-

ebantur pro nostris peccatis, vnde Isa. 53. dicitur. Vere langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, ipse afflictus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Propter hoc exclamabat Bernardus. O bone Iesu quid tibi est? morti nos debiti sumus, & tu soluis, nos peccauimus, & tu luis. Et iterum. O homo considera mentali oculo, quanto remunerationis debito domino astringaris. Respice sudorem sanguineum, alaparum contumeliam, flagellorum duritiam, coronam spineam, sputi, ludibria, crucis suspendium, oculos languentes, oris pallorem, fellica cibaria acetosa pocula, caput inclinatum, & deniq; mortis supplicium, hæc ille. Cum igitur Christus fuerit sanctissimus, & sine vlla macula, vt dicitur Isa. 53. Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, iccirco maxime dolere debuit, quia vt sceleratissimus occisus est, vnde Isa. eodem capitulo de illo dicit. Et cum sceleratissimus reputatus est. Ecce ergo deuota anima quòd creator tuus sanctorum sanctissimus pro te peccator maximus reputatur. Sapientiæ conditor pro te stultus existimatur, qui pro suis innumeris beneficijs gloriam & honorē meruerat confusibiliter pernecatur. Ex quo dolor eius fuit ingentissimus.

2. Rō Christi passione fuisse maximā manifestans.

SEcundo grauissima fuit pœna Christi ratione modificationis. Tāto enim pœna est acerbior, quanto velocius virtutem naturæ destruit, maximè vbi membrum aliquod non corrumpit. Sed Christus in cruce suspensus adeo cito est mortuus, vt etiā præses miraretur. Ergo &c. Modus autem patiendi fuit grauissimus, tum quia patiebatur in locis maxime sensibilibus. s. in manibus & pedibus, in quibus est magna neruorum abundantia, in quibus maxime viget sensus tactus, tum propter doloris vniuersitatem, quia passus est per totum corpus si cōsideremus in cruce eius grauem extensionem, & eā quæ præcesserat verberationem. Vnde Isa. 1. c. dicitur. A planta pedis vsq; ad verticem capitis, non remansit in eo sanitas. Adeo autem fuit cruciatus, q vt inquit sanctus Bonauentura in quodam deuoto opusculo, habuit in corpore suo vulnera sex milia 666. quantus est numerus militum vnius legionis, & ideò de illo dicere possumus illud Ecclesiast. primo. Pluuiæ guttas quis dinumerauit, & profundum abyssi quis dimensus est? Pluuiæ enim guttas quas pluit ipsum cœlum, Iesus Christus stillans vberrimis stillis sanguinis difficile est scire humanitus, nisi fuerit diuinitus reuellatū. Guttas etiam lachrymarum quas virginis oculi lucidiores sole effuderunt, ex compassione difficilimum est enumerare. Profundum etiam abyssi dolorum vtrinque impossibile est nobis enarrare, vel comprehendere. In totius enim corporis membris, & partibus acerrime afflictus, & cruciatus est. Vnde deuotus Bernardus inquit. Caput angelicis tremebundum spiritus densitate spinarum pungitur, facies pulchra præfilijs hominum sputis iudæorum deturpatur, oculi lucidiores sole caligantur in morte, aures, quæ in cælo audiunt angelicos cantus audiunt peccatorum insultus, os quod docet Angelos, felle & aceto potatur, pedes quorum scabellum adoratur, cruci clauo affiguntur, manus quæ formauerunt cœlos, sunt in cruce extense, & clauis affixæ, corpus verberatur, latus lancea perforatur. Et quid plura? non remansit in eo nisi vt pro peccatoribus exoraret, & matrem discipulo commendaret. Et ideo dicunt doctores, quòd tantus fuit dolor passionis Christi, vt valde mirum esset quare non statim moreretur, nisi quia phisici dicunt quòd nemo ex dolore in hac vita mori potest, nisi ipse dolor communicetur sensualitati. Sed diuinitas Christi permittebat sensualitatem pati vsque ad propinquitatem mortis, deinde virtutem nouam ei communicabat vt pateretur magis. Vnde non solum semel, sed pluries dolorem mortis sensit. Ideo asserunt doctores, quòd quando diuinitas dimisit humanitatem facere cursum suum, & non dedit ei virtutem fortificantem, tunc in cruce clamauit. Deus Deus meus vt quid dereliquisti me? Fuit igitur maximus dolor eius etiam quoniam diuinitas nullum refrigerium ei præstitit, sicut cæteris martyribus. Et sic

patet secunda ratio.

3. Ratio maximū fuisse Christi dolorem demonstrans.

TErtio dolor Christi fuit maximus ratione complexionis. Dicit.n. philosophus in lib. de sensu, & sensato. Nobiliores potentiæ sunt magis apprehensiuæ obiectorum Patet. Nam cum oculus sit nobilior potentia manu, manus vero sit delicatior calcaneo. Hinc est quòd eadem percussio æqualiter facta in prædictis grauiorem pœnam exhibebit oculo quàm manui, & calcaneo. Quo præsupposito tunc sic. Certum est quòd Christus habuit nobilissimam complexionem super omnes humanas creaturas, ergo in morte habuit maximam super omnes dolores afflictionem. Et confirmatur sic. Dicit philosophus in libro de sensu & sensato, quòd omnis pœna est principaliter in tactu, vnde quando quis habet vnum membrum freneticum, vel indomitatum, sentit quasi nihil, vel modicum puncturas in eo factas. Et propterea habentes nobiliorem tactum magis sunt passibiles, & quanto sensus tactus est viuacior, tanto dolor est acutior vt inquit. Aristot. in secundo de anima. Cum ergo Christus habuerit sensum tactus viuacissimum quia eius nobilissimum corpus fuit formatum virtute spiritus sancti. Et illa quæ immediatè fiunt a Deo sunt nobiliora & perfectiora, dicente auctore in libro de causis. Quicquid facit causa secunda nobiliori, & altiori modo facit causa prima. Ergo &c. Debet igitur quilibet christianus tanto magis moueri ad Christi compassionem quanto conspicit corpus eius nobilissimum maiorē & acerbiorem sensisse pœnam, & dolorē ratione complexionis.

4. Ratio hoc idē quod supra persuadere.

QVarto eius dolor fuit maximus ratione priuationis. Nam cum Dei filius propter vnionem diuinæ, & humanæ naturę oīa futura pręnosceret, iuxta illud Io. 18. Sciēs oīa quæ ventura erant super eum vidit quot priuabantur merito suæ passionis, & sic vita æterna. Vnde ex hac præuisione sibi causabatur maximus dolor, qui potest dici infinitus, tum quia numerus damnandorum qui priuabantur merito passionis suæ dicitur infinitus quo ad nos, tum quia priuandi sunt vita æterna quæ est infinita, tum quia dolor damnandorum erit infinitus, & æternus. Ideo Ambrosius inquit de domino Iesu. Tristis erat, & tristis videbatur, non pro sua passione, sed pro nostra dispersione. Item Hieremias in persona Christi dicit Trenorum. 3. In tenebris collocauit me quasi mortuos sempiternos. Maior igitur fuit dolor Christi considerando ingratitudinem nostram, quam ratione flagellationis & crucifixionis ac mortis corporalis. Et hoc probatur tripliciter, scilicet auctoritate ratione, & similitudine. Primo auctoritate Phylippi Cancellarij Parisiensis, qui in quadam prosa valde nobili, prout ponit Bona. in 3. sen. di. 16. ar. vlt. q. vlt. in persona Christi sic inquit. O homo vide quę pro te patior, nō est dolor sicut quo crucior. Ad te clamo, qui pro te morior, vide pœnas quibus afficior, vide clauos quibus cōfodior, vide lanceam cum qua transfigor, & cum sit tantus dolor exterior, extat interius planctus prægrauior te cum ingratum tantum experior.

2. Ratio ostēdens dolorē Christi ex ingratitudinis nostræ consideratione causatū, fuisse maiorem, dolore ex passione causato.

SEcundo hoc idem probatur ratione finalitatis. Fundamētum ponit Tho. super 2. Phi. di. Ex perditione finis magis augetur dolor quàm ex perditione eorū q̄ sunt ad finem, patet. Nam videmus p experientiā q̄ q̄n aliquis per totū annū exsudauit ad laborandum agrum, seu vineam, si postea veniat tēpestas seu pruina auferens fructus campi, aut vinum recolligendū, talis grauius de hoc dolet, q̄ de labore, & sudore totius anni. Quo supposito, clarum est quòd Christus hoc fine voluit crucifigi & mori, vt quilque existeret gratus de tanto beneficio & saluaretur. Et ideo cum videret animas futuras ingratissimas & priuandas merito passionis suæ, magis de hoc doluit q̄ de crucifixione sua. Tertio hoc idem probatur similitudine, videmus enim quòd mercator qui per mare, & terram insudauit toto tempore vitæ suæ ad congregandas merces viginti quinque millium aureorum, si postea veniat in mari tempestas quę nauem cum mercibus submergat, tantum in se dolorem suscipit, quantum extimat valorem mercium submersarum. Cum igit̄ Christus vt prudēs mercator

cator spacio triginta trium annorũ semper insudauerit pro nostra redemptione nosq; comperauerit sui preciosi sanguinis precio, iuxta illud 1. Petri. 1. Scientes quòd non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed precioso sanguine Iesu Christi. Ergo videns propter ingratitudinem perdi precium sui sanguinis quo ad damnandos, tantum doluit quantum erat precium sanguinis effusi, quantumq; valebant animæ pro quibus effuderat sanguinem suum quas videbat dānari debere. Et ideo quasi infinitus fuit dolor eius. De quo dolore & beatæ Virginis duodecim deuotas contemplationes faciemus. Inquit.n. beata Virgo. Attendite dolorem meũ primo in filij mei absentatione, secūdo in eius reuersione, tertio in eius tardatione, quarto in eius allocutione, quinto in eius discessione, sexto in eius captione, septimo in eius deductione, octauo in eius accusatione, nono in eius illusione, decimo in eius flagellatione, & coronatione, vndecimo in eius condemnatione, duodecimo vero in eius crucifixione & occisione.

PRIMVS DOLOR beatæ Virginis in absentatione filij sui.

Prima suspicio in Virgine Maria appropinquatione tēporis passionis Christi.

QVo ad primam contemplationē. Sciendum q̃ prima suspicio causata in beata Virgine, q̃ filij sui passio appropinquaret, fuit iudæorũ seua persecutio. Intellexit enim q̃ quærebant summi sacerdotes & scribę, quomodo Iesum interficerent vt habet Luc. 22. Et ideo conati fuerant capere eum in sermone vt eũ postea accusarent. Matth. 22. Item vt caperent eum in iustitia, vt habetur Ioannis 8. de adultera. Intellexit quoque beata Virgo, q̃ perfidi iudæi voluerant filium suum præcipitare de supercilio montis. Lucæ. 4. & q̃ voluerant eum capere & tenere, sed timuerant turbas, vt dicitur Matth. 21. Item q̃ voluerant eum lapidare Ioannis. 8. Istæ autem persecutiones, & insidiæ prænunciatæ fuerunt per Dauid Psal. 118. vbi in persona Christi inquit. Sederunt principes, & aduersum me loquebantur. Et iterum in eodem psalmo. Principes persecuti sunt me gratis. Et in alio psalmo inquit. Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. Et Psalmo. 9 ait. Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Et Michęæ. 7. dicitur. Omnes in sanguine insidiantur. Et Iob. 30. Insidiati sunt, & præualuerunt mihi. Et Psalmo. 2. inquit Dauid. Astiterūt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominũ & aduersus Christum eius. Et Psal. 34. ait. Consilium fecerunt in vnum dicentes, persequimini & comprehendite eum. Et Salomon. Sapientiæ. 2. inquit. Dixerunt impij cogitantes apud semetipsos, venite opprimamus, & circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & cōtrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat, ac gloriatur patrem se habere Deum. Contumelijs ergo, & tormento interrogemus eum vt probemus patientiam illius, morte turpissima cōdemnemus eum, hæc ibi. Quæ omnia videns impleri in dilecto filio suo virgo pijssima, cępit vehementer dolere. Audiuit enim quòd collegerunt pontifices, & pharisei concilium aduersus Iesum vt eum morti traderent, & occiderent, sicut scribitur Ioannis. 11. Quod concilium factum fuit in Dominica de passione. Quapropter sciens Iesus quòd nondum erat hora eius, recessit de Bethania vbi morabatur, & iuit in Ephren ciuitatem paruam, in qua fecit multa miracula, vt habetur Matth. 16. Sed antequam iret piè credendum est, quòd a dilecta matre sua licentiam discedendi petijt dicens. Mater mea charissima, nosti quòd perfidi iudæi coniurauerunt in mortem meam, quia igitur necdum aduenit tempus mortis meæ, cum licentia vestra aliquibus diebus eorum rabiem declinabo. Bene ergo vale donec reuertar. Ad hæc autem verba mestissima mater respondit. O fili dilectissime rogo te, ne a castro isto in quo securus hucusque permansisti recedas, timeo enim nē in via a maledictis iudæis capiaris. Cui dñs Iesus inqt. Mater mea benedicta cras venient ad castrum istum inimici nostri,

cum militibus, & armis, quærentes me, & ad mortem perducere volentes, noli igitur me amplius retardare. Tunc illa. Quo fili mi statuis proficisci? Cui saluator noster ait. Bonum est locum itineris mei tibi esse incognitum, vt inquirétibus iudeis vbinam sim, hoc te nescire dicere possis. Tunc beata Virgo ait. Saltem me infœlicem tecum venire permittas vt tuę particeps efficiar tribulationis. Rñdit Iesus. Si mecum te ducerem crederent iudei me nunquam amplius reuersurũ effugisse, statimq; missis circunquaq; militibus, & nuncijs me inquirentes, non solũ de meo manus suas sanguine cruentarét, sed tuum quoq; innocẽtissimum corpus crudeli protinus gladio trucidarent. Videntes aũt te nõ abductam, me ad prædicandum more solito perrexisse arbitrantes meumq; in breui reditum expectantes, perquirere amplius cessabunt. Bono igi᷑ aio esto, meũq; recessum patienter sustine. Recogita ergo deuota aĩa, ꝙ his dictis non sine lachrymarũ effusione reliquit dilectissimam matrem suam dominus noster.

SECVNDVS DOLOR beatæ Virginis in reuersione filij sui.

De militib⁹ Christũ quærentibus, et non inueniẽtibus.

POstera autem die aduenerunt milites quamplurimi missi a principibus sacerdotum, vt Iesum ligatum captiuumq; ad eos perducerent. Qui intrantes Bethaniã cum furore maximo dixerunt beatæ Virgini. Vbi est ille proditor filius tuus, quem volunt iudei interficere? Rñdit beata virgo. Filius meus nũquam inuentus est aliquem prodisse, sed bene saluasse. At illi magis ad iracundiã prouocati eũ vbiq; perquirentes, & non inuenientes cum magno impetu dixerũt Virgini gloriosæ. Cito de morte istius perfidi filij tui intelliges, non.n. poterit euadere manus nostras. Tam diu enim illum quæremus quòd inueniemus, & occidemus. Recogitate ergo o deuoti christiani ꝙ beatissima virgo his auditis, quasi mortua cecidit ad terram. Demum ad se aliquantulum reuersa continue timebat ne a iudeis filius suus occideretur. Cum autem per vnam hebdomadam non reuerteretur, nec de illo aliquid intelligeret, putauit eum iam tunc se occisum, vnde cum maximis gemitibus exclamabat.

Quid factũ fuit post reuersionem Christi e Bethania.

CVm igitur talis afflicta dolorosa mater lachrymaretur venit tandem Iesus in Bethaniam die Sabbati ante Dominicam palmarum, vbi inuenit matrẽ suam præ multitudine lachrymarum, ac doloribus innumeris multum corpore fatigatam. Quam blandis sermonibus consolari volens, & ipse a lachrymis cessare non poterat. Cogitabat.n. quidnam factura esset, qñ eum in crucis patibulo suspẽsum aspiceret. In illo aũt sero parauit cęnam Iesu Maria Magdalena, & Martha in domo Simonis leprosi, vt patet. Ioan. 12. In qua cœna fuit Simon leprosus, & Lazarus resuscitatus. Et dicit Augu. ꝙ ipse narrauit multa de pœnis inferni, & purgatorij, & de statu sanctorum patrum in limbo. Cum autem Christus in hac cęna esset, Maria Magdalena accepit libram vnguenti nardi spicati, idest de spicis, & folijs confecti, & vnxit pedes Iesu, & repleta est domus ex odore vnguenti Ioan. 12. Dixit ergo Iudas auaritia duct⁹. Quare hoc v[illegible]nentũm non venit trecentis denarijs, & datum est egenis. Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eũ sed quia fur erat & latro, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. Et licet hoc idem alij discipuli dixerunt, tamen iste vt dictum est auaritia dixit. Illi autem ægenorum pietate dixerunt. Videns igitur Iesus, Iudæ, & aliorum murmurationem dixit. Quid molesti estis huic mulieri. Opus enim bonum operata est in me, finite illam vt in die sepulturæ meæ seruet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis.

Vnctio qua Christus a Maria Magdalena vnctus fuit figurata fuit Leui. 18.

HÆC autem vnctio figurata fuit Leuit. 18. vbi habetur quòd Aaron antequam ad altare accederet vt Deo offerret sacrificium, erat vnctus spacio dierum septem: Sic & Christus debuit septima die antequam ascenderet ad altare crucis perungi. Quæ omnia considerans beata virgo, & in corde suo conferens

[..]tus præ suspitione incipiebat dolere. Sequenti vero die, idest in Dominica palmarum, vt patet Ioan. 12. Matthæi. 21. Lucæ. 19. ac Marc. 11. Venit Iesus Hierusalem sedens super pullum asinæ, & summo honore receptus est. Sed omnes isti honores in illa die versi sunt ibi in contumelias, vt infra videbimus. Tunc autem impleta est prophetia Zachariæ. 9. scripta. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator, & ipse pauper, & sedens super asinam, & pullum asinæ. Illo autem die cum sero factum esset, rediit ieiunus in Bethaniam cum discipulis suis. Neminem enim inuenerat in Hierusalem qui eum vel ad potum aquæ frigidæ inuitauerat. Quod considerans mater Iesu magis dolere cœpit. Vnde & filium rogauit dicens. Fac mitissime matri tuæ hanc gratiam fili, quam toto conatu deposco, vt amplius istis diebus non reuertaris in Hierusalem. Cui cum reuerentia Christus respondit. Patientiam habeas in me mater mea, quia tempus est vt adimpleantur scripturæ. Nam Isa. primo scriptum est. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et 5. c. iterū dicitur. Quid debui facere vineæ meæ & non feci? expectaui vt faceret vuas, fecit autem spinas. Et Hiere. quarto. Stultus populus meus non me cognouit. Et 5. Negauerunt dominum & dixerunt, non est ipse neq; veniet super nos malum. Et 11. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Necesse est igitur vt hæ prophetiæ in me compleantur. Quo audito beata virgo magis doluit, & tenerrime flere cæpit. Sed vtcunque a filio confortata, vna cum ipso ad cœnam perrexit. Sed credo quòd præ nimio dolore parum comedit. Die autem Lunæ, secundum Matth. vbi supra & Mar. 11. & Lucā 20. tempestiue surrexit Iesus, & iterum iuit Hierusalem, & cum esset in templo prædicauit. Et secundum cronicas in isto die adduxerunt scribæ, & pharisei mulierem in adulterio deprehensam, quibus sapientissime respondit, & eam ab illorum manibus liberauit. De sero autem iterum venit ieiunus in Bethaniam, & inuenta matre reuerenter eam salutauit. Cui mater respondit. Quomodo potest mihi dari salus, cum timeam te subito esse moriturum? saltem ante mortem tuam corporalis præsentia tua mihi non deesset. Quomodo enim fili mi possum non dolere, cum videam, quòd tu qui es panis viuus Angelorum, qualibet die sis sic famelicus, nec sit aliquis qui tibi panem, aut aquam ministret? Cui Christus. Mater dilecta confortare & patientiam habe. Necesse est enim impleri scripturam de me. Psal. 68. di. Ego sum pauper & dolens. Et Psal. 87 Pauper sum ego & in laboribus a iuuētute mea: Et Psal. 39. Ego autem mēdicus sum, & pauper. Quibus auditis mestissima mater magis ingemiscere cœpit, atque per totam noctem angustiis plena remansit.

Aliæ cōtemplationes pulcherrimæ de Christo.

TERTIVS DOLOR beatæ Virginis in tardatione filij sui.

DIE autem martis de mane reuertitur Iesus Hierusalem, & veniēs ad templum tota die prædicauit, & cum principibus sacerdotum, & phariseis multas disputationes habuit. In hac die proposuerunt principes in qua potestate dæmonia eijceret, & campsores de templo expelleret, herodiani vero de tributo Cęsaris, Matth. 22. Pharisei autem de maiore legis mandato ibidem. Et de multis aliis quæ longum esset e narrare. Quibus omnibus Christus imposuit silentium sapienter respondendo. In hac etiam die Christus multas parabolas proposuit, scilicet de filio prodigo Lucæ. 15. Et de laborantibus qui occiderunt filium patrisfamilias. Matth. 21. Vnde in fine omnium dixit, quòd ab eis occidendus esset. Quapropter voluerunt eum tenere, sed abscondit se ab eis, quia nondum venerat hora eius. Dū autem iret in monte Oliueti cum discipulis suis, prædixit eis vniuersale iudicium mundi, vt patet Matth. 25. Et in fine verborum dixit eis. Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur, Matth. 26. Et licet hoc multoties dixerit eis nunq̄ tā sic determinate sicut nunc. Nam hoc verbum dixit die martis de sero, quia agnus pa-

ſchalis die Iouis ſequenti debebat manducari, quando ſcilicet initium erat magnæ ſolemnitatis quæ erat in paraſceue idest in feria ſexta. Sed quia Christus propter multas occupationes vltra ſolitum tardauerat venire ad hoſpitium. Ea propter conſidera anima deuota in qua anxietate debebat eſſe mater ſua quando præteribat hora conſueta aduentus ſui. Puto enim quòd tunc credidit filium ſuũ eſſe captum. Vnde ad Mariam Magdalenam cum multis lachrymis recurrens inuitauit eam vt ſecum vellet ire verſus Hieruſalem. Cui obtemperans Magdalena venerunt ſimul verſus Hieruſalem lachrymandæ & ſuſpirando. Mater Ieſu alta voce plorando dicebat. Fili mei, cur me tam cito dereliquiſti? O vnica ſpes mea, cur ita cito te perdidi? Nonne dicebam tibi, ne accederes ad illos perfidos iudæos? Heu me infelicem, quæ tam breui tempore tam delicatum filium tamque iocundum amiſi.

Hos autem fletus a longe audiens Ieſus & ipſe ingemuit. Statimq; vt quidam contemplatores dicunt Petrum, & Ioannem ante ſe miſit vt ſuum matri aduentum nunciarent. Quos currentes à longe proſpiciens beata virgo magis ingemuit putauit enim quòd ad nunciandum eius mortem venirent. Et ideo in terram cadens ſemimortua remanſit. O virgo piiſſima, quid facies in monte Caluariæ, quando videbis filium tuum in cruce ſuſpenſum vulneratum, cruentatum, & mortuum? Si nunc pro modico ita doles atque ita ingemiſcis? Sed hæc ſunt initia dolorum.

Maria ſimul cũ filio Bethaniam pergit.

INterea venit Ieſus, & ipſe præ compaſſione matris ingemiſcens & plorãs. Quo appropinquato matri, illa vires aliqualiter recipiens, ad pedes filij ſe proſtrauit, lachrymando, ſuſpirando, nec aliquid præ dolore loqui valens. Sed verbis Ieſu aliquantulum recreata ſimul cum filio Bethaniam pertexit. Amboq; ingemiſcentes pauca præ dolore loqui valebant, plorabant etiam Apoſtoli omnes, ſimulq; Maria Magdalena quibus Ieſus ne plangerent innuebat, ſed nec ipſe a lachrymis continere poterat. Tandem poſt lachrymas præparatã eſt menſa, in qua maior fuit cibatio lachrymarum, quàm aliarum rerum. Non enim præ dolore comedere poterant. O amarum conuiuium, o meſtiſſima cœna, o cribulata refectio, in qua pro cibis lachrymæ, pro æpulis ſuſpiria, pro ferculis gemitus, ac lamenta ſumuntur.

QVARTVS DOLOR Beatæ Virginis in filij ſui allocutione.

ALtera autem die ſcilicet Mercurij cum non introiſſet Ieſus Hieroſolimã more ſolito cauſa prędicationis, quod fecit ſecundum doctores, vt non impediret tractatum, ac determinationem quæ de eius morte fienda erat. Conuenerunt principes ſacerdotum, & ſeniores populi in diſputando cum Domino Ieſu non occupati in atriũ principis ſacerdotum qui dicebatur Caiphas, tractantes inter ſe quomodo eum occiderent. Dicebant autem. Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo vt habetur Matth. 26. Ad mortem autem Ieſu procurandam illos inuidia incitabat. Vnde Ioannis. 11. dicebant. Quid facimus quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum. Quibus reſpondit Caiphas Vos neſcitis quicquam nec cogitatis, quia expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gẽs pereat. Et in hoc prophetizauit neſciẽs quid diceret. Et ad hoc applicari poteſt illud Vrgilij in 5. Eney. vnum pro multis dabitur caput. In hoc ergo concilio exiſtentibus iudæis acceſſit ad eos iudas dicens. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? quòd autem hoc fuerit iſto die approbat eccleſia, quæ ipſo die legit illam prophetiam Iſaiæ. 62. Ecce merces eius cum eo &c. Vnde ſolent pleriq; deuoti die Mercurij ieiunare, & a carnibus abſtinere per totum annum in cõmemoratiõnẽ huius venditionis. Et quia vnguentũ expẽſum in pſona Chriſti æſtimatum fuerat a Iuda trecentis denarijs,

Multæ aliæ tenẽtur cõtemplationes de Chriſto.

naris, aut decimam partem lucri more so-cio habere poss. t 30. argenteos pro pro-ditione sua quæsiuit. Vnde vt dicit Mat th. 26. Constituerunt ei triginta argen-teos. Hæc autem iudæ proditio prænun ciata fuerat Psal. 54. vbi in persona Chri sti dixit Dauid. Si inimicus meus maledi xisset mihi sustinuissem vtiq;. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuis-set, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis Dux meus, & notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos in domo Dei ambulauimus cum cō sensu. Et Abdiæ 1. dicitur. Qui comedūt tecum, ponent super te insidias. Et Psal. 40. inquit Christus. Ecce homo qui ede-bat panes meos magnificauit super me supplantationem. Contemplandum est-ergo q̃ dolor Christi fuit magnus etiam hoc q̃ ab eo traditus fuit, qui ei particu-lariter ad benefaciendum erat obligatus. Nam Greg. in 20 moralium exponens il-lud Iob. Expectabam bona, & venerunt mihi mala, ait. Quæ videlicet mala perse cutionum minus dolerent si ab infideli-bus aduersarijsq; consurgerent; sed eo deterius mentē electorum cruciant, quo ab illis veniant de quibus bona præsume bant. De precio autem quo venditus est Iesus prophetauerat Zacha. 11. sui li. c. di-cēs in persona Christi. Appræciauerunt mercedem meā triginta argenteis. Et Hie re. inquit in persona Christi, vt recitatur Matth. 27. Et acceperunt triginta argen-teos, precium apreciati, quem a preciaue runt a filijs Israel, & dederūt eos in agrū figuli. Quam prophetiam Hiero. scribit se legisse in quodam libro hebraico, qui intitulatur Hieremiæ prophetæ. Istam autem crudelem venditionem confide-rans quidam deuotus doctor exclamauit dicens. O iuda, cur non vendidisti matrē cum filio, vt quorum erat inseparabilis amor, & charitas, conformis fieret passio vtriusq; Et Aug in sermone quodam de Passione Domini inquit O iuda iniquis-sime mercator, o iuda auare pessime, po-tuisti petere a matre eius triginta illos argenteos, & ipsa quia paupercula erat ostiatim eundo, ipsam pecuniam inuenis-set, vel se ipsam vendidisset, tibiq; tradi disset antequam sic turpiter suum filium vendidisses.

Audit Maria vēditionē Christi, videtq; apostol. lachrymātes, suspicabatur id ꝑ pus passionis ꝓpe esse & id q̃rebat ab Apostolis quare plorent.

CVm istam venditionem intellexisset beata Virgo vtpote publicā, & quasi omnibus notam vidensq; filium suum a prædicatione cessare, magis afflicta est existimans mortem eius in proximo futu rā, maximè quia in hoc die videbat Mag dalenam, & Apostolos plus solito mestos & dolentes, suspicata est eos aliquid scire de morte filij sui. Licet enim Christus duabus alijs vicibus prædixisset Apostolis passionem suam vt habetur Matth. 13. & 20. tamen quia non dixerat eis tempus, credentes forte q̃ in longum futura esset, non multum affligebantur. Isto autem die mercurij quia sero præcedenti audierant ab eo, quòd post biduum debe bat capi, & tradi ad Crucifigendum vt su pra dictum est, magis solito affligebātur. Vnde nec comedere poterant nec in simul stare vel colloqui præ dolore valebant. Nec in conspectu Christi, aut Virginis propter multitudinem lachrymarum comparere volebant. Quod videns pijssima Virgo Maria causam illius fletus intelligens, suspicando dicebat. Heu heu, quàm cito tēpus illud aduenit, heu mihi quia gladius passionis appropinquat, heu mihi quàm cito perdam filiū meum. Ibat deinde ad Magdalenā & plorans dicebat. O soror mea scisne aliquid de filio meo? dic mihi. Quæ lachrymando respondebat. Non possum tibi aliquid dicere Mater mea, magistraq; mea charissima, nisi quòd res male se habent, & nihil boni est pro filio tuo. Similiter adibat Apostolos dicens. O filij mei dulcissimi quid habetis? quid fletis? quid ploratis? Illi autem magis lachrymantes, propter præceptum Domini aliquid beatæ Virgini reuelare non audebant. Sed singultibus ac suspirijs, id quod erat ei innotescere faciebant.

Quō Christus suā passionem Virgini Mariæ reuelauit.

TVnc doloribus plena Virgo pijssima tota lachrymis madefacta ad pedes dilecti filij sui se prosternens amplexando eum humiliter, ita vt filius a fletibus se continere non posset rogauit illum dicens. Fili mi dulcissime, per illum timorem, & laborem, quem sustinui in fugiendo & portando te in Ægyptum, & per illum amorem filialem quem erga me te habere cognosco, dic mihi, quid futurū est

de

de te. Tu.n.es filius Dei, tu nihil ignoras tu omnia nosti, nulla te latet cogitatio. Tunc Dominus Iesus precibus matris cōmotus, per totam illam noctem secreto loco cum ipsa matre se restringens, vltra solitum ei totum ordinem suæ passionis reuelauit. Vnde considerare possumus ꝙ inter alia dicta sic eam allocutus fuerit. Mater mea dilectissima, & Virgo purissima, quia mane sequenti a te sum recessurus, & iturus velut agnus ad mortem, accipe quam vales de me consolationem. Iam. n. amplius tecum cū hac carne mortali familiariter manere non potero. Ad quę verba velut exanimis, & mortua Virgo Virginum effecta, per magnum spatiū loqui non potuit. Sed allocutione filij blādissima, viribus vtcunq; resumptis genu flexa ante illum, sic eum suppliciter exorauit. Te deprecor fili, qui es omnipotēs, & alio modo potes humanum genus redimere, quàm per mortem tuam. Tu.n.es ille qui dixisti, & facta sunt, qui mandasti & creata sunt, vt dicitur Psal. 148. vt sine morte tua humanam redemptionem pficere velis. Quod si omnino mori deliberas, saltem magis honestum, atq; leuiorē modum eligas moriendi. Non.n.est ęquū iustum & innocentem occidi & interfici, vt scriptum est Exo. 23. Ad hæc Virginis verba, Dominus Iesus respondit. Mater mea amantissima patientiam habe, si qđ postulas tibi non concedo. Necesse est.n. adimpleri ea quæ scripta sunt in prophetis de me, a quibus nō solum de mea morte, sed etiam de modo moriendi, & de omnibus meis cruciatibus est prædictum. Oportet igitur me tanquam malefactorē capi, & ligari, vt adimpleatur illud quod scriptū est Tren. vlt. Christus Dominus in peccatis nostris captus est. Et Psal. 58. in persona mea dixit Dauid. Cęperunt animam meam, irruerunt in me fortes. Oportet etiam me per totum corpus crudeliter flagellari, & barbam meam horribili cruciatu euelli, vt adimpleatur quod scriptum est Isa. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Et Psal. 72. Ego fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Et Zacha. 3. Fili hominis data sunt super te flagella, & ligabūt te. Oportet insuper me corona spinea coronari, vt verificetur illud, quod ego prędixi per os prophetę Dauid Psal. 31. Conuersus sum in erumna mea dum configitur spina, de qua etiam dictum est Ezec. 28. Offendiculum amaritudinis, & spina dolorem inferens. Oportet etiam me ad mortem cōdemnari, vt verificetur quod prædictum est Psal. 93. Captabunt in animam iusti & sanguinem innocentem condemnabunt. Videbis ergo Mater mea me in medio duorum latronum occidi, vt impleatur prophetia Isa. 53. c. dicens. Tradidit in morte animam suam, & cum sceleratis reputatus est. De morte etiam mea prædixit Daniel propheta 9 sui libr. c. dicens. Occidetur Christus & pater meus cęlestis 3 Esdr. 7. c. dicens. Morietur filius meus Iesus, & conuertetur seculum. Cito igitur Mater mea me videbis in ligno Crucis suspensum, vt adimpleatur illud Iob 7. Suspendium elegit sibi anima mea. Videbis mihi in angustia mortis sitienti, amarissimum propinari poculum, iuxta illud Psal. 68. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Cum tamen alijs interficiendis detur vinum optimum, iuxta illud Prou. 31. Date siceram merentibus, idest potum inebriatiuum, & vinum his qui amaro sunt corde, vt bibant & obliuiscantur ęgestatis suæ. Videbis etiam Mater mea dilectissima manus meas, & pedes in Cruce clauis horribiliter perforari, vt adimpleatur prophetia Psal. 21. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerūt omnia ossa mea. Heu dolorosa Mater, quia videbis latus meum lancea perforari de quo in persona mea dicitur Iob. 16. c. Circumdederunt me lanceis suis. Vulnerauerunt lumbos meos, concidit me vulnere super vulnus, irruens in me sicut gigas. Et Zacha. 12. scriptum est. Videbunt in quē transfixerunt. O quàm amara annunciatio fuit hæc, quæ corpijssimæ Virginis sicut sagitta penetrans vulnerauit. Considera anima deuota quòd beata Virgo talia verba audiens clamorosas voces continere non potuit, ita vt Apostolos & Magdalenam etiam ad lachrymosas voces incitaret. Tunc tota illa domus plena erat lamentationibus & lachrymis plusquam dici possit. O beatissima virgo sufficiebat

tibi

tibi condolere, & post dolere. Tu vero vo luisti ante dolere. Cur scire tētasti, quod audire noluisses? Profecto gladius passionis filij tui prius pertransiuit animam tuam quàm carnem suam.

QVINTVS DOLOR Beatæ Virginis in filij sui discessione.

TALIBVS anxietatibus afflictam Matrem suā conabatur pius Dominus noster consolari, atq; illius dolorem lenire di. Noli ita contristari de morte mea dilectissima Mater, quia tertia die gloriosus a mortuis resurgam nunquam amplius moriturus, tibiq; apparebo, atq; gaudebit cor tuum. Cui Mater inquit. Si tam horribilem, ac vituperosam mortem subire te conuenit, ad minus hanc gratiam mihi concedere digneris fili mi, vt ante te hæc tua infelix Mater moriatur, ne videat dilectum filium suum crudelibus supplicijs afflictum cruciari, & tam vituperabili, atq; terribili mortis genere mactari. Exaudi ergo charē fili Matrem tuam, quæ te sine Patre genuit, suis vberibus lactauit, & tanta amoris dulcedine educauit. Scriptum est.n. Exo.20. Honora Patrem tuum & Matrē tuam. Tu vero dixisti Matth 5. Non veni soluere legē, sed adimplere. Rñdit Iesus & ait. Hoc quod postulas tibi concedere non debeo, quia tunc filialem amorem erga Matrem non seruarem. Oporteret.n. animā tuā ī limbo collocari, ibiq; in illo loco tenebroso expectare, donec p̄ mortē meam fiat satisfactio pro delicto primorū parētum, & aperiatur ianua Paradisi, q̄ p̄p illud clausa fuit. Est autem ęquū q̄ anima tua quæ ab omni peccato immunis fuit, etiā ab oī pęna sit exēpta, & recto tramite ad Cęlum ascendat, qđ esse non posset si ante me morereris. Nec insuper congruum est, q̄ tu Mater tantæ dilectionis mihi filio tuo in tantis calamitatibus non compatiaris. In te.n. sola debet fides mea remanere. Nā oēs discipuli me derelinquēt, vt verificetur illud quod scriptū est Psal. 87. Elongasti a me amicū & proximum, & notos meos a miseria. Et Longe fecisti notos meos a me. Et Iob 19. in persona mea similiter dr. Fratres meos longe fecerūt a me, & noti mei quasi alieni recesserunt a me. Vnde dicere potero, illud Isa.63. Torcular calcaui solus, & de gētibus nō est vir mecū. Si ergo tu Mater mea mihi nō compatereris, quis doloribus meis compateretᵉ? His verbis pijssima Mater cōmota, dolorosis fletibus, singultibus, atq; suspirijs annuit humiliter dicendo Fiat fili mi voluntas patris tui in te, sed obsecrò, vt ante q̄ recedas des mihi benedictionem tuā, vt sustinere possim anxietatem & indicibilē dolorē, quem in aīa mea sentire me oportet. Tunc genuflectens ante filium, Dñs quoq; Iesus ante Matrē suā genuflectit, Magdalena, & Apostolis circum circa plorantibus, & cum filiali humilitate, ac benignitate dedit benedictionem suam dilectissime Matri suæ, in ipsa incipiendo signum Crucis. Tunc B. Virgo tota lachrymis madefacta leuando oculos ad Cęlum dixit. O Pater ęternæ obsecro vt mihi fortitudinem dare digneris, sentio.n. mihi vires deficere. Et si cito mihi auxiliū nō pręstes, sine vita hic me remanere necesse est. Cui Christus præ teneritudine non valens se a lachrymis continere dixit. Mater mea charissima tu es tota benedicta. Ab ipso.n. patre meo benedicta es in Cœlis, & ab Angelo benedicta fuisti in terris, & nunc ego te denuo benedico. Vale igitur Mater mea benedicta Angeli defendant te, Spiritus sanctus, & Pater meus confortet te, vt dolorem & afflictionem tolerare valeas. Et reuoluens se Iesus ad Magdalenā dixit. Cōmēdo tibi matrem meam, filia mea, associa eā, nec derelinquas, tene eā nec post me venire p̄mittas, afflictioni suę, mei & sui amore subuenias. Tunc dolorata Magdalena clamare & lachrymas amaras emittere cępit dicens. O magister bone, quid faciet sine magistro discipula? Quis me docebit amplius? quis me confortabit? quis me in via Dei diriget? Cui Christus. Noli timere filia quia post mortem meam, tertia die postquā apparuero Matri meæ, tibi primo apparebo, & dolor tuus conuertetur in gaudium. Quibus dictis benedixit Magdalenæ, Lazaro, & Marthæ, & omnibus in domo existentibus. Et iterum genuflectens ante Virginem dixit ei. Obsecro te dilectissima Mater, vt antequā va-

dam

dam ad mortem benedicat mihi anima tua. Tūc B. Virgo amplexando collū eius osculata est faciē, genas, os, caput, & oīa membra, lachrymas indesinēter effundēs, suum & filij dolorē augendo. Quo tandē benedicto, & vsq; ad portā domus socia to, ipso recedente cūm Apostolis, & ipsa eū sequi volebat. Retro aūt aspiciēs Dñs & videns eam sequentē, cū loqui nō valeret præ cōpassione innuebat manu Magdalenæ & Marthæ vt retinerēt matrem, nec post se vllatenus dimitterent illā accedere. Quapropter ad preces Magdalenæ & Marthæ dolorata Mater plena anxietatibus, cū eis filio suo orbata remansit. O dura separatio, o amara discessio, o anxia derelictio. Quis hāc fine mētis amaritudine cogitare valeat? Plange popule meus cum Maria fac sibi societatem cum Magdalena. Conforta eam quæ amaritudine plena est & dolore.

SEXTVS DOLOR B. Virginis, in Filij sui captione.

DIMITTEMVS causa breuitatis, qūo Saluator noster postq̄ a Matre recessit in monte Syon cū discipulis suis agni Paschalis cęna facta corporis sui Sacr̄m instituens, illos cōicauit. Pertransibimus etiā silentio, qūo discipulorū pedes lauit, & sermonem eis fecit, in quo de ꝑditione Iudę & Petri negatione prædixit. Illa vero tantummodo declarabimus, quæ maiorē cōpassionē & gemitum de morte Saluatoris nostri, & anxietate Matris eius nos inducere possunt. Completis igit̄ ꝓdictis misterijs, surgens a cęna Dñs noster dixit discipulis suis. Surgite, eamus hinc vt hr̄ Io. 14 Stabant.n. Apostoli velut attoniti pp verba Christi, q eis in cęna dixerat q̄ ab vno eorū debebāt tradi ad mortē, ꝓinde verbū excitatiuū emisit di. Surgite eamus O quantus pauor tunc in eos intrauit, nescientes quo ire deberent, & de eius separatione plurimū formidātes. Cōsidera ergo aīa deuota discipulos euntes post eū lachrymātes, & dolentes, atq; a pectore amara suspiria trahentes, quos benignus magister duxit trans torrentē cedron in villā q̄ dr̄ Gethsemani, in qua erat hort⁹ vt hr̄ Io. 18. Et ꝗuis Lu. 22. & Matth. 26. dicat q̄ exierūt monte Oliuarū, huic nō contradicit sed in idē redit, vt ait Aug. in lib. de consensu Euangelistarū. Nā torrēs cedron est fluuius pluuialis, transiēs per vallem Iosaphat, inter mediū montis Oliueti prope torrētē ꝑ iactū lapidis. Sicut igit̄ in horto deliciarū factū est a primo Adā furtum de fructu arboris interdictę ita in horto & prope hortū fuit initiū & & finis satisfactionis, qa in horto cepit pati secūdus Adā Christus, & soluit debitum in arbore Crucis, vnde ipse inquit. Cant. 8. aiæ peccatrici. Sub arbore mala, suscitaui te, ibi corrupta est genitrix tua. Sciebat aūt & Iudas qui tradebat eū, locū, quia frequenter conuenerat illuc cum discipulis suis vt dr̄ Io. 18. Tūc dixit eis. Sedete hic donec vadā illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedei cępit cōtristari & mestus esse, & ait illis vt hr̄ Matth. 26. Tristis est aīa mea vsq; ad mortē. Considerate o deuoti Christiani q̄ benigne Dñs orbis tribus illis discipulis aduocatis eos forte amplexando, & nūc supra vnū, nunc supra aliū, dexterā extēdēdo, cū suspirijs & anxietate multa dicebat. Heu filij mei, discipuli mei charissimi. Tristis est aīa mea vsq; ad mortem. Quę verba scd̄m Nic. de Lira exponunt dupliciter. Primo extensiue, qa illa afflictio durauit vsq; ad mortē. Scd̄o intēsiue quia tm̄ intensa erat, quantū poterat esse. O pium Saluatoris verbū, o amabilis vox, o flebilis allocutio. Tristis est aīa mea vsq; ad mortem. i. tanta tribulatione, & anxietate, quod est mihi quasi mors.

De pfectu Christi in hortum.

POst hæc aūt verba dixit eis. Sustinete hic, & vigilate mecū. Et auulsus est ab eis quantū est iactus lapidis, & procedit in faciē suā orans & dicens. Pater mi si possibile est transeat a me calix iste. Quæ verba scd̄m doctores emanauerunt ab affectione sensualitatis, quę tā horribilē timebat passionē. Et de hoc timore ꝓpheta uerat Dauid in persona Christi Psal 54. dicens. Cor meū conturbatū est in me, & formido mortis cecidit sup me. Post quæ verba subiunxit Saluator. Veruntm̄ non sicut ego volo, sed sicut tu. Quæ verba emanauerunt a voluntate rōnis. In qbus vt ait Aug. docuit humanā voluntatē diuinę voluntati debere cōformari. Finita vero orone, venit ad discipulos suos & inuenit

Seqtur cōtēplando sequentia in passione Christi.

inuenit eos dormiētes,& dixit Petro. Siē nō potuisti vna hora vigilare mecū? quasi diceret. Vbi ē feruor tu° o Petre,q paulo āte mori volebas p me,& p modicū tē p° non potuisti mecum vigilare? Deinde omnib° intulit dicens. Vigilate, & orate mecū. Et 2. abijt,& orauit dicēs. Pater mi si nō potest hic calix trāsire nisi bibā illū fiat volūtas tua,quasi diceret. Licet o pater amātissime Horribili, atq; terribile valde me subijcias passioni,qa in capite libri scriptū ē de me, vt facerē volūtatē tuā,sicut prædixit Da. psal. 38. Fiat sanctissimū beneplacitū tuū. Verūtamē ne dereliquas me Dñe de° me°,ne discesseris a me. Intēde i adiutoriū meū Dñe de° salutis meę. Quia repleta est malis anima mea,& vita mea morti appropinquauit.

Aliæ contēplationes. POst hæc autē verba iterū ad Discipulos venit. Et vt dicit Mat. 26. inuenit eos dormiētes,erāt.n.oculi eorū grauati, & ignorabāt qd respōderent ei, vt ſi Ber. ait. O magna cōfusio. Nā ardēti° desiderāt seculares perniciosa,q̄ nos vtilia, ala cri° ipsi currūt ad mortē q̄ nos ad vitā. Cū.n.discurreret cū sollicitudine tradendi Christū ipse iudas,tūc Discipuli sōno grauabūt. Tertio abijt relictis illis, & iterū orauit eūdē sermonē dicens 2. Matth. vbi supra. Et vt dicit Lu. 22. fact° in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttę sanguinis decurrētes in terrā. O bona Iesu, iā p me seipis effūdere tuū sāguinē preciosū. Cōsidera igitur aīa deuota,q tūc fuerunt pręsentata aīę Christi omnia quę ventura erāt sup eū, ita vt tot° sanguis relictis mēbris ad cor recurreret. Ratio vero,& sensualitas inuicē cōtēdebāt,siue amor,& timor quia iō rū charitate volebat ipsum mori. Sensualitas aūt cū timore recusabat. Sed charitas vincta cū ratione vincentes sensualitatē, cū tanto impetu intrauerunt ad cor, q expulerūt formidinē. Charitas etenim foras emittit timorē 1. Io. 4. & 23 q. 4. c. qs nos. Et ita intumefacere fecerunt cor illius,q totū sanguinē qui ad illud cucurrerat,ea timore expulsum ab eo discurrere fecerunt p oīa mēbra,quæ ita calefacta fuerunt,q apertis oībus poris, sudor sanguinis decurrebat in terrā. Ideo Augu. in serm. quodā loquens cū Dño Iesu inqt. Angustias qdem aīæ & carnis tuæ Dñe Iesu indicat sudor ille sanguineus,q oratiōnis tpe de sanctissima carne tua guttatim decurrebat in terrā. Vnde n. aīæ tuę tā vehemens timor? vnde tanti sudoris anxietas,& tā anxia supplicatio? Sed ppterea hoc agere voluisti, vt maioris erga te amoris stimulos haberemus,hęc ille.

Sequitur ostēdendo quō Angel° apparuit ei, et quō a iuda osculatus fuit. CVm aūt sic oraret, vt dr Lu. 22. apparuit illi Angelus de Cęlo cōfortans eū. Hæc aūt apparitio scd'm Nic. de Lira fuit in visione corporali. Ex quo ostēdit q in eo erat vera humanitas, q̄ cōfortabatur contra tristitiā insurgentē in parte sensuali ex cōsideratione mortis imminentis. Ex quo ēt apparet vehementia doloris Christi in sua oratione. Tā vrgēs.n. erat dolor eius, & immēsa afflictio, vt Angel° ad eū cōfortādū mitteref. Cū ergo in tātis anxietatib. oraret, ecce Angel° Dñi princeps cęlestis militiæ Michael astetit cōfortās eum & dicēs. Salue te Dñe Iesu. Orōnē & sudorē vestrū sanguineū, patri vro obtuli in cōspectu toti° curię supnę, & oēs supplicauim° vt calicē hūc trāsferret a vobis. Et rñdit. Nouit, nouit, filius me° Iesus,qa redēptio humani generis q̄ sic optamus, fine effusione sanguinis sui sic decē ter fieri nō pt. Et iō si salutē vult aīarum, oportet eum p ipsis mori. Tunc rñdit Iesus Angelo. Salutem aīatū volo, & iccirco mori decerno. O amor indicibilis, o amor incomparabilis, vt Dei filius eligat potius mori, q̄ perdaī genus humanū. Et ait Angelus ad eum Confortamini igif,& viriliter agite. Excellum.n. decet magnifica facere, & magna nimum ardua strenue tolerare. Cito transibunt pęnosa, & perpetuo gloriosa succedent. Tūc ergo exurgens Dñs aliqualiter cōfortatus & videns in spiritu iudā antecedentem turbā,& ad ipsum capiendum veniētem, prexit iterū ad discipulos totus sanguine madefactus. O aīa deuota, inspice mentali oculo Iesum vulrū suū tergentē atq; discipulis suis dicentem. Dormite iā & requiescite. Inuenit.n. iterū ipsos dormiētes. O verus amor. Vere cū dilexisset suos in finem dilexit eos. Nā in tāta positus anxietate pcurabat eorū qetem, videbat a longe aduersarios suos venientes cū facibus,& armis, nec tñ discipulos excitauit, nisi qñ ppe & iuxta eos fuerunt. Tūc aūt dixit illis. Suffi cit, venit hora, & filius homi-

hoīs tradeē in manus peccatorum. Satis dormistis. Ecce qui me tradet appropinquat. Adhuc eo loquēte, vt dř Matth. 26. Ecce iudas vnus de duodecim, & cū eo turba multa cū gladijs & fustibus missis a a sacerdotibus & senioribus populi. Qui aūt tradidit eum, dedit illis signū dicens Quemcunq; osculatus fuero ipse est tenē te eum, & ducite caute. Præuenit ergo iudas pessim⁹ mercator ne appareret, ꝙ esset ipse de consortio malorū. Et eis dedit hoc signum. Primo quia mos erat discipulis in recessu a Christo bñdictionem recipe, in reuersione vero osculū pacis. Secundo vero qa Iesus simulabaē Iacobo Minori, ne vnus ꝓ alio caperet. Tertio ne posset aliquo modo aufugere, & ne iudei deciperentur in eius trāsfiguratione.

VEnit igiē iudas vt dř Matth. 26. & salutans eū dixit. Aue rabi, & osculatus eū. Et verificata fuit ꝓphetia Hiere. 9 c. di. Ore suo pacem cū amico suo loqtur, & occulte ponit ei insidias. Dixitq; illi Iesus. Amice ad qđ venisti? Osculo filiū hoīs tradis, vt hř Lu. 22. quasi diceret. O iuda amice mi, quem ego tantopere dilexi, quem ad apostolatum vocaui, cui familiarem me dedi, cuius pedes in cœna genuflexus laui, & osculatus sum, cui corpus meū tradidi, cui nunꝗ displicui, quē nunꝗ offendi, quare venis ad ꝑdendum patrem, ad extinguendū lucē, ad vitā negādum, ad magistrū & ad pastorem tuū occidendum? Licet aūt tāta in me mala cōmiseris, tñ reuertere ad me, & ego suscipiā te. O vere benignissimum & mansuetissimum Dñm, q licet doleret de iniuria ꝗ sibi inferebat iudas magis tñ affligebaē de dānatione eius. Cōtra quem ꝓditorem exclamat Bern. O iuda hoīum immanissime, tu cito te dānationi ꝑpetue mācipasti, dum dicis magistro tuo. Aue, magistrum vocas mentito ore, cuius doctrinā & correctionem totaliter cōtempsisti, mel portas in ore, & amaritudinem ac venenum in corde. Sciens autem Iesus oīa ꝗ ventura erāt sup eum, ꝓcessit obuiā iudæis ad se capiendum venientibus, & dixit ad eos, vt hř Io. 18. Quem ꝗritis? Et hoc fecit vt ostenderet se voluntarie pati. Vt verificaretur illud Isa. 53. c. Oblatus est, qa ipse voluit. Rñderunt autem illi. Iesum Nazarenum. Quibus cum

Ostēdit eius traditionē a iuda, & ei⁹ captionē a iudæis.

Dñs rñdisset? Ego sum, omnes abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrā. Et verificatum fuit illud Psal. 26. Qui tribulāt me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. vnde Aug. inquit. Vox sola turbam odijs ferocem, armis terribilem, sine vllo tello ꝑcussit, repulit, & strauit, virtute diuinitatis latentis. Quid iudicaturus faciet, si iudicādus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, q moriturus hoc potuit? Iterum autem interrogauit eos dicens. Quē ꝗritis? Illi autem dixerunt. Iesum Nazarenum Rñdit Iesus. Dixi vobis, quia ego sum? Si ergo me ꝗritis, sinite hos abire. Tunc accesserunt, vt dř Matth. 26. & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eū. Hic ꝑterbimus silentio, qđo B. Petrus habens gladium ꝑcussit Pōtificis seruum, cui nomen Malcus, & abscidit auriculā eius, ꝗ tāgens Dñs Iesus sanauit eum, vt dř Io. 18. Tunc ergo capto magistro suo, discipuli omnes relicto eo fugerunt. Et tunc adimpleta fuit ꝓphetia Zach. 13. di. Percutiā pastorem, & dispgenē oues gregis. Qđ cōsiderās deuotus Ber. exclamat di. O bone Iesu, o pie, benigne, misericors, curialis & large, Vbi sunt misericordiæ tuæ? Nullus est q tui misereaē. Vbi sunt infirmi quos sanasti, & curasti? Nullus te associat. Vbi sunt mulieres, & hoīes quos de qnq; panibus saturasti? Nullus est q te recognoscat. Vbi sunt bñficia ꝗ Apostolis cōtulisti? Ecce iā te omnes derelinquunt, hæc ille. Adolescens autem qdā, vt dř Matth. 14. sequebaē Dñm Iesum amictus Syndone sup nudo & tenuerunt eum. At ille relicta Syndone nudus ꝓ fugit ab eis. Qui licet a qbusdā dicaē fuisse Iacobus Minor, tñ secđm Greg. & Bedā fuit Io. Euāgelista. Rogauerat. n. illum B. Virgo, vt ei annunciare festinaret, ꝗcunq; sup filium suum accidere videret. Currebat igiē B. Ioannes altas ad sydera voces emittens, quas a longe audiens Mater Iesu, & ipsa vehementer lachrymare cępit. Erat. n. vt crediē ad fenestrā domus auscultās, si aliquos clamores audiret. Sciebat. n. ꝙ illa nocte filius suus debebat a iudęis apprehendi. Cum ergo descendere vellet ad aperiendum Ioanni ianuā, & præ debilitate incedere nō valeret, venit Ioānes ad ostium pulsans & lachrymosis vocibus nunciās ei Christum

captum

raptum fuisse a iudæis..

Quibus dictis B. Virgo velut mortua cecidit in terrã, Sed B. Ioãnis & Magdalenæ ac Marthæ dulcibus verbis, atq; exhortationibus aliquãtulum mitigata, cũ tñ deficientibus sibi viribus ex dolore incedere nõ posset. Rogauit illã. B. Ioannes, vt eum ad videndum finem magistri sui currere permitteret, promittens ei, quòd ante cõdemnationem eius ad mortem ad eam reuerteretur. Cui tandem consentiens beata Virgo in eodem loco doloribus plena remansit.

SEPTIMVS DOLOR B. Virginis in filij sui deductione..

CAPTVS igitur Iesus a turbis ligatus est ab eis, & maximis pœnis afflictus. O flebile spectaculũ, o dolendum malum, o lachrymabile factum, videre illos crudelissimos iudæos leonum more cõtra Dñm Iesum frementes, & rugientes. Alij cœperunt eum p capillos suos, & violenter in terrã piecerunt, alij gratiosas manus eius capientes retro verterunt, alij funibus duris illas ligauerunt, alij cathenã collo eius imposuerunt, alij cõtumeliosis verbis iniuriabantur sibi, alij deniq; pugnis, & pomis suorum ensium pcusserunt eũ. Quid audis o aĩa mea? Nõne hic est rex Angelorum? Nõne hic est Iesus Dei & Virginis filius? Nõne est Creator, & Redemptor tuus? Cur ergo nõ ploras, cur nõ clamas ad sydera? O Iesu mi, salus aĩæ meæ, pfecto nunc adimples q̃ scriptum est p Isa. pphetã 53.c. sui lib. dicens. Vere lãgores nr̃os ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse vulneratus est pp iniquitates nostras attritus est pp scelera nr̃a. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Oẽs nos quasi oues errauimus, & Dñs posuit in eo iniqtatem oium nostrum. Cõsidera igit̃ o aĩa deuota qũo ducit̃ ab illis neqssimis de torrẽte sursum versus Hierusalem p illum montem petrosum, pedibus discalciatis, capite discoopẽrto, inclinatus ex fatigatione & vehementi acceleratione incedens. Dicit aũt Damasce. vt pie credendum est, q̃ ducentes eũ cum fune ad collũ siue cathena, eũ magna festinatione, manibus post terga ligatis, fecerunt eum cespitatẽ cadere cum transiret torrentem cedron, & sup illis lapidibus ore contundit, ita vt fracto ore, & facie sanguis cõflueret. Et tunc verificatum fuit illud Psal. 109. De torrente in via bibit, ppea exaltauit caput. Dicit etiã Damasce. q̃ pp tonsiones lapidũ, qa nox erat, & rabide violenterq; trahebãt eum, pedes eius & tibiæ ita cõfractæ sunt, vt sanguis vndiq; emanaret. Nullus vero erat q in tantis calamitatibus cõstituto auxiliũ pberet. Et tunc verificatum fuit illud Isa. 63. Circunspexi & nõ erat auxiliator, qsiui & nõ erat q adiuuaret. Et Psal. 68. inqt Dauid in persona Christi. Sustinui q simul cõtristaret̃, & nõ fuit, & q cõsolaret̃ & nõ inueni. Et Psal. 141. iterum ait. Cõsiderabã ad dexterã, & videbã, & nõ erat q cognosceret me. Et ex hoc causabat̃ maximus dolor ipsius. Nã vt dr̃. C. de apostatis l. hi q grauior pœna est cõuersari inter hoies, & eorum carere suffragijs, q̃ pcul ab hoibus existentẽ, ipsorum solacium nõ sentire. Et ideo pculdubio graue fuit Christum in terra iudæorum quasi cum peculiari populo singulariter electo cõuersari bñfaciendo, & nõ solum carere eorum suffragijs, & ab oĩbus amicis derelinqui, sed ab illo ingratissimo populo sic vituperose, & crudeliter tractari. Considerate o deuoti Christiani totã ciuitatem cõmotã, & discipulos amaricatos, & tristes, hinc inde fugientes, & ad Cœlum voces lachrymosas emittentes & dicentes. O bone Iesu qd facient sine magistro discipuli? Quis a luporũ rabie defendet oues pcusso pastore? Sic igit̃ vinctum deduxerunt pfidi iudæi Dñm Iesum ad domum antiqoris põtificis. s. Annæ q erat socer Caiphæ, vt dr̃ Io. 18. Quod fecerunt primo ob reuerentiã ipsius, qa erat senior. Scd̃o qa domum eius prius inuenerunt iuxta q̃ trãsibant. Tertio qa volebant eũ ibi melius ligare, & se alijs socijs roborare ne sibi caperetur. Quarto vt eũ in pluribus locis vituparent Beda vero aliã assignat rationem dicens, q̃ forte diuinitus factum est, vt q erat affines sanguine sociarent̃ in scelere. Interrogatus igitur Dñs Iesus ab Annã de discipulis, & doctrina sua, qa discipuli aufugerãt, solũ de doctrina dedit rñsum dicens. Ego palã sp docui in sinagoga & in tẽplo, quo oẽs iudei cõueniũt

&

& in occulto locutus sum nihil, qd me iterrogas? Interroga eos, q me audierunt. Ipsi.n.sciunt qd dixerim ego. Quod cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapã Iesu dicens. Sic rñdens pontifici? Hic aũt vt dicunt aliqui, erat ille cuius auriculã ipse sanauerat. Et iõ dicit Chriso. O q̃ nepharia ꝑcussio, quid hac alapha stultius, & indecentius? Tunc verificatũ est illud quod scriptũ est Micheæ 5. Percutient maxillã iudicis Israel. Et Tre. 3.c.dr̃ de Christo. Dabit ꝑcutienti se maxillã, saturabiť opprobrijs. Rñdit aũt illi seruo Dñs humiliter dicens. Si malo locutus sum, testimoniũ ꝑhibe de malo, si autem bene qd me cedis? O admiranda patientia mãsuetissimi Iesu, q percussus in faciem ictu graui manuq; furibunda, adeo vt sc̃d̃m quosdã dentes oris; eius remouerenť, & os eius sanguinem expueret, nihil tñ cõtumeliose locutus est illi, sed solum innocentiã suã defendit. Quã Dñi mitissimã rñsionem cõsiderans Aug. in quodã sermone inquit. Quid hac rñsione verius? Quid mansuetus & iustius? O magna Dñi patientia, o inaudita humilitas, o ineffabilis mansuetudo, quæ nec se excusauit, nec ipsum dire verberantem puniuit. Considera ergo anima deuota, ꝙ ibi illi perfidi iudæi diuersis Dñm Iesum afflixere supplicijs. In qua quidem domo Annæ cum esset Ioannes intrauit, vt dicitur Ioan. 18.c. & possumus deuote meditari ꝙ videns eum sic afflictũ & denuo ligari, vt duceret ad Caiphã principẽ sacerdotũ, cucurrit ad annunciãdũ B. Virgini, vt eã associaret ad videndum filium suum anteq̃ moreret. Quã cum semi mortuã reperisset vidẽs ꝙ illa secum ꝑgere nõ posset, imo nec se mouere a stratu in quo iacebat ex maxima anxietate, cum licentia eius perrexit ad videndum si Dño suo tã afflicto, aliqd adiutorij impendere valeret, iterum ꝓmittens B. Virgini quòd quam primum determinationem iudæorum de filio suo, intelligeret illi protinus nunciare festinaret.

OCTAVVS DOLOR
B. Virg. in filij sui accusatione.

MISIT igiť Annas Dñm Iesum ligatum ad caiphã generũ suũ, qui erat pontifex anni illius, vbi scribę & pharisei cõuenerant, vt dr̃ Matth. 26. Sed hic silentio ꝑ[illegible] Simonis ueritatis cã qualiter Petrus anteq̃ Gallus cãtaret ter Christum negauit. Et quo respexit eum Dñs Iesus, & ipse egressus foras fleuit amare. Principes igiť sacerdotũ & oẽ cõcilium q̃rebant falsum testimonium cõtra Iesum vt eum morti traderent & occiderent, sicut dr̃ Matth. 26. Et hoc ꝓphetatum fuerat ps. 36. vbi dr̃. Surgentes testes iniqui q̃ ignorabã interrogabãt me. Cum autem multos falsos testes adduxissent, nõ inueniebãt causam mortis in eo. Refert.n. Nicodemus in Euãgelio suo, ꝙ aliqui ex eis testibus adductis cõtra Christum spiritu sancto coacti, dixerunt. Nos vidimus eum miracula facientem. Alij autem dixerunt. Nos audiuim⁹ eum verba veritatis ꝑdicantẽ, & similia pleriq; locuti sunt, Deo mouente linguã eorum cõtra voluntatem ipsorum. Nouissime autem venerunt duo falsi testes dicẽtes. Hic dixit, possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. Sed cum nõ esset cõueniens testimonium eorum, & Iesus nihil ad ea rñdisset. Princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per Deum viuũ, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei viui. Rñdit illi Iesus. Tu dixisti. Verumtñ dico vobis, amodo videbitis filium hoĩs sedentem a dextris virtutis Dei, & veniẽtẽ in nubibus Celi. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens. Blasphemauit, qd adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiã, qd vobis vr̃? Scidit autem vestimenta sua sc̃d̃m Chriso. vt accusationẽ Christi redderet grauiorem. Illi vero ꝑfidi iudæi fermentes, & rabiæ pleni cum pontifice suo dixerunt. Reus est mortis tanq̃ malefactor, seductor & blasphemus, statimq; fecerunt illud ꝙ inqt Ber. di. Vultum tuum Dñe Iesu desiderabilẽ, in quẽ desiderãt Angeli ꝓspicere, spu tis inquauerunt, manibus ꝑcusserunt, alapas dantes & dicentes, ꝓphetiza nobis Christe, qs est q te ꝑcussit? Et vt inqt Mar. c. 14. Vellauerunt faciem eius & hoc fecerunt sc̃d̃m aliquos, ne videntes gratiosissimã & dignissimã faciem eius pietate mouerenť. Et postea ꝑ totã istã noctem ligatũ, & maceratum derisionibus, & opprobrijs vexauerunt, & in manibus famulorum, &

Cõtẽplatio circa accusationẽ Christi.

seruorum

seruorum flagellandũ, & cruciandum reliquerunt. Et dicunt nõnulli q̃ post flagella durissima, eum sic vulneratum ꝓiecerunt in dolium aquę frigidę, vt sic oẽs cruciatus suos renouarent, vnde in p̃sona sua dixerat Dauid Psal. 68. Saluũ me fac Deus, quoniam intrauerũt aquę vsq; ad animam meã. Infixus sum in limo ꝓfundi, & non est substantia. Sed vbi es o Maria? An ignoras quę circa dilectum Filium tuum geruntur? Dicunt quidã deuoti q̃ postq̃ B. Ioannes vidit Dominum Iesum sic crudeliter maceratum, dubitãs ne præ doloribus deficeret, & moreretur cucurrit velociter in Bethaniam vbi erat planctus indicibilis. Sed per ipsum clamor & vlulatus factus est magnus, pulsans namq; ad ostium à Virgine orante, tremente, & attonita auditus est. Cui cũ Magdalena aperuisset ostium, Ioannes baiulans, flens & lachrymans dixit omnia B. Virgini quæ viderat.

Quibus auditis B. Virgo, licet debilissima tamen vires sibi præstante animo, rogauit Magdalenam & Martham vt eã ducerent ad videndum Filium suum. Ioanne ergo antecedẽte cum lucerna in manu ipsa apodiata Mariæ & Marthæ illarum sustentationibus ferebatur. Cum autem Hierusalem ingressa esset inueniens quosdam interrogauit eos dicens, illud Cant. 3. c. Num quem diligit anima mea vidistis? Illi autem responderunt illud quod scriptum est Can. 5. c. Qualis est dilectus tuus, o pulcherrima mulierum, quia sic adiurasti nos? Illa autem dixit. Dilectus meus candidus est & rubicundus, pulcher, & decorus, electus ex millibus. Cui illi responderũt illud Isa. Vidimus eum, & non erat aspectus, sed quasi absconditus est vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. Cum autem ex tali responsione magis anxia anteiret beata Virgo, ecce alius discipulus qui, vt quidam dicunt, fuit Iacobus minor, cum maxima festinatione currens beatamq; Virginem inueniens ei narrauit omnia.

Contẽplatio doloris B. Virg. Mariæ.

IN his ergo locutionibus & inquisitionibus dum affligeretur beata Virgo, ecce quòd vt quidam deuoti dicunt, ventus vehemens extinxit lumen quod portabat Ioannes ante Virginem. Cum autem audisset quosdam ictus & percussiones fieri in quodam apotheca cuiusdam fabri lignarij volentes accendere lumen percusserunt ad ostium. Quo aperto vidit mestissima mater tres Cruces ibi paratas, vnamq; alijs altiorem statimque quod fiendum erat intelligens ac dubitans illam Crucem magnam filio suo pręparari, volensque melius certificari interrogauit fabrum qua ex causa tres illas Cruces præparasset. Cui ille respondit. Tres latrones occidere hoc mane statuerunt iudęi, quorum princeps est quidam qui dicitur Christus, pro quo hæc magna Crux præparata est. O pijssima Virgo, quam amarus ac crudelis fuit tibi nunciatus iste. O deuoti Christiani flete cum Maria. Nam vt dicunt quidam dolorosa Mater hoc audito cecidit ad terrã tantumq; fleuit, vt ex oculis eius sanguis viuus efflueret, verumtamen cupiens ante mortem amplecti filium suum, melius quàm potuit fecit se a Magdalena & Martha ad domum Caiphæ deduci. Cumq; per ostium apertum inspiceret filium suum in medio curiæ flagellari, ac diuersis supplicijs affligi exclamauit dicens. O Fili mi dulcissime quare tibi hæc faciunt illi canes impudentissimi? Tu es Filius Dei, quem de Spiritusancto concepi, quẽ adorãt Angeli, & isti perfidi iudęi tã tãq; malefactorem occidere non timent. O lumen oculorum meorum, o spes & solaciũ vitę meę, o gaudium, & iocunditas mea, fac, & me mori tecum. In his & similibus suspirijs cum affligeretur dolẽtissima Mater Filij sui dolorem augendo, ad ostio domus cũ verberibus & opprobrijs ab illis perfidis iudęis repellebatur. Mane autem facto cum duceretur Dominus Iesus ad domum Pilati, expectauit B. Virgo filium suum per quandam viam transiturum, quem cum vidisset lachrymosis oculis intuebatur eum.

Christus ad ducitur ad domum Pilati.

Adductus est igiť D. Iesus ad domũ Pilati, sed perfidi Iudęi in prętoriũ intrare noluerũt, vt nõ cõtaminarẽtur cohabitatiõe hoĩs gẽtilis. Sed vt mũdi mãducarẽt Pascha. Sup q̃ admirãs Aug. inq̃t. O impia cęcitas iudęorũ, ꝓtoriũ intrare timebãt, & fratris innocẽtis sanguinẽ effundere nõ timebãt. Sub habitaculo contaminantur

nanior alieno, & non contaminantur sceleri proprio. Exiés igitur Pilatus ad iudęos inquit. Quā accusationé affertis aduersus hoiem istū? Qui rñderūt. Si nó esset hic malefactor, nó tibi tradidissemus eum. Hæc auté prænunciata fuerāt Psal. 21. vbi in persona Christi dr. Circundederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit, me aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Et Psal. 3. Dñe multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgūt aduersum me. Et Psal. 40. Aduersum me susurrabāt oēs inimici mei, aduersum me cogitabāt mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me.

ACcusabāt ergo illum iudei dicentes. Hunc inuenimus, Primo subuertentem gentě nostrā, Secundo prohibentem tributū dari Cęsa. Tertio dicété se filiū Dei, & regem iudeorum. Cum autem diceret Pilatus. Accipite eum vos, & secūdum legem vestram iudicate. Respondebunt. Nobis non licet interficere quemquam. Ex quo demonstrabant ꝙ valebāt eum occidi. Romani enim aliqua minora permittebant iudeos iudicare, sed sibi reseruabāt causām sanguinis, & mortis, vt inquit Nico. de Lira super Io. 18. c. Et 16 Pilatus nolens Christum occidi, qué sciebat innocentem volebat eum a iudeis iudicari. Illi vero morti eius insidiantes, quęrebant a Pilato mortis sententiā contra eum promulgari. Sed hic omissis multis contentionibus, inter iudeos, & Pilatum factis, quibusdamq; interrogationibus quas Christo Pilatus fecit. Reuertamur ad Beatam Virginem Mariam, corā Pilato cū filius eius accusaretur astanté.

Contēplatio de Maria Virgine astante corā Pilato.

O quam gelidū tunc factum est cor virginis, quantoq; dolore repleta est anima eius, cum videbat maledictos iudeos tātis falsitatibus filium suum accusantes, ac mortem eius omni conamine procurantes. Exclamabat autem & dicebat. O proditores, iniqui, médaces, & perfidi iudei, quid mali vnquā fecit, hic filius meus innocens, purus, impollutus, immaculat⁹, & virtutibus plenus? O ingrata gens, qd boni tibi facere potuit, & non fecit? Cęcos tuos illuminauit, leprosos mūdauit, paralyticos curauit, infirmos sanauit, & demones effugauit, ac mortuos suscitauit. Quare ergo illius necē quęris? Hæccine reddis Domino tuo popule stulte, & insipiens? Exclamabat quoq; ipsa benedicta vergo dī. O infęlicissima mater, o mulier tribulatissima, o genitrix oī dolore repletissima, quę video dilectū filium meum iniustè accusatum, defendere non possum, iniquissime calūniatū & adiuuare nequeo. Miserere mei saltē tu o Pilate? Redde mihi vnigenitū filiū meū ab his sceleratissimis iudęis tā crudeliter maceratū, quod si eū condemnare deliberas, eandem & de hac misera Matre solam proferens, aneq̄ dulcissimum filium meū occidi permittas, prius hanc infelicem Matrem eius interfice.

NONVS DOLOR

B. Virginis, in filij sui illusione.

POSTQVAM Pilatus diligēter examinauit oēs accusationes cōtra D. Iesum adductas, dixit iudæis sicut scriptū est Io. 18. Ego nullā inuenio causam in hoīe isto. At illi fortibūda voce clamabant. Cōmouit vniuersum populū, incipiens a Galilea vsq; huc. Audiens auté Pilatus Galileam nolari, & intelligens eū esse de Herodis potestate, remisit illū ad Herodē, qui & ipse erat Hierosolymis illis diebus, pp festum parasceuem. Herodes aūt viso Iesu gauisus est valde. Erat enim ex multo tpe cupiens videre eū, eo ꝙ audierat multa de eo, & sperabat signū aliquod videre ab illo fieri. Interrogabat aūt eum multis sermonibus, vt dr Lu. 23. Dicit deuotus Aōsel. ꝙ interrogabat si erat ille quē pater suus ab infantia voluit occidere, & pp qué innocentes occiderat. Interrogabat etiā si ipse Lazarū resuscitauerat. Item rogabat eū, vt aliquod miraculū faceret. At ipse nihil rñdit, tū quia curiose petebat, tum ne impediret eius Passionem. Nā pmittebat eū liberare si ad eius nutum aliquod signū fecisset. Stabat igitur iustus corā peccatore, agnus mansuetus corā lupo rapace, Iesus Christus coram Herode crudeli. Stabant aūt, & principes sacerdotū, & scribę constanter accusantes eū, vt dr Luc. vbi supra. Et tunc adimpletū fuit illud Psal. 37. Qui iuxta me erant de longe steterunt, & vim faciebant qui q̄rebant aīam meā. Ego aūt tanq̄ surdus non audiebā,

Christ⁹ mittitur ad herodē, a quo illuditur.

&

& sicut mutus non apperiens os suũ. Videns igitur Herodes q nec miraculũ, nec verbum ab eo habere poterat, ex hoc reputans eum stultũ spreuit illum cũ exercitu suo, & illusit eum, ac fecit in maiorẽ derisionem indui veste alba, & remisit eũ Pilato, Et pp hoc facti sunt amici Herodes, & Pilatus illa die: nam ante inimici erant ad inuicẽ. Et verificata fuit ꝓphetia Psal.2.di. Astiterũt reges terrę & principes conuenerunt in vnum, aduersum Dominum & aduersus Christum eius.

Christus p totã ciuitatem ligatus ducitur, & illuditur. Considerate igiĩ o deuoti Christiani, qualiter D noster Iesus Christus p totã ciuitatẽ velut amens deducĩ, irridetur, & illudĩ. Et tũc impleta est ꝓphetia Dauid in psona Christi Psal.21.di. Oẽs vidẽtes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt capue. Itẽ ꝓphetia Psal.68. di Propter te sustinui opprobriũ, operuit cõfusio faciem meã. Et ibidẽ. Factus sum illis in parabolã. Aduersum me loqͤbãtur q sedebãt in porta, & in me psallebãt q bibebant vinũ. Et Abdiæ 1. dr Christo. Illuserunt tibi fęderis tui, oẽs viri tui illusores. Procedebat ergo Cęlorũ rex sic vituperatus demisso ac verecundo vultu, oium clamores, cõuicia, ac subsanationes & lapidũ ꝑcussiones, ac immunditiarum infectiones patientissime tolerabat. Seqͤbatur illũ mestissima Mater, & lachrymas amarissimas effundens exclamabat dicẽs. O Fili mi charissime, tu qui es sapientia Dei patris, vt stultus ab oibus irrideris, tu q es scientia Angelorũ demens reputaris. Tu q es vera philosophia oium gẽtium, tanq mentecaptus a cunctis reprobaris. Dñs vero Iesus sic cõfusus cũ maximo dolore intuebatur Matrem suam ostendens in se verificatum esse illud dictum psalmistæ. Tota die verecũdia mea contra me est, & confusio faciei meę cooperuit me.

DECIMVS DOLOR B. Virginis in filij sui flagellatione, & coronatione.

DDVCTO igitur Dño Iesu iterum ad Pilatum, valde contristatus est Pilatus q herodes illũ remisisset ad eum. Vocãs autem principes sacerdotum & scribas, dixit ad illos illud quod scriptum est Lu.23. Obtulistis mihi hoiem hunc tanq auertente populum & ecce ego corã vobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eũ accusatis. Sed neq; Herodes. Nã remisit illum ad nos, & ecce nihil dignum morte actũ est ei. Est autem cõsuetudo, vt vnum vinctum dimittã vobis in Pascha, vultis ergo dimittã vobis regẽ iudæorum? Sciebat.n. q ꝑ inuidiã tradidissent eum summi sacerdotes, vt dr Marci 15. Principes autem sacerdotum, & seniores suaserunt populo vt peterent Barabam, Iesum vero perderent. Erat aũt Barabas latro, qui pp seditionem & homicidium missus fuerat in carcerem. Dicente ergo præside. Quem vultis de duobus dimitti, Barabã, an Iesum qui dr Christus? *Querit Pilatus dimittere Iesum.* Exclamauit turba. Tolle hunc, & dimitte nobis Barabã. O quali gladio feriebatur tunc cor Virginis Matris, cum audiebat horribiles illos clamores Iudæorum petẽtium potius liberationem Barabæ latronis, q filij sui innocẽtissimi. Dixit illis Pilatus. Quid igitur faciam de Iesu, qui dr Christus? Responderunt omnes. Crucifigatur, vnde Ber. ait. O principes iudęorum excęcati, o stipula deputanda ardoribus infernalibus, quare vultis accumulare tot scelera & peccata, vt præferatur iniquus iusto? Et deuotus Anselmus exclamat. O inrectum cambium, o iniqũ iudicium, bonus despicitur, & iniquus postulatur, Iustus punitur, & peccator liberatur: agnus occidĩ, & lupus acceptatur: vita deferitur, & mors reseruatur. Iterum autem dixit ad iudæos Pilatus volẽs Dominum Iesum liberare. Quid.n. mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige, crucifige eum. Et Pilatus ad eos. Nullam causam mortis inuenio in eo, corripiam ergo illum & dimittam, quasi diceret secundum Bedam. Flagellis illum, & ludibrijs quantum vultis afficiam, dũ modo innoxium sanguinem non effundã. Credens igitur Pilatus q iudęi videntes Dominum Iesum crudeliter flagellatum, compassione moti, eum relaxari permitterent, tradidit eum flagellandum militibus suis. Qui suscipientes illum in prætorio cõgregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et exuentes vestimentis suis, clamidem purpuream circũdederunt ei, & plectentes coronam de spinis posue-

runt super caput eius, & arundinem in manu eius, & genuflexo ante illum illudebant ei dicentes. Aue rex iudæorum, & expuerunt in eum, ac accipientes arundinem percutiebant caput eius, vt dicitur Matth. 25. & Mar. 15 & dabant ei alapas, sicut scriptum est Io. 19. Et tunc verificatum fuit illud quod in eius persona prædictum fuerat Iob 16 Nunc oppressit me dolor meus, & ad nihilum redacti sunt oẽs artus mei, hostis meus collegit furorẽ suũ in me, & cominans mihi infremuit contra me dentibus suis, & terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerunt in me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam. Saturati sunt pœnis meis. Conclusit me Deus apud iniquũ, & manibus impiorum me tradidit. Tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit sibi quasi in signum. Facies mea intumuit a fletu, & palpebræ meæ caligauerũt. Hæc passus sum absq; iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces, hæc ibi. De Christo autem inquit Aug. Expalmatur qui est palma victoriæ, spinis coronatur, qui spinas peccatorum venit confringere, ligatur qui soluit compeditos, disciplina cæditur, salus vulnerat, vita moritur, occiditur ad tempus vita, a morte vt in perpetuum a vita occidatur mors, hæc ille. Considera igitur anima deuota, qualiter Dominus Iesus ad columnam ligatus durissime flagellatur. Et tunc verificata fuit prophetia Psal. 37. Vbi in persona Christi dicitur. Quoniã ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Stabat igitur nudus coram omnibus, iuuenis elegans, & vere nudus, speciosus forma præ filijs hominum, careq; e us innocẽtissima & tenerrima, repleta est liuoribus & fracturis. Et tunc impleta est prophetia Psalmi præallegati dicentis. Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Et quod per os prophetæ prædixerat Dominus Mich. 1. dicens. Vade spoliatus & nudus, faciam planctũ. Tunc etiã adimpletũ fuit illud quod p̃dixerat Isa. sui libr. 61. c dicens. Affixerunt spiritum sancti eius.

Cũ pijssima Virgine Filiũ eius de-

COmpatere igitur Christiane Domino tuo sic afflicto. Fluebat. n. vndiq; regius sanguis, de omnibus partibus corporis quio & columna, & flagella madefie- bant, & terra sub pedibus eius sanguinea erat. Cum igitur eum post dira verbera soluissent, quia præ debilitate maxima se sustentare non poterat, cecidit in terrã sanguine suo irrigatã, totusq; cruentatus est. Sic igitur cruciatum adduxit eum foras Pilatus, & dixit iudæis, vt hr Io. 19. Ecce homo. O Mater dolorosa respice si cognoscis Filium tuum, opprobrium hominum factum, plagis repletũ, ac spinis coronatum. Dicunt. n. doctores q̃ corona illa erat de iuncis marinis admodum spinarum caput Dñi Iesu penetrantium, ita vt sanguis ab illarum puncturis emanans totam faciem eius sanguine madefaceret. Quarum spinarum ego vnam vidi, dicit autem Ber. q̃ ipsa corona os capitis perforauit & vsq; ad cerebrum peruenit, & Chriso. de Christo ait. Mille pũcturis caput eius impletur. Recogita igitur anima deuota, si tunc commota sunt viscera virginis super filio suo. Æxistimo n. q̃ tunc exclamauit ad sydera, & cum lachrymis filio suo dixit. Heu heu Fili mi, quare sic vulneratum te cernon

plorare debemus.

Et his dictis defecit in ea spiritus eius & non remansit in ea vox neq; sensus. O corda adamantina, o corda lapidea, o corda ferro duriora, quæ B. Virgini & Filio eius non compatiũtur in tantis afflictionibus. Aperite igitur Christiani viscera pietatis, & cum pijssima Virgine deplorate, & Filium eius sanguine cruentatum oculo mentis aspicite.

VNDECIMVS DOLOR B. Virginis, in Filij sui condemnatione.

CVM vidissent aũt iudęi D. Iesum sic cruentatũ tanq̃ canes sanguinẽ leporis vidẽtes exclamare cęperũt. Crucifige crucifige eũ. Dixit eis Pilatus. Accipite eũ vos & Crucifigite, ego eni nõ inuenio in eo cãm. Rñderũt iudæi vt dr Io 19. Nos legẽ habemus & scd̃m legẽ dẽt mori, qa Filiũ Dei se fecit. Cũ audisset aũt Pilatus hos sermones magis timuit, & ingressus in p̃toriũ dixit ad Iesum. Vñ es tu? Iesus aũt rñsum ei nõ dedit Et tũc verificatũ fuit illud q̃ p̃dixerat Is. 53. sui lib. c. dicẽs. Sicut ouis ad occisionẽ ducẽt, & quasi agn' corã tõdẽte se obmutescet,

tescet, & non apetiet os suum. Sed hic omissis quibusdã intertogationibus quas fecit Pilatus Dño Iesu maxime quærendo quid esset veritas, prosequentes Passionem Dñi, solum magis deuotis contéplationibus intendemus. Exclamantibus igitur iudæis ad Pilatum. Si hunc dimit tis non es amicus cæsaris. Extimuit Pilatus, & adduxit Dñm Iesum foras vt iudi caret eum. Vbi Chriso. dicit. Facile deuiat a iustitia, qui in causis magis hoiẽm q̃ Deũ formidat. Erat autem parasceuẽ hora quasi sexta, & sedit pro tribunali in loco qui dr̃ Lithostratos hebraicæ autẽ Golgotha. Vt df Io. 19. Et dixit iudæis. Ecce Rex vester. Illi autem clamabant. Tolle tolle, Crucifige eum. Dicit eis Pilatus. Regem vestrum Crucifigam? Respon derunt pontifices. Nos non habemus regem Cæsarem.

Sedente autem Pilato pro tribunali, misit ad eum vxor sua dicens. Nihil tibi, & iusto illi. Multa. n. passa sum hodie per visum pp illum Sicut df Matth. 27. Vbi dicit glo. Rabani. Quod diabolus videns patientiã Christi, & cognoscens se prosternendũ ex humilitate eius voluit per mulierem reuocare passionis eius process sum, sicut per mulierem procurauit dam nationẽ humani generis. Videns autem Pilatus obstinationem iudæorũ de morte Christi, accepta aqua lauit man⁹ suas corã populo dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti huius. Vos videritis. Qui rñderunt. Sanguis eius sup nos, & super filios nostros. Vbi quidã deuotus doctor exclamat di. O dati in reprobum sensum & obstinate malitiæ, crimen vestrum ad posteros vestros destinatis. Sufficiebat. n. vestra perditio, sed sic fiat vt postulatis. Vnde vt experientia patet, oẽs posteri eorum iudæorum qui prædicta verba di xerunt, vel Dñm Iesum flagellauerunt, seu conspuerunt, particularibus infirmitatibus sunt detenti. Quidam. n. ex eis brachio dextro se iuuare nõ possunt. Alij sputum emittere nõ valent. Nõnulli vero continuũ sanguinis fluxum patiuntur. Factis igitur signis iustitiæ consuetis, Pilatus data publice sententia Dominum Iesum ad Crucis patibulũ adiudicauit. Quod audiens dolorosa Virgo ad pedes filij prostrata cum lachrymis sic eum allocuta est.

Natæ meæ vires, mea magna potentia solus,
Solamen vitæ, spesq; salusq; meæ.
O benedicte puer sanctorum gloria mundi
Plasmator, Mater vita beata tuæ.
Agnæ Dei pateris hanc cur mitissime mortem?
Quid vidua infelix sola relicta geram?
Qui tam terribili tibi transfixere corona
Nate caput? vita visne perire mea?
Tunc Iesus eximia mestam pietate parentem
Conspiciens, dulci voce benignus ait.
Pro me cur tantos fundis dulcissima fletus.
Mi genetrix? obitu pone dolore meo.
Nanque mea totus pœna saluabitur orbis.
Qua sine Cœlorum gaudia nullus habet.
Desine iam tantos ad sydera mitterẽ planctus,
Iamq; oculi tacet fessa pupilla tui.
Namq; cito propria validus virtute resurgam.
Et iubilans, victis hostibus astra petam.

DVODECIMVS ET vltimus beatæ Virginis dolor in Filij sui Crucifixione, & occisione.

Data igitur sententia mortis, statim vexilla Pilati emissa sunt, & omnes iudęi ruerunt in Dominũ Iesum tanquam canes rabidi, portantes necessaria ad eius Crucifixionem & mortem, voces clamorosas ad sydera mittentes, & dicentes. Ducamus cito latronem istum ad suspendium.

Expellens autem iudæi B. Virginem cum pugnis & verberibus, in medio duorum latronũ posuerunt filius eius Crucem suam suis fessis humeris baiulãtem. Cerne igitur anima deuota & considera quõ vadit curuus sub Crucem Dñs tuus anhelans ex ponderosa Crucis deportatione. Vnde quidam versificator inquit. Incedit curua mitis ceruice magister.

In faciē nimio sæpe dolore cadēs. Tūc autem verificata fuit ꝓphetia Dauid Psal. 37. in psona Christi di. Miser factus sum & curuatus sum vsq; in finē, tota die cōtristatus ingrediebar. Ibat autem ad passionem benignissimus D. Iesus lachrymosis vocibus dicens ad orientem reuolutus O oriens, en morior ex amore? Deinde ad alias mundi partes se reuoluens idem dicebat. Sequebatur autem eum Mater eius Virgo pijssima, & anxiebatur ire versus filium, vt eum adiuuaret ad Crucem portandum, quæ magna & ponderosa nimis erat. Sed propter tumultum populi appropinquare non poterat. Audiebat tamen illos perditos iudæos, filium suū irridentes, & verberantes. Alios super caput & faciem eius lutum, & alias immunditias proijcientes. Rogabat autem transeuntes, quos cognoscebat fuisse aliquando filij sui deuotos & beniuolos dicens vt flerent filium eius.

Post hæc aūt verba ait angustiata Mater ad Ioannem & Magdalenā. Ducite me quæso ad locum quo videre valeam & tāgere filium meum anteq̄ præ dolore hic moriar. Ducta igitur ad portam ciuitatis, qua fili⁹ eius erat trāsiturus, aspiciēs a longe, vidensq; filium sub Cruce quasi deficientem & inter duos lattrones stantem, sed ꝑ vultus eius palorem atq; ex immunditijs in illum proiectis deturpationem, ac propter deformitatem plagarum eum non bene cognoscens, dicebat ad socias. O sorores meæ cognoscitis filium meum? Estne ille qui velut leprosus & mortuus ita incuruatus venit? Cui omnes amarissime flentes dixerunt. Ipse est, o Mater plena doloribus hic vere est filius tuus. Tunc respiciens eum mœstissima Mater exclamando dixit. O fili dulcissime. Fili mi sanctissime angustiatus es nimis, iam in me deficio, & me sustinere nō valeo. Et hæc dicens amplexata est filiū suum, & Filius Matrem. Et dolor Matris communicatus est cum dolore filij, & ecōtra. Ita q̄ dolor vnius pertransiuit cor alterius, & præ lassitudine & amaritudine ambo defecerunt in via tanq̄ exanimes. Vnde in eodē loco extant vestigia vnius ecclesiæ quę olim a Christianis in memoriā huius misterij fuit fabricata, & S. Maria de Spasmo propter hoc appellata.

Contēplatio de Iesu quādo ducebatur ad Crucifigendum & de eius Crucifixione.

TVnc illi carnifices & pessimi iudæi pedibus, & pugnis percutiebant, & conculcabant B. Virginem & D. Iesum nō valentem surgere, nec amplius Crucem portare, crudeliter per capillos apprehendentes a terra leuauerunt, & angariauerunt quendam Simonem Cireneū venientem de villa vt portaret Crucē eius. Maria vero Magdalena cum alijs mulieribus erexit B. Virginem quæ præ dolore amplius incedere nō valebat. Sed caput suū reclinans super quandam petram, tanta vehementia lachrymas emisit, q̄ vsq; ad hodiernum diē apparēt vestigia lachrymarum dictam petram excauantium, sicut mihi retulit quidā frater noster qui prædictam petram vidit in ciuitate Constantinopolitana. Cū igitur pijssima Virgo videret se virib⁹ deficere, rogauit Magdalenam & Martham, vt eam ad locum in quo occidendus erat filius suus deportarent. Ad quem locum cum deportata fuisset B. Virgo, deductus quoq; fuit filius eius, & in pręsentia eius omnibus vestimentis est spoliatus. Ex qua spoliatione renouati sunt omnes dolores, & cūctę plagę corporis eius. Erat. n. tunica eius iā carni applicata ex congelatione sanguinis. Quam tunicam extractā ostenderūt Virgini sanguine madefactam. Et poterāt dicere illud Gen. 37. Vide vtrum tunica sit filij tui an non. Cōsidera igitur o anima deuota & inspice pio mentis oculo alios parere malleos, & clauos, alios facere foramina Crucis, alios mensuram brachiorū sumere, alios foramen in quo Crux poneretur facere, alios vero percutientes D. Iesum in pectore super Crucē prosternere. Alios vero vnam manum conclauare, alios autem aliam manum cum fune ad aliud foramen violenter trahere, & extēdere. Erant. n. nerui attracti ex conclauatione primę manus. Et dicit Ber. q̄ illi claui non erant bene acuti, sed quadri, & obtusi, non tm̄ carnem penetrantes, sed etiam ipsam carnem secum, & neruos & ossa intra lignum trahentes. Manibus igitur D. Iesu in Cruce affixis, cum fune ligantes pedes eius ad locū foraminis violenter traxerunt, atq; plagas ambarū manuum renouauerunt. Erant. n. nerui corporis eius retracti ex conclauatione manuum & dolore. Aliqui autem dicunt q̄

vnum-

vnumquemq; pedem de per se cum vno grosso clauo transfixerunt, & sic fuerunt quatuor claui in carne eius. Alij vero dicunt ꝙ vtrunq; pedem cum vno solo clauo confixerunt, qui erat valde terribilis & grossus. Quidam tñ dicunt ꝙ pedibus eius simu iunctis, vt melius clauus posset transire perforauerunt prius ipsos pedes cum vno instrumento ferreo. Et postea ictibus malei fortissimis ipsum clauum magnum & longum ambos eius pedes transire fecerunt. Quorum ictuum sonitum B. Virgo audiens ad Cęlum eiulatus mittebat, qui dolore penetrabat cor & animā semimortui filij sui. Aliqui autem dicunt ꝙ primo Crux fuit erecta & & bene firmata. Deinde Christus denudatus fuit in altum iuxta Crucem eleuatus aliquo sustentante corpus eius posito sub pedibus ipsius. Et sic vidente omni populo & Matre eius fuit in manibus & pedibus, vt supra diximus conclauatus. Et hoc maiorem dolorem suæ pijssimę Matri concitauit. Secundum autem opinionem eorum qui tenent ꝙ in terra fuit conclauatus dicunt quidam ꝙ eum sic Crucifixum, cum in altum leuare cepissent ad maiorem eius dolorem cadere dimiserūt, & sic renouata sunt omnia vulnera eius. Tandem ad maiorem Matris suæ dolorem, in medio duorum latronū ipsum erexerunt. O pijssima Virgo conspice filium tuum, & vide quō eum isti perfidi iudæi afflixerunt, & tu bone Iesu miserere Matris tuæ præ doloribus deficientis. Credo.n. ꝙ eam intuēs lachrymabili vultu ex compassione intra se dicebat. O Mater mea dil ectissima quomodo omnia gaudia quæ de me suscepisti conuersa sunt tibi in merorē & luctum? Vbi namq; nunc sunt Angeli in mea Natiuitate cantantes? Vbi Pastores ad præ sepe venientes? Vbi orientales reges in cuna me adorātes? Vbi grata per triginta tres annos vtriusq; conuersatio & familiaritas? Vbi tot & tanta de me prædicata miracula, propter quæ lætabatur cor tuū? Heu Mater mea, omnia hæc conuersa sunt tibi in lamentum & fletum.

Beata autem virgo sparsis crinibus tota sanguine & lachrymis madefacta stabat iuxta crucem filij sui clamans & dicens. Heu mihi filij mi. Quis dabit mihi vt ego moriar tecum, Quare remanet sine filio mater fac mihi hanc gratiam fili mi, vt ego moriar tecum. Nihil enim mihi gratius in præsenti, quam te amplexato in cruce tecum mori. Nihil mihi amarius quam viuere post mortem tuā. O fili mi. Tu mihi pater eras, tu mihi mater, tu mihi frater, tu mihi sponsus: tu mihi blandus eras filius. Tu meę diuitię, tu mea gloria tu meæ dilitiæ. Tu mihi omnia eras. O fili dulcissime. Vbi est ille delectabilis aspectus. Vbi est vultus tuus lętus, & iocundus. Vbi est facies illa serena. Vbi est visus ille amabilis, Fili mi speciosæ præ filijs hominum nunc totus es diformis, & opprobriū hominū factus. Vbi est o fili loquella suauis, Vbi conuersa sio mansueta, Quo ibo mi fili, Qualis erit vita mea sine te fili mi, Deinde reuoluta mestissima mater ad iudeos dicebat. O impij iudei nolite mihi parcere postquam filium meum crucifixistis Crucifigite simul & matrem, aut mortem si habetis seuiorēm præbete. Item vt inquit Ber. in sermone de planctu virginis etiam dicebat eis. Postquam complestis vota vestra, saltem deponite & reddite miserę matri filium suum, reddite eum mihi, erit enim mihi solacium vel defunctus.

DE QVA LOQVENS quidam deuotus contemplator dicit.

STABAT Mater dolorosa, iuxta Crucem lachrymosa, dum pendebat Filius.
Cuius animam gementem, contristatam & dolentem pertransibat gladius.
O quam tristis & afflicta, fuit illa benedicta, Mater vnigeniti.
Quæ merebat & dolebat, & timebat dū videbat, nati pęnas inclyti.
Quis non debet contristari, hancque Matrem contemplari, dolētem cum filio,
Quis est homo, qui non fleret, Matrem Christi si videret, in tanto supplicio.
Pro peccatis suæ gentis, vidit Christum in tormentis, & flagellis subditum.
Vidit suum dulcem natum, morientem desolatum, cum emisit spiritum.

Eya Mater fons amoris, me sentire vim doloris, fac vt tecum lugeam.
Fac vt ardeat cor meum, in amãdo Christum Deum, vt tibi complaceam.
Sancta Mater illud agas, Crucifixi fige plagas, cordi meo valide.
Tui nati vulnerati, iam dignati pro me pati, pœnas mecum diuide.
Fac me vere tecum flere, Crucifixum cõdolere, donec mundo vixero.
Iuxta Crucem tecum stare, te libenter sociare, cum planctu desiderio.
Virgo Virginum præclara, sed nũc dolẽs, & amara, fac me tecum plangere.
Fac vt geram Christi mortem, passionis eius sortem, & plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari, Cruce hac inebriari, in amore filij.
Inflammatus & accensus, per te Virgo sim defensus, in die iudicij.
Fac me Cruce custodiri, mortem Christi præmuniri, & foueri gratia.
Vt cum corpus morietur, vita felix inchoetur, in cœlesti gloria.
Virgo dulcis o Maria, tu plorabas voce pia, coram Cruce Filium.
Rũpebat cor Mariæ, deplorãtis valde pie o Fili dulcissime. Cũ te ccino morié tẽ, ego pdo cor & mẽtẽ, & tota deficio.
O columba sine felle, vas dulci plenum melle, o Fili pijssime.
Tu me vides desolatam, semiuiuam, anxiatam, & mihi nõn loqueris.
O Gabriel illud Aue, dulce nimis & suaue, nunc das mihi gemitum.
Nunc vertuntur in merorem, & in luctũ & dolorem, nunciata gaudia.
Mihi namq; est ablatus, & in Cruce conclauatus, qui me replet gratia.
O Crux alta de te queror, mihi neqs esse peior, o Crux crudelissima.
Meum natum tu cœpisti, ipsum in te suspendisti, o Crux ferocissima
Ergo saltem nunc te placa, quam exoro voce rauca, reddas mihi Filium.
Et si nõ vis te placare, neq; natũ mihi dare, tu me secũ recipe. Nã cõsolor si me capis, si me spinis, tu me tradis, mortali supplicio. Hæc prædictus doctor.

Stabat ergo iuxta Crucẽ Iesu Maria Mr eius, vt ĩ Io. 19. & oculos suos lachrymis irrigatos ad illã reuoluẽs dicebat. O crux seuera, q̃ Mr filij mei facta es, quare abstulisti eũ mihi? ego amplexabar cũ brachijs, & tu stringis cũ clauis. Ego inuolui eũ pãnis, & tu exspoliasti eũ lignis. Ego vestiui eũ tunicis, & tu induisti eũ vestimẽto sanguinis. Ego educaui eũ lacte, & tu potasti eũ aceto & felle. Redde igit mihi vnigenitũ filiũ meũ, vt saltẽ rãgã eum anteqũ moriar. Quib' fletib' augebat dolorẽ Filii mi in Cruce; plãgite igit cũ Maria deuoti Xpiani, & oculo cõpassiuo ĩspicite Dñm vrm in Cruce p vobis morientẽ. Quẽ possum' deuote cõtẽplari infra se dicẽtẽ populo illi iudaico ĩgrato, dũ in Cruce brachijs extẽsis moreret illud Mich. 6 q hodie ecclesia decãtat. Popule meus qd feci tibi? aut qd molestus fui tibi? rñde mihi.

Sed heu quia D. Iesus dicere poterat illud Isa 49. In vacuũ laboraui & vane fortitudinẽ meã cõsumpsi. Et illud Is. 65. Tota die expãdi man' ad populũ incredulũ & nõ timẽtẽ verba mea. Lamẽtabat ergo di. O popule igratissime. Ego pp te flagellaui Ægyptũ cũ priogenitis suis & tu me flagellãtũ tradidisti. Ego te eduxi de Ægypto demerso pharaõe i mare rubrũ, & tu me tradidisti pricipib. sacerdotũ Ego ante te piui i colũna nubis, & tu me adduxisti ad ptoriũ Pilati psidis. Ego te paui mãna p desertũ, & tu me cedisti alapis & flagellis. Ego dedi tibi sceptrũ regale & tu caput meũ spinis coronasti. Ego pp te Cananeorũ reges pcussi, & tu pcussisti arũdi ne caput meũ. Ego te p cũctis gẽtib' magnificaui, & sublimaui, & tu i ligno Crucis, tãq latronẽ me suspẽdisti. O igit scelerati pctõres, o supbi & arrogãtes, videte humilitatẽ Dñi vri sic vitupabiliter morientis, o auari rapaces, o luxuriosi spurcissimi, o gulosi voraces, o iracũdi, & ptiales maledicti, o inuidi diabolici, o accidiosi, & negligẽtes i via Dñi. Deponite vitia vra amori isti', q p vra salute vitã suã posuit, & pciosũ sãguinẽ suũ effudit. Audite eũ i Cruce dãnatẽ. Sitio. Porrigite illi aq̃ lachrymarũ p pcãtis vris, & ei' morti cõpatiẽtes cũ eo ac mre ei' plorate, ac veniã pcãtorũ vrorũ lachrymosis vocib. postulate, Quã cõcedar nobis bñdict' Redẽptor ac Saluator nr D. Iesus de manu pharaonis. i diaboli nos liberatos, ac de Ægypto tenebroso ignorãtiæ eductos virga Crucis, sue mare rubrũ pcãtorũ nrorũ pcutiẽs siccis faciat pedib' ptrãsire, ac postremo ad pmissam viuẽtiũ terrã nos pducat, cũ illo regnaturos in secula seculorũ. Amen.

SABBATO SANCTO

DE SEPTEM GENERIBUS HOMINUM INDIGNE SUMENTIUM CORPUS CHRISTI,

QUIBUS DEBET SACRA COMMUNIO DENEGARI.

SERMO DECIMUSSEXTUS.

PLuit illis manna ad manducandũ & panem cœli dedit eis. Psal. 77. Quemadmodum manna datum a Deo populo Israel, sicut dicunt doctores ignẽ optimè sustinebat. Nam cum esset simile coriandro prope ignem ponebatur, & efficiebatur durum, deinde triturabatur & ex eius farina conficiebatur panis, vt habetur Numeri. 11. Sed si ponebatur ad solem liquefiebat & contabescebat vt dicitur Exodi. 16. Ita sacratissimum corporis Domini sacramentum, quod per manna significatur ignem sustinet feruentissimi amoris, a quo constringimur ad credendum veritatẽ. Quæ enim diuini amoris in se ardorem habet in fide soli datus, panemq; illum celestem deuote recipiẽs ex eo reficitur, & in omni virtute succrescit. Sed sol curiositatis humanæ, & fantasticæ rationis, ad perscrutationem huius excellentissimi sacramenti per perfidiam eum liquæscere facit, vnde de tali inquit Salomon Prouer. 25. Scrutator maiestatis opprimetur a gloria. Sapientiæ. 2. de curiosis dicitur. Excecauit eos malitia eorum. Aliam quoq; similitudinem cum manna habet prædictum sacramentum, quia sicut manna vnicuiq; sapiebat iuxta desiderij sui appetitum aliqui enĩ bene dispositi cum summa delectione vescebantur cibo illo sapidissimo, qui illis dabat dulcedinem sicut mel, vt dicitur. Exod. 16. & saporem cuiuscunq; cibi desiderati vt ait Nico. de Lira super librũ Numeri, & hoc tangit Salomon. Sap. 16. vbi loquens Deo de manna inquit. Dulcedinem tuam, quam in filios habes ostẽdebas, deseruiens vniuscuiusq; voluntati. Nam ad quodcunque volebat conuertebatur, hæc ibi. Alijs vero malis, & apetitum inordinatum habentibus videbatur generare fastidium, & non habere bonum saporem. Vnde murmurantes dicebant illud Numeri. 21. Aĩa nostra nauseat sup cibo isto leuissimo. Similiter hoc dignissimũ sacr̃m sumentibus diuersimo-

simode sapit secundum diuersas eorum dispositiones, deuotionis, scilicet vel indeuotionis. Quidam enim mirabilem cõsolationem recipiunt ex eius refectione, quia digne, & reuerenter ad illud accedunt. Alij vero indigne sumentes nullum ex eo gustum sentiunt, ita vt dicere possint illud Exodi, 16. Anima nostra arida est. Et in eis verificata sunt verba David prophetæ Psal. 106. di. Omnes escam abhominata est anima eorũ, appropinquauerunt vsq; ad portas mortis. De quibus in hoc sermone tractaturi, septem considerationes faciemus. In quibus declarabimus septem generationes hominum ad sacram communionem indignè accedentium.

Sermonis intentio ac diuisio.

QVOD OMNES QVI sunt in actu, vel in habitu seu proposito peccati mortalis, indigne sumunt sacratissimum corpus Domini nostri,

Consideratio prima.

Nullus existẽs in actu vel habitu, seu proposito mortaliter peccandi põt recipere communionem.

SCiendum est secundum Alexan. de Ales, in 4. parte summæ, in tractatu de Eucharistia. Et sanctum Bona. in 4. di. 9. ar. 2. q. 2. & 3. & Ricar. ibidẽ, art. 2. q. 1. in corpore quæstionis. & sanctum Tho. & Pe. de tharan. in eadem di. quòd omnes qui sunt in actu, vel habitu seu ꝓposito peccati mortalis, indigni sunt recipere sacram communionem. Imo peccant mortaliter si scienter se in tali statu esse communicare præsumunt. Et per talem communionem non solum gratiam non acquirunt, sed corpus Christi quod bonis est ad salutem, talibus est ad æternam damnationem vt dicitur in c. & sancta de conse. di. 2. Quod autem non prosit probatur fundamẽto quod ponit philosophus. 1. Phi. di. Accidens nullum erit nec proderit subiecto non præexistente. Et iterum in 2. de anima. Actus actiuorũ sunt in patiente bene disposito. Sicut ergo alimentum corporale non potest præbere nutrimentum corpori mortuo, imo si omnes cibi delicati ponerentur in ore mortui nullam delectationem ei præberent, nec auxilium ad vitam, eo quòd in corpore mortuo non est virtus dirigendi, nec cibum in substantiam conuertendi cum anima sit priuatum, & calore naturali. Sic a simili alimentum spirituale, quod est corpus Christi, non potest ꝓdesse aĩmæ mortuæ per peccatũ, & priuatæ diuino amore, & per consequens spirituali calore. Ideo tali peccatori dicitur Apoc. 3. Nomen habes quòd viuas & mortuus es. Cum ergo existens in peccato mortali sit membrum preciosum ab ecclesia, non poterit participare de diuina gratia quæ datur per sacramentum corporis Christi. c. ecclesiæ, de conse. di. 4. & c. quemadmodum 23. q. 7. Imo talis recipiens corpus Christi in peccato mortali recipiet damnationem suam, sicut iudas, qui post communionem acceptam abiens laqueo se suspendit, vt dicitur Matth. 27. Et quòd hoc sit verum probatur fundamẽto quod ponit b Tho. in summa contra gentiles lib. de substantia orbis, dicentem. Corruptis potentijs earum obiecta eis plurimum sunt nociua. Patet hæc regula in oculo. Nam si potẽtia visiua ægra fuerit, clarum est quòd visio aeris, & solis quæ de se est delectabilissima. Ecclesiastes. 11. illi fiet nociua ad videndum, pro eo quòd potentiam visiuam sic ægram magis contristat, & debilitat. Similiter potentia gustatiua cui prius cibus erat delectabilis, quando est ægra etiam optimus cibus auget illi tristitiam, & dolorem dicente Augustino in quodam sermone. Pallato ægroto pœna est panis, qui sano est suauis, & oculis ægris odiosa est lux, quæ sanis est amabilis. Vinum quoq; licet sit bonum in se, & sanum sanis, tamen febricitantibus est nociuum. Quibus præsuppositis dico quòd anima habet pro obiecto sui cibi spiritualis corpus Christi, dicente salvatore Ioã 6. Caro mea vere est cib⁹ &c. Si ergo anima est spiritualiter infirma per peccatum, & hunc cibum spirituale corporis Christi suscipit, augebit sibi dolorem, & infirmitatem addens peccatum peccato. Et verificabitur in eo illud Iob. 9. Panis eius vertetur in fel. Dicunt enim auctores medicinæ, quòd ponere in stomaco cibum indigestum super indigestum est diminutio vitæ. Vnde prius quam quis secundum cibum sumat, debet

bet primus digeri, vt stomacus expeditus a primo possit libere intendere super secundum. Et ideo iste cibus benedictus in stomaco animæ non est ponendus, nisi prius per pœnitentiam digesta sit omnis prior culpa. Nulla enim debet in anima remanere veteris præsentis affectio, vbi debet poni totius mundi perfectio. Cuius figura habetur quarti Regum.23. vbi legitur, quòd Iosias noluit quòd fieret phase.i.festum esus agni paschalis, nisi prius iudea purgaretur ab idolatria, per quod significatum est, quòd quis non debet comedere agnum Dei, nisi prius suã animam purgauerit ab omni terrena cupiditate, quę est idolorum seruitus vt dicitur ad Coll.2. Sicut ergo nõ debet ęger curare de restauratione cibi, nisi prius purgatis oppositis humoribus, alioquin morbus cresceret. Purgatis autem humoribus assumptis cibus bonum præstat nutrimentum. Ita cibus iste cęlestis qui est restauratiuus animæ, non debet sumi nisi prius ea purgata fuerit malis humoribus culpæ. In cuius figuram legitur. Exodi.16. quòd filij Israel non receperũt manna nisi prius consumpta farina quã secum tulerant de Ægypto. Per quod significatum fuit, quòd non debemus hoc manna diuinum recipere, donec in nobis est farina peccati. Aliter non proficeret nobis, sed potius esset ad pœnam. Vnde Chriso super Matth. homilia.7. dicit. Sicut corporalis cibus cum ventres inuenit diuersis contrarijsq; vel infectis humoribus occupatos amplius illos lædit magisq; nocet, nec vllum præstat auxilium, ita iste cibus spiritualis si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eũ perdit, non sua natura, sed accipiẽtis vicio. Et idem ponit Aug. in dicto c. & sancta, dicens, quòd hoc procedit non quia res illa mala sit, sed quia malus male accepit, quod bonum est. Isidorus quoque in libro de summo bono, & ponitur de conse.di.2.c.qui scelerate inquit. Qui scelerate viuunt in ecclesia, & communicare non desinunt, putantes se tali communione mundari, discant non ad emundationem proficere sibi dicente propheta Hiere.2. Quid est quòd dilectus meus facit in domo mea scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas? hęc ille. Ideo in c. qui discordat. e. di. dicitur, quòd tales tantæ rei sacramentum ad iudicium suæ perditionis quotidie accipiunt. Et idem habetur in c. qui manducant. ea. distin.

EX quo concluditur quòd sacerdos celebrans in mortali peccat mortaliter vt patet 6. di. di. c. testamentum. & 1. q. c. sacerdotes & de conse. di. 2. c. quotidie & de cohabi. cleri. & mu. c. vltimo. & de cele. mis. c. de homine. & de cons. di. 4. c. Qui immunis. Ideo inquit Apostolus 1. ad Cor. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim mãducat, & bibit, vbi glo. inquit. Ac si Christum occideret punietur. Et Aug. super Ioan. ait. Non spiritualiter Christum manducat, nisi qui innocentiam ad altare portat. Portet ergo vnusquisq; mundam conscientiam ad sacramentum, ne si immundam portauerit in eum sathanas tanquam in alterum iudam ingrediatur, hæc ille. Et Matth.7. inquit saluator. Non est bonum dare sanctum, id est sacramentum, canibus. i. eis qui viuunt, vt canes nec mittere margaritas ante porcos. i. ante eos qui viuunt vt porci. Debet igitur esse pura consciẽtia quæ recipit hoc sacramentum vt inquit Alexan. Papa in c. nihil, de conse. di. 2. Si ergo ecclesiæ & vascula sacra in quibus seruantur reliquiæ sanctorum debẽt seruari in mundicia, vt præcipit Inno. tertius, extra de custodia eucha. capitulo, ne linqui nolum. Et similiter corporalia, & quæcunq; vasa ecclesiastica, & vestimenta, debent teneri munda, vt in eodem capitulo dicitur, multo magis ille, qui accipit in se sacratissimum corpus Christi, debet esse ab omni macula culpę purificatus. O maledicti peccatores q accedit is ad sacramentum cum peccatis mortalibus, profecto de vobis potest dici illud Oseæ.8. Israel factum est tabernaculum immundum in nationibus, & ideo non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. Matth. 15. in vobis scelera. Quapropter exclamat Hie. in quadam epistola contra quemlibet vestrum dicens. O infelix qua temeritate audes illis labijs osculari filium virginis, quibus osculatus es labia meretricis? O iuda

Sacerdos celebrans in mortali mortaliter peccat similiter quilibet sic recipiẽs.

iuda osculo filium hominis tradis. Dauid quoq; Psal. 68. contra tales communicantes inquit. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scādalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuā, & furor iræ tuæ compræhendat eos. Et Aug. in libro de vera innocentia. c. 68 inquit. Sacramētum pietatis in iudicium sibi sumit indignus, vnde cantat ecclesia in sequentia missæ corporis Christi. Sumunt boni sumunt mali, sorte tamen inæquali vitæ vel interitus. Mors est malis, vita bonis; vide paris sumptionis, quàm sit dispar exitus. Et ideo inquit Leo Papa in sermone cœnæ Domini. Nullus fictus accedat, nullus fuscato animo audeat ꝓximare mysterijs, ne condemnetur, & sententiam mereatur, & quod iudas sustinuit patiatur. Nam in illum post communionem mensæ diabolus intrauit, nō quia sumpserat dominicum corpus, sed quia impudentia iudæ & malignitas mētis vt aduersarius in eo habitare fecit. Vt discas quòd mysteriorum indignis celebrantibus secrete a diabolo præparantur insidiæ, & magis magisq; acceptanť, qui non æquo animo communicare festinant, hæc ille. O igitur christiani considerate, quòd si pro esu pomi vetiti damnatus fuit Adam cum omni posteritate sua. Gen. 3. & Balthasar rex Babiloniæ q̄ in vasis templi vinum indigne bibit, sequēti nocte occisus fuit, vt dicitur Dan. 5. Quanto magis damnabitur qui indigne communicat? Et ideo Apostolus ad Hebræ. 10. inquit. Quanto magis putatis maiora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Super quo dicit Augu. in glo. Christum conculcat qui libere peccat & absq; timore, & qui eo indigne participat. Idem quoq; Apostolus. 1. ad Cor. 11. ait. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Super quo glo. ostendens quòd indigne communicās diutius, & grauius infirmatur, ait. Infirmi febribus & alijs morbis, imbecilles longa inualitudine. Et dormiunt multi, somno mortis. Et propter hoc ecclesia timens, quòd multi de filijs suis indigne communicauerint, decantat tempore paschali deprecans ipsum dominum Iesum & di. Ab omni mortis impetu tuum defende populum. Vos autem, o proditores Christi qui communicatis in mortali, scitote secundum Tho. in 4. di. 9. ar. 3. q. 3. quòd peccatū vestrum assimilatur & comparatur peccato crucifigentium Christum, vnde ad Hebr. 6. dicit Apostolus. Rursus in semetipsis crucifigentes filium Dei. Ambro. quoq; super epistolā primam Pauli ad Cor. 11. c. inquit. Omnis qui Christum indigne manducat, reus erit corporis, & sanguinis domini, ac si ipsum Christum occidisset. Imo dicit beatus Tho. vbi supra, quòd secūdum quid, grauius est peccatum indigne communicantium, quia committitur scienter, & ex malitia peccatum autem crucifigentium, fuit commissum partim ex ignorantia, quæ & si non excusat a toto, tamen excusat a tanto. Item quia iudæi crucifixerunt Christum mortalem. Tales vero quantum in se est ipsum crucifigunt gloriosum, & immortalem. Proinde inquit Remigius in glo. super illud Matth. 26. veh illi per quē filius hominis tradetur, veh tradentibus Christum ad crucifigendum, sed veh magis cum maligna conſciētia sub sacramento sumentibus illum, quia & si non tradunt iudæis ad crucifigendum, tradunt tamen ipsum membris inimici ad sumendum, hæc ille.

O Igitur infœlix peccator, o iniqua anima, o crudelissime christianæ, qui Christum Dei filium denuo crucifigis, cū ipsum indigne sumis. Veh tibi quia melius tibi esset quòd natus nunquam fuisses. Nam inquit Ricar. in 4. di. 9. ar. 3. q. prima in 2. articulo & responsione eiusdem, quòd si grauiter peccaret q̄ corpus Christi scienter in terrā proijceret, multo grauius peccat qui ipsum suscipit cū mortali peccato, vt enim inquit Greg. 1. q. 1. c. multi. Ille qui indigne accedit ad hoc sacramentum, & polluta anima illud accipit, quantum in se est dicitur polluere corpus & sanguinem Iesu Christi, vt etiam habetur in c. quòd quidam. e. q. & causa. Et ideo magis peccas o scelerate sic accipiendo, quam si illud proijceres in sterquilinium, & quàm si calicem sacrū stercoribus impleres. Scias ergo quòd tri- *Triplici pœna puniuntur indigne sumētes corpus Christi.*

plici

plici pœna punieris, primo pęna temporali; vnde dicit glo. super primam epistolam Pauli ad Cor. 11. Quod propter indignam susceptionem sacramenti mortui sunt multi. Et in libro qui dicit pathale, scriptum est. Quicunq; indigne communicat nisi bonitas Dei gladium suspenderet, statim ab Angelis ad hoc positis suspenderetur. Et Num. 11. dicit. Quod cum populus Israel esset in deserto & vesceretur de manna quod de cęlo pluebat illis dominus, desiderans carnes ad manducandum quas cum manducasset statim furor domini illum percussit crudeli morte. Si ergo Deus indigne sumentes manna occidit, quid credis fiet factus his qui indigne corpus suum susceperunt? Secunda pœna dicitur spiritualis. Tales enim recipiunt in se dæmones qui maiorem potestatem habent in ipsius quam antea. Exemplum habemus de Iuda de quo Io. 13. dicitur, q̄ postquam bucellam suscepit, statim in eo sathanas introiuit. Proinde Aug. de conse. di. 2. c. sicut Iudas inquit. Sicut Iudas cui bucellam tradidit Christus, non malum accipiendo, sed bonum male sumendo, locū præbuit diabolo, sic indigne quisq; sumens corpus Christi. Et idem Aug. super Psal. 142. ait Multos iudas implet sathan indigne manducantes buccellam ad iudicium suum. Idem quoq; Aug in quodam sermone ait. Nullus malignus ad corpus Christi accedat, nullus stultus, aut fulca eo animo approximare audeat, ne quod Iudas sustinuit patiatur. Nam in illum post cōicationē mēsæ diabolus introiuit nō, qa sumpsit dn̄icum corpus, sed qa impudētia Iudæ, & malitia mentis aduersarium inhabitare fecit, vt discas q̄ indigne mysteriorum secreta celebrantibus diaboli insidiæ præparātur, hæc ille. Imo plus dico ego q̄ si existens in mortali vnum dæmonem in se habeat dum indigne communicat septem dæmones in eo ingrediuntur. Ait enim saluator. Luc. 11. Tunc vadit ille spiritus & secum assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. O scelerate qui accipis Christum cum anima tam fętida, & ore immundissimo, scias in te ingredi multos dæmones, minusque malum esset, si reciperes carbonem ignitum in ore, quam sacratissimum corpus Christi. Tertio pœna quam incurrunt indigne cōmunicantes dicitur ęterna. Nam Leui. 27. figuratiue dicitur. Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est domino peribit de populis suis, idest eijcietur a saluandis ad dānationē æternæ mortis. Probatur etiā figuris q̄ Deus punit tales indigne cōicantes. Nā 2. Reg. 6. habet de Oza qui percussus fuit a Deo eo q̄ archam domini indigne tetigit, & assignat beatus Hierony. rationem, quia nocte præcedenti iacuerat cum vxore. Si ergo ille percussus est qui iacuerat cum vxore propria, & solum tetigerat archā fęderis materialem; qua percussione dignus erit qui tetigerit, & sumpserit corpus Christi quando iacuerit cum concubina, vel vxore aliena? Si ille percussus est qui solum tetigit archam ligneam vt eam iuuaret ne pateretur ruinam, qua punitione dignus est, qui leuat in corpus Christi; vel illud sumit ad proijciendum in latrinam, idest conscientiam immūdam. Aliā figuram habemus primi Regū. 6. Bethsamitis qui a Deo percussi sunt, quia archam Domini indigne viderunt. Quam ergo punitionem recipient illi qui indigne pertractant corpus Christi? Notandum tamen secundum Bona. in 4. di. 9. & Ricar. ea. di. ar. 2. q. 1. in solutione secundi argumenti, & Alexan. de Ales, in 4. parte summę, in tractatu de Eucharistia. & Th. in 4. di. 9. vt etiam habetur in summa confess. libro. 3 tit. 24. q. 71. Quod existēs in mortali peccato videndo corpus Christi, & aspiciendo non peccat Item si quis videret hostiā cōsecratā iacentē in terrā, & cū timore, & reuerētia nō existēte pñte sacerdote, vel digniore psona eā erigeret nō peccaret. Vt etiā inqt Inno. in c. qd in te. de pę. & re. & notat in sūma cōf. vbi sup. q. 32. Debet tñ pctor scdm Alanū nō lōgo aspectu intueri corpus Chri, sed eo viso pcutere pect⁹ quasi nō sit dign⁹ illud aspicere Et idē ponit Th. i 4. d. 9

AD prædicta etiā pōt adduci illud. 2. Paral. 26. vbi habet, q̄ Ozias rex percussus fuit lepra, quia obtulit sacrificiū quod sibi non licebat. Multo ergo magis puniūtur a Christo qui sanctissimū corpus

De 2. pœna.

De 3. pœna īdigne Christum sumentibus debita.

Existens in peccato mortali vidēdo corpus Christi non peccat.

Valde puniuntur a Deo recipiētes hoc dignissimum

pus

Sacramentū in peccato mortali qd exēplo ostenditur.

pus suum immundus recipit, vel alijs administrat. Ad corroborationem autem prædictorum quòd Deus valde puniat recipiētes in peccato mortali hoc dignissimum sacramentum ponit exemplum Franciscus de May. in quodam sermone de Eucharistia di. Quod sacerdos quidā equitans transibat per siluam cum corpore Christi habens in manu campanellā cum qua pulsabat ante corpus Christi, quem latrones videntes a remotis. Vnus ex eis dixit. Accipiamus ei æquum ad quem cum cæteri respondissent quòd nō liceret cum corpus Christi defferret. Ille respondit. Nolite timere, nam ego simulabo me infirmum, & velle communicare, & tunc cum descenderit ipse de equo vos equum accipietis. Cum ergo sacerdos descendisset de equo requisiuit a latrone qui fingebat se infirmum an esset contritus, & confessus. Ille vero respondit quòd sic di. quòd volebat communicare. Cum ergo pro suscipiendo sacramēto os aperuisset statim mortuus cecidit & effectus fuit niger veluti carbo mortuus. Quod cęteri videntes compuncti equum sacerdoti reddiderunt & monasterium quodam intrauerunt vitamq; suam mutantes in bonis operibus semper perseuerauerunt.

SECVNDA CONSIDERATIO quòd illis debet sacra communio denegari, qui de aliquo mortali crimine sunt notabiliter suspecti.

SEcundo dico quòd non debent suscipere sacramētum corporis Christi illi, qui de aliquo crimine sunt notabiliter suspecti, & sacerdos non debent tales communicare, vnde inquit Ric. in 4. di. 9. ar. 3. in corpore quæstionis. Cum quæritur an sacerdos debeat dare sacramentum illis qui de aliquo crimine sunt suspecti Respondeo sicut dicit glo. super c. Dixit. dominus. 32. q. 1. quòd triplex est suspitio. Et idem ponit Tho. in 4. di. 9. Vna est temeraria quæ prouenit sine argumento aliquo, vel ex leui coniectura ortum habet, seu ex irrationabili causa consurgit, cuiusmodi est illa quæ procedit ex detractionibus maledicōrum & malorum hominum. 11. q. 3. c. In cunctis. Et pro tali suspitione cum sit præsumptuosa non debet negare sacerdos Eucharistiam illi qui eam petit. Alia est probabilis suspitio quę consurgit ex probabilibus signis prout est, si quis solus inuenitur loquens cum sola, tempore, & loco non valde suspectis; & propter hāc suspitionem non debet sacerdos negare Eucharistiam. Et ratio est quia pœna nō debet infligi vbi culpa ignoratur. 2. q. 1. c. Deus noster omnipotens. Vbi etiam dicitur quòd nullum ante veram iustamque probationem iudicare, aut damnare debemus. Violenta vero suspitio est quæ surgit ex pręsumptionibus violentis, seu ad cuius contrarium non admittitur probatio, prout si inueniatur suspectus cum suspecta, solus cum sola in eodem lecto, vel loco, & tempore suspecto, & ideo tali non est danda Eucharistia. Et si talis suspitio est communis neganda est, tam in publico quàm in secreto, quia infamibus non debet dari corpus Christi, de conse. di. 2. c. pro dilectione. Si autem sit solum singularis, scilicet ipsius sacerdotis tantū non est neganda in publico, sed bene in secreto. Et hæc omnia etiam ponit Alexāder de Ales in quarta parte summæ & notantur in summa confess. lib. 3. tit. 24. q. 80. Et posito quod talis generaliter suspectus de crimine esset contritus, & confessus, & hoc confessor sciret tamen non debet ei dare sacramentum, sed facere eum differre quoadusq; populo scandalizato de illo innotescat eius pœnitentia, & eōuersio. c. non sufficit, & c. in actione, de pœ. di. 1. Et hoc inquit Ric. vbi supra.

Triplex est suspitio.

SED hic quæritur nunquid sacerdos teneatur dare corpus Christi illi quē scit esse in peccato mortali? Et respondit Alexander de Ales vbi supra, & b. Th. in 4 di. 9. & ibi Ricar. noster. ar. 3. q. 1. & S. Bona. ea. di. ar. 2. q. 4. quando sacerdos scit aliquem esse in mortali peccato distinguendum est. Aut enim ille non petit Eucharistiam sibi dari, & tunc mortaliter peccat sacerdos incitando eum ad sumendam Eucharistiam in statu tali, aut eam sibi ministrando. Aut ille petit & tunc aut peccatum suum est secretum, & oc-

Quādo corpus Christi dandū sit illi quem sacerdos scit esse in peccato mortali, & quando non.

& occultum, & tunc aut petit in ſecreto, & ſacerdos peccaret ſibi dando, quia habetur cōtra eum legitimam exceptionem, quam ſibi in occulto obijcere poteſt, & ipſum debet mouere ne petat in publico vt habetur de conſe. di. 2. c. nō prohibeat. Aut petit in publico, & tunc ſacerdos ſibi dare tenetur, quia contra eum non habet legitimam exceptionem quam ei in publico obijcere poſſit extra de offi. io. or. c. ſi ſacerdos. Et facit ad hoc dictum capitulum, non prohibeat, & capitulum, ſi peccauerit. 2. q. 1. vbi dicitur. Si ſolus noſti quia peccauit & eum vis coram omnibus arguere non eris corrector, ſed proditor. Facit ad hoc exemplum Chriſti Io. 13. de quo. 1. q. 1. c. Chriſtus, & 7. q. 1. c. aduerſitas, in ſi. vbi dr. Quamuis Chriſtus ſciret Iudā eſſe furem, tamen ei Euchariſtiam dedit docens in eccleſia tollerari malos, ne ſcandalizentur in publico de occultis. Eſt tamen ſciendum ſecundum Henricum de Gandauo quòd hoc intelligendum eſt eſſe verum, quando ille qui petit eſt præsbytero ſubditus, ſecus ſi ſit extraneus, quia contra talem legitime excipere poteſt quòd ei non debeat dare, de conſe. di. 2. c. tribus gradibus, vbi præcipitur. Quod extraneo non detur Euchariſtia de cuius conſcientia nihil conſtat. Si vero tale delictum eſt manifeſtum, ſacerdos peccat ſibi dando Euchariſtiam, ſiue in publico, ſiue in ſecreto. Quando enim vitium eſt manifeſtum debet eum publice reijcere, & reprehendere de temeritate ſua. Argumentum in c. ſed illud. 45. diſt. & in c. ſi peccauerit 2. q. 1. Et accipio hic manifeſtum non pro omni eo quod poteſt probari per duos vel tres teſtes ſolummodo. Non enim propter hoc deberet ſacerdos negare ſibi euchariſtiam petenti in publico, quia iam inferret ſibi pœnam ante criminis probationem, quod fieri non debet. 11. q. 3. c. eorum qui. Sed accipio hic manifeſtum pro notorio quod eſt, vel per ſententiam iudicis, vel per confeſſionem factam in iure, vel per facti euidentiam quæ aliqua tergiuerſatione celari non poteſt, extra de cohabi. cle. & mu. c. vltimo. & 2. q. 1. c. ſcelus. Aut etiam iuris interpretatione, vt quando quis ſæpe citatur, nec tamen comparet, nec ſe purgat de crimine ſibi impoſito. 3. q. 9. c. decernimus. Talibus enim non debet dari Euchariſtia vllo modo. Et idem in ſententia habetur in ſumma confeſ. vbi ſupra. ti. 78. Sicut enim medicus corporalis expertus & peritus non curat morbum niſi prius materiam peccantem expulerit, & eiecerit. Materia enim prior debet primo bene digeri, & conſumi antequam alia ſumatur. Vnde Auicenna prima fen. 3 doctrina ſecunda. c. 7. ait. Omnes qui ſanitatem habere volunt non comedant nec bibant donec certum habuerint deſiderium, & ſtomacus, & ſuperiora inteſtina a primo nutrimento euacuata fuerint. Ita ſpiritualis medicus non debet alicui dare hunc cibum ſpiritualem ſanatiuum animæ niſi euacuatus ſit primo a peccato quod eſt materia peccans, & deſtruens ſanitatem animæ ſicut malus cibus, & venenoſus deſtruit ſanitatem corporis. Sed poſito quod talibus daretur ſacramentum Deus faceret maximam vindictam, & aliquando in hoc ſeculo contra tales recipientes. Legitur enim de quodam cōuerſo ſancti Bernardi quòd dum ſemel confeſſus fuiſſet quodam graue peccatum ſancto Bernardo, dixit illi S. Bernardus, vade & de cætero te abſtine ab hoc peccato. Et dum nollet illud relinquere, ſic præſumpſit ire ad communionem cum alijs. Quem beatus Bernardus vidēs ad altare timuit illi negare Euchariſtiam ne per hoc peccatum alijs faceret manifeſtum. Tradens igitur illi corpus Domini dixit ſanctus Bernardus. Iudicet dominus inter me & te. Et ſtatim dicto verbo eum aperto ore illud altiſſimum ſacramentum aſſumere præſumpſiſſet, ſciſſum eſt cor eius per medium, & etiam pectus vnde per eandem ſciſſuram corpus Domini cunctis videntibus illico exiuit, & ſic impœnitens ille miſer ſtatim a dæmonibus areptus miſerabiliter expirauit, & ad infernum portatus eſt, licet autem taliter communicantes non ſemper a Deo temporaliter perimantur, tamen talis communio eis valde eſt nociua. Vnde legitur in vitis patrum, quòd cum quidam Epiſcopus populum communicaret permiſſione Dei vidit quòd facies illorum qui indigne communicabant erant nigræ, & aliquorum aliorum videbantur ex magno

Exemplum.

Aliud exemplum.

gno

gno calido adustæ, & oculi eorum erant rubei, & sanguinolenti. Econtra vero facies illorum, qui in bono statu erant & digne communionem recipiebant erant claræ, & vestimenta illorum candida. Vidit quoq; quòd corpus domini multos qui illud indigne recipiebant incédebat. Alios vero digne communicantes reddebat relucentes ita quòd etiam eorum vestimenta relucebant. Quapropter stupefactus Episcopus rogauit Angelum, qui sibi tūc apparuit, vt significationé istius visionis sibi declararet. Cui dixit Angelus. Illi quos vidisti cum vultu pulchro sunt casti, patientes, modesti & iusti. Illi vero qui habebant faciem nigram sunt fornicatores, & in alijs vicijs inuoluti. Illi aūt qui habebant oculos rubeos, & sanguinolentos sunt homicidiales, deceptores proximorum, & blasphematores Dei qui corpus Christi receperunt ad suam damnationem.

Sacerdos an indigno possit dare hostiam non consecratā.

SED hic quæritur. Nunquid sacerdos quando videt aliquem indignum & non potest bono modo eum cohibere a communione, possit ei dare hostiam nō consecratam loco consecratæ. Et respondit Alexan. de Ales vbi supra, & b. Tho. in 4. di. 9. quòd non, tum quia in sacramēto veritatis nulla debet esse fictio, tum quia poneretur in periculo idolatrandi recipiens, & populus videns, vnde in c. de homine, de cele. mis. damnatus est quidam præsbyter qui finxit se celebrare & non celebrauit, quia Deo illusit, & populum decepit, vnde ibidem dicitur. Falsa sunt abijcienda remedia, quę veris sunt periculis grauiora. Sed pro maiori declaratione prædictorum sciendum est secundum Tho. in 4. di 9. quòd licet non possit per certitudinem sciri quòd aliquis sit sine aliquo peccato mortali iuxta illud Apostoli primæ Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, tamen in hoc iustificatus non sum, potest tamen de hoc haberi aliqua coniectura maxime per quatuor signa secūdum Bernardum in quodam sermone. Primo cum quis verba Dei deuote audit. Ioan 8. Qui ex Deo est verba Dei audit. Secundo cum se promptum ad bene agendum conspicit, quia probatio dilectionis exhibitio est operis, vt inqt Gregorius in homilia paschali. Tertio cum quis a peccatis abstinendi in futurum propositum habet. Quarto cum de præteritis dolet, quia in his vera pœnitentia secundum Gregorium consistit, vt dicitur in c. pœnitentia, de pęni. di. 3. vnde si aliquis per huiusmodi signa facta diligenti examinatione conscientiæ suæ ad communionem deuote accedat aliquo peccato mortali in ipso remanente quod eius cognitionem præterfugiat non peccat. Imo magis ex vi sacramenti remissionem peccati consequitur hæc Tho. vbi supra. Cum quo concordant Petrus & Vide. & habetur in summa con. lib. 3. tit. 24. q. 69 Et hoc etiam tenet Ricar. noster in 4. dist. 9. ar. 2. q. 1. Et Scotus in e. dist. qui dicunt quòd quando aliquis est in peccato mortali, & hoc nescit nec se credit esse, aut hoc prouenit ex omissione debitæ diligentiæ in examinando conscientiam, & consulendo peritos, & tunc mortaliter peccat, tamen nōn ita grauiter sicut accedens ad communionem cū mortali scienter. Si autem hoc non prouenit ex omissione debitæ diligentiæ, quia diligenter examinauit cōscientiam & consuluit peritos, tunc non peccat accedendo ad communionem in peccato mortali, imo virtute sacramenti meretur peccati obliti remissionem, & plerumq; ipsius recordationem. Et dicunt prædicti doctores quòd ad peccati periculum præcauendum non requiritur conscientiæ certitudo, sed probabilis coniectura.

Signa p q̄ quis pōt cōiecturare non esse in peccato mortali.

SED hic quæritur nunquid ille, qui dubitat se esse in mortali, peccet mortaliter accedendo ad communionem. Et respondent theologi in 4. di. 9. vt etiam habetur in summa con. vbi supra, quòd aliqui sunt qui habent cōscientiam scrupulosam, & irrationabilem, ac fantasticā, qua multa timent & credunt mortalia & non sunt, & isti debent deponere illam ad arbitrium boni viri c. inquisitioni, de sen. excom. Si autem non possunt illam vllo modo deponere, sed credunt se cum peccato mortali accedere ad communionem debent cessare donec se exonerant de illo peccato. Quia omne quod fit cōtra conscientiam &c. c. per tuas. el. 2. extra de simo. Et hæc distinctio colligitur in si-

in ſimili in ſumma conf.lib.2.tit.5.q.131. Ideo dicit Ric.in 4.di 9.ar.2.q.1.ꝙ quandocunq; homo timetur ſe eſſe in mortali peccato & ſumit ſacramentum mortaliter peccat, imo etiã ſi non eſſet in mortali credit tñ eſſe, ſi tñ tali cõſcientia ſacramentũ ſuſcipit ſimili modo peccat, quia diſcrimini ſe exponit, vt etiã dicit Petrus de Tharan.in e.di.

TERTIA CONSIDERATIO quòd illi qui mortaliter peccauit non ſufficit contritio ad perci piẽdam communionem, ſed neceſſaria eſt cõ feſſio ſi habeat copiam idonei confeſſo ris.

TErtio principaliter in hac parte dico,ſecundũ ſentẽtiã Ricar. & Petri de Taran.in 4.ſen.di.17.ꝙ cõio deneganda eſt illis q nõ ſunt cõfeſſi, quis ſint cõtriti, & hoc intelligit de peccatis mortalibus. Sed ꝓ maiori declaratione ſciendũ ſcđm Ricar.in 4.di.9.ar.2.q. 1. & Scotũ in.e.di.ꝙ tales aut habent copiã cõfeſſoris idonei,& tẽpus ſufficiens ad cõfitendũ, & liberã loquelã & tunc mortaliter peccant ſine cõfeſſione cõicando,quia ad hoc ſacrũ ſecundũ iudicium eccleſiæ requirit ipſius eccleſiæ reconciliatio.Proinde Vgo de ſancto Victore lib.1.de poteſtate ligãdi & ſoluẽdi c.21. dicit. Si abſq; ſacerdotis abſolutione criminoſus ad corporis Chriſti cõionem accedat ꝓ certo iudiciũ ſibi manducat, & bibit;etiam ſi eum ante multũ pœniteat,etiã ſi vehementer doleat,& ingemiſcat. Si vero tales non habent copiã confeſſoris idonei vel tẽpus ſufficiens ad confitendũ & tunc diſtinguẽdũ eſt,quia aut imminet aliqua neceſſitas celebrandi, vel cõicandi timen do ſcandalũ perſonæ ꝓpriæ vel populi ſi non cõicet, vel iam incepit ſacrũ myſterũ miſſæ vel amiſit loquelã, & tunc non peccat cõicando cõtritus cũ ꝓpoſito cõfitendi. Similiter ſi quis cõicaturus cum alijs cõſtitutus ante ſacerdotẽ de aliquo peccato ibi recordaret pòt ſecundũ Scotũ vbi ſupra cõicare habens cõſtitutionẽ, & propoſitum cõfitendi. Si aũt nõ imminet aliqua neceſſitas cõicandi peccat mortaliter ſi accipiat corpus Chriſti ante confeſſionẽ,quia tenetur expectare quouſq; habeat copiam confeſſoris.

Parochialis ſacerdos nõ credere debeat ſubdito dicenti ſe cõfeſſum alteri,ut ſic det ei Euchariſtiam.

SED hic quęritur aliud dubiũ nunqd ſacerdos parochialis debeat credere ſubdito dicenti ſe confeſſum alteri vt ſic det ei Euchariſtiã. Et rñdit Tho. in quadam quæſtione de quolibet ꝙ in foro iudiciali creditur hoĩ cõtra ſe,& nõ pro ſe. In foro autem pęnitentiali credit hoĩ ꝓ ſe,& cõtra ſe. Si ergo ſit impedimẽtũ Euchariſtiæ tale, ꝙ ad forũ iudiciale pertineat puta excõicatio, nõ tenet ſacerdos credere ſubdito,quem excõicatum nouit niſi ei de abſolutione ab excõicatione cõſtet. Si aũt ſit impedimentũ quoad forũ pœnitentiæ ꝑtineat, tenet ei credere ſi dicat ſe confeſſum, & iniuſtè agit ſi Euchariſtiã denegat. Et cõcordat Petrus & Hoſt. vt refert auctor Piſanelle in tit. de confeſ.c.3.§.11.Quæ tñ oĩa intelligenda ſunt ſi talis ꝑſona ſit fide digna, & timorata quã nõ ſit veriſimile mentiri tunc.n. pòt ei credere.ar.11.q.3.c. qui omnipotentem. Si autem dictus ſacerdos habeat ſuum ſubditum probabiliter ſuſpectum; non tenetur ei credere, etiã ſi dicat ꝙ ſit confeſſus & abſolutus a ſuperiori,niſi cõſtiterit ei de hoc per litteras ipſius confeſſoris, vel alio modo legitimo. Et hanc opinionem tenet Ray.& habetur in ſumma confeſ.lib.3.tit.34 q.48.Et hanc eandem ſententiam tenet auctor prædictæ ſummæ ibidem,& auctor ſupplementi in dicto.§.11. Et ratio pòt aſſignari,quia licet peccata occulta ſint ſolum fori pęnitentialis,tamen nõ confiteri ſemel in anno pertinet ad forum iudiciale, cum non confitens debeat ab eccleſia arctari extra de pœ.& re.c.omnis. Et ideo quando ſacerdos probabiliter dubitat vtrum ſit confeſſus, debet illi negare Euchariſtiam donec notitiam habeat de veritate. Si autem inaduertenter eam traderet,Deus oſtenderet quòd ille recipiens male faceret, ſicut accidit in calabria in caſtro ſancti Georgij,vbi mulier quædam franca nomine,de morte filiorum, qui obierant morte naturali nullatenus cõſolari valẽs,ſtetit per ſex annos incõfeſſa. Quadam

dam autem die paschæ cum alijs communicarent, etiam ipsa cum alijs mulieribus sic inconfessa cōmunioni se obtulit. Et ecce cum sacerdos de ea non aduertēs præ multitudine communicantium hostiā illi præbere vellet, statim sacramentū de manibus eius euolauit apud quandā crucem in ecclesia existentē, quod admirans sacerdos, & diligenter intuens, illa cognita, statim de ecclesia ipsam eiecit. Postea vero sacramentum venerabiliter suscepit & in loco debito collocauit. Illa autem mulier hoc viso miraculo cōpuncta & amaritudine repleta est, atq; peccata sua cōfitēs postmodū bene vixit.

An vitandus sit sacerdos existens in peccato mortali circa sacramētorū ministrationem.

SED hic iterum quæritur, numquid si cui sacerdos nō debet dare sacrm̄ illi, quem scit in peccato mortali, ita seculares teneant vitare cōionem, & sacramenta sacerdotum qui sunt in peccato mortali? Et respondet Ricar. in 4. di. 13. ar. 1. q. 4. q a publico peccatore hæretico, simoniaco, scismatico, vel excōmunicato, irregulari, vel suspenso a sacerdotali officio; qn̄ talia peccata sunt manifesta, & publica, non licet ab eis vllo modo sacramentū recipere, quia prædictis interdicta est dispensatio huius sacramenti ab ecclesia. Similiter a fornicatore notorio non licet recipere, qn̄ tam est euidens eius peccatum q nulla tergiuersatione pōt cęlari, vel est damnatus per sententiam, vel per confessionem iure factam c. quæsitū, de coha. cle. & mu. Et hoc etiam ponit Ray. in summa, & habet in summa con. li. 3. ti. 30. q. 12. Et ita intelligit c. nullus. 32. di. & c. si qui sunt. 81. di. Et dicit b. Tho. in 4. di. 24. q quamdiu minister ecclesiæ ab ipsa ecclesia tollerantur tenet subditus eius recipere ab eo sacramenta quamuis esset in peccato mortali, tn̄ dicit q non esset tutum q quis præter necessitatis articulum induceret talem ministrū ad aliquid sui ordinis exequendum, quando sciret ipsum esset in peccato mortali, vel probabiliter dubitaret. Et hæc intelliguntur de peccatis non notorijs, & publicis, quia si talis minister esset notorius concubinarius, eo modo quo supra dictum est non posset ab eo recepi sacramentum Eucharistiæ. c. præter hæc, & ibi plene per doc. 32. di. Et ista omnia declarant ab Inno. 3. in c. vestra duxit deuotio. de coha. cle. & muli. Et etiam habetur in summa con. li. 3. tit. 22. q. 24.

QVOD FVRIOSI ET amentes non debent communicari, consideratio quarta.

QVarto in hac parte dico q communio nō est danda furiosis vel amētibus, secundū Alex. de Ales in quarta parte summæ in tractatu de Eucharistia, & oēs Theo. in 4. di. 9. maxime Tho. ibi. ar. 5. q. 3. Cum quo cōcordat Petrus, vt in summa confes. li. 3. tit. 24. q. 83. Et Ric. in 4. di. 9. ar. 2. q. 3. in corpore quæstionis sit distinguendo. Quod sunt aliqui amentes, qui licet habeant debilē mentem, tn̄ sunt dociles eorū quæ sunt fidei, & spectant ad deuotionem, & talibus corpus Christi denegari non debet, maxime tēpore ab ecclesia determinato. Alij aūt sunt omnino furiosi, vel frenetici & rōnis iudicio penitus carentes, & talibus nullo modo danda est Eucharistia, nisi habeant lucida interualla. Eo. n. tempore pōt dari si inueniantur bene dispositi ad recipiendum cū deuotione. Si tn̄ aliquis bene dispositus ad susceptionem sacramenti illud petierit deinde per aliquem casum deuenerit in amentiam, tūc pōt dari sibi sacramētum secundū Petrū, vt habetur in summa cōfes. vbi supra, & etiā Ricar. in prædicta di. quarti. Et hoc est verū nisi timeat periculū de vomitu, vel de expuitione, vel de aliquo huiusmo di. 26 q. 6. c. his qui. Habet quoq; in summa con. vbi supra, secundū Tho. q demoniacis pōt dari cōio, qn̄ non imminet periculū aliquod de prædictis, videlicet de vomitu, aut expuitione, vel huiusmodi & qn̄ non est certū q diabolus torqueat eos pro aliquo crimine. Tunc. n. si confiteantur & appareant bene dispositi ad suscipiendum sacrm̄ cū deuotione, pōt eis dari Eucharistia per quā dæmones expelluntur, qui aliqn̄ aliquo secreto Dei iudicio permittunt torquere aliquē, licet nō sit in mortali crimine. Et scd̄m prædictā limitationē intelligit illud qd̄ Cassianus ait. Eis qui ab immūdis spiritibus vexāt cōionem sacrosanctā à senioribus nostris nunquam meminimus interdictam.

CON-

CONSIDERATIO QVINTA quòd pueri ante annos discretionis non debent communicari.

QVinto dico quod nō debet dari hoc sacramentum pueris, secundum Alexan. de Ales vbi supra, qui dicit quod in puero tria consideranda sunt, scilicet ętas, discretio, & deuotio. Debent ergo habere ætatem cōuenientem ad discretionem susceptionis tanti sacramenti, quæ est cōiter decem, vel vndecim annorum, prout etiam dicit Tho. in 4. di. 9. & Petrus de taran. e. di. Et etiā habetur in summa conf. vbi supra. q. 84. Secundo debet considerari in puero discretio. Nisi enim habeat discretionis iudiciū, & maxime quod discernat differentiā inter hoc sacramentū, & cōionem panem, est inducēdus ad sacrā cōionem, secundū Alexā. de Ales vbi supra. Ait. n. Aug de conse. di. 2. c. nos autem. Nos sub specie panis, & vini quā videmus, res inuisibiles. i. carnem & sanguinem honoramus. Ideo dicit Augu. ad Bonifacium Papā quod cibus iste est grandium. s. in fide. Ideo Alexan. de Ales, vbi supra redarguit græcos & alios hæreticos, qui cōicant pueros anteq̄ habeant discretionem, dicens hoc esse irrationabile & prohibitū. Et idem inquit Tho. in 4. di. 9. ar. 5. q. 4. Tertio consideranda est in puero deuotio. Nisi. n. appareat quod cū deuotione debeat suscipere cōionem, nō est inducendus ad illam. Sed hæc oia secundum opinionem meā prudentis confessoris iudicio relinquenda sunt, videlicet qn̄ habeat discretionem & deuotionem necessariā. Et dicunt præfati doctores, quod paterfamilias & materfamilias tenetur ex præcepto charitatis rationabiliter inducere quantū possunt filios, & filias, & quemlibet de sua familia ad sacrā cōionem, & ad missam audiendā, & cōfessionem faciendum, & ad ieiunandum in diebus præceptis & c. huiusmodi, quia debent diligere proximum suum sicut seipsos. Matth 22. & Lucæ decimo.

CONSIDERATIO SEXTA, quòd sacra communio non debet dari lusoribus consuetudinarijs, diuinatoribus, sortilegis, correatricibus, inhonestis se ornātibus indumentis, vel faciem fucantibus, seu adulterinos crines portantibus, nec meretricibus, vel concubinarijs, nisi separentur cum proposito nunq̄ recidiuandi, nec exercentibus se in torneamentis, vel duello, nec alicui infami personæ.

SExto dico quòd sacramentū hoc nō debet dari lusoribus. s. illis q ludum aleæ vel taxillorū in cōsuetudinem ducūt, & quasi artē faciunt de ludo, tales eni cū nō sint in statu saluādorū nequaq̄ cōicari debēt; vt dicit Alex. de Ales, vbi supra, & Ray. in summa allegātes multas rōnes. Propterea scriptū est, de pe. di. 5. §. 1. in fi. Cohibeat se pterea ab oibus ludis, atq; spectaculis seculi, q pfectā vult cōsequi grām remissionis Et in c. Eps. 3 5. dist. scriptum est. Eps aut presbyter, aut diaconus aleæ, vel ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certe dānet. Subdiaconus aūt, aut lector, vel cantor similia faciens, aut desinat, aut cōione priuetur, similiter etiā laicus, hæc ibi. Diuinatores etiā, & sortilegi nō debēt cōicari secdm Alex. de Ales, vbi supra. Et de hoc habetur textus in c. pro dilectione, de conse. di. 2. Et in c. si qs. 26. q. 5. Imo tales diuinatores debent excōicari si nō cessant a prædictis c. sortilegi. e. q. & causa. Diuinatio. n. quocunq; modo facta est prohibita. c. 1. extra de sorti. & 26. q 5. fere p totā. Item de choreatricibus, q hnt cōsuetudinē eundi ad choreas, maxime qn̄ mala vadunt intentione, vel in casibus phibitis, & etiam qn̄ eis innotescunt mala, & peccata grauia q̄ veniunt ex choreis. Et hoc vel propria industria cognoscunt, vel experientia seu pdicatione, & tn̄ hmōi exercitiū hnt in cōsuetudinem, & nolunt abstinere, nō debēt cōicari, quia & sibi, & alijs laqueos mortalis peccati pręparāt, & ideo mortaliter peccāt, secdm Alex. de Ales vbi supra. Et Theo. in 4. di. 16. Qui. n. amat periculū peribit in illo. vt cr Eccle. 3. Ait etiā Hiero. in quadam homilia. Non credo viro si dicat se illęsum euasisse a spectaculis talium, cum Dauid electus a dño

Ludū aleæ et taxillorū in consuetudine ducentes cōicari nō debent, multiq; alij

ex eo, q vidit Bersabeæ lauantem se ad libidinem prouocatus sit. Similiter mulieres portantes crines adulterinos, seu mortuos ad ornatum, & portantes alia vana ornamenta ad pompã, & lasciuiã & pingentes vultum, vt pulchriores appareãt, vel inhonesto habitu incedentes non debent communicari nisi se emendent, secundum Alexan de Ales vbi supra, & etiã in 2 parte summæ. Facit ad hoc. 21. q. 4. c. 1. & allegat Alex. multas rationes quas causa breuitatis omitto. Vsurarij quoq; publici, & qui aliorum bona iniustę vsurpant, vel retinent nullatenus debent communicari, nisi prius satisfecerint, vt habetur plene in summa conf. lib. 2. tit. 7. q. 47. Similiter nec etiam interdictus seu excõicatus, etiã iniuste debet cõicari secundum Petrum de Taran. in 4 di. 9. ar 3 Et similiter suspensus qñ est suspensus a perceptione sacramentorũ Et hoc etiam habetur in summa conf. lib. 3. tit. 24 q. 77. in fi. Similiter nõ possũt cõicari meretrices seu concubinæ, aut concubinarij, etiã si dicant se amplius nõ peccare, nisi prius separent, & innotescat eorũ cõuersio. Ar. ad hoc capituli meretrices. 32. q. 4. Et hoc inquit Tho. in 4. di. 9. ar. 3 q 5. Scriptũ est enĩ Lucæ. 12. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Quod exponens Grego. in homilia ait. Lumbos. n. pręcingimus cum carnis luxuriam per continentiã coarctamus. Lucernas vero ardẽtes in manibus tenemus cũ per bona opera proximis nostris lucis exẽpla monstramus. Ideo. 2. ad Cor. 4. ait Apostolus. Prouidemus. n. bona non solum coram Deo, sed etiã coram oibus hominibus. Cuius contrarium isti faciunt scandalizantes proximũ tenentes in domo eam quæ fuit eorum concubina. Item debent omnino separari propter periculum recidiuandi. Sicut si palea poneretur ad ignem periculum esset ne cõbureretur. Et ideo cum isti tales tentent Deũ & supponant se periculo non debent cõmunicari. Si enim præcipitur clericis ne teneant in domo fœminas propter periculum. c. inhibendum, extra de cohabi. cle. & muli. multo magis talibus debet prohiberi ante cõionem ne in domo teneant eas cum quibus antea peccauerunt. Non etiam debet dari sacramentum hoc illis qui exercent se in torneamentis, & habẽt voluntatẽ redeundi ad illa, quia tales nõ sunt in statu saluationis, vt inquit Alex. de Ales, vbi supra. Cum torneamẽta sint prohibita extra de tornea. c 1. Similiter non debet dari illis qui exercent se in monomachia, idest in duello. Lex enim noua non recipit talem luctam, vt patet in c. Monomachiam. 2. q. 5. vbi dicit glo. q talibus non est communio danda. Et idem dicit Alexander de Ales, vbi supra. Dicitur autem monomachia a monos q est vnus & machia quod est pugna quæ etiã est prohibita a lege Romana vt patet in l. vnica. C. de gladi. histrionibus quoq; similiter magis, & alijs similibus personis, & notorijs peccatoribus non est danda Eucharistia, vt patet in c. pro dilectione, de con se. di. 2. Et rationem ibi assignat textus dicens. Quia nec diuinę maiestati, nec euangelicæ disciplinæ congruit, vt pudor, & honor ecclesiæ, tam turpi, & infami contagione fędetur. Et eadem conclusio habetur in summa confes. lib. 3. tit. 24. q. 82. Et licet dicat glo. in prędicto capitulo, q si tales reuertantur ad dominum, & pœniteant, eis gratia non negatur. Et ita videtur fuisse determinatum in concilio Carthaginensi vbi dicitur. Scenicis, atq; histrionibus cęterisq; huiusmodi personis, atq; apostatis conuersis ad Deum, reconciliatio non negetur. Tñ dicit Ricar. in 4. di. 9. ar. 3. q. 2. Quod non debet statim eis dari cõio. Primo propter reuerentiam sacramenti. Secundo propter probationem conuersionis eorũ. Tertio ne proximus scandalizetur, qui intima cordis non videt. Posset tñ talibus sine dilatione Eucharistia ministrari, vbi necessitatis articulus cogeret, seu alia pietas suaderet, puta quia religionem intrant, hæc ille. Sunt & alij quibus per triennium nõ debet dari communio ex præcepto ecclesiæ, sicut matricidæ. Et idem est de patricidis. 33. q. 2. c. latoiẽ. Et alijs p quadriennium, sicut illis qui p horridum sacrilegium, ecclesiã scandalizãt. Sicut fuit ille Burgãdus nomine, de quo scribitur. 12. q. 2. c. de viro. Et hęc intelligũt de manifestis. Si tñ intrãt religionẽ possũt cõicari sicut alij religiosi, vt satis innuit ibidẽ. Posset tamen Episcopus in talibus dispensare quo ad relaxationem temporis, & mi-

& mitigare talem pœnitentiam, vt probatur per dictum capitulum, Latorem. 33. q. 2. Regulariter tamen tenendum est, q in fine vitæ oibus vere penitentibus hoc sacramentum est tribuendum. Sicut dicit glo. extra de rap. c. super eo. & habetur etiam 26. q. 6. c. si quis, & 50 di. c. penitentes. Quicunq; igitur vult digne cōmunicare, debet seruare illud Augustini super Ioannem Sermone 26. dicēns Qui corpus Christi sumere volunt, fiant corpus Christi si volunt viuere de spiritu Christi.

Eucharistia non est denegāda illis qui pro criminibus sūt suspēdendi, vel decapitādi, etiam leprosis, vel aliqua alia corporali immūditia infectis est danda.

SED hic quæritur nunquid debeat dari hoc sacramentum his qui pro criminibus sunt suspendendi vel decapitandi. Et Respondent Theo. q sic, si sunt cōfessi & pœnitent. 13 q. 2. c. si. Talibus enim Eucharistia, nec ecclesiastica sepultura est deneganda, & missa pro eis debet celebrari, & oblationes offerri. 26. q. 7. c. 1. & vlti. & 50 di. c. penitentes. & 13. q 2 c. pro obeuntibus. Imo in clemen. 1. de pœni. & remis. præcipitur officialibus q eis administrari permittant si petunt. Leprosis quoq; potest dari hoc sacramentum, secundum omnes Theologos in 4. dist. 9. Et similiter alijs qui habent aliquam immūditiam puræ corporalem, vt est fluxus seminis, vel menstruorum continuus. Non enim debet addi afflictio afflicto, cū ista nō procedant ab eorum crimine extra de cle. egro. c. tua nos, & capitulo, ex parte. Licet præsbyter parochialis leprosus sit amouendus ab officio ministrationis, ad euitandum scandalum & abhominationem populi. Vt dicitur in dicto. c. tua nos. Si autem hæc immunditia puræ corporalis, est facile purgabilis, licet homo habens illam si sit bene dispositus communicare non prohibeatur, tamen laudabilius faciet abstinendo, donec sit purgatus. Et ideo dico de muliere menstruata, vel habente fluxum seminis, vt inquit Tho. in 4. di. 9. & habetur in summa confes. li. 3. ti. 24. q. 77.

QVOD PROPTER POLlutionem debet cessari a perceptione dominici corporis.

Consideratio septima.

SEptimo dico, q ppter pollutionem nocturnā, quis est indignus sumere hoc sacrm. Scriptum est. n Leui. 15. Vir a quocunq; exierit semen coitus, immūdus erit vsq; ad vesperā. Et Deut. 23. dr. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollut⁹ sit somnio, egredietr extra castra, & nō reuertetr priusq ad vesperā lauet aqua. Et tn distinguendū scdm Tho. in 4. di. 9. ar. 4. q. 2. Et Ric. ea. di. ar. 2. q. 3. Vn sciendū est q pollutio multipliciter cōtingere pōt, primo ex sola dispositione naturæ sine vlla pcedenti cogitatione, & tūc nō est signū alicuius peccati, sed pōt hebitudinē mētis inducere, maxime si veniat cū turpi imaginatione, habetq; immūditiā corporalē. Et licet ex tali pollutione q nō puenit, neq; ex crapula, neq; ex mala cogitatione, vel cōsensu aliquo nō impediat qs a cōione, maxime vbi necessitas, vel deuotio id exposcat, tn scdm pdictos doctores, laudabilius est abstinere, maxime qn venit cū aliqua mala imaginatione insomnis. Si vero pollutio pueniat ex pcedēti cogitatione, vel ex crapula nimia si talis cogitatio, vel crapula sit talis, q fuerit peccatum mortale, talis pollutio retrahit oīno a cōione, vt pōt pbari p e. nō est. 6. dist. & arg. in c. Quisq 14. q. 1. Similiter phibet a cōione qn qs post pollutionē in ea delectatione cōsentit, licet illa pollutio alias nō fuisset peccatum mortale. Si vero pdicta cogitatio, vel comestio supflua nō fuerit nisi peccatū veniale, nō phibet pollutio sequens a cōione de necessitate, tn oēs doctores laudant, q cesset ab ea ob reuerentiā sacri Et hæc oīa possūt pbari p dictū Greg. in c. testamentū. 6. di. Dicit etiā Alex. de Ales, in 4. parte sūmæ in tractatu de Eucharistia, q vbi nō est necessitas, vel scādalum melius est abstinere, quia non potest bene percipi ex qua causa contigerit pollutio. Et ideo securior pars eligenda est, vt in c. illud, de clerico excōmunicato ministrante. Item quia per talem pollutionem, mens magis solito inclinatur ad co-

cogitationes impudicas,& nõ videt bene dispofita ad recipiẽdũ cum reuerẽtia corpus Christi quod est sacramentum sacramentorum. Tamen dicit Tho. vbi supra. Quod si quis perciperet ꝙ ex nulla causa mala processit pollutio, sed solum ex illusione dæmonum, sicut accidit frequẽter in diebus in quibus homo se cum magna diligẽtia præparauit ad cõmunionẽ, signũ est Quod diabolus homini fructũ eucharistiæ auferre conatur. Vnde in tali casu consultũ fuit cuidã monacho, vt in collationibus patrũ legiẽ, ꝙ cõicaret,& sic diabolus videns se nõ posse consequi intẽtũ, ab illusione cessauit. Verũ quia de hoc nõ possumus esse certi.s.ꝙ illa pollutio solũ veniat ex illusione diabolica, vel ex defectu naturæ, vbi non est necessitas, vel scandalũ, laudabilius est abstinere, quia bonarũ mentiũ est ibi culpã timere, vbi culpa non est.c.ad eius.5.di.Et debent abstinere tales ꝑ viginti quatuor horas post pollutionẽ secundũ prędictos doctores, vt etiã habetur in summa conf. e.lib.& tit.q 73.

Matrimonialis actus an a cõione impediat.

SED hic quæriẽ nunquid actus matrimonialis impediat a cõione. Et clarũ est ꝙ si fiat dñante voluptate debet talis prohiberi a cõione.33.q.4. c. vir cum propria. Si autẽ fiat solũ causa procreandæ prolis, vel reddendi debitũ, nõ impedit, nisi vt supradictũ est de pollutione nocturna, q̃ accidit sine peccato.s propter immunditiã corporalẽ, & mentis distractionẽ. Vt inqt Tho.in 3.parte summæ.q.80 & in 4.di.9.ar.2.q.4. Vnde dicit Greg.in dicto.c.vir cũ ꝓpria.33.q.4. Qđ talis est relinquendus iudicio suo. Et idẽ ponit in summa conf. vbi supra.q.75. Et quãuis Alanus,in 4.di. 32. dicat ꝙ exigẽtia infirmitate ductus, licet monere debeat ne accedat, si tñ oibus modis ex deuotione se ingerit non est prohibendus. Itẽ licet dicat glo.in c.oĩs ho. de con.di. 2.Qđ illud qđ dr in multis capitulis iuris canonici. Qđ homo debet abstinere ab actu matrimoniali ante cõionẽ, est cõsiliũ nõ præceptũ, tñ tutius facient tales q vsi sunt actu matrimoniali abstinendo a cõione. Et hoc patet ꝑ dictũ Hieronymi in c.sciatis.33 q.4 dicẽtis. Sciatis fratres charissimi, qm̃ quicunq; vxori debitũ reddit, vacare nõ põt orationi, nec de carnibus agni comedere debet, quia si panes propositionis ab his qui suas vxores tetigerant comedi nõ poterãt, quãto magis panis ille qui de cœlo descendit non põt ab his, qui coniugalibus paulo ante adhæsere cõplexibus violari, atq; cõtingi? Nõ ꝙ nuptias condẽnemus, sed eo tẽpore quo carnes agni.i. Christi manducaturi sumus vacare a carnalibus operibus debemus, hæc Hieronymus. Item de con. 2.c.oĩs homo, dr. Oĩs homo ante sacram cõionẽ a propria debet abstinere vxore tribus, aut quatuor, aut quinq;, aut sex, aut septẽ diebus. Et ideo dicit Ricar.in 4. di.9.ar.2.q.3.Qđ coniuges debẽt abstinere ab vsu matrimonij etiã in reddendo, quantũ fieri põt, q̃a nõ est potestate reddẽtis ex necessitate nõ fieri carõ,& nõ habere carnales cogitationes. Itẽ quia dr in dicto.c.vir cũ propria.33.q 4.Licita ipsa admixtio coniugis, sine voluptate carnis fieri nõ põt. Ex quo colligiẽ ꝙ quomodocunq; quis vsus fuerit actu matrimoniali etiã reddendo ex necessitate debet differre cõionem ob reuerẽtiã sacri, quãuis nõ sit condemnandus peccato mortali si cõicet qñ solũ vsus fuit matrimonio, ꝑut institutũ fuit ab ecclesia, & sine voluptate prędominante. Vt inqt Alanus in 4 di. 32. Similiter non debet quis illo die quo cõicauit vti matrimoniali actu nec exigere, nec reddere, nisi cũ difficultate scd̃m Alanũ in 4 di.32. Et idẽ habetur in summa conf.lib.3.tit.24.q.76. Quia si illo die debet abstineri a cibo materiali ꝑ aliquas horas quantũ cõmode fieri põt, de cõse.di 2.c.tribus gradibus, multo magis ab actu venereo, debent coniuges abstinere in die cõionis ob reuerentiã sacramenti. Sed heu quia multi indignissimi, & immundissimi ad tã sacratissimũ accedũt sacrm̃,& sine vlla præparatione, qui oẽs ad infernales descendent cruciatus. Ecõtra vero hi qui agnũ paschalẽ digne sumere volunt, seruãt illud. Eccle.2. Qui timent dñm præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Quod nobis facere ille cõcedere dignẽ, qui in hoc mirabili sacramento pro peccatis nostris quotidie immolatur. Amen.

IN

IN SACRATISSIMA SOLEMNITATE RESVRRECTIONIS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

DE EADEM RESVRRECTIONE.

SERMO DECIMVSSEPTIMVS.

HÆC dies quam fecit dominus exultemus & lætemur in ea. Pſ. 117. Sententia eſt naturaliũ philoſophorum di. Quod ſicut ſe habet propoſitũ in oppoſito, ita ſe habet propoſitum in propoſito. Et econtra vt non in l. qui filium. ff. de le. 3. & ibi Albri. de ro. & hanc regulam ponit peripateticorum dux Ariſto. 2. de cœlo & mundo 4. Topi. 10. Metha. & in 8. Phyſic. Qui etiam in 2. de generatione, & 2. Phy. inquit. Contrariarum cauſarum contrarij ſunt effectus & in primo Poſte. & 9. Metha. iterum ait. Si vnũ eſt cauſa alicuius, oppoſitum eſt cauſa oppoſiti. Cum igitur mors ſit vltimum terribilium. 3. Ethi. non immerito præteritis duobus diebus, maxime in die Veneris ſancti doluimus atq; lachrymati ſumus de horribili morte benigniſſimi ſaluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, atq; aſſociamus meſtiſſimã matrem eius Virginem benedictam vſq; ad montem Caluariæ, pariter lugenter cum ea vituperoſam mortem vnigeniti filij ſui. Quapropter cum amicus debeat ſentire commoda, & incommoda ſui amici, vt notatur in l. iterum ex diuerſo. in fine. ff. familia herciſ. & ſecundum conſilium Apoſtoli ad Roma. decimoſecundo. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Ideo omnes hodie lætari debemus, pariter cum illa de triumphanti reſurrectione eiuſdem filij eius, vt qui ſocij fuimus doloris, & lachrymarum, eius quoque efficiamur participes conſolationis, & gaudiorum. Et qui de morte ſaluatoris maximam perpeſſi ſumus triſtitiam, hodie de vita eius perpetua ineffabilem ſentiamus lætitiã. Quod bene prophetauit Dauid in Pſal. 29. dicens. Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Ad quam lætitiam nos hortatur ſancta mater eccleſia, quæ in toto officio huius ſacratiſſimi diei, & per octauam dulciter canit verba thematis noſtri di. hæc dies &c. Quæ verba exponens Auguſtinus ait. Et ſi dominus omnes dies fecit, hanc tamen ſingulariter feciſſe dicitur, quia in ea pluſquam in alijs fecit. Debemus ergo & nos ſingulariter in hac die gaudere. Nam etiam inſenſibilia hodierna die lætitiæ gaudijque ſigna oſtendere. Vnde diuus Ambroſ. inquit. In reſurrectione Chriſti aer ſalubrior fuit, ſol candidior, & terra fœcundior. Et beatus Maximus dicit. In reſurrectione Chriſti ele-

menta omnia gloriantur. Nam & solem ipsum in hac die arbitror solito fuisse clariorem. Necesse est enim vt in hac die sol gaudeat, & in eius plus solito iocundetur resurrectione, in cuius passione condoluit, & sicut in eius passione magnam obscuritatem ostendit in signum tristitiæ, ita in eius resurrectione maiorem habeat claritatem in signum lætitiæ. Lętemur itaque omnes in hac die quæ, & viuos circumfulget, & morthos viuificat, & venturos illuminat, hæc ille. Videmus namque quòd dies illa in qua aliquod accidit magnum bonum, vtputa, quia princeps victoriam obtinuit, & hostes subiugauit cum lætitia celebratur, & veneratur. Tales enim ferias principes indicere possunt l. a nullo. C. de ferijs. Vnde dominus præcepit filijs Israel omni anno pascha solemniter celebrare in memoriam q ipse dominus eos de seruitute ægiptiaca liberauit, vt habetur Exo. 12. Multo ergo magis christiani gaudere & exultare debent in hac die, & pascha solemniter celebrare, qua nos saluator noster a captiuitate diabolica liberauit, de diabolo triumphauit, & libertatem perditam humano generi restituit. Vnde Augustinus in quodam sermone de festo paschæ sic ait, Pascha Christi, fratres charissimi regnum est cœlorum, salus mundi, occasus inferni, gloria supernorum, vita credentium, resurrectio mortuorum, testimonium miserationis diuinæ, contritio mortis abolitæ, & precium redemptionis humanæ. Hic est dies dilectissimi quem fecit dominus vt audistis, excelsior cunctis, sanctior vniuersis. In quo dominus surrexit & singulorum mentes gaudio & exultatione profudit. Et ideo inquit psalmista. Lętamini in domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Dignum est enim vt ei honorem laudis impendamus, qui gloriose triumphando hodie est ab inferis ad nos reuersus. Nam & Romani victoribus imperatoribus suis magnum honorem psallendo, & cātando fecerunt, qui hostibus superatis Romam redierunt. Sic etiam primi Reg. 17. legitur de Dauid, q post q̄ Goliam quinq; lapidibus occidit, & populū eius vicit, reuersus cum magna gloria receptus est a suis, & mulieres in eius lapidē cecinerūt dicentes. Saul percussit mille, & Dauid decem millia. Et Exod. 15. dr, q qn dñs liberauit Israel de manu ægyptioū & viderunt ægyptios mortuos super littus maris, tunc Moyses cecinit carmen hoc dño. Cantemus dño, gloriose.n. magnificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare. Quia fortitudo mea, & laus mea dñs & factus est mihi in salutem, &c. Similiter Maria soror Moysi & Aaron sumpsit timpanum in manu, egressæq; sunt oēs mulieres post eā cū timpanis & choris p cinētes & dicētes Cātemus dño, &c. Et ideo & nos de victoria & triūpho Imperatoris nostri Iesu Christi qui quinq; lapidibus, idest quinq; vulneribus deuicit Goliā, idest diabolū cū exercitu suo, & victor de inferis rediit ad superos, demerso Pharaone, ideo ipso diabolo in profundum inferni, debemus totis præcordijs iubilare dicentes. Surrexit Christus hodie humano pro solamine. De quo prę dixerat Dauid. Psal. 144. dicens ipsi dño Iesu. Gloriam regni tui dicent, & potentiā tuā loquent. Vt notā faciant filijs hoium potentiā tuā, & gloriam magnificentiæ regni tui. De cuius triumphanti resurrectione tres pulchras contemplationes faciemus Prima dicetur veritatis. Secunda congruitatis. Tertia iocunditatis. *Sermonis intentio, ac diuisio.*

PARS PRIMA in qua probatur veritas resurrectionis Iesu Christi.

AD dandam fidem alicui veritati triplex via reperitur. Prima dicitur ostensio sigilli autentici qd patet in ei scripta vero autentica, extra de fi. instru. V bi. Alex. tertius inquit, q illa scripta sunt autentica & habent robr fi rmitatis, eisq; adhibetur fides, quę sunt signata sigillo autētico. Super quod capitulum inquit glo: Autenticum sigillum dicimus sigillum Episcopi, cui credi tur quamdiu in contrarium ostendatur. Sicut habetur extra de proba c. post cessionem, & 12. q. 3. c. curæ. Item sigillum capituli dicitur autenticum, vt extra. de proba. c. tertio loco, & 23. di. c. in nomine dñi. Item sigillum alicuius principis le- *De triplici via quæ reperitur ad dandā fidē alicui veritati quibus etiam vijs Christus ostendit suā resurrectionem.*

secularis, cui creditur de consuetudine, vt habetur extra de fide instrumentorũ c. cum dilectus. & 19. quæstio. 2. c. statuimus. Hæc glos. Si ergo literis habentibus sigillum autenticum alicuius principis secularis, vel alicuius capituli, seu Pontificis, vel Papæ, fides datur plenissima, profecto dabitur fides sigillo magnifico Domini nostri Iesu Christi, qui est summus Pontifex omnium Pontificum, dicente Apostolo ad Hebræ. 4. Habemus Pontificem magnum qui penetrauit Cœlos, Iesum Christum. Et est rex regum ac Dominus dominantium Apoca. 19. Veritas ergo resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, qui est rex regum & Dominus dominantium, probatur sigillo suo autentico, non dico sigillo plumbeo, vel aureo, sed sigillo mirifico suarum cicatricum, & sacrorum stigmatum, quæ apparuerunt in manibus & pedibus & in latere eius post illius resurrectionem. Quæ quidem cicatrices fuerunt sufficiens argumentum, quod illud erat corpus verum, & viuũ, quod prius fuerat in Cruce vulneratum. Et ideo ad ostendendam veritatem suæ resurrectionis, ostendit discipulis suis manus, & latus, vt dicitur Ioannis 20. Et ibidem scriptum est, Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino.

Christ' cicatrices post resurrectionẽ sp retinnit ppter quatuor rationes.

CIRCA quod sciendum est secundum Alexander de Ales in tertia parte summæ, in tractatu de resurrectione Christi. Et beatum Thomam in tertia parte summæ, quæstione 54 capitul. quarto, quòd Christus resurrexit cum cicatricibus, non solum ad tempus demonstrandis, sed in corpore suo in æternum permanendis, propter quatuor rationes.

PRimo propter triumphi gloriam ostendendam. De quo venerabilis Beda super Lucam inquit. Christus non ex impotentia curandi cicatrices retinuit, sed vt in perpetuum gloriæ triumphum ostendat. Et Chrisostomus super Matthæum dicit. Crux & cicatrices Christi, solaribus radijs clariores in iudicio apparebunt. Beda etiam vbi supra inquit. Miles in prælio fortiter agens, & victoriam obtinens multis vulneribus confossus, si dicat ei medicus, Vis sanari sine omni cicatrice, vel cum cicatricibus sine omni deformitate, puto quòd in signum suæ victoriæ cicatrices seruaret. Ille enim cicatrices in Christo sunt non ad deformitatem, sed ad magnam pulchritudinem. Chrisostomus quoque vbi supra ait. Sicut honor est militi de prælio reuertenti deferre scutum fractum, sic est Christo honor deferre victoriæ suæ gloriosum triumphum.

2. Rõ quare Christus cicatrices retinuit.

SEcundo hoc fecit propter discipulorum & omnium aliorum fidem conseruandam. Vnde Lucæ 24. dixit Discipulis suis, ostendens eis corpus suum sacris stigmatibus insignatum. Videte manus meas, & pedes meos quia ego ipse sum. Vbi glosa ait. Ad dubitantium corda sananda, vulnerum sunt seruata vestigia. Et Ioannis 20. dixit. Thomæ dubitanti de eius resurrectione. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis. Quod cum fecisset Thomas dixit. Dominus meus, & Deus meus. Super quę verba dicit Theophilus ibidem. Thomas qui prius fuerat infidelis postea optimum Theologum se ostendit dicens. Dominus meus, in quo confessus est humanam naturam Christi, & Deus meus, in quo confessus est naturam diuinam. Augustinus quoque super prædicta inquit. Videbat Thomas, & tangebat hominem, & Deum quem non videbat, nec tangebat confitebatur. Sciendum tamen secundum Alexander de Ales vbi supra, quòd licet Thomas viderit, & tetigerit, tamen ad suam fidem sufficiebat vidisse, quàm citò enim vidit credidit. Et ideo Saluator dixit ei Ioannis vigesimo. Quia vidisti me Thoma credidisti. Quia vero nos potuissemus dubitare, & existimare illum errasse in visu, ideo ad tollendam omnem dubitationem de pectore nostro voluit tangere, vt inquit.

Leo

Leo Papa in quodam sermone. De qua dubitationis demonstrationis, atque de eius vtilitate loquens B. Greg. in quadã homilia Paschali inquit. Egit namq; miro modo diuina supernaq; clementia, vt discipulus dubitans dum in magistro pal paret vulnera carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis infidelitas Thomæ, ad fidem, quàm fides credentium discipulorum profuit, quia dũ palpando ad fidẽ reducimur, nostra mẽs omni dubietate postposita in fide solida tur. Quia enim vt inquit Arist. in lib. de sensu & sensato. Omnis nostra cognitio naturalis ortum habet a sensu. Ideo Saluator noster post resurrectionẽ per quadraginta dies voluit apparere discipulis suis, & loqui cum illis vt dicitur Act. 1. vt patet Matth. 28. & Marc. 16. Luc. 24. & Io. 20. vt ostenderet se esse illũ, qui occisus fuerat, maxime faciens ab eis palpari vulnera sua, dicens illis illud Lu. 24. Palpate, & videte quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut videtis me habere.

3. Rõ quare Christ⁹ post resurrectionẽ cicatrices retinuit

Tertia ratio quare retinuit cicatrices fuit propter placationem patris facilius obtinendam, & fiduciam peccatoribus præbendam. Cicatricum enim repræsentatio est quædam apud patrẽ pro nobis aduocatio. Sicut miles tacens ab Imperatore impetrat, quando vulnera quæ pro eo protulit sibi demonstrat. Vnde legitur in historia scolastica quòd Antipater Idume⁹ pater magni Herodis in quodã seruitio Imperatoris fuit multis vulneribus confessus. Qui tandem ab æmulis accusatus apud Imperatorem, reiectis vestibus totus denudatus dixit, Ego Cæsar nolo me verbis apud te excusare, sed ista vulnera quæ suscepi pro te, loquantur pro me si ego diligo te. Tunc autem Cesar ipsum in gratiam suam recepit, & similiter Christus cicatrices suas patri demonstrat, vt quantum nos dilexit, & quàm carne emerit ostendat, ac sic ad misericordiam illum inducat, vnde B. Anselmus assumẽs illum versiculum psalmistæ dicentis Deo. Respice in faciem Christi tui dicit. Si non vis pater respicere in nos, respice in filium tuum, qui tam care emit nos. Ipse ergo Dei filius continue supplicans patri pro nobis ostendit illi vulnera, quæ pro nobis pertulit, dicens illud Zacha. 13. His plagis plagatus sum in domo eorum, qui me diligebant. Ex quo rogat patrem ne sinat sanguinem suum inaniter esse effusum. Vnde Bern. super canticam inquit. O homo securũ habes accessum ad Deũ, vbi habes Matrem ante filium, filium ante patrem, filius ostendit patri vulnera, & latus, Mater ostendit filio pectus, & vbera, nulla ergo poterit esse repulsa, vbi tot sunt charitatis insignia.

4. Rõ quare Christus post resurrectionẽ cicatrices retinuit.

Quarto retinuit cicatrices propter misericordiam, & iustitiam ostendendam. Propter misericordiam dico vt saluati videant quãta misericordia sunt redempti dãnati vero cognoscant, quam iuste æternis deputentur incendijs, cum de tanto fuerint beneficio ingrati, vt inquit Aug. in quodam sermone. Vnde dicitur Io. 16. Videbunt in quem transfixerunt. Et Apoca. 1. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Non solum autem in corpore Christi in æternum remanebunt cicatrices, imo etiam in corporibus martyrum, vt inquit Aug. in vltimo de ci. dei dicens. In corporibus Martyrum re[ma]nebunt post resurrectionem cicatrices in signum victorie prętēriţ. Et in eodem li. etiam dicit. Videbimus in corporibus Martirium cicatrices quas pro Christi nomine pertulerunt, nec erit in eis deformitas, sed dignitas, & in eorum corpore quædã singularis pulchritudo fulgebit, hæc ille. Multo ergo magis in corpore Dñi nostri Iesu Christi apparebunt stigmata, & cicatrices suæ passionis, quæ sunt quoddam sigillum irrefragabile, & supra omnia alia sigilla autenticum, ostendens veritatem suæ resurrectionis.

de 2. Via q̃ repitur adducendã fidẽ alicui veritati.

Secundo dico quòd datur fides alicui veritati testium veridicorum affirmatione, vt habetur in c. quoniam contra falsam. extra de proba. in c. causam quæ vertitur, extra de testi. & in c. cum super causa. de testi. cogen. In ore. n. duorum vel trium testium stat omne verbũ Deute. 19. & extra. de testi. c. licet vniuersis. Quo pręsupposito dico quòd non solum duorum vel trium testium affirmatione,

sed

sed multorum & quasi innumerabilium probatur veritas resurrectionis.

Prophetarũ testimonio, Christi resurrectionem ostendit.

PRimo testimonio prophetarum David enim Psal. 3. in persona Christi dixit. Ego dormiui & somnum cepi, & resurrexi, quia Dominus suscepit me. In sacra n. scriptura per dormitionem intelligitur mors, vt habetur ad Gala. 4. Item Psal. 40. loquitur in persona Christi dicens patri. Tu autem Domine miserere mei & resuscita me, & retribuam eis. Et Isa. 11. videns propheta resurrectionem Christi gloriosam inquit. Erit radix Iesse qui stat in signum populorum, ipsum gẽtes deprecabuntur & erit sepulchrum eius gloriosum. Et Iob 16. inquit. Scio ꝙ Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Et Sophoniæ. 3. Vnicuiq; secum resuscitando ex Sanctis Patribus existentibus in limbo ait Saluator. Expecta me in die resurrectionis meæ. Vnde Oseæ 6 dicebant illi mortui qui debebant resurgere cum Christo, post quàm intellexerunt ipsum esse mortuum, conformantes seinuicem. Viuificabit nos post dies duos, tertia die suscitabit nos quia, scilicet cum ipso resurgemus.

Angelorũ testimonio pasta est ẽt Christi resurrectio.

SEcundo probatur hæc veritas testimonio Angelorum, de quo habetur Math. 28. vbi dicitur Angelus autem Domini descendit de Cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Erat aspectus eius sicut fulgur, vestimenta eiꝰ alba sicut nix, præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui, dixitq; mulieribus. Nolite timere. Scio enim quòd Iesum, qui Crucifixus est quæritis, non est hic surrexit sicut dixit vobis, venite & videte locum vbi positus erat Dominus Marci quoq; 16. dicitur quòd Maria Magdalenæ & Maria Iacobi & Salomæ, valde mane vna Sabbatorum, idest in hac die Resurrectionis venerunt ad monumentum orto iam Sole, & dicebãt ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem, scilicet a primo Angelo. Et introeũtes viderunt iuuenem sedentem in dexteris coopertum stola candida, & obstupuerunt qui dixit illis. Nolite expauescere, Iesum quæritis Nazarenum, surrexit, non est hic. Ecce locus vbi posuerũt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galileam. Ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Triplici autem de causa nominauit Petrum particulariter, quã vnam assignat Grego. di. Petrum vocauit ex nomine, ne desperdet ex negatione. Si enim nominatim eum non exprimeret q magistrum negauerat, venire inter discipulos non auderet. Indignum enim se iudicabat discipulatu dum ter negauit magistrum, sed peccata non nocent quæ nõ placent.

Triplici ex cã noĩatus fuit Petrus ab Angelo mariæ Magdalena, & alijs quærẽtibus Christum.

SEcunda causa est vt Angelus sibi tanquam summo pontifici deferret. Si. n. quis Papæ, & collegio Cardinalium literas mitteret, Papam nominatim exprimeret, Cardinales vero in generali proferret. Angelus igitur nominatim expressit Petrum tanquam Pontificem summũ, discipulos autem generaliter tanquam collegium.

TErtia causa est quia Petrus interpretatur agnoscens, per quod datur intelligi quod illi Christum inueniunt, qui Deum & se veraciter agnoscunt. De apparitione quoq; angelica habetur Io. 20. vbi scriptum est, quòd Maria stabat sola ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se & prospexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & alium ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu, qui dixerunt ei. Mulier quid ploras? Et istos duos Angelos etiam viderunt aliæ Mariæ, vt habetur Luc. 24 vbi dicitur. Vna autem Sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum portantes quę parauerant Aromata, vt vngerent corpus Iesu. Et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento. Et ingressæ non inuenerũt corpus Iesu. Et factum est dum mente cõfusæ essent de isto, ecce duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgenti. Cum timerent autem illæ, & declinarent vultũ in terram dixerunt ad illas. Quid quæritis viuentem cum mortuis? Surrexit non

est hic. Non recordamini qualiter locutus est vobis, cùm adhuc esset in Galilea dicens. Oportet filium hominis tradi in manus peccatorum, & Crucifigi, & tertia die resurgere, quòd autem Christus dixerit se debere occidi, & resurgere tertia die habetur Io.12.& Matth.16.& 20. c.Cum ergo Christus sit veritas infallibilis Io.14. ergo verissime tenendum est ipsum resurrexisse, vt testificati sunt prædicti Angeli.

Apostolorũ testimonio hoc idẽ ostẽditur.

TErtio probatur hæc veritas testimonio Act.10.c.Petrus loquens iudæis de Christo inquit. Hunc Deus suscitauit tertia die, cui nos testes sumus qui manducauimus,& bibimus cũ illo postquam surrexit a mortuis.

Quid fiebat de cibo quẽ comedebat Christus post resurrectionẽ.

SI autem quæratur quid fiebat de illo cibo quem comedebat Christus. Respondet Alex.de Ales in 3.parte summę in tractatu de resurrectione Christi, & Tho.in 3.parte summæ.q.54.art.6 quòd Christus vere comedebat post resurrectionem cum discipulis suis, vt habetur Luc.24.& Io.21.& Act.1.c.Sed cum corpus glorificatum non indigeat refectione, vt inquit Aug.in lib.83. quæstionum Ideo ille cibus virtute corporis glorifica si resoluebatur in nihilum, sicut virtute solis aqua resoluitur in vaporem subtilẽ & consumitur. Et sicut aqua missa in ignem anihilatur a calore ignis.

Infideliũ testimonio probatur resurrectio Christi,& 1. sibillarum.

QVarto probatur hæc veritas testimonio infidelium siue testimonio gentilico. Recitat enim Aug.18.de ciuitate Dei,& Lactantius in libr. diuinarum institu. aduersus gentes, quòd multæ sibillæ quæ fuerũt ante aduentum Christi de ipsius incarnatione multa dixerunt, quæ supra posuimus in sermone de improbatione sectæ iudæorum. De eius quoq; passione,& resurrectione prophetauerunt, quarum prophetias collectas recitat Augu.vbi supra dicens. In manibus infidelium postea veniet, dabũt autem alapas Deo manibus incestis, & impuro ore expuent venenatos sputus, dabunt vero ad verbera sanctum dorsum, & collaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat quod verbum sit, vel vnde veniat, vt inferis loquatur,& corona spinea coronetur. Velum templi scindetur, & media die nox erit tenebrosa, vix tribus horis & morte morietur, tribus diebus somno susceptis,& tunc ab inferis regressus ad lucem veniet, prius resurrectionis patrocinio reuocatis ostenso, hæc sibillę dixerunt. Probatur etiam veritas resurrectionis testimonio Pilati qui post resurrectionem Christi scripsit epistolam Tiberio Imperatori dicens. Nuper accidit quod ipse probaui iudæos se, & suos posteros in crudelem damnationẽ per iniustitiam deiecisse. Nam cum promissum haberent quòd illis de Cœlo mitteretur sanctus sanctorum, qui eorum rex merito diceretur, ipsi cum habuissent, & vidissent eum cæcos illuminasse, leprosos mundasse, Paralyticos curasse, dæmones ab hominibus fugasse, mortuos resuscitasse, dixerunt illum principes sacerdotum insidiantes ei, magum esse, mihi autem tradiderunt, alia pro alijs mentientes contra legem eorum agere. Ego autem credidi ita esse, & flagellatum tradidi arbitrio eorum. At illi Crucifixerunt eum,& eidem mortuo,& sepulto custodes adhibuerunt. Ille vero militibus meis custodientibus eum, die tertia resurrexit a mortuis, sed tantum exarsit nequitia iudæorum, vt darent eis pecunias dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte corpus eius rapuerunt. Veruntamen milites cum accepissent pecuniam, id quod factum est, tacere non potuerũt. Nam & illum resurrexisse testati sunt, & se a iudęis pecuniam accepisse. Hoc autem ideo scripsi, ne aliquis aliter referens mentiatur, & existimet credendum esse mendacijs iudæorum. Hæc Pilatus.

de 3 Via qua reperitur ad dandã fidẽ alicui veritati, qua via resurrectio Christi etiam monstratur.

TErtio principaliter dico, quòd alicui veritati datur fides exhibitione actuum mirificorum extra de hære.c.cum ex iniuncto. Vnde vera miracula sunt sufficiens testimonium alicuius veritatis c. audiuimus.extra de reli.& ve. san.c.venerabili fratri nostro.extra de testi. Et hoc modo confirmatur veritas Iesu Christi, videlicet ex operibus miraculosis, & stupendis,& vt de cæteris taceamus.

Primum

PRimum miraculũ fuit illud quod habetur Matth. 28. Et ecce terremotus factus est magnus qui vt inquit Hier. in quæstionibus ad Helbidiam. Non est factus more solito, sed ita magnus vt concuteret omnia, & euersionem terræ minaretur.

SEcũdum miraculum fuit ipsius Christi de sepulchro egressio sine apertione ipsius sepulchri. Nam licet dicatur Matth. 28. quod descendens Angelus de Cœlo reuoluit lapidem, hoc non fecit, vt Christus exire posset, sed vt omnes homines intelligere possent ipsum resurrexisse, cum non viderent eum in sepulchro: vnde Beda in quodam sermone inquit exponens prædicta verba. Accedens autem Angelus reuoluit lapidem, non vt egresſuro Domino ianuam panderet, sed vt egressus illius iam facti hominibus præberet inditium. Grego. quoq; in homilia Paschali inquit: Sicut in sua Natiuitate exiuit Christus de vtero Virginis clauso ita in resurrectione exiuit non aperto sepulchro. Ioãnes quoq; 20 dr quòd intrauit ad discipulos suos ianuis clausis, ex quo patuit corpus suum fuisse glorificatum.

TErtium miraculum fuit custodũ sepulchri prostratio de quibus dicitur Matth. 28. quòd facti sunt velut mortui. Et hoc prophetatum fuerat Psal. 67. vbi dicit propheta. Exurgat Deus, & dissipẽtur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum a facie eius.

Aliud miraculũ idẽ probans.

QVartum miraculum fuit aliorũ mortuorum resurrectio, virtute resurrectionis Christi, de quibus dicit Matth. 27. Multa corpora sanctorũ qui dormierant resurrexerunt cum eo, & intrauerũt in sanctam ciuitatem, & apparuerũt multis. Vnde refert Nicodemus in Euangelio suo, ꝙ inter alios mortuos resurrexerunt duo, qui erant cogniti in tota ciuitate Hierusalem, quorum vnus appellabatur Carinus, & alter Leontius, qui fuerunt filij Simeonis sancti Senis, qui habens Christum in vlnas dixerat. Nunc dimittis &c. Qui resuscitati intrauerunt synagogam iudæorum repræhendentes iudæos de occisione Christi, dicentes eum filium Dei & resurrexisse a mortuis. Ex quibus omnibus appa et veritas resurrectionis Domini nostri Iesu Christi.

PARS SECVNDA huius sermonis, de congruitate resurrectionis Domini nostri Iesu Christi.

SECVNDVM sententiamq; Alex. de Ales in 3. part. sum. in tracta. de resurrectione Christi. q. 1. & beati Tho. in 3. parte summæ. q. 53. art. 1. Congruum fuit Dominum nostrum resurgere a mortuis, imo possumus dicere necessarium, maxime triplici ratione. s. sui, nostri, & beati. Primo ratione sui congruum fuit, & necessarium Christum resurgere a mortuis. Et hoc probatur triplici ratione.

Congruum fuisse Christũ resurrexisse rõne sui, tribus rõnibus ostenditur.

PRima dicitur coniunctionis, secũdũ. n. sententiam omnium theologorũ, maxime Ale. de Ales vbi supra. q. 2. & B. Th. in 3. par. sum. q. 53. ar. 2. Et Ric in 3. di. 21. Et Bonau. ibidem art. 1. q. 2. & multorum aliorum, quis Christus vere mortuus fuerit, tamen diuinitas nunq̃ fuit separata a carne eius mortua. Sicut nec etiam separata fuit ab anima. Nõ. n. decebat Deũ siue verbum diuinum ab humanitate separari, quam sibi indissolubili matrimonio coniunxerat, sicut non decet virum relinquere vxorẽ, nec ecõtra sine cã c. 2. de diuortijs. Vnde Leo Papa inquit. Tãta est vnio Dei, & hois, vt nullo supplicio possent diuimi nec morte distingui. Et Aug. sup Ioañẽ ait. Verbũ ex quo suscepit hoiem nunq̃ separatum fuit ab eo. Et Dama. dicit. Anathema sit, qui dixit verbũ deposuisset quod semel assumpsit, ratio potest assignari, quia cum Deus aliquod donum dat, non subtrahit illud sine culpa. Cum ergo nec ex parte animæ nec ex parte corporis Christi aliqua culpa interuenerit, non debuit diuina liberalitas ab anima ipsa, vel a carne sibi semel vnita separari, licet ipsæ humanitatis partes integrales per mortem essent ad inuicem separate pro redẽptione humani generis perficienda In hoc aute sẽsu dr verbum Dei nunq̃ fuisse separatũ ab hoie, quẽ semel assumpsit, qa nunq̃ fe- iunctum

iunctum fuit ab aliqua eius parte: nam & cum anima ad limbum descendēte, & cum carne in tumulo iacente semper cō iunctum fuit. Vnde Aug. contra Felicianum & magister in 3. dist. 21. dicit quòd Christus in sepulchro carnem suam non deseruit. Quapropter non fuit conueniens, vt caro coniuncta diuinitati remaneret in miseria mortis, ergo necesse fuit ipsum de morte ad vitam resurgere, vt diuinitas quæ est vita viuentium coniungeretur carni viuæ, & non remaneret cō iuncta carni mortuæ, quam nec mortuā nec viuam rationabiliter debebat vnquā dimittere. Et hæc est ratio quare caro Christi in sepulchro non fuit putrefacta secundum Alex. de Ales vbi supra. Nam si virtus creata vnita corpori non patitur ipsum corrumpi, vt patet de anima, ergo multo fortius virtus diuina vnita corpori Christi non patiebatur ipsum corrumpi. Et hoc est quod inquit glo. super illud Psal. 15. Non dabis sanctum tuū videre corruptionem, vbi ait. Corpus Christi sanctificatum per quod alia sanctificantur non patieris corrumpi.

Tres assignātur causæ quare Christus statim à mortuis non resurrexit.

QVod si quæratur quare ergo statim non resurrexit postquam mortuus fuit, vt diuinitas non staret cōiuncta corpori mortuo, nec per momentum? Respōdit Alex. de Ales vbi supra assignans tres rationes, vna quarum est, vt probaretur vere mortuus. Nam si statim resurrexisset, multi putassent illum vere non fuisse mortuum. Quia igitur sicut in ore duorum vel trium testium stat omne verbū ita duobus vel tribus diebus ostenditur aliquem vere esse mortuum. Ideo Dominus noster ad resurgendum expectare voluit istum terminum. Et propterea glosa super illud 1. ad Cor. 15. Resurrexit tertia die ait. Probata s. vera morte. Petrus autem Rauennas inquit. Tres dies voluit esse suę sepulturę, quę in in cęlo sunt restauraturus, quę in terra reparaturus, & quę apud inferos redempturus. Alij autem dicunt quia numerus ternarius est perfectus vt ait Phil. 1. de cęlo & mundo, quia habet principium, medium, & finem, ideo ad significandum ꝙ resurrectio sua perfecta fuit Christus tertia die resurgere voluit. Et hoc figuratum fuit in Iona Propheta de quo inquit saluator Mat. 12. Sicut fuit Ionas in ventre cæti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus. Dicit autē Augu. in 4. de Trinitate quòd intelligatur ꝑ Sinedochem secundum quam accipitur pars pro toto. Vnde Prima dies accipitur secundum postremam sui partem. Secunda autem dies secundum se totam & integram. Tertia vero secundum partem sui primam, & sic fuerunt tres dies, & quilibet eorum habuit suam noctem præcedentem. Tunc. n. secundum Bedam mutatus est ordo, & cursus diem, ac noctium. Antea. n. dies præcedebant, & noctes sequebantur ad denotandum, quòd homo ceciderat de die gratiæ in noctem culpæ. Post passionē vero Christi, & eius resurrectionem noctes præcedunt & dies sequuntur, ad significandum, quòd per eā homo rediit de nocte culpæ ad diem gratiæ. De hora autem resurrectionis diuersa fuit opinio. Aliqui. n. dixerūt eum resurrexisse media nocte, in qua more Romano incipit dies naturalis l. more Romano. ff. de ferijs. Alij vero dixerunt ꝙ resurrexit mane, & dicit S. Bona. in 3. di. 22. quòd prædictæ opiniones possunt cō cordari, quia dupliciter dicitur res fieri, aut quando fit secundum veritatem, aut quando innotescit. Illi ergo qui dixerunt eum resurrexisse media nocte denotauerunt horam, quando facta est resurrectio. Illi autem qui dixerunt resurrectionem factam mane, denotauerunt horam quādo innotuit & ideo Io. 20. dicitur adhuc tenebrę erant, quia aurora media est inter tenebras noctis, & lucem perfectam diei. Et ideo ab vtroq; potest nominari sicut medium ab extremis, quia participat naturam vtriusq; extremi. Hæc Nico. de Lira super Mar. 16. prąalle. §. c. sup verbum orto iam sole.

2. Rō ostendēs cōgruū fuisse Christū resurrexisse ratione sui.

SEcunda ratio quare congruum fuit Christum resurgere dicitur perfectionis sic arguendo. Omne totum est nobilius sua parte, & vna pars sine alia est imperfecta, vt inquit Aristo. 3. Phisi. & 5. Metha. Cum ergo homo sit cōpositus ex anima & corpore, vt inquit Aristo. 2. de anima, patet ꝙ perfectior est anima coniun-

cta

cta corpori. & corpus vnitum animæ, quàm si sint ab inuicem separati. Vnde Aristo. 6. Poli. & 16. de animalibus inqt, quòd corpus viuum est nobilius corpore mortuo. Cũ ergo anima sine corpore sit imperfecta, & econtrario corpus sine anima sit imperfectũ, sicut pars sine suo toto, igitur oportuit quod anima Christi vniretur suo corpori, & econtra, cum in Christo debuerit esse omnis perfectio q̃ reperiatur in natura humana. Si.n. non resurrexisset, imperfectus remansisset, p eo quòd homo non fuisset. Nam pro illo tempore quo anima Christi fuit a corpore separata, & econtra Christus homo non fuit, vt inquit S. Bonau. in 3. dist. 22. art. 1. q. 1. in corpore quæstionis. Vnde dicit Aristo. 4. Methaurorum, quòd homo mortuus non est homo nisi equiuoce. Ad hoc ergo vt non remaneret in ista imperfectione, congruum fuit imo necessariũ vt resurgeret a mortuis. Alias sequeretur quòd fuisset discordia inter humanã naturam quæ erat in Christo, & diuinam, quod est impossibile cũ essent vnitæ vinculo perfectissime charitatis. Nam clarũ est quòd anima appetit vniri suo corpori, vt inquit Aristo. 8. Ethi. Si ergo diuina natura potens facere hanc vnionem, noluisset illam facere, necessario sequeretur concludendum, quòd natura diuina in discordia esset cum humana & ei contraria nullam habens causam differendi istam vnionem. Nam finis imponit necessitatẽ agẽti, vt patet 2. Phisi. 2. Metha. ac 4. Ethi. Quandocunq; ergo aliqua duo naturaliter vniuntur, & substantialiter. Si propter aliquod faciendum, vel habendum separentur, facto vel habito illo propter quod separantur, debent iterato coniungi, & substantialiter vniri, aliter non essent separata propter illud tantum. Cum igitur anima & corpus Domini Iesu fuerint substantialiter vnita, & eorum separatio per mortem fuerit facta, solum vt fieret de peccato originali satisfactio, & & generis humani reparatio, ergo facta satisfactione & reparatione debuerunt iterato vniri, adimpleto fine illius separationis, alias sequeretur quòd essent separata propter aliud quàm propter humanam redemptionem faciendam, quod est falsum. Cum igitur diuinitas Christi haberet potestatem coniungendi animã illius cum corpore, quod patet quia per virtutem ipsius diuinitatis Christi omnes mortui resurgent, vt dicitur Iob 19. & 1. Cor. 15. vbi Apostolus ait. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum, a fortiori potuit resuscitare corpus sibi vnitum. Quia quicquid est causa aliorum vt sint talia, illud est maxime tale sibijpsi. 2. Metha. Ergo necessario concluditur quod ipsum resuscitauit. Vnde Augu. in libro de traditione simboli ait. Impossibile fuit vt auctor vitæ non rediret ad vitam. Quomodò enim poterat mortis legibus detineri, qui iccirco est mortuus, vt mortis adimeret potestatem? Cuius ergo dementiæ est, illum non credere surrexisse, ad cuius præceptum de tumulo mortuus emersit? Indubitanter ergo est tenendum ipsum Dominũ Iesum resurrexisse a mortuis. Nam vt supra probatum est, necessario est tenendum quòd facta restauratio ne humanæ redemptionis per separationem animæ & corporis Christi, ipsa diuinitas concupiuit facere vnionem illorum, aliter sequeretur quod esset contraria natura humanæ vt supra probatum est. Similiter oportet dicere, quòd anima Christi separata a corpore, facta redemptione humana desiderabat reuniri corpori suo, ne permaneret in hac imperfectione. Cum igitur ex dispositione in agẽte ex proposito, & patiente, necessario sequatur actio Arist. 2. de anima, ergo inconuincibiliter concluditur resurrectionem Christi vere esse factam, necessario fuisse fiendam.

Tertia ratio dicitur præmiationis. Si enim per quæ quis delinquit per ea & puniri debet, c. fi. de immu. eccle. & c. pastoralis. de iure patro. l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulg. & pup. l. hæres ff. de his qui. vt indi. Et Sap. 11. c. Cum miserationes Dei sint super omnia opa eius Psal. 144. ergo quisq; per ea per quæ bene agit debet premiari. Cum igitur Christus exposuerit corpus suum passioni pro charitate, tolerauerit tot acerbissima tormenta, ergo congruum fuit, imo necessarium quantum ad iustitiam, vt in ipso corpore glorificaretur. Virtuti.n. est faciendus honor, *3. Rõ, Christi resurrectionem a mortuis necessariã fuisse demonstrans.*

honor, & retribuendum præmium Arist. 2. Phi. & 4. Ethi. Quia igitur scriptum est Lu. 14. & 18. & Matth. 23. Qui se humiliat exaltabitur. Cum Christus humiliauerit seipsum factus obediens vsq; ad mortem vt dicitur ad Philip. 2. ergo iustitia exigebat vt exaltaretur vsq; ad gloriam resurrectionis. Vnde propheta in persona Christi ait Psal. 138. Domine probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Congruum fuisse Christũ resurrexisse a mortuis rõne nostri, tripliciter ostenditur.

Secundo probatur congruitas resurrectionis Christi ratione nostri, & hoc etiam tripliciter. Primo ratione cõfirmationis. s. in fide & spe. Primo in fide, quia per eius resurrectionem confirmata est fides nostra circa diuinitatem ejus. Si. n. nõ resurrexisset, hoĩes non credidissent ipsum fuisse verum Deum. Vnde in Psal. 29. ipse inquit patri. Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Vbi glo. inquit. Si corruptum fuerit corpus meum, & sanguis meus, & non resurrexero, nemini annunciabor, & nullũ lucrabor, quia vero resurrexit cognouerunt omnes, quòd vere erat Deus. Nam omnis effectus naturaliter est demonstratiuus suæ causæ, vt inquit auctor in lib. de causis. Cum igitur causa primaria resurrectioni mortuorũ sit diuinitas, Christus qui virtute propria resurrexit ostendit se esse Deum. Et sic confirmauit nos in fide diuinitatis suæ, & similiter in spe scilicet, ꝙ nos resurgemus. Nam corpus sequitur naturam sui capitis l. cum in diuersis. ff. de reli. & sump. fu. Et accessorium sequitur naturam sui principalis c. accessorium. de reg. iur. lib 6. l. cum principalis. ff. de reg. iur. l. ad rem mobilem. l. ad legatum ff. de procura. l. 1. ff. de pecu. le. l. cos. in 1. responso. C de vsuris. l. 4. C. deposi. Et ideo cum Christus caput nostrum, & noster Dux & Princeps resurrexerit, possumus, & nos resurrectionem sperare. Quod si non resurrexisset perdita fuisset spes nostra, vnde Apo. inquit 1. ad Cor. 15. Si Christus non resurrexit ergo inanis est prædicatio, & fides nostra. Et glos. super Lucam vltimo. cap. inquit. Si non est veritas resurrectionis Christi non est fructus passionis eius. & 1. Cor. 15. iterum dicit Apos. Si Christus non resurrexit, neq; mortui resurgent. Verum, quia ipse verè resurrexit, ideo absq; vllo dubio & nos resurgemus. Vnde inquit Apo. vbi supra. Si Christus prædicatur quòd resurrexit a mortuis, quomodo quidam in vobis dicunt quòd resurrectio mortuorum non est? quasi di. immo absque dubio erit. Et has duas confirmationes, scilicet in fide & spe, tangit Apo. 1. Petri 1. di. Deus suscitauit eũ a mortuis, vt fides nostra & spes esset in Deum.

2. Rõ quare fuit cõgrua resurrectio Christi rõne nostri ostendens.

Secundo congrua fuit resurrectio eius respectu nostri ratione reconciliationis, vt scilicet nos per peccata nostra a Deo auersos, illi reconciliaret. Vnde ad Hæbreæ. 9. dicitur. Christus introiuit in Cœlum, vt appareat vultui Dei pro nobis. Et ad Roma. 8. iterum inquit Apost. Christus Iesus qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

3. Ratio hoc idẽ ostẽdit.

Tertio fuit necessaria & congrua ratione nostræ instructionis, vt inquit Thom. in 3. parte summæ. q. 53. art. 1. in corpore quæstionis. Et hoc tripliciter. 1. vt sic Christus resurrexit a mortuis, ita & nos resurgamus a peccatis. Vnde ad Collo. 3. dicitur. Si resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite.

Ostẽditur 2. ac. 3. quare cõgrua fuit resurrectio rõne nostræ instructionis.

Secundo vt sicut Christus post resurrectionem habuit nouam vitam, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, iuxta illud Apostoli ad Roma. 12. Renouamini in nouitate sensus vestri. Et ad Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Et 1. ad Corinth. 5. Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azimi, etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque emulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, sed in azimis sinceritatis & veritatis. Et ad Roma. 6 iterum inquit Paulus. Quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Dei Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et ideo non dicitur esse

verum

verum membrum Christi, qui spiritualiter non resurgit cum suo capite Christo per nouitatem vitæ, a quo nos Christiani dicimur de conse. di. 4. c. post quã ascẽdit. Ea propter Apost. ad Ro. 4. hanc rationem tangẽs inquit. Christus mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Tertio ad instruendum nos, quòd sicut ipse resurrexit amplius non moriturus iuxta illud Apostoli ad Roma. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, ita & nos amplius non debemus redire ad mortem peccatorum, sed viuere semper cũ Christo in gratia, & dicere cum Apostolo ad Gala. 2. Christo confixus sum Cruci, viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus.

Cõgruũ fuit Christũ resurrexiße rõne Angelorũ, ac aliorum sanctorum.

Tertio principaliter fuit congrua & necessaria resurrectio Christi respectu beati, scilicet Angelorum, & animarum sanctarum & corporum glorificandorum, vt cresceret illis gloria & consolatio in contemplanda humanitate Christi, vt inquit Alexan. de Ales vbi supra. Vnde de Christo inquit Apostolus Petrus 1. c. suæ. 1. canonicæ. In quem desiderant Angeli prospicere non solum enim sancti delectantur in contemplatione deitatis, sed etiam humanitatis Iesu Christi sicut prophetatum fuerat Isaiæ 33. vbi dicitur. Regem in decore suo videbunt. Et ob hanc causam necessaria fuit Christi resurrectio maxime vt sancti in anima & corpore beatificarentur. In anima contemplando diuinitatem & animam Christi gloriosam. In corpore vero videndo corpus Christi omni gloria plenissimum. Et sic patet pars secunda huius sermonis.

PARS TERTIA de iocunditate resurrectionis Domini nostri Iesu Christi.

MVLTAS consolationes de Passione, & resurrectione Christi habuerunt diuersi de quibus hic paucas enarrabimus. Dimissa igitur principali consideratione quæ fuit ipsius Christi, de quo dici potest illud secundi Machabæorum 1. Tempus affuit quo sol refulsit qui prius erat sub nubilo. Ipse enim sol iustitiæ Christus qui in Passione fuit sub triplici nubilo, scilicet mortalitatis quo ad corpus, passibilitatis, quo ad animam, & multiplicis pœnalitatis quo ad vtrumque hodie de isto triplici nubilo exiuit & in mundo refulsit. Nam corpus eius induit mortalitatem, anima impassibilitatem, & vtrumque omnimodam gloriam & fœlicitatem, vnde Leo Papa ait. Post Passionem Christi ruptis vinculis mortis infirmitas in virtutem, mortalitas in æternalitatẽ, & contumelia transiuit in gloriam. Omittendo etiam dicere de dotibus corporis gloriosi ipsius Domini, & de gloria animæ ilius, quia hæc excedunt humani ingenij facultatem, dico q consolatio prima fuit sanctorum patrũ, quam habuerũt statim post Passionẽ Christi, ad quos descendit anima eius gloriosa sicut prophetatum fuerat per Dauid Psal. 106. Sedentes in tenebris, & in vmbra mortis, vinctos in mendicitate & ferro, & eduxit eos de tenebris & de vmbra mortis, & vincula eorum dirupit, quia contriuit portas ereas, & vectes ferreos confregit. Et Ecclesiastes 24. dictum fuerat in persona Christi. Penetrabo omnes inferiores terræ, & liberabo omnes sperãtes in me Oseæ quoq; 13. dictũ fuerat. O mors ero mors tua, morsus tuus ero o inferne, hoc autem fuit conueniens. Nam vt inquit Aristotil. 9. Ethicorum. Amicorum pœnitentia delectabilis est in bonis fortunijs, & in infortunijs alleuiantur tristati condolentibus eis amicis. Et in talibus auxiliari nobilissimum & delectabilissimum est. Cum igitur Christus singulari amore af-

1. Consolatio post mortẽ Christi allata, fuit sanctorum Patrum.

Gg sicere-

sceretur sanctis Patribus, iuxta illud Ioannis 15. Vos amici mei estis &c. Ideo non immerito descendit ad illa loca subterranea, & extraxit illos, quorum singulis extractis inquit illud Hieremias 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo extraxi te miserans tui. Sciendum est ergo quòd anima Christi statim cum mortuus fuit, cum maxima Angelorum multitudine perrexit ad inferos. Dæmones autem in aere commorantes hoc videntes statim annunciauerunt dæmonibus infernalibus mortuum quendam cum maxima turba Angelorum aduentare, qui videtur velle infernum imperiose intrare, & eos debellare. Propter quod portas infernales clauserunt, Sed Angeli præeuntes ad ianuas inferni pulsantes clamauerunt dicentes illud Psalmi 23. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quibus responderunt dæmones. Quis est iste rex gloriæ? Nunquam enim huc venit mortuus cum tali audacia. Et illi dixerunt, Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Et cum adhuc non aperirent, iterum clamauerunt Angeli dicentes. Tollite & cætera. Quibus respondentibus. Quis est iste rex gloriæ? Illi dixerunt. Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. Quibus dictis ceciderunt & confractæ sunt portæ infernales. Et hoc figuratum fuerat Iudicum decimosexto, vbi dicitur, quando Sanson portas clausas Gazæ ciuitatis appræhendit & asportauit. Similiter recitat Valerius maximus, quòd quędam vorago maxima Romæ apparuit quæ totam ciuitatem de putredine exeunte corrumpere videbat, & propterea multi moriebantur. Sibilla autem respondit eis illam voraginem nunquam cessaturam, nisi valentior Romanorum in ipsam se proijceret. Quod cum per ciuitatem vulgatum fuisset, statim Curtius quidam adolescens Romanorum nobilissimus valentior omnibus valde bene armatus, in voraginem illam simul cum equo se proiecit, & subito cessauit pestis, atque vorago. Moraliter ista vorago limbus erat, qui omnes Sanctos Patres deuorabat & molestabat. Christus autem valentior omnibus in virtute, charitate armatus, mediante equo Sanctæ Crucis in ipsam foueam limbi descendit, & cessauit pestis atque vorago, quia tunc Christus limbum reclusit, & omnes Sanctos Patres abinde extrahens, ab eis molestia liberauit.

Contẽplatio de descensu Christi ad inferos, & de liberatione sanctorum Patrum.

QVOD autem Christus vere descenderit ad inferos, probat Alexander de Ales, & declarat in tertia parte summæ quæstione nona, articulo quarto in corpore quæstionis, & sanctus Bonauentura, in tertio distinctione vigesimasecunda articulo primo, quæstione quarta, & etiam Thomam in tertio distinctione vigesimatertia, articulo primo, quæstione secunda, vnde possumus considerare deuote secundum quosdam doctores, quòd quãdo Christus in Cruce clamauit emittens spiritum, terra contremuit, & petræ scissæ sunt, vt dicitur Matthæi vigesimoseptimo. Vnde illud foramen in quo fuerat Crux, adeo extensum est vt transiret vsque ad limbum in quo erant sancti Patres. Et per illud foramen descendit ibidem de sanguine Christi in Cruce pendentis, statimque adueniente anima Iesu Christi, apparuit lux magna in limbo, qui prius erat tenebrosus, & prospexerunt sanguinem illum de Cruce fluentem. Quia vero Ioannes Baptista per modicum tempus perrexerat ad limbum, & annunciauerat Christi Passionem futuram in proximo, ipse surrexit, & dixit illis sanctis Patribus. Hæc lux est illius sancti agni immaculati, qui hodie pro nobis in Cruce pependit, quem ego digito monstraui dicens Ioannis primo. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Tunc surrexit Isaias propheta & dixit. Hæc lux est illa de qua ego prophetaui nono capitulo libri mei, dicens. Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam, ambulantibus

tibus in regione vmbre mortis, lux orta est eis. Tunc surrexit etiam Zacharias propheta dicens. Hic est sanguis de quo ego dixi capitulo nono libri mei dicens Christo. Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Statim ergo aduenit Dominus Iesus Christus dicentibus illis hæc verba inter se, & seinuicem confortantibus, & illuminauit totum illum locum indicibili splendore, mentes quoque illorum ineffabili claritate, vnde inquit Augustinus vt habetur in legendario, in festo resurrectionis. Sicut adueniente luce solis, omnis tenebra in aere existens effugatur, sic adueniente anima Christi in limbo infernus illustratur. Statim ergo Iesus Christus dulciter salutauit eos & beatificauit, vt inquit sanctus Bonauentura in tertio, distinctione vigesimasecunda, articulo primo, quæstione sexta, in corpore quæstionis. Et beatus Thomas in eadem distinctione, articulo primo, quæstione tertia, & iterum in tertia parte summæ, quæstione 52. articulo quarto, in corpore quæstionis, & extraxit eos & perduxit vsque ad Paradisum terrestrem, vt ibi starent vsque ad suam ascensionem. De qua liberatione quantam exultationem habuerint Sancti Patres, patet considerando affectionem quam habebant, tanto tempore illum expectantes. Scriptum est enim Prouerbiorum decimotertio. Spes quæ differtur affligit animam, desideria autem cum completa fuerint delectationem pariunt. Vnde ait Augustinus in sermone de Passione. Hancergo tristitiam, & pœnam totam Christus conuertit in lætitiam & gaudium, dum sanctis patribus animam suam & diuinitatis essentiam ostendit, in qua omnis gloria Paradisi consistit. Si ergo Abraham gauisus est de incarnatione Christi, vt dicitur Ioannis octauo. Multo magis credendum est, ipsum & alios sanctos Patres exultasse, quando viderunt eum venientem ad eos. Valde enim gauderet quis si de carcere sarracenorum, vel turchorum liberaretur. Multo igitur magis ipsi debuerunt gaudere quando fuerunt educti de carcere tenebroso, vbi diuina visione carebant. De carcere horrendo, vbi horrendorum dæmonum vicinitatem habebant. De carcere ignominioso, quia sub terra in lacu iacebant. De carcere tam longo, quia per tot millia annorum ibi remanserant. Et ideo de eis prædictum fuerat Isaiæ trigesimoquinto. Gaudium, & lętitiam obtinebunt, & ab eis fugiet dolor, & gemitus. Habuerunt enim gaudium quia assecuti sunt diuinæ visionis aspectum, habuerunt lætitiam quia euaserunt tam horribilem vicinitatem dæmonum. Fugit ab eis dolor quem habebat propter locum tam ignominiosum. Et gemitus quem habebant propter carcerem, tam diuturnum. In visione autem animæ Christi deificiate adimpletum est illud Psalmi octuagesimitertij. Exultauerunt in Deum viuum, & illud Neemiæ 12. Deus lætificauit eos lætitia magna. Et illud quod promiserat ipse Dominus Hieremias 31. di. Consolabor eos, & lætificabo a dolore suo. Ceperunt autem omnes sancti Patres dulciter decantare cum Dauid illud Psalmi 106. Confitemini Domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nunc qui redempti sunt Domino, quos redemit de manu inimici. &c. Et tunc adimpletum est illud primi Esdræ tertio. Non poterat quisque cognoscere vocem clamoris lætantium. Interim autem delata est ab Angelis anima latronis qui Christo se recommendauerat, quæ visa Christi deitate protinus glorificata est, & sic cum illo fuit in Paradiso, idest in fœlicitate, sicut Christus promiserat. Vbi enim est Papa ibi dicitur esse Roma, vt notat Innocent. in capitul. ego enim de iureiurando, & in capitul. quodcunque. 24. quæstio. 1. Archidiaco. in c. 1. præsente. de præben. & di & in capitul. scire septima, quæstione prima. Sciendum est autem quod statim vt Adam & Eua Dominum viderunt cum

alijs sanctis Patribus eum adorantes dixerunt culpam suam pro eo quòd fuerant causa perditionis tantarum animarum & mortis, ac passionis suæ quos dulciter confortans Christus respondit illud quod canit ecclesia. O fœlix culpa quæ talem, ac tantum meruit habere redemptorem. Liberatis ergo sanctis Patribus fecit illud quod scriptum est Apocalipsis 2. Vide Angelum, idest Christum descendentem de Cœlo habentem clauem abyssi, idest inferni, & cathenam magnam, idest potestatem in manu sua, & apprehendit draconem serpentem antiquum qui est diabolus & sathanas, & aligauit eum & misit in abyssum, & clausit, idest secundum glosa potestates nocendi limitauit, vt etiam inquit Alexan. de Ales in 3. parte summæ in tractatu de effectu Passionis Christi.

2. Cōsulatio post mortē, & 1. post resurrectionem Christi fuit gloriosæ Virg. Mariæ & 3. Mariæ Magdalenæ.

Secunda consolatio post mortem Domini nostri sed prima post resurrectionem eius, fuit gloriosæ Virginis Mariæ, cui primo apparuit, vt in finis sermonis dicetur Sed pro nunc illa dimissa dicamus de tertia quæ fuit sanctæ Mariæ Magdalenæ, de qua scriptum est Ioan. 20. quòd dum staret ad monumentum foris plorans, conuersa est retrorsum & vidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est dixitque ei Iesus. Mulier quid ploras? quem quæris? Ille autem existimans quia hortulanus esset, dixit ei. Domine si tu sustinuisti eum dicito mihi vbi posuisti eum? & ego eum tollam. Et hic possumus contemplari de uote, licet aliud non ponatur in Euangelio, quòd Christus dixerit ei. Si posuissem illum in domo Pilati, & in medio militum quid facies? Ipsa autem inquit. Et ego eū tollam. Tantus enim erat amor, & charitas erga magistrum suum, quòd parum curasset de morte vt posset eum videre. Tunc dixit ei Iesus. Maria? Quam vocem illa cognoscens conuersa dixit ei. Raboni quod dicitur magister. Dixit ei Iesus. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum, scilicet in corde tuo, quia adhuc nō credis me ad Patris æqualitatē sedere. Vade autem ad fratres meos & dic eis. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum Deum meum, & Deum vestrum. Cum autem Christus hæc verba dixit ei, volens eam remouere ne se tāgeret posuit super faciem eius tres digitos, & in locis per eum tactis remansit vsque hodie caro integra cum alia caro vultus sui sit incinerata, vt retulit mihi vnus frater noster qui eam vidit. Si autem quæratur quare prius apparuit Magdalenæ, quàm Petro & alijs discipulis. Respondit Augustinus super prima canonica. Ioannis homilia. 3. dicens Resurrectio Christi viris per fęminam nunciata est, vt contraria arte serpens vinceretur. Quia enim ille mortem primo homini per fœminam nunciauit ita & viris vita per fœminam nunciata est, hec ille. Secunda ratio, vt daretur exemplum peccatoribus redeundi ad pęnitentiam, quia vt dicitur ad Ro. 5. vbi superabundauit delictū, superabundauit & gratia. Tertia ratio est vt daretur nobis exemplum perseuerandi. Quia n. perseuerauit vsq; in finem, & discipulis recedentibus ipsa non recessit a monumēto, ideo primo sibi apparuit. Perseuerans n. saluus erit, vt dicitur Math. 10. Considerate ergo quantum gausa fuit Magdalena videndo Iesum Christū resuscitatum, quem tantum desiderabat videre vel mortuum. Videtunr quoq; illā aliæ Mariæ, Matth. 28. Cum n. illæ discessissent a monumento, corpore eius non reperto, postquā apparuit Magdalenæ apparuit etiam illis in via. Et credēdum est quòd Maria Magdalena etiam fuit præsens, quæ currens nūciare discipulis quomodo viderat Dominum Iesum inuenit alias Marias in via, & cum cępisset nunciare visionem, ecce Christus occurrit illis dicens. Auete. Ille autem accesserunt & tenuerunt pedes eius. Tunc ait illis Iesus. Nolite timere. Ite & nunciate fratribus meis, vt eant in Galileam, ibi me videbunt. O immensa benignitas Saluatoris, qui indignos seruulos suos fratres appellat. Si autem quæratur quare iste tres Mariæ perrexerunt simul ad sepulchrum respondeo, quòd propter quatuor causas inter alias. Primo propter maiorem tastimonij firmitatē, qa vni soli testi cōtra non creditur c. licet vniuersis. de testi. & singulares teste nō faciūt plenā fidē c. hone. & c. cū dilecti. de elec. & c. ob crimen.

Propter quatuor cāi Mariæ simul ad sepulchrū perrexerunt.

men. de testi. & capitul. licet causam de proba. Secundo propter decentiam & honestatem. Decet enim matronas ire bene sociatas. Tertio propter mysticam significationem, vt ex hoc detur intelligi quòd illi ad Christum veniunt, qui habent fidem, spem, & charitatem. Quartò propter commendandam congregationem. Tutius enim est seruire Deo in societate bona, quàm in singularitate. Vnde Salomon Ecclesiastes 4. inquit. Melius est esse duos simul quàm vnum solum, habent.n. emolumentum societatis suæ. Tales enim merito societatis aliquando liberantur a malo culpæ perpetratæ, Vnde ibidem subdit Salomon. Si vnus ceciderit ab alio fulcietur. Veh autem soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem. Aliquando etiam liberantur a malo culpæ perpetrandæ, & ideo subdit. Si quisquam præualuerit contra vnum, duo resistent ei. Aliquando mutuo se accendunt in amore Dei, & ideo subdit. Si dormierint duo fouebuntur mutuo. Vnus autem quomodo calefiet? & Prouerbio. 27. etiam dicit. Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui. Aliquando etiam proteguntur a tentationibus diaboli. Vnde dicitur Ecclesiastes 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. Diabolus enim non potest rumpere seruos Dei in simul congregatos in charitate, & ideo cupit inuadere solos: dicens illud primi Regum 17. Eligite vobis virum, & descendat ad singulare certamen. Istę autem bonæ mulieres citius alijs viderunt Dominum Iesum resuscitatum, quia eum quæsierunt valde mane, vt per hoc significaretur quòd illi citius inueniunt Christum qui eum quærunt in primo iuuentutis flore. Sicut faciebat Dauid qui dicebat Psalmo 5. Mane astabo tibi & videbo. Ipse enim ait Prouerbiorum 8. Qui mane vigilauerit ad me inueniet me. Licet autem dicatur Marci vltimo, quòd venerunt orto iam sole, & Ioannis 20. dicatur, quòd tenebræ adhuc erant super terram. In hoc non est contrarietas. Quia adhuc erant tenebræ super terram quando discesserunt a domo, vt irent ad sepulchrum, Sed quia prius emerunt aromata Marci vltimo, ideo quando fuerunt ad monumentum erat ortus sol. Vel dicendum quòd sol ibi dicitur ortus, quia aurore fulgor ex radijs surgentis solis causatur.

QVARTA consolatio fuit Petri de qua primæ Corinthiorum 15. dicitur, quia visus est primo Cephe, & post vndecim. Cephas enim Petrus interpretatur, Ioannis primo. Quando autem apparuerit ei non bene scitur, nisi forte quando redibat a monumento cum Ioanne, Lucæ vltimo, vel vt dicitur in historia ecclesiastica: Apparuit ei in cauerna in qua flendo manebat. Nam postquam negauit Christum in cauernam quandam intrauit, quæ modo dicitur Galli cantus, vbi se totum ad lamenta pœnitentiæ conuertit ibi, vt quibusdam placet, in ipsa resurrectionis die magister benignissimus visitauit eum certificans illum de sui remissione peccati, ob quod Petrus miro gaudio fuit affectus. *4. Cõsolatio allata fuit Petro.*

QVINTA consolatio fuit Cleophæ, & alterius discipuli, qui putatur fuisse Lucas Euangelista, de quibus scriptum est Lucæ 24. Ecce duo ex discipulis Iesu ibant ipso die, scilicet resurrectionis, in castellum quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus. Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est dum confabularentur, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent, & ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti ea quæ facta sunt illa his diebus? Quæ verba exponuntur dupliciter a doctoribus, primo sic. Quomodo potest esse quod tu solus peregrinus ignores ea quæ nota sunt omnibus alijs peregrinis qui fuerunt in Hierusalem? vel secundo sic. Cũ tu solus inter oẽs peregrinos qui *5. Cõsolatio post mortẽ Christi quibus allata fuit.*

 fuerunt

fuerunt in Hierusalem remanseris ibi vsque nunc, quæ est tertia dies post parasceuem, quomodo ignorate potes ea quæ tam publice sunt facta, & cunctis manifesta? Ipse autem respondens eis dixit: Quæ? Et illi dixerunt. De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo, & omni populo, & quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & Crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie ex quo hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius venerunt dicentes, se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere, & abierunt, quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt. Tunc dixit illis Iesus. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a Moyse & omnibus prophetæ, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant, & ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dum discumberet cum illis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipse euanuit ab oculis eorum, & dixerunt ad inuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui ipsis erant dicentes, quòd surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant, quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis, hæc ibi. Dicit autem Nicolaus de Lira, quòd Saluator frangebat panem manibus sicut alij cultello: Ipse enim faciebat signum Crucis super ipsum panem, & ita scindebatur ac si cultello scissus fuisset, & ad hoc signum ipsum cognouerunt. Sed pro maiori declaratione huius historiæ est sciendum, quod ille alius discipulus, qui erat cum Cleopha, fuit Lucas Euangelista secundum doctores, qui nomen suum reticuit, ne se iactare videretur; si enim alius fuisset bene illum expressisset, sicut expressit nomen Cleophæ. Ipse autem Cleophas erat natiuus de castello Emaus, quod nunc appellatur Nichopolis, & est ciuitas, distat autem a Hierusalem per septem milliaria cum dimidio: Nam milliare dicitur via mille passuum, stadium autem est octaua pars milliarij continens centum & vigintiquinque passus, & sicut dicitur secundum Isidorum, & Bedam super Lucam, quia Hercules gigas legitur vno anhelitu tantum cucurrisse, & post stetisse, & propter hoc illud spacium sic dicitur a stando, sexaginta ergo stadia sunt septem milliaria cum dimidio, vt diximus. Apparuit autem eis, vt peregrinus, quia erat peregrinus a fide illorum, qui eo perfecte non credebant, vt inquit Gregorius in homilia Paschali, de quo etiam habetur in §. opponitur. versic. quod vt plane prima, quæstione prima. Item hoc egit vt ostenderet, quòd erat peregrinus in hoc mundo quo ad humanitatem, & ideo voluit in omnibus conuersari vt peregrinus. Vnde nasci voluit in via & in communi diuersorio, non in propria domo: Item in alieno hospitio conuersatus est, & in alterius sepulchro tumulatus, & ideo dixit Lucæ nono, & Matthæi octauo. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.

Quõ Christus frangebat panẽ in cœna.

VT autem melius videamus qualiter Christus vere fuit peregrinus, opere precium est inuestigare qualem habitum assumpsit. Quas vias fecit, quæ hospitia intrauit, quæ pericula sustinuit, & quæ insignia reportauit. Primo

Christus eis pegrinis conditiones habuit, & io verũ peregrinũ fuisse ostenditur.

Primo enim dicitur peregrinus quantum ad habitum. Ipse enim habuit sclauinam, scarcellam, pileum, baculum, & calciamentum. Sclauina fuit eius caro quam beata Virgo in vtero ei fecit, primi Regum secundo. Tunicam paruam sibi faciebat Mater sua. Ista autem sclauina fuit primo albissima, idest purissima de purissimis sanguinibus Virginis facta. Vnde dixit Christus de se, & de alijs qui habent sclauinas albas, idest corpora pura, Apocalyp. 3. Ambulabunt mecum in albis &c. Deinde ista Sclauina facta est in Cruce rubea, quia tota fuit sanguine aspersa, Vnde Angeli admirantes dicebant Isaiæ 63. Quare rubrum est indumentum tuum sicut calciamentum in torculari? Vltimo facta est hæc Sclauina tota nigra, quando in Cruce remansit mortua, & liuoribus plena Apocalyp. sexto. Sol factus est niger sicut saccus cilicinus. Habuit etiam scarcellam idest animam. Peregrini enim in scarcella solent aurum, & argentum, ac thesauros suos ponere, & portare. Anima autem Christi fuit plena triplici thesauro, scilicet gratiæ, sapientiæ, & gloriæ, Ioannis primo. Vidimus gloriam eius plenam gratiæ & veritatis. Homines enim erant a cælesti gloria exclusi, ideo portauit thesaurum gloriæ per quem eos ad gloriam reduceret. Erant etiam Dei inimici, & ideo portauit thesaurum gratiæ, per quem eos Deo Patri reconciliaret, erant quoque cæci, & tenebris obuoluti nescientes viam inuenire, quæ ducit ad patriam, & ideo portauit thesaurum, sapientiæ, per quem eis viam cœlestis patriæ demonstraret. Habuit etiam pileum, idest coronam spineam. Solent enim peregrini portare pileum contra æstum, ventum, & pluuiam, & similiter consideratio illius coronæ spineæ nobis debet esse in vmbraculum ab æstu voluptatis, vt refrigeremur, quia vt dicit Augustinus, & Bernardus non decet sub spinato capite membrum esse delicatum. Item debet esse in defensione a pluuia tribulationum vt alleuientur, quia sicut dicit Gregorius, Si passio Christi ad memoriam reuocetur, nihil est à Deo durum, quod non æquo animo toleretur. Debet quoque esse in absconsionem a vento tentationum vt propulsentur, quod significatum est Numeri 21. vbi dicitur, quòd ad visionem serpentis ænei in pallo suspensi, saluabantur illi qui a serpentibus percutiebantur. De his autem tribus dicitur Isaiæ 4 Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu. In absconsione a pluuia, & turbine. Habuit insuper baculum idest Crucem, qui quidem baculus fuit clauis ferratus. Solent autem peregrini vti baculo ad sustentationem, ad fluuiorum transuadationem, & ad malarum bestiarum percussionem. Et similiter Christus per baculum Crucis homines tribulatos sustentat ne fatigentur. Ad Hebræ. 12. Recogitate eum, qui talem sustinuit contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Et Psalmista inquit. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.

Secundo per baculum Crucis fluuium istius mundi transiuit, & ad patriam peruenit Gene. 32. In baculo meo transiui Iordanem istum, & Lucæ vltimo ipse ait. Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.

Tertio per baculum Crucis diabolum percussit Isa. 30. A voce Domini pauebit Assur, virga percussus. Et ideo dæmones ipsum baculum Crucis timent. Vnde Chris. inquit. Vbicunq; dæmones Crucem vident, territi fugiunt timentes baculum, quo plagam acceperunt. Habuit etiam calciamentum. Peregrini enim bonum calciamentum assumunt contra lutum, spinas, & lapides, & Christus habuit optimum calciamentum contra prædicta omnia, Iudæi namque in ipsum proiecerunt lutum. Vnde ipse per Psalmistam inquit patri. Eripe me de luto, vt non infingar. Item eum spinis coronauerunt Ioannis 19 & tulerunt lapides vt iacerent in eum Ioannis 8. De calciamento autem Christi dicitur Deuteron. 33. Tingat in oleo pedem suum, ferrum & es calciamentum eius. Anima enim Christi erat tincta

Gg 4 oleo

oleo gratiæ, quæ omnia aduersa dulcorabat, munita ferro constantiæ quæ ipsa aduersa non timebat, & ære incorruptibilis patientiæ qua omnia supplicia tolerabat. Habitus autem istius peregrini fuit benedictus, nam eius scartellam, id est animā benedixit Deus pater. Ezech. 3. Benedicta gloria domini de loco sancto suo. Eius sclauinam, idest carnem benedixit spiritus sanctus. Lucæ 1. Benedictus fructus ventris tui. Eius baculum id est Crucem benedixit totus mundus Sapient. 14 Benedictus lignum per quod fit iustitia. Et ideo de isto peregrino qui est totus benedictus dicere possumus Deo Patri illud secundi Paralip. 6. Facies cuncta pro quibus inuocauerit te iste peregrinus. Secundo dicitur peregrinus quantum ad vias quas fecit, peregrini enim habent aliquando vias planas, aliquando ascensus, & aliquando descensus. Iste autem peregrinus nihil habuit de plano, sed tota via sua fuit descensus, vel ascensus. Primo enim fecit magnum descensum, quando de Cœlo venit in mundum, Ioannis 16. Exiui a Patre & veni in mundum, &c. Deinde fecit magnum ascensum, quando de mundo ascendit in patibulum Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Deinde fecit magnum descensum, quando de Cruce descendit in limbum. Et inde fecit magnum ascensum, quando de limbo rediens, & de sepulchro resurgens ascendit in Cœlum, de quo dicitur ad Ephe. 4. Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos. Vita præsens via quædam in qua nullus fere vult habere aliquam difficultatem in ascendendo, idest in aggrediendo aliqua difficilia, nec in descendendo, idest sustinendo aliqua aduersa, sed tantum ire per plana, idest habere omnia prospera, & delectabilia. Sed quicunque non vadit post Christum, errat, quia ipse est via, & vita Ioannis 14. transumptiue. in capitul. si consuetudinem 8. distinctio. Quatuor autem sunt quæ non permittunt in via errare, scilicet ferramentorum impressio. Vnde dicitur communiret. Tene viam ferratam si vis habere viam rectam. Secundum est crucum erectio, quia Cruces in via recta eriguntur. Tertium est ramorum & plantarum reflectio, & quartum est lapidū aggregatio. Et ideo quia Christus est via voluit habere ista quatuor insignia, habuit enim ferramenta, idest quinque vulnera in corpore suo, cum ferramentis impressa, habuit Crucem quam super humeros baiulauit, & super quam ascendit, habuit reflectionem plantarum, idest coronationem spinarum. Item aggregationem lapidum, quia pluries eum iudæi voluerunt lapidare. Qui igitur non vult errare sequatur Christum. Ab eius enim tramite declinans multum, errat a via recta. Si autem dicamus quod etiam Christus sicut alij peregrini dilexit viam planam, & abominatus est viam prauam, & asperam; possumus exponere de via plana virtutis, iustitiæ, scilicet, & æquitatis, & omnium bonorum morum, de qua dicitur Isa. 4. Erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Tertio dicitur peregrinus propter hospitia quæ intrauit. Solent n. peregrini ter in die intrare hospitium. s. in tertia ad prandendum, in meridie ad bibendum, & quiescendum, & in sero ad cœnandum, & dormiendum. Et similiter Christus tria hospitia intrauit.

PRimum fuit venter Virginis gloriosę quod hospitium intrauit in tertia. s. in martio qui est tertius mensis a ianuario, vel in tertio tempore. s. gratiæ. Primum. n. tempus fuit naturę, secundum legis scriptę, tertium vero gratię. In hoc autem hospitio Christus pransus est habēs carnē Virgineā pro cibo, & sanguinē pro potu, & istum cibum & potum dat nobis dicens Ioan. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. *De tribus hospitijs q intrauit Christus.*

SEcundum hospitium fuit patibulum Crucis, & istud hospitium ingressus est in meridie sitiens. Vnde Ioan. 19. dixit. Sitio. Sed iudæi obtulerunt ei acetum cum felle mixtum. Ibi etiam requieuit quando inclinato capite spiritum tradidit, & ideo ei inquit sponsa Cant. 1. Indica mihi vbi cubes, vbi pascas in meridie.

TERTIVM hospitium fuit sepulchrum vbi dormiuit, dicens cum Psalmista. Ego dormiui & somnum

cępi

cepi, per dormitionem autem & somnū hic accipitur mors, iuxta illud Dan. 12. Qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt &c. Tunc autem Christus in sepulchro dormiuit quando in eo corpus suū mortuum iacuit. Istud autem hospitium ingressus est in sero Matth. 27. Cum iam sero esset factum venit Ioseph ab Arimathia &c. Tunc autem fecit cœnam omnibus qui erant in limbo Lucæ. 14. Homo quidam fecit cenam magnam, &c. Imo fecit cenam omnibus sanctis, de qua in figuram dr̄ Hester. 1. Assuerus rex tertio anno imperij sui, idest tertio tempore gratiæ, fecit grande conuiuium cunctis principibus, idest Patriarchis, Prophetis, & Apostolis, & suis pueris, idest virginibus puritatem seruantibus, & fortissimis Persarū, idest martyribus & Medorū inclytis, idest confessoribus, & Præfectis prouinciarū i Angelis. Quarto dr̄ peregrinus quantum ad pericula q̃ sustinuit. Solent.n. peregrini sustinere pericula qñq; a socijs qui eos produnt, qñq; ab hospitibus qui eos occidūt, & qñq; a latronibus qui eos expoliant, & similiter, Christus a suo socio. s. Iuda fuit traditus. Matth. 26 & a Iudæis inter quos fuerat hospitatus fuit vulneratus, & occisus. Zacha. 13. his plagis plagatus sum in domo eorum, qui me diligebant. i. diligere debebāt. A militibus quoq; fuit vestibus expoliatus. Ioan. 19. de quo prophetatū erat. Psal. 21. vbi in ꝑsona Christi dr̄, Diuiserūt sibi vestimenta mea, & super vestē meā miserū sortē. Quinto dr̄ peregrinus ꝓpter insignia q̃ reportauit. Solent.n. peregrini reuertentes quædā insignia in sclauina reportare vt ostendāt ꝙ suā peregrinationē cōpleuerunt ad plenū, & vt hoīes prouocēt ad sibi benefaciēdū, & sint securiores ad ambulandū. Et similiter Christus ad patriā redientes cicatrices seruauit. Primo ad ostensionē paternæ obedientiæ iā cōpletæ, dicens patri illud. Ioan. 17. Opus consumaui qđ dedisti mihi vt faciā. Secundo ad ꝓuocationē paternę misericordię Vñ Amb. inq. Vulnera suscepta abolere noluit, cęlo inferre malluit vt ea p̄ri misericordię ondederet, & ꝓpitiatio ꝑ peccatis n̄ris heret. Tertio in signū securitatis nobis acquisitæ. Eze 9. Sup ꝗ̄ videritis Thau ne occidatis eum. Sicut enim hostes timent vexilla regis & fugiunt ab eis, sic dæmones timent, & fugiunt quando vident signaculum crucis, & ideo dicitur Isa. 13. Super montem caliginosum, idest diabolum, leuate signum.

SExta cōsolatio omnium Apostolorū, quæ habetur vbi supra. s. Lucæ. 24. vbi dicitur. Cum autem hæc loquerentur Iesus stetit in medio eorum, & dixit eis. Pax vobis. Ego sum nolite timere. Conturbati vero, & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, & cogitationes ascendūt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes meos, quia ego sum, palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem eis non credentibus, & mirātibus præ gaudio dixit. Habetis aliquid hic qđ manducetur? At illi obtulerunt ei partē piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis assumens reliquias dedit eis, & dixit ad eos. Hæc sunt verba q̃ locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis & psalmis de me. Et tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Ioānis quoq; 20. scriptum est. Cum esset sero die illo vna Sabbatorum, & fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, Venit Iesus, & stetit in medio dixit eis, Pax vobis. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Thomas autem vnus ex duodecim q dicitur didimus non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitū meū in loco clauorum, & mittam manum meam in latus eius non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venitque Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis, Pax vobis. Deinde dixit Thomæ, infer digitum tuum huc & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum & noli esse incredulus sed fidelis. Respondit Thomas & dixit ei. Dominus meus & Deus meus. Dixitq;

6. Cōsolatio post morte Christi fuit eīum discipulorum.

xitq; ei Iesus. Quia vidisti me Thoma credidisti. Beati qui non viderunt & crediderunt. Ioannis quoq; 21. dicitur q manifestauit se iterum Iesus discipulis suis ad mare tyberiadis cum piscarentur apparens in littore, & cum per totam noctem nihil præhendidissent, mittentes ad verbum Christi rete in mare repletum fuit centum quinqnagintatribus magnis piscibus. Item in monte Thabor, & hoc fuit in die Ascensionis, apparuit illis, vt dicitur Matth. 28. vbi scriptum est. Vnde cum autem discipuli abierunt in Galileā in montem, scilicet Thabor, vbi constituerat illis Iesus, & videntes eum adorauerunt. Iterum apparuit discipulis suis recumbentibus in cenaculo. Vnde scriptum est. Marci vltimo. Nouissime autē recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, quia his qui viderant eum resurrexisse a mortuis non crediderant. Apparuit quoq; discipulis suis in monte Oliueti, quando assumptus est in cęlum, vt habetur Lucæ vltimo. Similiter apparuit quingentis fratribus simul existentibus. Deinde Paulo Apostolo, & hoc fuit in processu temporis, vt ipse Paulus inquit. 1. Cor. 15. Apparuit etiam beato Petro quando egrediebatur de Roma, vt fugeret persecutiones, quem videns Petrus in quadam via prope Romam in qua ego fui, dixit. Domine quo vadis? Ille autem dixit. Vado Romam iterum crucifigi. Tu autem reuertere, quod legitur in historia ecclesiastica. Apparuit quoq; Iacobo minori qui notierat se comesturum, nisi videret dominum resurrexisse. Vnde illi apparuit hodierna die, confortans eum de quo inquit Apostolus. 1. Cor. 15. deinde visus est Iacobo.

Ostēdit quō pro oēs sensus manifestata sit resurrectio Christi discipulis.

DE his autem apparitionibus scribit Actuum. 1. Quibus præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumētis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Ex quibus omnibus patet quòd Christus manifestauit suam resurrectionem discipulis suis per omnes sensus, per auditum cum dixit pax vobis. Audientes enim discipuli vocem domini eum ad loquelam cognouerunt, maxime quia habebat modū talem dicendi pax vobis, per quod nos instruxit vt verba pacis semper habeamus, de hoc autem modo loquendi domini nostri prædixerat Dauid Psa. 84. di. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et super sanctos suos, &c. Sed non sic faciunt multi qui tamen volunt eius discipuli reputari. Vnus contingit quandoq; magnum monstrum, scilicet quòd vnus homo habeat tres linguas, vna est lingua adulationis, quæ blanditur in facie, alia est detractionis, quæ mordet in absentia, & tertia est dissensionis qua seminat iurgia. Omnes autem iste linguæ abscindende sunt. Scriptum est enim Ecclesiast. 28. Lingua tertia multos commouit & dispersit illos de gente in gentem. Secundo manifestauit resurrectionē suā per visum. Quia enim aliqui credebant ipsum esse spiritum, ideo ait eis. Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa nō habet sicut me videtis habere. Alij vero putabant eum assumpsisse corpus non proprium, sed alienum vel fantasticum, & ideo dixit eis. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum, & secundum Euangelium Ioannis ostendit eis latus. Non sine causa autem voluit dominus recipere in his tribus locis vulnera, quæ in hac apparitione eis ostendit, scilicet in latere iuxta cor, in manibus & pedibus. Si quis enim est frigidus in amando, videat latus Christi iuxta cor vulneratum, & inflammabitur ad amorem. Vnde sponsus alloquitur spōsam. Can. 8. dic. Pone me vt signaculum super cor tuum, quia fortis est vt mors dilectio. Si quis autem est tepidus in operando bonum videat eius manus perforatas & incitabitur ad laborem. Isa. 49. Ecce in manibus meis descripsi te. Multum namq; Iesus laborauit manibus quando eas in cruce extendit. Isa. 1. Extendi manus meas, & non fuit qui aspiceret. Si quis vero est infirmus in aduersa sustinendo videat eius pedes perforatos, & animabitur ad supportandum dicēte psalmista. Intingatur pes tuus in sanguine, sustinuerunt, & ob dolorem maximum sustinuit. Sustineamus ergo & nos aduersa exemplo eius. Ait enim Apostolus ad Hebræ. 12. Recogitate eum qui talem aduersus semetipsum

Per linguā quō manifestauit suam resurrectionē Christus.

sum sustinuit a peccatoribus contradictionem, vt nō fatigemini animis vestris deficientes. Tertio manifestauit suam resurrectionem per olfatum, per hoc q; vt dicitur Ioan. 20. Insufflauit & dixit eis. Accipite spiritum sanctum &c. Eius autem flatus erat valde odoriferus, quia ab illius pectore procedebat quod apotecha omnium carismatum erat. In Christo enī fuit thus, idest anima deuotissima, & fuit balsamum, idest deitas preciosissima. Ille igitur flatus habebat odorem myrrhę, in quātum procedebat a mortificata carne. Item odorem thuris inquantum procedebat ab anima deuota. Item odorem balsami in quantum a deitate preciosa. Istius autem flatus odor suauissimus faciebat emanare ab oculis insufflatorum aquas copiose deuotionis dicēte propheta. Psa. 147. Flabit spiritus eius & fluent aquæ. Quarto manifestauit suam resurrectionem per gustum, quia obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis vt dictum est, & comedit. Per piscem autem assum intelligitur eius caro in cruce assata. Per mel eius diuitias dulcissima, per ceram vero eius anima lumine sapientiæ plena. Illi igitur comedunt piscem assum, qui delectantur circa eius passionem. Illi autem comedunt mel qui delectantur in eius deitate. Illi vero comedunt mel cum cera, qui delectantur in deitate beata, & in anima eius gratia plena & veritate. Quinto ostendit suam resurrectionem per tactum quando dixit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & cognosce loca clauorum, & affer manum tuam & mitte in latus meum. Et in hoc dedit nobis exemplum, vt vulneta peccatorum nostrorum dimittamus tangi, idest reprehendi. Sūt enim quædam animalia, quæ se tangi nō permittunt, quia superba sunt sicut leo per quem significantur superbi. Quædā vero, quia hispida sūt sicut hircus, quędam autē quia siluestra sunt sicut lupus. Superbi enim non permittunt se tangi, idest reprehendi propter suam arrogantiam. Tales enim videntur pati illud apostema, quod dicitur. Noli me tangere. Exodi. 19. Omnis qui tetigerit montem morte moriatur. Auari vero qui sunt hispidi & spinis diuitiarum pleni non sustinent se reprehendi. 2. Regum. 23. Si qs spinas tangere voluerit armabitur ferrō & ligno lanceato. Oportet ergo quòd sit vnitus armis ad protegendum, scilicet lorica ferrea, idest impenetrabili patiētia, & ad feriendū, scilicet lancea, idest obiurgatione seuera qui vult reprehendendo tangere auaros. Luxuriosi autem non sustinent se reprehendi, quia siluestres sūt & nihil quod sit Dei & salutis percipere possunt, iuxta illud primæ ad Cor. 2. Animalis homo nō percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Ecce ergo quomodo saluator noster sciēs, q; omnis nostra cognitio naturalis, ortum habet a sensu, secundum Philosophum in lib. de sensu, & sensato, ad tollendam omnem dubitationem de sua resurrectione, voluit eam demonstrare per vnumquemq; sensum corporalē. Propter quod inquit Leo Papa in sermone paschali. Quis dubitet a morte redijsse saluatorem, cuius pœnitentiam agnouit oculus, attrectauit manus & digitus perscrutatus est. Et 1. Ioan. 1. dicit Apostolus. Quod vidimus quod audiuimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, hoc testamur, & annunciamus vobis. Septima consolatio fuit Ioseph ab Arimathia, legitur enim in euangelio Nicodemi, q; iudæi indignati contra ipsum, eo q; Christū sepelierat, ceperunt ipsum & in quodam carcere diligenter clauso & sigillato eum recluserunt, volentes post Sabbatum eum occidere. Sed ecce Christus in ipsa nocte resurrectionis ad eum intrauit, & osculum ei dedit, & inde saluis sigillis eum extrahens in domum suā in Arimathiā ipsum adduxit.

Quō etiam manifestata est per olfatum.

Quō etiam per gustum fuit manifestata resurrectio Christi.

Per tactum quō etiam fuit manifestata.

7. Cōsolatio fuit Ioseph ab Arimathia.

Alia consolatio quæ fuit omnium prima post resurrectionē fuit facta gloriosæ Virgini Mariæ, de qua inquit Ambro. in lib. de virginibus. Resurrectionem domini virgo Maria, primo vidit & credidit. Et Sedulius poeta, magnus & antiquus doctor ecclesiæ inquit. Semper virgo manens huius se visibus astans, Lucæ palam dominus primus obtulit. Et hæc fuit ratio quare ipsa non iuit ad monumentum, quia sciebat eum resurrexisse. Non obstat modo quod dicitur Mar. vlt. q; surgens Iesus apparuit primò Mariæ Magdalenæ, a quo eiecerat septem dæmonia

De consolatione q̄ alla ta fuit Virgini gloriosæ postresurrectionem.

monia, quia intelligitur illud dictum, sicut illud quod habetur Matth. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioãne Baptista. Ex quibus verbis non sequitur quia Christus & virgo Maria qui sũt nati ex mulieribus, sint minores ipso Ioãne Baptista. Sed per illa verba voluit intimare, quòd inter eos qui ceciderant p peccatum originale, nullus surrexit maior Ioanne Baptista. Ex quo excluditur Christus & beata virgo Maria, qui non ceciderunt per peccatum. Et ita in proposito intelligitur dictum Marci quòd primo apparuit Magdalenæ peccatrici quã alijs peccatoribus. Quod si quæraĩ quare Euangelistæ non posuerunt apparitionem factam gloriosę virgini. Respondẽt doctores, quòd apparitiones Christi exhibitæ matri, & familiaria inter eos colloquia, atq; amoris sublimia signa, in tantum fuerunt intellectum humanum excedentia, quòd nec potuerunt bene sciri, nec ad inferioribus diei, nisi eum tanta diminutione quòd illa dicere esset nobis eorum excessum, quodammodo denigrare. Item spiritu sancto & Euangelistis propositum erat illas apparitiones describere, quæ carnalibus hominibus possent de resurrectione Christi fide dignum testimonium præbere. Ideo noluerunt ponere apparitionem factam matri, cuius testimonio pro filio non creditur ratione nimiæ affectionis. l. videamus. ff. de in li. iu. Si enim verba extranearum personarum deliramenta visa sunt, multo magis matrem pro filij amore credidissent delirare. Aliam quoque rationem assignat Bernardus in sermone de resurrectione Domini dicens, quòd apparitiones de quibus euangelium loquitur non fiebant nisi incredulis, nec fiebant in specie gloriosa. Beatæ autem virgini apparuit in specie gloriosa, & non ad confirmationem dubij, sed allegationem solatij. Sancta ergo mater ecclesia credit & tenet, quod Christus primo apparuit post resurrectionem matri suæ, & in signum huius in hac die stationem celebrat apud sanctam Mariam maiorem in ciuitate Romana. Vbi tempore magni Gregorij dum ipse in die Paschæ missam cantaret, & dixisset pax domini sit semper vobiscum. Angelus Dei alta voce respondit. Et cum

Quare Euãgelistæ non posuerunt apparitionẽ factã Virgini Mariæ.

spiritu tuo. Et ob hoc cum in hac die Papa ibi celebrat in testimonium huius miraculi quãdo dicit pax domini sit semper vobiscum, nihil sibi respondetur, potest quoq; probari hæc apparitio sic arguendo. Prius & citius debuit Christus cõsolari illos quos plus dilexit, & a qbus plus dilect⁹ est, & a qbus plura beneficia accepit, & quos magis reliquerat tribulatos de passione sua, & morte quàm alios. Amor. n. debet esse reciprocus. 9. Ethi. & beneficiatus debet esse gratus erga benefactorẽ suũ. l. sed & si lege. §. cõsuluit. ff. de peti. here. Cũ ergo nullũ habuerit chariorẽ amicum Christus in hoc mundo, nec à quo plura beneficia recepisset, quam matrem suam cui ex pręcepto legis debebat particularem reuerentiam & honorem. Exo. 20. Deut. 5. Mat. 15. Ergo necessario tenendum est quòd primo eam consolatus est. Nullus enim erat in hoc mundo qui tantum doleret de morte ipsius domini Iesu, quantum cordialissima mater eius. Cum igitur ille qui in vno grauatur, in alio debeat subleuari. l. eum qui. ff. de iureiur. Cũq; eius sit cõmoda seq ꝙ incõmoda patiĩ. l. scd'm naturã. ff. de regu. iur. l id qđ. ff. de pericu. & cõmo. rei ven. & . §. eum autẽ instit. de emptio. & vendit. c qui sentit. de regu. iuris libro 6. c. charitatem. 12. q. 2. & extra de sepultu. c. 1. vbi dr̃. Vt sint consolationum socij vt fuerant passionum. Vt etiam habeĩ 2. Corinth. 1. Ergo indubitanter credendum est, quòd Christus primo consolatus fuit matrem suam, quàm aliquem alium, ei totus iocundus apparens post resurrectionem. Quis enim nisi demens aliter credere posset? Si namq; esset aliquis filius in vltramarinis partibus constitutus de quo eius mater intellexisset, ꝙ mortuus esset, & tandem sanus rediẽs personas extraneas visitaret, & ad matrẽ afflictam & tribulatã vltimo accederet, bonus nequaquã filius esset. Et ideo Ber. vbi supra concludens ꝙ Christus primo apparuit suę dilectissimæ matri, sic inqt. Nulla fuit in fruitionis gratia dignior, nulla expectationis desiderio feruẽtior, nulla deprecandi instantia vehementior, nulla apparentis intimior, nulla in toto orbe sibi charior, nulla in discurrendo conuenientior, non enim Angelorum testimo-

Christũ primo matri apparuisse psuadetur.

stimonium quærebat, nec iuit ad videndum, nō autē se potuisset continere quin ad sepulchrum curreret audita eius resurrectione, nisi omnia sciret. Apparuit autem quibus non tantum tenebatur, ergo & ei cui plus attinebat. Si vero dicāt primo ei non apparuisse quia in euangelio non dicitur, eadem ratione credendū esset ꝙ nunquam sibi apparuit, quia nec hoc euangelium dicit, hæc ille. Beata igiť virgo super omnes de filijs sui passione afflicta, primo quoq; ab ipso filio consolata dixit ei illud Psal. 93. f. Secundum multitudinē dolorum meorum in corde meo cōsolationes tuæ lætificauerūt aīā meā.

Contemplatio pulcherrima. Possumus ergo deuote contemplari, ꝙ gloriosa virgo Maria in hoc mane expectabat ꝙ filius sibi appareret, indubitantissime credens ipsum resurrecturum, vnde plorando & lachrymādo corde & ore sic dicebat. O pater æterne, ecce iā tempus instat, vt filiūm tuum & meū a mortuis reuoces. Suscita ergo illum & ad me mitte, tanto merore pro sua afflictione afflictam. Deinde ad filiū dicebat. O fili mi dulcissime, o fili iocūdissime, o fili amātissime, quem vidi plagis repletum, spinis coronatum, crudeliq; morte extinctum, & in sepulchrum sepultum, quādo videbo te ex mortuis triumphasse? Dixisti mihi sæpius o fili, die tertia resurgam, ecce iam dies tertia imminet. Surge ergo domine in requiem tuam, vt prænunciauit Dauid. Psal. 131. & veni vt vidiam te solatium animæ meæ. Quæ verba dum diceret virgo Maria tota lachrymis madefacta, ecce ꝙ in ipsam venit inconsueta lætitia & indicibilis dulcedo, ac consolatio, ita vt nequiret amplius dolere. Vnde intra se cæpit dicere. Vnde hoc mihi? Nōne mortuus est filius meus? Estne forte resuscitatus? Dic mihi o fili, esne tu ille qui venis ad me? Quæ verba cum diceret, ecce apparuit dominus Iesus, totus gloriosus, associatus omnibus sanctis patribus, quos extraxerat de limbo, qui dulciter salutās beatissimam virginem, eam amplexatus est, & mater osculata est dulcissimum filium suum. Tunc dixit illi saluator noster. Resurrexi & adhuc sum tecum Psal. 138. Regina cęli lætare alleluia, quia quem meruisti portare alleluia, resurrexit sicut dixit alleluia. iterum dixit. ei. Mater mea dilectissima, ego te dimitto magistram Apostolorum & totius ecclesiæ, ego te facio dominam totius mundi, & Reginam Angelorum, & dominam dominarum, & do tibi potestatē impetrandi quæcunq; volueris, ego dimitto te in terrorem dæmonum, & volo ꝙ etiam peccatores, & scelerati habeant spem, & confidentiam ad te recurrendi, facioq; te aduocatam peccatorum & fontem misericordiæ & gratiæ & volo ꝙ tu sis adiutorium, & protectio iustorū. Quapropter fratres charissimi matrem Domini habeamus in honore, & reuerētia, & ad ipsam in nostris necessitatibus recurramus, vt per eius impetrationem & auxiliū a nostris peccatis cum Christo resurgentes eum sequamur misericordiam in præsenti, & gloriam in futuro, in secula seculorum. Amen.

✠

FERIA

FERIA II. POST PASCHA

DE GLORIAE PARADISI MAGNITVDINE, INEXPLICATIONE, ET QVIETATIONE ANIMI.

SERMO DECIMVSOCTAVVS.

Oportuit Christū pati & ita intrare in gloriam suam. Lucæ. 24. c. Sententia est Aristo. 1. Ethi. 1. Rctho. 3. Topi. & 4. Metha. dicētis. Qđ omnia bonum appetunt. Cuius opinionem confirmans Seuerinus Boetius in tertio de consolatione, dicit. Omnis mortalium cura quàm multiplicium studiorum labor exercet diuerso quidem calle procedit, sed ad vnum tandem beatitudinis finem nititur peruenire. Et in eodem libro etiam dicit Est. n. mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas, sed ad falsa deuius error adducit. Huius etiam sententiæ est Aurelius Aug. in 13. de trini. c. 8. dicens. Ad appetendam beatitudinem natura compellit, cui summe bonus & immutabiliter beatus creator hoc indidit. In 10. quoq; de ciuita. Dei. c. 1. in principio idē inquit. Omnium certa sententia est qui ratione quoquo modo vti possunt beatos esse omnes homines velle. Ber. etiam in libro de vita clericorum c. 26. ait. Naturali desiderio omnes summum appetimus bonum, nec est in nobis requies nisi eo adepto. Et ratio huius nostri desiderij est, quia finis noster est beatitudo, vt dicit Petrus Lombardus in 2. sententiarū di. 1. Et ibi seraphicus doctor sanctus Bonauen. ar. 3. q. 2. & di. 19. eiusdē libri ar. 1. q. 1. & omnes Theo. in 4. di. 49. maxime Ricar. noster ibidem. ar. 1. q. 2. Et b. Tho. 1. 2. q. 3. ar. 8. vbi dicunt quòd finis quo creati sumus, non est vt semper stemus in hoc seculo æpulantes, bibentes, & gaudentes in his temporalibus bonis, sed vt benefacientes, & Dei mandata seruantes ad æternam felicitatem perueniamus. Cum ergo ita sit quòd omnia entia naturaliter desiderant consequi finem suum, vt inquit Aristo. 2. & 8 Physico. Non est mirum si homo rationis capax desideret tam egregium finem suum adipisci. Sed sciendum est quòd ad finem non potest perueniri, nisi per debitum medium. Vt inquit. Aristo. 2. & 6. Phy. Hoc autem medium perueniendi ad beatitudinem, est obseruatio diuinorū mandatorū. Matth. 19. vbi dicit saluator. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Similiter necesse est ad cęlum intrare, non per viam consolationum huius mundi, & malarum delectationum, sed per tollerantiam multorum malorum iuxta illud. Actuum. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cœlorum. Et ideo bene dicunt verba proposita. Oportuit Christum pati &c. De qua gloria cœlesti in præsentiarum tractaturi quatuor pulcherrimas considerationes faciemus. Prima

Intentio, ac diuisio sermonis.

ma dicetur comparationis. Secunda in explicationis. Tertia quietationis. Quarta vero appellabitur acquisitionis.

PARS PRIMA de comparatione dulcedinis Paradisi ad gaudia mundi & e contra.

QVO ad primam partem ponitur hæc cōclusio secundō Theo. in 4. sententiarum, quòd omnes consolationes & gaudia vitæ huius tam præterita quàm præsentia ac futura, quæ vnquam habuerunt, habent, vel habebunt omnes homines mundi sunt minimi, imo quasi nulla in comparatione dulcedinis Paradisi. Fundamentum huius ponit Aristo. 1. Posterio. di. Omne quod est per essentiam est maius & perfectius omni eo quod est simpliciter per participationem patet. Nam claritas solis est maior, & quasi sine comparatione perfectior omnium stellarum claritate, eo q claritas solis est ei essentialis. Claritas vero stellarum est per participationem luminis solaris, vt dicit Ptholomeus in centiloquio suo, & Arist. in libro de cœlo, & mundo. Patet etiam de melle, quod cum sit dulce naturaliter, maiorem reddit dulcedinem, quàm aqua indulcorata per admistionem mellis. Similiter ignis cum sit calidus naturaliter, maiorem reddit calorem, quàm aliquid quod fit ab eo calefactum. His præsuppositis mouetur vna pulchra quæstio: Vtrum in mundo reperiatur aliqua res bona. Et primo videt hæc quæstio de indubitabili, scriptum est enim Gen. 1. c. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. At contra Luc. 18. scriptum est. Nemo bonus nisi solus Deus. Et exponitur a doctoribus. Nemo. i. nulla res, & Matth. 19. dicitur. Vnus est bonus Deus. Quomodo igitur hanc citharam concordabimus? Sciendum ergo quòd solus Deus est bonus per essentiam, vt inquit ille magnus Metaphisicus Plato in primo sui Thimei. Et etiam Nico. de Lira super Matth. 19. c. Si vero interrogas quæ bonitas est illa quæ reperitur in creaturis. Respondit

Ostendit oīa gaudia mūdi etiā insimul minima esse in cōparatione dulcedinis Paradisi.

Scotus & omnes Theo. in primo sententiarum, & etiā Plato vbi supra quòd res creatæ solum in tantum bonæ sunt in quantum sunt de diuina bonitate participantes. Si ergo omne quod est bonum per essentiam est incomparabiliter melius, & suauius omni eo quod est solum bonum per participationem. Cum solus Deus sit essentialiter bonus, ergo sine vlla comparatione est suauior, delectabilior, atq; iocundior omnibus creaturis quæ solū modo delectabilia sunt in quantum Deus eis bonitatem infundit.

CONfirmatur hæc ratio per sententiā Aristo. 2. Metha. dicens. Quicquid est causa aliorum vt sint talia aliud est maxime tale. Respice ergo o homo pulchritudinem omnium rerum mundi. Cōsidera delectationem & iocunditatem q in eis est, & quære quis illas fecerit, & inuenies quòd solus Deus Gen. 1. c. Et ideo scias quòd earum conditor est incomparabiliter pulchrior & delectabilior. Quapropter exclamat Salomon. Sap. 13. c. contra adorantes pro Deo Solem, aut Lunā, vel alias creaturas a quibus homines habebant delectationem & dicit, quòd si specie eorum delectati deos putauerūt, sciant quanto his dominator eorum speciosior est. Speciei enim genitor hæc omnia constituit. A magnitudine enim speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri vt enim dicitur ad Roma. 1. Inuisibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Si ergo pulchritudo Solis, & Lunæ, ac Stellarum visio magnam tibi iocunditatem tribuit. Si aliqua res creata tibi illam consolationem affert, considera quantum dulcedinis suauitatisq; afferet tibi conditor noster dulcissimus, omnis bonitatis creator vt enim inquit auctor in libro de causis. Quicquid potest causa secunda, nobiliori, & excellentiori modo potest causa prima. Et in eodem lib. etiā dicit. Nobilior causa nobiliorem semper producit effectum. Quod etiam inquit Aristo. 1. de anima. Ex quibus omnibus inconuincibiliter concluditur, quòd sine comparatione maior est suauitas, & iubilatio quam habet minor sanctus in cęlo videndo maiestatem diuinā, eamq; contem-

Cōfirmatur ratio ostendens cœli gaudia maiora esse terregaudijs.

tem-

templando, & creatore suo perfruendo, imo minima delectatio, quam habeat aliquis sanctus in cœlo, quam infundit ei nobilissimus omnium entium & summũ bonum, quod est Deus, est excellentior q̃ sint omnes delectationes, & gaudia quæ vnquam habuerunt, habent, vel habebũt omnes homines in omnibus huius mundi suauitatibus. Et hoc est quod inquit Grego. in homilia vnius martyris. Si consideremus fratres charissimi quæ, & quanta sunt quæ nobis promittuntur in cœlis, vilescunt animo omnia quæ habẽtur in terris. Terrena namq; substantia supernæ fœlicitati comparata pondus est, non subsidium. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors est potius dicenda quàm vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud quàm quædam prolixitas mortis? hæc ille. Et etiam in moralibus, idem dicit. Omnis prosperitas atq; delectatio præsentis vitæ, præterita, & futura æternæ fœlicitati comparata, est quasi quædam parua liquoris stila. Idem quoq; in homilia virginum ait. Qui cœlestis vitæ dulcedinem in quantum possibilitas admittit perfecte cognouerit, ea quæ in terris amauerat libenter cũcta derelinquit. In comparatione eius vilescunt omnia congregata dispergit, in ardescit in cœlestibus animus, nihil in terrenis libet. Deforme conspicit quicquid de terrene rei placebat specie, quia sola speciosæ margarithæ claritas fulget in mente. De cuius dilectione recte per Salomonem dicitur. Fortis est vt mors dilectio, quia videlicet sicut mors corpus interimit, sic amorem rerum temporalium æternæ vitæ charitas occidit, hæc ille.

Auctoritatib⁹ Augustini, & Bernardi ostẽditur quanta sit dulcedo futuræ gloriæ.

AVgusti. vero in libro meditationum. c. 5 inquit. Cur p multa vagaris homuncie, quærendo bona animæ tuæ & corporis? Ama vnum bonum in quo sunt omnia bona, & sufficit. Desidera simplex bonum quod est omne bonum. Quid enim amas caro? Quid desideras anima? Ibi est quicquid amas. Quicquid desideras. Si delectat pulchritudo. Fulgebunt iusti sicut Sol. Si velocitas, aut fortitudo, aut ibertas corporis tui, nihil obsistere poterit. Erunt enim similes Angelis Dei, & surget corpus spirituale, potestate, scilicet non natura. Si longa, ac salubris vita, ibidem sana æternitas, & æterna sanitas. Quia iusti imperpetuum viuent, & salus iustorum a domino. Si facietas, saciabitur cum apparuerit gloria Domini. Si æbrietas, in æbriabuntur ab vbertate domus Dei. Si melodia, ibi Angeli concinunt sine fine Deo. Si qualibet non immunda, sed munda voluptas, torrente voluptatis suæ potabit eos dominus. Si sapientia, ibi sapientia Dei ostendet eis seipsam. Si amicitia, diligunt Deum plusq̃ illi seipsos. Quia illi eum, & se inuicem, & seipsos diligunt propter illum. Et ille se & illos propter seipsum. Si concordia, omnibus illis vna erit voluntas. Si potestas, omnipotens erit illis voluntas. Nam vt poterit Deus quod valet per seipsum ita poterunt illi quod volent per Deum. Et sicut ipsi volent quicquid ille volet ita ipse volet, quicquid illi volent. Et q̃d ipse volet non poterit non esse. Si honor & diuitiæ desiderãtur, Deus seruos suos bonos & fideles supra multa bona sua cõstituet, imo filij Dei, & dij vocabuntur, & vbi erit filius Dei erunt & illi, hæredes quidẽ Dei, cohæredes aũt Chr̃i. Si vera securitas, ita certi erunt illud bonũ nũq̃ & nullatenus defuturum, sicut certi erũt se nõ sua spote illud amissuros, nec dilectorẽ suũ Deũ dilectorib⁹ suis in vitis illud ablaturum, nec aliud Deo potentius Deum, & illos separaturum. Gaudium vero quale aut quantum est vbi tale, ac tantũ bonum est? Cor humanum, cor indigens, cor expertum erumnas, imo obrutũ erũnis, quantum gauderes si omnibus bonis abundares? Interroga intima tua si capere possunt gaudium suum de tanta beatitudine sua hæc ille. Bernar. quoq; super ecclesiasticum dicit. Illud solũ est verum, & summum bonum quod non de creatura, sed de creatore concipitur, q̃d cum acceperis nemo tollet a te, cui comparata omnis aliunde iocunditas meror est, omnis suauitas dolor est, omne dulce amarum est, omne decorum fœdum est, omne postremo quod delectare potest molestum est, hæc ille. Et merito, ea enim quæ in mundo appellãtur bona proprie non sunt bona. Scriptum est enim in. l. proprie. ff. de verb. signi. Proprie bona illa dici non possunt quæ plus incommodi, q̃

com-

commoditatis habent. Nam bona dicuntur ex eo quòd beant, idest beatos faciāt l. bonorum. ff. eodem titu. O mundanæ qui nihil aliud cogitas, nisi de temporalibus bonis, dic mihi si vnquā habes tantam de mundo lætitiam, vt non habeas aliquam afflictionem? Profectò nūquam habes vnum gaudium, quin habeas tres tristitias. Non habes vnam consolationē, quin habeas tres tribulationes. Ideo dicit Boetius in secundo de consolatione. Quis est tam compositæ fęlicitatis, vt non aliqua ex parte cum statu sui qualitate rixetur? hæc ille. Solum ergo illud est bonum quod in cœlesti habebimus gloria, de quo Boetius in 3. de consolatione inquit. Hoc autem est summū omnium bonorum cuncta in se bona continens, cui si aliquid abesset, summum bonum esse non posset. Liquet igitur beatitudinem esse statum omnium bonorum aggregatione perfectum. Augu. quoq; in sermone quodam de gloria cęlesti, dicit. Tāta est dulcedo futuræ gloriæ, q̄ si vna gutta in infernum deflueret, totam damnatorum amaritudinem dulcoraret. Et ideo diues epulo in inferno existens, desiderabat linguam suam refrigerari vna gutta istius aquæ. Lucæ. 16. De immensitate quoq; istius delectationis ait idem Aug. in libro solilo. loquens Deo sic. Ex visibilibus his tua inuisibilia comprehendimus domine Deus creator noster. Si enim mihi domine pro hoc corpore ignobili, & corruptibili tam magna, & innumera beneficia præstas a cęlo, ab aere, a terra, & mari, luce & tenebris, calore, & vmbra, rore, & himbre, ventis & pluuijs, volucribus & piscibus, bestijs & arboribus, ac multiplicitate herbarum, & germinum terræ, & cunctarum creaturarum tuarum ministerio nobis successiue suo tempore ministrantium, vt alleues fastidium, qualia quæso & q̄ magna, & innumerabilia, q̄ dulcia, & delectabilia sunt, quæ solis tuis es largiturus amicis? Si tanta solatia in hac die lachrymarum, quanta conferes in die nuptiarum? Si tanta delectabilia continet caro, quāta quęso continet patria? O Deus, non videt oculos absq; te quæ præparasti diligentibus te. Secundum enim magnam multitudinem magnificentiæ tuæ, est & multitudo magna dulcedinis tuæ, quā abscōdisti diligentibus te. Magnus. n. tu es dñe Deus meus, & immensus, nec est finis magnitudinis tuę, nō est numerus sapientiæ tuæ, nec est finis seu numerus, atque mensura retributionis tuæ. Sed sicut magnus es tu, magna sunt donaria tua, qm̄ tu ipse es præmium & donū oīum legitimorū pugnatorū tuorū, hęc ille. Qui etiā in 22. de ciui. Dei c. 26. inquit. Si ista tēporalia talia bona sunt, q̄d illa æterna erūt? Quid dabit eis quos prædestinauit ad vitā, qui hæc dedit eis, quos prædestinauit ad mortē? Quæ bona in illa beatitudine faciet eos sumere pro quibus in hac miseria vnigenitum filium suum voluit vsq; ad mortem tanta mala perferre? Quæ bona in regno accepturi sumus quando quidem Christo moriente pro nobis tale iā pignus accipimus? Qualis erit spiritus hoīs nullū omnino habens viciū, nec sub quo iaceat, nec cui cedat, nec cōtra quod dimicet pacatissima virtute perfectus? Rerū ibi oīum quanta, & q̄ speciosa, & quā certa scientia sine aliquo errore, vbi Dei sapientia de ipso suo fonte cum summa fęlicitate sine vlla difficultate gustatur? Quale erit corpus quod omnino spiritui subditum, & eo sufficienter viuificatum nullis alimonijs indigebit? Non enim animale sed spirituale erit, habens quidem carnis, sed sine vlla corruptione carnali substantiā, hæc ille. Et in lib. de virginitate idem inquit. Tam ingens & tam maxima est delectatio illius supernæ gloriæ, q̄ etiam si non liceret amplius in ea nisi vnius diei hora manere, propter hoc solum innumerabiles anni præsentis vitæ pleni delitijs, & omni confluentia bonorum temporalium, rectè meritoq; contemnerentur.

Multis exēplis ostenditur quanta sit gloria paradisi.

PAtet hæc per exemplum. b. patris nostri Francisci de quo legitur, q̄ cū semel esset grauiter infirmus, & desideraret audire aliquem dulcem sonum, vt aliquantulum infirmitatis tędium transiret, & de cęlesti dulcedine ex suauitate soni aliquid cogitaret, dominus noster Iesus Christus misit ad eum vnum Angelum in forma humana, qui in manu sinistra citharam habebat pulcherrimam, in dextra vero archetum aureum, qui

statim vt fuit coram sancto Francisco, so lummodo insuper traxit archetum vna vice, propter quod tantam suauitatem, ac indicibilem melodiam in aīa b. Francisci posuit, q se vt mortuum super lectū extendit. Postea vero ad se reuertens beatus Franciscus fratribus dixit. In veritate si ille Angelus qui mihi apparuit alia vice archetum desuper citharā traxisset, aīa mea a corpore emigrasset, tanta erat dulcedo, tanta suauitas, atq; melodia illius soni. Sed audite aliud valde mirabile exemplum. Legitur enim q quidam sanctus Monachus desiderans contemplari dulcedinem vitæ celestis, exijt in desertū suo monasterio propinquum, & ecce a cęlo vidit venire auem pulcherrimam, quę in pennis omnes colorum varietates habebat, maxime colorem aureum, quæ incepit tam dulciter canere, cum tantis melodijs volitans sub vna arbuscula ad aliā, q ille sanctus pater totus absortus prędulcedine perrexit post illam, per quingentos annos, in quibus nunquam sensit tędium aliquod caloris, aut frigoris, famis, aut sitis, somni, vel alterius incommodi. In illo autem loco sic disponente Deo nunq venit obscuritas noctis. Postmodū voluntate Dei, auis ab aspectu suo ablata est. Ille vero dolens de recessu eius. Ad monasterium suum reuersus est, putans q nisi per quartum horæ absens fuisset. Inueniens autem monasterium suum totum immutatum, aliumq; esse ibi Abbatem, ac priorem, aliosq; ibi monachos existentes q erant in suo recessu, totus attonitus remansit. Interrogatus vero ab illis quis esset, respondit se esse vnum monachū illius ordinis, & monasterij, qui p quartū horæ recesserat, & steterat in deserto, vnde maxime mirabatᵉ de mutatione loci, & si arsi in tam breui tēpore. Tūc Abbas videns in eo venerabilē aspectum, interrogauit quis esset Abbas, & prior quando recessit. Et postea ad cronicas ordinis iuit in quibus descripti erant omnes Abbates, & priores, qui ante eum fuerant. inuenitq; q 500. annis ille steterat in deserto. Ad quem reuersus cum fratribus, dixit ei, tempus quo steterat extra monasterium, interrogans quid ibi egisset. Cui ille totus admiratus dixit. Nihil aliud feci nisi quòd post quandam auiculam perrexi, quæ adeo pulchra erat, tanq dulciter canebat, vt mihi non videatur nisi per quartum horæ ibi permansisse. Quibus dictis Deo gratias agens de visione migrauit ad dominum. O igitur deuoti christiani, si Angelus modico sono tantam potuit causare dulcedinem in beato Francisco. Si auicula a Deo missa per tot centenarios annorū hoīem tenuit in tantis cōsolationibus, vt viderent tot anni esse quid modicum tēporis, quid erit nobis qñ erimus in gloria cęlesti, in æternis gaudijs? Profecto verificabitur in nobis illud, quod psalmographus canit. Inæbriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrentæ voluptatis tuę potabis eos. Qđ considerans beatus Egidius ordinis nostri, vt legitur in cronicis ordinis, quando audiebat nominari paradisum rāium exultabat de illa iocunditate, q statim ex magna dulcedine in extasim fiebat, ꝓpter quod summus pontifex volens hoc caute experiri, inuitauit eum ad prandendum secum Qui cum ad præsentiam domini Papæ fuisset ductus, statim cubicularij domini Pape coram eo nominauerunt paradisum. At ille hoc audiens statim extra se raptus in extasim factus est. Volentes autem videre an hæc esset fictio, posuerunt carbones ignis accensos super pedes eius qui nihil vnquam sensit lesionis, ac si rosæ fuissēt. De quo summus Pōtifex valde admiratus est. Et ideo exclamat saluator noster Matt. 5. c. nos confortans & dicens. Gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cęlis. Sanctus quoq; pater noster Francicus in quodam capitulo prædicabat fratribus dicens. Magna fratres promisimus, sed maiora promissa sunt nobis.

Aliud exēplum mirabile.

PARS SECVNDA de inexplicatione gloriæ paradisi.

SEcunda pars nostri sermonis dicitur inexplicationis. Pro cuius expeditione propono vobis vnam conclusionem secundum Ricar. nostrum in suo quolibet, scilicet quòd impossibile est explicare quanta sit dulcedo vitæ cœlestis, vnde dico vobis quòd si omnes homi-

hominès mūdi qui vnquam fuerunt, sunt vel erunt simul adessent non solum christiani, sed etiam infideles, & pagani, iudæi, & saraceni, turchorumq; multitudo. Si quæratur, an simul omnes possent exprimere magnitudinem gloriæ quam habet vna anima in cęlo, clamans alta voce respondeo, non, non, non. Sed fortius dico ꝙ omnia folia arborū, omnes stellæ cęli, omnia volatilia, & animalia quadrupedia, omniaq; minuta arenæ maris, & pulueris terræ, oēsq; guttæ aquæ maris & aliarum aquarum, omnesq; lapides, & creaturæ oēs essent linguæ. Si quæratur an possent edicere vel minimam partem, puta de centum millibus vnam illius gloriæ, quā habebimus in paradiso, audacter respondeo, non, non, non. Et ꝙ ita sit veritas probatur per fundamentū Arist. 1. de cœlo & mundo. 3. quoq; & 8. Phisi. & primo Metha. vbi dicit. Nullum finitum potest infinitum compræhēdere, cum in ipsis non sit proportio. Quod confirmat S Bona. in 3 di. 14 ar. 1. q 1. di. Omne qđ cōpræhendit alterum, est maius illo, vel saltem ei ęquatur, aliqñ ipsum claudere intra se non posset. Quo concesso, certum est ꝙ beatitudo est quoddam bonum infinitum secundum Ricar. nostrum, & beatum Bona. omnesq; Theo. in 4. dist 49 quòd si sic est, peto o grammatice, seu o logice, vt resoluas mihi hunc terminum infinitum, & dicas quid significat. Respōdebis profecto quòd infinitum idem est quod non finitum. Cū igitur omnes mundi creaturæ sint finitæ, profecto non poterunt intelligere, seu compræhendere, vel explicare bonum ac dulcedinem, & gaudium supernæ patriæ, quod est infinitum, vt supra impossibile est enim infinita pertransire, vt dicitur. 1. Poste. Cū ergo omnis creatura habeat potentiam finitam, dico quòd non est aliquis intellectus, tam excellens, tamq; magnus qui possit vel millesimam partem cœlestis gloriæ cognoscere. Ideo dicit Aristo. 1. Phisi. Infinitum, & magnitudine, & multitudine secundum quòd infinitum, est nobis ignotum. Si ergo omnes homines mundi essent abachistæ & a principio mundi vsque nunc numeros multiplicassent, & etiam vsque ad diem iudicij in multiplicando perseuerarent, profecto omnes illi numeri comparatione gradum fœlicitatis æternæ pene non essent vnus numerus. Confirmantur autem ea quæ dixi per sententiam Bernardi qui in sententijs suis dicit. Si omnium hominū linguæ simul essent, & mihi loqui vellent de gloria quam animæ bonæ habituræ sunt, citius in narrando deficerent, q̄ vel minimam partem illius gloriæ exprimere possent. Quis enim vnquam hominū exprimere posset, quantæ magnitudinis sit Deus? Et tñ ipse Deus erit merces & possessio animarū sanctarū. Grego. quoq; in homilia vnius martyris dicit Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa supernæ ciuitatis quantæ sint gaudia? Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ cōditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircūscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ muneri letari? Sed ad hæc audita inardescit animus, iamq; illis cupit assistere, vbi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna præmia perueniri non potest nisi per magnos labores. Vñ Paulus egregius prædicator dicit. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Delectat igitur mentem magnitudo pręmiorum, sed nō deterreat certamen laborum. Sed his auctoritatibus omissis, interrogemus doctorem gentium, quid de hoc sentiat. Quid dicis tu o Paule vas electionis? Audite dilectissimi. 1. Cor. 2. c. dicit magnus Paulus. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Cum ergo sit ꝙ sensus visus multas, & quasi infinitas rerum species demonstrat, vt inquit Aristo. 1. Metha. Et in lib. de sensu, & sensato. Leuate o deuoti ciues oculos vestros ad cęlum, videte pulchritudinem cœli stellati, Solis, Lunæ, & omnium planetarum, respicite si potestis per orbem vniuersum, & videte omnia formosa, & pulchra, quæ oculos delectare solent, aurum quoq; & argentum, monilia, gemasque preciosas inspicite. Auribus vestris omnes melodias cantusq; ac sonos delectabiles audite, cogitate in corde vestro & ad memoriam reducite omnia solatia, suauitates, recreationes, triumphos, dominationes, ac delectamenta omnia, quæ

Nullū enarrare posse gloriæ minimam partē ostenditur.

Distingue de beatitudine formali & obiectiua, & applica vt nosti.

Nota bene quod loquitur de noticia compræhensiua, & non apprahensiua.

Auctoritatibus prædictis confirmantur.

in mortali vita percipi possunt. Et tunc cum Apostolo Paulo exclamate. Nec oculus vidit &c. Oculi mei tantum videre non potestis, aures meæ tantum non potestis audire, cor meum tantum non potes cogitare quin maior sit gloria, maiorque triumphus, ac delectatio, quam dominus saluator meus mihi daturus est. O gloria cęlestis, o æterna fœlicitas, o immensa suauitas, o ineffabilis bonitas, o iocunditas indicibilis, o dulcedo incogitabilis, quando te habebo? O Deus gloriosæ, o dulcis mi domine, o creator mi iocundæ, quãdo videbo te facie ad faciem? Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Psal. 119. Cupio enim dissolui & esse cum Christo, ad Philip. 1. O dilectissimi ciues, non est hic patria nostra, non habemus hic manentẽ ciuitatem Hebrę. vlti. In cœlo est habitatio nostra, in gloria paradisi, quæ est tanta vt excedat omnem intellectum humanum.

Duobus exẽplis beati Augustini ostenditur quã difficile sit cognoscere quanta sit fœlicitas æterna.

ET de hoc habemus exemplum præclarum de sancto Augustino quod ipse recitat in quadam epistola ad Cirillũ Episcopum Hierosolimitanum. Quod etiam in transitu beati Hiero. habetur vbi dicitur quòd cum sanctus Augu. appeteret scire specialiter, & præcise quanta sit gloria, & fęlicitas animarum, cogitauit super hac rescribere beato Hiero. qui tunc erat in remotis. Cum ergo existens in sua camera salutationem epistolæ scripsisset, ecce quòd statim in camera intrauit quædam lux maxima, septem vicibus sole splendidior. De qua inæstimabilis odor mirabilis suauitas egrediebatur. Qua visione perterritus beatus August. ac nimia debilitate visus deuictus cecidit prostratus in terram. Qui statim audiuit vocem de illa luce egredientem sibique dicentem. O Augustine frater mi charissime noli timere. Ego enim sum frater tuus Hierony. qui in hac hora apud Bethleem migraui ad cœlum. Sed quoniam scribis ad me, vt tibi dicam quanta sit gloria animarum in cœlo, peto a te nunquid possibile sit quòd tu numeres omnes stellas cœli? Respondit August. Non. Iterum dixit. Nunquid potes totum mare in paruo vase concludere? Et respondit. Non. Tertio dixit. Nunquid o Augustine potes totum mundum simul in vno pugillo tenere? Respondit Augu. Hoc penitus est impossibile. Tunc dixit beatus Hiero. Dico tibi Augustine, quòd magis esset possibile prædicta tria facere, quam minimam partem futuræ gloriæ, quæ datur vni soli animæ virtuosæ exprimere. Excedit enim illa gloria omnem sensum, & intellectum humanæ mentis, & nisi ego expertus fuissem, profecto non credidissem, sed euenit mihi per similitudinem quod contigit reginæ Sabbæ, tertij Regum. 10. Quæ cum audisset magnalia de triumphis, & sapientia Salomonis, ad eius curiam veniens & proprijs oculis omnia conspiciens, inuenit, quòd magnalia Salomonis erãt quasi vt sic dicam in infinitum maiora quàm audisset. Noli ergo scribere o Augustine quanta præcise sit gloria cęlestis, quoniam tempus perditionis est. Fac ergo bonum, & recipiens hanc gloriam immensam sicut & ego. Quibus dictis dispa ruit. Et Aug. respersus multis lachrymis præ dulcedine in posterũ feruentius se habuit in diuinis mãdatis. Aliã quoq; reuelationẽ habuit idẽ Aug. Cũ. n. vellet cõponere librum de trinitate in quo multa tractat de sanctorum gloria, ecce quòd apparuit ei quidam puerulus super ripam maris, habens crispos capillos coloris aurei super humeros protensos. Qui pulcherrimus puer cum quodam coclearij frequentabat ponere de aqua maris in quodam paruo foramine quod fecerat. Quod videns Augusl. subridens, dixit. O fili quid vis facere? Respondit ille. Totam aquam maris volo ponere in hoc foramine. Quod audiens August. cœpit ridere de paruuli innocentia, & dixit. O fili nequaquam tibi hoc possibile est, nec alicui. Tunc viua voce ille puerulus respondit dicens. O Augustine, facilius est mihi totum hoc mare magnum in hoc paruo foramine concludere, quàm tibi possibile sit vel minimam guttam seu scintillam dulcedinis, quam dat Deus bonis animabus diffinire seu explicare. Quo dicto statim puer disparuit. Et tũc Augu. totus lætus cognoscens ꝙ fuerat domi-

dominus Iesus qui sibi apparuerat in forma illius pueri, immensas ei gratias egit. Et ideo ipse loquens de hac gloria in 22. lib. de ciui. Dei sic dicit. Quod præparauit Deus diligentibus se fide non capitur, spe non attingitur, charitate non cõprehenditur, desideria & vota oĩa transgreditur. Acquiri potest, estimari non potest. Quæ omnia cõsiderans causator spiritus sancti Dauid. Psal. 30. exclamat di. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine quam abscõdisti timentibus te? Sed hæc magis sunt meditanda q̃ prædicanda, & ideo charitatibus nostris contemplanda relinquo. Sufficiatq; pro secunda parte nostri sermonis.

PARS TERTIA, quòd sola gloria paradisi quietat appetitum nostrum.

TErtia pars nostri sermonis dicitur quietationis, pro cuius expeditione propono vobis hanc conclusionem secundum Theo. in 4. sententiarum. di. 49. & Scotum in 1. senten. di. 1. Et in reportationibus suis, di. 1. & Petrũ de Aquila eius discipulum, eadem di. & Franciscũ de Mayronis in conflatu di. 1. q. 1. q̃ si homo haberet omnes mũdi consolationes, quę possunt in hac vita excogitari, nunq̃ tñ esset contentus, sed solum tunc satiabitur appetitus noster, qñ ad æternam gloriam peruenerimus. Fundamentũ huius ponit Aristo. 2. de anima, & 10. Ethi. di. A proprio obiecto potentię simpliciter recipiunt perfectionem suam. Patet hæc regula. Nam cum obiectum visus sit color seu corpus coloratũ, ꝑut dicit Philosophus. 2. de anima certum est, q̃ si ante oculos poneres omnes melodias, sonos, & cantus diuersorum instrumentorum, potentia tua visiua per hoc non reciperet consolationem, quia illud nõ est suum obiectum. Sed si proponas, & aliquam figuram, seu aliquam rẽ valde pulchram, vtiq; ex ea recipiet delectationẽ tanq̃ de suo obiecto. Similiter si præponas auribus omnẽ pulchritudinem florũ, gemmarũ & imagiñũ, & oẽm suauitatem saporum, nullam propter hoc delectationẽ suscipiet potentia auditiua, hoc enim est suũ obiectũ. Si vero anteponas ei aliquã dulcẽ melodiã, sonũ, vel catum, summe delectabitur de illo sonitu, vel cantu; tanq̃ de suo obiecto. Et sic possumus exẽplificare de oĩbus alijs potẽtijs, quæ nunquam recipiunt perfectionẽm suam, nec quietationẽ, nisi de ꝑprio obiecto. Quo præsupposito peto quid sit simpliciter obiectũ aĩæ rationalis. Et certũ est secundũ Ricar. in 4. di. 49. ar. 2. q. 6. Et etiã beatũ Tho. 1. 2. q. 3. ar. 8. q̃ De⁹ solus est obiectũ animæ rationalis, dicẽte beato Aug. in lib. Enchiridion, ꝑut recitat magister senten. in 2. di. 1. Fecit Deus rationalem creaturã, vt summũ bonũ intelligeret, intelligendo amaret, amãdo possideret, possidẽdo frueret. Si ergo Deus solus est simpliciter obiectũ humani intellectus, ergo impossibile est q̃ intellectus noster siue aĩa nostra vnq̃ possit satiari siue beatificari in omnibus creaturis, sed simpliciter oportet q̃ beatificet ex Deo tanq̃ in proprio obiecto. Qđ confirmans Aug. in 1. lib. confessionum dicit. Fecisti nos dñe ad te, & ideo inquietũ est cor nostrum nisi requiescat in te. In 10. quoq; de ciui. Dei idem Aug. allegans sententiam Platonis dicit. Tam delicata est diuina visio tantoq; amore dignissima, vt quicquid haberi possit, ea non habita faciat hominem miserum non beatum. Cõfirmatur etiam hæc cõclusio ꝑ illã sententiã eiusdẽ Aug. in 14. de ciui. Dei. Impossibile est aliquẽ esse beatum, nisi sit de suæ fęlicitatis perpetuitate securus. Et hęc est etiã sententia theologorũ in 4 di. 49 Et ratio est, qa vt dicit Aristo. 10. Ethic. Fœlicitas simpliciter consistit inquietatione appetitus, ita quòd necesse est ad hoc vt simus beati appetitum nostrum esse quietatum & non timere, vnquam amittere statum quem habet. Sed hoc est impossibile in hac vita. Si enim interroges eos qui in hac vita videntur esse beati, vtputa reges, & imperatore, satq; pontifices, & postules ab eis, nunquid sint securi nunquã amittere statum quem habentur? flentes voce lachrymabili respondebunt. Non, non, non. Scriptum est enim in. §. deinceps in autentico, de nup. Mors omnia soluit. Et vera est illa sentẽtia quæ dicit. Est cõmune mori, mors nulli parcit honori, sicut notaĩ in. l. licet. C. de pactis Preterea

Licet homo haberet oĩs cõsolationes mũdi, nunq̃ tamen esset cõtẽtus, sed cũ ad æternã gloriam perueneris satiabitur. Vel qđ melius est oĩs cõmune colori, luci, & sensibilibus cõmunibus.

Cõfirmatio cõclusionis, vide per hoc Scotũ. q. 2. prologi.

terea nūq̄ appetitus noster quietabit, nisi receperit finē suum. Sed noster finis est peruenire ad illud regnum cuius nullus est finis, Aug. in 22. de ciui. Dei. Cū ergo hæc non possunt haberi in hoc mundo, impossibile est q̄ vnq̄ anima nostra hic sit saciata, & contenta, ideo dicit Aug. in lib. de spiritu & aīa. Anima nostra est tā nobilis, q̄ nō pōt saciari nisi per summū bonum. Scotus quoq; in 3. di. 14 dicit. Intellectus non pōt ab aliquo saciari, vel quietari, nisi sub ratione infiniti. Cū ergo omnino q̄ sunt in mundo sint finita, transitoria, breuia, momētanea & caduca, nō poterūt saciare appetitū nostrum. Et ideo sectantibus consolationes mūdanas dicit Aggei. 1. Comedistis etiā nō estis saciati, bibistis & nō estis inebriati, operuistis vos, & non estis calefacti. Nullus ergo in hac vita pōt esse beatus. Nā de rōne beatitudinis est, q̄ quis habeat oīa bona cū carentia ois mali, secundū Aug. 22. de ciui. Dei. Qđ nulli cōpetit in vita præsenti, vt experiētia cernit. Cuilibet. n. aliqd deest, & vnus quisq; cū bonis q̄ habet aliquid mali sentit admixtū. Vel. n. hoī deest sanitas, vel diuitiæ, vel florida ætas, vel litteræ, vel filij, & si habet liberos sunt inobedientes, vel mali, aut turpes, seu mōstruosi, aut vxorē habent turpem, vel si habēt pulchrā est lasciua, & impudica, aut timet de eius honestate, ac fidelitate, aut est in discordia cū ipsa, aut alijs calamitatibus est afflictus. Vnde vt refert Liuius in secundo de bello punico, & Plutarchus in vita Annibalis, Maharbal ipsius Annibalis præfectus equitum, de eo loquēs ait. Non omnia eidem dijdedere. Et vt Nestor ille apud Homerū inquit. Nō oīa data sūt hoībus simul, & Orati° in odis ait. Nihil est ab oī parte beatū Et Cicero in lelio dicit. Nihil difficilius est q̄ inuenire aliqd qđ in omni genere suo pfectū sit. Et propter hoc inquit Oratius ad mecenatem scribens q̄ nullus sua sorte viuit contentus.

Sequitur ostendendo quō appetitus noster nō pōt facia ri in hoc mundo.

O Igitur deuoti christiani, quid faciabit appetitum & desiderium nostrū ac faciet vos semper esse contentos? Solus Deus. De quo ille magnus Methaphisicus Plato in primo sui Thimei dicit. De° est bonitas infinita. Et ideo exclamat Dauid. Psal. 41. dicens. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Confirmantur prædicta per sententiam sancti Bonauen. in 4. sen. di. 49. qui dicit. Quicquid intelligi potest & cogitari, potest appeti & desiderari, & quicquid desideratur, totum requiritur ad hoc vt homo beatificetur. Sed si tu haberes mille mundos, & centum mille millia gaudia plusquam in hoc mundo inueniri possunt, semper posses cogitare maiora, ergo nunquam contentaberis, quia illa requirerentur ad quietationem tui appetitus. Necesse ergo est vt facieris in illo solo, de quo dicit Anselmus in libro Monologion. Deus est quoddam summū bonum, quo nihil maius cogitari potest. O mundani creditis vos vnquam posse saciare libidinem animi vestri? Certe nō. Accipe enim populε mī vnum pauperem nudum, & interroga eum quid habendo esset contentus. Respondebit. Habendo vestem. Indue illum, & interroga si est cōtentus. Et dicet. non. Quid vis? Dicet. Panem & vinum, & alia ad victum necessaria. Da illi, & interroga. Es nunc contentus? Et dicet. Non. Quid vis? Respondebit. Volo bursam cum denarijs, vt possim aliqua lucrari. Volo enim accipere vxorem & habere filios, quibus volo prouidere de necessarijs. Da illi denarios & vxorem, & interroga si est contentus. Et dicet. Non. Quid vis aliud? Et dicet. Volo domum in qua possim habitare cū vxore, & filijs & possessionem quæ mihi faciat frumentum, & vinum & vt ibi possim ire aliquando ad solatium. Da illi & dic. Es contentus? Et respondit, quòd non. Quid vis? Et dicet. Habeo quatuor filios vel spero in breui habere, vellem eos dimittere diuites, vt singuli habeant decem millia florenorum. Da illi, & interroga: Esne contentus? Et dicet. Non. Quid vis? Respondebit. Vellem esse doctor in omnibus scientijs & esse miles, ac comes, vt honorificer ab omnibus. Da illi, & dic si est contentus. Et respondit. Non. Nam vellem esse marchio & dux, da illi, & quære si est contentus: Et respondebit. Non. Vellem enim esse rex & imperator

totius mundi. Da illi & interroga eum. Nunquid modo es contentus o insatiabilis homo? Et respondebit. Non. Vellem namq; esse Papa. Fac eum Papam, & dic. Nunquid adhuc es satiatus? Et calamabit, non, non, non. Quare? Quia vellem in hoc mundo viuere sic in æternum. Et mihi non sufficit iste mundus. Vellem enim quòd esset maior. Iuue. de Alexandro magno inquit. Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis. O mundane qui ponis omnem delectationem tuã in his temporalibus, & carnalibus rebus, scias ꝙ tu es sicut ille qui sal comedit, vt sitim extinguat, & sicut ille qui super flammã oleum proijcit, vt illũ extinguere queat. Tu es sicut idropicus, qui quo plus bibit plus sitit, de quo auctor astrolabij canit. Idropico similis nunquam satiatur auarus. Ex lucro multiplicando sitim. Tu es sicut ignis, cui quo plura subijciũtur ligna, tanto magis exardescit Vnde Iuue. inquit. Crescit amor nummi quãtum ipsa pecunia crescit. Et Oratius epistolarum li. 2. epistola 3. ait. Quanto plura parasti, tanto plura petis. Et quidam versificator de homine mũdano insaciabili inquit. Quo magis accumulat plus insaciabilis ambit. Sicut.n. aqua nõ intrans in os, sitim non extinguit, & cibus non intrans in stomaco famem extinguere non potest, ita huius mundi diuitię in cordibus nostris intrantes, animam nostram saciare non possunt. Sed hoc solum potest deus qui medullas cordis penetrat. Ad. Hębrę. 4. Et ideo ipse Dominus. Ioannis. 7. nos inuitat di. Siquis sitit veniat ad me & bibat. Cuius autem proprietatis sit aqua quam nobis vult dare demõstrat idem saluator Io. 4. di. Aqua quam ego dabo fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam. O carnalis mũdane scias ꝙ vt inquit. s. Bona. & Sco. in 4. sen. di. vlt. Beatitudo est finis saturandi appetitum. Et 2. Tho. cõtra gẽ. li. 3. c. 38 & 39. Perfecta fęlicitas & beatitudo consistit in quietatione mentali. Appetitus autem noster nunquam saturabitur in his temporalibus. Quod patuit per exemplum Salamonis qui vt ipsemet refert. Eccl. 1. & 2. c. deliberauit videre si poterat in hoc mundo suum appetitum saciare. Vnde dedit animę suę omnia dilectabilia, & similiter corpori suo omnia solatia mundi huius, & tamen nunquam potuit quietari. Et ideo post omnes mundanas voluptates expertas exclamauit dicens. Ecclesiastes 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Non saturatur oculus visu, nec auris impletur auditu Et ratio huius est, quia donec anima nostra non habet quod habere potest, & cuius est capax nunquam est satura. Et ideo inquit Ber. in sentẽtijs suis. Capacẽ deitatis omne, quod deo minus est non inplebit, sicut vas capax centum stadiorum vini non impletur duabus vncijs ipsius vini. O igitur magna stulticia, o dementia inmensa, o cęcitas maxima. Pro creatura dimittere creatorẽ, pro mundanis miserijs gaudia celestia, pro corruptibilibus incorruptibilia, pro modico solacio vitę pręsentis, æternum & perpetuum ac sine fine triumphum pdere. O insatiabiles creaturæ, vultis perfecte satiare apetitum vestrum? O carnalis mũdane, vis consequi omne quod desideras? Serua præceptũ Dauid prophetę ps. 36. dicentis. Delectare in Domino, & ipse dabit tibi petitiones cordis tui. i. omnem fęlicitatem, dulcedinem, & delectationem quam cor tuum appetere potest.

PARS QVARTA huius sermonis quæ dicitur acquisitionis.

PRO expeditione huius partis sciẽdum ꝙ regnum cęlorum acquiritur per beatitudines euangelicas quas ponit saluator Mat. 5. quia.n. Secundum leges multis modis acquiritur dominium rerum vt patet. ff. de acqui. re. dominio per totum & ibi glo. in l. 1. & insti. de rerum di. cum multis titulis sequentibus Ideo Dominus Iesus volẽs ostendere qualiter acquiri potest regnũ cęleste, dimissis turbis idest his qui non possunt ad sublimia virtutum opera cõscendere, iuxta illud. Exo 19. Non poterit vulgus ascendere in montem, cum Discipulis suis ascendit in montem. s. ad docendum ascendere ad celestia. Secundum illud Isa. 1 r. Super montem ascende tu qui euangelizas Şion. De cuius doctrĩ- *Nouem modis beatitudo habetur in spe.*

na inquit Aug. de sermone dñi in monte Si quis pie sobrieq; cōsiderauerit inueniet in hoc sermone quantū ad mores op portunos ptinere perfectū vitę christianæ modum. Quia aūt vt dicit idem Aug. 9. de ciui. Dei. Nulla est causa philosophandi nisi finis boni. Quod autem beatum facit est finis boni, ideo ipse saluator in hoc monte declarat quomodo finis noster vltimus, & fęlix acquirat per euāgelicas beatitudines, nouē modos ostendēs quibus beatitudo hic habeatur in spe, & mereatur haberi postea in re. Primo ergo regnum cœlorū acquiritur iure proprietatis, de quo habetur extra de causa pos. & propri. per totum, & dicit glo. in c. 1. eo.ti. in verbo momenti. ꝙ possessio appellatur momentum, quia parum duratura est apud possessorem, cū actor docuerit de proprietate. Nos autem dicere pos sumus ꝙ omnis possessio rei temporalis est momentanea, quia vt ait Greg. Momētaneū est quod hic delectat. De hoc autem modo dicit saluator vbi supra. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorū. s. iure proprietatis. Pauper enim spiritu, idest voluntarie est ille qui nihil in hoc mundo habet, nec aliqd proprij vult habere. Cum ergo prudentissimus omnium conditor Deus nihil fecerit sine suo loco. Sequitur ꝙ cum paupertas talis nihil habeat in hoc mundo, absq; dubio suum locum habet in cœlo. Videmus enim ꝙ eo ipso ꝙ aliquis ab vno transit extremorum, vadit ad oppositum Proinde cum paupertatis amor totaliter a transitorijs recedat totaliter in cœlo collocatur. Et hoc naturæ necessitas docet quæ grauia deprimens, leuia extollit. 4. de cœlo & mundo. Quia ergo cęlum sursum, & terra deorsum. Exo. 20. Deu. 4. & 5. & Prouer. 25. & Isa. 51. Et paupertas nihil habet terrenum deprimens, necesse est ꝙ sit tota leuitate plena vt cœlestis fiat. Et hoc iure Angeli qui sunt puri spiritus incorporei regnum cęleste pos sident. Quia non tantum nihil corporeū habent, sed nec etiam aliquid sibi attribuunt, sed omnia Deo. Vnde Apocal. 7. gratias agentes dicunt. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor virtus & fortitudo Deo nostro, &c. Vt sic in summo pauperes, humiles dicantur. Quibus etiam regnum cœlorum tanquam paruulis dabitur, secundum ꝙ dicit saluator. Marci. 10. inquiens. Sinitæ paruulos venire ad me. Talium enim est regnum Dei. Sed bene nota sententiam saluatoris, quia vt dicitur in c. 1. de causa pos. & propri. & ibi glo. & doc. Ad eundem iudicem pertinet cognoscere de pos sessione, & proprietate. Vnde quando simpliciter committitur causa alicuius prædictorum, intelligitur commissa cognitio de vtroq; vt in c. 1 de sequestra. possessionum. Et ipse iudex debet de vtroq; iudicare. c. cum dilectis de cau. pos. & pro. Et qui obtinet in proprietate, debetur ei possessorium, vt dicit glo. in c. pastoralis eodem ti. Quia possessio semper sequit proprietatem ff. de rei ven. l. officium in fi. Et proprietas tanꝗ dignior trahit ad possessionem, vt sequatur dominiū, vt dicit glo in d. c. cum dilectis. Ideo in proposito nostro cum supernus iudex qui est iustissimus executor proprietatem regni cœlestis adiudicauerit paupertati. Simul etiam ostendit ꝙ pauper in præsenti incipit regnum cęli possidere. In cuius figuram. Numeri. 18. dicit. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego dñs pars, & hæreditas vestra. Et Iacob in baculo transiens iordanem vt postea ipse dixit. Gen. 32. lapidē vix habens pro ceruicali. Gen. 28. Videns scalam dixit. Hic est domus Dei, & porta cœli. Et Moyses pascens oues Hietro soceri sui, quia proprietatem non habebat. Exod. 3 Vidit dñm in rubo. Ideo inquit Aug. Superbi ergo appetant regna terrarum. Beati autem pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Et Ambro. super Lucam ait. Primā beatitudinem paupertatis vterq; euangelista posuit. Ordine. n. prima est, & parens quædam virtutum, quia qui contempserit secularia, ipse merebitur sempiterna. Nec potest quisquā meritum regni cęlestis adipisci, qui mūdi cupiditatem post se emergendi non habet facultatem. Secundo aliqnid acquiritur iure belli siue debellationis. Vnde Iacob dedit filio suo Ioseph vnam partem, quam tulit in arcu, & gladio de manu Amorrei. Gen. 48. Per bellum autem non tantum acquiruntur homines, iuxta illud secundæ

Petri

1. Modus acquirēdi beatitudinem est paupertas.

2. Modus acquirēdi beatitudinem est bellum.

Petri 2. A quo quis superatus est, eius & seruus est. Sed etiam bona, quando bellū est iustum, vt in l. hostes. & in l. si quid bello. ff. de capti. & postli. re. Et ideo etiā hoc iure acquiritur regnum Cœlorum quia Matth. 11. dicitur: Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. i. illi qui violentiam faciunt suis sensualitatibus, & passionibus. Bellum igitur Cęlo facimus per virtutes. Vnde Hiero. inquit. Grandis est violentia, in terra nos esse generatos, & Cęlorum sedē quęrere, & possidere per virtutem quam non tenuimus per naturam. Sed hoc maxime fit mansuetudine qua omnia litigia & cōtraria temperantur. Vnde Ambro. super Lucam dicit. Cum simplicitate contentus fuero inops, superest vt mores meos superem. Quid enim mihi prodest carere secularibus, nisi fuero mitis? Mites autem sunt vt dicit August. qui cedunt improbitatibus, & non resistunt malo, sed vincunt in bono malum. Est enim mansuetū do trāquillitatis modesti animi quę nul la incurrentium rerum tribulatione agitatur. Quæ pertinet ad temperantiam, imponens modestiam impetuositati irascibilis. Vnde glo. super Matth. 5. ait. Mores temperat mansuetudo. Est enim quasi antemurale in castello animæ, lapides durorum lapidum excipiens. Et sic seruat animam Eccle. 10. Fili in mansuetudine serua animam tuam. Et propterea dicitur Prouer. 16 Melior est qui dominatur animo suo expugnatore vrbiū. Ideo Dominus Iesus hunc mundum acquirendi regnum Cęlorum insinuat di. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. i. illam de qua inquit propheta Psal. 26. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Et ita exponit Augu. in homilia super Euangelii istud. Per hunc aūt modū S. Patriarchæ videntur acquisisse regnum cęleste. Vnde Num. 12. dicitur q̃ Moyses erat mitissimus super omnes hoīes qui morabantur in terra. Et similiter Ioseph fuit mansuetissimus fratribus suis qui eū vendiderant Gen. 45. Per terram quoq; potest intelligi terrena substantia, & regnum terrenum, quia de toto gaudent mites, licet sint pauperes. Item omnia terrena calcantes ipsa possidere dicuntur iuxta illud Deute. 11. Omnis locus quem

Quæ bello acquiritur beatitudo.

calcauerit pes vester, vester erit. Vnde & Apostolus ait de ipsis 2. ad Cor. 6. Nihil habentes & omnia possidentes. Et Bern. inquit. Sicut humilibus datur Cœlum, ita mitibus terra. Quia dum nihil terrenum potest eos turbare omnia in pace videntur possidere. Vel per terram secundum Bernardum intelligitur corpus ex terra originem habens, quod mitis possidet, & subiectum habet animæ suæ sicut ipse per mansuetudinem subiectus est voluntati diuinę. Et ideo cuilibet miti, ac mansueto potest dici illud Gene. 27. In pinguedine terræ erit benedictio tua id est in corporis bona, & fructuosa operatione. Vel per terram intelligitur anima quæ quasi possidetur cum sine aliqua mala affectione detinetur. Ait enim glosa Matth. 5. Mitis est quem mentis asperitas vel amaritudo non afficit. Sed simplicitas fidei ad omnem iniuriam tolerādam instruit. Et alia glosa dicit. Mansuetus non irritat, nec irritatur, nec nocet, nec nocere cogitat. Et alia glosa inquit. Mitis est quem non rancor vel ira afficit, sed omnia æquanimiter tolerat. Vel per terram intelligi potest delectatio spiritualis. Nā propheta ait Psal. 39. Mansueti autē hęreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Vel per terram intelligitur proximi dilectio, & beniuolentia Ecclesia. 3. fili in mansuetudine opera tua fac, & super gloriam hominum diligeris. Et hoc est, quia attrahit amorē eius sicut adamas ferrū. Eze. 3. Vt adamantē & silice dedi faciē tuam. Item quia responsio mollis frangit iram. Prouer. 15. Item quia mansuetudo valet ad correctionem fraternam Psal. 89. Superuenit mansuetudo & corripiemur. Item per terram intelligi potest Deus Dominus vniuersæ terræ, qui a mansuetis possidetur, per imitationē. Quia ipse est mitis Matth. 11. Et Dan. 3. illi dr̄. Fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam Et Sophonie 2. Quęrite Dn̄m oēs māsueti terrę, q̄rite iustū, q̄rite māsuetū. Itē p exauditionē. Iudith 9. Māsuetorū sp tibi placuit depcatio. 16 ps. 131. ei dr̄. Memēto Dn̄e Dauid & oīs māsuetudinis ei9. Itē p disciplinā. Vn̄ dicit gl Mat. 5. Hui9 virtutis quasi magne mag. strū se fecit cū dixit. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. & Psal. 24. dr̄. Docebit mites

Declaratur illud Beati mites quoniā ipsi possidebūt terram.

tes vias suas. Sed principaliter per fœlicem fruitionem & possessionem in cœlesti patria. Nam Isa. 11. Arguet in æquitate pro mansuetis terræ. s. dando eis vicissitudiné. Vnde Aug. ait. Nullus erit Deus possessio nisi eius quem prius ipse possederit. Et ideo Ambr. super Lucam ait. Mitiga ergo affectum tuum, vt non irascaris, aut certe iratus ne peccaueris. Preclarum est. n. motum temperantiæ consilio. Nec minoris virtutis dicitur prohibere iracundiã, quàm omnino non irasci. Cũ plerumq; illud leuius, hoc fortius extimetur. Rixentur ergo immittes & dimicent pro terrenis, & temporalibus rebus. Beati autem mites quoniam ipsi possidebũt terram, de qua expelli non poterunt. Terra. n. significat quandam stabilitatem hæreditatis perpetuæ, vbi anima per bonũ affectum requiescit. Et hæc est requies & vita sanctorum.

3. Modus acquirẽdi beatitudinẽ est donationis via.

TErtio aliquid acquiritur per viã donationis de quo habetur. ff. & C. de donatio. & extra eodem per totum. Et licet donatio non videatur fieri ex meritis recipientis, sed ex nobilitate dantis. c. t. de dona. vbi dicitur. Hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponit, vt debere se quod sponte tribuit extimet. Et nisi in beneficijs suis creuerit nihil se præstitisset putet. Tamen donatio communiter fit amicitiæ, vel beneficij intuitu c. per tuas extra eodem Quoniam amicis auxiliari delectabilissimum est philosophus. 2. retho. & sicut dicit Aug super primam canonicam Ioannis. Amicitia est quædam beniuolentia, vt aliquando præstemus aliquid eis quos diligimus, quod si non fit quòd præstemus, sola beneuolentia sufficit amanti. Inquit quoq; Hieron. contra ruffinum. Pithagorica sunt hæc. Amicorum omnia, esse communia, & amicum se esse ipsum alterum Ideo vt dixit quidam philosophus. Amicus non est q fortunæ particeps non est. Signum ergo amici est si congaudet, & condolet amico, iuxta illud ad Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Et huic debentur dona. Et secundum hunc modum docet Saluator acquirere regnũ Cœlorum a Deo. Quia. n continue ostenditur, necesse est amicos eius flere, vt amicitia monstrata mereantur donaria. Vnde dicit. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Lugentes autem non orbitantes aut contumelias, vel damna, sed peccata propria, vt inqt Hilarius & Ambrosium Psalmista dicentes. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Cum autem consolatio lugentium sit cessatio luctus Chriso. in homilia. Qui peccata sua lugent consolabuntur indulgentiam coosequenti. Et addit ibidem Chriso. licet autem talibus sufficiat venia sui. Tamen Dominus non terminat retributionem in peccatorum remissione, sed & multarum eos participes facit consolationum, & hic & in futuro. Semper enim maiores laboribus Deus dat retributiones. Item illi qui lugent peccata aliorum, sicut flebat Samuel Saulem 1. Reg. 15. similiter secundũ Hieronymum & Chrisostomum consolabuntur, vel propter eorum cõuersionem Vel si in peccatis obstinati decesserint cõsolabuntur de iusta eorum punitione, cũ ipsi erunt in gloria, dicente psalmista. Lætabitur iustus cum viderit vindictã &c. Vel secundum Augustinum in lib. de sermone Domini in monte Luctus est tristitia de amissione charorum. Conuersi autem ad Deum ea quę in mundo chara habebant amittunt. Non. n. gaudent his quibus ante gaudere solebant. Et donec fiat in illis amor æternorum, nonnulla mestitia sanciantur. Consolabuntur ergo spiritu sancto qui maxime propterea Paraclitus nominatur. i consolator, vt temporalem amittentes æterna lætitia perfruantur, vel secundum glosam. Per luctũ duo genera fletus intelliguntur. s. pro miserijs huiusmodi, sicut lugebat psalmista di. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et pro desiderio regni cęlestis, sicut lugebat idem psalmista di. Fuerunt mihi lachrymę meę panes die, ac nocte dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus. Vnde filia Caleph. Iosue. 15. petiuit irriguum superius & inferius. Huiusmodi autem luctum non habet nisi pauper, & mi is qui cum mundum non diligat, quòd miser est recognoscit, & ideo Cœlum concupiscit. Conuenienter ergo lugentibus consolatio promittitur, vt q tristantur in præsenti gaudeant in futuro,

ro, quibus tristitia vertetur gaudium. Io. 15. vt dictum est de Lazaro mendico. Luc. 16. Quibus aquæ in vinum optimum conuertentur. Io. 2. & Marath in dulcedinem. Exodi 15. Vnde. Hie. 31. ait deus Conuertam luctum eorum in gaudium. Quia post lachrymas & fletum exultationem infundit. Tob. 3. Et hic modus acquirendi regnum Cęlorum conuenit prophętis lugentibus, quibus consolatio ęterna in figura promittebatur. Vnde dicebat eis deus illud Isa. 66. Consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini. Videbitis & gaudebit cor vestrum. Tales quoq; lugentes consolantur etiam in prę̄senti, iuxta illud Psalmistæ Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuę lętificauerunt animam meam. Vnde Grego. in mora. ast. Luctu suo anima pascitur, cũ ad superna gaudia flendo subleuatur. Et intus quidem doloris sui gemitum tollerat, sed eo refectionis pabulum percipit, quo vis amoris per lachrymas emanat. Et de hac consolatione dicitur. Prouer. 14. Cor quod nouit amaritudinem animę suę, in gaudio eius non miscebitur extraneus.

4. modus acquirendi beatitudine, est pmutatio.

QVarto acquiritur aliquid iure permutationis vt patet in c. cum vniuersorum de rerum permu. Quæ quidẽ permutatio species alienationis. c. nulli. De rebus Eccle. non aliæ. Est autem permutatio quando certa res datur pro re certa, secundum Spec. in ti. de rerum permu. §. contrahitur autem. Et hoc mõ docet nos Christus acquirere regnũ cęlorum di. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabũtur. Hic autem accipitur iustitia pro obseruantia diuinorum præceptorum, sicut & accipitur. Mat 6 cum dicitur. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis Item Hic accipitur iustitia pro generali rectitudine vitę, secundum ꝙ iustitia dicitur omnis virtus 5. Ethi. Dicit autem Hierony. ꝙ non sufficit nobis velle iustitiam nisi iustitię patiamur famem. Et consequenter nunquam nos debemus satis iustos reputare, sed semper iustitiæ patiamur famem. Et consequenter nunquam nos debemus satis iustos reputare, sed semp iustitiæ opera esurire. Chrisostomus vero super Mattheum inquit. Ille esurit iustitiam qui pro iustitia dei desiderat cõuersari. Sitit autem iustitiam qui scientiam eius acquirere cupit. Vnde de hac dicitur Mat. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & Phariseorum non intrabitis in regnum cęlorum. Pharisei. n. & scribæ opera sua faciebant ad laudem humanam. Ille autem esurit & sitit iustitiam qui iustitiæ opera facit, & facere desiderat ad gloriam Dei, & vt acquirat regnum paradisi iure talis permutationis. Quo quidem iure illud acquisierũt Apostoli quorum princeps Petrus suo & aliorum nomine dixit Christo Matt. 19. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Et Paulus dicebat 2. ad Thi. 4. Reposita est mihi corona iustitię &c. Quia autem talis anima esuriens, & sitiens iustitiam est quasi arbor quæda pascẽs deũ. Quod ostendit Dominus Iesus vadens ad ficũ Matth. 21. quę non habens fructus, idest opera iustitię maledicitur. Ideo debet & ipsa pasci a deo. Propter quod dicit. Quoniam ipsi saturabuntur. s. illo cibo de quo dicitur Io. 4. Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei. Illo quoq; pane de quo dicitur. Io. 6. Hic est panis qui de celo descẽdit. Et illa aqua de qua dicitur Io. 14. Qui biberit fiet i eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Vnde talem iustitiam esuriens, & sitiens Propheta dicebat Psa 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua Potest quoq; hic accipi iustitia pro virtute particulari. Vnde Ber. inquit. Aliqui tam vehementer contra aliorum delictam zelant, vt videri possent esurire & sitire iustitiam, si esset apud eos de suis quoq; delictis idẽ indicium. Sed mensura, & pondus, vtrunq; abominatio est apud deum. Nam contra alios tam immaniter quam impudenter exęstuant. Se ipsos vero tam insipienter quam futiliter palpant. Illi autem qui vere esuriunt & sitiunt iustitiam saturabũtur, cum omnia eorum desideria in cęlesti patria complebuntur, & verificabitur illud Psalmistę. Desideriũ eorum atulit eis. Imo vt dicit Chriso. super Matth. Maiora erunt pręmia dei quam

Declaratio illius Beati qui esuriũt & sitiũt iustitiam.

quam sanctorum desideria.

5. Modus acquirendi beatitudinem est emptio.

QVinto aliquid acquiritur iure emptionis. l. procuratoris. §. penul. ff. de tributo. & §. vendi. de te. institu de rerum. di. & ff. & C. de contra. emp. & extra de emptio. & venditio. & per totum. Et hoc modo Iacob acquisiuit primogenita Gene. 25. Tali autem modo acquirere regnum Cœlorum docet Saluator dicens. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et per hunc modum acquisiuit Martha regnum cœleste, quia fuit operibus misericordiæ dedita. Misericordia enim est pecunia qua Cœlum emitur, iuxta illud Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Dicit autem Augustinus in homilia super Matthæum. Beati sunt qui subueniunt miseris, quoniam eis ita rependitur, vt de miseria liberentur. Et idem Augustinus in libro de verbis Domini ait. Christus dicit tibi. Da mihi ex eo quod dedi tibi. De meo quæro. Da & reddo, habuisti me largitorem, fac me debitorem, habeam te fœneratorem. Temporalia mihi da, & æterna tibi restituam, teque ipsum tibi reddam.

6. Modus acquirendi beatitudinē est pſcriptio seu vsucaptio.

SExto aliquid acquiritur præscriptione seu vsucapione de qua habetur in l. 3. ff. de vsucap. & institu. eodem in princip. & in §. præscriptionum 16. q. 3. & per theologos in quarto. sententia. distin. 15. Et ideo secundum hunc modum docet Saluator acquirere regnum Cœlorum dicens. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Est autem mundicia, vt dicitur in summa virtutum, vtriusq; hominis integritas, diuini amoris intuitu obseruata, de qua Psal. 14. ait propheta. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Et respōdet. Qui ingreditur sine macula. Et Psal. 23 iterum inquit. Quis ascēdet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Et respondet Innocens manibus & mundo corde. Et Psalmo 100. dicit Dominus per prophetam. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Et Apoc. 21. dicitur. Nihil coinquinatum intrabit in illā, scilicet supernam ciuitatem, a qua lucifer immundus factus, fuit eiectus Apoc. 10 Cum igitur in præsenti solum a mundus videatur Deus eo modo quo videri potest a viatoribus. Vnde lotus Aaron intrabat in sancta sanctorum Leui. 16. Et sanctificato populo apparuit Deus in monte Exo. 19. Propterea etiam Christus lauit nos in sanguine suo Apoc. 1. vt mundaret sibi populum acceptabilem, Ad Titum 2. & per sanguinem suum eum sanctificaret Ad Hebr. 13. Et faceret sibi sponsam ecclesiam non habentem maculam neq; rugam Ephe 5. & c. ecclesia. de pœni. dist. 1. Cum qua quasi cum sponsa est in præsenti per contemplationem ac defensionem. Ideo illi qui sunt mundo corde, cum hic videant Deum saltem in enigmate; postea iure cuiusdam præscriptionis videbunt facie ad faciem Paulus 1. ad Cor 13. Et 1. Io. 3. dicitur. Cum apparuerit similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. Licet autem ista mundicia debeat esse in omnibus fidelibus Christianis. Aliter non essent fideles, quia Act 5. dicitur. Fide mundans corda eorum. Debet tamē singulariter relucere in ministris ecclesiæ. Primo quia ipsi sunt quasi oculi in quibus modicum pulueris multum grauat, & macula magis deturpat, quām in alijs membris. De quibus inquit Dominus per psalmistam. Oculi mei languerūt præ inopia. Secundo quia ipsi facti sunt spectaculum Deo, Angelis, & hominibus 1. ad Cor. 4. Et spectaculum sine speculū debet esse sine macula Sap. 7. Alioquin q se in tali speculo considerat, non bene videt. Tertio quia habent alios mundare, sed ab immundo quid mundabitur? Eccle. 34. Ideo vt dicitur Neemiæ 13. Mundati sunt sacerdotes & leuitę, & mundauerūt populum. Et vt dicitur 1. Mach. 4. Elegit Iudas sacerdotes sine macula, & mundauerunt sancta. Quarto quia sunt vasa Dei Act. 9. Vas electionis est mihi iste. Sed hodie factus est Israel in nationibus quasi vas immundum Oseæ 8. Quinto; quia sunt templum Dei 1. ad Cor. 3. Templum Dei estis vos. Et ideo non debent coinquinari sancta, sicut factum fuisse, dicitur 1. Esdræ 1. vbi scriptum est. Polluerunt templum Domini quod sanctum erat. Sexto qa sunt lectus Dei 1. Para. 29.

Opus

Opus grande est. Nō homini paratur habitatio, sed Deo. Et ideo sicut rex nollet dormire in lecto immūdo, sicut facit diabolus qui habitat in locis humentibus Iob. 41. Ita Christus Rex noster mundū desiderat habitaculū. Et ideo psalmista dicebat. Ero immaculatus cū eo &c. Septimo quia sunt ministri Dei in cuius conspectu non debent aliqui nisi mundi ministrare. Ephe. 1. Elegit nos vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius. & Leui. 11. & 20. ait Deus. Sancti estote, qa ego sanctus sum, & Deute. 18. dr. Perfectus eris, & sine macula com Deo tuo. & Eccle. 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida Et Isa. 52. Mundamini qui fertis vasa Domini, & Isa. 1. Lauamini, mūdi estote, &c. & 2. Pe. 3. Satagite immaculati inueniri &c quia vt dicitur 1. ad Cor. 4 Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Vt secundum illud Iob. 27. Mundis manibus addat fortitudinem. Et quamuis mundicia exterior non placeat Deo sine interiori Matthæi 23. Veh vobis qui mundatis quod deforis est calicis, & intus plenieftis immundicia. Prou. 30. Est generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota a sordibus suis. Tamen si mundetur quis intus, erit etiam mundus foris & placens Deo Rom. 11. Si radix est sancta, & rami. Ideo subdit Dominus Matth. 23. Pharisæe, munda prius quod intus est, vt fiat & quod deforis est mundum.

7. Modus acquirēdi beatitudinē est successio hæreditariæ. Septimo aliquid acquiritur successione hæreditaria de qua habetur instit. de hære. qua. & dif. per totum. & ff. & C. de hære. insti & in auten. de hære. & fal. per totum. Primi autem succedētes sunt filij. in autē. successione C. de suis & legi. & §. sed sui. insti. de hære. qua & dif. Et ideo istum modum ostendit Dominus di. Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur. Et consequenter habebunt eius hæreditatem, quia si filij, & hæredes. Gala. 4. Pacifici autem dicuntur secundum Hieronymum, qui primo in corde suo, deinde etiam inter alios dissidentes pacē faciunt. Quid.n prodest inquit Hieronymus per te alios pacari, si in tua anima bella sunt viciorum? Et Aug. in li. de sermone Domini in mōte ait. Pacifici in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus componentes, & subijcientes rationi Carnalesq; concupiscentias habētes edomitas fiunt regnum Dei, in quo ita ordinata sunt omnia, vt quod est in homine præcipuum, & excellens imperet cęteris reluctantibus quæ sunt nobis bestijsq; cōmunia. Et hæc est pax quæ datur in terra hominibus bonę volūtatis. Et hoc modo Virgines hęreditauerunt regnum æternæ pacis. De pacificis autē quo ad alios inquit Hilarius. Pacificorum beatitudo adoptionis est merces. Parens n. est omnium Deus. Non autem aliter transire in nuncupationem familiæ eius licebit, nisi fraternę inuicē charitatis pace viuamus. Tales autem pacifici in regno cęlesti magnam obtinent dignitatem. Quia filius regis in domo regia summus est.

Octauo aliquid acquiritur iure societatis, vt habetur. ff. pro socio. per totum. Et hoc modo ostendit Saluator acquirere regnum cęleste dicens. Beati q persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum Cœlorum. Vbi notat Chriso. q non expressit personam a qua quis patiatur, quia etiam si a suis quis patiatur, mercedem acquirit martyrij, sicut Abel a fratre Gene. 4. A quocunq; igitur quis patiatur dū modo pro iustitia. i. pro opere virtuoso, vt puta, pro dicenda veritate, vel pro correctione delinquentium, & huiusmodi, cum Ioanne Baptista beatus erit. Imo cū ipso Domino Iesu. Et ideo ipse inquit martyribus Lu. 22. Vos estis qui permāsistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis regnū, sicut disposuit mihi pater, vt qui socij sunt in vigilijs sociētur etiā in festis. Hæredes quidē Dei, cohæredes autē Christi. Et si cōpatimur, simul etiam glorificemur Ro. 8. & 2. Thi. 2. Si. n. commortui sumus & conuiuemus. Si sustinebimus, & conregnabimus. & si socij fuerimus passionum, erimus & consolationum 2. ad Cor. 1. & e. 1. de sepul *8. Modus acquirēdi beatitudinē est societatis ius.*

Nono aliquid acquiritur labore operis. §. si quis a non Domino. insti. de rerum di. & l. Dominus horreorū. §. 1. ff. locati Opere. n. dicuntur quasi similes pecunijs. l. a duobus. ff. de operis liber. Et tali modo acquirere regnum cœleste osten- *9. Modus beatitudinē acquirendi est labor.*

ostendit Saluator di. Beati est is cum maledixerit vobis homines, & persecuti vos fuerunt, & dixerint omne malum aduersum vos & cætera. Vbi ostendit quòd si vnius, vel leuissimi uerbi toleratio habebit copiosam mercedem in Cœlo, multo magis tot vigiliarum, peregrinationum, & aliorum bonorum operum propter Deum factorum exercitatio regnum cœleste consequetur pro præmio, dicente psalmista. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Et ideo inquit ipse Dominus Iesus omnibus confessoribus, & bene operantibus. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in Cœlis Matthæi. 5. Ego enim venio cito, & merces mea mecum est, dare vnicuique secundum opera sua Apocal. 22. Sed notandum quòd merces siue precium laboris duobus modis solui potest mercenario, scilicet aut cum fit mercatum in summa pro tanto labore, aut secundum extimationem boni operis, puta secundum pulchritudinem imaginis. Primi autem mercenarij tantummodo accelerant vt finiant opus, nec curant de pulchritudine. Sicut etiam quandoque fit in præbendatis clericis, qui tantum attendunt vt recipiant redditum, & non de pulchritudine animarum. Sed in Cęlo solum soluitur secundum pulchritudinem imaginis. Et ideo 1. ad Corinth. 15. dicitur. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Vt scilicet ad regnum cœleste peruenire mereamur.

Ad quod &c.

✠

✠✠

✠

FERIA

FERIA III. POST PASCHA

DE SEPTEM GAVDIIS PARADISI.

SERMO DECIMVSNONVS.

ANNVNCIAMVS vobis ea quæ ad patres nostros repromissio facta est Act. 13. Sententia est philosophi 2. Phis. 2. Methaphi. & 1. Ethi. quod cognitio finis mouet operantem ad fortiter agendum. Et hoc videmus per experientiam quæ est magistra omnium c. cum sit. de æta. & qualit. Nam multi cum principibus & dominis commorantur cum magnis incommodis suis, multasq; afflictiones tolerant, quia eos sperant sibi aliquando benefacturos. Vnde ait Grego. in homilia, quòd expectatio præmij minuit vim laboris. Similiter rustici, & agricolæ innumeros labores, calores, & sudores perferunt, sperantes tempore messis copiam magnam fructuum percipere. Mercatores insuper mare, & aridam pertranseunt, famem sitimq; sepius patiuntur, ac multis se periculis exponunt, & die noctuq; in diuersis occupationibus affliguntur, pecuniam multam lucrari sperantes. De quo tangit Oratius di. Impiger extremos curris mercator ad indos. Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. Milites quoq; cum magnis sudoribus, & vitæ periculo viriliter pugnant, brauium vel honorem consequi sperantes. Vnde Vegetius lib 3. de re mili. c. 25. ait. Milites in expeditione spes, & præmia faciunt meliores. Hoc autem est conueniens iustitiæ. s. quòd qui laborat præmia accipiat secundum exigentiam meriti. Quia iustitia vult ius suum cuiq; tribui, l. iustitia. ff. de iusti. & iur. & insti. eodem in prin. Et quòd virtuti tribuatur præmium. l. & virtutum. C. de sta & ima. & l. contra publicam. C de re mili. & facit lex. bene. C. de quadri. præscrip. & l. nemo. C. de offi. magi. of & c. si. 7 q. 1. & c. ad nostram. de rebus ec. non alie. & c. charitatem. 12. q. 2. Vnde dicitur in auten de iudicibus. §. ne auten. col. 6. Ne autem labor sine mercede fiat &c. Pauci. n. inuenirentur qui virtutibus insudarent si aliqua præmia non expectarent. Vnde Iuuenalis lib. 4. satira. 1. inquit. Quis enim virtutem amplectitur ipsam Præmia si tollas? Ideo Cassiodorus in epistolis lib. 7. epistola 22. ait. Indiscreti hominum mores, confusique vagarentur, si virtus præmia non haberet. Quapropter dicit auctor rudium. Est etenim dignum quòd mercenarius omnis. Pro mercede sua præmia digna ferat. Et auctor libri de moribus medicorum. c. 1. inquit. Si labor ipse perit, parit omnis in arte voluptas. Anusso studio sit piger omnis homo. Et in eodem c. etiã ait. Præmia quisq; labor optat habere sua. Ideò Petrus Matth. 19. c. dixit Christo, Domine, ecce nos relinquimus omnia, & sequuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Et respon-

Expectatio præmij minuit vim laboris & incitat laborare.

respondit ei Dominus noster Iesus Christus. Amen dico vobis, quòd vos q̄ sequuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, &c. vsq; ibi, centuplū accipiet & vitam æternam possidebit. Propter hanc remunerationem, Dauid diuina mandata seruabat, sicut ipse dixit Psal. 118. vbi ait. Inclinaui cor meū ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem. Qua propter vt & vos ad bene viuendum prouocare possim, intendo facere sermonem de septem gaudijs Paradisi, quæ præparauit Deus mandata sua obseruantibus.

DE PRIMO gaudio, quod dicitur visionis diuinæ.

PRIMVM igitur gaudium quod habebimus in Paradiso dicitur visionis. Pro cuius meliori declaratione mouetur vna pulchra quæstio secundum Theo. in 4. di. 49. s. Vtrum Deus in statu viæ possit p̄ essentiā videri. Et 1. vr q̄ sic Nā Isa. 6. c. dicit ꝑpheta. Vidi Dominū sedētē sup solium excelsum, & eleuatū, & plena erat omnis terra maiestate eius. Præterea Gen. 32. & dicit Iacob. Vidi Dnm facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Exo. quoq; 33. dr̄ q̄ Moyses loquebatur cum Deo facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicū suū. De isto Moyse dixit Deus Num. 12. Ore ad os loquor ei, & palā, non per enigmata, & figuras videt Deū Enigma aūt idem est q̄ obscura similitudo. Iob etiam 41. c. sui libri inquit Deo. Auditu auris audiui te nūc aūt oculus meus videt te. De S. quoq; Stephano dr̄ Act. 7. q̄ vidit gloriā Dei. Sed cōtra Exo. 33. Moysi deprecāti Deū & dicenti Ostende mihi gloriā tuā. Rñdit Deus. Faciem meā videre non poteris. Non n. videbit me homo & viuet. Item 1. Ioā. 4. Deū nemo vidit vnq̄ 1. ad Thi. 6. de Deo ait Paul. Lucem habitat inaccessibilē, quē nullus hominū vnquā vidit, sed nec videre pōt. Et Greg. super Exodū inquit. Qn̄diu hic mortaliter viuitur, videri p quasdā imagines Deus potest, sed per ipsam speciē suæ naturæ nō potest. Et Augu. in lib. Supputationum c. 2. ait.

Deus p statu viæ an possit p essentiā videri aliqua p affirmatiua adducūtur.

Pro negatiua argutur.

Certū est Dñe Deus corporis sensibus te non posse sentiri, sed nec ab vllo mortalium in ꝓpria essentia aliqñ potuisse videri. Rñdeo ad hanc q̄stionē scd̄m Theo. in 4. snīarū di. 49 maxime Tho. ibidē ar. 2. q. 7. q̄ in statu viæ nulla pura creatura videre potest diuinā essentiā, quā etiam conclusionem tenet prædictus doctor 1. 2. q. 12. ar. 7. & in summa contra gētiles. li. 3. c. 53. & Sco. in 3. di. 49. & Ric. ibidem. ar. 2. q. 6. & Fran. de maio. in conflatu. q. 17. prologi, quorum rationibus causa breuitatis dimissis dico, q̄ hanc veritatē clarissime possumus sic probare. Nā inter potētiam & obiectū debet esse proportio, 10. Ethi. & in 3. de anima. Sed Deus est infinitæ excellentiæ, vt inquit Plato in 1. thimei: Et quicquid est in essentia Dei est infinitum. Vnde de Dauid Psal. 47. inqt. Magnus Dñs & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Intellectus autem humanus est finitæ potentiæ. Cū igitur inter finitum, & infinitū nulla sit conuenientia in 1. de Cœlo & mundo. 3. & 8. Phisi. & in 1. Metha. Ergo impossibile est maiestatem diuinā nostris oculis mētalib⁹, & itellectualib⁹ i hac mortali vita videri. Vnde dicit Arist. 2. Meth. q̄ intellectus noster se habet ad ea quæ sunt manifestissima in natura. Sicut ocul⁹ noctuæ ad radios solis. Si autē loquamur de visio ne oculi corporalis, etiam patet q̄ diuina essentia oculis corporeis videri non potest. Cum Deus sit spiritus Io. 4. & spiritualia non possint corporalibus oculis videri. Sed licet in hac vita Deū videre non valeamus sicuti est, tamen in cœlesti gloria videbimus & contemplabimur maiestatem suam, quia tunc anima nostra diuina gratia erit dispósita per lumē gloriæ, ita q̄ poterit mediante illo lumine videre Deū Et potest dari exemplum de lumine igneo. Nam oculi nostri qui in nocte non possunt videre virture propria, mediante ipso lumine vident clare. Exempla ponimus non q̄ ita sit, sed vt audientes addiscāt, Arist. in 1. Priorum Ad propositum igitur nostrum, dicunt Theologi in 4. sententiarum. dist. 49. Et canonistæ. de confe. dist. 5. c. ieiunium, q̄ beatitudo consistit in clara visione, & fruitione Dei. Et hoc est quod inquit Paulus 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in enigma-

Hoc argumētū ita cō cludit de intellectu nostro separato, vt etiam de cōiuncto.

enigmate,tunc autem facie ad faciem & primæ Ioannis 3. dicit Apostolus. Cum apparuerit similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. Et Iob 33. Videbit faciem eius in iubilo, Isaiæ 35. Ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri. Non obstant modo argumenta contraria, quia respondet Dionysius in 4. capitul. ecclesiastice Hierarchiæ. Et Augustinus in 2. de trinitate; quod cum dicitur in sacra scriptura, quòd aliquis vidit Deum, non intelligitur per hoc quòd viderit essentiam diuinam, sed quòd ostensa fuit ei aliqua forma corporalis, vel imaginaria, per quàm venit in cognitionem Dei alijs excellentiorem in hac vita. Ad illud autem quod dicitur de Moyse Numeri 12. respondit Augustinus 12. super Gene. ad literam. Et in libro de videndo Deum, quòd Moyses ante mortem fuit miraculose abstractus ab omnibus sensibus corporalibus. Et ideo hac ratione poterat pro tunc dici huic mundo mortuus, vidit que Deum. Sicut Paulus 2. Corin. 12. quando raptus fuit ad Cœlum, & audiuit archana quæ non licet homini loqui, vel potest dici secundum Thom. in 4. distinctio. 49. articul. 2. quæstio. 7. quòd illa visio Moysi & Pauli, fuit media inter visionem patriæ & viæ, quia fuit supernaturalis, sed non ita plena sicut visio patriæ. Et idem dicere possumus de visione sancti Stephani. In patria enim cęlesti plenius videbimus & contemplabimur diuinam maiestatem. In qua contemplatione ad plenum anima nostra consolabitur. Vnde Exodi 33. Moysi roganti Deum & dicenti; Ostende mihi faciem tuam. Respondit Deus. Ostendam tibi omne bonum. Et Gene. decimoquinto dixit dominus Abrahæ. Ego sum merces tua magna nimis.

Nostrū prīcipale gaudiū ī cælesti gloria erit diuinā maiestatē cōtēplari in qua cōtēplatione beatificabitur.

POssumus autem deuote contemplari quòd sicut sponsa carnalis imperatoris vel regis associata ad maritum cum magna comitiua nobilium personarum, cum ingressa fuerit pallacium siue curiā ipsius imperatoris vel regis, ipse sponsus quantumlibet nobilissimus & excellentissimus aperit ei & ostendit omnia secreta sua, thesaurosque ac diuitias suas, & quod plus est ostendit ei amabilem faciem suam. Sic Deus facit animæ rationali fideli qua est sponsa eius. Oseæ 2. Nam eggredientem a corpore suo & a domo seculi huius, atq; associatam Angelorum agminibus cum magnis festiuitatibus recipiet in æterna tabernacula sua, eique ostendet thesauros suæ essentiæ & infinitę maiestatis, in cuius speculatione beatificabitur. Ait enim Augustinus in libro de doctrina Christiana. Beatitudo est quædam perfecta diuinitatis fruitio, & perhennis diuinæ maiestatis contemplatio. De qua contemplatione potest exponi illud quod dixit regina Sabba Salomoni secundi Para. 9 capitul. scilicet. Beati sunt serui tui, qui assistunt coram te omni tempore. Tanta est enim delectatio in ista visione, quòd si mundus totus esset aureus, & plenus omnibus delitijs, quæ in eo imaginari possunt, ad aspiciendum eum beati non auerterent oculos ab illa visione, nec per ictum oculi. Ipsa enim diuina visio adeo est delectabilis, dulcis, mellisflua & gaudiosa, quòd si homo a principio mundi vsq; ad extremum diem omnes passiones hominum sustinuisset, vnica visione Dei per ictum oculi sibi esset pro omnibus satisfactum, & ideo Augustinus in libro de contemplatione Iesu Christi. ca. 23. exclamat di. anima mea si quæcunque oporteret tormenta perferre, & ipsam gehennam longo tempore tolerare vt Christum in gloria sua videre possemus, & sanctis eius sociari, non esset dignum pati omne quod triste est vt tanti boni tantæque glorię participes haberemur. Insilientur igitur dæmones, & parent suas tentationes. Frangant corpus ieiunia, prę mant vestimenta, labores grauent, vigilię excitent, elaniet me iste, inquietet me ille, frigus incuruet, calor vrat, conscientia murmuret, caput doleat, pectus ardeat, infletur stomacus, pallescat vultus. Infirmer totus, deficiat in dolore vita mea & anni mei in gemitibus. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum, hæc ille. Dauid quoque desiderans hanc suauissimam & iocundissimam faciem Dei videre dicebat illi Psal. 79. Ostende fa-

ciem tuam & salui erimus. Nam facies tua plena est gratiarum Hester.15. In ipsa enim visione, & fruitione diuinæ essentiæ solummodo reperitur plena fœlicitas. Frui autem secundum Aug. in 1. de doctrina Christiana, & Petrum Lombardum in 1. sententiarum di.1. de amore inhærere alicui propter seipsum. Et ideo solo Deo proprie. & recte est fruendum, vt probat Scot. in 1. dist. 1. q. 1. & Franc. in conflatu. q. 1. & Ricard. & sanctus Bonau eadem dist, artic. 2. q. 2. & 3. & Thom. in 1. scripto di. 1. art. 1. hæc autem fœlicitas visionis & fruitionis essentiæ diuinæ a theologis in 4. distin. 49 appellatur corona aurea multiplici ex causa maxime ratione signi, quia corona est proprium signum regiæ dignitatis. Et ideo sicut corona datur filio regis, sic ex hac visione & fruitione iusti sublimantur ad hæreditatem regni cœlestis. Vnde in iudicio dicet eis Saluator Matthæi 25. Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Per istam enim visionem & fruitionem quodammodo efficitur homo particeps diuinitatis, & per consequens regiæ dignitatis. Vnde Apoca. 5. dicunt sancti ipsi Domino, Fecisti nos Deo nostro regnum &c. & Sapient. 5. dicitur. Accipient sancti regnum decoris, & diadema speci de manu Dei. Item assimilatur hęc fœlicitas coronæ aureæ ratione circuli. Sicut enim figura circularis est perfectissima eo quòd sibi nihil addi potest, sic etiam delectationi huius visionis nihil potest superaddi quod ad essentialem pertineat beatitudinem. Et sicut corona circularis ad eundem punctum a quo incepit terminatur, ita per hanc visionem, & fruitionem creatura rationalis primo principio coniungitur, a quo in esse per creationem exiuit. Et notandum quòd non cuilibet coronæ, sed coronæ aureę hæc visio assimilatur propter preciositatem materiæ. Quia sicut auro nullum metallum est præciosius, ita visione & fruitione Dei nulla maior iocunditas, nullumque maius ac nobilius præmium esse potest. Quam quidem coronam habent omnes beati. Et ideo de quolibet eorum dici potest illud Ecclesiast. 45. Corona aurea super

Fruitio quare vocetur corona aurea.

caput eius, expressa signo sanctitatis, gloriæ honoris, & opus fortitudinis. Huius autem fruitionis, & visionis diuinæ consolatione stant continue beati rapti, & mente eleuati, atque amore quodammodo ebri, ita quod mille anni non videntur eis vnus dies propter maximam, & ineffabilem suauitatem. Si enim visio & contemplatio amorosa alicuius creaturæ quandoque facit hominem amentem, & insensibilem. Quam delectationem debent recipere sancti in contemplatione diuinæ maiestatis, & in visione summæ pulchritudinis? De qua visione Dei dicit Cassiodorus epistolarum libro 2. Inspectio sola diuinitatis, efficit vt beatius nil possit. Ideo dicunt theolog. in 4. sententiarum, distinctio. 50. maxime Ricard. noster ibidem articul. 5. quæstio vltima, quòd maior pœna damnatorum, quam habeant in inferno est priuatio visionis Dei. Quapropter Chrisostomus super Matthæum homilia 23. dicit, quod potius eligeret esse in inferno cum visione Dei, quam extra sine ea. O igitur deuoti Christiani, non vos tædeat bene operari, Deus enim erit præmium laborum vestrorum, cuius maiestatem videbitis facie ad faciem. Similiter oculo corporali videbimus humanitatem Christi gloriosam. Vnde Isaiæ 33. dicitur. Regem in decore suo videbunt, De qua visione dicit Bernardus in quodam sermone. Plenum prorsus omni suauitatis dulcedine, videre hominem hominis conditorem. Ecce enim dulce lumen, & delectabile oculis videre solem iustitiæ Christum Dominum, hæc ille. De his duobus visionibus loquitur Saluator noster Ioan. 17. capitul. di. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Nostrum ergo principale gaudium in cęlesti gloria, in quo essentialiter consistit tota fœlicitas, erit diuinam maiestatem contemplari. In cuius visione cognoscemus ea quę nunc ignoramus, & scire desideramus, secundum ea quæ dicam in penultima parte huius sermonis. Tunc intelligemus quomodo Deus sit sine principio, omniumque de nihilo Creator, & ipse a nullo creatus. Insuper ipsam

mate-

maiestatem diuinam videndo, in illa tanquam in speculo intelligimus omnes sciētias, quas vnquam habuerunt, vel habebunt aliqui homines mundi, habebimusque perfectionem omnium scientiarum. Vnde Gregor. in 4. Dialogorum inquit. Quid est quòd nesciat ille, qui scit scientem omnia? De hoc etiam canit Dauid propheta in Psalmo dicens Deo. In lumine tuo videbimus lumen. O igitur Christiani, qui desideratis scire diuersas scientias, seruite Deo, & bonis operibus insudate, vt ad æterna gaudia peruenire mereamini. Tunc enim sine libris, labore, vel tædio, in momento & in ictu oculi, omnia in Dei visione cognoscetis. Vnde dulcedinem, ac iocunditatem huius visionis diuinæ optimè declarat scriptura Gene. 29. capitul. vbi in figura dicitur. Seruiuit Iacob pro Rachel septem annis, & videbantur ei dies pauci, præ amoris magnitudine. Rachel enim secundum Hieronymum interpretatur visio Dei. Et hoc sufficiat pro prima parte nostri sermonis.

DE SECVNDO gaudio Paradisi quod dicitur completionis, scilicet omnium desideriorum.

SECVNDVM gaudium Paradisi dicitur completionis. Omnia enim desideria nostra complebuntur in patria cœlesti. In qua non poterimus desiderare nisi bonum, vt dicunt Theologi in 4. sententiarum. distinctio. 48. etiam magister, quòd quicquid a nobis amabitur, & desiderabitur semper aderit. Nec mirum. Qui enim habet substantiam rei habet etiam eius effectum & proprietatem 2. Phisic & 1. de Cœlo & mundo. Qui enim comedit substantiam mellis existente organo bene disposito, de necessitate sentit dulcedinem eius. Et qui habet substantiam ignis, habet & calorem ipsius. Beati igitur in Cœlo cum fruantur diuina maiestate in qua consistit omne bonum, & quæ vt ait Augustinus in libro de vero cultu est dulcedo infinita. De qua etiam ait psalmista delectationes in dextera eius vsque in

Vnde Aug. dicit Beatus est qui hēt quicqd vult. &c.

finem. Necessario sentiunt dulcedinem, & suauitatem inexplicabilem quæ omnia sua desideria replet. Quapropter quilibet beatus dicere poterit illud Sapien. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa &c. Et ideo Augustin. 22. de ciuitate Dei inquit. O qualis erit illa fœlicitas supernæ patriæ vbi erit omne bonum, & deerit omne malum. Et in libro de moribus ecclesiæ idem ait. Fœlicitas est habere omne quod cupis, & nihil habere quod odis, quod totum in Deo reperitur, & Bernard. dicit. O ciuitas cœlestis, o regio secura totum continens quod delectat. Et propheta inquit Deo Psalmo 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Et de ipso etiam dicit animæ suæ. Psalmo 101. Qui replet in bonis desiderium tuum. Et de quolibet beato iterum ait Deo Psal. 20. Desiderium animę eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Et Salomon inquit Prouer. 10. Desiderium suum iustis dabitur. Et Anselmus in libro pro solo, in fine ait. Si singula bona huius infelicis vitæ delectabilia sunt, cogita quæso quàm delectabile sit bonum illud increatum quod continet in se iocunditatem omnium bonorum, non qualem in rebus creatis experti sumus, sed tanto differentius quanto differt Creator a creatura Deuter. 8. Absque vlla penuria comedes panem tuum. Illum, scilicet panem: qui ait Ioan. 6. Ego sum panis viuus qui de Cœlo descendi. Hieremias 30. dicitur. Reuertetur Iacob & quiescet, & cunctis fluet bonis. Augustinus quoque 22. de ciuitate Dei dicit. Quid est quod per prophetam ait Dominus. Ego ero illis Deus, & ipsi mihi erunt populus, nisi ego ero vnde sacientur? Ego ero quæcunque ab omnibus honeste desiderantur. Ego ero vita & salus, victus & copia, & gloria, & honor, & pax & omnia bona. Ipse enim erit finis omnium desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, & sine fatigatione laudabitur, hæc ille. Gaudete itaque o fideles Christiani. Nam tradet nobis Dominus locum in quo nullius rei est pęnuria Iudicum 18. De cuius consolatione ait Vgo de sancto Victore super psalmistam. Desiderium beatorum in Deo vndique circumquaque complebi-

tur, quia Deus in patria erit beatis omnis veritas intellectui, omnis bonitas affectui, omnis speciositas aspectui, omnis nobilitas ignobili, omnis libertas & potestas seruienti, omnis suauitas auditui, omnisq; copiositas indigenti, hæc ille. De prædictis autem stultissimum esset dubitare, Nam si Sap. 16. manna a Deo Cœlo missum filijs Israel habebat in se omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem, & tamen erat cibus materialis, & corruptibilis. Profecto a fortiori credendum est quòd increata & infinita bonitas diuinæ essentiæ cōtinet in se omnem delectationem, qua faciat vniuersaliter omnis appetitus beatorum. Vnicuique enim beato inquit Deus illud Lucæ 15. Fili tu semper mecum es, & omnia bona mea tua sunt. Et ideo o pauperes qui modo multis rebus indigetis, gaudete si in Dei amore perseueratis. Et dicite cum Mantuano Virgilio in 1. Eneydos. Dabit Deus his quoque finem. Dicit enim Bernard. in libro de interiori homine. In ea fœlici iocunditate, ac iocunda fœlicitate, quicquid desiderabimus habebimus. Et ideo Dauid propheta in persona pauperum qui nūc esuriunt, & sitiūt, & multas patiuntur necessitates exclamat Psal. 16. dicens Deo. Saciabor cum apparuerit gloria tua. De hac saturitate dicit Augustinus super primam canonicam Ioannis. Qui biberis de fluuio Paradisi, cuius gutta maior est Occeano, restat vt in eo sitis omnium bonorum delectabilium præsentis vitæ funditus extinguatur. Et ideo o pauperes, o vos omnes qui nunc in anxietatibus & penurijs viuitis nolite desperare. Quando enim eritis in vita beata, tunc quicquid vobis in desiderio veniet, confestim habebitis, omnesq; suauitates, & delectationes desiderabiles degustabitis. Et ideo pro consolatione vestra dico cuilibet vestrum illud quod scriptū est Deut. 8. c. Rerum omnium abundantia perfrueris Isa. 60. Tunc videbis s. diuinam maiestatem ac gloriam, & affluens, scilicet omnibus bonis, & mirabitur, ac dilatabitur cor tuum. Et hoc sufficiat quantum ad secundum gaudium.

DE TERTIO gaudio Paradisi quod dicitur exultationis.

TERTIVM gaudium quod in Cœlo habebimus dicitur exultationis. Et de hoc Isaiæ 35. scriptum est. Lætitia sempiterna supra capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt. Et Psalmo penulti. cantat Dauid. Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis. Vltra exultationem autem quam habebunt de visione, & fruitione Dei, habebunt etiam multiplicia gaudia accidentalia. Non solum enim gaudebunt mirabiliter ex recordatione bonorum operum quæ fecerūnt in gratia Dei propter quæ meruerunt vitam æternam, sed etiam ex recordatione operum quæ fecerunt in peccato mortali consolationem magnam habebunt pro eo quòd talia bona facientes pro tūc non fecerūt malum nec offenderūt Deum. Item quia per illa bona dispositi fuerunt ad pœnitentiam, vt inquit Ricar. noster in 4. q. 49. articul. vlti. quæstio. 7. Gaudebunt etiam de bonis desiderijs quæ habuerunt, pro quibus præmium essentiale consecuti sunt, ac si opus desideratum perfecissent quando per eos non stetit quin facerent, quia voluntas in hoc casu pro facto reputatur apud Deum capitul. omnis. & capitul. noli. cum multis alijs capitulis. de pœniten. distinctio. 1. habebunt quoque multi propter talia desideria palmæ viriditatem, quæ est quoddam accidentale præmium distinctum ab aureola, & plerisque beatis licet non omnibus datur maxime pro desiderio martyrij. Et ideo de Sancto Martino canit ecclesia. O vere beatum virum cuius animam, & si gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrij non amisit.

Sancti ubi Labūtur de pœnis damnatorum.

HAbebunt etiam beati miram iocunditatem infra se, intra se, & supra se. Primo infra se de afflictione damnatorum, iuxta illud prophetæ Psalmo 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Quod declarat Scotus in 4. distinct. 50. dt. Non video nec scio quomodo beati, vel Deus gaudeant, vel consolentur

solentur de pęnis damnatorum. Nam Isa. 1. dicit Deus. Heu consolabor de hostibus meis. Heu.n. dicit quasi dolendo, quia Deus est cui proprium est misereri semper & parcere, nec delectatur in perditione morientium. Sed sciendum quod non est volitum simpliciter a Deo, nec a sanctis supplicium damnatorum, sed solum secundum quid. Gaudent.n. propter iustitiam in quantum natura existens sub culpa ordinatur per pœnam. Tamen aliter debet gaudere iudex de pœna iuste inflicta, quàm alius. Et ideo Deus quia acceptat pœnas damnatorum in vindictam offensæ suæ, maiorem habet complacentiam infligendo iuste pœnam quā habere debeant beati. Quia beati minus debent habere de complacentia eo quòd ad eos non pertinet vindicta, imo si non esset contra voluntatem Dei vellent eorum liberationem, vel saltem non displiceret eis. Vnde Deus acceptat illud quod iustum in se. Sed beati acceptant illud respectu Dei in quantum est ordinatum, & inflictum ab eo. Quia igitur damnatis ait Dominus Prou. 1. Ego quoq; in interitu vestro ridebo. Lætantur etiam beati propter conformitatem voluntatis suæ voluntati diuinæ, hæc ille. Gaudent etiā propter liberationem non solum ab illis pęnis quas patiuntur damnati, sed a multis alijs periculis. Vnde dicunt illud Psal. 123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est & nos liberati sumus. Et illud 2. Macha. 1. De magnis periculis liberati magnifice gratias agimus Deo. Secundo habebunt beati iocunditatem intra se ratione dispositionis. Nam quilibet beatus quandam in se quasi innatam seu inseparabilem lætitiam habebit, quæ erit fructus bonorum operum. De quo Sap. 3. dicitur. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Et Isa. 3. scriptum est. Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum ad inuentionum suarum comedet. Et ideo eiusdem libri. c. 60. dicitur cuilibet beatificando. Mirabit & scilicet ex immensa dulcedine interna, & dilatabitur cor tuū. Tertio habebūt mirabilem iocūditatē supra se s. ex visione & contemplatione humanitatis Christi. De quo 1. Petri. 1. dicitur. In quem desiderant Angeli prospicere. Cui propheta inquit Psalmo 15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.

Habebūt et sancti cōsolationē intra se rōne dispositiōis.

Habebūt et sancti iocūditatē ex visione humanitatis Christi.

O Igitur Christiani, quare gaudia velut huius tantis anxietatibus quæritis? quæ velut ventus & flatus cito transeunt & gaudia æterna Paradisi contemnitis, in quibus exultabitis in æternum letitia inenarrabili? Vt dicitur 1. Petri 1. Et in lætitia semper permanentes, nihil aliud quàm de consolatione & iubilo vobis agendum erit. Ait enim Arist 10. Ethi co. c. 8. Existimamus oportere delectationem admixtam esse fœlicitati, de quo gaudio indicibili si vultis aliquid indagare, audite illud quod Hiero. in quadam epistola dicit. Si dulciores sunt in hac vita lachrymæ penitentium quam sint omnes diuitiæ diuitum Quid quæso futurum est in cœlesti patria? In qua non lachrymæ sed radij pleni dulcedine apparebunt? O serui Christi qui in deuotionibus vestris sentitis consolationes diuinas in tanta immensitate vt videatur vobis nullum maius gaudium in hac vita posse reperiri, considerate quantam in Cęlo & patria superna exultationem sentietis, si in hoc exilio tantam habebitis. Hæc quam modo gustatis est arra quædam futurę dulcedinis. O mundane obcęcate, cum dicat Aristo. in 1. Retho. quòd omnia animalia naturaliter appetunt delectationem. Et idem inquit 10. Ethico. c. 5. Quare tam parum curas de gaudijs Paradisi?

Exultatio ad beatitudinem.

O Dissoluti, qui totum expenditis tempus in correis & canticis; scitote quòd non habebitis delectationes vitæ cœlestis. Ait enim Bernardus in quadam epistola de contemptu mundi. Videat secularis anima, & intelligat quoniam extrema gaudij luctus occupat, hic est enim transitorię lætitiæ finis hic fructus gloriæ temporalis. Si igitur verum est quod dicit Macrobius in libro de somnio Scipionis, scilicet quòd omnis anima musicis sonis capitur. Et illud quod Boetius dicit in musica sua libro primo, scilicet quod nulla est omnino ætas, quæ ad dulcis cantilenę delectione seiuncta sit. Quare non quæritis quō ad cœlestem

In Cælo est sonus vocalis, & cantus, & hoc probatur.

stem patriam peruenire valeatis? In ea enim dulcedo soni & cantus immensa quę omnes mundi huius cantus, & sonos incōparabiliter excedit. Licet.n.quidā dixerunt ꝙ in cęlo non est cantus, neq; sonus, quia in cęlo impireo nō est aer quo mediante fit cantus & sonus. Item quia secūm eos non vr̃ cōpetere beatis. Tāta.n. ibi erit laus Dei mentalis ꝙ vocalis non vr̃ ipsis necessaria. Et ideo sup̱ illud Iob 38. Cum me laudarent astra matutina & iubilarent omnes filij Dei, ait Greg. Laus Angelorum est in ipsa admiratione contemplationis. Tamē quidam alij dixerūt oppositum.s.ꝙ in cęlo erit sonus vocalis & cantus. Inter quos est S. Aug. in li. de cōtemplatione Christi, quorū opinioni vr̃ adherere S. Bona. in 2. di. 2. & Ric. ibidem. & in 4. di. 49. ar 4 q. 3. & hoc ꝓbatur autē te prophete dicentis Psal. pen. de beatis. Exultationes Dei in gutture eorū. Et Isa. 51. dr̃. de patria cęlesti. Gaudium & lętitia inuenietur in ea, gratiarū actio & vox laudis. Et Apoc. 4. dr̃ de sanctis, quod nō cessabūt dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dn̄s omnipotens, &c. Nec valet opposito de aere. Deus.n. potest ex infinita virtute sua facere quod sine aere formet vox, cantus & sonus. Aliter data hac opinione pro vera, quod ideo in cęlo nō sit cantus vel sonus quia ibi nō est aer sine quo naturaliter non formatur cantus, vel sonus sequeretur quòd beati in cęlo empireo nunq̄ possent loqui eadē ratione, qd̄ valde esset inconueniens. Dicunt igitur prędicti theo. qui tenent quod cantus sit in cęlo, quod illa vocis formatio non erit p̱ spirationem & respirationē, sed per aerē qui quasi naturaliter erit beatis complātatus sicut patet in quibusdam animalibus vt in apibus. Vel certe secundū Ric. & Bona. ita deseruiet cęlū empireum glorificatis, sicut aer corporibus non glorificatis. Est autem valde conueniens quod in patria cęlesti sit laus Dei vocalis, quo ad homines qui habent organa, vt non solū mentaliter laudent Deum cum Angelis, sed etiam ipsum magnificent cum lingua & voce, vt sic totus homo feratur in laudem diuinam. Sicut dicit gl. super prædicta verba psalmistę. Exultationes Dei in gutture eorum. Item vt sicut potentia visiua oculorum corporaliū recipiet consolationem in proprio videndo humanitatem Christi, & gloriam corporum beatorum & pulchritudinem cęli empirei, ita etiam potentia auditiua recipiat consolationem propriam in obiecto suo.s. in audiendo dulcedinem cantus, & melodiarū celestium. Et cum eadem ratione possumus arguere de sono qui vr̃ conueniēter debere esse in patria vt beati non solum laudent Deum in anima, sed etiam in corpore sonando manibus & ore atq; quocunq; alio idoneo modo corporali, & vt auditus beatorum non solum consoletur de obiecto cantus, sed etiam de sono, vt recipiat suam perfectionem & consolationem secundū omnē modum obiecti r̃ sui. Nec absurdū vr̃ opinari quod sicut Deus fecit in cęlo incorruptibiles mansiones pro beatis, ita etiam fecerit diuersa sonorum instrumenta incorruptibilia, ad accidentalem eorum consolationem, & vt ipse ab eis omni modo possibili sicut conuenit laudetur & magnificetur. Et ideo sanctos hortatur Dauid Psal. vlt. di. Laudate eum in sono tubę. laudate eum in psalterio & cithara, laudate eum in timpano & choro, laudate eū in chordis & organo. Laudate eum in cimbalis bene sonantibus, laudate eum cimbalis iubilationis, omnis spiritus laudet Dominum. Et ad confirmationem prædictorum dicit B. Ioannes Euangelista Apoc. 14. Audiui vocem.s. in cęlo, sicut citharedorum citharizantium in citharis suis, & cantabant quasi cāticum nouū ante sedem agni &c.

Possumus quoq; dicere quod spiritus beati habebunt citharas quæ sunt eorum corpora quibus fiet dulcissima pulsatio. Vnde in figuram dicitur 3. Reg 10. quod rex Salomon de lignis thimis quæ attulit ei Regina Sabba fecit liras & citharas cantoribus domus Dei. Regina.n. Sabba significat sanctam ecclesiam, quæ conuertit animas Deo. Sabba quippe secundum Hiero. interpretatur cōuertens. Modo.n. ipsa ecclesia offert Salomoni regni pacifico.i. Christo ligna thima, hoc ē sanctorum corpora diuersis laboribus, & pęnis attrita. Nam thima interpretatur humilima, & ideo per ligna thima congrue significātur ipsa sanctorum corpora quę propter Dn̄m vsq; ad mortem humiliata sunt.

Corpora beatorū citharæ dici possunt, qbus fit dulcissima pulsatio.

sunt. Vnde de his Christus citharas facit quando gloriam spirituum facit in ipsis corporibus redundare. Ipsi namq; spiritus tria habent quæ ad artem conueniũt bene sonandi Bono.n.sonatori necessaria est leuitas,& infatigabilitas manus,& instrumentum bonum ac bene temperatũ. Ipsi autem spiritus habent leuitatem, quia ex propria natura non solum sunt promptissimi ad tendendum in Cœlum, verum etiam subiectis corporibus hanc leuitatem per dotem agilitatis impartiũtur. Item habent infatigabilitatem, quia non modo ipsi adhærent Deo infatigabiliter,sed etiam corporibus suis impassibilitatem communicant, vt vi debitur in in 5.parte huius sermo.habent quoq; optima instrumenta & bene temperata, videlicet sua corpora beata & gloriosa q̃ nulla intemperie poterunt variari. Vnde dicunt quidam quod sancti virtute corporis glorificati, & principalius virtute animæ beatæ poterunt ore,manibusq;, ac pedibus,formare diuersos sonos mellifluos,ac suauissimos. De huiusmodi autem gaudijs & cãtibus ac sonis inquit Augu.in lib. de cõtemplatione Christi c.11. loquens ipsi Domino Iesu & di.Fęlix societas ciuium supernorum,& gloriosa solemnitas omnium ad te redeuntium, ab huius peregrinationis tristi lbbore. Amenitatem pulchritudinis,formositatem totius spẽdoris,atq; dignitatem totius elegantiæ tuæ iugiter cernunt tui ciues. Nihil est quod conturbet eorum mentes, quæ cantica,quæ organa,eorum auribus dantur?Vbi melodiæ sine fine cantantur, & semper melliflua illorum organa hymnorum audiuntur, hæc ille.

Beati, ẽt du cũt cor tripudiãdo, & cantando.

QVia autem beati habebunt omnes cõditiones quas habere debent tripudiantes & chorum ducentes, vt patere potest ex prædictis, & alijs dicendis in hoc sermone. Ideo insimul dicuntur ducere cor tripudiando, & cantando.

In oĩb⁹ sensibus, corporalibus, sancti magnum gaudiũ habebũt, quia nec a fuit actibus impedientur.

ALiud quoq; magnum gaudium habebunt sancti in omnibus sensibus corporalibus in quibus recipient omnimodam perfectionem. Nũc.n. multas imperfectiones sensus nostri. Nam impediunt sępe a sensib.libus ne possint facere actũ suum, Phi.2.de anima. Et ideo perficientur in patria, secundum Ric. in 4.di.49. ar.4.q.3 & Bona. in eadem di.1.2.ar.3.q. 1.Nam primo visus erit tantæ perfectionis quòd non poterit ab extrinseco corrumpi,vel impediri. Videbit.n. sine obstaculo,& penetrabit cuncta corpora. Videbitq; intra sicut extra, & penetrabit corporis armonias,atq; membrorum dispositiones intrinsecas. Secundo videbit oculus,ita subitus sicut supra. Tertio ita de longe videbit sicut prope. Quarto ita videbit minima sicut magna & ita seipsum sicut cætera. Quinto ita videbit retro sicut ante non se vertendo. Sexto videbit superiora oculos non leuando. Septimo videbit inferiora oculos non declinando. Octauo videbit diuersa obiecta, & quasi infinitos radios tanq̃ vnum, vel quasi vnitos. Nono potẽtia visiua videbit ita oculis clausis sicut apertis. Si.n.oculi nostri glorificari videbũt vltra murum,nec paries aliquis,aut mons, vel aliud corpus, quantumcunq; densum, & opacum poterit impedire visum nostrum, quin penetret & vltra ipsum videat, multo minus palpebra seu pellis ipsa glorificata,& lucidissima super oculos posita impediet eos quin clarissime videant. Decimo oculus noster glorificatus videbit absq; labore,ac fatigatione omnia supradicta,iuxta illud Isa.60. Tunc videbis,& afflues, &c. Et ratio huius est quia corporalis visus, & similiter omnis alius sensus subditus erit per omnia,& obediens voluntati, & ideo ad nutum eius in omnibus obedier, & nullum obstaculum poterit illum impedire,vel conturbare In omnibus.n.erit maximę perfectionis. Et idem est dicendum de sensu auditus. Nã primo audiet insimul omnes sonos,& cunctas voces, & omnes cantus patriæ cęlestis sine reuerberatione aeris. Secundo discernet in cãtibus & sonis ac vocibus vnum ab altero ita distincte, quod nullus eorum poterit ab altero impediri. Tertio audiet ita de longe sicut de prope,omnia talia. Similiter et odoratus erit perfectus. Nam primo odorabit insimul omnes odores tanq̃ si solum esset vnus. Secũdo odorabit distincte vnum quemq; odorem, ita quod vnus ab altero non impedietur. Tertio ita odorabit de lõge sicut de ꝓpe. Gustus quoq;

Gustus quo erit in patria.

habebit perfectionem suam, & similiter tactus. Sed sciendum est quod gustus nō erit in patria in aliquo actu qui deseruiat nutritiuę, sed tantum inquantum est apprehensiuus saporum. Tactus etiam perficietur, atq; inexplicabili delectatione iocūdabitur, quia anima beati suauitate quietissima adhærebit Deo, & ideo suo corpori coniuncta hanc iocundissimam adhęrētiam illi impartietur. Vnde quia ipsa anima viuificabit totū corpus vita perhenni, ideo omnibus partibus eiusdem corporis suam gloriam, & suauitatem communicabit per experientiam, tam altissimi sensus qui in pręsenti vita non potest bene intelligi, nisi forte ab his qui per priuilegium singulare in corpore suo aliquā excessiuam consolationē diuinam actualiter experti sunt.

An qlibet sensus patria habebit proprios actus.

SI autem quæratur nunquid oēs sensus corporis in cęlesti gloria habebūt suos act⁹, dimissa ꝑ nūc opiniōe S. Bona. & Scoti ī 4. di. 49. dico scd'm Ric. vbi sup. quod quilibet sensus erit in suo actu. Ad cuius intelligentiā est sciēdum scd'm eū quod duplex est immutatio sensus. Quædā quę cōcomitatur naturalis organi transmutatio, in qua sensus ita recipit formā sensibilis quod vere denominatur ab ea quædam vero est quā talis transmutatio non cōcomitatur in qua sensus ita recipit similitudinem formæ sensibilis, quod non denominatē ab ea sicut patet in visu. Visus. n. videndo album nō efficitur, nec dr̄ albus. Sicut homo cū sentit calorem dr̄ calidus. Prima immutatio non pōt esse sine materiali transmutatione. Et quia illa nō pōt stare cum impassibilitate beatorum, ideo tali modo non erit sensus ipsorū in actibus suis. Secūda vero immutatio non requirit de necessitate nisi quandā passionē animalem, sine qua esse non pōt, quia sensus est quædā passio aīalis. Et isto modo in beatis quilibet sensus erit in actu suo, quia talis passio ꝓsensus est q̄dam patiens perfectio scd'm Philo. 2. de aīa. Beati igiē non erūt impassibiles passione aīali. Sed vtrū hęc immutatio fit facienda per effluxū a superioribus viribus sensus, aut ꝑ susceptionē a rebus extra aīam, dubiū est quo ad aliquos sensus, maxime quo ad ꝓdoratū, & gustū, vt etiā inquit S. Bona. Credo tn̄ ait Ric. quod hoc erit non tantummodo ꝑ aliquē influxū ab interiori, vi. s. forte a beatitudine aīæ, sed ēt per susceptionem a rebus quæ sunt extra aīam, qā sensus ꝓpinquiores sunt aīæ q̄ corpori. Sed corpus ꝑ beatitudinē aīæ ꝑmiabiē aliqua delectatione, quæ quidem non potest sine actu. Igitur patet propositum; quod particulariter declaratur per singulos sensus.

Declaratur quod visus in patria habebit propriā actionē, & beatificabitur.

PRrimo. n. patet de sensu visus. Nā secundum Philo. 10. Matha. In oī genere est reperire vnū quod sit merū, & mensura oīum q̄ sunt in illo genere. In genere aūt corporaliū visibiliū in patria perfectissimū est corpus Christi gloriosum, & iō in ipsō quietabiē potentia nr̄a visiua tanq̄ in suo perfectissimo obiecto, & in ipso perfectissime delectabiē, & hæc est vna ex rōnibus quare ēt si Adā nō peccasset filius Dei incarnatus fuisset. De quo diffuse dicā in quinta ꝑte marialis nostri, ser. 4. part. 1. & ser. 5. par. 1. vt. s. totū in se hōminē beatificaret nō solū quo ad aīam in cōtēplatione suę deitatis, sed etiā quo ad corpus in visione suæ gloriosæ humanitatis. Et ideo Apoc. 1. dr̄. Videbit eum omnis oculus &c. Delectabuntur etiā beati in aspectu corporū aliorū beatorū & suorū miro decore refulgentiū.

Etiā auditus ꝓpriam habebit actionem ꝑ quā beatificabitur.

Secundo auditus erit in actu suo & delectabitur ac beatificabiē in auditione cantuū delectabiliū, & laudū beatorū. Nā quilibet sanctus cantabit in ꝓpria & singulari voce, quæ ab oībus particulariter audieē, & discernetur. Non solum autem iocundantur beati in cantibus suis, & aliorum sanctorum, de quibus dicitur Apoc. 19. Audiui vocem in cęlo quasi tubarum multarum dicentium. Alleluya, laus, & gloria, & virtus Deo nostro. &c. Sed etiam delectantur in audiendo consonantiam & mirabilem armoniam septem planetarum, iuxta illud Iob 38. Concentum Cęli quis dormire faciet? Item audiendo armoniā quatuor elementorum, iuxta illud Sap. vlt. In se dum elementa conuertuntur sicut in organo qualitatis immutantis, & omnia suum sonum custodiunt.

Odoratus ēt habebit ꝓpriū actū.

Odoratus etiam in patria erit in actu suo & delectabitur, ac beatificabitur in odoribus non solum corporis Christi, sed etiam cuiusli-

cuiuslibet beati per totũ paradisum spirantis fragrantiam singularium odorum in sua vltima perfectione. De odore autẽ Christi Cantico. 1. dicitur. In odorẽ curremus vnguentorum tuorum. De odore vero beatæ virginis dicitur c. 3. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi & aromatibus myrrhæ & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij? De odoribus autem aliorum beatorũ Apoc. 5. scriptum est. Habentes singuli citharas, & phialas plenas odoramentorum. Citharę enim, vt diximˀ, sunt corpora sanctorum. Phialæ vero quæ sunt lucidæ & latæ figurant animas beatas, q̃ Deũ lucidè vident, & ample amant in quibus sunt maxima odoramenta. Odorabũt aũt oĩa hæc sine cerebri resolutione, & absq; terrestri fumositate, vel vaporatione, & sine rei odorate putrefactionẽ, quorũ contrariũ est in via. Est tñ sciendum secundũ Ric. in solutione sexti argumenti, ꝙ fumalis euaporatio non est per se necessaria ad hoc vt similitudo odoris vsq; ad olphatum pertingat. Nam Philosophus 2. de anima refert, quædam esse animalia quæ ad alimentum a lunge currunt per hoc ꝙ ab odore mouentur Et tñ possibile non est ꝙ euaporatio cadauerũ ad loca iam remota pertingat, sed ꝙ a corpore odorifero aliqua euaporatio fiat cum multiplicatione odoris, ex hoc prouenit ꝙ ipsa corpora odorifera sunt nimia humiditatẽ aspersa. In corporibus tamen gloriosis erit odor in sua vltima perfectione nullo modo per aliquam humiditatem aspersus. Et ideo multiplicabitur odor ad olphatum sine euaporatione.

Habebunt etiã sancti in patria gustus actũ, p quẽ gustus beatificabitur.

GVstus quoq; in actu suo iocundabitũ & beatificabitur. Licet enim regnum Dei non sit esca vel potus. Roma. 14. Vnde certũ est ꝙ in cœlo beati nõ comedẽt aliquid vt asserunt quidã dicentes, ꝙ comedunt panem aureum, & Ricar. vbi supra in solutione quinti argumenti, ꝙ illa immutatio in gustu fiet mediante quadã humiditate, quã Deus creabit in lingua beatorũ, quę habebit oẽm saporẽ qui maxime cõpetit perfectioni sensus gustus cuiuslibet beati, & seruabitur incorruptibilis in perpetuũ ipsa humiditas in lingua ipsorum beatorũ. Aut causabitur in lingua ipsa humiditas ex vi beatitudinis aiæ, & nõ erit similitudo humiditatis sed verus sapor. Sensus etiã tactus beatificabitur in actu suo sicut dictum est de alijs sensibus. Sicut. n. dãnati habebunt continuũ dolorẽ in oĩbus sensibus, ita beati habebũt cõtinuã delectationẽ in ipsis. Quia igiẽ corpora sanctorũ erunt palpabilia & tangibilia, secundũ oẽs Theo. in 4. di. 49. ideo beati poterunt se contingere inuicẽ corporaliter. Et se tangent tactu honestissimo. In qua contractatione erit mira delectatio propter perfectionem sensus, & tactus tangibilis. Est autem sciendũ, secundũ oẽs Theo. in 4. di. 44. ꝙ corpora nostra resurgent cum oĩbus membris vt in omnibus recipiant suam remunerationẽ. Vnde secundum Ric. nostrum vbi supra, Deus in membris beatorum nunc pudendis, & generatiuis ponet quandam delectationem honestissimam, quæ perpetuabitur in æternũ in præmiationẽ pudicitiæ, & cõtinẽtiæ. Sicut eadẽ mẽbra patiẽt acerbissima tormẽta in inferno ꝑpter delectationẽ luxurię & impudicitiæ. Quanto aũt in aliquibus sensibus quis maiorẽ sibi violẽtiã in pñti vita fecerit eorũ sensualitates refrenãdo tãto in patria maiorẽ in ipsis delectationẽ percipiet. Et ideo ad refrenationem ipsarum sensualitatum nos hortatẽ beatus Iacoponus noster de Tuderto, qui vt ponit magister Bartholomæus de Pisis, in conformitatibus beati Francisci lib. 1. fructu. 8. dabat exemplum per parabolam de quadam virgine pulcherrima quinq; fratres habente, quorũ vnus erat citharedus, alius pictor, alius coquinarius, alius aromatarius siue speciarius, & alius leno, qui omnes erãt pauperes. Illa autem habebat vnum lapidem preciosum magniq; valoris. Venit ergo primus ad sororem suam di. Tu vides soror mea ꝙ ego sum pauper, da igitur mihi illum lapidẽ, & ego faciã tibi pulcherrimum sonũ cum instrumento meo. At illa dixit. Et qd faciã sono trãsacto? Et vñ viuã ego postea? Nõ ergo dabo eũ tibi ꝓ tali ꝓcio. Volo n. me nuptui tradere cum ipso, & honorifice viuere. Postea vero venit alius frater. Secũdus similiter petens dictũ lapidem offerens ei pro precio eius vnam pulchram picturam. Et illa similiter negauit. Tertius aũt frater veniẽs & similiter petẽs offerebat ꝓ ꝓcio vnũ bonũ

Tactus quoq; beatificabitur.

con-

confectum, siue alium saporosum ferculum Et quartus vnam optimam piperatam. Quintus autem promittebat quòd per lupanaria illam duceret. Illa autem omnibus fratribus respondit sicut primo & dictum lapidem sibi sapienter reseruauit. Demum venit ad eam quidem rex magnificus ab ea similiter ipsum lapidé petens. Qua respondente. Quid mihi dabis pro eo? Respondit rex. Ego accipiam te in sponsam meam, & faciam te magnã reginam, & dabo tibi vitam æternam, & affluentiam omnium bonorum quę desiderari possunt. At illa inquit. Domine pro tanta magnificentia vestra, & lapidé & me vobis trado, & statim dedit ei lapidem. Notandum est autem moraliter, quòd ista virgo est anima rationalis, lapis preciosus est voluntas, siue consensus liberi arbitrij, quinq; vero fratres, sunt quinq; sensus corporis. Nam primus qui dicitur citharedus siue histrio est auditus. Secundus qui dicitur pictor est visus. Tertius q dicitur aromatarius siue speciarius est odoratus. Quartus q dicitur coquinarius est gustus. Quintus vero qui dicitur leno est tactus in quo magis viget sensualitas, & per ipsum magis incuruatur anima ad opus illicitum. Sicut autem stultissima fuisset illa virgo si pro aliquo ipsorum preciorum tam vilium dedisset lapidem preciosum, sic incomparabiliter stultior est anima, quæ in aliquem cõsensum illicitum ab aliquo sensu corporis se induci pmittit. Et ideo toto conatu debet ab illa modica delectatione abstinere, & suis sensibus ad sensualitates illam trahere volentibus nullatenus consentire, suumq; consensum summo regi Christo conseruare, & gratiosissime dare, qui eam sponsam suam faciens infinitam, atq; perpetuam illi delectationem dabit, atq; adeo ipsam ditabit & felicem faciet ꝙ de abundantia sua, & de ineffabilibus consolationibus suis, omnes fratres suos, scilicet sensus corporis beatificat ac secum in cœlo gloriosos habebit. Pro conclusione autem huius partis dico, quòd super omnes accidentales beatorum delectationes, illa est maior quam habet bona conscientia, existens sine vlla immunditia peccati. De qua Eccle. 3. dicitur. Non est delectatio super

His oĩbus consolationibus maior erit quã habebit p bona conscientia.

cordis gaudium. Has autem consolationes habebunt sancti in vita cęlesti, qui non solum quo ad animam erunt pleni omni gaudio, sed etiam in omnibus sensibus corporis vt dictum est erunt perfectissime saturati, & ad plenum beatificati. Ricar. in 4. di. 49. ar. 4. q. 3. Nihil enim nobis deficiet, quod ad consolationem animæ & corporis nostri faciat. Et ideo dico vobis illud qđ dicit Paulus ad Phi. 4. c. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete, dominus enim prope est. s. qui nos a temporalibus gaudijs perducet ad æterna.

DE QVARTO GAVDIO paradisi quod dicitur cessationis.

Qvartum gaudium beatorum appellatur cessationis, scilicet omnium malorum. Ad fugam auté omnium malorum natura nos hortatur. Vnde 8 Ethi dicitur. Natura semper fugit triste. Et hoc gaudium habebunt beati, De quo scriptum est. Sapientiæ. 3. c. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tãget illos tormentum mortis. Et Apoc. 21. c. dicit aquila volans. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorũ, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra quæ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Et Isa. 51. Gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. Aug. vero in libro de simbolo. tractatu. 2. ait: Non nobis dominabitur corruptio immortaliter viuentibus, nec indigebimus illic vestimento vbi erimus immortalitate vestiti, neque cibus nobis deerit quando ipse panis viuus qui propter nos de cœlo ad terras descendit sui præsentia nostras animas satiabit. Nec potus nobis deerit præsente fonte vitæ. Saturabit eñi nos ab vbertate domus suæ, & torrente deliciarum suarum corda nostra rigabit, æstus illic non patiemur. Ille enim erit refrigerium nostrum, qui nos sub vmbra alarũ suarum protexit & protegit. Frigus illic non patiemur. Est enim sol iustitiæ ibi q suo amore calefaciens corda nostra, radijs diuinitatis suæ illuminabit oculos nostros

vt videant diuinitatem æqualitatemq; patris,& filij & spiritus sancti. Non ibi fatigabimur. Nobiscum enim erit virtus nostra cui nunc dicimus. Diligam te domine virtus mea. Nõ etiam ibi dormiemus. Non enim sunt ibi tenebræ quæ excludere possint permanentem diem. Nulla ibi negotiatio,nulla seruitus, nullum opus. Et quid illic acturi sumus, nisi illud qđ scriptum est. Vacate,& videte quoniam ego sum Deus. Vacatio ista contemplatio nis erit, & opera nostra erunt delectatio nis vt contemplantes delectemur, & delectabiliter contemplemur bona domini in terra viuẽtium,quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, hæc ille. Qui etiam in sermone quodã contra Arrianos ex consideratione prædictorum nos hortatur ad pugnandum viriliter contra diabolum di. Qui vult ad æternam vitam peruenire contra omnes diaboli laqueos debet fortiter vigilare. Nõ enim qualis est ista vita,talis inuenitur in illa. Quantum enim differat inter hanc, & illam nosce debet charitas vestra, hic falsitas, ibi veritas, hic perturbatio,ibi fida possessio, hic pessima amaritudo, ibi sempiterna dulcedo hic periculosa luctatio, ibi secura exultatio,hic timemus ne qui amic⁹ erat efficiatur subito inimicus,ibi erit amicitia perpetua, hic quicquid est bonum timemus ne pereat, illic quicquid acceperimus ab illo seruabitur, qui facit vt nemo transeat,hic mors,ibi vita,hic luctus,ibi gaudium. Illic quod acceperis nunquã amittes,hic omnia mutabilitati subiacent,& permanere non possunt. Deus autem illic pro omnibus & in omnibus erit, nec sufficit humana lingua exprimere quod sensus mortaliter non valet comprehendere. Veniamus illuc fratres, & ibi intelligemus quod cor humanum hic cognoscere non potest Ibi Deum videntes eoq; fruentes exultabimus inenarrabili gaudio. Et quale erit gaudium vbi nullus timor erit? Quale gaudium erit cum te socium videris Angelorum,participem regni cœlorum regnare cum rege, nihil concupiscendo omnia possidere. Sine auaritia diuitem, sine pecunia administrãtem, sine successore iudicantem, sine metu barbarorum regnantem,sine morte in æterna vita,viuentem,hæc ille.

O Igitur tribulati & angustiati, nolite desperare in angustijs vestris,sed patienter eas tollerate. Dico enim vobis q quanto fueritis magis tribulati in hac vita, magis eritis consolati in alia, & gaudia paradisi videbuntur, vobis magis dulcia, iuxta illud quod dicit auctor libri q dicitur Pãphilus.c.32. Est post triste malum gratior alta quies. Scitote etiam q in regno cœlesti,reminiscendo tribulatio num quas in mundo passi estis,summopere gaudebitis ex hac recordatione. Ait.n. Ari.1.Retho.c.20. Delectabile est saluatum reminisci laborũ. Et post angustias delectatur vir memorans quàm multa passus fuerit, & quã multa bene gesserit. Et ad hoc propositum possumus adducere illud Mantuani Virgilij in primo Eneidos. Forsan,& hæc olim meminisse iuuabit. Propter hoc Apostolus ad Collo.1.c. dicit. Gaudeo in tribulationibus meis. Et ratio est illa quæ ponitur Eccle.1.c.cum dicitur. Vsq; ad tẽpus sustinebit patiens & postea erit redditio iocunditatis illius. Et ideo dico vobis o tribulati illud Mantuani Virgilij in primo Eneyd. vbi Eneas hortabatur socios afflictos di. Per varios casus,per tot discrimina rerum. Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas. Ostẽdũt, illic fas regna resurgere Troiæ. Durate & vos met rebus seruate secundis. Quæ verba possunt spiritualiter ad propositum nostrum intelligi. Per varios enim casus, id est p varias tribulationes. Tendimus in latium,id est in paradisum, iuxta illud Act.14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum, vbi præparauit nobis Deus sedes quietas. De quibus virgo gloriosa dicit. Luc.1. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Et Dauid propheta Psal. 109 inquit Iudicabit in nationibus implebit ruinas.i.sedes a quibus ceciderũt mali Angeli. Illic regna Troiæ resurgent, id est corpora nostra. Omnes enim resurgemus gloriosi vt dicit Paulus.1.ad Cor. 15. Qui ad Ro.8.etiam inquit. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei &c. Durate ergo, & vosmet rebus seruate secundis, id est estote fortes in bello & pugnate cum antiquo serpente, & accipietis regnum æternum, plenum omnibus bonis,

In Angustijs tribulati non debẽt desperare propter præmium.

bonis, & absq; aliquibus malis. Et hoc suf ficiat pro quarta parte nostri sermonis.

DE QVINTO GAVDIO quod dicitur decorationis.

De dotetim passibilitatis, subtilitatis, agilitatis, & claritatis, quā habebunt sancti.

QVintum gaudium dicitur decorationis, secundū enim Theo. in 4. sen. di. 49. corpora nostra decorabuntur quatuor dotibus, vt declarat sanctus Bona. Ricar. & Tho. in eadem di. scilicet impassibilitate, subtilitate, agilitate, & claritate. De quibus dicitur. Sap. 3. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Nam in fulgore claritas, in igne qui est elementum valde actiuum, & frigescere nescit impassibilitas. In scintilla subtilitas, in discursu vero agilitas significatur. Et saluator noster gloriam corporis nostri in prima volens ostendere non multiplicat verba, sed eam integre & totaliter ac perfecte per claritatem solis ostēdit dicens. Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris mei. Nam in sole vt aperte patet sunt omnes prædictæ quatuor qualitates. Primo enim habet claritatem lucis ad quam cō sequūtur aliæ tres, primo subtilitas. Lux enim per naturam habet subtilitatē ad penetrandum corpora maxime diaphana, & transparentia, sicut patet in lapide cristalino qui a luce penetratur. Secundo sequitur agilitas. Nam mutatio eius quasi subita est, & quasi in instanti illuminat, & emittit radios suos super terra. Tertio sequitur impassibilitas, quia ab alijs nō patitur inquinamentum. Et propterea dominus noster in transfiguratione sua. De qua habetur. Matth. 17. non in alia dote voluit apparere, quàm in dote claritatis, secundum Alex. de Ales, in 3. parte summæ, in tractatu de apparitione Christi, quia ad ipsam claritatem vt dictum est cætere dotes consequuntur. De his etiā dotibus tangit Apostolus. 1. ad Cor. 15. dicens de corpore humano. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione, seminatur in ignobilitate surget in gloria, seminatur in infirmitate, surget in virtute, seminatur corpus animale, surget spirituale. Secundum autem Ricardum nostrum vbi supra, surgere in incorruptione refertur ad impassibilitatem, surgere in gloria refertur ad claritatem. Surgere in virtute refertur ad subtilitatem. Surgere vero spirituale refertur ad agilitatem. Ad hoc autem ostendendum dominus Iesus non solū resurrexit cum istis quatuor dotibus in suo corpore, imo etiam mortalis existens ipsis vsus est. Nam primo ostendit dotem claritatis in sua transfiguratione, quando resplenduit facies eius sicut sol, Matth. 17. Secundo ostendit dotem agilitatis quando ambulauit supra mare siccis vestigijs Matth. 14. Tertio ostendit dotem impassibilitatis, quando dedit se ipsum in vltima cena in cibum & potum Matth. 26. Ibi enim in sacramento existens non patiebat attritionem in dentibus discipulorum, nec aliquam alterationem. Quarto ostendit dotem subtilitatis quando exiuit de vtero virginis per portam clausam saluo signaculo virginali, quamuis secundum aliquos hoc proprie non pertineat ad dotem subtilitatis, sed fuerit per speciale miraculū diuinæ virtutis. Ostendit etiam hanc dotem subtilitatis, & agilitatis simul quando exiuit de medio iudæorum volentium eum lapidare, ipsis hoc non valentibus percipe quomodo inde exisset. Ioannis. 8.

Per hoc qd dos non est de essentia matrimonij & pro aliqua alia declaratur aliqua de dotibus sanctorum.

AD declarationem autem istarum dotium est sciendum, quòd licet dos nō sit qđ de essentia matrimonij quod sine ipsa contrahi potest. c. si quis diuinis. 30. q. 5 & §. Illud quoq;, in autē. quibus mo. na. efde. col. 6. & c. consanguineorum. 3. q. 4. & l. fi. C. de dona. ante nup. tamen decens est in omni matrimonio dotem dari e. nullum & c. aliter, ibi glosa. 3. q. 5. dos autem dicitur patrimonium proprium mulieris nn præ. l. deniq;. §. sed vtrumq;, in fine. ff. de mino. Notandum est etiam quòd licet mulieres regulariter dotentur a parentibus suis, tamen aliquando viri accipientes vxores eas dotant, vt potest probari per. c. quidam. 27. q. 2. & per c & si necesse. de dona. inter virum & vxo. licet ibi glosa exponat dotem, idest donationem, propter nuptias. Propterea inquit Bartholomęus Brixiensis, in suo repertorio, in verbo, dos, quòd apud Hispanos viri dotant pulchras puellas. Quem

ritum

ritum etiam mauri obseruant, sicut mihi retulit vnus frater noster, qui in partibus terræ sanctæ longo tẽpore stetit. Aliqñ etiam pater ipsius viri dotat puellã, vel auget dotem ipsius quę est dubenda filio suo, & hoc ob nimiũ amorem, quem ipse vel filius eius habet ad ipsam puellam. Sicut fecit Emor pater Sichem qui desiderabat habere Dinam filiam Iacob in vxorem. Vnde Gen. 34. dixit ad Iacob & ad filios eius Sichem filius meus adhæsit animæ filiæ vestræ. Date eam illi vxorẽ. Augete dotem, & munera postulate. Libẽter.n. tribuã quod petieritis. Quia igitur ecclesia catholica est sponsa Christi cui. Oseæ.2. ipse ait. Despondabo te mihi in fide. Et Apostolus inqt ad Cor. 11. Despõdi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Ideo Deus pater, & ipse filius eius benedictus amore istius sponsæ captus, eã mistice dotauit in membris eius, in oibus fidelibus suis dãs vnicuiq; istas quatuor dotes in suo corpore. Quas quidẽ nõ dat nisi qñ ipsos gloriosos ad æternum connubiũ suum introducit. Dotes.n. conferuntur sponsis qñ desponsantur, sed qñ ad domũ sponsi traducuntur. Quia ergo quamdiu in hac vita sum' peregrinamur a dño, vt ait Apostolus. 2. ad Cor. 5. Ideo sponsus noster Deus filius, & pater eius, & spiritus sanctus quo mediante facta est hęc desponsatio, solũ in traductione nostra in cęlesti gloria, nos istis dotibus illustrabit, & decorabit, ita q̃ qlibet nostrũ dicere poterit. Isai.61. Induit me dñs vestimento salutis quasi spõsam ornatam monilibus suis. Dos autẽ diffinitur a theologis vbi supra sic. Dos est perpetuus ornatus aïæ & corporis, vitæ sufficiens, & in æterna beatitudine iugiter perseuerans prædictæ sũt qualitates, & dotes diuina virtute sic disponente ex redundantia beatitudinis animæ resultabunt in corpore cuiuslibet beati. Vnde de dote impassibilitatis inquit Aug. ad Dialcorũ. Tã potentem fecit Deus aïam. vt ex eius plena fęlicitate redundet in corpus sanitas perpetua, &c. Prima autem dos erit ipsa impassibilitas. Nam secundũ oẽs doctores in 4. di. 49. maxime sanctũ Bon. ibidẽ par. te. 2. ar. 2. q. 1. & 2. Corpora beatorũ erũt incorruptibilia, & indefectibilia atq; impassibilia ab omni intrinseco, & extrinseco corrumpente quolibet genere passionis. Vnde poterunt stare in igne sine læsione, ne gladio, aut instrumento poterũt lædi, vel quolibet molestari. Non.n. vt inquit Aug. in sermone de contẽptu mundi, poterunt pati aliquã tristitiã, vel afflictionẽ, non famem, aut sitim, non calorẽ, aut frigus, non somnũ, aut tediũ, nõ debilitatem, vel lassitudinẽ, non deniq; infirmitatem vllã, aut mortem, iuxta illud. Apoca. 7. Non esurient neq; sitient amplius, neq; cadet super illos sol, neq; vllus estus, &c. Vnde sanctus Iacobus intercisus dicebat carnificibus qui eius membra præcidebant a corpore, Deus dabit mihi carnẽ nouã, & mẽbra impassibilia, q̃ vulnera vestra, vel lesiones sentire nõ poterunt. Sed de hac dote tetigimus in superiori gaudio, & ideo ꝑ nunc transeamus ad alias, sufficiat allegare id quod canit propheta. Psal 33. Multæ tribulationes iustorũ, & de oibus his liberabit eos dñs. Secunda dos dr̃ subtilitatis. Corpora.n. nostra poterũt intrare per ostia clausa, sicut fecit Christus. Ioa. 20. post resurrectionẽ. Nec muri seu montes poterunt corpora nostra impedire, ne transeant libera sine vllo impedimento, iuxta illud psalmistæ. 17. In nomine tuo trãsgrediar murum. Quod qualiter fieri possit declarat Bona. Ric. & Scot. vbi supra.

Prima dos beatorũ erit impassibilitas.

2. Dos sanctorũ erit subtilitas.

Tertia dos dicitur agilitatis. Poterimus enim quasi in instanti ire quocunq; voluerimus, & corpus nostrum nõ erit ponderosum, nos impediens ab aliqua actione. Et de hoc dicitur. Isaiæ. 40. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt, & nõ deficient. Ait enim Aug. 22. de ciui. Dei. q̃ Deus a corporibus beatorum auferet pondus. Et ideo vbi volet spiritus, ibi erit protinus & corpus. Quod exponit Ricar. vbi supra. Non quòd beata anima moueat corpus de loco ad locum in instanti, quia hoc facere non potest, vt ipse ibi probat, sed in tam modico tempore, quòd quasi videtur hoc facere in instanti. Dicit aũt Ansel. in lib. de similitudinibus de fortitudine beati. In tantũ erit fortis, vt etiã si velit, terrã com-

3 Dos sanctorum erit agilitas.

commouere possit, & ita faciliter mouere posset vnum magnum montem, sicut vnã pennam. Nunc autem verum est quod scribit Salomon. Sap. 9. c. corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Cum vero erimus in paradiso, nullo modo aggrauabit eam. Imo erit econtra, nam ab omni corruptibilitate erit purgatum, & adiuuabit animam, vt ait Augu. 12. super Genesin ad litteram. Quarta dos dicitur claritatis. Erunt corpora glorificata, & claritate maxima adornata iuxta illud Apostoli ad Collo. 3. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Vnde illud quòd dixit saluator noster Matth. 13. Fulgebũt iusti sicut sol, dicunt theologi in 4. sen. di. 48. q. in die iudicij, sol erit septies clarior quam nunc, iuxta illud Isaiæ. 30. Erit lux Lunæ sicut lux Solis septempliciter. Et quilibet sanctus erit splendidus sicut tũc erit Sol splendore intensiuo. Et licet corpora beatorum erunt ita luminosa, & clara, ac fulgida, tamen secundum theologos in 4. di. 49. oculi cuiuslibet beati penetrabunt illum splendorem, & cum maxima consolatione videbunt illam claritatem & pulchritudinem, & mirabilem colorem ipsorum corporum gloriosorũ. Si autem homo non glorificatus, sed passibilis, & mortalis poneretur in cœlo statim moreretur non solum propter immẽsitatem gloriæ diuinæ, sed etiam ex splendore cœli, & sanctorum. Et dicunt præfati theologi vbi supra, quòd illam claritatem habebunt ipsa corpora gloriosa nõ solum ab intrinseco lumine sibi a Deo indito mediante anima gloriosa, sed etiam a lumine extrinseco aliorum luminum paradisi, sicut videmus quòd corpora bene tersa, & polita ex incidẽtia radiorum solis, vel alterius corporis luminosi resplendent sicut vitrum, aurum vel argentum. Vnde dicitur 1. Mach. 6. Refulsit Sol in clippeos & aureos, & resplienduerunt montes ab eis. Corpora enim gloriosa erũt bene tersa, & polita.

4. Dos sanctorum erit claritas.

Anima beata poterit imperare corpori ne agat in visum, vel in aliquã aliã actionem.

Dicit autem Ricar. sanctus Bonauẽ. & Tho. vbi supra quòd in potestate animæ glorificatæ erit prohibere lucem corporis sui ne agat in visum, sicut & quælibet alia actio corporis erit in potestate eius. Et ideo si esset hic anima habẽs corpus glorificatum posset occultare per suã voluntatem lucem corporis sui ne videretur. Nam in corpore glorioso est summa obedientia ad animam suam, dicente Augustino. 19. de ciui. Dei. Imperabit Deus animæ, anima vero corpori, tantaq; obediendi ibi erit suauitas, & facilitas, quanta viuendi regnandiq; felicitas. De hac autem occultatione habemus exemplum domini Iesu, qui quando voluit tenuit oculos discipulorum euntium in Emaus ne eum agnoscerent, & voluit fecit se cognosci, & postea euanuit ab oculis eorũ. Lucæ vlt. Similiter color corporis gloriosi erit in potestate animæ vt immutet visum, vel non immutet, & vt occultet corpus quòd est post se, vel non occultet, sicut etiam exemplo domini patet qui post resurrectionem suam ostendit corpus suum discipulis, claritatem eius occultando. Et addit sanctus Bona. q. anima nõ solum potest sui claritatem omnino occultare, vel in toto ostendere, sed etiam valet medio modo plus & minus illam demonstrare. Licet autem beatus Tho. in 4. di. 49. tenuerit, quòd claritas corporis gloriosi possit sine miraculo videri ab oculo non glorificato si anima eius non prohibeat, tamen Ric. noster in prædicta di. dicit quòd lux corporis gloriosi in sua virtute, & plenitudine videri non potest sine miraculo ab oculo non glorificato, nec ipse oculus absq; sui effusione eius radios in sua fortitudine, & plenitudine recipere posset, quia excedẽtia sensibilis corrumpit sensum, secundũ Philo. in lib. de sen. & sensato. Et ideo vt ait Aug. 22. de ciui. Dei. Saluator noster non ostendit discipulis suis claritatem sui corporis gloriosi, quia eam non sustinuisset humanus atq; infirmus aspectus, nec ipsum Christum agnouissent in claritate sua. Claritas autem quam ostendit eis in transfiguratione longe fuit inferior illa claritate, nec fuit dos, sed aliqualis similitudo dotis claritatis, vel secundum Alex. de Ales, in 3. parte summæ in tractatu de apparitione Christi, & beatum Thomam in 3. parte summæ. q. 45. ar. 2. licet fuerit claritas gloriæ eius quãtum ad essentiam, non tamen quantum ad modum essendi. Et hoc modo respondetri

deri potest ad auctoritates, quæ videntur de directo dicere oppositum. Vel si velimus tenere quod fuerit eadem claritas quantum ad modum essendi, est dicẽdum quòd oculi Apostolorum eam viderunt per miraculum, siue per gratiã Dei specialem, non virtute naturali. Si autẽ quæratur quare post resurrectionem suã non ostendit dominus discipulis suis pariformiter suam claritatem. Respondeo quòd ante mortem suam quando in proximo passurus erat congruum, fuit tali demonstratione confortare tres principales Apostolos de spe gloriæ, & resurrectionis futuræ, per quos postea alij confortarentur nec tam alta misteria debuerunt multitudini manifestari rationibus quas pro nunc pertranseo causa breuitatis. Post resurrectionem vero iam poterãt ab illis tribus omnes alij de prædicta visione certificari, quia transierat tempus prohibitionis ipsius domini qui dixerat eis. Matth. 17. Visionem hanc nemini dixeritis donec a mortuis resurgat filius hominis. Præterea ipse dominus vt in sermone resurrectionis patuit, de gloriosa sua resurrectione discipulos suos certificauit. Et ideo hanc visionem suæ gloriosæ claritatis eis ostendere necesse nõ fuit, & eo maxime quia ea habita fuisset ab illis euacuata ratio merendi per fidem, in totum, vel pro maiori parte. Dicit tamẽ Ricar. vbi supra quòd sicut oculus noster intueri potest lucẽ Solis in suo fonte mediante aliqua nube illam lucem non penitus abscondente, sed reddente radios eius pportionales visui nostro. Sic aliquo modo a simili beatus sic posset radios lucis corporis sui contemperare, & reddere proportionales visui nostro, ꝙ possemus illam lucem videre in suo corpore, sed non videremus eam in sua plenitudine, nec vt refulgentem in sua perfecta virtute. Sicut nec etiam videre possumus Solis claritatem in refulgentia suæ rotæ.

Quilibet sanctus licet nõ habeat aureolam, habebit tamẽ coronã pulcherrimam.

De claritate autem corporum nostrorum futura nos confortat Apostolus Paulus, qui inquit Phili. 4. Saluatorem expectamus dominum nostrũ Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Sciendum est etiam quòd vt dicunt theologi. in 4. di. 49. Licet quilibet sanctus non habeat aureolam, si non fuit martyr, virgo vel doctor, scilicet ad instruendum proximum in virtute & fide, tamen habebit in capite coronam pulcherrimam iuxta illud Psal. 20. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Quid autẽ sit aureola dixi in prima parte prin. hui⁹ operis, sermone. 39. parte. 3.

Dubitatio de ætate in qua resurgemus.

SED hic quæritur in qua ætate resurgemus. Et respõdit magister sen. in 4. di. 44. & ibi. Ric. noster, quòd omnes resurgent in eadem ætate. i. in effigie eiusdẽ ætatis, scilicet illius in qua Christus mortuus est, quæ est perfectior ætas, & fortior quæ possit cõmuniter esse licet mortui fuerint infantes, vel senes. Et hoc etiã dicit glo. super epistolam Pauli ad Eph. 4. c. & Aug. 22. de ciui. Dei. O igitur vos senes, & vetulę qui dicitis, nihil magis cupio quàm esse iuuenis, facite bonum, & habebitis desiderium vestrum. In paradiso enim adimpletum erit in nobis illud prophetæ. Psal. 102 dicentis. Renouabitur, vt aquilæ iuuẽtus tua. In gloria nãq; erimus omnes iuuenes. Et hoc est quod dicit Paulus Ephe. 4. Occurrimus omnes in virum perfectum ad mensuram ætatis plenitudinis Christi, idest in illa perfecta dispositione corporali resurgemus, in qua in ætate plenitudinis Christi fuimus, vel fuissemus, si ad illam nullo impedimento interueniente peruenissemus, sanctus Bonauen. in prædicta di. quarti. Similiter quærunt doctores in qua quantitate, & magnitudine resurgemus. Et respondit Magister in 4. di. 44. Et Ricar. ibidem. ar. 1. q. 1. quòd verum est illud Pauli. 1. Cor. 15. scilicet mortui resurgent incorrupti i. sine aliqua diminutione, aut imperfectione membrorum. Vnde nullus erit, qui habeat aliquod mẽbrum deficiens, nec nimis magnum, aut paruum, nec superfluitatem aliquã, aut monstruositatem, nec ibi erit aliquis claudus, aut gibosus, non lippos habens oculos, nullus strabo, aut turpem habens figuram, nullus curuus, nullus habens sex digitos, sed omnes resurgent in statura, & quantitate, quæ vnicuiq; indiuiduo debebatur in ętate magis perfecta, secundum

Dubium de quantitate in ꝗ resurgemus.

dum virtutem naturæ. Si autem per aliquod impedimentum naturæ, vel per nimiam superabundantiam naturæ, esset indebitus quantitatis excessus, vel defectus, diuina potentia supplebit, vel resecabit, prout plene ponit Aug. 22. de ciui. Dei. O igit viciati corpore, vel qui estis pallidi, aut rubei, vel nigri & deformes, ac turpes, scitote ꝙ in paradiso non habebitis vllam maculā in corpore vestro. Ait enim Aug. in lib. Enchiridion. Indecorum ibi alicui non erit, imo dico vobis, ꝙ nullus pictor posset imaginem itá pulchram depingere, sicut vos eritis, si non pulchritudinem mundi ornamentis viciosis & lasiuijs quæretis, quæ valde displicent Deo, iuxta illud Ouidij in epistolis. Sint procul a nobis iuuenes vt fœmina compti. Tales enim ex pulchritudine superbiunt. Vnde dicit Ouidius in 1. de fastis. Fastus inest pulchris, sequturq; superbia formam. Et ideo Virgilius in bucolicis inquit. O formose puer nimium ne crede colori: Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur. Quod potest mortaliter intelligi de deformibus in cęlo collectis, pulchris vanis reiectis. Non solum autem exterius erunt speciosi oēs beati, sed etiam in interioribus partibus corporis quas oculi gloriosi beatorum, clare videbunt, secūdum Theo. in 4. di. 49. Vnde Aug. 22. de ciui. Dei, inquit. In interioribus visceribus quæ nullū modo decus videnť habere, ita pulchritudo rationis decorabit, & delectabit, vt omni formæ apparenti quæ oculis placet, secundū mentis iudiciū præferat, hæc ille. Pro conclusione aūt huius partis dico, ꝙ oīs deformitas ab electis pęnitus tollet. Vt inquit Aug. 22. de ciui. Dei. c. 19. Et in lib. Encheridion. Resurgent corpora sanctorū sine vllo vitio, seruata integritate naturę, hęc ille. Et illi, q sunt deformes & patienter sufferunt opprobria deformitatis, præferenť multis pulchris q de formositate sua se extollunt. Et erunt illis pulchriores.

Quare sanctis dentur illæ quatuor dotes a Deo.

PRædictas aūt quatuor dotes conferet Deus corporibus beatorū cōtra quatuor eorū defectibilitates. vt dicūt Theo. in 4. di. 49. maxime S. Bona. ibidē parte 2. ar. 1. q. 3. Nos aūt possumus sic dicere, ꝙ cū ipsa corpora sint cōposita ex quatuor elemētis, sed magis habeāt de materia terrę, ideo plus sentiūt, & retinēt in hac vita de qualitatibus eius. Vñ quia terra est elemētū grossum, ponderosum & opacū. Ideo etiam ipsa corpora istis defectibilitatibus subiectiantia esset. Contra quas recipient in gloria dotem subtilitatis, agilitatis, & claritatis. Ab elemento autem aquæ, quæ est humida recipiunt defectibilitatem corruptionis, & passibilitatis. Et similiter ab aere, qui faciliter immutatur, & cedit cuilibet impellēdi & sua corruptione corrumpit corpora. Et etiam ab igne cuius calor semper consumit de humido radicali. Et propter hoc dixit Scotus in 3. di. 15. ꝙ materia prima semper machinatur ad corruptionem cōpositi. Et propterea contra hanc defectibilitatē recipient dotem impassibilitatis. Quilibet ergo beatus in patria cęlesti dicere poterit illud Gen. 30. Dotauit me dominus dote bona. Et hæc sufficiant quo ad quintum gaudium.

DE SEXTO GAVDIO quod dicitur habitationis.

SExtum gaudium dicitur habitationis. Habitabimus enim in cęlo empireo. De quo inquit sanctus Bona. in 2. di. 2. ar. 3. q. 2. in corpore quæstionis, ꝙ est maximum molle, quia omnia alia corporalia continet. Et ideo dicit idem sanctus Bona. in 2. di. 6. in quæstionibus circa litteram, ꝙ potest recte appellari palācium, tum propter spaciositatem, tum ꝑpter amenitatem, & claritatem. Est enim clarissimū. Vnde dicitur empireum, a pie quod est ignis, quia maxime lucet sicut ignis. De quo cęlo dicit Scotus in 4. di. 49 ꝙ est lumen plenissimum, & omni iocunditate gratiosum. Et Apoc. 21. de ciuitate celesti dicit Ioannes Apostolus Ostēdit mihi Angelus ciuitatem sanctam Hierusalem, habentem claritatem Dei, & erat structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa vero ciuitas ex auro mundo, fundamēta muri ciuitatis, omni lapide precioso ornata, & portæ eius erant ex margarithis, & platea ciuitatis aurum mundum. Hæc ciuitas non æget Sole, neq; Luna, vt luceant in ea, quia nox non est illic. Nam claritas Dei illuminat illam, & lucerna

Aliqua de natura cæli empirei.

eius

eius est agnus, hæc ille. Ideo Tobias. 13. sui libri c. tantam cęli claritatem confidens exclamat dicens. Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad vidēdā claritatē Hierusalē, portę Hierusalē ex Saphyro, & Smaragdo, & ex lapide ꝑcioso oīs circuitus murorū eius, & ꝑ vicos eius cātabitur alleluya, hæc ille. Dauid quoq; cantor spiritus sancti. Psalm. 83. Pulchritudinē cęli considerans inquit Deo. Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutum, cōcupiscit, & deficit aīa mea in atria dñi. Et ibidem etiam dicit. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorum. Quia melior est dies vna in atrijs tuis sup millia. Et Psal. 26. iterum inquit. Vnā petij a dño, hanc requiram, vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vitæ meæ. Et Psal. 41. dicebat. Quando transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum Dei? In hoc cęlo glorioso erit habitatio nostra, o deuotissimi christiani, quod cęlum Franciscus Petrarcha in suis triumphis appellat montem amenissimum oīs iocunditatis. Et iō q̄libet nēm in illa nobili ciuitate cātabit illud Ps. 131. Hęc requies mea in seculū seculi, hic habitabo q̄m elegi eā.

VErum quia dicit Ari. 10. Ethi. Omne bonum cum altero eligibilius est quā solitarium. Et Sene. ad Lucillū lib. 1. epistolarū, epistola. 3. inquit. Nullius boni sine socio, iocūda est possessio. Et Valerius maximus lib. 4. tit. de amore & dilectione c. 7 etiam ait. Deserta est vita hoīs, nullius amicitiæ cincta præsidio. Et Cassio in lib. de amicitia. c. 3. dicit. In humanis rebus, nihil amicitia dulcius reperitur. Ideo creator noster in hoc triumphanti paradiso non vult nos esse solitarios, nec sine socijs, imo o charissimi fratres, & sorores nos erimus socij Angelorum, & omnium sanctorum, quibus nunc tam reuerēter celebramus officia diuina, quorūq; ieiunamus vigilias, & facimus festa. Stabimusq; & conuersabimur familiaritur simul, sicut frater cum fratre, & amicus cum amico, & socius cum socio, & coniūcti erimus omnes simul tanta amoris teneritudine, & delectione, vt non possit maior affectio, & amicitia esse inter vnā creaturam, & aliam. Imo nec tanta inueniri valet in hoc mundo, quanta est in cęlesti patria. Ideo dicit sanctus Bona. di. 38. secundi sen. in quæstionibus circa literam, ꝙ vita æterna non est aliquid q̄ charitas consumata. Cor igitur nostrum erit accensum flamma diuini amoris, & Angelorum dilectione, atq; sanctorū. Et in hoc cōsistit maximum gaudiū nost . Vn̄ dicit Alex. de Ales, in 3. parte summę, in tractatu de resurrectione Christi, ꝙ est fęlicitas essentialis, & hanc hēbim⁹ ex fruitione Dei, & est fęlicitas accidētalis, hāc habebimus ex cōsortio beatorū, & loco. s. cęlo empireo. Cum igitur scriptum sit, ꝙ nihil est amore vehemētius vt in. 5. illud, in anc. qui. mo. na. effi. le. col. 6. Considerate quanta lætitia erit nostra, ex amore, & dilectione quam habebimus cum Angelis, & sanctis adinuicem.

Associati erimus in cœlo, et hæc est quædam accidētalis fœlicitas.

SED hic quæri potest an omnes beati æqualiter perfruantur gaudijs paradisi? Et primo probatur ratione, auctoritate, ac parabola, ꝙ sic. Ratione sic. Beatitudo est vltimus finis creaturę rationalis vt dictum est, & est summum bonum, ac infinitum quod consistit in visione, & fruitione Dei, qui est infinitus. De quo propheta inquit Psal. 47. Magnus dn̄s & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nō est finis. Cum ergo omnes beati perfruantur bonitati dei quę est infinita, & infinito nihil possit addi Phy. 3. Phy. videt cōcludendum, ꝙ omnes ęqualiter sunt beatificati. Auctoritate quoq; idem probat. Nam Sap 6. ait Salomon. Pusillum, & magnum diligit Deus, & ęqualiter est ei cura de omnibus, ergo ęqualiter omnes beatificat. Et Hiere. 31. inquit ipse Deus de beatis. Omnes cognoscent me, a minimo vsq; ad maximum. Idem etiam confirmatur per parabolam saluatoris. Matth. 20. dicentis, ꝙ simile est regnum cœlorū homini patrifamilias, qui conduxit operarios ad laborandum in vinea sua diuersis horis diei. s. primo mane, hora tertia, sexta, & nona, & vndecima, & finaliter in sero dedit cuilibet singulos denarios, & nō magis vni q̄ alteri. Quæ quidem parabola significat ipsum omnipotentem patrem Deum, qui vocat fideles in diuersis horis ad suum seruitium. s. mane, idest in pueritia secundū Grego. & Nico. de Lira, hora tertia. i. in adolescentia, quia tūc quasi sol in altū ꝓficit dū calor ętatis crescit,

Oēs an æqualiter fruantur gaudijs paradisi arguitur primo pro affirmatiua.

scit, & hora sexta.i. in iuuentute, in qua velut in centro sol figitur dū in ea plenitudo roboris solidatur, & hora nona.i. in senectute in qua sol quasi ab alto a se descendit, qui a hæc ætas a calore iuuentutis deficit, & in hora vndecima.i. in decrepita, & veterana ætate, in qua sol quasi ad occasum tēdit, q̄a sic inuetератus cito ad mortem ꝑuenit. In sero aūt.i. in finali iudicio dicet ꝓcuratori suo.i filio humanato. Voca operarios, & redde eis mercedē, &c. Et oēs acceperūt singulos denarios idest scd̄m glosā pręmiū, & gaudiū. Scd̄m aūt Augu. sup Ioannē & transumptiue in c. ieiuniū, de cōse. di. 5. Per denariū intelligitur fęlicitas, & gloria paradisi igiē patet ꝓpositum. Et ꝑdicta cōfirmanē p ea q̄ habenē in. §. hinc aūt nobis, in auc. de mona. vbi dr̄ Quātū ad Dei cultū nō est masculus, neq; fęmina, neq; liber, neq; seruus. Oēs.n. in Chr̄o vnā mercedē. Sed cōtra hanc positionē arguiē etiam tripliciter.s. rōne, auctoritate & exēplo. Primo rōne triplici, quarū primā dr̄ iustificationis. Nā vt dr̄ ff. de iusti & iu. l. iustitia, & insti. eodē, in prin. Iustitia est cōstans, & ꝑpetua voluntas animi, ius suū vnicuiq; tribuens. Huius aūt iustitiæ quilibet imperator debet esse zelator, iuxta illud. Iustitiā nāq; colimus & e. l oēs. ff. eo. ti. Beatitudo igiē q̄ daē in remunerationē virtutū debet ab imperatore cęlesti Deo dari vnicuiq; secundū exigentiā meritorū, & virtutū. Sed vna aīa est virtuosior, & feruétior altera, ergo maiori præmio debet remunerari q̄ illa, q̄ nō est tāti meriti, & cōsequenter plus ꝑcipere de gaudijs paradisi. Scd̄a rō dr̄ ordinationis, secūdū n. Philo. 11. Metha. Bonū vniuersi cōsistit in ordine. Sed secundū eundē. 2. Metha. Tūc bene res ordinanē, q̄n vna aliā in ꝑfectione transcendit. Si igiē in omnibus requiritur ordo, & ordo requirit ꝗ vnū sit ꝑfectius altero, etiā in his inferioribus, ergo multo ꝑfectius hoc erit in cęlesti patria, & cōsequēter vnus sanctus debet in ea esse sanctior, & beatior altero. Tertia ratio dr̄ oppositionis. Nā potissimum est argumentū ab oppositis, & a contrario sensu. l. 1. §. huius tei. ff. de offi. eius cui man. est iuris, & in conuenticulam. C. de Epis. & cle. & extra de his quæ fiunt a ꝑlato. c. cum apostolica. Tūc sic. Sicut beatitudo est pręmiū virtutum, vt habeē in 1. Ethi. ita gehenna, quæ infernalis pœna est punitio viciorū. Sed dānati puniūtur grauiori pęna infernali, secundū qualitatem delictorū iuxta illud Deut. 25. Pro mensura delicti erit & plagarū modus qđ notaē in. l. §. sed & q. ff. de abige. & ad hoc est textus in. l. respiciendū. ff. de pœnis, & in l. pedius. ff. de incen. rui. & nau. ergo & beati maiori gloria præmiabuntur in cęlo secundū qualitatem, & quantitatē virtutū. Idem quoq; ꝓbaē auctoritate. Nā 1. ad Cor. 3. ait. Paulus vnusquisq; ꝓpriā mercedem accipiet secundū ꝓprium laborem transumptiue in c. præsens clericus, in fine. 20. q. 3. & Matt. 16. dr̄. Reddet vnicuiq; secundū opera sua, & 1. ad Cor. 15. etiā dicit Apostolus. Sicut stella a stella differt a claritate, ita erit resurrectio mortuorum. Vbi glosa ait. Beat⁹ a beato differt in gloria sicut stella a stella in claritate Eadem etiā sententia ꝓbatur exēplo legali. Nā in lege ciuili habeē, ꝗ is gradu cęteros antecedat quem stipendia meliora vel labor ꝓlixior fecerit anteire. C. de offi. magistri. offi l. nemo. Vltimo hæc sententia ꝓbatur testimonio saluatoris. Ioan. 14. dicentis. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quod Aug. exponit, idest diuersa genera præmiorum.

Respōsio ad quæstionē.

AD tollendam istam difficultatem ponitur hæc cōclusio secundum Fran. de Mayro. in conflatu. di. 1. q. 1. & Bona. in 4. di 49. parte. 1. q. 6 in solutione primi argumenti, & Tho. ea. dist. & in quæstionibus disputatis de veritate. q 8 & lib. 3. contra gen. c 58. & Sco. in 4 di. 56. Quod oēs sunt in hoc æquales, ꝗ nullus participat Deum in illa visione, & fruitione in summo simpliciter, quia est incōpræhensibilis ab omni intellectu creato, & volūtate creata. Quilibet. n. tātum participat non quin possit plus participari, sed non pōt plus ab ipso, quia nō pōt vltra ꝓficere. Et per hoc soluitur ratio primæ partis quæ cōcluderet si Deus qui est obiectum beatificum cōpræhendereē in summo gradu ab oībus beatis, q̄a tunc æqualiter participaretur ab oībus, & sic omnes essent per omnia æquales in gloria ꝗ si quis dicat. Quomodo ergo potest anima beatificari in Deo, si non est tantæ capacitatis vt possit eum compræhende-

re? Respondeo secundum Frãciscum de Mayro. vbi supra q duplex est capacitas, scilicet formalis, & obiectiua, capacitas formalis est respectu illius, quod formaliter recipitur, sicut capacitas formalis alicuius vasis est respectu illius quantitatis aquæ, quæ in eo recipit. Capacitas vero obiectiua est respectu illius quod obiectiue recipitur. i. respectu illius obiecti ad quod tendit, idest a quo recipit, sicut est fons magnus, vel flumen siue mare vbi aqua recipitur & impletur vas secũdum capacitatem suam. Capacitas igitur formalis nostri intellectus, & voluntatis est essentialiter finita, & limitata respectu sui, & respectu actus proprij quia finite recipit illud quod recipit. Capacitas vero obiectiua est infinita, quia ad obiectũ infinitum se potest extendere, & illud attingere, & ab eo tantam aquam suæ bonitatis accipere qua ratione sui nõ potest plus capere, & sic in eo beatificari. Dicit quoq; idem Fran. q est duplex est ꝓportio. s. æquiperantiæ, & attingentię. Exempli gratia, quo ad propositũ nostrũ dicere possumus, q inter manum, & denariũ est proportio æquiperantiæ, quia ipsa manus potest denarium compręhendere, & in se includere. Sed inter manũ, & montem vel lapidem molendinarium siue columnam altam, & grossam, & huiusmodi, non est ista proportio, quia manus non potest illa compræhendere, sed bene est proportio attingentiæ, quia potest eam tangere. Et similiter inter potentiam creatam, & ipsam diuinam essentiam, quæ est infinita est solum proportio attingentiæ, quia omnes animæ, & spiritus beati possunt eam attingere immediate, idest clare videre non autem est proportio equiperantiæ, quia non possunt totaliter eam compræhendere. Nam vnumquodq; sicut se habet ad esse, ita se habet ad cognosci. 2. Metha. Cum ergo obiectũ beatificum, scilicet diuina essentia, & summum bonum sit infinitum non poterit a potentia omnium beatorum, quæ est finita, & limitata totaliter compræhendi propter infinitatem, & immensitatem suam, quia vt supradiximus inter potentiam & obiectum necessaria est proportio. Et ideo patet propositum. Quapropter inquit Philo. 1. Phisi. Quæ sunt magis nota naturæ, sunt minus nota nobis, quasi dicat. Essentia diuina quæ est natura naturãs, ab intellectu diuino compræhenditur, & intelligitur, sed minus est nota nobis, quia solum possumus eam attingere. Licet enim beati Deum videãt infinitum alias non viderent eum sicuti est, non tamen vident eum infinite, quia hoc modo solus Deus videt seipsum. Similiter licet beati videant Deum totum eo quòd cum Deus sit simplicissimus, in eo non est dare partem, quæ pateat, & partem quæ lateat tamen non vident eũ totaliter, idest omnibus modis quibus ipse Deus est visibilis, quia hoc modo ipse solus cognoscit seipsum. Bene ergo dixit Philo. q ea quæ sunt magis nota naturæ scilicet diuinæ sunt minus nota nobis. Idẽ propheta inquit. Isa. 38. Attenuati sunt oculi mei suscipientes in excelso. Oculi enim intellectus & voluntatis cuiuslibet puræ creaturæ suspicientes in excelso. i. in obiecto beatifico dicuntur attenuati, eo q non possunt totaliter cõpræhendere essentiã ipsius Dei. Nam vt ait Boetius in 4. de conso. prosa. 4. Omne quod cognoscitur nõ secundũ sui vim, sed secundũ cognoscentiũ potius cognoscit̃ facultatẽ. Et hoc patet exemplo. Nã eandẽ corporis rotunditatẽ aliter cognoscit visus, & aliter tactus. Et eandẽ rẽ melius videt vnus q̃ alius, inquantum habet oculos melius dispositos, quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. 2. de anima. Prędicta etiam veritas probatur. Forsitan Dei vestigia compræhendes, & vsque ad perfectum omnipotentem reperies, quasi dicatur. Non poteris ipsum compręhendere. Et subditur causa. Excelsior cęlo est idest Angelis qui diuinæ essentiæ altitudinem totaliter compręhendere non possunt profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius & latior mari. Per infernum autem intelligũtur dæmones infernales qui licet sint astutissimi, & maximę cognitionis & sciẽtiæ, non tamen habent plenam cognitionem de Deo, Per terram autẽ intelligunt homines quicunque de terra formati, & per mare, virgo Maria vt in nostro mariali diffuse declarabitur in sacra scriptura mare magnum appellatur. Licet enim plus ipsa sola cognoscat Deum & eo

fruatur, quã omnes simul Angeli, & beati, tamen nec ipsa totaliter Dei essentiã cõpræhendere potest. Sicut.n.oculus corporalis non potest compræhendere totũ Solem propter eius claritatem excedentem virtutem visiuam, ita oculus mentalis cuiuslibet puræ creaturæ rationalis non potest totaliter compræhendere diuinam maiestatem propter ipsius infinitam excellentiam.

Pro conclusione prædictæ dubitationis declaratur quõ, omnes sãcti erũt æquales quo ad præmiũ essẽtiale, in appetitus satiatione, & in perpetua duratione.

SIT ergo hæc conclusio pro determinatione præmissæ dubitatis, q omnes beati generaliter in tribus erũt ęquales quo ad præmium substantiale, scilicet in visione, & fruitione Dei. In appetitus satiatione, & in perpetua duratione secundum q declarat sanctus Bona. & Sco. in 4 di.49.& ibi Ric.ar.2.q.8.& b. Thom. in 3. lib.contra gentiles c.52. Primo enim vt dictum est omnes beati generaliter videbunt ipsum Deum, & eo fruentur. In cęlo enim Apoc.2.erit eadem mensura hominis, & Angeli.i.idem præmium. Non enim potest esse nisi vnum infinitum bonum fęlicitatis, omnes, tam homines quã Angelos. Et ideo dicit dñs. Matt.22. Erũt homines sicut Angeli Dei in cęlo. Sed fęlicitas Angelorum consistit in clara Dei visione, & fruitione dicente dño. Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est, ergo in eodem præmio essentiali beatificãtur omnes tã homines q̃ Angeli.s.in ipsa visione, & fruitione Dei, & in hoc sensu intelligitur parabola saluatoris supra allegata de denario diurno, qui omnibus in vinea domini laborantibus, licet non æqualiter laborauerint, datus est ꝓ mercede. Greg. & etiã Aug. in lib. de sancta virginitate. Vñ Sco. vbi supra dicit q ille denarius est diuina essentia quæ est obiecta omnibus, & datur cuilibet, quia est obiectum beatificũ omnium beatorum. Secundo dico secundum prædictos doctores, q omnes beati generaliter erunt contenti illo gradu beatitudinis quem habebunt, oẽsq; erunt saciati. Vñ Vgo de S. Victore super psalmistã inquit. Multa bona sunt in hoc mundo, & hęc oĩa cor hoĩs satiare nõ possunt. Vnũ autem bonũ est apud Deum.s.visio, & fruitio eius, & hoc solũ cum percipitur in eo facietas inuenĩ. Sicut.n.in mari est multitudo pisciũ magnorũ, medincriũ, & minorũ qui oẽs habet de aqua quantum volunt, nec amplius desiderare possunt, ita in mari diuinæ visionis, & fruitionis erũt beati maximi, medioeres, & minores oẽsq; erũt saciati, nec amplius desiderabũt q̃ illud q habebũt. Tertio dico q in cęlesti patria oẽs beati erũt ęquales in vitę ꝑpetuę duratione, nec vnus habebit plus vel minus de securitate æternæ beatitudinis q̃ alius. De qua inqt Aug. lib 13. de tri.c.25. Hæc vita æterna apellaĩ, qa beati præsentia indeficientis vitæ plene perfruuntur, & nunq̃ morti, vel vllis doloribus subiacere permittunĩ? Ad hoc namq; creati sunt vt æternaliter viuant, & æternam vitã æternæ aspiciant, & super Psal. 118. sermone. 19. Tunc vere viuam quando nihil potero timere ne moriar. Ipsa.n. sola dicenda est vita, quæ æterna est, & beata. In cuius comparatione ista potius est mors appellanda q̃ vita. Proprie.n.nihil aliud est viuere, q̃ beate & sine vllo fine, ac sine vlla miseria viuere. Hæc autem vitæ æternitas recte per denarium figuratur, qui figuram habet rotundã non habenté principium, neq; finem. Vita.n illa superna nullũ vnq̃ habebit finẽ, nec vnq̃ habuit principium quo ad ipsum Deũ q est æterna fęlicitas & vita beatorum. Ex prædictis autem patet qualiter intelligi debeant allegata pro prima parte.s.q omnes beati habebunt claram Dei visionem, perfectã eius fruitionẽ, & securam possessionem, siue firmam, & certam, ac perpetuam tentionem quæ sunt tres dotes animæ beatæ.

SEcundo principaliter dico secũdũ prædictos doctores q vnus beatus in patria erit maior altero quo ad præmium substãtiale in tribus.s. in clariori intuitione, in perfectiori fruitione, & in maiori cognitione, primo enim dicunt præfati doctores & etiã Alex. de Ales in prima parte summę, q quamuis beati in patria oẽs generaliter videant diuinam essentiã, nõ tñ æquali modo omnes vident. Sicut.n. ex eo q videtur est eadẽ gloria in beatis, ita ex diuerso modo visionis est diuersitas gradus gloriæ in ipsis. Et ꝓbatur sic. Nã lumine glorię Deus a beatis in patria videtur secundum communem opinionem. Sed quia alijs maiori lumine replebuntur, & perfectius illustrabuntur

tur ergo isti perfectius diuinam essentiã videbunt. Non claritas corporis indicabit claritatem mentis. Sed quidam habebunt plus alijs de claritate in corpore, vt infra patebit, ergo clarius Deũ videbunt. Dicit autem Alexander quòd ista diuersitas nõ est ex parte Dei visi, quia ipse erit idem qui ab omnibus videbitur, nec ex parte medij videndi, quia non videbitur per similitudines aliquas, sed videbitur Deus in se & p se, sed ista diuersitas erit ex parte videntis. Nã Boetius dicit in 4. de conso. q omne quod appræhendit est in appræhendente per modũ appræhendentis, & non p modum rei appræhensę. Quia ergo in beata patria erit diuersitas perspicacitatis intellectuum, ita etiã erit differentia appręhensionũ, & hoc etiã patet p exemplũ. Nam videmus q manente luce eadẽ non intensa vel remissa vnus oculus secundũ q est limpidior, plus de ea videt. Et similiter luce diuinæ sapientiæ manente in eadẽ dispositione quantũ est de se, ille intellectus q erit pspicatior p lumen gloriæ, plus de ipsa pspiciet q̃ alius minus perspicax. Propterea inquit Paulus. 1. ad Cor. 15. prædicta confirmando Alia est claritas Lunæ, & alia est claritas Solis, alia claritas stellarũ, &c. Per q̃ verba significat diuersitas gloriæ Dei, & beatorũ. Sicut. n. Sol ex seipso est clarus, ita Deus ex seipso essentialiter est beatus & sicut Sol oĩs creati luminis principium est, & causa, ita De⁹ est causa oĩs beatitudinis, & glorię in beatis. Et sicut corpora cęlestia sũt magis, & minus clara, ac splẽdida, secũ qđ magis & minus de luce Solis participãt, ita beati plus & minus vidẽt Deũ, secundũ qđ magis, & minus participãt de lumine gloriæ. Et iõ Aug. sup pdicta verba Apostoli dicentis. Stella a stella differt in claritate, ait. Per hoc Apostolus osidit q nõ solũ in gehenna suppliciorũ, sed etiã in regno cęlesti multæ sũt differentię præmiorũ. Nã sicut inter stellas vna plus alia, & alia minus altera splẽdet, ita beatorũ alius alio magis, & alius altero minus fulgebit.

Confirmatio prædictorũ. ET cõfirmant prædicta sic, hoĩes debẽt assumi ad ordinea Angelorũ secundũ determinationẽ oĩũ Theo. in 2. di. 9. Sed superiores Angeli Deũ clarius vidẽt q̃ inferiores, vt patet p Dyonisiũ in lib. de cę lesti hierarchia, ergo hoĩum quidã alijs clarius Deũ videbunt. Nã sit in corporalibus, ita suo modo sit in spũalibus cõmẽtatore in. 1. Phi. Sed in corporalib⁹ quãto corpus aliqđ igni, vel soli magis ppinquũ fuerit, tãto magis calidũ efficit, ac lucidũ, ergo & similiter in spũalibus quãto ipsius fuerit Deo propinquior, & magis cõiunctus, tãto clarius, & pfectius videbit eius maiestatẽ, & feruẽtius diliget ipsum. Præterea virtus est quędã dispositio mentis ad mensurã gloriæ participandã. Sed qdã sunt maioris virtutis, & alij minoris ergo in patria illi q erunt maioris virtutis, alijs minus virtuosis perfectius Deũ videbũt. Et isto modo cõcludũt rõnes ad secundã partẽ adductæ. Vñ dicit Scotus q rõ quare vni beato plus dat q̃ alteri, non est nisi volũtas Dei in ordine ad merita.

SEcundo dico q vnus beatus erit maior altero in Dei fruitione, & dilectione, & cõsequenter in delectatione, & hoc patet ex pdictis corrolarie. Quia sicut se habet intellectus ad visionẽ, sic se habet voluntas ad fruitionem. Sicut ergo vnus altero clarius videbit Deũ ppter maiorẽ dispositionẽ, ita & eadem rõne similiter perfectius perfruet. Et pbatur etiã sic. Nã quãto gña erit maior, tãto gloria erit copiosior, iuxta illud pphetæ. Psal. 83. dicẽtis. Grãm & gloriã dabit dñs. q. d. q gloria pariformiter cõsequit gratiã. Sed vnus habet maiorem gratiã altero, iuxta illud ad Ephe. 4. vnicuiq; nostrũ data est gña secundũ mensurã &c. Ergo vnus altero maior erit in gloria. Notandũ aũt secũdum Tho. in quæstionibus disputatis de veritate. q. 8. & cõiter oẽs theologos, q triplex est gña. s. gratis data, gratũ faciens, & cõsumata. Gña gratis data non sufficit ad Deũ p essentiã videndũ, & eo fruendũ, nã eã habere possunt etiã mali. Similiter gña gratũ faciẽs ad hoc nõ sufficit, qa tũc viator in mortali carne existẽs posset p essẽtiã Deũ videre, & eo frui perfecte, qđ est impossibile. Et ideo est tertia gña q̃ dr cõsumata, quã habẽt beati in patria, q̃ quãto maior fuerit in aliquo, tãto maius habebit lumẽ gloriæ ad clarius vidẽdũ Deũ, & eo fruẽdũ. Prędicta etiã pbant rõne humilitatis pfundioris. Nã Mat. 18. inqt saluator, Quicũq; humiliauerit se sicut puu *Vnus sanctus quomodo erit maior alio in fruitione, et delectatione.*

lus iste, hic maiorem est regno cęlorum. Vbi glosa ait. Quanto enim quis erit humilior, tanto in regno cœlorũ efficietur maior, & merito. Quia vbi maior concauitas, ibi est maior capacitas, ibi maior erit fęlicitas. Idem quoq; confirmat ratione charitatis ardentioris. Nã charitas est principium, causa, & ratio merendi, & secundum charitatis diuersitatem pręmia distinguuntur. Vnde Augu. Homilia 4. super Ioanné inquit. Non numerositas operũ, nõ diuturnitas temporũ, sed maior charitas meliorq; volũtas auget meritum, &c. Dicit aũt sanctus Bona. & Ric. in 4. dist. 27. & Scotus in primo di. 17. & beatus Tho. in 4 scripto. dist. 49. ar. 4. & prima parte summæ. q. 12. art. 6. & contra gen lib. 3. c. 58. q duplex est charitas, scilicet viæ & patriæ. Charitas viæ distinguit mansiones per modum meriti, eo q actus noster non habet q sit meritorius ex ipsa operatione, sed ex charitate qua informatur ipsa virtuosa operatio. Charitas autẽ patrię distinguit mansiones per modum meriti. Nam quanto ipsa charitas in aliquo erit pfectior, tanto magis reddet illum beatum diuinæ visionis & fruitionis capaciorem. Diuersæ ergo mansiones quas Christus asserit esse in regno cęlorum distinguuntur secundum diuersos gradus charitatis, & consequenter secundum diuersã gloria meritorum. Per illas autem mansiones significantur diuersi gradus gloriæ, & diuersæ sanctorum dignitates. Vnde Aug. in lib. de sancta virginitate sic ait. Quia ipsa vita æterna pariter omnibus erit sanctis ęqualis, denarius oĩbus est attributus, qui est omnium merces. Quia vero in ipsa vita ęterna fulgebunt innumera meritorũ gloria, multæ mansiones sunt apud patrem, ac in denario quidẽ pari non viuet alius alio prolixius. In multis autem mansionibus honorabitur alius alio clarius. Idẽ quoq; Aug. super Ioanné ait. Licet alius alio sit fortior, sapientior, iustior, ac sanctior, nullus alienabitur ab illa domo vbi mansionem pro suo quisq; accepturus est merito. Denarius quidem ille æqualis est omnibus quem paterfamilias eis q operati sunt in vinea dari iubet. Quo vtiq; denario vita signatur æterna, vbi amplius alio nemo viuit, quoniam viuendi non est diuersitas in æternitate mansura. Sed multæ mansiones diuersas meritorum in vita æterna significant dignitates, hæc ille. Gregorius etiam in 4. moralium, sic dicit. Quoniã in electis in hac vita est discretio operum. In alia quoq; vita erit proculdubio discretio dignitatum. Vt sicut hic alius alium in operatione superat, ita illic alius alium in retributione transcendat. Et quamuis in illa retributione non sit eadem dignitas, vna tamen omnibus vita beatitudinis erit.

Tertio dico q in patria cœlesti erit alius alio sublimior maior maiori cognitione. Vnde est notandũ q fuit opinio cuiusdam doctoris quẽ nominat Frãciscus de Mayro. vbi supra, q secũdũ aliquos dr fuisse magister Rogerius monachus qui ait. Quod quicunq; videt essentiam diuinã videt etiam oẽs creaturas in ea, cuius opinionis assignari põt ratio sic. Quandocũq; est aliquod obiectũ repræsentans alia, videns illud obiectum videt etiã repræsentata p ipsum. Sed diuina essentia repræsentat alia, ergo &c. Alia vero opinio fuit b. Thomę in 4. di. 49. ar. 5. & in prima parte summæ. q. 12. ar. 8. & in quæstionibus de veritate. q 8 ar. 4. & cõtra gen. lib. 3. c. 56. qui ait. Quod beati vident omnia quæ pertinent ad perfectionem vniuersi & ad pfectionẽ intellectus videntis essentiã Dei. Reliqua vero videre non possunt. Prima aũt pars conclusionis suæ probat ratione sic. Oĩs res cũ ad suũ finem peruenerit quietatur. Sed naturalis appetitus est omnium rerum genera, species, & virtutes, ac totum ordinem vniuersi cognoscere. Quod demonstrat humanũ studiũ erga singula. Ergo in vita æterna, vbi perfecte humanũ studiũ quietabitur, omnia pertinentia ad perfectionem mundi & intellectus, bene cognoscẽt essentiã Dei videntes. Secunda pars conclusionis secundũ eundem probat etiam ratione sic. Videre Deum per essentiam suam & omnia quæ Deus in seipso videt. Facit & facere potest etiam comprę hendere totaliter virtutem & essentiam Dei. Sed nullus intellectus creatus potest Dei essentiam, & virtutem totaliter compræhendere, ergo &c. Tertia autem opinio fuit Francisci de Mayro. in con-

Vnus tãctus an maiori cognitione erit praeditus, quam alius?

conflatu di.1.q.4. Qui dicit primam opinionem esse simpliciter erroneam. Secundam vero quo ad primam partem, quia beati, & si omnes videant diuinam essentiam, quia in hac consistit beatitudo essentialis, non tamen æqualiter vident futura contingentia, vel creaturas, ratione quorũ cõsistit beatitudo accidẽtalis. Imo videt vnus plus q̃ alius secũdũ maiorẽ & minorẽ capacitatẽ, ꝓpter maius, & min⁹ meritũ qđ cõsecuti sunt in hoc mundo. Vñ improbat prædictas opiniones multipliciter. Primo, quia si esset veræ, superfluæ essent reuelationes factæ sanctis, nec Deus posset alicui sancto aliqd nouũ salté de prinentibus ad pfectionẽ vniuersi reuelare, qđ prius nõ sciret, qa ex quo esset beatus, vidẽdo diuinã essentiã videret, oĩa q̃ vnq̃ posset Deus reuelare, qđ absurdũ videt secũdũ eũ. Secundo, quia dictæ opiniones auferũt illuminationes Angelorũ. Nã secũdũ doctrinã oĩum theologorũ Angeli supremę hierarchiæ illuminant Angelos secũdæ, & Angeli secundæ, Angelos tertię, manifestãdo eis aliqd qđ est in diuina essentia, qđ prius illis nõ erat notũ, qđ nõ esset verũ si beati viderent oĩa q̃ relucẽt in diuina essentia. Tertio, quia si essent vere pdictæ opiniones cessaret priuilegiũ aĩæ Christi q̃ ex speciali priuilegio cognoscit in verbo oĩa q̃ sunt & erũt secundũ oẽs doctores maxime beatũ Bona. in 2.di.13.ar.2.q.3. & ipsum Tho. in 4. parte summæ. q. 10. ar. 2. Hoc aũt nõ esset singulare priuilegium, si oẽs sancti viderẽt in diuina essentia sicut ipsa aĩa Christi. Ad rõnem vero primæ opinionis rñdet Frãciscus vbi supra. Qđ licet diuina essentia sit obiectũ quantũ est de se repræsentãs oĩa, tñ diuina voluntas facere põt qđ aliquid in ea relucens non repræsentet aliquibus beatis, vel magis repræsentet vni q̃ alteri secundũ exigentiã meritorũ, & capacitatẽ eorũ. Ad rationẽ vero alterius opinionis ꝓ ea parte de qua est difficultas similiter rñdet Franciscus, cuius rñsionẽ non refero caũsa breuitatis, & maxime, qa puto opinionẽ beati Thomæ & etiã Francisci posse aliquo modo saluari. Vñ ego credo q̧ saluo semper meliori iudicio sic possit cõcludi, q̧ sicut pfectius videt Dei essentiã & perfectius eã amat, & eã fruit vnus sanctus q̃ alius, ita etiã pfectius eã cognoscit & intelligit imo hoc est necessario cõcludendũ. Nã nõ posset quis aliquid perfectius diligere, nisi etiã pfectius illud intelligeret, & cognosceret, qa secundũ Philosophũ in lib. de regi. prin. Amor sequit cognitionẽ, & nihil amat nisi cognitũ. 1. de genera. Et voluntas nõ fert nisi in præcognitũ. 3. de aĩa. Quantũ vero ad cognitionẽ aliarũ rerũ q̃ nõ sunt de essentia diuina, ego credo cum b. Thoma, q̧ quælibet aĩa beata intelligit, oĩa quæ pertinent ad perfectionẽ vniuersi & intellectus sui, & hanc cognitionẽ habet ex visione Dei. Vñ puto q̧ quilibet etiam ex minimis beatis habeat maiorẽ scientiã de naturalibus rebus q̃ habuerit Aristoteles, & de diuinis scripturis q̃ habuerunt oẽs doctores in hac vita, & idẽ credo de alijs scientijs vtilibus aĩæ, vel facientibus ad perfectionẽ intellectus humani. Et probat hęc opinio sic. Scientia facit hoẽs nobilissimos. l. ꝓuidendũ. C. de postula. & est pfectio aĩę vt ait cõmentator in 2. de aĩa. Et nihil est melius scientia, & intellectu nisi Deus, vt ait philosophus in lib. de bona fortuna. Cum ergo ad felicitatẽ requirit oĩs perfectio aĩæ, & oporteat q̧ beato nihil boni desit vt inferius patebit, & etiã patet ex prædictis. Sequit q̧ aĩa beata tali pfectione scientiarũ non carebit. Præterea vt supra estensum Deus adimplebit in patria cęlesti oĩa nostra desideria, q̃ sunt de re bona. Sed naturali desiderio oẽs hoĩes scire desiderãt, vt ait philosophus. 1. Meth. Cũ ergo in hoc mundo nõ possimus habere pfectã scientiã oĩum rerũ naturalium, iuxta illud. Eccle. 1. Cũctę res difficiles, & nõ põt eas homo explicare sermone. Et 4. c. eiusdẽ libri etiã ait. Salomõ. Intellexi q̧ oĩum operũ Dei nullã possit homo inuenire rõnẽ. Sequit q̧ ipsam cognitionẽ habebimus in alia vita. Aliter Deus dedisset omni hoĩ hoc desideriũ naturale frustra, qđ est falsum. Quia Deus & natura nihil agunt frustra. 1. de cęlo, & mũdo, & 3. de aĩa. Vñ ait. Philosophus vbi supra, & etiã 2. Phisi. q̧ desideriũ naturale nõ põt esse frustratoriũ. Et idẽ dicit cõmentator. 2. Metha. Quilibet ergo beatus pfecte intelligit in patria oẽs pdictas sciẽtias vt suũ naturale desideriũ sibi a Deo datũ cõpleatur. Vera est. n. sentẽtia Mercurij Termegisti,

Improbatio aliorũ positionũ Fran. de Mayo.

gisti, quã refert Lactã. in lib. de irã Dei. s. q maiori pars eorum quæ scimus est minor pars eorum quæ ignoramus.

Perfectã cognitionẽ omniũ pertinẽtiũ ad perfectionẽ vniuersi habebũt oẽs beati, & in hoc erunt æquales.

SED notandũ q sicut in alijs rebus est reperire bonũ, melius, & optimũ, & pfectũ, pfectius, & pfectissimũ, ita etiã reperit cognitio, & sciã pfecta, perfectior & pfectissima. Cognitione ergo pfectã oĩum ptinentiũ ad pfectionẽ vniuersi, & intellectus humani habebunt oẽs beati, & in hoc erũt æquales, q nullus erit ignorãs de pdictis, & dr pfecta cognitio, & scientia, respectu cognitionis, & sciẽtiæ viatorum. Itẽ dr perfecta quia pficiet, & quietabit intellectũ cuiusq; secũdũ capacitatẽ suã. Quidã vero erunt beati qui habebunt cognitionem, & scientiam de prędictis perfectiorem alijs, & alij perfectissimam, vt beata virgo inter oẽs puras creaturas, sicut diffuse probabo in quarta parte principali Marialis nostri. Sicut autem licet aliqui perfectiorem alijs habeant cognitionem diuinæ essentiæ, tñ illi etiam qui minus cognoscunt sunt beati, & satiati in gradu suo, quia sunt pleni cognitione secundũ capacitatem suam. Similiter est de cognitione scientiarũ, & aliarum rerũ ad perfectionem vniuersi, & humani intellectus pertinentiũ. Quilibet. n. beatus erit plenus cognitione perfecta secundũ gradum suum. Et ad prædicta facit q etiã in hoc mundo reperitur scientia competẽs siue sufficiens, & scientia eminens. c. nisi cũ pridem. §. p defectu. de renun. Nec est impossibile q quilibet de minus scientibus beatis sit sapiẽtior oĩbus viatoribus. Nam & de Ioanne dixit dñs. Matth. 11. Inter natos mulierũ non surrexit maior Ioãne Baptista. Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo. Et ex prędictis põt responderi ad omnia argumenta Francisci, & eius opinio cum illa beati Thomæ concordari. Hanc autem opinionem de perfecta sciẽtia oĩum beatorũ tenet Greg. 4. Dialo. Vbi dicit, q ille q scit Deum oĩa scit in ipso, idest oẽs scientias prædictas, & similes cognitiones. Nec valet respõsio quorundã dicentiũ, q est duplex cognitio s. formalis, sicut videndo sortẽ videmus eũ formaliter, & alia virtualis sicut ducatus repræsentat virtualiter grossos sui valoris, & sic videndo cum videre dicimus ipsos grossos. Vnde dicere voluerint isti, q in visione Dei beati vident virtualiter omnia, sed non formaliter. Quibus respondeo, q Greg. non loquitur de cognitione confusa, & generali, sed de cognitione, & scientia particulari, & distincta, & dicit nihil esse s. de prædictis cognitionibus, q beati nesciãt. Scire autẽ est rem per causam cognoscere, & quoniam ita est, & non contingit aliter se habere primo Poster. Præterea ad veram, & perfectam scientiam quam asserit Greg. esse in beatis non sufficit cognitio in generali, & confusa, sed requiritur notitia particularis, & distincta. 7. Ethicorum.

An Beati sciant futura, & cõtingentia q̃ in hoc mundo fiunt.

QVantum vero ad futura, & cõtingentia quæ fiunt, & accidũt in hoc mũdo si quæratur an beati hoc sciãt. Respõdeo q credo ipsos parum curare de noticia prædictorum nõ pertinentiũ ad pfectionẽ sui intellectus, maxime quia totaliter sunt immersi in infinita dulcedine visionis, & cognitionis, ac fruitionis Dei in qua plenam habent fęlicitatem, nec minus essẽt fęlices licet omnia alia nescirẽt. Vnde Augu. in lib. 5. confessionum inquit. Beatus qui te scit, etiam si illa nesciat. Qui vero te & illa nouit nõ propter illa beatior, sed propter te solum beatus est, hæc ille. Putõ tñ q in ipsa Dei visione videant plus, & minus de prædictis, prout secundũ eorum gradum, & meritũ diuinæ sapientiæ visum fuerit propalare. Sicut autem beatorũ forte veniret desiderium sciendi aliquid de prædictis, vtputa, quid faciant sui cõsanguinei, & huiusmodi, credo q in ipsa Dei visione in qua omnia beatorum desideria cõplentur hoc prospicere possent. Quando enim beati desiderant aliquid scire a deo, ipse illud protinus ostendit eis, dicens Hiere. 38. Non est fas regem vobis quicquam negare.

In dote impassibilitatis oẽs sancti sũt æquales, in alijs autem non.

QVOad dotes vero corporis glorificati est sciendũ secũdũ Theologos, maxime sanctũ Bona. in 4. d. 49. parte. 2. art. 1. q. 4. q dotem impassibilitatis oẽs beati habent æqualẽ in hoc, q nullo modo possunt pati vt supra est ostẽsum. Dotes vero aliæ. s. subtilitatis, agilitatis, &

clari-

claritatis sunt in eis secundū plus & minus, & perfectius, & minus perfectum, ꝑ accessum ad complementum, & terminum, non per admixtionem contrarij, quia omnes dotes in omnibus beatis nihil habent admixtum de contrario. Et in hoc sunt omnes æquales. s. quo ad immunitatem ab omni opposito ipsis dotibus. Sicut autem in ipsis beatis est diuersitas in pfectione visionis, cognitionis & fruitionis, ita est diuersitas imperfectione ipsarum dotium corporis secundum diuersitatem meritorum, & secundum claritatem gloriæ animarum, vt inquit magister sententiarum in 4. dist. 49. & ibi Ricar. & beatus Thom. & Scotus qui dicit, quòd sicut beatus maioris perfectionis, & meriti existens clarius videbit diuinā essentiam oculo mentali ipsius animæ, ita clarius videbit Christi humanitatem gloriosam oculo corporali. Qui volunt ergo in Cœlo alios in gloria & claritate atq; delectatione excedere, debent illos in hac vita in virtutibus & bonis operationibus superare.

Inter sanctos nō pōt esse inuidia aut æmulatio, licet sit inæqualitas in aliquibus dotib⁹.

NOtandum est autem quod licet inter sanctos sit inæqualitas in prędictis, tamen inter ipsos non est, nec esse potest inuidia aut æmulatio, imó quilibet sanctus valde gauderet de bono proximi Scotus in 4. dist in. vlti. Et ideo quilibet sanctus potest dicere illud quod scriptum est Sapientiæ 7. Sine inuidia communico. Sicut enim vas vnius sextarij si esset in toto plenum ita ne amplius tenere non posset, & haberet valeret aliquam cognitionem non quæreret habere vinū alterius vasis tenentis decem sextaria; quia ipse si amplius poneretur in eo intumperetur. Sic etiam in Cœlo sancti sunt perfectissime pleni illa gloria cuius sunt capaces secundum latitudinem suæ charitatis. De qua loquens Apostolus 2. ad Corin. 6 ait. Cor nostrum dilatatum est, dilatamini & vos. Et ideo non inuident alijs habentibus maiorem gloriam. Ipsi enim sunt perfectissime beati, & satiati sua gloria. Considerare ergo o fideles Christiani, quę claritas erit in Cœlo, si quilibet sanctus erit septem vicibus sole lucidior Quid ergo erit videre tot pene innumerabilia millia Sanctorum & Angelorum? Tunc. n. oculi nostri erunt per gloriam purificati, vt ex illa claritate lætitiam recipiant. Quid erit videre gloriosam Virginem Mariam quę sola habet maiorem claritatem & splendorem quàm omnes sancti simul vt ipsa retulit sancto Thomæ Canthuariensi Episcopo. Quid erit videre corpus Domini nostri Iesu Christi? O consolatio indicibilis, ó suauitas inennarrabilis, o lætitia incomparabilis. Non enim solum erimus socij Sanctorum & Angelorum, sed erimus fratres Domini Iesu Christi Matth. 12. Et habebimus gloriosam Virginem Mariam vt Matrem. Deus autem erit Pater noster Ioannis 1. Et ideo exclamat Salomon Sapien. 5. capitul. videns sanctorum gloriam & dicit. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Et hoc sufficiat pro 6. gaudio. Non miretur autem aliquis si in hoc sermone sum prolixus; quia vt ait quidam prædicator noster. Quando homo spaciandi & recreationis causa deambulat per Paradisum, tarde inde exit & inuitus.

DE SEPTIMO gaudio quod dicitur durationis.

SEPTIMVM & vltimum gaudium Paradisi dicitur durationis. Regna enim huius mundi sunt trāsitoria, & temporalia dicente Salomone Ecclesiastes 2. Nihil est stabile sub Sole, sed regnum cœleste erit æternum. De quo dicitur Danielis 7. capitul. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Vnde dicit Aristotel. 10. Ethicorum, quod fœlicitas est quoddam bonum stabilissimum. Et ideo quęlibet anima beata dicit de Deo illud Cant. 3. Tenui eum nec dimittam. Perpetuitatem autem supernæ patriæ & fœlicitatis approbat Scotus in 4. distinctio. 49 quæstio. 6. & beatus Tho. in summa contra gentiles. libro 2. capitul. 2. Quam veritatem causa breuitatis solum vnica ratione comprobamus, quę dicitur causationis. Nam effectus qui dependet a sua causa quantum ad esse, & quan-

Fœlicitatē debere esse æternā, rōne vnica ostenditur.

& quantum ad finem durãte semper causa necessario semper perdurat secundum Philosophum.2.Phisicorum. Durante.n. sole in æternum, eius illuminatio in æternum durabit. Cum ergo delectatio beatorum sit quidam effectus dependens a Deo quantum ad esse, & quantum ad finem, qui Deus est quædam causa infinita, & æterna carens principio, & fine ac termino, necessario sequitur, quòd anima beata nunquam poterit perdere fœlicitatem suam, quia vt ait Philosophus 2. de genera, quod alligatur causæ indeficienti semper accipit influentiam illius causæ.

Cõfirmatio prædictorũ.

Et prædicta veritas de æternitate fœlicitatis per dictum Philo. 3. Phis. dicentis quod bonum quanto est permanentius tanto est melius, ergo oportet quod beatitudo sit perpetua, & æterna, vt sit delectabilior omni re creata. Et ideo dicebat Saluator discipulis suis Ioan.16. Iterum videbo vos & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et Matth.25. Ibunt iusti in vitam æternam & Eccle. 31. dicitur de quolibet sancto, Stabilita sunt bona illius in Domino, & Psal.127. ait propheta. Videas bona Hierusalem omnibus diebus vitę tuæ. Et Augu. in 13. de Trinita. ait. Vita beata esse non potest nisi sit immortalis & æterna, vita autem huius mundi est transitoria, & similiter eius gaudia. Quia.n. delectationes huius mundi causantur a causis corruptibilibus, & deficientibus ideo illis corruptis, aut annihilatis corrumpuntur & deficiunt.

Beati securi erunt, q. nunq̃ amittẽt gaudia Cœli.

Similiter in regnis temporalibus oriuntur bella & discordiæ. In Cœlo vero erit pax æterna. De qua loquens Dauid Psal 147. ait. Qui posuit fines tuos pacẽ. Similiter Imperatores terreni & omnes homines mundi, licet habeant multas cõsolationes, tamen semper timent ne amittant eas. Beati vero securi erunt, quod nunquam amittent gaudia Paradisi. De quibus dicit Dominus Isa. 32. cap. Sedebit populus meus in multitudine pacis, in requie opulenta, & in tabernaculis fiduciæ. In perpetuum igitur regnabũt sancti cum Deo in secula seculorum, iuxta illud Psal. 33. Iusti autem in perpetuum viuẽt, & apud Dominum est merces eorum. Ideo Tobias loquens cum Deo 13. sui libri c. Magnus es Domine in æternũ, & in omnia secula regnum tuum. O Christiani quare non quæritis acquirere tale regnũ? O cæcitas maxima, laborabit quis & insudabit per totum annum, vt acquirat centum aureos. Exponit quis se periculo mortis, vadit ad pugnam, vt acquirat villam, vel castrum, & non curat acquirere infinita bona vitæ æternæ, & æternum Cœli palatium. Scitote fratres quod vera est sententia Saluatoris nostri Matth.11.di. Regnum Cęlorum vim patitur, & violenti rapiũt illud. Licet enim Deus possit nobis dare beatitudinẽ absq; meritis, tamen non vult hoc agere, immo vult vt mereamur & bonis operibus eam acquiramus S Bonau. in 2. sent. di. 12. art. 1. q 2. De qua beatitudine loquens Aug. in 6. de ciui. Dei. c. 12. ait. O regnum beatitudinis vbi tu Domine species sanctorũ, & diadema gloriæ facie ad faciem videris a sanctis, lætificantes eos vndiq; in pace tua, quæ exuperat omnem sensum. Vbi gaudium infinitum, lætitia fine tristitia, salus fine dolore, lux fine tenebris, omne bonum sine omni malo, Ibi iuuentus nunquam senescit, ibi amor nunquã tepescit, ibi vita terminũ nescit, ibi, decor nunquam palescit, ibi sanitas nunquã marcescit, ibi gaudium nunquam decrescit, ibi dolor nunquam sentitur, ibi gemitus non auditur, ibi triste nihil videtur, ibi lætitia semper habetur, ibi nullum malum timetur, quoniam ibi summum bonum possidetur, quod est videre faciem Domini virtutum. Fęlices igitur qui de naufragio vitę præsentis ad tantum gaudium iam peruenire meruerunt, hæc ille. Qui etiam in lib. Soliloquiorum dicit, Fœlix societas supernorum ciuiũ, & sequitur infra. Ibi erit gaudium fine mœrore, requies sine labore, abundantia sine defectione, dignitas fine timore, opes fine amissione, sanitas fine langore, vita fine morte, perpetuitas fine corruptione, fęlicitas sine calamitate, amaritudo, & omnis asperitas in regione illa locum non habet. Ibi. n. non est malum, neque malitia, non est aduersarius impugnans, nec vlla peccati illecebra, nulla est ibi indigentia, dedecus nullum, nulla ira, nullum vituperiũ, nullus timor, nulla

Inquietudo, nulla dubietas, nulla violentia, nulla discordia, sed est ibi pax summa, charitas perfecta, iubilatio & laus Dei eterna, gaudium, & requies sine fine mansura, hęc ille. De qua etiam dicit David Psal. 149. Gloria hęc est omnibus sanctis eius.

Declaratur illud Psal. 83. Rex me⁹ et De⁹ me⁹ &c. in quibus verbis primo cōmendatur liberalitas Domini.

De quibus Cœli ciuibus gloriosis, inquit ibidem propheta Psalmo 83. loquens Deo & dicens. Rex meus & Deus meus. Beati qui habitāt in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. In quibus verbis tangit patriæ cœlestis excellentiam. Et primo eam commendat a Domini liberalitate cū dicit Rex meus & Deus meus Licet enim sit Rex & De⁹, est tamen noster, quia se, & sua nobis dedit, liberalitas autem eius appareat, quia omnes peregrinos facit ciues, atq; perpetuos habitatores ac domesticos suos, & hæredes. Et ideo nobis inquit Apostolus prædicta tangens ad Ephe. 2. Fratres iam non estis hospites, & aduenę, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superedificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum. Secundo ibidem cōmendat patriam cęlestem a fœlicitatis ve[rit]ate dum ait. Rex meus, & Deus meus. Beati qui &c. Vt enim ait Ambro. in lib. de offi. Beatitudinem quidam posuerunt in corporis voluptate sicut Epicurei. Quidā vero in animi virtute sicut stoici. Et quidam in virtute interiori, & exteriori quadam honestate sicut peripatetici. Sed vera fęlicitas consistit in Dei visione & cognitione sicut tenent fideles, & catholici. Et ideo dicebat Dominus discipulis suis illud quod dicet nobis in patria: Beati qui vident quæ vos videtis Luc. 10. Est autem notandum, quod secundum Augu. super Genesim ad literam beati habebunt triplicem visionem, vna dicitur spiritualis qua videbunt Angelos & animas beatorum, ex qua visione resultabit gaudium magnum. Si. n. secundum Chrisost. videre dæmones est magna pœna & quædam gehenna, constat quod videre Angelos erit magna gloria. Alia visio dicitur corporalis, quia videbūt Christi humanitatem, ex qua visione resultabit gaudium maius. Ipse. n. est speciosus forma præ filijs hominū Psal. 44. De qua visione dicitur Cant. 3. Ægredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum Mater sua. Humanitas autem siue caro Christi dicitur diadema, siue quia fuit nobis victoriæ causa, siue quia nullo vitio, vel prauę suggestioni vnquam fuit aperta, siue quia fuit tantum vna linea. s. carne virginea figurata. Cateræ. n. figuræ diuersis lineis formantur. Figura autem circularis tantum vna linea clauditur. Et similiter caro cæterorū formata est ex semine vtriusque parentis. Caro autem Christi tantum ex sanguinibus virginis. Alia visio dicitur intellectualis siue superintellectualis qua diuinitatem videbunt, ex qua resultabit gaudium maximum. De qua visione dicit Fulgentius. Sicut per speculum vitreum trina nobis visio administratur quia nosipsos & ipsum speculum & quicquid adest videmus. Sic per speculum diuinę claritatis & ipsum Deum quantum possibile erit creaturæ, & nosipsos, & omnia nostra ex certa scientia cognoscemus, hæc ille Bene ergo dicit propheta Rex meus, & Deus meus, beati &c. Tota enim fœlicitas nostra erit in videndo ipsum regem cęlestem.

Triplex color in Christo cōsideratur, in quibus beatificabitur visus noster.

Sed notandum quod color niger visum congregat, albus autem ipsum disgregat, sed viridis qui est medius inter album, & nigrum delectat visum. Iste autem triplex color in Christo consideratur. Niger. n. color significat eius humanitatem, quæ fuit in passione denigrata Apoc. 6. Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus. Et iste color niger debet cogitatus nostros congregare, quia si tanta passus est innocens & sanctus, quid pati debet peccator malus & iniquus? Color albus significat suam diuinitatem: quæ præ nimia sua claritate oculos mentis disgregat. Et ideo iste color albus diuinitatis coniunctus est cum nigro humanitatis, & factus est totus viridis, & delectabilis ad videndum. Et de hoc exponi potest illud quod ait Dominus Ezec. 18. Pascham eos in montibus Israel, ibi requiescent in herbis virentibus. In monte n. cęlesti herba viridis habetur quæ ouibus Dei in paschuis datur, hæc autem herba est Christus. De qua exponi potest illud

Gene. 1.

Gene. 1 Germinet terra, idest Virgo Maria, herbam virentem. i. Christum Deum & hominem. Et ideo ipse Dominus vocat se lignum viride dicens Luc. 23. Si in viridi ligno hoc faciũt, in arido quid fiet. Hanc autem viriditatem desiderabant videre sancti Patres, iuxta illud Eccle. 40. Gratiam & speciem desiderabit oculus, & super omnia virides sationes. In ista igitur viriditate cęlesti pascuntur oues Paradisi, intus in contemplatione diuinitatis, & extra in visione gloriosę humanitatis, iuxta illud Ioan. 10. Ingredietur & ægredietur & Paschua inueniet. Et si patet quomodo visus noster beatificabitur videndo ipsum regem supernum. Auditus autem beatificabitur audiendo eius dulcissimam allocutionem. De qua dicitur 2. Cát. Sonet vox tua in aurib⁹ meis. Vox. n. tua dulcis & facies tua decora nimis. Olfactus quoq; beatificabitur odorando rosam Paradisi. i. mundissimam carnem Christi. De qua potest dici illud Eccle. 50. Quasi flos rosarum in diebus veris, item odorando balsamum. i. diuinitatem suauissimam Eccle. 24. Quasi balsamum non mixtum odor meus. Odorando quoq; eius animam omnibus vnguentis plenissimam Can. 1. Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Gustus etiá beatificabitur in plena Dei delectatione quam sentiet ex carne Christi dulcissima Iob 31. Quis det de carnibus eius vt saturemur? Item ex anima eius dulcissima Eccle. 24. Spiritus meus super mel dulcis & ex diuinitate omnium sapor plenissima Sap. 16. Panem de Cęlo pręstitisti eis omne delectamentum se habétem & omnis saporis suauitatem. Tactus insuper beatificabitur tangendo personam Christi. Si enim tanta virtus erat in tangendo fimbriam vestimenti eius quanta suauitas erit tangere personam eius Cant. 2. Dextera illius amplexabitur me. Item in osculando. Si enim tanta suauitas fuit in osculando pedes eius passibiles, quanta erit osculari corpus eius gloriosum, & faciem illam desiderabilem? Cant. 8. Quis det te fratrem meum inueniam te foris & deosculer?

Singuli & alij sensus quo in Christo beatificabuntur.

Creaturarũ bonitas nõ põt nos satiare pp triplicẽ defectũ quẽ habẽt. iõ solũmodo in bonitate Dei erit satietas.

IN bonitate igitur istius regis solummodo inuenitur perfecta societas. Bonitates. n. creaturarum ideo non possunt nos satiare, quia habent triplicem defectum. Sunt. n. accidentales, & ideo eis sæpe priuamur. Sunt particulares, quia nulla creatura est quæ habeat omnes bonitates, sed sunt in eis sparsæ & diuisæ. Sunt etiam mixtæ, quia nullam habent purá bonitatem. In Deo autem est bonitas essentialis Matth. 18. & Luc. 19. & vniuersalis Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa &c. Item pura. Vnde Augu. inquir. Quanta ibi erit fœlicitas vbi nullum erit malum, & nullum latebit bonũ? Affectus igitur noster non potest reperire perfectam delectationem in creaturarum bonitatibus sic accidentalibus, particularibus, & mixtis. Si enim aliquis valde sitiens guttas lambit non satiatur sed sitis eius magis augetur, & si calix mensuratus sibi proponat̃ semiplene satiat̃. Peccatores autem in creaturis quasdam delectationes lambunt propheta dicente: Inimici eius terram lingent Psal. 71. Et ideo non satiantur sed miserabili fame torquentur eodem propheta attestãte qui ait Psal. 58. Famem patiẽtur vt canes. Boni autem in præsenti diuinas delectationes recipiũt sed mẽsuratę Ad Eph. 4. Vnicuiq; vestrum data est secundum mẽsuram donationis Christi. Et ideo eorum appetitus non potest hic perfecte quietari. Beati autem sunt in fonte Dei, & ideo non possunt sitire Apoc. 7. Agnus qui in medio Throni est deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Sunt etiam in cenaculo Dei, & ideo non possunt esurire Apoc. 7. Non esurient neq; sitient amplius &c. Item sunt in thesauro Dei, & ideo non possunt penuriam sustinere Eccle. 15. Iocunditatem & exultationẽ thesaurizabit super eum. Sunt quoq; in plenitudine gaudiorum. Et ideo nõ possunt aliquid triste sustinere Matth. 25. Intra in gaudium Domini tui.

Seqtur declarãdo aliã particulã illius Psalmo 83. Beati q habitant &c. in qb⁹ verbis

TErtio commendat propheta in prædictis verbis patriam cęlestem a cõsortij nobilitate cum ait. Beati qui habitant. &c Beati. n. habebunt æternum consortium Angelorum. De quibus pulchrũ erit tria considerare. s. eorum creationem locationem, & sublimationem. Quo ad primum dico secundum Tho. contra gen. lib. 2.

bis & cõsortij nobilitate cõturbatur celũ. lib. 2. c.8. quod ad perfectionem vniuersi congruum fuit Deum creare Angelos quod probatur ratione perfectionis. Regula enim est Philoso. 2. de Cœlo & mundo, quòd si vnum contrariorum est in natura reliquum similiter debet esset. Omnes enim gradus creaturarum debet reperiri, alioquin aliquid deficeret ad vniuersi perfectionem. Sed inuenitur corpus con iunctum spiritui, vt in homine. Item corpus separatum, & sine spiritu vt in lapide, quod est minoris perfectionis. Ergo debet etiam reperiri eius oppositum maioris perfectionis scilicet spiritus separatus a corpore, scilicet Angelus. De cuius creatione inquit Augustinus in libro. Cur Deus homo ad Deodatum. capitul. 1. Ille summus atque incircumspectus spiritus, qui initio caret, & fine, cũ nollet quasi solitarius esse disposuit quosdam sibi similes spiritus creare, qui gloriæ cognitione atque participatione in perpetuum gauderent, suoque Creatori laudes perpetuas hilariter exhiberent. Creatisque Angelicis turmis noluit ab eis timeri, quasi Dominus, sed obediri, & amari quasi Pater, & Creator benignissimus. Coacta enim sacrificia nequeunt illis esse grata. Ideoque liberum eis arbitrium concessit imminens quòd eorum seruitio minime indigeret, hæc ille. Creauit autem Deus omnes Angelos in prima die mundi, quæ fuit Dominica, vt restatur Augustinus super Gene. & Franciscus de Mayro. in tractatu de Angelis.

Opiniones variæ de angelis, an oẽs sint eiusdẽ speciæ. SI autem quæratur vtrum omnes Angeli sint eiusdem speciei. Respondet beatus Thomas in 1. parte summæ quæstio. 5. artic 4. quod non sunt plures Angeli in eadem specie nec esse possunt, sed vnusquisque Angelus suam constituit speciem. Et faciunt ad hoc quædam argumenta quæ breuitatis causa pertranseo. Ricardus autem noster in 2. distinctio. 3. articul. 5. quæstio. 1. & sanctus Bonauentu. ibidem parte 1. articul 2. quæstio. 1. & similiter Scotus in eadem dist. tenetur quod in Angelis est distinctio personalis, non autem singuli Angeli faciunt particularem speciem, & idem tenent Alexander de Ales in 2. parte summæ. quæstio. 20. membro. 6. artic. 1. & probatur idem quòd non est inconueniens nec impossibile plures Angelos esse in eadem specie, imo hoc est valde conueniens. Quidam autem dicunt quod vnusquisque ordo constituit suam speciem sub qua sunt omnes Angeli eiusdem ordinis. Alij vero dicunt quòd sicut omnes animæ sunt vnius speciei, sic & Angeli. Vnde Anselmus in libro cur Deus homo. c. 71. ait Omnes Angeli sunt vnius naturæ. Sciendum tamen est quod ipsi Angeli inter se sunt inæquales in aliqua naturali proprietate, vt declarat Ric. 2. dist. 3. art. 2. q. 2. Nam alij sunt excellentiores alijs in naturalibus donis, secundum magistrum in 2. dist. 3.

QVo ad secundum, scilicet locationẽ ipsorum Angelorum, dico, quòd Deus illos in Cœlo empireo collocauit iuxta illud Matth. 18. Angeli eorum in Cœlo semper vident faciem patris mei. Vnde vt ait Beda & Strabo, quem refert Alexander de Ales in 2. parte summæ. q. 19. membro. 3. articul. 2. in prin. Et Bonauent. in 2. distinctio. 3. articul 2 quæstio. 1. statim vt factum fuit ipsum Cœlum fuit Angelis repletum. Alij autem dicunt quòd Deus creando Cœlum Angelis repleuit, sicut creando animam corpori ipsam infundit, & hanc opinionem tenet Franciscus de Mayro. in sermone de Angelis. Cœlum enim prædictum est locus deputatus contemplationi Angelorum & sanctorum, quia est nobilissimum inter omnia loca corporalia. Et ideo maxime decet substantias nobilissimas. Dicit autem beatus Thomas in 1. parte summæ. quæstio. 65. articul. 3. quòd Angeli sunt in Cęlo collocati non solum vt ęternaliter contemplantes, sed etiam generaliter præsidentes, quia præsunt omni corporeæ creaturæ. Et ideo in loco supremo debuerunt collocari. Dicit autem Augustinus in libro de spiritu & anima, quod solus spiritus incrcatus est incircũscriptus, scilicet Deus qui est vbique. Vnde ait Hiere. 23. Cœlum & terram ego impleo. Spiritus vero creati loco circumscribuntur, vnde Angeli licet non sint in loco corporali conseruante, quia ab eo non habent dependentiã nec influentiam,

Angeli sũt collocati in Cœlo empireo, vt in loco proprio.

entiam, nec in loco mensurate quia sunt indiuisibilis naturæ quæ non occupat locum, vnde multi Angeli possunt esse in eodem loco.tamen sunt in loco continēte, & circumscribente & ita sunt in vno loco,quod non in alio, quia sunt naturæ & substantiæ finitæ, & limitatæ, vt declarat S.Bonau.in 2. di. 2.parte 2.art.1.q.1. 2.3.& 4.

Aliqua de Angelorū sublimitate.

QVo ad tertium vero de sublimatione ac dignitate eorum hic pertranseo,quia de ipsis dixi sermone. 10. parte. 3.& etiam dicam in 11.parte marialis.sermone 2.parte.4. Solum dico quòd Augu. 11.de ciui.Dei.c.14. Sic angelicam naturam extollit dicens. Natura angelica cætera omnia, quæ Deus condidit naturæ dignitate præcellit,quod qualiter intelligi debeat patere potest ex dictis supra in prædicto sermone. 10.

Angelorū numer⁹ nobis est ignotus.

SI autem quæratur quod sunt Angeli in Cœlo dico quod eorum numerus est maximus, & excessiuus ac nobis incognitus,quòd sit maximus patet per Dionisium qui 14.c. cęlestis. hierar. dicit ꝙ Angeli sunt in quadam magna multitudine omnem materialem multitudinem excedentes.Cuius rationem assignat Th. in 1.parte summæ.q.50.art.3. in corpore quæstionis dicens, quòd sicut in corporibus attenditur excessus secundum magnitudinem, vnde corpus incorruptibile vt Cœlum excedit quasi comparabiliter secundum magnitudinem omnia corruptibilia,eo quod tota sphera actiuorū, & passiuorum est aliquid modicum respectu corporum cœlestium, ita in spiritualibus, attenditur excessus secundum multitudinem numeralem. De ipsis vero Angelis inquit propheta Psal.138. Dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur, quòd autem eorum numerus sit excessiuus probat Tho.in 1. scripto.dist. 40.art.2.in solutione quarti argumenti. & 1.parte summæ. q. 6. art. 5.in corpore quæstionis. Nam numerus Angelorum qui remanserunt in Cœlo, est maior eorum qui ceciderunt per peccatum secundum magistrum in 2. dist.19 & secundum quosdam forte sunt multo plures quàm dæmones & omnes homines damnandi

Multo plures sūt Angeli q remāserūt in cœlo, ꝙ dæmones & oēs homines damnādi simul.

simul.Et ad hoc exponi potest mortaliter illud 2.Paral.32.Nolite timere.Plures enim nobiscum sunt quàm cum illo.s.lucifero quod autem angelorum numerus sit nobis incognitus ostendit beatus Th. in 2.di.3.ar.9.secundum.n. Hieronymum super Matthæum.Vna quæq; anima habet vnum Angelum ad suam custodiam deputatum. Sed numerus hominum est nobis incognitus, ergo & numerus Angelorum eos custodientium qui sunt vnius ordinis. Et multo magis numerus omniū Angelorum Deo ministrantium & contra diabolum pugnantium, iuxta illud Iob 25 Nunquid numerus militum eius? quasi dicat non, sunt innumerabiles quo ad nos,vt exponit Grego.immortalibus. De quibus etiam dicitur Dan. 7. Millia millium ministrabant ei,& decies centena millia assistebant ei. Cum his autem beatissimis spiritibus erit cōuersatio nostra in Cœlis,& eis erimus similes,dicente ipso Domino Matth. 22. Erunt sicut Angeli Dei in Cœlo. Ex hac autem dignissima numerositate Angelorum accrescet nobis gaudium accidentale.Et similiter ex numerosa multitudine sanctorum,scilicet Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum,ac cæterorum beatorum virorum,& sanctarum mulierum.De quibus ait aquila volans Apocal.7. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis stantes ante Thronum &c. Sicut enim additus multitudini damnatorum auget illorum supplicium. Ita secundum Bernard., additus multitudini beatorum auget ipsorum gaudium. Et ideo Ciprianus in epistola ad fratres de mortalitate nos hortatur di.Quid non properamus,& currimus vt patriam nostram videre & parentes salutare possumus? Magnus illic nos charorum numerus expectat,parentum, fratrum,& filiorum Frequens nos & copiosa turba desiderat iam de sua incolumitate secura, & adhuc de nostra salute solicita.Ad horum conspectum & complexum venire quanta & illis & nobis in cōmune lætitia est. Qualis illa cęlestium regnorum voluptas sine timore moriendi & cum æternitate viuendi? Quam sum-

summa & perpetua fœlicitas? Illic Apostolorum gloriosus chorus, illic prophetarum exultantium numerus, illis martyrum innumerabilis populus, ob certaminis & passionis victoriam coronatus, illic triumphantes Virgines, qua concupiscentiam carnis & corporis, continentiæ robore subegerunt, illic remunerati misericordes, qui alimentis & largitionibus pauperum iustitiæ opera fecerunt. Qui Dominica præcepta seruantes ad cœlestes thesauros terrena patrimonia transtulerunt. Ad hos fratres charissimi cum auida cupiditate properemus, & cum ipsis cito esse & ad Christum venire contingat optemus, hæc ille. Et Augustinus in sermone. 6. de martyribus dicit. Sanctorum societate Cœlum exultat, quorum patrocinijs lætatur, quorum triumphis Ecclesia sancta coronatur, quorum gloria multiplici passionum genere adornatur &c.

Quilibet sanctus an tantū gaudeat de bono pximi q̄ tū de proprio.

SI autem quæratur vtrum quilibet sanctus tantum gaudeat de bono proximi quantum de proprio? Respondeo quòd in hoc fuerunt diuersæ opiniones. De quibus sanctus Bonau. in 3. distin. 31. artic. 3. quæstio. 3. Et Ricard. in eadem distinctio. 49. quæstio. vltima. & Scotus in 4. dist. 50 Quorum argumenta non refero propter euitandam prolixitatem. Dicit autem Anselmus in libr. Monologion capitul. 1. In illa perfecta charitate innumerabilium Angelorum bonorum & hominum, non aliter gaudebit quisque pro singulis alijs quàm pro se ipso. Et Augu. 22. de ciuitate Dei inquit. Quamuis futuri sint pro meritis præmiorum etiam gradus honorum, atq; gloriarum, tamen nō est ambigendum quod illa beata ciuitas magnum hoc in se bonū habebit vt vnus alteri non inuideat sicut nunc non inuident Archangelis Angeli cæteri. Nolet n. esse vnusquisq; quod non accedit, cum sit pacatissimo concordiæ vinculo ei qui accepit obstrictus. Quoniam nec in corpore vult oculus esse, qui est digitus, cum membrum vtrumque contineat totius carnis pacata compago. Sic itaque habebit donum alius alio minus, vt hoc quoque donum habeat ne velit amplius, hæc ille.

Opinio Th. circa allatā dubitationem.

DIcit etiam Thom. libr. 3. contra gen. cap. 57. quòd in beatis non erunt tria quæ consueuerunt esse in vita ista, scilicet inuidia, discordia, & damna. De primo dicit Gregorius super Ezechielem. Hac ratione conueniunt mansiones multæ cum vno denario, quia & si alter minus & alter amplius exultet omnes tamen vnum gaudium conditoris sui visio nelætificat. Et Augustinus in epistola ad Cirillum ait. Noueris quòd reuerentia quæ singulis sanctorum exhibetur cæteris omnibus exhibetur. Nec putes quòd in Cœlo sit aliqua inuidia vt in mundo. Sicut enim in mundo quilibet hominum cæteris præesse magis vellet quàm subesse, ita in Cœlo per charitatem ineffabilem qua se inuicem diligunt beatæ animæ, quilibet sanctorum ita alterius gloria gaudet sicut sua, quoniam vellet quisque maior vt quisque minor sibi esset æqualis & pœnæ maior, quia eius gloria esset sua. Nam minor ita maioris gloria gaudet, sicuti eam haberet, nec vellet eā haberet, vt ille non haberet, imo potius de sua si fas esset sibi impartiret, vnde gloria singulorum est gloria cunctorum, hæc ille. De secundo ait. Chrisost. in lib. de reparatione lapsi. Nulla erit in futuro discordia, sed cuncta conuenientia. Omnium enim sanctorum vera concordia erit. Et August. super Ioannem dicit. Regnabit in omnibus vnitas charitatis per quam Deus qui charitas est erit omnia in omnibus, per quam etiā fiet vt quod habent singuli commune sit omnibus. De tertio autem, scilicet quod beatus non sentiat damnum aliquod propter maiorem gloriam alterius, inquit Grego. vlti. mora. Eiusdem etiam disparitatis damna non sentiunt, quia vnicuiq; quantum percipit sufficit, hæc ille.

Angeli ex immēso gaudio sanctis narrabunt conuersatiōnē ipsorum.

NOtandum est autem secundum doctrinam omnium theolo. quòd beati colloquentur, ex immenso gaudio inuicem exultantes, licet non sit necessarium, quia vnusquisq; videbit in mente alterius conceptus eius. Colloquentur etiam Angelis, & Angeli ipsis collocutione spirituali, vnde Augu. in communibus sermonibus, sermone 6 ait. Iusti in illa inenarrabili gloria cum se in lumine viderint,

derint, intra semetipsos singuli obstupescent & dicent. Putas ego ipse sum? & quomodo huic gloriæ dignus inuentus sum? Angeli etiam accedentes cum gaudio magno ad sanctos narrabunt eis conuersationem eorum immaculatam, continentiam, vigilias, orationes, voluntariam paupertatem, frugalitatem, perfectam patientiam, sitis & famis tolerantiam omnia quæcunq; propter Christi charitatem æquanimiter pertulerunt, hæc autē omnia sanctis Angelis cum exultatione dicentibus respondebunt omnes iusti dicentes. Constituti in terris omnino nec vna die perfecte viximus, nec vllū opus bonum a nobis gestum est. Iterum vero Angeli commonefacient eos, & locum ac tempus eis referent suorum bonorū operum, atq; admirantes eorum humilitatē glorificabunt Deum videntes in Cœlis corpora sanctorum super lumen refulgētia, quia in terris voluntariæ afflicti sunt & patientiam suam immaculatam vestē, ac Margaritam pretiosissimam possederunt. Item quia in agro thesaurum absconditum inuenerunt & vendentes omnia quæ sunt super terram, illum solum mercati sunt, hæc ille.

Sequtur declarādo aliā particulā illius ps. 83. Qui habitant in domo. &c. in qbus verbis Cœlū cōmēdatur a loci amenitate.

QVarto commendat propheta patria paternam a loci amenitate cum ait. Qui habitant in domo tua Domine, idest in Cœlo empireo, quod primo a Deo creatum est cum Angelis, & materia prima omnium aliarum rerum. Et ita exponit Augustinus. Beda & Strabo illud Gene. 1. In principio creauit Deus Cœlum & terram, vt etiam exponit Bonauentura 2. distinctio. 2. De quo Cœlo inquit Beda super Genesim. Superius Cœlum quod a volubilitate mundi secretum est, mox vt creatum est sanctis Angelis fuit repletum. De ipsa autem cœlesti ciuitate dicit beatus Ioannes Apoca. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de Cęlo, adeo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. In quibus verbis omnes dotes animæ & corporis cuiuslibet beati designātur. Primo enim ostenditur gloria primæ dotis animæ quæ dicitur dilectio perfecta, cum dicitur. Vidi ciuitatem. Ciuitas enim dicitur quasi ciuium vnitas,

Declaratur illud Apoc. 21. Vidi ciuitatem sanctam. &c.

secundum Isidor. 15. Ethimo. Quæ quidem vnitas maxime habet fieri per dilectionem, quæ perfectissime erit in illa patria superna. De qua dicitur Psalmo 121. Hierusalem quæ ædificatur, vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Omnes enim beati simul in maxima pace & dilectione in ea habitabunt. De quibus dicitur Psalmo 132. Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Et ideo inquit propheta vbi supra Beati qui habitant. &c. Secundo ostēditur possessio certa cum dicitur sanctā, sanctum enim idest quod firmum secundum glosa in §. sancte. iusti. de rerum di. & notatur in l. sanctum. ff. eodem titul. Nam proculdubio certa & firma est possessio beatorum. De quibus Sapientię 3. dicitur. Spes illorum immortalitate plena est. Tertio ostenditur visio clara dum dicitur Hierusalem, quæ visio pacis interpretatur. Vnde canit ecclesia. Vrbs beata Hierusalem dicta pacis visio &c. In ea enim ciuitate superna omnes beati Deum regem pacificum clare contemplabuntur, & videbunt vt supra ostensum est. Quarto ostenditur corporum beatorum impassibilitas cum dicitur, nouam, quia per remotionem vetustæ corruptibilitatis & passibilitatis corpora beatorum noua & impassibilia fiēt. Quinto ostenditur eorum agilitas dum dicitur, descendentem de Cœlo. Nam beati quasi in momento poterunt de Cœlo ad terram descendere per dotem agilitatis, vt supra ostensum est. Sexto ostenditur eorum subtilitas cum dicitur adeo paratam. Sicut enim res grossitiem habens parari dicitur quando subtiliatur, sic & corpora beatorum adeo parabuntur cum illa faciet ita subtilia, quòd quasi spiritualia reddentur. Septimo ostenditur eorum claritas cum dicitur, sicut sponsam ornatam viro suo. Quoniam sicut ornamentum reddit corpus formosius, sic claritas illa beatorum corpora decorabit.

Quō stent sancti in cœlo ostenditur.

NOn est autem credendum quòd in Cœlo stent beati sicut in solario, & quòd vnus sanctus sit directe super caput alterius. Sed sicu si esset mons rotundus, & aliquis esset in culmine, & alij

circumcirca.

circumcirca. Sic potest aliquis imaginari, qui melius nescit dispositionem beatorum in patria cœlesti cogitare, scilicet, quòd Christus est in supremo culmine & prope eum beata Virgo, & postea omnes Angeli & Sancti, iuxta eorum gradum. Altitudinem autem & magnitudinem istius Cęli si quis contemplari voluerit, debet primo considerare magnitudinem terræ & aliorum elementorum, quo singula excedunt se inuicem in decuplo, & postmodum considerare latitudinem orbis lunæ qui est maior in decuplo omnibus elementis simul. Deinde extendere considerationem suam vsque ad ipsum Cœlum empireum discurrendo mente magnitudinem aliorum nouem Cœlorum quorum singuli excedunt inferiores omnes in decuplo secundum mathematicos. Et sic aliqualiter intelliget magnitudinem & altitudinem ipsius decimi Cœli, scilicet empirei quod excedit in decuplo omnes alios. Et similiter poterit inuestigare aliquo modo pulchritudinem ipsius Cœli, considerando pulchritudinem omnium prædictorum elementorum & Cœlorum, quorum quodlibet excedit inferiorem in decuplo quo ad formositatem & speciositatem, & tunc intelliget quòd inexplicabilis est pulchritudo ipsius Cœli empirei; quod omnes alios excedit speciositate in decuplo Et ideo de ipso exponi potest illud Ecclesiast. 43. Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est, species Cœli in visione gloriæ. Vas admirabile opus excelsi.

Cœlũ nõ indiget lumine solis, cũ sis luminatus ex splẽdore Dei Agni, & aliorũ sanctorum.

ILla autem ciuitas beatissima, non solũ clara, & luminosa erit ex splẽdore animæ, & corporis gloriosissimi Domini Iesu, & Matris eius atque omnium animarum, & coporum beatorum, & ex splendore Angelorum, sed etiam ex se erit lucidissima, adeo quod si omnes stellę firmamenti haberent lumen solis nihil esset in comparatione illius splendoris, & luciditatis Cęli empi ei. Principalis tamen splendor illius patriæ erit ex refulgẽtia diuinæ maiestatis. Et ideo Apoc. 21. dicitur. Ciuitas illa non eget sole neq; luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Ista igitur domus Dei est valde amena. Tũc namq; domus est pulchra, & amena quando est magna & bene ordinata. De magnitudine habetur Baruch 3 propheta admiratus de tãta magnitudine illius exclamat di. O Israel quã magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Magnus & non habens finem, excelsus & immensus Est.n. ille locus grandis & sine fine, & ideo dicit. Magnus & non habens finem, scilicet quo ad nos, vel quo ad durationem, est altus sine modo. Et ideo dicit, excelsus. Est amplus sine mensura, & ideo dicit, immensus. Est ergo domus Dei tam longa, quòd oculus mortalis non posset eius longitudinem attingere, tam alta quod aure non posset audire, & tam ampla quòd cor nõ sufficit cogitare 1. Corinth. 2. Quod oculus non vidit &c. Est etiam ista domus bene ordinata ad instar domus reguli. Multas enim habet mansiones Ioannis 14. scilicet oratorium, atrium, cęlarium, consistorium, cenaculum, viridarium, & cubiculum. In oratorio sunt Angeli, laudes Deo continue cantantes, & dicentes, Sanctus, Sanctus, Sãctus, &c. In atrio sunt Patriarchæ sustentantes pauperes. Est.n. atrium locus in quo pauperes recipiuntur & reficiuntur, quia.n. in hac vita receperunt & sustentauerũt pauperes suis elemosynis. Ideo sancti tunc eos recipient in atrijs suis Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniqtatis, vt cũ defeceritis. s. in hac vita, recipiant vos in ęterna tabernacula. In cęlario sunt prophetæ aduentum Christi ardentissime sitientes, & dicentes ei. Vtinam disrumperes cęlos & & descenderes Isa. 64. Quia.n. hic sic fuerũt sitientes, ideo in cęlo plenissime sunt bibentes Cant. 2 Introduxit me rex in cęlã vinariã &c. In consistorio vero vbi causæ audiuntur, & iniæ proferuntur sunt Apostoli Matth. 19. Sedebitis sup sedes duodecim iudicãtes &c In cęnaculo, sunt martyres, quia fuerũt tribulati & afflicti, ac fame, & siti cruciati. Et ideo ibi plenissime saturantur Lu 22. Edatis & bibatis super mensam meam &c. In viridario sunt confessores qui sunt viridarium Dei, in quibus fuit rosa patientiæ, lilium humilitatis, & viola munditiæ. In cubiculo au

Sancti quõ dispẽsãtur ĩ domo Dei pulcherima contemplatio.

tem sunt Virgines tanquam sponsæ Hester. 2. Ducta est Hester in cubiculum regis. &c. Virgo autem benedicta mater Dei non est in aliquo istorum locorum determinate, sed modo stat cum Angelis in oratorio, modo cum patriarchis in atrio, modo cum prophetis in celario, modo cum Apostolis in consistorio. &c.

De ordinatione domus cœlestis, per quo declaratur illud Isa. 54.

DE ordinatione etiam istius domus cœlestis ipse Dominus ait Isaiæ 54. Ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Per lapides enim ordinate stratos intelliguntur Patriarchæ & Prophetæ, qui fuerunt ordinati quantum ad Deum per virtutem contemplationis, & quantum ad seipsos per pulchritudinem actionis, & quantum ad proximos per reformationem pacis. De quibus dicitur Ecclesiastici 44. Homines diuites, in virtute pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. Per lapides desiderabiles intelliguntur Apostoli a quibus gloria Dei magna relucet. Et ideo ad videndum sunt magis desiderabiles. Per lapides sculptos intelliguntur martyres, qui diuersis vulneribus sunt viridis coloris intelliguntur confessores qui fuerunt virides in conscientia & vita. Per saphiros qui sunt cœlestis coloris intelliguntur Virgines, quæ vitam cœlestem, & angelicam habuerunt. Ecce ergo quàm pulchre domum suam cœlestem ordinauit Deus. De quo dicitur Psalmo 103. Extendens Cœlum sicut pellem, idest sicut pellem extendit pellipárius.

Exponitur illud Psal. 103. extendens Cœlū

PRimo enim ars, quæ fuit in mundo est pellipariorum, quam Deus adinuenit. Et ipse primas pelliceas fecit. Quia enim in Paradiso terrestri est aeris temperies, non indigebant ibi primi parentes vestibus. Sed nudi manebant Cum autem Deus eiecit eos extra in regione, in qua est intemperies aeris fecit eis tunicas pelliceas, vt dicitur Genesis tertio. Recte ergo de Deo inquit propheta, quod extendit Cœlum sicut pellem, quod septemmodis potest exponi. Cœlum enim a Deo est extensum primo sicut pellis ad scribendum. Nam sicut homo pellem extendit vt in ea scribat, sic ipse Deus Cœlum extendit, vt in eo scribat, sic ipse Deus Cœlum extendit, vt in eo scribat nomina electorum Lucæ 10. Gaudete quòd nomina vestra scripta sunt in Cœlis.

Sicut pellis.

SEcundo ad inhabitandum. Sicut enim homo de pellibus facit tentorium sic Deus in Cœlo habet suum gloriosum habitaculum. Vnde alia translatio habet. Extendens Cœlum sicut cameram. Dicitur autem Cœlum quasi casa Helyos, idest Dei. Ideo dicitur Iob 36. Extendit quasi nubem tentorium suum.

TErtio ad circundandum. Sicut enim pellis totum circundat, & nihil est in eo quod non sit circundatum pelle. Sic secundum Damascenum Cœlum empireum omnes creaturas circundat, & nihil est erearum, quod non sit infra ipsum Cœlum. Licet autem secundum Thomam in prima parte summæ, quæstio. 66. articul. tertio. Angelici spiritus non occupent locum, vt etiam inquit sanctus Bonauentura, in 2. distinctione secunda, parte 2. articul. secundo, quæstio. 2. Et ideo secundum eum nihil prohibet plures Angelos simul esse in eodem loco, sicut plures species in anima, tamen in hoc Cœlo continentur ipsi Angeli non in eodem loco simul, sed in diuersis locis distincti ad maiorem ornatum ipsius Cœli, & decorem vniuersi, vt inquit idem sanctus Bonau. vbi supra.

QVarto extendit Deus Cœlum ad tegendum. Vnde inquit Lucanus libro 7. Cœlo tegitur, qui non habet vrnam. Est enim Cœlum quasi tectum orbis

orbis terrarum. Vnde glosa super prędicta] verba psalmistæ [inquit. Cœlum quasi tectum mundi extendit Deus, & hoc tam faciliter sicut pellem].

QVinto ad alliciendum. Quo modo attractus fuerat Dauid dicens Deo Psalmo octauo. Quoniam videbo Cœlos tuos, opera digitorum tuorum, Lunam, & Stellas quæ tu fundasti, & Stephanus videns Cœlos apertos Actuum septimo. Sicut enim pelliparius pellem pulchram coram emptore extendit atque exponit vt ipsum alliciat ad emendum. Sic Deus Cœlum syderibus depictum extendit vt alliciat ad desiderandum Cœlum empireum quod est valde pulchrius, & mirabilius, quod ipse similiter extendit ad prouocandum nostrum effectum. Vnde Ouidius in primo Methamor. ait. Pronaque cum spectent animalia cætera terram. Os homini sublime dedit, Cœlumque videre, Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

SExto ad commensurandum, quasi dicat. Quantum homo extendet suam pellem, tantum ego extendam ei meum Cœlum, quia regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud Matthæi 11.

SEptimo ad satisfaciendum, quia quantum Deus alicui pellem extendit infirmitatibus, & tribulationibus, tantum extendit ei gloriam Cœlorum, quia per multas tribulationes & cætera. Actuum 14.

Seqtur declarãdo aliã particulã Psal. 83. in secula seculorũ. &c. in qbus verbis ostenditur cœlestis patriæ ppetua duratio.

QVinto principaliter propheta commendat supernam patriam a perpetua duratione cum ait. In sæcula sæculorum. &c. Quatuor enim de causis potest quis perdere possessionem domus quam inhabitat, aut quia illa domus fuit ad tempus conducta, aut quia ab hostibus est ablata, aut quia ruinæ est est] exposita, aut quia est [creditoribus assignata. Nullo autem illorum modorum amittent sancti habitationem domus cœlestis. Vnde Isaiæ 32. ponitur illud quod supra allegatum est, scilicet Sedebit populus meus, & cætera. Non enim ibi erunt vt habitatores conducti, sed vt habitatores veri, & ciues Paradisi, vtpote, qui erunt peculiaris populus Dei. Et ideo ipse Deus in verbis præallegatis ait. Sedebit populus meus. Nec vnquam erunt ab hostibus expulsi, quia ipsos hostes subiugauerunt. Et ideo subdit. In pulchritudine pacis. Illa enim est pulchra pax quæ habetur omnibus hostibus superatis. Nec erunt tanquam a ruina domus deterriti, quia illa domus erit perpetua & secura. Et ideo subdit. In cœnaculis fiduciæ. Nec vnquam erunt] depauperati, seu indigentes, quia omnes erunt diuites, & opulenti. Et ideo addit, in requie opulenta. De duratione autem æterna istius domus, & habitantium in ea, inquit Aristotel. lumine naturali eleuatus in primo de Cœlo & mundo. Extra Cœlum non est tempus, nec locus nec vacuum, sed ibi sunt entia inalterabilia, impassibilia & optimam vitam ducentia, quam eius æterno perficiunt.

Seqtur exponẽdo aliã particulam Psalmo 83. Laudabunt te. &c. in qbus verbis ostenditur delectabilis occupatio.

SExto commendat patriam cęlestem occupatione, dum ait. Laudabunt te. Distinguit autem Augustinus in secunda de doctrina Christiana triplicem sonum qui fit in cantilenis. Vnus enim fit cum voce sicut in illis qui faucibus canunt. Alius fit in flatu, sicut est sonus tubarum, & organorum. Alius vero fit impulsu sicut in citharis & timpanis. Et isto triplici genere armonię sancti Deum laudabunt. Armoniam siquidem cũ voce facient homines dicente propheta Psalmo antepenultimo. Iuuenes, virgines, senes, cum iunioribus laudent nomen Domini. Armoniam autem cum flatu faciunt Angeli, qui flatu spiritus sancti sunt pleni Ezechiel. 1. Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. Quo spiritu in Dei laudationem prorumpunt Psalmo vltimo. Laudate eum omnes Angeli eius. Armoniam vero cum pulsu facit Deus. Patriarchæ siquidem habent chordam

lam dulcedinis ipse potauit, & omnem aliam dulcedinem fastidiuit, quid putas fecisset si magnam illam dulcedinem tuæ diuinitatis gustasset, quam abscondisti timentibus te? hæc Augustinus. O igitur dulcissime Deus fac vt in illa patria suauitate repletissima glorificatus decantare valeam cum propheta Psalmo 144. Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in seculum & in seculum seculi. Fac per immensam benignitatem tuã vt sim de illis tuis amicis, de quibus dicitur in eodem Psalmo. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: & iustitia exultabunt. Gloriam regem tui dicent, & potentiam tuam loquentur, fac me peruenire ad illam vrbem inclytam, cui dicitur Psal. 86 Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Omnium enim lætantium habitatio est in te. Tũc autem cum eodem propheta decantabo illud Psal. 102. Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt nomini sancto eius, cui sit honor & gloria in secula seculorum.

Amen.

FERIA IIII. POST PASCHA

DE SPE PERVENIENDI AD VITAM AETERNAM.

SERMO VIGESIMVS.

POENITEMINI igitur & conuertimini, vt deleantur peccata vestra, Act. 3. Est sententia Chrisostomi de poeni. di. 3. c. talis. di. Talis mihi crede erga homines pietas est Dei, quòd nunquam spernit poenitentiam, si ei sincere, ac simpliciter offeratur. Et si quis ad summum peruenerit malorum, & inde tamen velit reuerti ad virtutis viam, suscipit eum, libenterque amplectitur, & facit omnia quatenus ad priorem reuocet statum. Augustinus quoq; in libro de spiritu & anima. cap. 3. inquit. Nemo de Dei pietate diffidat, quoniam maior est eius misericordia, quàm nostra miseria. Quisquis enim ad Deum toto corde clamauerit, exaudi et illum, quia misericors est. Tardius siquidem videtur ei peccatori veniam dare, quàm ipsi peccatori accipere. Sic enim festinat absoluere eum a tormento conscientiæ suæ, quasi plus cruciet eum passio miseri, quam ipsum miserum passio sui. Hieronymus contra Luciferianum inquit. Deus non cogeret poenitere, si non esset poenitentibus veniam concessurus. Et super Iobelem prophetam iterum dicit. Non desperetis veniam scelerum magnitudine, quia magna peccata, magna delebit misericordia. Et hoc est ad quod hortatur nos Deus Ezechielis 18. capit. dicens. Conuertimini & agite poenitentiam ab omnibus peccatis vestris, & non erit vobis vltra in ruinam iniquitas, & proijcite a vobis omnes præuaricationes vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et quare moriemini? quia nolo mortem morientis, dicit Dominus. Reuertimini & viuite. Quæ omnia sciens Dauid propheta habebat spem perueniendi ad patriam coelestem, & ad vitam immortalem, considerans infinitam Dei clementiam. Vnde dicebat Psalmo 30. In te Domine speraui, non confundar in æternum. Et hanc spem nos etiam habere possumus. Vnde pro vestra consolatione dico vobis, quod si vultis vitam beatam adipisci sine dubio eam habebitis, si non procedet defectus ex magna negligentia vestra. Et hoc probo vobis duodecim rationibus.

Si volumus possum⁹ vitã beatã habere, nisi p cedat ex maxima nostra negligẽtia, & duodecĩ rationibus ostendit.

Prima

PRIMA RATIO
quæ dicitur electionis.

PRIMA ratio quare possumus sperare, quòd vitam habebimus sempiternam dicitur electionis quę sic infertur, secundum Theologos in pri- m o sententiarum distinctio. 40. Electio creaturarum ab æterno fuit facta, & nobis incognita, & gratuite facta, & clementer. Cum ergo in rebus dubijs meliorem & fauorabiliorem partem eligere debeamus & sperare, vt inquit Aristot. 6. Ethicorum. Et beatus Thomas in 4. distinctio. 17. & habetur in leg. semper indubijs. & in l. in re dubia. Et in l. quotiens dubia, & in l. in obscura. ff. de regulis iuris. & in l. fin. C. qui bo. ce. pos. sequitur necessario concludendum, quòd potius debemus credere nos saluandos quàm damnandos. Et hęc veritas satis ostenditur dicto Pauli ad Ephe. 1. vbi dicit. Elegit nos Deus ante mundi constitutionem, vt essemus sancti.

SECVNDA RATIO
quæ dicitur intentionis.

SECVNDA ratio hoc idem probans dicitur intentionis. Intentio enim Dei nos creantis fuit, vt saluaremur. Vnde ad hoc nos creauit, vt ad vitam perduceret sempiternam. Vt dicit Augustinus in libro Enchiridion. Et ponit magister sententiarum in 2. distinctio. 1. Et omnes Theologi in 4. distinctio. 49. Cum ergo sit, quod Deus & natura nihil agunt frustra, vt dicit Aristotel. primo Phisico. & in 3. de anima, & in primo de Cœlo & mundo, legistæ autem dicunt quod ars & natura nihil agunt frustra. Et potest notari in l. qui bis idem. ff. de verborum obligatione. Ergo debemus sperare futurum esse illud quod Deus de nobis ordinauit, & nos finem nostrum ad quem a clementissimo Deo creati sumus consecuturos. Aliter enim videretur dicendum, quòd si nos benefacientes non salua remur, sapientia diuina esset decepta, nos creando ad finem ad quem non essemus peruenturi, aut quòd æterna Dei ordinatio non esset stabilis. Quod esset magnum inconueniens. Et ideo dicit Anselmus in libro. Cur Deus homo. Non decet summam firmitatem, & firmissimam stabilitatem suum firmum propositum infirmare, nec decet summam bonitatem permittere nobilissimas creaturas fraudari suo fine. Et hoc sufficiat pro secunda ratione. Homo enim est dignissima creatura. l. iustissime. & ibi glosa allegat Virgilium, & Ouidium. ff. de edil. edic.

TERTIA RATIO
quæ dicitur dilectionis.

TERTIA probatur quòd Deus dabit nobis gaudia Paradisi rōne dilectionis. Fundamentum cuius ponit Arist. 7. Ethico. di. Omnis artifex naturaliter diligit opus suum. Et auctor in lib. de causis inquit. Omnis causa naturaliter diligit effectum suum. Videmus per experientiam quod quando pictor facit aliquam pulchram imaginem, eam videndo summopere lętatur, & quęrit eam ornare auro, & argento, & omnibus coloribus quibus potest, vt opus suum ab omnibus laudetur, cui summæ afficitur. Parentes quoq; omnia bona exoptant, & facere quærunt filijs a se generatis. Cum igitur Deus sit artifex, & Creator noster Gen. 1. c. Ergo indubitanter credendum est quod nos creaturas suas valde diligit. Et hoc est quod dicit Salomon Sap. 6. c. Pusillum, & magnum diligit Deus, & ei est cura de omnibus. Et 11. c. eiusdem libri iterum dicit loquens cum Deo. Diligis Domine omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Ideo Hiere. 31. dicit Deus cuilibet nostrum. In charitate perpetua dilexi te. Et Ioan. 16. ait Saluator. Ipse Pater amat vos. Hanc autem dilectionem per quinque signa magnifestauit. Primo per hoc quod omnia visibilia dedit nobis vel in dominium, vel in visum, dicente psalmista, de hoīe ipsi Deo. Constituisti eū sup opera manuum tuarum &c. Secundo per hoc quod omnia cęlestia i. Angelos nobis dedit in ministerium Hebr. 1. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Ter

tio per hoc filium suum dedit nobis in precium nostræ redemptionis 1. Ioan. 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quia filium suum vnigenitum misit in mundum vt viuamus per ipsum. Quarto per hoc quod dedit nobis spiritum sanctum in priuilegium nostræ adoptionis 1. Ioannis 4. Cognoscimus quod in ipso manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis Roma. 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba, Pater. Quinto per hoc quod seipsum seruat in hæreditatem nostram, dicens Ezechielis 44. Ego Dominus hæreditas, & possessio eorum Deute. 18. Dominus ipse hæreditas eorum est. Vnde Bern. prædicta quinque signa amoris diuini tangens ait ille. Domine quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? Omnia subiecisti sub pedibus eius &c. Denique mittis vnigenitum tuum, immittis spiritum tuum, promittis etiam vultum tuũ. Et ne quicquam vacet in cœlestibus ab opere solicitudinis, etiam beatos illos spiritus propter nos mittis in ministerium nostrum, hæc ille. Qui etiam in lib. de diligendo Deo dicit, quod omnis amor sanctorum amori Dei comparatus nihil est. Vnde dicunt theolog. in 3. dist. 32. quod dilectio Dei est æterna. Cum igitur verum sit quod inquit Grego. in homilia Paschali, scilicet, quod probatio dilectionis exhibitio est operis. Et Iacobus Beneuentanus. c. 34. sui libri di. In verbis fidus non delectatur amicus. Gaudet enim factis commoda ferre tibi. Concludendũ est necessario quod Deus qui non est fictus amicus, imo verissimus, & fidelissimus, nobis amicis suis dabit bona Paradisi, si in eius dilectione permanserimus. Verus enim amicus communicat bona sua amico suo. Vnde cum quidam gloriaretur quod vnus diues eum diligebat, respondit ei Socrates philosophus. Si ille diues esset amicus tuus tu non esses pauper. Inter amicos enim omnia debent esse communia, secundum, quod etiam testatur Tullius in libro de amicitia. Et amicus dicitur quasi animi custos vt ait glosa in l. atque culpę. § amicos. ff. de verbo sic ergo Deus amicus noster custodiet animam nostram ne damnetur.

QVARTA RATIO quæ dicitur baptizationis.

QVARTA ratio qua probatur nos debere ad vitam peruenire sempiternam dicitur baptizationis, quæ sic infertur. Ille potest sperare de sua salute, qui habet caracterem salutis, sicut ille præsumitur posse intrare in castellum cui princeps donauit sua insignia, ac fecit ipsum de familia sua. Sed nos in baptismo recepimus caracterem salutis, secundum theologos in 4. distinctio. 4. & Ricardum in 4. distinctio. 6. articul. 4. quæstio. 1. & facti sumus de familia Dei. Ergo possumus, & debemus sperare quod salui erimus, si quod in baptismo promisimus obseruemus. Baptismus enim est apertio & porta Paradisi. Vt dicitur in 4. sententiarum distinctio. 2. Et hoc est quod inquit Dominus noster Iesus Christus Mar. vltimo. c. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit.

QVINTA RATIO quæ dicitur filiationis.

QVINTA probatur quod ad cœlestem patriam perueniemus ratione filiationis sic arguendo. Filius habet occasionem præsumendi de hæreditate patris, quia bona patris sunt bona filij Institu. de hæredita. qualita. & differentia. § sui autem. versed sui, vbi dicitur de filijs in potestate patris existentibus. Viuo quoque patre quodammodo Domini existimantur. Vnde dicitur quod filius intelligitur possidere hæreditatem patris etiam viuente patre. l. secunda, in fin. ff. pro hæred. Et iterum dicitur. Quod paternum est, filiorum esse videtur. Vt nota. in l. nihil. C. pro hære. & in l. in suis. ff. de liberis, & posthu. Vnde in l. penulti. ff. de bonis libertorum dicit iurisconsultus. Omnia quæ nostra sunt liberis

liberis nostris ex voto paramus, & in l. de emancipatis. C. de legi. here. dicit imperator. Votum est patris res suas ad filios peruenire. Cum igitur nos omnes qui credimus in Christo, simus filij Dei, iuxta illud Ioan. 1. Quot quot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Certissime possumus, & debemus credere q habebimus hæreditatem patris nostri cœlestis, idest vitam æternam. Et hoc est quod inquit Apostolus ad Roma. 8. di. Ipse spiritus sanctus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei, & hæredes, hæredes quidem Dei cohæredes autem Christi.

SEXTA RATIO quę dicitur promissionis.

PRobatur eadem conclusio ratione promissionis sic. Omne promissum cadit in debitum, non in dubium vt quidam dicunt. l. 1 ff. de pactis. l. non minorem. C. de transac. Et ideo dicitur in c. qualiter, extra de pac. Studiose omnibus agendum est vt ea quæ promittuntur, opere compleantur. Turpe enim est aliquem contra factum proprium, idest missum venire. l. post mortē. ff. de adopti. & ideo fides seruanda est etiam infideli, & inimico. 23 q. 1. noli existimare, & 22. q. 4. c. innocens. Sed Deus promisit nobis multipliciter regnum cęlorum. Primo si fecerimus pœnitentiam de peccatis. Matthæi quarto capitulo di. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Secundo si voluntatem eius faciemus. Vnde Matth. 7. c. dicit dominus noster. Qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnū cœlorū. Tertio, si erimus eius fideles. Vnde de omnibus in eum credētibus dicit idē saluator. Matth. 8. Recumbent cū Abrahā, Isaac, & Iacob in regno cœlorū. Quarto, si violentiā sensualitati fecerimus. Matt. 11. Quinto si eum dilexerimus. Matt. 12. Sexto, castitatem seruantibus. Matth. 19. Sunt eunuchi qui se castrauerūt propter regnum cęlorū. Septimo, paruulis & humilibus. Matth. 18. & 19. Octauo, si obseruabimus eius præcepta. Matt. 19 Nono, largientibus omnia pro Deo. Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cęlo. Decimo, eius vitam sequentibus. Matth. 19. Amen dico vobis q vos qui secuti estis me &c. centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Vndecimo, laborātibus in vinea Dei, idest in ecclesia fructū facientibus. Matt. 20. Duodecimo, quem ipse bibit calicem amore eius bibentibus. i. passionem pro eo patientibus. Matt. 20. Tertiodecimo, vestem nuptialem. i. charitatem habentibus. Matth. 22. Quartodecimo, lampades plenas gerentibus. i. bonis operibus insudantibus, Matth. 25. vbi dicit q tales intrant ad nuptias. Quintodecimo, salutē proximi lucrantibus. Matth. 25. vbi tali lucranti proximum dicitur. Intra in gaudium domini tui. Sextodecimo, opera misericordiæ facientibus. Matth. 25. Venite benedicti patris mei possidete regnum. Decimoseptimo, eius corpus digne manducantibus. Ioan 6. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Decimooctauo, spiritum sanctum in se recipientibus. Ioan. 4. Aqua quam ego dedero, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Decimonono, verbum Dei deuote audientibus. Ioan. 5. Amen amen dico vobis, qui verbum meū audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Vigesimo, Deo seruientibus. Ioan. 12. Volo vt vbi ego sum ibi sit & minister meus. Et Vigesimoprimo, in bona vita perseuerantibus. Matth. 10. Qui pseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Multis quoq; alijs in locis promisit nobis Deus vitam æternam. Cum igitur dicat Iacobus Beneuentanus. c. 2. sui libri. Cum spondes aliquid manus illico verba sequatur. Et etiam dicit. Quod dare nolueris, nulli spondebis amico. Dedecet hoc cunctos, pręcipueq; bonos. Et Iurisconsultus, in l. 1. ff. de constituta pecu. in prin. etiam ait. Graue est fidem fallere. Facit lex generaliter. C. de non nu. pecu. & l. eum venderem. ff. loca. Profecto si vellemus dicere q Deus nō sit nobis daturus vitam æternam, si fecerimus ea de quibus supradictum est, pro quibus nobis illam promisit, oporteret

Multipliciter Deus nobis promisit regnum cœlorum.

vnum

vnum inconueniens maximum conclude re, scilicet quòd Deus esset infidelis, & malus, non seruans promissa. Hoc autem est falsissimum, quia ipse est perfectissima & sincera veritas. Ioan. 14. & c. si consuetudinem Et c. qui contempta. 8. di. Et ipse ait. Psal 88. quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Ergo, &c.

SEPTIMA RATIO quæ dicitur, Orationis.

SEptima ratio dicitur orationis, quę sic declaratur. Nam secundum omnes Theo. in 4. di. 45. maxime Ricar. nostrum in ea. di. ar. 7. q. 2. Et sanctū Bona. ibidem ar. 3. q. 2. sancti orant pro salute nostra. Vnde Petrus Apostulus suæ 2. canonicæ. c. 1. dicebat. Quoniam velox est depositis tabernaculi mei, secundum quòd dominus noster Iesus Christus significauit mihi, dabo operam frequenter habere vos post obitum meum &c. Et Ber. inquit. Si sancti dum adhuc viuerēt miserti sunt peccatoribus, quia, pro eius orauerunt. Nunc tanto amplius quanto verius nostras agnoscunt miserias pro nobis intercedunt. Inter omnes autem sanctos orat pro nobis patrem suum sanctus sanctorum Dominus noster Iesus Christus, inquantum homo, qui continue interpellat patrē pro nobis. De quo dicitur ad Hębre. 9. Christus ascendit in cęlum, vt appareat vultui dei pro nobis. Similiter & gloriosa cęlorum regina pro nobis cōtinue deprecatur filium, vt nos ad æternam patriam dignetur perducere. Cum igitur impossibile sit tantorū orationes non exaudiri, cum sine in gratia dei, profecto sperare debemus, ꝙ si posse nostro abstinebimus a vicijs, eternam sine dubio misericordiam consequemur. Qua propter Ber. in sermone quodam super Canticam inquit. O homo securum habes accessum ad Deum. Vbi habes matrem ante filium, filium ante patrem; Filius ostendit patri vulnera & latus, mater ostendit filio pectus & vbera. Nulla ergo ibi poterit esse repulsa, vbi tot sunt charitatis insignia.

OCTAVA RATIO, quæ dicitur meritationis.

OCtauo quòd ad patriam perueniemus ęternam possumus probare ratione meritationis, sic. Quicunq; bonum facit, pōt sperare de remuneratione apud Deum. Nam iustitia vult ius suum vnicuiq; tribui. l. iustitia. ff. de iusti. & iure. Et insti. eo. in prin. Deus autem est iustus, & vult iustitiam habere locum. Psal. 10. Iustus dominus, & iustitias dilexit. Ergo si bene fecerimus, & bonis operibus, atq; virtutibus insudauerimus habebimus vitam æternam a Deo pro remuneratione nostra. Virtus enim est illa pro qua merentur homines ad cęlum peruenire, iuxta illud poeticum. Astra petit virtus. Vnde Arist. 1. Ethi. ait. Fęlicitas est præmium virtutis. Et Seneca in epistola. 27. ad Lucillum inquit. Sola virtus est quę præstat animæ securum bonum, & perpetuum gaudium. De qua etiam dicit Virgi. 6. Eney. Aut ardens euexit ad æthera virtus, &c. Aristo. quoq; lib. 1. magnorum moralū inquit. Viuentes secundum virtutes fœlices erimus, & habebimus perfectum bonum, & finem. Et Machrobius in lib. de somnio Scipionis, ait. Sole faciunt virtutes beatum. Et hoc est quòd inquit Ber. in lib. de improbatione viciorum. c. 19. Id solum timet post mortis fata beabit. Quod bene, quòd iuste, quod recte feceris ipse. Sed pro maiori declaratione prædictorum sciendum est quòd duplex reperitur iustitia, videlicet commutatiua, & distributiua, vt dicunt Theo. in 4. dist. 47. Et philosophus in 5. Ethi. Licet autem in Deo non sit iustitia commutatiua, quia nullus potest facere aliquid Deo qđ sit simpliciter dignum gratia sua, quia Deus non potest obligari necessario ad aliquid faciendum, tamen iustitia distributiua, quæ reddit vnicuiq; quod suum est secundum nobilitatem suæ essentiæ, seu secundum exigentiam meritorum, & demeritorum, cadit in Deo secundum Anselmum in libro prosoloquiorum. c. 10. Et Ricar. in 4. di. 15. ar. 5. q. 2. Et sanctum Bona. in 2. di. 32. ar. 3. q. 2. Cum eñ iustitia sit magna virtus, si reperitur in homi-

hominibus, ergo in infinitum maior reperitur in Deo. Quia inquit Aristo. in 10. Metha. quòd omnes perfectiones quæ sunt in rebus perfectiori modo sunt in prima causa. Et hoc est quod scriptum est. Iob. 24. Opus hominis reddet ei dominus, & iuxta vias singulorū restituet. Et 1. Cor. 3. dicit Paulus. Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum laborem suum. Et Cassiodorus epistolarū lib. 1. c. 16. inquit remunerator est omnium bonorum Deus. Et idem dicit David. Psal. 48. & 61. Vnde clamat dominus noster. Apoc. 22. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuiq; secundum opera sua.

Et ideo vnicuiq; nostrum dicit Hiere. 31. Est merces operi tuo, scilicet meritorio. Est autem meritum opus, vel labor cui ex debito iustitiæ debetur præmium, & merces, secundum Alex. de Ales in 3. parte summæ, in tractatu de merito Christi. Et Tho. in 2. scripto. di. 27. art. 3. Quamuis autē homo naturaliter, & virtute propria non possit mereri vitā æternam, quod probatur ratione, auctoritate, & similitudine. Rationis aut fundamentum ponit commentator. 2. de anima dicens. Improportionata, & inconuenientia nunquam sunt susceptiua obiectorū. Vas enim contentiuum vnius vnciæ aquæ non est susceptiuum totius maris. Oculus quoq; noctuæ non est capax susceptionis radiorum solarium. Cum ergo Deus qui est obiectum beatificum sit infinitæ bonitatis. Creaturæ autem omnes sint finitæ virtutis, patet quòd non possunt mereri vitam æternam, de condigno naturali virtute & bonitate. Sicut habens vnum solum denarium non potest emere lapidem preciosum valoris centum millium aureorum. Nullum enim finitum potest infinitum comprehendere eo quòd in ipsis non est proportio, primo de cœlo, & mundo. 3. & 8. Phisi. & 1. Metha. Item iniusta, & rescindenda est emptio citra dimidium iusti precij. l. 2. C. de rescin. ven. & c. cum dilecti. de em. & ven. Idem quoq; probatur auctoritate Apostoli Roma. 8. dicentis. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et

Hominē naturaliter nō posse mereri vitā æternā pbatur ratione, auctoritate, et similitudine.

Auctoritate hoc idem ostenditur.

Chrisosto. in libro de conceptione cordis, inquit. Similes moriamur, & si omnes animi virtutes expleamus, nihil dignum gerimus ad ea quæ ipsi percipimus a Deo. Et Augustinus, in lib. ad Sixtum ait. Cum Deus coronat merita nostra nihil aliud coronat nisi sua munera. Ipse enim in fine coronabit nos sicut scriptum est. In misericordia & miseratione. Non enim frustra Deo cantatur. Misericordia eius præueniet me, & misericordia eius subsequetur me, hæc ille. Similitudine quoq; idem probatur. Nam vnus seruus empticius non potest de cōdigno mereri libertatem. Quia seruus quo ad ea quę sunt iuris pro nihilo reputatur. l. quod attinet. ff. de reg. iur. & consequenter non potest sibi aliquid acquirere. Itē vt ait Philosophus. 1. Poli. Seruus non est sui iuris, sed alterius gratia. Item quia libertas est res inextimabilis. l. libertas. ff. de reg. iu. Cum igitur omnis homo de lege communi sit factus seruus peccati propter culpam primorum parentum, sequitur quòd nullus potest per se liberari naturaliter, nec de condigno mereri vitam æternā. Vnde Anselmus in 1. lib. cur Deus homo, interrogat dicens. Quid reddes domino pro peccato tuo? Et respondente homine. Cor contritum, & humiliatum. Ipse ait. Nihil Deo reddis quin prius Deo reddere tenearis. Quia vt dicit philosophus. 8. Ethicorum. Deo non potest æquiualens reddi. Et prædicta cōfirmando dicebat saluator discipulis suis. Lucæ. 17. Cum feceritis omnia quæ pręcepta sunt vobis, dicite. Serui inutiles sumus. Quod debuimus facere fecimus. Quilibet enim homo est seruus Dei. Psa. 115. Seruus sum ego, & filius ancillæ tuæ. Potest tamen homo secundum Theologos in 2. di. 27. mereri vitam eternam mediante gratia diuina gratum faciente per opera charitate informata. Quantum. n. ad liberum arbitrium suum, & voluntatē a qua talia opera procedunt meretur vitam æternam merito congrui, sed per respectum ad gratiam gratum facientem, & charitatem meretur merito condigni. Et hoc probatur ratione, auctoritate, & exēplo. Primo ratione oppositionis. Nam oppositorum eadem est ratio, & potentia, vt ait commentator. 7. Metaphisicæ. Cū

Similitudine etiā idē cōfirmatur.

ergo

ergo charitas & culpa sint contraria, vt ostendunt theologi, in primo sen. di. 17. sequitur, quòd sicut se habet culpa ad pœnam, ita opus charitate informatum ad gloriam, quia contrariarum causarum cōtrarij sunt effectus. 2. Phsi. & 2. de gene. & si vnum est causa alicuius, oppositum est causa oppositi. 1. Poster. & 9. Metha. & sicut se habet oppositum in opposito, ita propositum in proposito. 4. Top. 2. de cœlo, & mundo. 10 Methaphi. & 8. Physi. Sed culpa mortalis ex condigno meretur pœnam æternam, quia offendit Deum infinitum, & priuat animam bono infinito, ergo per locū ab oppositis, opus charitate informatum ex condigno meretur vitam æternam. Et hoc etiam probatur auctoritate saluatoris. Matth. 11. dicentis. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud scilicet armis charitatis. Et Io. 4. etiam ait. Aqua s. gratiæ, & charitatis quam ego dabo fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Apostolus quoq; ait. 2 ad Thi. 4. Bonum certamen certaui, cursum cōsumaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi sed & his qui diligunt aduentum eius. Exemplis etiam eadem veritas probatur. Primum autem exemplū est, Ricardi nostri in quolibetis vbi ait, quòd quando sunt duæ substantiæ coniunctæ simul, & proportionatę, quarum vna est maxima, alia vero minima, illa minima accipit dignitatem a maxima. Vnde cum aquæ Ticini, Abduæ, & Padi peruenerint ad mare, non amplius dicuntur tales fluuij, sed mare, quia maior trahit ad se minorem, & minor recipit eius virtutem, & nomē. Et similiter opera nostra coniuncta diuinæ gratiæ, quæ est virtutis infinitæ, de condigno merentur peruenire ad mare vitæ æternæ. Item si in annulo vnius ducati ponatur lapis valoris centum ducatorum, appreciabitur ipse annulus centum aureis non ratione sui, sed ratione lapidis quia minor recipit virtutem maioris. Et pariformiter opera nostra, quæ de se sunt modici valoris, coniuncta diuinæ gratiæ merentur præmium vitæ æternę. Secundum exemplū ponit Philosophus 8. Ethicorum di. quòd bonum est potentius malo. Cum ergo malum peccati trahat ad pœnam æternam, multo magis opus, & bonum charitatis perducet ad vitam sempiternam, imo bona voluntas cum ipsa gratia, & charitate etiam sine alia operatione quando fieri non potest. Vnde Grego. super Matthæum ait. Extimationem precij regnum Dei non habet, sed tantum valet quantū habes, & quantum potes. Nihil vilius cum emitur, nihil carius cum possidetur. Valuit namq; Zacheo dimidium substantiæ, valuit Petro, & Andreæ dimissis retibus, & naui, valuit viduæ duobus minutis, valuit & alteri calicem aquæ frigidæ. Sed si fortasse nec calix aquæ frigidæ suppetit qui indigenti præbeatur, etiam tunc securitatem nobis pręstat sermo diuinus. Redemptore etenim nato cœli ciues cecinerunt. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Ante Dei nāq; oculos nunquam est vacua manus a munere, si fuerit archa cordis repleta bona voluntate. Hæc ille.

IN figura autem huius quòd Deus virtuose operantibus dabit vitam, scribit Matth. 20. quòd paterfamilias præcepit vocari operarios, & dari vnicuiq; denarium. Per denarium autem dicitur intelligitur vita æterna. Vt dicitur in c. ieiunium, de conse. di. 5. Ideo in auten. de mona. 5. hinc autem dicitur. Omnes scilicet benefacientes in Christo vnam mercedē accipiunt. Cum igitur ita sit quòd Deus in hoc mundo non remuneratat omnia bona opera nostra secundum suam liberalitatē. Vt inquit Scotus, & Ricar. & Tho. ac alij Theologi in 4. di. 47. Cum apud Deum non debeat esse aliquod bonum non remuneratum secundum Augustinum in sermone ad heremitas. Ergo debemus præsumere, & pro certo tenere, ꝙ post hanc vitam sine dubio habebimus æternam remuneratione bonorum operum. Et hoc est quod dicit Seneca. 10 lib. Tragediarum in Hercule Etheo. c. 26. inquiens. Nunquam stigias fertur ad vmbras inclita virtus. Viuite fortes. Nec letheos sęua per amnes. Vos fata trahent. Sed cum summas exiget horas. Consumpta dies. Iter ad superos gloria pandet.

Virtuose operātibus dabit Deus pro remune ratione bonorū operū vitam æternam.

NONA

NONA RATIO, QVÆ dicitur communicationis.

NOno probatur eadem conclusio ratione communicationis sic. Secundum beatum Bona. & Alex. Lombardũ in 3. sen. di. 1. ar. 1. q. 6. & Ricar. nostrum eadem di. ar. 2. q. 4. & Alex. de Ales in 3. parte summæ in tractatu de incarnatione Christi, Et doctoré subtilé. s. Ioan Scotum, ac Petrum de Aquila. in 3. sententiarum di. 7. & Dionisium. c. 4. de angelica hierarchia. Bonũ naturaliter est sui ipsius communicatiuum. Cum ergo Deus sit bonũ. Plato in 1. Thimei. Et Anselmus in lib. Monologion, ergo communicabit suã bonitatem nobis. Quia vnũquodq; sicut se habet ad entitatem, ita se habet ad operationem. Commentator super. 9. Meth. si ergo voluerimus dicere q̃ Deus non sit nobis communicaturus bonitatem suam. s. vitæ æternæ, sequeretur hoc q̃ est impossibile. s. q̃ Deus non esset bonus. Cum omne bonum libenter communicet seipsum ergo &c.

DECIMA RATIO quæ dicitur miserationis.

DEcimo probatur eadem cõclusio ratione diuinę miserationis. Quãtũ. n. sit Deus misericors tota p̃clamat scriptura. Vñ Gen. 32. c. dicit Iacob Deo. Minor sum cunctis miserationibus tuis. Et Exo. Ego sum dñs Deus faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. Et 22. c. eiusdem libri iterum dicit. Si clamauerit ad me. s. peccator, exaudiam eum quia misericors sum. Et 34. c. etiã dr. Dominator dñe Deus misericors, & clemẽs, patiens, & multę misericordię, qui custodis misericordiã in millia, qui aufers iniquitaté & scelera atq; peccata. Et Deut. 4. Deus misericors dñs Deus tuus est. Et 5. eiusdé libri c. Ego sum dñs Deus tuus æmulator, & faciens misericordiã, in multa millia diligentibus me. Et 32. eiusdem libri c. iudicabit dominus populum suũ, & in seruis suis miserebitur. Et 2. Reg. 3. fecisti cum seruo tuo misericordiam magnam. Et 8. c. eiusdem libri. Misericordiã autem meam nõ auferã ab eo. 2. Para. 36. Inuestigabilis misericordiã promissionis tuæ. 2. Esdrę. 9. Non derelinquet nos Deus noster, sed inclinabit super nos misericordiam suam, & Tobiæ. 3. Fac mecum misericordiã, & suscipe in pace spiritũ meũ. Cum iratus fueris, misericordiam facies. Confitemini ei, quia fecit nobiscum misericordiã suam. Iudith. 8. Quia patiens est dñs, indulgentiam eius lachrymis postulemus, & sic faciet nobiscum cito misericordiam suam. Et 9. eiusdem libri. Deus creator totius creaturæ, exaudi me miserum deprecantem, & de tua misericordia præsumentem. Et Iob. 37. hoc solum verbum dico. In quocũq; loco misericordiæ suæ. Et Psal. 6. Miserere mei Deus q̃m infirmus sum. Psal. 22. Misericordia tua subsequatur me. Psal. 24. Reminiscere miserationum tuarum dñe, & misericordiarum tuarum quæ a seculo sunt. Secundũ misericordiam tuam memento mei tu, p̃pter bonitatem tuam domine. Et 25. Misericordia tua ante oculos meos est, & cõplacui in veritate tua.

ET 29. Audiuit dominus & misertus est mei, & 30. Ego aũt in dño sperabo, exultabo, & lætabor in misericordia tua, & 31. Sperantem autem in domino misericordia circundabit, & 32. Fiat misericordia tua dñe super nos, quemadmodum sperauimus in te, & ibidem. Diligit misericordiam, & iudicium, misericordia dñi plena est terra, & 35. Dñe in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsq; ad nubes. Et 39. Ne longe facias miserationes tuas a me; & 47. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui, & 50. Miserere mei Deus secundum magnã misericordiam tuam, & 56. Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, & in eodem. Magnificata est vsq; ad nubes veritas tua.

ET 55. Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam cõculcauit me homo. Et 59. Iratus est, & misertus est nobis, & 62. Melior est misericordia tua super vitas, & 68. In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me. Et ibidem. Exaudi me Deus quoniam benigna est misericordia tua, & secundũ multitudiné miserationũ tuarum respice in me. Et 78. Cito anticipient nos misę tuę, q̃a pauperes facti sumus nimis, & 83. Miam & veritatem diligit Deus,

Et

Et 84. Ostende nobis domine misericordiam tuam. Et ibidem. Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi. Et 85. Misericordia tua magna est super me. Et ibidem. Tu domine De⁹ miserator, & misericors, patiens, & multæ misericordiæ & verax. Et 88. Misericordias domini in eternum cantabo. Et 99. Laudate nomen eius quia suauis est dominus, in æternum misericordia eius, & 116. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius., & veritas domini manet in eternū, & 118. Misericordia domini plena est terra. Et ibidem. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & 119. Apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redēptio, & Sapientiæ. 4. Gratia Dei, & misericordia in sanctos eius, & Sapien. 11. Misereris omnium, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam, & 15. Tu autem domine suauis, & verus es, patiēs & in misericordia disponēs omnia, & 16. Misericordia tua adueniens sanabit illos, & Ecclesiastici. 2. Pius & misericors est dominus, & 17 Quam magna est misericordia Dei, & propitiatio illius conuertentibus ad se, & 18. Misericordia domini super omnem carnem, quis adijciet enarrare misericordiam domini? & 35. Speciosa misericordia Dei in tempore siccitatis. Et 36. Miserere nostri Deus omnium, & respice in nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum. Et 51. Memoratus sum misericordiæ tuæ domine, quoniam eruis sustinentes te. Et in eodē. c. Lætetur anima mea in misericordia eius.

ET Isaiæ. 16. Præparabitur in misericordia solium eius, & sedebit super illud in veritate. Et 3. c. eiusdem libri. Propterea expectat dominus vt misereatur nostri, & ideo exaltabitur parcens nobis. Et ibidem. Plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui Et 33. Domine miserere nostri, te enim expectauimus, esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis. Et 49. Cōsolatus est dominus populum suū, & pauperum suorum miserebitur. Et 54. Misericordia sempiterna misertus sum tui, dicit redemptor tuus dominus. Et 55. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum quoniam multus est ad ignoscendum. Et 58. Misericors sum dominus Deus tuus.

ET Hiere. 9. Ego sum dominus qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra, & 12. Miserebor eorum, & educam eos, & 13. Ecce egō conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miserebor, & 31. Attraxi te miserans tui, & 32. Propitiabor iniquitatibus eorum, & peccati eorum non ero memor amplius. Et in eodem. c. dicitur. Qui facis misericordiam in millibus, & Treno. 3. Si abiecerit & miserebitur secundum multitudinem miserationum suarum. Et ibidem. Misericordiæ domini quoniam non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Et Daniel. 9. Neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciē tuā, sed in multis miserationibus tuis, & Ezechiel. 39. Reducam captiuitatem Iacob, & miserebor oīs domus Israel, & Oseæ 1. Domui Israel miserebor, & saluabo eos.

ET Ioelis. 2. Conuertimini ad dominū Deum nostrum, quia benignus, & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia, & Micheæ. 7. Non immittet vltra furorē suum, quoniam volēs misericordiam est, reuertere, & miserebit tui, & Abacuch 3. Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis, & Ionæ. 4. Scio quòd tu Deus clemens, & misericors es, & patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. Zacharię. 10. Conuertam eos quia miserebor eorum. Malach 1. Deprecamini vultum Dei, vt misereatur vestri. 1. Macha. 3. Congregati sunt vt peterent misericordiam domini. Matth. 18. dicitur. Omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Marci. 9. Misereor super turbam Matth. 15. Miserere mei domine fili Dauid. Et fuerunt verba Cananeę in quibus ostendimus dominum Iesum esse promptum ad misericordiam, & in quantum Deus cum ait. Miserere mei domine, & in quantum homo cum addidit, fili Dauid. In quantum enim Deus in eo est mi-

seri-

sericordia ex tribus. primo a natura diuina, cuius proprium est misereri semper, & parcere. Sicut enim ignis naturaliter habet calorem, & Sol splendorem, & mel dulcedinem, sic Deus naturaliter habet misericordiam, & bonitatem. Vnde glo. super 2. c. Ioannis, inquit. Deus a natura misericors, paratus est saluare per clementiam, quos non potest saluare per iustitiam. Et Dyonisius in lib. de diuinis nominibus, ait. Sicut naturalis proprietas ignis non est infrigidare, ita nec Dei boni non bona producere, sed misereri semper, & indulgere. Est ergo Deus misericors, & pius primo ex proprietate naturali adeo quòd punire, & vlcisci videtur quodammodo ab eo alienum. Vnde de opere punitionis Isa. 28. dicitur. Alienum est opus ab eo, & ideo istud officium flagellandi, & vlciscendi quodammodo inuitus facit dicens. Isa. 1. Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Vbi dicit glo. More pij patris eos licet inimicos plangit, & percutit. Et propterea etiam tarde istud officium peragit. Chriso. super Matth. Opus autem miserendi cito facit quia est ei proprium. Secundo est misericors ex potentia vniuersali. Quanto enim quis est maiori potestate præditus, tanto est ad indulgentiam magis pronus, & quanto est magnanimior tanto est clementior. Sicut videmus in rege magnanimo animalium leone qui parcit prostratis, iuxta illud. Ouidij in 3. de tristibus. Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni. Pugna suum finem cum iacet hostis habet. Quo quisque est maior, magis est placabilis iræ. Et faciles motus mens generosa capit. Similiter de rege Apum dicit Philosophus quod est sine aculeo. Et Ambro. ait. Procul est a magnanimis cupiditas vltionis. Et tertij Reg. 20. dicitur. Reges domus Israel clementes sunt. At contra de animalibus vilibus dicit Ouidi⁹ vbi supra. At lupus & tristes instant morientibus vrsi. Et quecunque minor nobilitate fera est. Et ideo mulieres magis sunt vindicatiuę quàm viri, quia sunt ignobiliores. Vnde dicitur Eccle. 25. Non est ira super iram mulieris. Deus igitur quia est omnipotens, & magnanimus, ideo est ad miserendum promptissimus. Eapropter Sapien. 11. & dicitur. Misereris domine omnium quia omnia potes, idest quia tu habes potentiam vniuersalem, ideo habes misericordiam generalem. Et ecclesia ei canit. Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miserando manifestas. Tertio est misericors consuetudine perenni, non quòd consuetudo miserendi augmentauerit in eo misericordiæ virtutem, sed in creaturis eam magis notificauit, & ampliorem quo ad actum fecit. Ipse namque Deus a principio mundi vsque nunc nunquam cessauit, nec cessabit vsque in finem misereri, quia secundum psalmistam. In æternum misericordia eius. Qui autem ait. Nunquid obliuiscetur misereri Deus aut in finem misericordiam suam abscondet, quasi dicat, non. Quia ergo de eo qui semper consueuit esse liberalis dicimus. Iste nescit aliter facere propter consuetudinem, quæ dicitur altera natura. 7. Ethi. ideo de Deo dicimus, & vere, quòd est misericordissimus, & omnibus miseretur. Vnde notandum secundum Alexan. de Ales, quòd in India est quidam fons talis naturæ, quòd ad clamorem hominis præsentis etiam si tacite loquatur magno impetu erumpit quasi ebulliens, & sic est de fonte diuinæ misericordiæ, qui ad vocem vocantis, imo etiam desiderantis erumpit & abundanter seipsum effluit hauriendum. Et ideo inquit illud quod habetur de pœni. di. 1. c. libenter. Libenter ignosco, prompte indulgeo, quia misericordiam volo & non sacrificium, etiam hoc habetur originaliter Oseæ. 6.

Quatuor modis misericordia Dei dicitur magna.

EX prædictis autem patet quòd misericordia Dei est magna quatuor modis. Magnum enim aliquid dicitur quadrupliciter. Aut altitudine sicut arbor procera dicitur magna, aut profunditate sicut puteus profundus dicitur magnus, aut latitudine sicut platea lata dicitur magna, aut longitudine sicut via longa dicitur magna. Et eisdem modis misericordia Dei dicitur magna. Est enim tam alta quòd in cęlum ascendit, & sanctos supra merita remunerari facit, dicente psalmista ipsi Deo. Magnificata est vsque ad cęlos misericordia tua. Psal. 35. Domine in cęlo misericordia tua Est tam profunda quòd vsque in infernum descendit, & san-

eum. Et ibidem. Per viscera misericordiæ Dei nostri, & Lucæ. 8. Esto te misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est. Ea Lucæ. 15. Miserebor cuius misereor, & misericordiam præstabo cuius misertus fuero. Igitur non est volentis, neq; currentis, sed miserantis est Dei. 11. eiusdem epistolæ. Conclusit Deus omnia in credulitate, vt omnium misereatur. Et 2. ad Cor. 1. Benedictus pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Et Gala. 6. Quicunq; hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia Et 1. ad Thimoteum. 1. Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci Et Titum. 3. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et Hæbre. 4. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Et Iacobi. 2. Misericordia superexaltat iudicium. Et Iacobi. 5. Miserator est dominus & misericors. Et 1. Petri. 1. Benedictus Deus, & pater dñi nostri Iesu Christi, qui secūdū magnā misericordiā suā regnauit nos in spem viuā. Et in epistola Iudę dicitur. Ipsos vos in dilectione saluate, expectantes misericordiam dñi nostri Iesu Christi in vitam æternam.

Non esse desperandū de misericordia Dei.

Si igitur Deus est tantæ misericordiæ profecto sperare possumus, q; licet eū aliquando offenderimus, tamen nobis parcet, & miserebitur, quia scriptum est. Psal. 144. Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Et Ezechiel. 18. Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. s. ad vitam æternam. Ideo dicunt Theo. in 4. sententiam, di. 17. maxime Ricar. noster ibidem, articu. 9. q. 2. Et sanctus Bonauētura in eadem di. parte. 2. artic. 1. q. 2. Et beatus Thomas in 3. parte summæ q. 84. ar. 10. & in 4. di. 17. art. 4. q. 3. Quod nullus est terminus, nullus est numerus recurrendi ad pœnitentiam. Sed si sine numero, & infinities si possibile esset quis peccaret, semper eum pœnitentem Deus reciperet. Ideo scriptum est. 26. quæst. 6. capitulo, his qui. & de pœni. dist. 1. capitulo, multiplex. §. his autem. quòd misericordiæ domini, nec mensuras ponere possumus, nec tempora diffinire. Eapropter cum ille primus homicida Caim traditor fratris sui Abel dixisset. Gene. 4. c. maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear. Dicit glosa ordinaria. Mentiris Caim quia maior est domini misericordia, quàm omnium hominum miseria. Et fuerunt verba Augustini. Et ideo clamat Dauid. Psal. 105. Cōfitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Ex quibus omnibus concluditur, quòd si de peccatis nostris confessi fuerimus, misericors Deus noster ad vitam nos perducet æternam.

VNDECIMA RATIO quæ dicitur exemplificationis.

Vndecima ratio idem probans dicitur exemplificationis. Dicit. n. Tullius in Rethorica noua lib. 4. c. 1. Exempla testimoniorum locum obtinent, quia vt testimoniū sic exemplū rei consumandæ causa sumitur. Et Auctor doctrinæ rudiū lib. 2. dicit. Rebus & exēplis illa informatio vera est. Vñ dicitur, q; magis mouent facta quàm verba. Vt notatur in. l. de quibus. ff. de legibus, & in l. ea quæ. ff. de cōtrahen. emptio. Sed Deus pepercit maximis peccatoribus ergo, & nobis parcet. Vbi enim est eadē ratio debet esse eadem determinatio. l. 1. C. de liber. prete. vel exhe. & c. trāslato. extra de constitu. Et de similibus idem debet esse iudiciū. Vt notatur in. l. seruis legatis. ff. de legatis. 3. & in. l. loci. §. si fundus. ff. si serui vendica. & in. l. si libellum. C. de diuersis rebus. Vnde bonum est argumentum a simili vt dicunt Philosophi. in 2. Topi. Et habetur textus in. l. non possunt & in lege sequenti. ff. de legi. & C. eodem l. leges. la. 1. & capitulo, inter cęteras de rescrip. capitulo inter corporalia, de transla. Episcopi. & capitulo venerabilibus, de sen. ex. libro. 6. & capitulo in causis, vbi textus ad litteram de re. iudi. Consideremus ergo super omnes peccatores, qui vnquam reuersi sunt ad do-

minum, verum receperit, eos, & nullum inueniemus ab eo fuisse repulsum. Quis enim non putasset Magdalenam damnandam propter magnitudinem scelerum? cui tamen remisit dominus omnia peccata? Lucæ. 7. Quis non putasset Zachæum damnandum, fraudantem pauperes, & pessimum publicanum? qui tamen saluus factus est, Lucæ. 19. Quis non credidisset illam mulierem deprehensam in adulterio debere accipere sententiam damnationis a Christo? cui tamen benignus redemptor noster dixit. Ioannis 8. Nemo te condemnauit? neq; ego te condemnabo. Vade in pace, & amplius noli peccare. Quis vnquam cogitasset de latrone qui cum in cruce esset, conuersus ad dominum dixit. Domine memento mei dũ veneris in regnum tuum. Cui misericors dominus nõ dixit. O maledicte latro, tu me nuper derisisti & blasphemasti, & vsque ad vltimum vitæ tuæ in peccatis perseuerasti, & modo veniam petis? Sed respondit. Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in Paradiso. Lucæ. 23. Vbi enim Papa ibi Roma. vt notat Archi. in c. præsenti, de præben. & di. & in c. scire 7. q. 1. & Inno. in c. ego enim de iureiuran. & c. quodcunq; 24. q. 1. & ideo illo die fuit latro in Paradiso quia fuit cũ Christo. Præterea multa alia exẽpla infinitæ misericordiæ Dei habemus; ꝓpter q̃ merito possumus sperare q̃ & nobis veniã præstabit. Vñ legit in vita sancti Basilij, q̃ erat vir quidam venerabilis nomine. Eradius filiã vnicã habẽs quã dño cõsecrare disponebat. Sed diabolus vnũ de seruis Eradij in amorẽ puellæ inflãmauit, qui ad maleficũ accessit, quẽ cũ quadã epistolã maleficus ad diabolũ misit, & super sepulturã gẽtilis cuiusdã de nocte stare iussit, & vocare diabolũ. Qđ cũ fecisset venit diabolus. Et tandẽ iuuenis renũciauit Christo, & baptismo per litteram manu propria factã, promittens se semper seruũ illius remanere; Et diabolus incitauit animũ puellæ in amorem iuuenis, ita q̃ accepit eam in vxorem. Et cùm nunq̃ iuuenis ingrederetur ecclesiam, puella hoc scire voluit & intellexit q̃ se dederat diabolo. Vnde puella ad sanctum Basilium accessit, qui interrogauit iuuenem si ad dominũ vellet redire. Qui dixit vellem, sed non possum propter quãdam promissionem, &c. Et signauit eum signo crucis, reposuitq; in clausuram, qui audiebat voces dæmonum. Visitauitq; eum ter Basilius, & tandem cum duceret eum ad ecclesiam per manũ ecce diabolus venit ad eũ, & apprehendẽs illũ conabat eum de manu Basilij euellere. Et dixit diabolus. Præiudicas mihi Basili, ecce scriptum de manu sua qđ mihi fecit. Tũc oẽs qui aderant dixerunt kirieleison, & Basilius dixit ad diabolum. Non cessabimus orare donec reddas scriptum & orante Basilio, & tendente in cælum manus, ecce charta per aerem delata est, & ab oĩbus visa venit, & imposita est in manibus Basilij, quam suscipiẽs dixit iuueni. Cognoscis has litteras frater? Et ille. Meæ sunt litteræ dixit. Et frangens Basilius scriptum perduxit eum ad ecclesiam, & dignum fecit sancto misterio. Et bene instruens, & regulam sibi dans reddidit mulieri, & remissionem accepit tanti sceleris. Aliud habemus exemplũ in vitis patrũ de quadã meretrice, quæ appel- *Alind exemplum.* labaẽ Thaisis, propter cuius pulchritudinem, & amorem multi occisi fuerant. Ad quã sanctus Pannutius iuit eamq; cõuertit. Ad cuius exhortationẽ combussit oẽs vanitates suas in platea publica, vt daret exemplum his, cum quibus peccauerat vt in ipsi agerent pœnitentiã de peccatis. Deinde sanctus Pannutius eam in cellula quadam reclusit. In qua ei dabaẽ qualibet die paululũ panis, & aquæ per quandam fenestram. Cum ergo tribus annis fuisset inclusa profectus est Pannutius ad sanctum Antonium, cui multa a Deo reuelabantur, vt ab eo inquireret si Deus illi meretrici peccata dimisisset. Quibus auditis sanctus Antonius conuocauit discipulos, præcipiens eis vt illa nocte orarent. Statimque Abbas Paulus maior discipulus Antonij vidit in cælo lectum preciosis, ac pulchris vestibus ornatum, quem tres virgines pulcherrimæ facie læta custodiebant. Cumque Paulus diceret. Hæc gloria est magistri mei Antonij, audiuit vocem dicentem sibi. Non est Antonij, sed Thaisis meretricis. Quod cum mane audisset Pannutius cum gaudio discessit, & illam meretricem eduxit de cella, quæ post quindecim dies perrexit ad dominum. Et in hac mere-

trice

trice verificatum est illud dictum saluatoris nostri. Matthæi. 21. c. dicentis. Meretrices & publicani præcedent vos in regno cęlorum. Multa alia exempla quibus dominus noster ostendit nobis quòd paratus est facere nobiscum misericordiam, ponuntur Lucæ. 15. c. Vbi murmurantibus iudæis de ipso, quia peccatores recipiebat, & manducabat cum illis, dixit parabolam de illo qui habens centum oues cum perdidisset vnam, dimisit nonaginta nouem in deserto, & iuit ad illā quæ perierat vt inueniret eam. Et cum inuenisset eam imposuit super humeros suos gaudens, & veniens domum conuocauit amicos, & vicinos dicens. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quam perdideram. Similiter posuit aliā parabolam de muliere habente decē dragmas, quæ si perdiderit vnam dragmam, accendit lucernam, & quærit diligenter donec inueniat eam. Et cum inuenerit conuocat amicas dicens. Congratulamini mihi, quia inueni dragmam meā quā perdideram. Et ideo postea subiungit saluator noster. Ita dico vobis. Gaudium erit Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Dicit autem Alexāder de Ales super Lucam alloquens dñm Iesum. Quomodo bone Iesu dicis te inuenisse humanam naturam quam tanto precio redemisti, & comparasti, scilicet tuo sanguine precioso? Et respondit, ꝙ ipse dominus Iesus loquitur more amantium aliquam rem vehementi amore, atq; eam habere desiderantium. Quā cum adepti fuerint, & comperauerint, licet magno precio, videtur quòd eam quasi pro nihilo habuerint, & eis donata sit, atq; ipsam inuenerint.

Alio exēplo misericordia Dei ostēditur.

Aliud pulcherrimum exemplum misericordiæ diuinę ponit idem saluator eodem c. dicens. Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit, & diuisit illis substantiam. Et non post multos dies congregatis oībus adolescentior filius peregre profectus est in regionē longinquā, & ibi dissipauit substantiam suā viuendo luxuriose. Postq̄ aūt consumauit omnia, facta est fames valida in terra, & ipse cępit egere, & abijt, & adhæsit vni ciuiū regionis illius, qui misit illum in villam suā vt pasceret porcos, & cupiebat implere ventrem de siliquis porcorū, & nemo illi dabat. Ipse aūt in se reuersus dixit, Quāti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego aūt hic fame pereo? Surgam & ibo ad patrem meū & dicā ei, Pater peccaui in cęlo, & corā te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Fac me sicut vnū ex mercenarijs tuis. Et surgēs venit ad patrē suū. Cum aūt adhuc a longe esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & occurrens cecidit ad pedes eius, & brachia ponens ad collum eius obsculatus est eum. Dixitq; ei filius. Pater peccaui in cęlū, & corā te, iam non sum dignus vocari filius tuus &c. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam, & induite illū, & date annulū in manu eius, & calciamenta in pedes eius, & adducite vitulum saginatū & occidite, & māducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Ex quibus patet ꝙ recepit eum velociter, ibi & occurrēs &c. Itē dulciter, ibi, & brachia &c. Amplexus enim & oscula sunt signa amoris & pacis. Item honorabiliter, quia fecit eum indui stola prima, hoc est innocētia, & gratia. Et dedit ei annulū. i. fidei domum, & virtutem bene operādi, & calciamenta in pedibus. i. constantiā contra aduersa. Item gratanter, quia fecit parari vitulum saginatum, & dixit. Māducemus & epulemur &c. O peccatores reuertimini ad patrem vestrum cęlestē. Hæc. n. parabola secundum Hiero. in epistola ad Damasum Papam de filio prodigo exponitur de vobis. Hic enim paterfamilias est Deus cuius filius iunior. i. tu scelerate peccator qui est iuuenis intellectu, nā maledictus puer centū annorum. Isa. 65. & c. Paulus 2. q. 7 discedens a patre suo. i. a gratia Dei, perrexit in regionem lōginquam. i. in regionem peccatorem, propter quæ Deus elongatus est a te, iuxta illud. Prouer. 15. Lōge est dñs ab impijs. Tu igitur existens in hac regione peccatorum, consumatis oībus bonis paternis. i. oībus gratijs diuinis, & virtutibus, cepisti egere ad mortē, quia verū est illud qđ scribit. Psal. 72. Ecce qui elongant se a te peri-

bunt. Existens igit in hac deserta regione peccatorū, adhæsisti dño regionis illius, idest diabolo, qui est princeps tenebrarū & viciorū. Ephe. 6. Qui misit te pascere porcos, i. sensualitates, & cócupiscentias. In quo officio cœpisti laborare fame. Aīa ma .n. tua deficiebat, nō habens panē illū. De quo scriptū est Io. 6. Ego sum panis viuus qui de cęlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternū. O igitur scelerate peccator, quare tā diu moraris in regione horribili peccatorū, reuertere ad pium patrem tuū, & dic. Pater peccaui, &c. Ipse.n. vt inquit Petrus Rauennas in quodā sermone, nō dicet ti bi. Discede maledicte fili, quare me dereliquisti? Non dicet. Quid fecisti de substantijs meis? Sed te protinus amplexabitur, & in sinum suū dulciter recipiet, dicens seruis suis .i. Angelis, cito profer te stolam primā .i. gratiā, & virtutes oēs quas ante habebat. Secundū enim Ricar. in 4. di. 14. ar. 8. q. 2. Et beatum Tho. in 3. parte summæ. q. 89. arti. 5. & 6. & in 4. di. 14. art. 3. q. 3. & Alexan. de Ales, in 4. parte summæ, in tractatu de pœnitentia Et sanctum Bonauenturam in 4. di. 14. parte 2. art. 2. q. 3. Licet bona facta in peccato mortali non viuificentur, si quis postea veniat ad charitatem, & gratiam Dei, tamen bona facta in charitate, licet postea quis peccet mortaliter, & per cōsequens mortificentur talia bona. Si quis postea reuertatur ad dñm, illa bona viuificant, iuxta illud poeticū. Illa reuiuiscunt, quæ mortua nata fuerunt. Et ideo peccatores qui propter peccatum mortale perdi ftis omne meritum laborum vestrorum, quo ad vitam æternam, redite ad patrem vestrum celestem dimittendo peccata, & ipse vobis omnia bona restituet, secundū illud Iohelis. 2. Reddā vobis fructus quos comedit locusta, & dabit vobis preciosissimum annulū fidei formatæ. De quo dicit ipse dñs Oseæ. 2. Desponsabo te mihi in fide. Currite igit cito, & postulate veniā a patre vestro qui vos nō recipiet vt mercenarios, sed vt dilectissimos filios. Ipse.n. est misericors, & non venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Matth. 9. Ex quo exemplo possumus firmiter credere, q si ad dñm conuersi fuerimus, ipse saluabit nos. Vnde ipse dixit Zacha. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Et hoc sufficiat pro vndecima ratione.

DVODECIMA RATIO quæ dicitur passionis.

Duodecima, & vltima ratio dicitur passionis. Quando.n. quis pro nobis soluit debitum nostrum, possumus sperare nos esse liberos ab illo debito, quia bona fides non patitur vt idem bis exigatur. l. bona fides. ff. de reg. iuris, & facit. l. omnes. C. de pœnis. Cū igitur dñs noster Iesus Christus super bancum sanctæ crucis soluerit precium nostræ redēptionis sanguine suo precioso, & abluerit peccata nostra, iuxta illud Apoc. 1. Ipse dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, profecto sperare possumus æternam salutem. Et hoc est quod dicitur Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat sed habeat vitam æternam. Quomodo igitur credere possimus, q Deus velit nos damnare, pro quibus saluandis, dilectissimum vnigenitum suum tradidit in mortem? Audite quid dicat Deus pater Isai. 53. Propter scelus populi mei percussi illum. Roma. 8. Apostolus. Proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo igitur credemus quod debeamus ire ad pęnas æternas inferni, cum Christus de peccatis nostris penitentiam fecerit, iuxta illud Isai. 53. Vere langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. O deuoti christiani considerate paulisper. Si pro inimicis suis tam horribilem mortem passus est Christus, ne irēt ad infernum, iuxta illud Roma. 5. Cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est, quid credimus factutum eum esse pro nobis amicis suis qui ei seruimus, & cū colimus, ne in manus diabolicas perueniamus? Profecto non est credendum quòd dominus noster Iesus Christus velit pręciosum sanguinem suum inaniter esse effusum. Ideo merito possumus de salute

lute nostrã sperarè. Et propterea arguit Apostolus vbi supra di. Si enim cum inimici essemus recounciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Quapropter exclamat Bernar. in sermone de passione domini dicens. Quis non rapiatur ad spem salutis, dum videt caput inclinatum ad osculandum, brachia extensa ad amplexandum, latus apertum ad diligendum, pedes clauis affixos ad vobiscũ permandum? Et ideo o peccatores obstinati aspicite in crucis patibulo dominum vestrum clamantem, & vos ad pœnitentiam vocantem. De quo inquit Bernar. vbi supra. Ascendit in altum crucis vt ab omnibus videretur, voce magna clamauit, vt ab omnibus audiretur, clamori lachrymas addidit, vt homo ei compateretur. Qui ergo ad eius clamorem non cõpungitur, grauior est terra, durior petra, & fetidior sepulchro, hæc ille. Clamat ergo dominus noster, & dicit illud quod scriptum est. Canticorum. 6. c. Reuertere, reuertere sunamitis, reuertere, reuertere vt intueamur te. Et Hiere. 3. c. Reuertere ad me & ego suscipiam te Reuertere ad me q sum protector tuus, & merces mea magna nimis. Gen. 15. Qui sanctifico vos. Leuiti. 20. Qui sum pars, & hæreditas tua. Numeri. 12. Qui habito inter vos Numeri. 35. Qui sum salus tua. Psal. 34. Qui diligentes me diligo. Prouer. 13. Qui deleo iniquitatem tuam. Isai. 43. Qui redemi te. Eodem c. Qui te consolabor. Isaię 51. Qui sum pastor bonus, & pono animam meam pro ouibus meis. Ioan. 10. Qui sum resurrectio, & vita Ioan. 11. Qui sum via, veritas, & vita Ioan. 14. Qui sum vitis vera. Ioan. 15. Qui vici mundũ. Ioan. 16. Qui sum Iesus Nazarenus p te mortuus. Actuũ. 10. Ego enim suscipiam te dulciter, & dabo tibi gratiam meam in hoc seculo, & æternam gloriam in futuro. Ad quam, &c.

FERIA V. POST PASCHA, DE SEPTEM POENIS INFERNI.

SERMO VIGESIMVS PRIMVS.

TOlletur de terra vita eius. Isa. 53. transsumptiue. Actuũ. 8. & in epistola occurrentis feriæ. Inquit Deo propheta. Psa. 118. Cogitaui vias meas. s. ad infernum tendentes, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Hoc igitẽ est valde salutiferum animabus, sæpe recogitare de æternis calamitatibus. Vnde legitur ꝙ cum quidã scholaris intrasset religionem prædicatorum, vnius magnus clericus socius eius eum visitauit, rogauitq; vt non loqueretur ei de aliquo quod faceret ad ipsius conuersionem. Cui ille ait. Sum contentus, sed rogo vt amore mei cum intraueritis cameram vestram quæ est valde pulchra, & lectum vestrum cuius culcitra est valde mollis, & coopertura delicata, & valde ornata, cogitetis qualem cameram habebitis, & qualem culcitram, ac quale coopertorium in inferno. Habebitis. n. lectum ignis ardentis, & culcitrã vermium, & coopertorium viperarũ, & scorpionũ. Quæ verba taniũ cogitationi eius se ingesserunt ꝙ nec in cameram intrare, nec in lecto quiescere valens cõpulsus est religionẽ intrare. Alius quoq; sanctus religiosus cum dixisset multa ad cõuersionem cuiusdam pulchri iuuenis, videns ꝙ eum flectere non poterat, rogauit eum vt cum inspiceret sua membra tam speciosa, semper cogitaret ꝙ magnum damnum esset si tam pulchra membra essent pabulum æterni incendij, quod ille faciens mundũ cõtempsit, & bonus religiosus est effectus. Legitẽ etiã ꝙ quidam sanctus pater dixit cuidam qui non poterat flere peccata sua. Si non potes habere lachrymas, pone oculos tuos ad fumum inferni, & ad vehementiã aquilonis a quo pandetẽ omne malũ. Et isto modo habebis. Et ideo postꝗ de gaudijs paradisi sermonẽ fecimus, vt virtuosi ad Dei amorẽ fortius animentẽ. Videtẽ quoq; opportunũ, de pœnis tartareis, & æternis supplijs pertractare. Vera est. n. sententia Oratij in epistolis suis, epistola. 17. dicẽtis. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Virgilius quoq; in georgicis inquit lib. 2. Fęlix qui potuit rerũ cognoscere causas. Atq; metus oẽs & inexorabile fatũ. Subiecit pedibus strepitumque acheruntis auari. Et Lucanus in 4. inquit. Fęlix qui potuit mũdi vitare ruinam. Quo iaceat iam scire loco. Nullus autem potest scire quid de ipso futurum sit post hanc vitã. Vt inquit Salomon. Eccle. 9. Et ideo semper timere debemus, ne ad infernales cruciatus descendamus. Ideo dicit saluator noster. Lucæ. 12. Timete eum qui postꝗ occiderit corpus habet potestatem mittere in gehennam. Vnde Cassidorus epistolarũ lib. 9. inquit. Semper bonum geritur, si cœlestis metus humanis mentibus apponatur. Exemplum patuit in beato Augustino, qui inquit in libro confessionum, ꝙ infernus cõuertit ipsum ad Deũ. Diuus quoq; Hierony. ad Eustochium, scribens dicit. Ille igitur ego qui ob gehẽne met, tali me carcere damnaueram, &c. Et ideo cum exemplo maiorum debeant for-

formidare minores ar. in c. si ergo 8. q. 1. & in c. si Paulus. 32. q. 5. & 43. di. c. dispensatio, vbi dicitur. Si electionis vas formidat, & clamat, quantũ magis cuilibet exiguo metuẽdum est. Debemus etiam nos horribilia inferni tormenta formidare. Nam stultissimus vt inquit Aristoteles lib. 1. magnorum moralium. c. 32. ille est, qui non timet terribilia, quæ supra hominem sunt. Talis igitur timor facit hominem ad dominum conuerti. Et ad hoc possumus applicare dictum Ouidij lib. 2. de ponto epistola. 2. di. Accipitrẽ metuẽs pennis trepidantibus ales. Audet ad humanos fessa venire sinus. Et ideo vt obstinati peccatatores de manibus diaboli, & a porta fugiant inferni, ad dominumque redeant sermonem faciemus de septem maximis afflictionibus quas habebunt damnati in inferno.

Sermones intentio.

DE PRIMA AFFLICTIONE, quæ dicitur recordatio amissionis.

PRima igitur afflictio quam habent damnati in inferno, dicitur recordatio amissionis, & carentiæ visionis diuinæ, de qua dicit dñs per psalmistam. Iuraui in ira mea si introibunt in requiẽ meam. Et Matth. 22. Nemo virorũ illorũ gustabit cœnam meam. Hæc. n. requies, & cœna est visio, & fruitio Dei, qua damnati in æternum carebunt, beati in ea perenniter æpulantibus. Recordantur autem ꝙ pauco labore potuerunt vitam consequi sempiternam, & ꝙ pro minimo gaudio præsentis vitæ, quod vt vapor fumi euanuit, ad æternas illas pœnas peruenerũt. Et hæc est maior afflictio quam habeant ipsi damnati, cum videãt se priuatos in æternũ dulcedine paradisi. Theo. in 4. sententiarũ di. vlt. Et ideo dicitur ꝙ si damnati possent per pœnitentiam consequi vitã æternam, sine dubio tantam austeritatem facerent ꝙ oẽs mirarent̃. Legit̃. n. in vitis patrũ, ꝙ cũ quidã sanctus pater obuiasset dæmoni, inter alia dixit ei, Quid faceres si adhuc ad regnum perditum redire posses? Respondit dæmon. Si haberem habilitatem ad bonum, & simul carnem, & ossa sicut tu vellem ꝙ millies in die vsq; ad diem iudicij, caro mea minutatim, & membratim incideretur, & in puluerem redigeretur, dummodo sic faciendo ad regnum beatitudinis in quo semel fui redire possem. Est ergo indicibilis cruciatus recordatio amissionis patris cœlestis. Vnde Aug. ait, ꝙ damnati mallent Deum in pœnis inferni videre q̃ esset extra pœnas, & ipsum nõ videre. Et Chris. super Matthæũ homilia. 23. inquit. Duæ pœnæ in inferno sunt, ignis gehennæ, & casus gloriæ. Nouimus autem ꝙ multi gehennam solum abhorrens, ego autẽ casum illius multo maiorẽ gehenna esse aio. Et infra idem inquit. Intollerabilis est gehenna, & illa pœna, sed si decem mille gehennas ponas, nihil tale est quale est ab illa beata vita excidere, hæc ille.

DIcit ergo Ricar. noster in 4. sententiarum di. 50. ar. 3 q. 3. ꝙ licet dãnati nõ videant gloriam sanctorũ in cœlo, tamen sciunt qui sint in vita æterna, cum non videant eos in locum tormentorũ. Sciunt enim veram esse scripturam, quæ manda ta Dei obseruantibus promisit vitã æternam. Matth. 19. Et ideo exclamant inuidia cruciati miseri damnati, dicẽtes illud quod scriptũ est. Sapien. 5. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum extimabamus insaniã, & finem illorũ sine honore. Ecce qũo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Et ibidẽ. Errauimus a via veritatis, & iustitiæ lumen nõ luxit nobis, & sol intelligentiæ nõ est ortus nobis. Laxati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Viam autem domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia nostra, aut diuitiarũ iactantiæ quid contulit nobis, transierunt oĩa illa tanq̃ vmbra, & tanq̃ nuncius percurrens, & tanquam nauis quæ pertransit fluctuãtem aquam, cuius cum pertransierit, nõ est vestigium inuenire, neq; semitam carinæ illius in fluctibus, & tanq̃ auis quæ transuolat in aere, nam nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantũ sonitus alarum verberans leuẽ ventum, & scindens itineris aerem, commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius. Aut tanq̃ sagitta emissa in locum destinatũ, diuisus aer cõtinuo in se reclu

Maxima pœna quã habens dãnati est, quia in æternũ priuati sunt cõsolatione diuina.

lus est, vt ignoretur transitus illius. Sic & nos nati continuo definimus esse, vt virtutis signum nullum valuimus ostendere. In malignitate autem nostra consumpti sumus, hæc ibi. Ex hac autem recordatione temporis amissi, & præteritarũ delectationũ causat in eis magnũ tormentũ. Ait n. Maximianus poeta. Dura satis miseris memoratio prisca bonorũ. Licet autẽ dãnati amittãt oẽm scientiã, & quamcunq; cognitionem quæ possit eis dare aliquam consolationẽ secundũ Theo. in 4. di. 50. tñ non obliuiscunt eorũ quæ sibi possunt inferre tristitiã, & afflictionẽ ex sui memoria, & recordatione, vt dicũt Theo. vbi supra. Vltra prædictam autem cognitionem naturalẽ & scientiam infeli cem dæmones eis reuelant quæcunq; de suis amicis tristabilia, & de æmulis, & inimicis gaudiosa, & pspera, vt maiori eos dolore torqueant secundũ Theo. in prædicta di. Dicunt etiam. Tales quos miseros reputabatis in seculo, modo gloriosi triumphãt in cęlo, eleuãt igitur damnati consideratione suam ad bona æterna, & quicquid de paradisi dulcedine vnq̃ legerunt, vel audierũt, eis ad memoriã venit ad maiorẽ afflictionẽ secundũ sentẽtiam S. Bonauen. & Ricar. in 4. sentẽtiarum di. vlt. Vnde dicitur Luc. 16. De illo diuite epulone, ꝙ eleuans oculos suos cum esset in tormẽtis, vidit Lazarũ in sinu Abrahę. Considerant. n. ipsi miseri damnati, ꝙ sancti pro paucis laboribus adepti sunt in cœlo præmia æterna, & ipsi ex sua negligentia priuati sunt in æternum visione diuina, & gloria paradisi plena omnibus bonis, & carente omnibus malis. Et ideo exclamant dicentes, heu miseris nostris, hic enim est palpabilis obscuritas, ibi summa claritas, hic nobis est mœror, & luctus, illic beatis est gaudiũ, & exaltatio spiritus, hic est visio dæmonum. Ibi est visio Dei, & Angelorum, ac sanctorum omniũ, hic nos ignis inextinguibilis cruciat. Ibi sanctos indicibilis consolatio satiat, nos hic omnia mala semper habebimus. Illic est status omnium bonorum aggregatione perfectus, illic est vita perennis, & beata, nobis est mors æterna, & perpetua calamitas sine fine mansura. O fęlicitas æterna, quomodo sic stulti fuimus, quòd te pro minima consolatione amisimus. Heu, heu, quia nunquam ad te perueniemus. Saltem in his tormentis possemus diuinam maiestatem contemplari. Saltẽ per momentum horæ, vel in ictu oculi valeremus illam infinitam dulcedinem degustare. Sed heu, heu infęlicibus nobis, quia in æternum priuati erimus illa tanta consolatione, & nũquam illud gaudiũ aut consolationem habebimus. Et hæc erit maxima pœna quã habebũt dãnati.

Licet dãnati obliuiscãtur oĩm notitiã q̃ possit eis dare cõsolationẽ, nõ tamen illam quæ posset dare tristiam obliuiscuntur.

DE SECVNDA POENA damnatorum, quæ dicitur terribilis incarcerationis.

Secunda pœna dicitur terribilis incarcerationis. Vt enim colligitur ex dictis sancti Thomæ, & sancti Bonauenturæ in 4. sententiarum di. 44. & ibi Ricar. ar. 2. q. 1. Damnati incarcerantur in loco terribili sub terra qui dicitur infernus. Et hoc sic probatur secundũ Philosophum. 5. Methaphi. & 2. de cęlo, & mundo. Si est reperire vnum oppositorum in natura, est reperire, & reliquum. Si ergo est reperire locum omni suauitate repletum pro beatis, ergo etiam est reperire locum omni anxietate terribilem pro damnatis. Et possumus sic arguere. Sicut se habet misericordia Dei ad electos ita se habet eius iustitia ad reprobos, & malignos. Sed misericordia Dei præparauit electis locũ delitiosum, & amœnum cœlum, scilicet empireum in quo æternaliter permanebunt. De quo tractant Theologi in 2. sen. di. 2. & philosophus primo de cęlo, & mundo ait, ꝙ cęlũ est elongatum ab omnibus contrarijs. Ergo iustitia diuina præparauit reprobis, & malignis locum vilissimum, & horrendum, in quo æternaliter eruciabuntur. s. Infernum elongatum ab omnibus bonis, quia vt dicitur. Ecclesiastici. 33. Contra bonum malum, & contra vitam mors. Et fundatur hæc ratio super dictis Augusti in. 19. de. ci. Dei. c. 3. ait. Ordo est parium dispariũq; rerum, sua cuiq; loca tribuens dispositio, & in 5. libro eiusdem operis capitulo nono. Deus nihil inordinatum reliquit. Omnia enim quæ a Deo sunt ordinata Roma. 13. Qui omnia creauit in pondere, numero, & mensura. Sapientię 11. Ergo vnicuique locum tribuit suo pǽ

deri

decēconuenientem. Quia bonum vniuersi consistit in ordine 11. Metha. Sed quod est pondus in corporibus, est amor in spiritibus & creaturis rationabilibus. Vnde idem Aug. 11. libro de ciuitate Dei. c. 28. inquit Sicut corpus pondere, sic animus amore fertur. Et libro confessionum etiā dicit. Amor meus, pondus meum, eo feror quocunq; feror. Ergo sicut Deus ordinat corpora in suis locis, secundum exigentiam suorum naturalium ponderum, sic ordinat creaturas rationales in locis secundum exigentiam amorum, Sicut ergo electi sublimantur in Cœlo, quia cœlestia terrenis proposuerunt in suo amore, ita concludendum est quòd reprobi deijciuntur in loco infimo, quia in suo amore infima & terrena superioribus & cęlestibus præposuerunt. Locus autem omnium infimus est centrū terræ. Ideo sub terra iu centro infernus est, vt inquit glosa 13. q. 2. c. tempus. super verbo. abditis. Et notatur etiam 23. q. 4. c. hæc autem vi ta Et de his duabus mansionibus beatorū & damnatorum tangitur. Isaiæ 7. Pete tibi signum a Domino Deo tuo siue in profundum inferni, siue in excelsum. Dicit autem Isidorus in 14. Ethimologiarum, quòd infernus dicitur quasi inferius. Et hanc opinionem verissimam secutus est Zeno Philosophus. De quo Lactantius in libro diuinarum institutionum inquit: Esse inferos Zeno stoicus docuit, & sedes piorum ab impijs esse discretas, & illos quidem quietas, ac delectabiles in colere regiones, hos vero pœnas luere in tenebrosis locis, atq; in cęni voraginibus horrendis, & Isaac philosophus dicebat, ꝙ homines nō colentes iustitiā, & ob scenis actibus dediti retrudentur sub orbe tristi & tenebroso, & erunt ibi in tristitia sempiterna Et hoc habetur in dictis philosophorum. Et Seneca in tragedijs inquit. Ingens vorago faucibus vastis patet latumq; pādit omnibus populis iter. De hoc inferno etiā dicit gl super Ionę 2. c. ꝙ sicut cor est in medio aīalis, sic infernus est in medio terrę. De veritate aūt pęnarū inferni scribit Hiero. in epist. ad Palmachiū & Oceanū di. An putamus fratres qa iocādo pdicent, ridendo loquanē Apostoli. Infantiliter Christus iudiciū cōminetē? Sed ioci nō sunt vbi supplicia intercedūt. Si iocando passi sunt crēdanē iocando locuti. Isa. ferra secatur. Daniel leonibus deputatur. Paulus gladio truncatur. Petrus in Cruce exemplo Dn̄i suspenditur. &c.

Aliqui philosophi cōcesserūt infernū esse.

Exemplis quoq; ostenditur pęnalitas inferni. Et primo exemplo Lazari de de quo refert Augu. ꝙ resuscitatus cū ad mensam discūberet cum Christo multa narrauit de locis pęnalib[9] inferni. Et pp hoc dr̄ exinde nunq̄ risisse. Legitur quoq; in epistola q̄ misit Pilatus Tiberio Cęsari de vita, & morte Christi ꝙ hi q resurrexerunt cū Christo apparuerunt multis narrauerunt multa de pęnis inferni. Narrat quo Caulator Parisiensis, ꝙ Parisijs qdā scholaris q visus est mori valde contritus, & bn̄ dispositus, post mortem apparuit magistro suo habens mātellū suū cedulatū multis sophismatibus & plenū silogismis. Et cum q̄reret magister eius qualiter se hēret, Rn̄dit ꝙ cappa illa pl[9] pōderabat ei q̄ aliqua turris mundi ꝙ intus indicibiliter vrebaē. Et cū magister q̄reret qūo hoc esse posset, cū ita deuotus mori visus fuisset. Ille ait, ꝙ eius lachrymæ in hora mortis nō ex cōtritioue vera pcesserāt, sed ex timore mortis & dolore pęnę. Et cū magr̄ diceret qd̄ non videbāē sibi pati Ille dixit. Visne modicū experiri[9] Extēde manuū tuā. Cumq; magister extēdisset manum;, ille scholaris exstillauit vnā guttā sudoris sui in manu ipsius magistri, & statim cū maximo incēdio man[9] eius extitit pforata, & ipse scholaris euanuit ab oculis eius. Tunc ille magr̄ dixit Linquo coax ranis, cra coruis, vanaq; vanis. Ad logicā pgo, q̄ mortis nō timet ergo. Et trās religionē Clareuallēsem arctā egit penitētiā. De his ēt pęnis dicit Plato in phedone. Si q āt pp magnitudinē peccatorū insanabiles cōperianē esse, q sacri legia multa & magna, vel cedes nepharias cōtra leges, & alia hmōi perpetrati sunt, hos oēs cōueniens sors in tartarū abijcit, vnde nunq̄ egrediunē. Legiē quoq; ꝙ q dā viderunt Nerone balneātem se apud inferos in auro liq̄facto, & ministros aurū feruēs ifundētes. Et cū Nero videret chorum aduocatorum ad se veniētem dixit. Huc pergite venale genus hominum. O aduocati ad me accedite, hoc vase mecum balneamini. Adhuc est locus in eo quem reseruaui vobis. In Vitis etiā patrum

Multis exēplis inferni pena declaratur.

trum habetur quòd cum cuidam iuueni mortuus esset: Pater, & Mater qui fuerãt diuersi in moribus ac vita, & similiter in morte. Nam Pater fuerat bonus, & tamen semper in vita extiterat tribulatus & aduersis afflictus. Insuper tempore mortis eius, aer vento, ac pluuia, ita conturbatus est, vt vix potuerit sepeliri. Mater vero fuerat scelerata, & tamen semper vixerat in prosperitate magna, & tempore mortis suæ magna fuit aeris serenitas, & cum honore sepulta fuit. Prędicta iuuenis nesciebat cuius vitam potius sequeretur: Vnde ad quandam pergens ecclesiam coram imagine Virginis prostrata cum lachrymis rogauit Matrem Dei, vt quam viam sequi deberet ei demonstraret. Sicque stando rapta fuit & vidit quandam pulchram ciuitatem in qua audiebat valde dulciter cantari. Et manendo in ea vidit quendam indutum veste pulchra & fulgente ad se venientem. Quem interrogans quis esset. Ille respondit. Ego sum filia mea Pater tuus, qui propter patientiã quã habui in aduersitatibus mundi saluus sum & gloriosus. Tunc Angelus qui eam ducebat perduxit eam in locum aliũ valde tenebrosum; in quo multos vlulatus & gemitus audiebat, & voces diuersorũ lamentantium inter quas audiuit vocem vnius fœminæ clamantis, & dicentis, heu mihi, heu mihi, quæ pœna est ista? Et ipsa iuuenis interrogauit eã quæ esset. Cui illa respondit. Ego sum infęlix Mater tua quæ propter vanitates & peccata mea hic in ęternum sum damnata. Tunc dicta iuuenis ad se reuersa, patris vitam est secuta. Beatus quoq; Grego. in 4. dialogorum refert multa exempla quæ temporibus suis fuerunt. Inter q̃ narrat q̄ in prouincia Valeriæ erat quidam homo magnæ dignitatis quæ deflorauerat quandã suam spiritualem, ac sine contritione ac confessione mortuus erat. Vnde cum esset in cimiterio sacro sepultus, in nocte sequenti supra eius sepulturam visus est ignis, & tantus superuenit fœtore quòd nullo pacto ibi aliquis habitare poterat, & in sepultura eius nec corpus nec ossa reperta sunt, vt omnibus pateret ipsius damnatio. Item narrat ibidem, de quodã Valentino habitante in ciuitate Ianuæ, & defuncto absque confessione ac sepulto in ecclesia S. Siri martyris. Nocte. n. dum fratres essent in quiete dormitionis senserunt magnum strepitum, & arbitrantes esse fures exierunt, & dæmones inuenerunt trahentes ipsum mortuum extra ecclesiam. Mane vero sequenti corpus ipsius defuncti cum fune ad collum extra Ecclesiam repererunt, cuius animam ad infernum detulerant, qui vt diximus est in profundo terræ. Vnde de ipso dicitur Isa. 30. Præparata est ab heri, idest ab initio, topheth, quæ interpretatur gehenna pauoris, vel ampla pœna vitæ stultorũm secundum Hieronymum. Sequitur. Profunda est & dilatata. Nutrimenta eius ignis, & torrens sulphuris succendens eam.

INfernus etiam dicitur Abyssus quia videtur damnatis sine base fundi. Vnde Eccle. 50. Scriptum est. Profundum abyssi quis dimensus est? Et ideo diabolus rogabat Dominum Iesum ne mitteret eũ in hunc abyssum Lu. 8. Dicit quoq; Auernus. Vnde in 6. Eneydos dicitur Facilis descensus auerni. Et hoc propter intemperantiam, quasi sine vernantia temperamenti, quia ibi est omnium qualitatum inæqualitas, & nulla temperies sed omnia seuienti in summo, nec hoc videatur impossibile. Nam Solinus in libro de mirabilibus mundi dicit. In æthiopia esse fontem de die bulientem, de nocte vero glaciem eminentem, & fluuium habentem ripas congellatas. Medium vero sui bulientem. Appellatur etiam infernus locus horroris, & vastæ solitudinis Deute. 32. Vnde Isa. 21. dicit Propheta. De terra horribi. i. inferni visio dura annunciata est mihi. Ille igitur locus; erit omni asperitate plenus. Et ideo legitur in Vitis patrum, quod quidam iuuenis quæsiuit a quodam sene consilium, quia præ accidia non poterat demorari in cella sua. Cui ille dixit, quòd si cogitaret de asperitate loci infernalis pacifice sustineret habitare libenter in cella. ¶ Dicit etiã ille locus Baratrum quasi latitudo arcta, quia introitus eius latus est ad ingrediendum, sed arctus ad egrediendum, vt nassa diaboli. Vnde psalmista inquit. Nõ absorbeat me profundum, neq; vrgeat super me puteus os suum, dicitur etiã stagnum

Infern' quare dicatur abyssus ac multis eius nominibus.

gnum Apoc. 20. Pars illorum erit in stagno ardentis ignis & sulphuris. Sic autem appellatur a stando, quia ibi in perpetuum stabunt damnati.

Quatuor loca sunt in partibus inferioribus terræ.

Est autem notãdum quod aliqui theologi in 4. dist. 45. dicunt quod in partibus interioribus terræ sunt quatuor loca, quorum vnus est super alium videlicet primo locus in quo erant sancti patres ante aduentum Christi qui dicebatur sinus Abrahę Luc 16. Alioq; nomine appellabatur limbus, & in ipso modo est nullus. Secundus locus eo inferior dicitur purgatorium. In quo sunt illi qui decesserunt in statu gratiæ diuinæ, sed habent aliquid purgandum, & post iudiciũ ille locus remanebit vacuus. Tertius vero locus secundo inferior est appellatus limbus proprio nomine. In quo sunt illi qui decesserunt cum solo peccato originali, qui ibi remanebunt æternaliter post iudicium secundum communiter doctores, licet aliqui dicant quòd descendent ad infernum, & ibi punientur pęna sensibili de quorum pęna tractabo in 1. parte principali marialis nostri, sermone nono parte prima. Quartus vero locus qui particulariter dicitur infernus est omnibus inferior in sunt damnati pro actuali peccato Albericus autem de rosate in suo dictionario parte prima, in verbo, infernus, dicit secundum aliquos theologos, quod in partibus inferiorib⁹ terræ sunt quatuor prædicta loca ad modum Crucis, quorum superior est purgatoriũ inferior vero est infernus, in quo æternaliter cruciabuntur ipsi damnati, In partibus vero lateralibus sunt duo prædicti limbi vnus ab vna parte, & alius ab altera. Cuius sententia si est vera, est opinandum quod limbus sanctorum patrum sit a parte dextera Alius vero in quo sunt damnati pro peccato originali sit a parte sinistra. Licet autem omnia prædicta loca possint dici infernus quia sunt inferius. Tamen secundum Ricardum in prædicta di. Locus in quo æternaliter claudentur & cruciabuntur damnati magis proprie dicitur infernus, quia est omnibus alijs locis inferior profundior.

Peccatores ões deducẽt

Ad illum autem carcerem terribilem deducẽntur omnes qui in peccato mortali morientur a quo nunquam liberabuntur, iuxta illud Iob 7 c. Qui descendit ad inferos non ascendet. & 25. dist. 5. alias dicitur. Æterna illum flamma sine vllo remediũ cruciabit. O scelerati peccatores, profecto quilibet vestrũ potius eligeret aliquam pœnitentiam facere, & a multis delectationibus abstinere, quam in carcere horribili pleno scorpionibus & viperis, & omni horribilitate per decem annos recludi. Quare ergo nõ dimittitis pro quibus per infinita secula seculorum incarcerandi estis in inferno, qui est locus eam terribilis vt nulla lingua valeat eius terribilitatem explicare? O igitur dissoluti & lasciuientes, qui delectationibus mundi dediti estis scitote quod ad infernales carceres deducemini ait. n. Saluator Matth. 11. Et tu Capharnaum, vsq; ad infernum descendens. Capharnaũ enim secundum Hieronymum idem est quòd ager pinguedinis, vel villa consolationis. Dicitur etiam in libro de pomo, qui a quibusdam attribuitur Aristoteli. Omnes illecebre corporis finiuntur & exterminantur & faciunt descendere ad infernum. Et ibidem. Veh animæ peccatrici quæ non potest ascendere ad patriam suam, quia turpia commisit. O diuites auari, raptores, & vsurarij, malosq; contractus facientes, omnes ad infernum descendetis. Scriptum est enim Lucæ 18. Mortuus est diues, & sepultus in inferno. O desperati qui propter mortem amicorum, vel amissionem bonorum temporalium dimitttitis operari bonum, & sępe ex desperatione vosipsos occiditis, Profecto potestis dicere illud quod dicebat Iacob Genesis 38. c. Descendam ad filium meum lugens in infernum. O filij diaboli qui complaceatis hominibus sustinetis multa quæ fiunt contra Dei præcepta, sicut sæpe faciunt vxores cum viris suis, & subditi cum Dominis. Certe vos potestis dicere illud quod scriptũ est Iob 17. Si sustinuero infernus domus mea est. O obstinati peccatores, qui non habetis contritionem de peccatis vestris, sciatis ꝙ tarde in inferno contriti eritis, iuxta illud Psal. 9. Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum. O perfidi Christiani qui iam per multos annos non estis confessi. Audite

ad infernũ pprie accepum.

dite quid dicat Dauid Psal.6. In inferno autem quis confitebitur tibi? O crudeles & impij, qui pauperibus misericordiam facere contemnitis, audite quid scriptum sit Psal.29. Erubescant impij & deducantur in infernum. Profecto quilibet vestrũ potest dicere Psal. 87. Vita mea inferno appropinquauit. O vos qui periculis peccati mortalis vos exponitis, profecto potestis dicere Psal.114. Pericula inferni inuenerunt me. Et de quolibet vestrum potest dici Apoc.6. Et infernus sequebatur eum. Et illud Prouer.2. Inclinata est ad inferos semita ei*. Qui enim amat periculum peribit in illo Eccle. 3. O tu qui non vis ire ad prædicationem audi prophetam dicentem Baruch. 2. Deputatus est cum descendentibus in infernum, quia dereliquisti fontem sapientiæ. O Epulones qui totum affectum vestrum habetis in epulis, scitote quod verificabitur de quolibet vestrum illud quod scriptũ est Prouer.9. In profundum inferni conuiuę eius, qui applicabitur illi descendet ad inferos. Et loquitur etiam de luxuriosis. O inuidi, vos habetis arram inferni. Nam scriptum est Cant.8. c. Dura sicut infernus ęmulatio. O malitiosi, qui proximos decipitis fallacijs vestris, vel eos deridedetis Audite quid Salomon Eccle.9. dicat Corda filiorum hominum implentur malitia, & cõtemptu in vita sua & post hęc ad inferos deducentur. O homicidæ & infideles, scitote quod ad infernum adducemini Ezec.32. Descenderunt in infernum cum armis suis. O superbe qui nõ putas aliam esse vitam, audi quod scriptum est Naum.2.c. State, state: nam non est qui reuertatur, scilicet ab inferis, qua si dicat propheta. O superbi qui exstimatis vos habere mansionem perpetuam in hoc mundo, state si potestis, quasi dicat est impossibile. Dico igitur cuilibet vestrum o maledicti peccatores Isa.14. Ad infernum detraheris in profundum laci. Si n. Deus non pepercit Angelis peccantibus. De quibus dicitur 2. Petri.2. Deus Angelis peccantibus nõ pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos. Quomodo putatis quod vos euadetis carceres infernales? Certe si non pœnitentiam egeritis, diabolus vos detrahet in illo carcere horribili in profundum inferni. De quo dicitur Isa.5. Dilatauit infernus & aperuit os suum absq; vllo termino, & descendent fortes eius ac sublimes gloriosiq; ad eũ. O mundani cęci non ne horretis respicere in sepulcra? Nonne in alto præcipitio constituti, timetis infra respicere? Quid facietis in die illa quando infernus aperiet fauces suas, & de tam alto præcipitabimini quòd profundum non videbitis? Vnde Virgilius 6. Eneidos inquit. Sed tartarus ipse bis patet in præceps; tantũ tenditq; sub vmbras. Quantus ad æthereum Cœli suspectus Olimpum. De hoc capite mirabile exemplum. Legitur enim in vita S. Macharij Alexandrini, quod dũ quadam die ipse Macharius in hæremo deambularet, reperit caput cuiusdã defuncti. Et dum orasset intertogauit illud caput cuius fuisset. Quod respondit se fuisse cuiusdam pagani. Dixitq; ei Macharius. Vbi est anima tua? Respondit in inferno. Cumq; requireretur si multum in profundo esset., Respondit quod tantum quantum distat Cœlum a terra. Cui Macharius ait. Sunt ne aliqui profundiores? Cui ille ait. Profundiores sunt omnibus falsi Christiani, qui sanguine Christi redempti & sacro baptismate mundati de tantis beneficijs ingrati fuerunt. De quibus dici potest illud Iob 13 In profundissimum inferni descenderunt. O igitur falsi Christiani, sciatis quod de vobis verificabitur illud Psal.48 Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.

HOc autem exponitur multipliciter. Sicut enim oues herbam comedunt & iterum reuiuiscit, vt denuo comedatur. Sic & mors videbitur damnatos occidere, & tamen renouabitur continue, & eorum pœnę videbuntur reuiuiscere. Itẽ sicut oues postquã pauerint in vno prato ducuntur a pastore ad aliud pratum, ita postquam oues infernales pauerint in prato frigoris, deducentur a diabolo ad pratum caloris, & sic alternatim erit in perpetuum Iob 24. Ad calorem nimiũ transeant ab aquis niuium. Et sicut huiusmodi animalia distinguuntur per greges, quia oues stant per se, & capræ per se, & sic de alijs. Similiter damnati per diuersos distinguentur. Nam superbi faciẽ

Exponitur illud Ps 48. sicut oues in inferno positi sunt.

vnum

vnum gregē; & luxoriosis alium. &c. Ezec. 32. Planget terra. s. infernales. Familiæ & familiæ seorsum. Et sicut oues tondentur, & sic tonsæ ad pascua mittuntur sic peccatores hic dimittent lanam. i. diuitias; & sic attōsi ad pascua infernalia trāsmittentur Iob 27. Diues cum dormierit nihil secum afferret. &c. Et psalmista ait. Cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Item sicut oues in frigore stant ab inuicem segregatæ. In calore autem stant in simul cōpressæ & vna super aliam. Sic dānati in frigo re erunt separati vt quilibet per se strideat & fremat Matth. 22. Ibi erit fletus & stridor dentiū. In igne autē infernali stabunt in simul cōpressi, & vnus iacebit super aliū, vt adinuicē se magis comburāt. Quod innuitur Matth. 13. cū dr. Colligite zizania & alligate fasciculos ad cōburendum. Ex quibus verbis demonstrat q ex diuersis generibus peccatorū fient diuersi fasciculi, vt de oībus infidelibus vna secta. De omnibus hæreticis eiusdē erroris. De oībus homicidis. De omnibus sodomitis. De omnibus vsurarijs, & sic de alijs. Vnde Aug. in sermo. 9. de aduentu Christi ad iudicium dicit. Alligate in fasciculos ad comburendum, hoc est homicidam cum homicida, adulterum cum adultero, rapaces cū rapacibus, vt hi q similes fuerunt in culpa, ibi in similia alligentur tormenta, & quanto maiora peccata cōmiserunt, tāto feruentius eos ibidem ignis æternus assumet. De ista etiā constrictione dr Isa 24. Congregabuntur in cōgregationem vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Quod exponens Aug. in lib. meditationū. c. 28. inqt. Congregabuntur ergo peccatores in lacu & claudentur in carcere. s. inferni in quo sine corporibus vsq; ad diem iudicij torquebuntur, & post diem iudicij grauius punientur. s. in anima simul & corpore. Illi autē dānati & perfidi Christiani nō stabunt omnes in eodē loco infernali sed vnus erit in profundiori, sicut & profundius & malignius deliquit. Vnde erunt vnus subtus & alius supra in simul cōculcati, ac constricti, tanq̄ in quadā rota pœnali. De quibus inquit psalmista. Deus meus pone illos vt rotā, & sicut stipulam ante faciē venti. Illi autem qui peccauerunt per ignorantiā inexcusabilē erūt cum dæmonibus qui ceciderunt de ordine Angelorū. Qui vero scienter, erunt cū illis q ceciderunt ex ordine Archangelorū in loco magis pfundo. Qui vero obstinati fuerunt in peccatis tanq̄ inimici virtutū erunt cū illis qui ceciderunt de ordine virtutum. Qui aūt fuerunt negligentes in corrigendo subditos cū his qui corruerunt de ordine potestatū. Et qui fuerunt mali principes populorū cum illis qui ceciderunt de ordine principatuum. Qui vero fuerūt mali Dñi terrarum, cum his qui corruerūt ex dominationibus. Et illi qui fuerunt iniuste inthronizati in regnis & imperijs, cū illis qui ceciderūt ex thronis. Qui autem fuerunt scientifici, cū his qui corruerunt ex ordine cherubico. Qui vero fuerunt in altiori gradu & dignitate ac statu perfectiori vocati, vt Papę, Patriarchę, Sacerdotes, & religiosi in profundissimo & horribilissimo loco, cum his qui ceciderunt ex ordine seraphico. Non autem ita stricti ponunē pisces salati in vase, sicut peccatores in illo horribili carcere infernali constringentur, ligari cathenis terribilibus. Sicut scriptum est Sap. 17. Vnde dicit Dauid. Ad alligandos pedes eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis Et hoc sufficiat pro secunda inferni afflictione.

TERTIA AFFLICTIO quæ dicitur horribilis obscusationis.

TERTIA afflictio quā habebitis o scelerati dr horribilis obscurationis. In inferno. n. nunq̄ videbitis solem, iuxta illud psalmistę. Supcecidit ignis, & nō viderunt solē. Vnde in 6 Eneidos dixit Eneas Didoni, eā inueniens in inferno. Sed me iussa Deū q̄ nūc has ire p vmbras, Per loca senta situ cogūt noctēq; profundā. Imperijs egere suis. De hoc ēt dr in Psal de peccatore. In æternū nō videbit lumen. Et Matth. 22. Mittite eū in tenebras exteriores. Et Sap. 17. Vinculis tenebrarum, & longę noctis compediti & inclusi &c. Et Iob 10. sui libri. c. inquit. Dimittite me plangā paululum dolorē meum, anteq̄ vadam & non reuertar ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine.

caligine. Terram miseriç & tenebrarum; vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Hanc autem obscuritatem rationabiliter debere esse in inferno probat Ric. & Bona in 4. di. 50. multis rationibus, maxime quia sicut boni præmiabuntur per visum, ita econtrario mali debent puniri per lucis subtractionem quæ est delectabilis oculis ad videndum Eccle. 11. Dicitur autem in prædicta auctoritate Iob, q͂ in inferno nullus est ordo, quia elementa & cæteræ creaturæ non seruant distinctionem suam, sed omnia sunt commixta & confusa, iuxta illud Psalmistę. Ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Et ideo infernus vocatur magnum chaos Lucæ 16. Item elementa non seruant ibi proprietates suas. Nam proprietas ignis est glaciem, & niuem resoluere. Tunc autem nō resoluet Sap. 16. Nix & glacies sustinebant virtutem ignis, & non tabescebant. Proprietas autem aquæ est ignem extinguere, ignem autem inferni extinguere vel modicum non posset tota aqua maris Sap. 19. Ignis in aqua valebat supra virtutem suam & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. Proprietas vero aeris est lumen recipere. In inferno autem nullo modo recipiet Sap. 17. Nec syderum limpidissimæ flammę illuminare poterant illam noctem horrendā. Proprietas autem terræ est infimum locum tenere. In inferno autem peccator habebit terram sursum, & deorsum, a dextris & a sinistris. Vnde Iob 20. dicitur de peccatore. Terra consurget aduersus eum, quia ne unq̄ euadat custodiet. Notādum tamen secundum Ric. in 4. di. vlt. art. 5. q. 1. q̄ licet lumen per se sit delectabile, tñ per accidens potest esse tristabile, in quantum aliquid ostendit quod displicet. Et ideo cum infernus sit locus omnis tristitiæ est tenebrosissimus in quo nō est aliquod purum lumen quod visum delectet. Est tñ ibi aliquod lumen tenebrositati ꝑmixtum quo damnati solum videre possint, vnde doleant. Et de hoc inquit. Greg. 9. Mora. versus finem dicens. Ignis inferni q̄uis ad cōsolationem nō luceat tamen vt magis torqueat ad aliq̄d lucet. Nā sequaces quosq; suos secum in tormento reprobi flamma illustrāte visuri sunt quorum amore deliquerunt. Hoc etiā in sententia dicit Isid. lib. 1. de summo bono. c. 20. De hac visione Isa. 13. dicitur. Vnusquisq; ad proximum suum stupebit. Videbunt. n. tormenta sua & aliorum, ex quorum horribili visione valde cruciabuntur maxime ex tormentis eorum quos supra Deum amauerunt & qui ipsorum causa dānati sunt. Vnde quidam frater Gulielmus ordinis nostri prędicator raptus in spiritu vidit in inferno vnum hominem in imo flammarum prostratum de cuius vtero alta arbor procedebat, in cuius ramis homines multi erant suspensi, & a flamma ab imo procedente diuersimode & acerrime torquebātur, & ille qui in fundo iacebat magis inter illos torquebatur. Et cum quæreret ille prædicator a ductore suo quis esset ille qui super alios affligebatur, dixit ei. Ille q̄ iacet in imo fuit principium generationis oīum istorum, & fuit pauper, sed ꝑ vsuras locupletatus est, alij vero qui ꝓcesserunt ab eo torquentur, vel quia fuerunt imitatores paterni sceleris, vel quia acquisita per vsuram non restituerunt. Primus autem cruciatur magis q̄ alij, & eius pęna accrescit videndo eos qui ꝑ eum in hoc tormentum venerunt & ꝓ omnibus illis ei pęna accumulatur. Simpliciter igitur locus inferni tenebrosissimus erit ad quem neq; Sol neq; Luna, neq; Stellæ expandent lumen suum. In quo nihil videbitur nisi q̄ habeat incutere terrorem. Vnde dicitur 1. Reg. 2. Et impij in tenebris cōticescent. s. præ timore. Sicut Exod. 10. dr̄. de tenebris Ægypti, factę sunt tenebrę horribiles in vniuersa terra Ægypti. Tribus diebus nemo vidit fratrem suū nec mouit se de loco in quo erat. Super q̄ verba dicit Nic. de Lira, q̄d tenebrę illę ideo dñr horribiles, q̄a inter illas videbant Ægyptij visione imaginaria, fantasmata q̄dā, & figuras turpes, q̄ non paruum eis ingerebant timorem Et ita in inferno erunt horribiles tenebræ, q̄a dānati inter eas videbunt terribiles figuras dæmonum vt infra patebit. Et videbunt se inuicem, qui dānati erunt tā turpes ac deformes atq; horridi, vt impossibile sit dictu Tre. 4. Adhæsit cutis ossibus eorum, aruit & facta est quasi lignum. Sicut. n beati erunt pulcherrimi, ita ecōtra de dānatis. Quia sicut oppositum inopposito,

positio,ita ppositum in proposito.4. Topic. Vnde dr Naum,2. Facies eorum sicut nigredo ollæ;& Aug.ait. Ignis ea q cōburit deturpat,& denigrat, quanto magis ignis inferni denigrabit dānatos q ei sunt eius pabulum sempiternum? De qbus dr Isa. 14. Facies cōbustę vultus eorum. Vbi gl.inquit. Nullus hoīum tā pulcher aspectus erit, q fumo & ardore infernalis gehennæ non nigrescat. Non.n.reformabuntur in aliqua pulchritudine corpora dānatorum,sed erit econtra, iuxta illud 2. Cor. 15. Omnes qdē resurgemus,sed non oēs immutabimur,sī resurgent sine diminutione alicuius membri vt magis puniātur,scdm magistrum in 4. di.43.c.vlt.& & Ric.eodem lib.di.44.ar.1.q.1. Sed io oībus membris erūt indicibiliter deformes. Et deformitates quas habuerunt in mundo dum viuerent, reassument in resurrectione,secundū sanctum Bonau in 4.di.44.

Hora illa maxime dolēda est qua peccator intrabit in infernum.

O Quam dolenda erit hora illa qua miser peccator intrabit infernum nūq̄ visurus lucem per tot annorum millia & post iudiciū p infinita secula. O quantus timor tunc cor eius inuadet cum videbit noctem sine die tā longissimam sibi factam. Nā si in hoc mundo viderent homines noctem protrahi vsq; ad mensem vel annum, cuncti clamarēt ad sydera misericordiā. Vnde inquit. Virgil. in 1. Georgicorum de obscurato Sole post mortem Cęsaris. Ille etiā,extincto miseratus Cæsare Romā. Cum caput obscura nitidum ferugine texit. Impiaq; ęternā timuerūt secula noctem. Quæ igit mens, qualisue animus fiet dānatis in tenebris inferni obscurissimis? In quo nō solū priuati erunt in æternum omni splendore,& luce delectabili, verumetiam omnia alia mala accident eis ad męrorem. De his autem tenebris dicitur Isa.32. Tenebræ palpatio super speluncas eorum.

QVARTA AFFLICTIO quæ dicitur fœtidissimæ abominationis.

QVARTA afflictio q̄ habebūt dānati dr fętidissimæ abominationis. In inferno erit.n.fœtor maximus scdm.Ric.in 4.di.44.ar.vl.q.vl. Et ideo ecclesia appellat infernum locū fętoris. Dicunt.n.sacri doctores qđ in die iudicij oēs fętores mundi reducentur ad infernum Ideo dr Isa.33. Cōuerī humus eius in sulphur Sodonię t. Et erūt corpora eorum sicut stercora. Nihil.n.magis fętens cogitari potest q̄ dānati. Vnde legit in Vitis Patrū, qđ erant duo nobiles socij,q existentes semel ad quandā pdicationem,audierunt quendā prędicatorem dicentem qđ sunt valde terribiles pęnæ inferni. Vnus autem ex eis cępit ridere nihil credens,alius vero cōpunctus,effectus est post paucos dies religiosus. Ille vero q remanserat in seculo venit ad mortem, & rogatus a socio suo monacho, vt sibi post mortem appareret. Quadā nocte ei apparuit. Et interrogatus quō staret. Dixit male tunc monachus ait Sūt ne in inferno sic horribiles pęnę vt prędicatur? Rādit ille damnatus. O frater omnes linguæ mundi non possent narrare sufficienter quantū sit horribilis cruciatus inferni. Tunc dixit monachus. Nonne possem ego habere aliquā notitiā huius & experientiā? Dixit aūt dānatus. Ita bene visoe videre aut tāgere aūt gustare. Dixit monachus. Nolo videre,quia sum timidus,& morerer videndo tā terribilia. Nolo etiā tangere,quia sunt sensualis. Nolo gustare,quia habeo debilem stomachum. Sed fac me odorare minus tā q̄ potes. Tunc dānatus aperuit mantellum in quo erat inuolutus a quo statim exijt tanta putredo,& fętor intollerabilis,ac pestiferos,qđ omnes monachi illius monasterij ibant vagabundi vt stulti, clamantes ,ppter q nullum remediū inuenientes necesse fuit illis relinquere illud monasterium,& alōge accedere ad habitandum, vt.n.inquit Galenus,de maxime ,pseruētibus virtutem naturæ est fętor & dolor. Aliud exēplum legitur quod qdā monachus fornicator apparuit alteri monacho socio suo desideranti scire quales essent pęnę inferni. Qui dānatus insufflauit in illum monachum,vnde ex eius fętore ille semi mortuus cecidit,& aues inde, transeuntes ta li fętore cadebant mortuæ. Si ergo fętor vnius damnati solū tm est abominabilis. Quid erit tātorum corporū atq; aiarū? Inter oēs āt fętores nullus est maior fętore peccati. Vt inqt Aug. in lib. meditationū. O curiosi q odoramenta in vestimentis portatis. Audite quid cōminet vobis

Deus

Deus Isa.3.c.di. Et erit pro suaui odore fętor. Et eiusdem libri c.34 dicitur. Interfecti eorum proijcientur, & de cadaueribus ascendet fœtor.

QVINTA AFFLICTIO quæ dicitur diabolicę apparitionis.

QVINTA afflictio dr̃ diabolicę apparitionis. Ibi.n.dānati habebunt secū dęmones semper iuxta illud Matth.25. Ite maledicti in ignem ęternum q paratus est diabolo & Angelis eius. Et Apoc.20.dr̃. Diabolus q seducebat eos, missus est cum eis in stagnum ignis, & sulphuris. De ciuitate etiā infernali scriptum est Baruch 4. Ignis superueniet ei ab æterno in longiturnis diebus, & habitabit̃ a dęmonijs in longitudine temporis. Apparebunt ergo dęmones ipsis miseris dānatis, in tā horribili forma, tāq; turpibus fantasmatibus, ꝙ sicut dicūt theologi qdā in 4. potius qs se ꝓijceret in ignem ardentissimum, q̃ paulisper per momentū videre diabolū sicut apparet dānatis. Sicut ille mortuus suscitatus ex cōtactu sacci S. Hiero. retulit S. Cirillo, Imò dicunt doctores, ꝙ si qs videret dæmonem sicut apparet in inferno subito moreref. Et ideo etiā dicunt qdā, ꝙ ꝓpter eius horribilitatem, potius qs eligeret transire per ignem sp ab oriente vsq; ad occidens, q̃ per momentū & in ictu oculi videre turpitudinē diaboli in essentia sua ob turpitudine pp peccatum deformata. De hac autē dæmonum apparitione dr̃ Iob 20. Vadent, & venient sup eos horribiles, & Naum.2. Aspectus eorū quasi fulgura discurrentia. De diabolo ēt dicit qlibet dānatus Iob 16. Collegit furorem suum in me, & cōminās mihi infremuit. Et Hiere.6. Crudelis est & non miserebit̃, & eiusdem libr c.51. Comedit me & deuorauit me, & absorbuit me sicut draco. Irridebunt aūt dęmones ipsos dānatos. Quorum irrisionē euitare cupiebat psalmista dicens. Ne qn irridcāt me inimici mei. Vnde Greg ait. Quos habuistis deceptores in culpis, habebitis derisores i tormentis Eccl. quoq; 39. dr̃ de dæmonibus. Sunt spiritus q ad vindictam creati sunt, & in furore suo cōfirmauerunt tormenta sua, & in tp̃e cōsumationis effundēt furorem &c. De diabolo etiā scriptū est Abac.1. Ipse de regibus triumphabit; & super omnem munitionem ridebit. Et ibidem dr̃. Volabunt quasi aqlę. s. dęmones ad flagellādum dānatos. Quilibet autem dānatus dicere poterit cum psalmista. Cōculcauerunt me tota die inimici mei. Narrat vero Greg. in li. Dialo. ꝙ cum monachi S. Bñdicti vellent quendā lapidem leuare in ædificium, nullo modo potuerunt eum mouere, q̃a diabolus eidem insedebat. Quid ergo facient dānati, q ab innumeris dæmonibus erunt depssi & cōculcati? Profecto ex tā horribilium dæmonum societate, & cōtinua eorum excruciatione valde affligent̃. Vnde qlibet dānatus poterit dicere Iob 16. Cōclusit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit hostis meus, terribilib⁹ oculis me intuitus est. De dęmonibus.n. dicit Virgilius 6. Eneidos. Terribiles visū formę &c. Ibi igit̃ horribiles dęmones dānatis cōtinue aderunt clamātes & rugientes. De qbus dicit Aug. in quodā sermone ad hęremitas. Ibi o fratres dæmones clamare nō cessānt percutere peccatores nunq̃ desistunt. Nunc supbum, nunc gloria mundi plenū, nunc luxuriosum, nunc ꝓditorem, nunc homicidā, nunc mendacem, nunc detractorē appellāt. Ecce qūo clamabunt. Sed qd dicent? Nisi percute, dilacera, occide, velociter spolia, ꝑdari festina, fer prunas, picem para, aurum & argentum liquesce, q̃a dum vixerunt, Deū intelligere noluerunt, hæc ille. O miseri peccatores qūo facietis in tenebris illis, si modo habetis timorem in nocte, omnem strepitum expauescentes? Et si mortuus appareret vobis, quasi exanimes efficeremini. Qūo ergo poteritis supportare visionem horribilem tot mortuorum, & apparitionem non vnius solum, sed innumerabilium tā deformium, ac turpissimorum dęmonum? Hi erunt socij vestri in pęnis, quorum suasiones secuti estis in peccatis.

SEXTA AFFLICTIO quę dicitur vermium corrosionis.

SEXTA afflictio q̃ habebunt dānati in inferno dr̃ vermium corrosionis. De qua afflictione scriptum est Isa. 50. Sicut vestimentum sic comedet eos vermis.

vermis. Et eiusdem libri c. 14. dicitur peccatori. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuũ erunt vermes. O mulier vana quæ tantum temporis expendis in te ornando & quæ dormis in lectis tam delicatis. Lectus tuus in inferno erit cameta vermium. Vestimenta tua erunt viperæ & serpentes, scorpionesq; venenosissimi. Sed sciendum est secundum doctrinã Ricardi nostri in 4. dist. vlt. artic. 5. q. 2. q pœna vermis dupliciter potest accipi. Aut proprie. s. pro verme corporali, aut methaphorice. s. pro remorsu conscientiæ qui animam damnatorum pungit & affligit. Vnde Augustinus in lib. de vera innocentia inquit. Nullæ sunt grauiores cruces in vita ista quàm mala conscientia. Et vtroque modo dicunt aliqui in inferno esse pœnam vermis. De remorsu conscientiæ non est dubium quòd miseri damnati habebunt remorsum conscientiæ, & tantam anxietatem in anima, quod ista erit de maioribus anxietatibus quàm habeant Ricar. vbi supra. Non quod doleant de peccato simpliciter, & amore charitatis, cum habeant conscientiam in malo obstinatam, sed habebunt remorsum illum in anima, & istum vermen horribilem in conscientia propter grauissimas pęnas quas videbunt se pati propter peccata. Et ita intelligitur illud Sap. 5. Pœnitentiam agentes & præ angustia spiritus gementes. Et hanc etiam sententiam ponit Alexander de Ales in 4. parte summæ, in tractatu de pęnitentia. Et beatus Tho. in 4. scripto. dist. 50. artic. 1. Et Augustinus in lib. de fide ad Petrum ait. Qui in hoc seculo pœnitentiam non fecerit, habebit illam in futuro de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Dei non inueniet quia & si erit ibi stimulus pœnitudinis, nulla tamen erit correctio voluntatis. A talibus enim ita culpabitur iniquitas sua, vt nullatenus possit diligi, vel desiderari iustitia. Voluntas enim eorum ita erit & talis, vt habeat semper in se malignitatis suæ supplicium, nunquam tamen possit incipere bonitatis affectum, hæc ille. Ipsi quoque damnati in inferno cruciabuntur ex confusione maxima, quia omnia facinora sua cunctis patebunt Ezechielis. 17. Videbunt omnes turpitudinem tuam &c. Dicitur cuilibet

Pœna vermis dupliciter potest accipi.

damnando. Sicut ergo fur confunditur cum res furtinæ vel instrumenta furandi ei ad collum in patibulo ligantur, ita damnatis magna erit afflictio animi, & quasi quidam vermis animam rodens manifestatio & euidentiam abominationum pro quibus æternaliter cruciabuntur. De verme autem corporali dicunt quidam quod non erit in inferno, quia vegetabilia, & bruta nõ remanebunt post iudicium. Augustin. vero 21. de ciuitate Dei. c. 9. dimittit sub dubio. Verum erunt in inferno vermes materiales vel non. Sed saluo semper meliori iudicio possumus dicere, quod erunt vermes materiales in inferno. Et de hoc expresse loquitur scriptura Iudith. vlt. Dabit ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant in sempiternum. Non dicit in animam. Et sic non loquitur de remorsu conscientiæ sed de verme materiali. Et Ecclesiast. 7. dicitur. Vindicta carnis impij ignis, & vermis. Vermis autem puniens carnem est vermis corporalis. Non obstat modo quòd vegetabilia, & bruta non remanebunt post iudicium, nec erit generatio & corruptio, quia cessantibus omnibus alijs animalibus irrationabilibus, atque omni generatione, ac corruptione, potest Deus ex putredine inferni facere generari vermes, & etiam corrumpi ad maiorem abominationem peccatorum. Item potest facere durare vermes & alia bruta terribilia in inferno ad punitionem malorum. Vel possumus dicere & melius quod dęmones accipient formam vermium serpentumq; ac viperarum, similiter & tigrium atque leonum, & in tali forma cruciabunt miseros damnatos & tales vermes erunt peiores sine vlla comparatione & atrociores quàm omnes qui in hoc mundo reperiri possint. Et ita intelligitur illud Isaie. 34. Erit cubile draconum & pascua struthionum, & occurrent dæmonia. Et illud eiusdem libri. c. vlt. Vermis eorum non morietur. Et illud Deute. 32. Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Vnde Virgilius in 6. Eneidos inquit. Rostroque immanis vultur adunco, Immortale iecur, tundens fœcundaque pœnis. Viscera, rimaturque

In inferno erunt vermes materiales etiã iudicium.

epulis, habitatque sub alto Pectore, nec requies fibris datur vlla renatis. Potest ergo quilibet damnatus dicere illud Iob 30. Qui comedunt me non dormiunt. O infœlices peccatores quilibet vestrum poterit dicere in inferno illud. Iob. 17. Putredini dixi, Pater meus es tu, Mater mea & soror mea vermibus. Intrabunt enim vermes fœtidissimi, & viperæ horribiles per os vestrum, & per nares atque aures, atq; in visceribus vos cruciabunt. Et ideo clamemus omnes ad Dominum dicentes cum psalmista. Nec tradas bestijs animas confitentes tibi.

SEPTIMA AFFLICTIO inferni quæ dicitur importabilis dolorationis.

SEPTIMA afflictio quam habebitis o miseri peccatores in inferno dicitur importabilis afflictionis. Vt enim dicunt theo. in 4. sen. dist. vlt. Omnes pœnæ & dolores atque afflictiones quæ possunt in mundo inueniri, erunt in inferno sine vlla comparatione terribiliores. Et damnati cruciabuntur horribiliter in omnibus sensibus, vt verificetur in eis illud Sapien. 11. Per quæ quis delinquit, per ea & puniri debet. Primo ergo affligentur in tactu totius corporis ex flagellationibus, torturis, cóbustionibus & cæteris tormentis. Item quia ligatas habebunt manus, & similiter pedes & omnia membra ita quòd eis nunquam vti poterunt. Iuxta illud Matth. 22. Ligatis manibus & pedibus &c. Secundo cruciabuntur in visu ex caligine & fumo inferni, qui nullum habebit respiraculum, nec ipsi alicuius aeris habebunt refrigerium. Vnde Apoc 9. dicitur. Obscuratus est aer de fumo putei &c. Et psalmista ait. Ascēdet fumus in ira eius. Tertio cruciabuntur in olfactu ex fętore incomparabili qui erit in inferno æternaliter. De quo dicit Iohe. 2. Ascendet fętor eius & putredo. &c. Quarto cruciabuntur in auditu audiendo horribiles clamores dęmonum, & maledictiones & stridores dānatorum, & opprobria vniuscuiusq; dānati ad proximum, iuxta illud Isa. 3. Tumultuabitur puer cōtra senē, & ignobilis cōtra nobilē, pater obiurgabit filium, & filius patrem. Et Isa. 65. dicitur damnandis. Vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione vlulabitis. Legitur autem quòd quidam frater Cisterciensis propter asperitatē pœnitentiæ post multas tentationes diabolicas deliberauit exire ordinem. Vnde apparuit ei mater eius quæ erat defuncta. Et dixit illi. Quomodo poteris sustinere pœnas inferni si non potes pati pęnitentias religionis? Cum autem ille non crederet maiores esse pęnas infernales, statim audiuit tam terribilem porcorum grunnitum q nullus tonitruum posset ei comparari, & videbatur ei q Cœlū scinderetur & cadere vellet super caput eius, qua terribilitate ille monachus expauescens in religione pseuerauit. Quinto cruciabuntur in gustu dicente psalmista. Fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Et Hiere. 44. dicitur. Ibi morietmini famē & siti. Et Isa. 9. Vir fratri suo non parcet. Vnus quisq; carnē brachij sui deuorabit. Et psalmista iterum ait de damnatis. Fel draconum vinum eorum, & venenū aspidum insanabile. Omnia etiam tormenta, quæ in hac vita imaginari queunt, habebitis o peccatores, non solum in anima, sed etiam in corpore. Quia sicut beati in Cœlo erunt ad plenum saciati, & omni dulcedine pleni, ita vos eritis pleni omnibus doloribus, infirmitatibusq;, quantum ad dolorem omnium infirmitatum. Et in omnibus membris & sensibus semper indicibilem dolorem sentietis. Et hoc est q scriptum est Iob. 5. c. Irruet in eum omnis dolor. Quilibet ergo damnatus poterit dicere illud Iob 16. de dæmonibus eum cruciantibus. Saturati sunt pœnis meis. Et in eodem. c. Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei. Semper. n. damnati tantum dolorem sentient, sicut si continue omnia membra illis truncarētur. Et cum corpora dāmnatorum sint sensibilia in summo plus sentiet damnatus læsus cum vna festuca, vt ita loquar, quam nos si verberaremur cum vno baculo. Et hoc etiam patet de habente podagrā qui nō potest sustinere etiam minimum ictum, qui tamen alteri podagra non laboranti nullum causaret dolorem. Item maior est

dolo-

doloratio sine comparatione in corpore vulnerato si vulnus percutiuatur, quàm in corpore sano. Vnde dicit Scotus in 4. quod dolor inferni est intensius quia redit in idem. Si ergo difficilimum est magnum dolorem temperare. l. si adulterum cum incestu. §. Imperatores. ff. ad. l. Iul. de adul. quomodo supportabunt miseri dãnati tam terribilia tormenta?

O Peccatores cogitare quàm terribilis erit dolor vester, si modo non potestis vel modicum dolorem in corpore vestro sufferre. Profecto si sensualitatibus insudabitis, tanto maior erit vestra doloratio, iuxta illud Apoc. 18. Quantum in delitijs fuit tantum date ei tormentum, & luctum. Et ideo minatur vobis Dominus Deute. 32. di. Congregabo super eos mala & sagittas meas complebo in eis. Et ibidem. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Quod autem in inferno sint diuersa tormenta declaratur per illud quod legitur in libro qui intitulatur de visione Pauli, vbi dicitur, quòd quidam deuotus raptus in spiritu vidit in inferno arborem ignum in qua peccatores per diuersa mẽbra per quæ peccauerant suspendebantur. Et igne supposito concremabantur & diuersimode, a dæmonibus torquebãtur. Deinde vidit fornacem septem colorum ignium diuersas habẽtem afflictiones & effectus in torquendo. Et postea vidit rotam igneam immensæ magnitudinis in qua homines diuersimode suspensi a dæmonibus cruciabantur multiplicibus tormentis in reuolutione ipsius rotæ. Deinde vidit flumen igneum, & sulphureũ in quo erant diuersæ belluæ diuersimode torquentes damnatos. Vidit etiam ibi mulieres indutas pice, & sulphure ardenti quæ cruciabantur diuersimode a diuersis generibus serpentum, & draconũ, Non solum autem cruciabuntur damnati exterius, sed etiam interius. Vnde quilibet eorum poterit dicere Iob 30. Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie. Et verificabitur in eo illud Deut. 28. Percutiet te Deus egestate, febre & frigore, ardore & æstu. Licet autem damnati habebunt corpus immortale, tamen adeo erit passibile ac tantis miserijs subiectum quod substinere vix valebit. Vnde psalmi sta ait. In miserijs non subsistent. Est autẽ notandum secundum sanctum Bonauenturam in 4. quod maior erit in inferno pęna hominum damnatorum quàm dæmonum triplici ex causa. Primo quia Deus nunquam pro malignis spiritibus tanta fecit quanta pro hominibus. Et ideo homines ingrati plus quàm dæmones punientur. Secundo quia dęmones tantummodo pro vna auersione sunt puniti, de qua resurgere non valent. Sed hominibus Deus multotiens ignoscit & eis gratiam tribuit resurgendi. Et ideo quia plaries peccant & recidiuant, grauius vindicabuntur. Tertio quia dæmones solummodo punientur quo ad substantiam spiritualem, homines vero in corpore & in anima æternaliter cruciabuntur.

In inferno esse diuersa genera tormentorũ ostenditur.

Triplici ex causa maior erit pęna homũ pęna dæmonũ in inferno.

AVdietis quoque o miseri peccatores in inferno terribiles voces Dei vos exprobrantis, iuxta illud 1. Reg. 2. Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in Cœlis tonabit. Et hoc est quod scribitur Sap. 5. Turbabuntur timore horribili. Et Iob. 2. Sonitus terroris in aures eius. O infęlices quod refrigerium erit vestrum cum non solum Deus, & omnes sancti contra vos stabunt, sed etiam omnes creaturæ vos cruciabunt in vindictam offensionis Creatoris. Iuxta illud Sap. 5. Armabit omnem creaturam ad vltionem inimicorũ. Et ideo Dauid in persona damnati exclamat Psal. 17. dicẽs Dolores inferni circundederunt me.

Peccatores in inferno voces Dei audient eos exprobrantis.

O Igitur obstinati peccatores, eligite potius in hac vita pœnitentiam agere, quàm ad æternos inferni cruciatus accedere. Tam asperi enim sunt illi dolores, quod dicit Host. in summa, in titulo de pœniten. & remis. §. quibus prosint. ver. illud quod grauior est vnius diei pœnitentia in alia vita, quam hic centum. Imo dicunt theologi in 4. dist. vlt. quod si quis sciret cruciatus & dolores inferni, potius eligeret hic toto tempore vitæ suæ omnibus doloribus, & infirmitatibus angustiari, quàm per horam in inferno torqueri. Vnde legitur in transitu beati Hieronymi, quòd cum tres mortui essent resuscitati meritis sancti Hieronymi

De seueritate pęnarũ inferni.

ex contactu eius facci, B. Cirillus Episcopus Hierosolymitanus accessit ad vnum ex illis resuscitatis & inuenit eum amarissime lachrymantem, quem interrogãs quare sic fleret, eum maxima difficultate respondere fecit. Erat enim totus in amaritudine absorptus. Tandem dixit cũ lachrymis. Ego sic amare fleo, quia scio me peccasse, & Deum iustissimum qui nullum malum relinquit impunitum. Et ideo timeo ne me condemnet ad æternos cruciatus. Tunc beatus Cirillus dixit. Obsecro te vt dicas mihi, quales sunt illæ pœnæ inferni. Cui respondit resuscitatus; Scias o Cirille quod omnes dolores, omnia tormenta, omniaque martyria quæ in hac vita cogitari possunt sunt solatia in comparatione minoris pœnæ inferni. Et si quis sciret horribilitatem inferni, potius eligeret stare in hac vita a principio mundi vsque ad finem cum omnibus cruciatibus, pœnis, ac tormentis quæ imaginari possint, quam per horam in inferno stare cum minori pœna quàm habeat damnatus. Et ideo o maledicti peccatores contremiscite, vos enim ad tales pœnas peruenietis in quibus æternaliter & sine intermissione cruciabimini. Scriptum est enim Apoc. 14. de damnatis. Cruciabuntur igne, & sulphure, & non habebunt requiem die ac nocte. De quibus tormentis 6. Eneidos, Virgilij. Vbi Sibilla loquitur Eneę de illis cruciatibus dicens.

Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum
Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas
Omnia pęnarum percurrere nomina possem.

A quibus horribilibus pœnis liberet nos Deus noster. Amen.

FERIA VI. POST PASCHA DE SEPTEM ALIIS AFFLICTIONIBVS INFERNI.

SERMO VIGESIMVS SECVNDVS.

PAVCI idest octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, 1. Petri.3. Dicunt doctores, quod valde vtile est peccatoribus prędicare de terribilibus inferni cruciatibus. Vnde sicut Mater volens a lacte amouere infantulum suum, ponit super mammillam suam aliquam amaram vnctionem. Ita volentes boni prędicatores a mundi sensualitatibus & delectationibus amouere homines præponunt eis amaritudinem inferni. Et ideo cuilibet peccatori dicitur Hieremiæ 31. Pone tibi amaritudinem, dirige cor tuum in vitam rectam. Et Bernard. in quodam sermone de peccatoribus ait. Descendant mente in internum viuentes, ne postea descendant morientes.

Sibilla quoque Cumana de inferno loquens Eneæ vt refert. Virgilius in 6. Eneidos inquit.

Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus horci.
Luctus, & vltrices posuere cubilia curę.
Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus.
Et metus, & male suada fames, & turpis ęgestas.
Terribiles visu formæ, lætumque, laborque.

SEd hic quæritur vtrum damnati resurgent in forma iuuenili beati? Et primo videtur quod sic. Nam magister sen. in 4. di.44. c.1. dicit generaliter de mortuis quòd resurgent in ætate iuuenili. Et similiter dicunt communiter theolog. in eadem dist. maxime Ricar. noster ibidem artic.1. quæstio. 8. Et non facit differentiam damnatorum, vel beatorum. Tamen subijciendo me semper iudicio ecclesiæ opinor quod damnati qui moriuntur in senili vel decrepita ætate non resurgent in forma iuuenili Nam ista transmutatio fit ad maiorem consolationem, & gaudium resurgentium, ac corporalem beatitudinem, vt visum est supra in sermone tertiæ feriæ præsentis hebdomadæ. Et ideo damnati non debent hoc commodum consequi. Præterea magister & theologi fundantur super dicto Apostoli Ephesios 4. Ipse antem ibi loquitur solum de beatis, quod patet recitando eius verba ad literam, qui sic dicit. Vnicuique nostrum data est gratia secundū mensuram donationis Christi, qui de-

Dānati an resurgēt in iuuenili ætate, sicut beati.

dit quosdam Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad consumationem sanctorum in opus ministerij, in ædificatione corporis Christi, donec oẽ curramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei in virum perfectum ad mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ita quòd loquitur solum de beatis. Sicut loquitur etiam primæ ad Thesa. 4. cum inquit. Rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. Habebat enim spẽ quòd illi quibus scribebat deberent omnes saluari. Et hanc sententiam videtur confirmare idem Apostolus 1 ad Corin. 15. di. Omnes quidem resurgemus, sed nõ omnes immutabimur. Quod licet intelligatur de alijs immutationibus, etiam intelligi potest de immutatione ætatis. Ita quòd vult innuere quòd damnati qui moriuntur in senectute permanebunt in ea forma. Ideo dicit Virgilius vbi supra. Tristisque senectus, scilicet erit in inferno. De quo locuturi, septem alias maximas afflictiones considerabimus.

Sermonis intentio.

PRIMA AFFLICTIO quæ dicitur impossibilium affectionis.

Tria appetũt dãnati quæ sciũt se nunq̃ habere posse.

PRIMA afflictio damnatorum dicitur impossibiliũ affectionis. Tria enim appetunt damnati, quę sciunt se nunquam habere posse, facientes contra illud dictum libri qui dicitur Pamphilus, c. 28. Mitte quod esse nequit, quærere quod esse potest. Et illius alterius libri qui dicitur facetus c. 10. vbi dicitur. Non cupiat quisquam quod nunquam possit habere. Primum igitur quod appetunt damnati est habere æternam fęlicitatem. Nam Ricar. in 4. di 50 art. 4. q. 1. Cum peccatum, vt inquit Augustinus 19. de ciuitate Dei c. 12. delere non possit extrema naturæ vestigia, in damnatis remanet aliqua naturalis cognitio, & appetitus. Et ideo cum primus motus naturalis appetitus sit respectu finis in generali, quia secũdum philosophum 7. Ethi. c. 12. Finis est principium in appetibilibus. Ex hoc sequitur quòd damnati naturaliter appetunt finem suum in generali, qui est beatitudo. Vnde dicit Diony. 4. c. de diuinis nominibus. Dæmones bonum, & optimum concupiscunt. Sed hic appetitus naturalis dæmonum & damnatorum per peruersa eorum voluntate peruertitur, quia appetunt illud sub circunstantibus malis. Et iste appetitus eorũ. Vt inquit Ric. vbi supra est ad eorum maiorẽ afflictionem. Appetere n. quod appetens videt se non posse consequi, magna est afflictio illius. Secundum autem Tho. 2. 2. q. 17. In damnatis nulla est spes felicitatis consequendæ, quoniam sicut de ratione beatitudinis est, vt in ipsa quietetur voluntas, taliter quòd beati sciant certitudinaliter se nũquam beatitudinẽ amissuros. Ita de ratione damnationis est, vt in ipsa molestetur voluntas, sic quòd dãnati certitudinaliter sciant se nunquam fœlicitatem adepturos. Et hæc est maxima anxietas eorum. Ait. n. Statius in 2. Thebaidus. Non grauior miseris mortali bus addita cura. Spes vbi longa venit. Si ergo quando quis appetit quod scit se nõ non habiturum nisi tarde, multum affligitur. Quantum est credendum affligi dãnatos, qui semper appetunt fœlicitatem quam sciunt se nunquam habituros.

de 2. Quod appetũt dãnati, & sciunt se cõse qui nõ posse.

SEcundo appetunt delectationem peccati. Ait enim Dominus Bonau. in 4. dist. 50. quòd licet timor senilis a damnatis auferat actum peccandi, quia timent puniri, tamen non aufert ab eis in totum habitum malæ voluntatis, per quam libẽter peccarent, si non crederent ex hoc puniri. Desiderant igitur damnati habere illas sensualitates quas habuerunt in delectationibus peccatorum. Similiter & solatia mundi, quæ nunquam habebunt. Et ideo quanto magis vident se non posse illa habere magis anxiantur. Iuxta illud Ouidij in epistolis. Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

de 3. Quod appetũt dãnati. Dãnati an appetũt nõ esse.

TErtio appetunt damnati annihilationem suam. Sed circa hoc variæ sunt opiniones doctorum. Quidam. n. dicunt ꝙ damnati potius volunt esse sic miseri, q̃ non esse. Fundamentum cuius accipiũt ab Arist. 2. de anima cum dicit ꝙ omnia esse appetunt. Secundum. n. Dion. 5. c. de diuinis nominibus. Inter omnia bona q̃

Deus

Deus dedit creaturę, esse est quid optimum & nobilissimum. Et ideo Aug. in lib. de libero arbitrio ait. Considera quantũ bonum est esse, quod & beati & miseri volunt. Et in 10. de ciuit. Dei. c. 27. etiam dicit. Ita vero quadam vi naturali ipsum esse iocundum est, quòd non ob aliud & hi qui miseri sunt nolunt interire. Sed his non obstantibus, ego teneo opinionẽ doctores subtilis, & Domini Bona. & Ric. in 4 di vlt. ar. 4. q. 3. Qui dicunt, ꝙ dãnati vellent nõ esse, non per se sed per accidẽs inquantum. s. ad non esse sequitur carentia omnis pęnę, quam semper appetunt Licet. n. desiderent esse in abstracto. Tamen non desiderant esse in statu æternaliter infelici. Vident. n. ꝙ de suo esse nõ possunt consequi delectationem, nec vtilitatem, nec per suum esse possunt acquirere aliquod bonum. Ideo nõ est mirum, si tali esse vellẽt carere, vt malis quæ essendo patiuntur, carerent. Nam non tantum bonum est obiectum voluntatis, sed etiam carentia mali, quamuis non primo. Vnde dicit Arist. 1. Retho c. 6. quòd non habere malum est delectabile. Quapropter dicitur 5. Ethic. c. 6. quod in boni ratione fit minus malum in comparatione ad maius malum, quia minus malum, magis est eligile maiori. Et ratione huius carentiæ mali, non esse in tali statu infelici, potest esse damnatæ voluntatis obiectum. De duobus enim malis, semper minus est eligendum, vt inquit Aristot. 3. Topico. Et notatur in l. 1. §. pœnul. ff. de peri. & conrei vend. Et in l. 1. §. 1. ff. de ven. in pos. mit. Et in l. quotiens. ff. de regu. iur. Et in §. colligitur. in auten. de non eli. 2. nu. col. 1. Et in l. ita vulneratus. § circa fin ff. ad l. Aquil. Et in l. absentem. 1. respon. ff. de penis Et 13. distin. c. 1. ac. 14. distin. c. 1. & 22. quæstio. 4. c. non solum. Dicat ergo Aristot. quicquid velit de nobilitate essendi, quia ego potius vellem non esse, quàm esse damnatus, ac in tormentis infernalibus in abominatione diuina æternaliter infœlix. Quid enim mihi iuuaret essentia, si nullius bonitatis esset particeps, nisi æternæ infœlicitatis? Et hanc sententiam videtur tenuisse Dominus noster Iesus Christus Matthæi 26. de Iuda damnato. Bonum erat illi si natus non fuisset homo ille, quamuis aliqui exponant solum de natiuitate ex vtero, & non de natiuitate in vtero. Ad auctoritatem Augustini responderi potest, quod intelligitur de damnatis solum peccato originali, quia licet sint miseri quia æternaliter priuati fœlicitate, tamen non habent pœnam sensus, vt per theolo. in 4. distin. 43. licet aliqui teneant contrarium. Et ideo ipsi potius volũt esse in statu, quàm non esse. Quia licet careant æternis bonis, non tamen cruciantur tartareis tormentis secũdum communes doctores. Vnde nollent amittere esse quod est simpliciter bonum. Secus autem de damnatis peccato actuali, qui proprie dicuntur damnati, quia de suo esse nõ possunt reportare nisi pœnas æternas, & tormenta Dico igitur ꝙ damnati vellent anihilari & non esse, considerata pœna quã in ęternum sunt habituri. Et hoc est quod scriptum est Apoc. 9 c. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Iob quoq; 3. dicitur. Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt? Qui expectant mortẽ & non venit. Et Aug. in lib. de miseria huius mundi dicit. O mors q̃ dulcis ex quibus tam amara fuisti, te solam desiderant qui te vehementer oderunt.

Cur Deus dãnatos ad nihilum nõ redigat.

ET si quæratur cur Deus non priuet damnatos esse, & ad nihilum redigat respondet Th. 1. 2. q. 7. art. 4. in solutione primi argumenti assignans tres rationes. Sed nos possumus breuiter assignare illã q̃ ponit Greg 17. moralium di. Cuius vita mortua fuerit in culpa, eius mors sꝑ viuere debet in pęna. De qua morte inquit Hiero. ad Aug. Horreo mortem viuacem, horreo vermem mordacem, horreo incidere in manus mortis viuacis & vitę morientis, hæc ille. Et Greg. vbi supra dicit de damnato. Cruciabitur & non extinguetur, morietur & semper viuet, finietur & sine fine manebit. Et Augu. in sermone de aduentu Christi ad iudicium ait. Vę illis qui cum diabolo habebunt mansionem, & ascẽdet fumus tormentorum eorum in secula seculorum, quorum vermes non morientur, & ignis non extinguetur, & ibi erunt vbi nulla vox nisi gemitus. Vbi nulla requies nisi

ignis, vbi nullum refrigerium nisi flāma, vbi nulla lux, nisi tenebræ. Et non erunt vnquam in memoria apud Deum. Quorum cibus cruciatus, & mansio eorum cū diabolo, vbi nulla est visitatio sed consumatio, vbi nulla est indulgentia, vbi nullus ad conuersionem locus nullus ad veniam regressus. Et idem in libro meditationum inquit. c. 34 Ignis autem gehennæ semper ardebit, & nunquam lucebit; semper exuret & nunquam consummet semper afficiet, & nunquam deficiet. Licet autem methaphorice dicatur. damnatus redigiē ad nihilationem, iuxta illud Psalmi. Ad nihilum deductus est in conspectu eius peccator, quia priuatur omnibus bonis spiritualibus, & corporalibus, tamē quo ad hoc vt moriatur, quod ipse maxime desiderat, nunquam poterit anihilari. Et ideo o scelerati peccatores. Audite quid Gregorius in 7. moralium dicat loquens de inferno. Ibi erit miseris mors sine morte, & defectus sine defectu. Ibi enim mors semper incipit, & defectus deficere nescit.

SECVNDA AFFLICTIO inferni quę dicitur famis & sitis afflictionis.

SECVNDA afflictio quam habebitis o peccatores in inferno dicitur famis, & sitis afflictionis, & omnium aliarum necessitatum. Sicut enim beati in Cœlo habebunt omnia bona delectabilia & affluentiam omnium rerum econtrario damnati habebunt carentiam omniū rerum, & patientur omnes necessitates, habebunt enim famem, & sitim atq; somnum, & nunquam comedere, vel bibere, aut dormire poterunt. Qui igitur in hoc mundo affluebant diuitijs, abundabant temporalibus bonis possidebant thelauros & imperabant alijs, induebantur purpura & bisso, dormiebant in lectis eburneis, nutriebant canes, & aues ad venandum, gaudebant in sonis, canticis, & correis & lætos ducebant dies, omnibus his in inferno carebunt, & in omni egestate ac penuria, fame, ac siti, ac sono, omniq; alia necessitate cruciabuntur. Patet hoc per exemplum quod dixit Saluator noster Lu. 16. Quod erat quidam homo diues qui induebatur purpura & bisso, & epulabatur quotidie splendide. Erat autem & quidam mendicus nomine Lazarus qui iacebat ad ianuā eius vlceribus plenus, cupiens saturari de micis quę cadebant de mensa diuiris, & nemo illi dabat, sed & canes veniebant & lingebant vlcera eius. Factum est autē vt moreretur mendicus & portaretur ab Angelis in sinu Abrahę. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis vidit Abraham a longe & Lazarū in sinu eius. Et exclamans dixit. Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc vero hic cōsolatur, tu vero cruciatis.

Dānati omniū rerum penuriā habebunt.

ET ideo o sensuales qui non potestis modo sufferre aliquam necessitatem famis, aut sitis, considerare q̄ in inferno habebitis omnes istas necessitates, & nunquam poteritis eis satisfacere. Semper. n. habebitis famem, & videbitur vobis q̄ habeatis ad os omnia comestibilia, & nūquam illa tangere, vel comedere poteritis. Semper sicietis videbiturq; vobis q̄ habeatis prope aquam dulcem, & omnes potationes delectabiles, & nunquam bibere poteritis. Sed verificabitur in vobis illud Iob 18. Exardescet contra eos sitis, & attennuabitur fame robur eorum, & inedia inuadet costas eorum. Vnde dicere poterunt illud Treno. 5. Pellis nostra quasi clibanus exusta est a facie tempestatum famis. O auari qui sititis, aurum & argentum, dæmones in os vestrū proijcient aurum liquefactum bulliens, dicē tis vnicuiq; vestrum aurum sitisti, aurū bibe. Sicut fecerunt Parthi Marco Crasso Romano. Et de his visionibus epularum & delitiarum, loquitur Virgilius 6. Eneidos dicens.

Cōtēplatio, ac exclamatio quędā.

Lucent gemmalibus altis.
Aurea fulcra thoris, epuleque ante ora paratę.
Regifico luxu, furiarum maxima iuxta.
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas.

Simili-

Similiter dæmones vobis ad ad maiorem pœnam dicent. Ecce quòd inimici vestri nunc gaudent, & tripudiant, ludunt, & consolantur, & consumunt bona vestra, quo vos tanto sudore acquisiuistis. O insensati, quibus reliquistis bona vestra? saltem de bonis vestris omnes consolationes recipere debebatis, vt postquam priuandi eratis paradiso, saltem gauderetis quantum possibile erat in seculo. Similiter etiam audient miseri damnati vocem Dei dicentis illud Isaiæ 95. Serui mei comedent, & vos esurietis, serui mei bibent, & vos sitietis, serui mei lætabuntur, & vos confundemini, serui mei exultabunt, & vos vlulabitis. Et hoc sufficiat pro secunda afflictione.

TERTIA AFFLICTIO quæ dicitur intollerabilis frigidationis.

Tertia afflictio inferni dicitur intollerabilis frigidationis. Vt enim dicunt Theologi in 4. q. 44. maxime Scotus, ac Ricardus, & beatus Thomas eodem libro, di. 50. art. 3, q. 3. & Ricard. in quolibeto suo. q. 29. ponentur miseri damnati in glacie, & aqua frigidissima, & sentient tam magnum frigus, vt non possit maior cogitari. Et ad maiorem dolorem, in ignem proijcientur. Et sic infocati proijcientur ad frigora niuium. Similiter postquam fuerint in aquis frigidissimis, & in glacie congelata, proijcientur in ignem, & hæc erit vehementissima afflictio. Vnde Scotus in quarto distin. 41. arti. secundo dicit quòd vehemens dolor est si manus fuerit excessiue frigida ex tactu niuis, vel glaciei, & statim approximetur igni, & maxima afflictio est ab illo dolore in alium mutari. Et fuit sententia Augustini in libro meditationum. capitu. 16. O igitur vos qui pellicijs, & vestibus, atq; calciamentis muniti, habetis carnem tam delicatam quòd ad aerem non vultis accedere tempore magni frigoris, & non potestis paruum frigus tollerare. Audite quid scriptum sit de quolibet vestrum. Iob. 24. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. Et Sapientiæ. 16. capitu. dicitur. Spes ingrati tanquam vernalis glacies tabescet. Scitote igitur o peccatores damnandi quòd secundum beatum Bonauenturam, in 4. dist. 44. arti. 2. q. 2. simul eritis afflicti ab omnibus elementis secundum diuersas partes ita quòd ab vna parte sentietis asperrimum frigus, & ab alia calorem prout diuersis vicijs fuistis infecti. Alij autem dicunt quòd in singulis partibus corporis simul, & semel habebitis in inferno immensissimum calorem, & ardorem, & intollerabile frigus. Et hoc ex veritate diuina, licet forte vobis videatur impossibile, sicut inquit Ricard. in 4. di. 44. arti. vltimo. q. vltima. Quamuis ergo duo contraria non possint naturaliter concurrere in eodem subiecto in eodem instanti temporis. Vt inquit. Aristo. in prædicamentis & in 2. Topi. ac in 2. Perier. in vltimis verbis, & notatur in. l. si ancillam. ff. de vsuca. pro suo. Vnde dicitur quòd admisso vno ex contrarijs, necesse est aliud excludi. Vt notatur in c. cum renunciatur. 32. q. 1. Et in l. cum prætor. in prin. ff. de iudi. Et est textus in l. hæc verba ff. de verbn. signi. Tamen Deus qui potest super naturam, potest hoc facere. Sicut etiam impossibile est accidentia esse sine subiecto per naturam, vt inquit Aristo. in prædicamentis, & primo Phisic. primo de genera, sexto Topicorum, & sexto Metha. Et tamen in sacramento altaris sunt accidentia panis sine subiecto, & substantia panis. Vt probant Theologi in 4. distin. 12. Et ibi Ricard. articu. primo. q. 1. & 2. Similiter secundum Ansel. in libro Monologion. capitulo. 21. Naturaliter impossibile est vnum corpus esse in diuersis locis in eodem tempore Et tamen corpus Christi in sacramento est in diuersis partibus mundi, vt probant Theologi. in 4. dist. 10. Et ibi Ricard. noster arti. secundo. q. secunda. Ita igitur in proposito, Deus potest facere quòd frigus, & calor concurrant in eodem corpore in eodem instanti temporis, licet sint contraria.

Dānati quō igni et aqua frigidissima cruciabuntur.

Dānati affligentur ab elemētis secūdū diuersas partes corporis.

QVAR-

QVARTA AFFLICTIO, quæ dicitur horribilis inflammationis.

Quarta afflictio appellatur horribilis inflammationis. De qua scriptum est. Matth. 25. quòd dicet dominus damnatis. Ite maledicti in ignẽ æternum, & Apoc. 14. scribitur. Consumabuntur igne, & sulphure. Et Matth. 15. saluator. Mittent eos in caminũ ignis. Infernus enim appellatur caminus ignis. Item Hiere. 1. dicitur. Olla succensa propter calorem, & feruorem. Vnde Gregorius refert in libro. Dialogo. quòd quidam sanctus solitarius habitans in quadam insula maris dixit quibusdam Romanis qui ad illam insulam nauigauerãt quòd mortuus erat Theodoricus rex pessimus, quem ipsi sanum dimiserant Romæ, & quòd ipse viderat eum nudum, & discalciatum vinctũq; manibus projici in ollam vulcani, & Ezechie. 22. dicitur. Omnes isti sicut ęs, & stannum, & ferrũ ac plumbũ, in medio fornacis facti sunt. Et Deutero. 32. ait Deus. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima. Et secundi Regum. 23. Pręuaricatores quasi spinæ ardebunt. Et Eccle. 21. Stupa collecta sinagoga peccantiũ, & consumatio illorum flamma ignis. Et Isaiæ. 9. Erit populus quasi esca ignis. Et 13. eiusdem libri dicitur tortiones & dolores tenebunt, & quasi parturientes dolebunt. Et loquitur de damnatis. Et 34. c. etiam scribitur de inferno. Et erit terra eius in picem ardentem nocte, & die, non extinguetur in sempiternum, ascendet fumus a generatione in generationem, & dissolabitur in secula seculorum. Et Isai. vlti. c. dicitur. Ignis eorum non extinguetur. Et Iob. 20. Deuorabit eos ignis, qui non succendetur. Et Abacuch. 2. Laborabunt populi in multo igne. Et Psalm. 19. Dauid. Pluet super peccatores laqueus ignis sulphur &c. Et Ezechie. 22. In igne iræ meæ consumpsi eos. Et Apoc. 18 In vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburentur. Et Apoc. 20. Qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. Et Matth. 18. Saluator. Bonum est tibi cũ vno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennã ignis. De hoc etiam dicit Vir. sexto Eneidos.

Respicit Eneas subito, & sub rupe sinistra.
Mœnia lata videt triplici circundata muro.
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis.
Tartareus flegeton, torquetq; sonantia saxa.

Et Isido. lib. 1. de summo bono. c. 29. inqt. Duplex est pœna damnatorum in gehenna, quorum mentem vrit tristitia, & corpus flãma. Sed de hoc igne possunt quæri tria. Primo quæritur vtrum ignis infernalis sit corporeus. Et licet Damascenus libro. 4. dicat de illo igne, qualis sit Deus nouit, tamen communiter dicunt doctores in 4. sententiarum, di. 44. maxi ibi Ricar. noster ar. 2. q. 3. quòd ille ignis est corporeus a principio mundi cũ alijs creaturis productus, & ordinatus adeo ad reprobos cruciandos. Et hoc asserit Aug. in lib. 1. de mirabilibus sacræ scripturæ. c. 2. Et in 21. de ciui. Dei. c. 10. inquit. Gehenna illa, quòd & stagnũ ignis & sulphuris dicitur corporeus ignis est. Et Gregorius in 4. Dialogorũ dicit. Ignẽ gehennæ corporeum esse non ambigo. Et dicunt Theologi in 4. senten. di. 44. maxime Ricar. noster ibidem arti. 2. q. 4. quòd ignis inferni quantum ad inflammandũ est eiusdem speciei cum igne elementali. Quia sicut omnis aqua omni aquæ est eadem specie secundum philosophum primo Topicorum. Et Augustinum in quæstione. 27. ad Horosium qui ait, ꝙ aquę, quę super cęlos sunt, eiusdem sunt speciei cum istis inferioribus. Ita omnis ignis, omni est idem specie. Dicunt tamen doctores, quòd ignis inferni habet maiorem efficaciam, & virtutem, quàm ignis elemẽtalis. Vnde dicit Augustinus, quòd ignis noster quem habemus in terra, in cõparatione ignis inferni est sicut fumus ignis nostri in comparatione ipsius ignis. Imo fortius dicunt quidam, ꝙ noster ignis est sicut ignis depictus in muro in comparatione ignis veri. O igitur peccatores quomodo poteritis sufferre ignem inferni, cum dicat Augustinus 21. de ciuitate Dei. c. 4. quòd nihil est igne vrente molestius.

Ignis infernalis an sit corporeus?

Se-

Ignis inferni an possit spiritus cruciare.

SEcundo de isto igne quæritur, vtrum possit animas separatas a corpore cruciare. Istam quæstionem tangit Scotus & sanctus Bonauen. in quarto dist. 44. & Ricardus ibidem art. 2. q. 9. & Tho in 4. scripto. dist. 44. ar. 3. & contra gen. lib. 4. c. 90. Et in secundo quolibet. q. 13. & in 3. quolibet. q. 23 Et in quæstionibus de anima, q. 21. & omnes concludunt quód sic. Et hoc tenet Augustinus. 21. de ciui. Dei. c. 10 Scriptum est enim Matth. 25. de damnatis. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis ei⁹. Ex quo arguit Gregorius in 4. Dialogorū dicens. Si diabolus eiusq; Angeli cum sint incorporei, corporeo igne sunt cruciandi, quid mirum si animæ etiam antequam respiciant corporea possint corporea sentire tormenta? Dicit ergo Ricar. & alij prææallegati theologi omnes vbi supra, quód ille ignis cruciat spiritus separatos in quantum est instrumentum diuinæ iustitiæ. Sicut videmus res habere multas actiones in virtute principalis agentis, quæ eis non competerent absolute. Sicut calor naturalis in virtute animæ conuertit nutrimentum in carnem, & sicut securis in virtute motoris scindit arborē. Dicit autem Augu. vbi supra, quód sicut anima a sui creatione coniungitur corpori vt dans ei vitam, ex qua coniunctione anima ipsa vehementem concipit amorē ad corpus suum, sic anima damnata ligatur igni, & detinetur ab eo vt accipientis ab ipso igne pœnam, & ex illa coniunctione concipit horrorem, & dolorem. Et Grego. vbi supra ait. Anima non solum videndo, sed etiam experiendo incendium patitur.

Ignis infernalis an erit perpetuus.

TErtio quæritur vtrum ignis infernalis erit perpetuus non tamen consumens damnatos, sed solum crucians? Et hanc quæstionem Ricar. mouet in 4. di. 44. ar. 2. q. 4. Et respondit, quód erit perpetuus. Nam Matth. 25. a saluatore nostro ille ignis appellatur æternus. Quod non est intelligendum a parte ante, sed a parte post. Et hanc opinionē tenet Aug. 21. de ciuitate Dei, quód autem non consumantur damnati illo igne probat Ric. in eadem di. & ar. q. 7. Scriptum est enim Iob. 20. Lucent omnia quæ fecit, nec tamen consumentur. Et quód hoc sit possibile, scilicet facere durare in perpetuum ignem inferni, & in ipso damnatos non annihilari, probat August. 21. de ciui. Dei c. 4. 5. & 6. & dat multa exépla mirabilia. Primum est de Salamandra quod est animal habitans in igne, nec tamen ab eo consumitur. Similiter, & de mōte ethna, qui est in Sicilia. Et de monte vulcano, & de olimpo a quibus montibus exit cōtinue flamma, & non nutritur aliquibus elemētis, & tamen semper durat. Et secundum Greg. in 4. Dialo. ab ipsis montibus audiuntur voces terribiles, quæ putantur esse damnatorum. Et ibi dicitur esse os inferni.

Alia exēpla ad idē.

SImiliter apud garamantas dicit Augu. esse fontem qui in die est tam frigidus, vt de eo non possit bibi, & in nocte tam calidus vt non possit tangi. Similiter in epiro dicit esse alium fontem in quo si ponantur faces extinctæ, subito accenduntur. Item in archadia dicit esse lapidem qui vocatur albeston, qui accensus semel, amplius non potest extingui. O igitur infœlices peccatores, si modo non potestis tenere per momentum vnum digitum in isto igne, quomodo poteris stare per mille millia annorum, imo per infinita secula seculorum toto corpore, & anima submersi in illo horribili igne infernali, qui non solum exterius vos cruciabit, & vret sed etiam per os, ac nares, & per alias corporis apertiones ingrediens, omnia viscera vestra decoquet? Ideo exclamat Isaias. c. 33. di. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante, & cum ardoribus sempiternis? Quod considerans quidam sanctus pater ad cuius cellā perrexerat quædam impudica meretrix, eumq; tētabat, & incitabat ad libidinem, statim cepit comburere sibi digitos ad ignem lucernæ dicens. Volo videre & experiri si potero pati ignem inferni, qui comburet luxuriosos, & sic a tentatione liberatus est, & meretrix illa mortua est horrore talis visionis, vt legitur in vitis patrum. Si quis autem videret illum terribilem ignem, profecto fugeret omnem causam perueniendi ad eum, iuxta illud Naum 3. Omnis qui viderit te resiliet a te. Ad confirmationem quoq; prædictorum

De terribilitate ignis inferni aliqua habes hic.

Aliud exēplū ad idē.

rum

rum de igne infernali dant aliqui docto res aliud exemplum dicentes, quòd sicut secundum medicos cor hominis mortui veneno mixtum si in igne ponatur comburitur, sed nō consumitur, sic mortuus veneno peccati in inferno perpetuo comburetur, & nunquam consumetur. Sed scitote o maledicti peccatores, quòd non solum ab igne, sed etiam ab omnibus alijs elementis, videlicet ab aqua, & ab omnibus alijs creaturis cruciabimini. Vt probat Ricardus in 4. dist. 44. ar. 2. q. 10. Et sanctus Bona. ac Scotus in eadem dist. Et hoc prædixit Salomon. Sapien. 5. dicens. Pugnabit pro illo orbis terrarum contra insensatos. Et in eodem capitulo, etiam dicit. Candescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. De hoc igne terribili, & de alijs pœnis inferni, loquitur Augustinus in sermone ad heremitas di. Vnus est igitur ignis singulis, & corporeus, vt insensatos peccatores corporaliter cruciet, nec lignis, nec pice, nec oleo nutritur, sed per peccatum semel accensum, in æternum durare nullatenus dubitare debemus. O inferne, tu latus es, & mensuram non habes, profundus es, & nullum fundum te habere cognosco. Insatiabilis es, quia omnes tam pauperes quàm diuites libenter te suscipere audio. Plenus es ardore incomparabili, plenus es fętore intollerabili, plenus omni dolore, innumerabili. Ibi est omnis miseria, ibi tenebrę, ibi nullus ordo, ibi error ęternus, ibi nulla spes boni, sed omne malum quod extimari potest damnatis in æternum erit. Sed si quæratur vtrū omnes sentiant eandem pœnam in inferno? Respondet Augustinus in 21. de ciuitate Dei. c. 16. quòd pro quantitate peccatorum sentietur, & grauitas pęnarum. Sicut enim quanto maiorem quis ponit fasciculum lignorum in igne, tanto maiorem flammam facit. Ita & vos o diabolici peccatores, quanto maiorem cumulū peccatorum facietis, tanto magis æternale vos incendium aliaq; multiplex infernalis pœna cruciabit. Vt inquit Ricar. noster in 4. dist. 44. art. vlt. q. 9. Vnde dicit Gregorius lib. 9. moralium versus finem. Sicut vno sole omnes tangimur, nec tameo sub eo vno ordine omnes ęstuamus, quia iuxta qualitatem corporis sentitur

Vtrū oēs sentiant eandē pœnam in inferno.

etiam pondus caloris, sic damnatis, & vna est gehenna, quæ afficit, & tamen nō vna qualitate omnes comburit, quia qđ hic agit dispar valitudo corporum, illic exhibet dispar causa demeritorum. Et idem dicit Augustinus in libro meditationum. c. 26. Et 21. de ciui. Dei. c. 16.

QVINTA AFFLICTIO quæ dicitur blasphemationis.

QVinta afflictio quam habent dānati in inferno dicitur blasphemationis. Vnde sciēdum quòd ipsi damnati sunt totaliter priuati omni charitate Dei, & proximi. Si enim haberent, vel vnam guttam charitatis vt dicebat Gullielmus Episcopus Parisiensis, sapor eius esset tā dulcis, & fortis, quòd conditet omnia eorum mala. Erunt autē confirmati, & obstinati in indignatione, inuidia, ira, & odio Dei, & ꝓximi, & pleni erunt impatientia, & amaritudine. Vnde cuilibet damnando dicitur Ezechielis. 23. Calicem mœroris & tristitiæ bibes, & potabis vsq; ad feces. Et ideo ex impatientia, & cōturbatione, ac furore, blasphemant Deum, & sanctos. Isaiæ. 8. Cum esurierint irascentur, & maledicentur regi suo, & Deo suo. Dicit autem philosophus in primo libro poetriæ suæ, ꝙ in inferno cōtinua est lis. De blasphemia vero Dei scriptum est. Apoc. 16. Blasphemauerunt Deum cęli, & manducauerunt linguas suas prę doloribus, & vulneribus suis. Patet hoc per exemplum quod legitur in summa de septem donis vbi dicitur quòd cum quidam vsurarius infirmaretur ad mortem nec sacerdos vellet ei sacramenta conferre, nisi restitueret, vel cautionem faceret, illeq; recusaret, hortabantur ad hoc eum filij eius ne ad infernum descenderet moriens. Ille vero respondebat. Nescitis quid petatis. Si vellem male ablata restituere relinquerem vos pauperes, & egenos, meliusq; est se committere misericordiæ Dei, quàm misericordiæ hominum. Et in hac pertinacia mortuus est vsurarius ille, ac in inferno sepultus. Ex filijs autem eius duobus, dixit alter ad alterum. Pater noster mortuus est, non imitemur cum retinendo vsuras

Dānati nil charitatis habebunt.

Exēplo ostēdit in inferno Deū, ac singulas creaturas blasphemari.

vsuras per illum extortas, sed reddamus creditoribus, vt saluari possimus. At alter respondit. Ego meam partem retinebo, nec illam restituere euro. Si pater noster vsuras fecit & non restituit, ipse non ego pœnam portet. Alter ergo portionem suam restituit, & seculum deserens Dei obsequio se totum tradidit. Dum autem qui in seculo remanserat mundanis se immergeret, infirmatus ad mortem, nec pœnitens secutus est patrem. Quod frater audiens rogauit Deum, vt patris, & fratris eius statum ei dignaretur ostendere. Vna igitur dierum cum oraret vidit terram apertam, & in inferno patrem in flāmis penitus sepultum, & filium eius fratrem suum iacens super eum, maledicebatq; pater filium dicentes. Maledicta sit hora in qua te genui fili, & tu sis maledictus, quia propter te feci vsuras, & nolui restituere, ne te pauperem relinquerem. Et propter hoc crucior in hac flamma. Et filius respondebat. Maledictus sis tu pater, & maledictus dies in qua me genuisti, quia exemplo tuo docuisti me fœnerari, & vsuras extortas nolui reddere, propter quod crucior in inferno. Et post hæc ambo pariter eiulantes blasphemabant cuncta creata, & creatorem illorum. Quod cernens ille seruus Dei, gratias Deo egit qui eum liberauit de tanto malo.

SEXTA AFFLICTIO quæ dicitur inconsolabilis lamentationis.

De cātu inconsolabili damnatorū, & de eius nobis.

SExta afflictio quam habebunt damnati in inferno dicitur inconsolabilis lamentationis. Et iste est cantus dānatorum habens sex notas. s. Vt, re, mi, fa, sol, la. Primam notam vociferando profert quilibet damnatus dicens. Vtinam cō sumptus essem ne oculus me videret, fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum. Iob. 10. Secunda vero addit dicens. Repleta est malis anima mea. Psal. 87. Et omnes alij respondent cum eo. Repleti sumus despectione. Psalmo. 122. Tertiam autem totam insimul cantant dicentes. Miserabiliores sumus omnibus hominibus, primæ ad Corin. 15. Quartam vero notam cantat vnus quisq; eorum dicens. Facies mea intumuit a fletu. Iob. 16. Et iterum. Faciem meam operuit caligo. Iob. 23. Quintam autem notam adiungunt omnes simul dicentes. Sol intelligentiæ non est ortus nobis & in malignitate nostra consumpti sumus. Sapientiæ. 5. Sextam vero notam similiter decantant dicentes. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis. Sapientiæ. 5. Et iterum. Lassis non datur requies, & pellis nostra quasi clibanus exusta est, & defecit gaudium cordis nostri, ac conuersus est in luctum chorus noster, & cecidit corona capitis nostri. Veh nobis quia peccauimus, & propterea mœstum factū est cor nostrum, & contenebrati sunt oculi nostri. Trenorum vltimo. Sciendum est ergo quòd in inferno nunquam damnati cessabunt a suspirijs, & maximis clamoribus, & lamentationibus. Et causam assignat Isaias. 22 c. dicens. Dies enim interfectionis & conculcationis, ac fletus a domino Deo exercituum. Vnde saluator noster. Matth. 22. inquit. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Sed notandum secundum Ricar. in 4. di. 50. quòd in inferno non erit corporalium lachrymarum, quia talis resolutio non erit in alia vita, cum pertineat ad statum corruptibilem. Sed erit ibi maximus dolor interior, & exterior cum turbatione, ita quòd suspirabunt, & lamentabuntur damnati præ doloribus cum turbatione oculorum, & motu capitis, & stridore dentium, & pre maxima angustia, vultus & caro, & capilli contrahentur.

De fletu qui erit in inferno, & de lamentatione.

O Si possemus ponere aures ad os inferni profecto audiremus horribiles voces miserorum damnatorum clamantium, & dicentium. Heu heu, quàm vrēs, & ardens est ista flamma. Quis dabit nobis ad refrigerandum guttulam aquæ? Quis nos liberabit a cruciatibus istis? Quis nos consolabitur in tot mœroribus? Vbi sunt amici nostri? Vbi diuitiæ? Vbi potentia? O vita nostra plena omni dolore, & angustia, o vita destituta omni auxilio, omniq; solatio. Audiretis profecto quemlibet damnatum blasphemantem, & dicentem. Heu

mihi

mihi quare me creasti Deus, Iob. 10. Quare de vulua eduxisti me? Maledictus tu pater meus, & mater qui me concepistis. Ecclesiastici. 41. De patre impio conquærūtur filij, quoniam propter ipsum sunt in opprobrium. Maledictus sit dies in qua natus sui. Iob. 3. c. Pereat dies in qua natus sum. Et nox in qua dictum est natus est homo in mundum. Heu mihi quia priuatus sum videre gloriam Dei. Isai. 25. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Heu mihi qa semper ardebo in hoc igne æternali. Psalmo. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & flammabit in circuitu inimicos eius. Heu quia vndiq; circundatus sum pęnis & doloribus. Daniel. 13. Angustiæ sunt mihi vndiq;. O obstinati peccatores, o corda adamantina, duriora saxis, quare non plangitis audiendo tā horribilia? O lasciui iuuenes qui ridetis, & tripudiatis, audite quid dicat vobis saluator Lucæ. 6. Veh vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis, & flebitis. Plangite ergo nunc peccata vestra ne in æternum plangatis. Ait enim saluator noster Matthæi. 5. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur.

SEPTIMA AFFLICTIO quæ dicitur æternæ desperationis.

Septima afflictio, quam habebunt dānati in inferno dicitur æternæ desperationis. De quolibet enim dānato dicitur. Iob. 15. Non credit quòd de tenebris reuerti possit ad lucem, circunspectans vndiq; gladium. Et ibidem. Auferetur de tabernaculo ei⁹ omnis spes fiduciæ. Et psalmista inquit. In inferno nulla est redemptio. Vnde si damnati plorarent plures lachrymas quā sint guttę aquæ maris non possent Deum placare nec remissionem pœnæ aliquam impetrare. Ipse enim ait Prouer. 1. Tunc clamabunt, & non exaudiam eos, &c. Et ideo dicitur. Ecclesiastes. 9. Quodcunq; potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia erit apud inferos quo tu properas. Nulla enim erit via, nullumq; remedium euadendi illas pœnas perpetuas. Vnde Gregorius. 7. moraliū inquit. In inferno erit frigus intollerabile. Ignis inextinguibilis, vermis immortalis, tenebræ palpabiles, flagella cedentium, horrida visio dęmonum, confusio peccatorum, & desperatio omnium bonorum &c. Pro cuius declaratione mouetur quæstio. Verū Deus iustè puniat morientes in peccato mortali pœna æterna? Et respondent quidā perfidi, quorum dicta refert Augustinus 21. de ciui. Dei. 11. c. dicentes quòd Deus iniustè faciet dans pęnam æternam peccatoribus, & possumus arguere sic. Pro mensura peccati debet esse plagarum modus. Deut. 25. & l. 1. §. sed & qui porcū. ff. de abige. l. respiciendum. ff. de pęnis. & l. pedius. §. 1. ff. de incendio rui. & nau. Vnde dicit saluator Matth. 7. & Lucæ. 6. & Marci. 4. & habetur in c. qualiter & quando, de accusa. el primo. In qua mensura mensi fueritis, remitietur & vobis. Sed mensura peccati non est infinita, cum sit a virtute finita, ergo nec cruciatus eius debet esse infinitus. Ad hanc quæstionem respōdit Ricar. noster, in 4. dist. 44. ar. 2. quæst. 1. di. quòd Deus iustè punit peccatores in peccato mortali morientis pœna æterna. Et hoc possumus probare quatuor rationibus. Primo propter voluntatem. Et hanc rationem tangit Gregorius. 4. libro, dialogorum respondens ad argumentum in contrarium factum. Ibi enim Petrus Diaconus eius, eum interrogat dicens. Scire vellem quomodo iustum est, vt culpa quæ cum fine perpetratur, sine fine puniatur. Et Gregorius respondit. Hoc rectè petre diceretur, si iustus iudex non corda hominum sed solum facta pensaret. Iniqui enim ideo cum fine vixerunt. Nā voluissent vtiq; si potuissent sine fine viuere, vt possent sine fine peccare, ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquā desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato, hæc ille. Ad idem facit capitulum. legatur. 24. q. 2. Augustinus quoq; hoc confirmat, de pę. di. 7. c. si. inquit. Qui in pœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciatur, quia qui in penitens finitur, si semper viueret, semp peccaret. Mala enim voluntas pro facto repu-

Deus iuste puniat pœna æterna morientes in peccato mortali.

puta-

putatur. c. omnis c. nunquid. c. uoli. c. homicidium. c. si propterea. de pœni. di. 1. Vnde Iuuenalis. lib. 5. & si. satira. 1. inqt. Nam patitur pęnas peccandi sola volun tas, & ff. ad. l. corneliam, de sica l. diuus, dicitur. In maleficijs voluntas spectatur, non exitus. Et in. l. si quis non dicam. C. de Episcopis, & cle. dicit glosa, quòd pu nitur effectus, etiam si nõ sequatur effe ctus, quando per malefactorem non ste tit, qui peccatum opere compleret. Sed quidam deridentes prædicatores pœnas æternas prædicantes, dicentes non esse infernum, super quibus miror de diuina clementia, quomodo non faciat eos a dæ monibus viuos ad infernum perduci. Si cut fecit de Dathan, & Abiron, propter quorum peccata aperuit se terra, & vi ui descenderunt in infernum. Nume. 16.

2. ratio probãs peccatores esse aeternaliter a Deo puniendos.

SEcundo probatur peccatores æternaliter puniendos ratione obiecti. Quælibet enim offensa consideratur non solũ respectu actus, sed etiam respectu digni tatis illius qui offenditur. Tanta enim re putatur offensa, quãtus est ille qui offen ditur. §. atrox. Insti. de in iurijs, & de sen ten. excom. c. cum illorum. §. nos tamen, in textu, & in glo. & ff. de re. mili. l. omne delictum. §. 1. & de iniuri. l. item apud labeonem. §. quod ait prætor. Cum igitur secundum Augustinũ. Peccatũ sit spreto incommutabili bono commutabilibus bo nis adhęrere, sequitur quòd quilibet pec cato mortali spernens Deum qui solus est summum bonum incommutabile, tã grandem iniuriam ei facere dicitur quã tus ipse est. Cum itaq; ipse Deus sit in finitus, ergo peccatum contra illum com missum, hoc respectu dicitur infinitum, & ideo pœna infinita est puniendum, & æterna. Bernar. autem super Canticam dicit, quòd qui mortaliter peccat, vult non esse Deũ. Quod sic probat. Qui vult Deum, aut impotentem, aut iniustum, aut insipientem esse, vult Deum nõ esse. Sed qui mortaliter peccat, vellet Deum, aut nescire peccata sua, aut vindicare nõ posse, aut nolle, quod est cõtra iustitiam, ergo vellet Deum non esse. Qui autem vult Deum non esse Deum, puniendus est æterno supplicio.

TErtio idem probatur ratione cõtemptus. Peccatores namq; contemnunt infinitum bonum, & æternum gaudium, quod potuissent eligere, & quia volunta rie elegerunt æternum malum, iuste illis æterna supplicia condonantur. Vnde Augustinus. 21. de ciuita. Dei. c. 12. inqt. Factus est malo dignus æterno, qui in se peremit bonum, quod esse posset ęternũ. Peremit enim animam suam. Apoc. 3. Nomen habes q vivas, & mortuus es. Et Sapientiæ. 16. dicitur. Homo per malitiam occidit animam suã, quæ poterat esse in æternum beata, & perdidit æterna bona paradisi; atq; quantum in se est dissipauit, & peremit prędicta bona, & similiter charitatem infusam, & gratiam gratum facientẽ, & merita infinita passionis Christi, & etiã oĩa merita totius ecclesiæ militantis & triumphantis. Et ideo tenetur ad condignã satisfactionem. Dicitur aũt q qui non habet in ęre, luat in corpore. l. quicunq; C. de seruis fugi. l. fi. ff. de in ius vocando. l. 1. in fine. ff. de pęnis. Licet enĩ Deus dederit homini animã, & corpus, non tamen dedit in dominio suo. Vnde de corpore hominis dicitur, in. l. liber ho mo. ff ad. l. aqui. Nemo dominus mẽbrorum suorum. De anima autem certũ est q non est in domino nostro. Ait namq; Deus. Exodi. 13. Mea enim sunt omnia Et Ezechie. 18. inquit Deus. Omnes animæ meę sunt. Et ideo debet puniri pęna ęter na, qui rem alienam priuauit æternis bo nis. Quarto idem probatur ratione iusti ficationis. Vtrũ inquit beatus Thomas in 4. d. st. 46. q. 3. & 1. 2. q. 87. & contra gẽ tiles, lib. 3. c. 144. Ordo diuinæ iustitiæ hoc exigit, vt sicut præmia correspõdeãt peccatis, quia sicut se habet oppositum in opposito, ita propositum in proposito. l4 Topi. Sicut ergo se habet meritum ad præmium, ita se debet habere culpa ad pęnam. Et ideo sicut pro tẽporali merito secundum diuinã iustitiam, & equitatem datur præmium æternum, & perpetuum, dicente Paulo. 2 ad Cor. 4. Id n. quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operaẽ in nobis, ergo pariformiter mortali culpæ debet dari pœna perpetua, & æterna, cum virtus, & vitium sint contra-

3. ratio idẽ probans.

4. ratio idẽ probans.

traria, & contrariorum fit eadem disciplina.i contrario modo. De quo tractatur in.l.1.ff.de his qui sūt sui vel alie. iu. & per Dinum in c.qui sentit, de regulis iuris lib.6.& ibidem per Io.An. & in nouella.eodem.c. Et ista est ratio sancti Bonaué.in 4.di.44.ar.4.q.1. Sicut igitur bonis dabitur regnum æternum. Matth. 25. Ibunt hi in vitam æternam. Ita est contrario malis dabitur æternus cruciatus. Vnde dicitur in eodem.c. Mali autem in supplicium æternum. O quot sunt illi q̃ in illis pœnis cruciabuntur, profecto sunt innumerabiles.

Sed dicet quis ꝙ postq̃ tot,& tanti homines valorosi ad infernum perrexerunt ipse etiam ibidem potius proficisci desiderat, vt cum eis esse possit. Sed tace stulte, quia dicit August.ini. in c. multi, in bne.2.q. 1. Non propterea minus ardebūt quia cum multis ardebunt. imo magis, quia quo plura in igne sunt ligna tanto magis inardescit ignis.

Peccatores nūquā exibūt de inferno, & propter hoc maxime cruciabuntur.

O Perditi peccatores considerate ꝙ nō habetis in hoc mundo tam magnum solatium in quo si nimis perseueretis non generet vobis fastidium, magna vobis est angustia, & afflictio, etiā dum sani estis super plumeum lectum per multos dies ligatos stare, quomodo ergo facietis in inferno in illis cruciatibus infinitis, a quibus nunq̃ liberati eritis? Scitote ꝙ dicūt Theologi in 4. ꝙ si damnati possent habere hanc gratiam, videlicet ꝙ esset machina alta vsq; ad cœlum, continens totū mundum, plena granis milij,& post centum millia annorum extraheret vna grana illius milij deinde post alia centū millia annorum extraheretur alia grana, & sic fieret donec euacuata esset illa machina & tunc damnati extrahĕretur de inferno, profecto haberent maximam lætitiā ad illa grana, expectantes tandem liberari ab illis cruciatibus tam horrendis. Cogitate paulisper quot milliaria annorum irent ad perficiēdam euacuationem illius machinæ. O igitur infœlix conditio damnatorum. Post enim mille millia millium,& decies centena millia millium annorum adhuc restabit illis tantundem tēporis, & nihilo imminuetur. Vnde Ber. inquit in suis meditationibus. Quis putas tunc mœror erit? quis luctus? quæ tristitia? cum separabuntur iniusti a consortio sanctorum, & a visione Dei? Procul quippe a beata paradisi patria exulati cruciabuntur in gehenna perpetua. Vbi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui torquetur aliquando morit, vbi tormenta sic infliguntur vt perpetualiter renouentur, hæc ille. O dissoluti mortales contremiscite. Vbi est nunc Cæsar totius orbis imperator? Vbi sunt illi qui ante nos in delitijs mundi huius gaudebant, tripudiabant,& canebant? Profecto ad inferna descenderunt. O lasciui,& sensuales quo creditis vos ituros post hanc vitam, audite quod scriptum est Iob.21 Tenent timpanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos,& in puncto ad inferna descendunt. Si ergo interrogatis me, quando exibitis de inferno clamans cum lachrymis dico. Nunquam, nunquam, nunquam, nunquam, nunquam, nunquam. Scriptum est enim Apocalip. 20.

Cruciabuntur die, ac nocte in secula seculorum.

A quibus tormentis liberet nos misericors Deus noster. Amen.

SABBATO

SABBATO POST PASCHA, DE NVMERO SALVANDORVM RESPECTV DAMNANDORVM.

SERMO VIGESIMVSTERTIVS.

OMnis qui credit in illum non confundetur, prima Petri 1. Est sententia in iure dicens, quòd si alicui debeatur seruitus viæ vel itineris per aliquam domũ, si ædificio alterius impediatur via illa, poterit habens seruitutem prohibere ædificantem per interdictum noui operis. l. si eo loco. ff. si seruitus vendi. Quod verum est si opus est nouum. l. 1. §. 1. ff. de noui operis nun. Moraliter omnes christiani habent ius eundi per viam mandatorum Dei, versus cęlum. Matth. 19. Diabolus autem inimicus humanæ naturæ vult eos impedire a tali itinere, superædificando domum vitiorum, & ponendo impedimenta in via, iuxta illud. Psalmi. 139. In via hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueum mihi. Et ideo prohibendus est per noui operis enũciationem, quia aliter diabolus posset allegare, quod opus illud est antiquum, & ideo destrui non debet, quia consuetudo inducit seruitium, extra de foro competenti, capitulo cum contingat. Vnde Prouer. 22. dicitur. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea. Est alia sententia in iure dicens, quòd ille qui habet ius ducendi aquam ad irrigandam possessionem suã, oportet quòd vtatur iure suo, quia si posset ostendi quòd duabus æstatibus non sit vsus, tunc amitteret ius suum. ff. de aqua quo. & estiua. l. 1. §. estatem. Moraliter, quilibet peccator habet ius ducendi aquam pœnitentiæ, & lachrymarum ad irrigandam, & lauandam conscientiã suam. Vnde Isaiæ. 1. inuitat Deus peccatores, vt se lauent dicens. Lauamini, mundi estote, & eiusdem libri. 55. iterum ait. Omnes sitientes venite ad aquas. Ideo si non vtantur hoc priuilegio, perdent ius suum, sicut perdiderunt virgines tarde venientes obuiam sponso. Matth. 25.

EST alia sententia in iure, q̃ si alicui debeatur seruitus luminis, & aliquid fit quo impediatur, potest illud prohibere per noui operis nunciationem. ff. de seruitu. vrba. prædi. l. inter seruitutes. Moraliter oẽs christiani habent ius illuminandi animam suam, & introducendi in ea lumẽ gratiæ, & gloriæ, quod est Christus. Ioannis. 8. ipse. n. dicit. Ego sum lux mundi. Diabolus autem vult nos excecare dicens illud Psal. 48. Vsq; in æternũ nõ videbit lumen. Hæc autẽ excecatio fit *Christiani habens ius illuminandi aĩam suam.*

per peccatum. Sapientiæ. 7. Excæcauit eos malitia eorum Et Sophoniæ primo. Ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Et ideo debemus recurrere ad Iesum Christum lumen oculorum nostrorum. Et dicere cum propheta. Psal. 12. Illumina oculos meos ne vnq obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eū. Oēs.n. qui credunt in illum non confundentur, vt inquiunt verba proposita. Super quibus verbis vnam pulcherrimam quæstionem tractabimus, videlicet. Vtrum omnes homines mundi finaliter debeāt esse salui, q̄ damnati. Vnde pro declaratione huius quæstionis tres partes faciemus. Prima dicetur argumentationis. Secunda responsionis. Tertia vero cōfirmationis.

Sermonis distinctio, ac diuisio.

PARS PRIMA quæ dicitur argumentationis.

Perutile est pro vtraq; parte semp argumētari quoniam sic magis manifestatur veritas.

PRo expeditione primæ partis, sciendum quòd est sentētia Aristo. i. Topicorū di. Potentes ad vtranq; partem dubitare in singulis speculabimur verum & falsum. Et in secundo de cęlo, & mundo. Opposita iuxta se posita magis elucescunt. Et in primo Elen. inquit. Positis iuxta se contrarijs, maiora a minoribus discernuntur. Et in secundo de anima etiam q̄ considerans vnum oppositorum, habet considerare, & reliquum. Per cognitionem enim vnius cognoscitur aliud. l. j. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, & institu. eo. in principio. l. 1. ff. de tutel. insti. eo. in principio. Et. l. pomponius. §. sed & is qui. ff. de procura. &. §. nec manifestum. Insti. de obli. quæ ex delic. na. Ideirco idem philosophus, in prædicamento relationis ait. Dubitare in singulis non erit inutile. Quod notatur per glosam in l. 3. C. de sum. trinitate, & fide catho. Sine disputatione etenim non bene res dubiæ clarescunt. Vnde Aristo. in 3. Metha. inquit. Quærentes veritatem sine disputatione, similes sūt quo ire ignorantibus. Iurisconsulti etiam dicunt, q̄ disputando melius veritas inuenitur. Vt notatur in. l. munerum. §. mixta. ff. de mune. & ho. & in. l. offilius. al. offidius. ff. de lega. 3. & in. l. 2. §. his legibus. ff. de ori. iu. & in. l. diui fratres. ff. de iure patro. Ideo dicitur, quòd iudicantem oportet cuncta rimari. et iudicantem. 30. q. 5. e cū causam. extra de testibus. l. iudices. C. de iudicijs. c. in primis. 2. q. 1. & e. occidit. 23. q. 8 Vnde refert Hiero. in libro contra pellagianos. Schola socratieorum consueuerat adducere oīa quæ dici possent ex vtraq; parte, vt magis perspicua fieret veritas. Nam veritas magis exagitata plus splendescit in lucem. c. graue. 35. q. 9. Vnde si in ciato aquæ ponatur gutta olei, statim facit vnum oculum. Si autem ligno, vel cultello ipsa aqua exagitetur, protinus multos oculos generabit prædicta gutta olei, & ipsa aqua efficietur magis lucida, & in ea melius videbitur. Quapropter vt quęstionis huius melius veritas innotescat, in hac parte arguemus pro opinione falsa.

VNde quòd omnes debeant saluari, vel saltem quàm damnari, videtur quibusdam, quorum opinionem quatuor principalibus corroborabimus fundamētis Primum fundamentum dicitur inclinationis, sic arguēdo. Oīa quę sunt, inclinantur ad agendum secundum bonitatē suæ naturæ, vt patet in creaturis etiam insensibilibus. Nam ignis cum sit calidus naturaliter semper emittit calorem. Sol cum sit naturaliter lucidus semper emittit splendorem. Mel cum sit naturaliter dulce, semper reddit dulcedinem. Ait em̄ Aristo. 4. Ethicorum. Vnum quodq; dirigit opera sua secundum optimum eorū, quæ sunt in ipso. Et Boetius in quarto de cōsolatione prosa quarta inquit. Agit enim cuiusq; natura quòd proprium est ei diffinire. Et eandem sententiam ponit. Commentator Auerrois super nono Metaphysicæ. Ergo cum Deus habeat esse perfectissimum, etiam ipse inclinatur ad agendum secundum infinitam bonitatem naturæ suæ. Vnde ait. Commentator super secundo Methaphysicæ. Prima causa est magis digna in esse, & in virtute, quàm omnia alia entia, quia omnia alia entia acquirunt esse, & virtutem a prima causa. Cum ergo non debeat quis melioris esse conditionis, quàm

Prima ratio probans oēs hoīes saluādos esse, vel saltē plures damnandis.

quàm ille a quo causam habuit.l. in his officijs, in fine.ff. de regu. iuris. Cumq; secundum philosophum secundo Metaphysicæ, quod est causa aliorum vt sint talia, illud fit maxime tale. Sequitur quòd si omnes creaturæ faciunt opera sua secundum bonitatem naturæ suæ, multo magis hoc facit creator. Cum itaque natura diuina sit naturaliter, & essentialiter clemens & pia, vt dicitur de pœni. distinctio. prima capitulo quia diuinitatia, alias quia deitas, vbi inquit Hieronymus. Diuinitatis natura clemens est & pia, magisque ad indulgentiam, quàm ad vindictam prona, quia nullatenus vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. Videtur concludendum quòd Deus inclinatus est ad miserandum omnibus secundum suam naturam. De ipso enim canit ecclesia. Deus cui proprium est misereri semper & parcere. Et consequenter quòd omnes saluabit, vel saltem quòd plures saluabuntur quàm damnabuntur per misericordiam diuinam. Scriptum est enim. Psalmo. 129. Apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et Psalmo. 144. Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Et sic patet quòd Deus magis operatur misericordiam quàm iustitiã, & per consequens pluribus miseretur, quàm damnat. Scriptum est enim vigesimasexta quæstio. sexta c. his qui. Et de pœni. distin. prima capitu. multiplex. §. his autem, & alias allegatur. §. multiplex. versi. his autem. Misericordiæ domini, nec mensuras ponere possumus, nec tempora diffinire. Et hanc opinionem videtur tenuisse beatus Iacobus suæ canonicæ capitulo secundo, qui inquit. Misericordia superexaltat iudicium. Volens demonstrare quòd plures erunt qui diuina misericordia saluabuntur, quàm qui eius iustitia damnabuntur. Si enim homines faciliores sunt ad absoluendum quàm ad condemnandum. l. Arrianus, ff. de actio. & ob. & l. fauorabiliores. ff. de regulis iuris. Multo magis Deus cuius misericordia plena est terra.

2 Ratio hoc idẽ probans

Secundo eadem conclusio probatur fundamento quod dicitur volitionis. Sicut enim omnia quæcunque Deus voluit fieri in præterito facta sunt, iuxta illud. Psalmi. 113. Omnia quæcunque voluit fecit. Nullus enim est, qui diuinæ possit resistere voluntati. Gene. vltimo. Ita omnia quæ Deus vult de præsenti, & de futuro, necesse est fieri, & aliter esse nõ possunt, quia voluntas beneplaciti diuini est immutabilis secundum Thomam in prima parte summæ. q. 19. artic 7. & Scotum in primo dist. 46. & Alexandrum de Ales in tertia parte summæ, in tractatu de lege æterna. q. 5. Cum igitur ita sit, quòd Deus vult omnes homines saluos fieri, Vt dicit Paulus primæ ad Thimo. secundo. Ergo omnes saluabuntur. Aliter videretur secundum opinionem istorum, quòd Deus non esset omnipotens, volens saluare quos non posset. *q. supradicta.*

3. Ratio oẽs hões saluãdos esse probans. vel saltem maiorẽ esse numerũ saluantorũ quam damnatorum.

Tertio confirmatur hæc cõclusio alio fundamento quod dicitur reuelationis. Siue figurationis. Omnia enim in figuram contingebant in veteri testamento, vt ait Apostolus primæ ad Cor. decimo. In diuinis autem scripturis reuelatum fuit quòd innumerabiles, homines quemadmodum saluabuntur. Quod sic patet. Nam omnes electi significantur in promissionibus factis a Deo patri nostro Abrahæ, sicut sancta mater ecclesia canit in missa pro mortuis dicens. Signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam, quam olim Abrahæ promisisti, & semini eius. Semen Abrahæ est amplissimum. Dixit enim ei Deus. Gen. 12. Faciam te crescere in gentem magnã, & 13. eiusdem libri iterum dicit. Faciam semen tuum sicut puluerem terræ, quem si homo numerare potest, semen quoq; tuum numerare poterit. Similiter. Gen. 15. inquit Deus ad Abraham. Suscipe cœlum, & numera stellas si potes, & intulit. Sic erit semen tuum. Ecce quot sunt electi significati in semine Abrahæ. Ideo. Iob. 25. dicitur. Nunquid numerus militum eius. Quasi dicat; non est. Et Dauid Psalmo. 138. dicit de electis. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. Similiter Apoc. 7. c. dicit aquila volans. Audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Et in eodem. c. dicit idem Apostolus. Vidi turbam

magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum in conspectu agni &c. Vnde dicit Hieronymus in prologo Martyrologij, quòd excepto vno die scilicet Calendarum Ianuarij non est dies in toto anno in quo non possit ecclesia celebrare festum quinq; millium martyrum. Vnde martyres sunt plusquam decem, & octo centum millia. Quid de virginibus & alijs sanctis? Ecce ergo quanta est electorum multitudo; Si enim tempore quo viuebat beatus Ioannes Euangelista erat innumerabilis turba sanctorum in cęlo, & iam transierunt plusquam. 1400. anni, quanto plus nunc debent ibi esse? Cum quotidie multiplicetur numerus sanctorum de hac vita miserabili ad æternam fœlicitatem transmigrantium. Propterea doctores sancti in suis opinionibus licet aliqualiter varientur, tamen ostendunt multos saluandos Magister nanq; sententiam in 2. distin 1. dicit hominem esse factũ inter alias causas, pro restauratione naturæ angelicæ, iuxta illud. Psalmi. 109. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. Vnde distin.q. eiusdem libri allegat Gregorium dicentem. Superna illa ciuitas ex Angelis, & hominibus constat, ad quam tantos humani generis ascendere credimus, quantos illic contigit Angelos remansisse. Sicut scriptum est. Deuter. 32. Constituisti terminos populorum iuxta numerum filiorum siue Angelorum. Et hoc exponit idem magister dicens. Non iuxta numerum eorum qui ceciderũt, sed eorum qui remanserunt. Et iuxta istam opinionem cum sint Angeli pene innumerabiles in cœlo, sequitur quòd tot erunt homines qui saluabuntur. Nam de Angelis in cœlo existentibus dicitur Danielis. 7. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei, hæc ibi. Maior enim est numerus eorum qui remanserunt, quàm illorũ qui ceciderunt. Quidam namq; opinantur ꝙ solũ tertia pars Angelorum cecidit. Alij vero ꝙ tantũmodo pars nona. Et alij ꝙ solũ pars decima, & hoc tenet glo. in c. decime. 16. q 1. Item in eadem distinctio. magister ponit aliã opinionem quæ fuit Augustini. 22. lib de ciuitate Dei, videlicet quòd Deus saluabit tot homines quot a cęlo Angeli ceciderunt, vt illa dilecta, ac superna ciuitas non fraudetur suorum numero ciuium. Angeli vero corruentes sunt quasi innumerabiles. Vnde legitur in cronicis ordinis nostri quòd beatus frater Ioannes de Aluernia semel vidit totum aerem, & omnem terram plenam dæmonibus Ergo & maxima erit multitudo saluandorum. Item eadem di. ponit magister aliam opinionem dicens. Licet aliqualiter obscure, quòd salus ruinæ Angelicæ restaurabitur per virgines. De cæteris autem hominibus tot sunt saluandi, quot sunt Angeli qui remanserunt. Et ista opinio videtur fuisse Augustini in libro Enchiridion. Est alia opinio Seraphici doctoris sancti Bonauenturæ in secundo sententiarum distinctio. 9. quæ videtur omnibus verior, vbi ait, quòd cum sint nouem Angelorum ordines, debent ad ipsos homines assumi, pro meritorum conditione. Et ideo non tantum assumuntur ad ipsos virgines, cum etiam multi corrupti carne, in merito multis virginibus pręferãtur. Sicut patet in beata Maria Magdalena, & beato Petro Apostolo, qui multis virginibus vtriusq; sexus sũt excellentiores in paradiso. Quilibet ergo virtuosus secundum suas virtutes assumetur ad ordinem illum Angelorum qui magis ei conueniet. Verum quia multi reperientur, qui in hac vita non fuerunt tanti meriti, vt possent assumi ad Angelorum ordines, qui tñ saluabuntur merito passionis Christi. Ideo de his fiet decim' ordo. Et hoc significatum fuit. 4. Reg. 20. causam dr ꝙ sol tẽpore Ezech. in horologio Achac decẽ gradibus retrocessit. Sic Christus sol iustitiæ pro reparandis nouem Angelorum ordinibus, ad decimũ generis humani descendit. Et hoc etiã in decima dragma dẽsignat. Luc. 15. quam mulier. i. diuina natura maxima diligentia quæsiuit. Non solũ ergo tot saluabuntur ex hominibus, quot ceciderunt Angeli, vt fiat restauratio naturæ angelicæ sed etiã multi alij, & forte tot quot sunt Angeli qui remanserunt. Vnde Aug. in 22. de ciuita. Dei. c. 1. in fine, post illa verba. Vt dilecta illa superna ciuitas nõ fraudet suorum numero ciuium, addit. Qui etiã fortassis, & vberiore lætetur, hæc ille. Rationabile

Lege de demonibus, et sanctis pulcherrima perscrutatio.

nabile autẽ videtur, quòd plures sint homines beati in cęlo quã Angeli. Ex quo Deus factus est homo, non Angelus. Ex qbus oĩbus opinionibus patet quòd multus erit numerus saluandorum.

4. Ratio idē qđ superius probans. QVarto idem probatur fundamento prædestinationis. Et arguitur sic. Cum bonum sit argumentum a sufficienti parti ũ diuisione secundũ regulas logicales, & etiã secundũ iuristas, de quo per glosã in. l. 1. ff. de actio. & obli. & insti. de obli. q̃ ex quasi cõtrac. nas. in prin. faciendo optimã diuisionẽ q necesse est dicere circa prædestinationẽ diuinã, q Deus, aut nullum prædestinauit, aut oẽs hoĩes, aut solum aliquã partem. Prima opinio est falsa. Ait enĩ Paulus ad Ephe. 1. Qui prædestinauit nos in adoptionẽ filiorum Dei. Si vero dicis q Deus omnes prædestinauit, est origo, & fundamentũ habens salutẽ, vt colligit a Theologis in 1. senten tiarũ di. 35. & 41. Et a canonistis. 23. q. 4. c. Nabuchodonosor. Si ergo Deus oẽs prędestinauit, ergo necessario cõcludendum est, q oẽs debent saluari, aliter Deus diceret esse mutabilis, & instabilis, quod non est dicendum. Quia quod semel placuit, amplius displicere non debet. c. quod semel, de regu iu. lib. 6. per fundum. ff. de ser ui. tu. præ. insti. de excu. tu. §. item si propter inimicitiã. ver. sicut. & l. si quis te. C. de testi. l. pomponius. ff. de ne. gest. & c. herrendus. 32. q. 5. & c. quemadmodũ, de iure iu. & c. per tuas, de proba. Si autẽ dicis q nõ oẽs prædestinauit, sed tñ partem, ergo sequitur q Deus est acceptator personarum, quod tamen negat scriptura Roma. 2. & ad Ephe. vlti. Vnde Actuũ. 10. dicit Petrus. In veritate comperi quoniã Deus nõ est acceptator psonarũ. Et idẽ habet. 32. q. 4. c. sicut, & de conse. dist. 4. c. nec quẽquam, & de pœni. di. 4. c. si ex bono. §. cur ergo. Facit extra de præben. & digni. c. venerabilis. e. nouit. de iudi. c. vlt. 3. q. 9. & c. 2. q. 4. Et Sap. 6. vbi dicit. q̃ qualiter est ei cura de oĩbus Et Matth. 5. dicit saluator noster de patre suo cęlesti. Solem suũ facit oriri super bonos, & malos. Et in auten. de mona. §. hinc autem nobis, dicitur. Quantum ad Dei cultum nõ est masculus, neq; fœmina, neq; liber, neq; seruus omnes. n. in Christo vnam mercedem recipiunt. Si igitur Deus non est acceptator personarum, ergo omnes prędestinauit. Cum enim prædestinatio sit ab æterno vt dicunt Theologi in 1. di. 40. non videtur conueniens secundũ istos, q Deus prędestinauerit quosdam, & quosdam non; cum eo tempore nullus adhuc esset, qui bonum, aut malum fecisset. Et sic videtur concludendum, q cum omnes debeant reputari prædestinati, ne in Deo ponatur acceptatio personarũ, omnes saluabuntur. Et hoc videtur sentire Paulus. Roma. 8. di. Nam quos præsciuit, hos & prædestinauit, quos autem prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos, & iustificauit, & quos iustificauit, hos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Sed audi aliam partem si vis recte iudicare. c. 1. de cau. pos. & proprie.

SECVNDA PARS quæ dicitur responsionis.

Respõsio ad istã dubitationẽ de numero saluãdorũ & primo ad primum argumentum. SEcunda pars huius sermonis dicitur responsionis. In qua demonstrabimus, non esse verũ q omnes debeant saluari Imo q plures erunt dãnati q̃ saluati. Et ne hæc diabolica opinio in mentibus peruersorũ remaneat, ita q vicijs inherendo putent se saluandos, respõdendum est eorum argumentis. Et ideo quo ad primum argumentum quod dicit inclinationis. In quo dicebatur, quòd quia Deus habet naturã clementem, & ad misericordiam inclinatã, ideo omnes saluabit, vel saltem plures q̃ damnabit. Rñdeo quòd natura Dei nõ est differẽs ita quòd plus habeat in se misericordiam q̃ iustitiam, imo ita est infinite iustus, sicut misericors licet in hoc mundo magis exerceeat misericordiam, q̃ iustitiam. Quicqd enim est in Deo est infinitum, vt inquit Plato in lib. Thimei. Et verũ est quòd ipse Deus, qui vere est misericors, saluaret oẽs, si ipsi se disponerent. Sed quia ipsi se non disponunt, ideo non saluantur. Et cõfirmantur hęc eñt per sententiam Philosophi secundo de anima dicentis. Actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Videmus hoc per experientiam. Nam cibus naturaliter habet præbere nutrimentum, sed tamen non præ-

bet illi qui non habet digestionem. Ignis quoq; habet calefacere, sed tñ non calefacit non approximantem sibi. Itẽ mel reddit dulcedinem, sed non illi qui ipsum renuit degustare. Similiter lumen habet illuminare, sed tamen non illuminat cæcorũ oculos. Medicina quoq; habet sanitatem restituere, non tñ curat moriturũ. Et hęc non sunt ex culpa actiuorũ, sed ex defectu passiuorũ, quia nõ sunt dispositi. Magnes etiam habet virtutem attrahendi ferrum, & semper attrahit, nisi ferrum oleo inungatur, per quod virtus magnetis impediatur, & hoc nõ est ratione magnetis cuius virtus est indifferens ad omne ferrum, sed alterius impedientis. Et similiter Deus naturaliter est misericors, & oẽs paratus ad se clementer trahere. Vnde Ambro. in lib. de pœni. & allegatur de pœni. di. 1. c. Deus, ait. Deus diffinitionem non facit, qui misericordiam suam oĩbus promisit. Vbi glo. exponit dicens. Idest indifferenter quẽlibet peccatorem recipit nisi se peccatis impediat, iuxta illud Tren. 3. Opposuisti tibi nubẽ ne transeat oratio, & in c. decime. 16. q. 1. dr. Benefacere semp Deus est paratus sed hominum malitia prohibetur. Ex quibus patet q̃ licet Dei natura de se sit inclinata oĩbus misereri, nõ tñ oĩbus miseretur, quia ipsi nõ sunt dispositi ad susceptionem misericordiæ. Imo multi nolunt suscipere illã, sed faciunt sicut quidã, qui si dimitterent ianuas apertas sol intraret in eorum domibus, sed claudentes impediunt splendorem Solis ne intret, non ergo est ex defectu Solis si non illuminant, sed ex suo defectu & malitia. Ita in proposito saluator noster qui est lux mundi, vult intrare ad animas peccatorũ illustrandas, dicens illud. Cant. 6. Aperi mihi soror mea. Et isti perfidi & obstinati peccatores nolunt eũ recipere. Non ergo est defectus redẽptoris nostri, sed eorũ. Ideo dicit auctor in lib. de causis, confirmans oĩa prædicta. Prima causa est superior, & semper est sine varietate, sed causæ secundæ non recipiunt virtutẽ primæ nisi secundum attingentia. Non ergo valet argumentum.

Respõsio ad 2. fundamẽtũ in 2. argumento.

AD secundũ fundamentum de voluntate Dei, cũ sic arguebatur. Deus vult oẽs hoĩes saluos fieri, ergo oẽs saluabunt, quia voluntas diuini beneplaciti est immutabilis. Vt inquit etiã Magister sentẽtiarum. & S. Bona. in 1 di 46. & possumus corroborare etiã hoc argumentũ si Cum voluntas diuina sit prima causa, & immediata oĩum rerum. Vt inquit Aug. in 3 de trini. Et declarat S. Bona in 1. di. 45. ar. 2. q. 2. Ergo si ipse Deus vult oẽs homines esse saluos, cum ille terminus oẽs, sit vniuersalis. Et qui totũ dicit nihil excludit l. a procuratore. C manda. l. 3. ff. de offi. pref. c. solitę. de mai. & obe c. 2. de obseruatione ieiu. c. si Romanorum. 19. di. 1. q. 1. c. sunt nonnulli. 12 q. 1. c. dilectissimis. 13 q. 2. c. non extimemus, & 14. q. 3. c. putant. Ergo videt necessario concludendum, q̃ oẽs homines erunt salui. Rñdeo q̃ verũ est diuinam voluntatem esse primã causam oĩum rerum, & immutabilem vt inquit magi. sententiarũ in 1. di. 45. Voluntas beneplaciti diuini, idẽ est q̃ essentia diuina. Dum autem dicit q̃ Deus vult oẽs hoĩes saluos fieri. Rñdeo secundũ sniam plurium doctorum, maxime Nicolai de Lira, super epistola Pauli ad Ro. 5 c Et b. Tho. in 1. parte summæ. q. 19 ar. 6. & Ric. nostri in primo sententiarũ di. 46. & sancti Bona. ibidem ar. 1. q 1. q̃ cum oẽs non saluent, & Dei voluntas non frustretur, necesse est q̃ fiat vis in modo distribuendi, vel in modo volendi Vñ Aug. in lib. Enchiri ait, q̃ dupliciter fit vis in modo distribuendi vno modo q̃ fiat distributio secundũ cõmunẽ modũ loquendi quæ distributio dr accõmodata. Sicut exẽplificat Aug. Si diceret. Iste magister docet oẽs pueros istius ciuitatis, secundũ cõmunem modũ loquendi, intelligeret q̃ docet oẽs qui addiscere volũt in illa ciuitate, & q̃ nullus docetur nisi p ipsum. Similiter ergo cũ dicit Apostolus, q̃ Deus vult oẽs hoĩes saluos fieri, intelligitur q̃ nullus saluat nisi ipse Deus velit, qui saluat oẽs qui volũt salui fieri Et idem esset dicendum si Apostolus dixisset. Deus saluat vel saluabit oẽs hoĩes. Alio modo põt fieri distributio secundũ importationem termini vniuersalis, & tunc si fiat distributio pro singulis generũ, videlicet q̃ quilibet de genere humano sit saluus, sic esset falsa opinio Pauli. Sed ita non intellexit Apostolus verba sua. Vt dicit magister sententiarum, & sanctus Bona. &

Quõ Deus vult oẽs homines saluos fieri exponitur.

omnes

omnes Theo. in 1. di. 46. Si vero fiat distributio pro generibus singulorũ, sicut qñq; fit in iure, vt notat glo. in c. cum humilitatis. 22. q. 2. & in c. nam concupiscẽtiam, de consti. sic est vera sententia Pauli, ꝙ Deus vult oẽs homines saluos fieri, quia de omni genere, & omni cõditione hominum vult aliquos saluare, & saluat. De græcis & latinis, & de omni alia natione, de prælatis, & subditis, de diuitibus, & pauperibus, & sic de similibus. Et hæc est expositio sancti Aug. quã sequitẽ magister sententiarum vbi supra. Si autẽ fiat vis in modo volendi, videtur secundum Alex. de Ales, in 1. parte summæ, in tractatu de voluntate Dei. Et Ioannem Damascenũ lib. 2. c. penul. in Deo distingui dõ duplex voluntas, non respectu ipsius Dei volẽtis, sed respectu voliti, vna voluntas dicitur antecedens, & alia consequens. Voluntas antecedens est quædã voluntas, qua Deus vult oẽs homines saluos fieri, quantum sunt ad eius imaginẽ creati, & sic intelligitur ꝙ vult oẽs hoĩes saluos fieri. i. ꝙ hoĩes creauit, nõ ad damnationem, sed ad æternam felicitatem cõsequendam. Et hoc est quod inquit Damascenus vbi supra dicens. Oportet intelligere antecedenter, ꝙ Deus vult oẽs hoĩes saluari, & regno eius potiri. Non. n. ad puniendũ plasmauit homines, sed ad participãdam bonitatem eius. Intelligitẽ ergo illud dictũ Apostoli. Deus vult omnes homines saluos fieri, ꝙ ipse De⁹ semper est paratus dare gratiam suã hoĩbus, & semper vocat homines ad pœnitentiã & salutem, dicens illud. Isaiæ. 55. Omnes sitientes venite ad aquas. s. gratiæ meæ. Quod. n. Deus hac voluntate antecedente velit oẽs saluari, & non aliquos tantũ, patet, quia non creauit quosdam tãtummodo ad imaginem, & similitudinẽ suã, sed omnes homines mundi, vt notatur in l. si quis in metallum. C. de pœnis. Hæc autem imago, & similitudo habet aptitudinem ad amãdum, & intelligendũ Deũ, & est cõis omnibus. Vt per Tho. 1. parte summæ. q. 93. ar. 4 Ergo signum est quòd vult omnes saluare. Item cum Deus gubernet æqualiter omnes homines, & non aliquos solum, quia cõseruat omnes creaturas in se tanquam in finẽ. Vt per Tho. 1. parte summæ. q. 103. ar. 2. Ergo signum est quòd omnes vult saluarẽ. Ideo vt inquit Hilarius voluit mori inter latrones Matth. 27. vt ostenderet se velle saluare omnes, tam bonos quẽ malos, si ipsi vellent ad pœnitentiam conuerti. Et ideo voluit mori in Hierusalem, quæ in medio terræ habitabilis, iuxta illud psalmĩ. 73. Operatus est salutem in medio terræ, ad ostendendum ꝙ omnes vellet saluare. Vt per Tho 3. parte summæ. q 46. ar. 18. Ideo enim ibi mortuus est, vt sua virtus vndiq; extenderetur. Vt per Tho. vbi supra art. 10. Ideo quãdo misit Apostolos ad prædicandum, non dixit quòd prædicarent aliquibus personis solum, sed quòd docerent omnes gentes. Matth. vlti. Vult igitur Deus quantum in se est voluntate antecedente saluare omnes homines, sed liberum arbitrium humanum non vult assentire.

Cape exemplũ de rege qui videns populum suum captiuatum ab inimicis iuit cum nauibus & pecunijs, & soluit precium pro redemptione suorum ciuiũ. Et volens eos a vinculis liberare, & ad patriam reducere, quidam eorum contẽpserunt & noluerunt exire de manibus infidelium. Non ergo fuit defectus regis ꝙ non sunt liberati, cum ipse esset paratus ad liberationem eorum, & vellet eos eripere de seruitute, sed fuit defectus illorum perditorum, qui potius voluerũt in seruitute remanere, q̃ ad libertatem ꝑuenire. Inuito. n. non datur beneficium. l. inuito. ff. de reg. iur. l. hoc iure. §. non potest. ff. de dona. & l. [illegible] in cõscribendo. C. de pac. Sic Deus noster precium pro omnibus hominibus diaboli captiuatis, soluit pro illorum redemptione, iuxta illud 1. ad Thesalo. 5. Factus est omnibus hominibus causa salutis. Et tñ multi scelaratissimi nolũt de manibus diaboli exire. Et ideo nõ est defectus Dei. Ipse. n. vult idest paratus est oẽs saluare. Et hoc est qđ dicit Paulus in auctoritate præallegata. Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire, q̃ dedit semetipsum pro oĩbus. Alia voluntas põt cõsiderari in Deo q̃ dr̃ cõsequẽs, videlicet quòd velit cõpensatis oĩbus cõditionibus hoĩs, eũ saluare. Vñ põt appellari consequens respectu meritorũ, & demeritorũ. Et hac voluntate nõ ẽst verũ *Exẽplo prædicta declarantur.*

quòd velit omnes saluare. Vnde Damascenus dicit vbi supra. Peccatores autem vult puniri. Patet hoc per exemplũ de rege qui suos ciues diligit,& oĩbus salutem optat. Et quamq̃ velit oẽs saluos esse,tñ vt seruet iustitiam,& cõmune bonũ,vult malos supplicijs tradere & punire. Iustitia n. requirit vt vnicuiq; tribuatur qđ meretur. l. iustitia. ff. de iusti & iure.& in sti.eodem in prin.& ideo sicut bonis operibus debentur præmia. l. & virtutũ. C. de sta.& ima.l. contra rem publicam. C. de re mili.l.nemo.C.de offi.magi.of.l.bene.C.de quadri.pre.§. ne autẽ in auc. de iudi.& c.ad nostra, de re.eccle. non alie. & c.h.7 q.1.& c.charitatẽ. 12.q.2. Ita etiã requirit iustitia vt malis præbeanť supplicia.l.si longius.ff. de iudi.l. ita vulneratus.ff.ad.l.aqui.l.stichũ,aut Pamphilũ ff. de solu.& e.vt fame. de sen.exco.& l.sancimus.C.de pœnis.Cõgruit.n.bono præsi. purgare prouinciã su- malis hoĩbus.l. 3. ff.de offi.præsi. Quapropter De⁹ qui est iustus & iustitiam diligit. Psal.10. Merito ita vult saluare virtuosos,ꝙ etiã vult scelératos dãnare,aliter.n.non esset iustus si nõ faceret iustitiam.c. iustum est.23.q.2.

Alia responsio. Vel clarius loquendo possumus considerare in Deo per modũ intelligẽdi duas voluntates, vt colligiť a sancto Bona. in 1. di.46. Nõ ꝙ Deus habeat nisi vnã voluntatẽ beneplaciti,sed sic loquimur vt melius hæc dubietas intelligiť. Prima voluntas quam in Deo possumus considerare est absoluta ,videlicet ꝙ Deus oĩno velit saluare oẽs tam bonos q̃ malos. Et in hoc sẽsu nõ loqť Apostolus vbi supra. De⁹.n. reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Psa.61. & per consequens vult punire malos , & nõ saluare. Vñ dr Psal. 128. Dñs iustus cõcidet ceruices peccatorum.s. in peccato mortali decedẽtiũ. Alio modo possumus cõsiderare voluntatẽ Dei cõditionatam , videlicet ꝙ velit saluare oẽs hoĩes si eius mandata seruabunt, & a peccatis abstinebũt. Et in hoc sensu loquiť Apostolus,ꝙ Deus vult oẽs hoĩes saluos fieri. Sed ipsi maledicti peccatores faciunt sicut freneticus qui nõ vult medici recipere medicinã,& per consequens nec sanitatẽ. Ideo exclamat saluator noster Matth.23.& Lucæ 19.di. Hierusalem Hierusalem, quoties volui cõgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas,& noluisti. Possumus etiam dicere ꝙ Deus vult oẽs hoĩes saluos fieri, & eos saluat,sed peccatores sine ratione viuentes nõ dicunť hoĩes sed bestiæ secundũ Philosophũ 1.Poli.& Boetiũ.4.de consolatione. Et ideo nõ saluãť. Vñ sicut plura sũt animalia irrationalia q̃ rationalia, ita plures sunt damnati q̃ saluati. Quia plures viuũt bestialiter & voluptuose, q̃ rationabiliter,& virtuose. Quia igitur vt ait Macro.in 2. saturnalium. In pecudũ ferarumq; numero habetur quisquis voluptatibus vacat. Ideo de damnatis diciť Psalmo. 48. Sicut oues in inferno positi sunt &c. Et sic patet responsio ad secundum argumentum.

Quo ad tertium fundamentum de reuelationibus. Respondeo ꝙ de electis est loqui dupliciter.s. absolutè,& respectiuè,siue comparatiue. Primo modo electorum est maxima multitudo. Nonne tibi videnť multi tot prophetæ,tot martyres,tot confessores,tot virgines, tot cõtinentes & casti, totq; pueri qui post baptismum sine peccato decedunt. Et sic habent intelligi istæ auctoritates præallegatę,& reuelationes. Secundo modo in comparatione damnandorum loquendo de saluandis,dico quòd sunt paucissimi, sicut si considerentur mille aurei absolute dicentur multi. Sed in comparatione centum mille millium aureorum dicentur pauci. Item guttæ fontis,vel putei dicerentur q̃ plurimæ sed in cõparatione guttarum maris apparerent paucæ,similiter pulueres arenæ vnius fluuij dicerentur innumerabiles. Qui tñ in comparatione pulueris arenæ maris exigui sunt. Sic ergo est de electis. Nam sunt multi absolute sed in cõparatione damnatorum sunt valde pauci,& ideo Deus absolute loquẽdo dixit ad Abraham ꝙ semen suum multiplicaret sicut puluerẽ terræ,& sicut stellas cœli sed in cõparatione loquẽdo dictũ est. Deut.33. Ecce oẽs electi in manu Dei sunt, vbi quadam glosa inquit. Tam pauci sunt vt possint stare. Et hanc responsionem approbans Aug. in libro de verbis domini dicens. Non contrarius sibi est dominus qui dixit,quòd pauci sunt q intrant per angustã portã, & alibi dicit. Multi ab oriente & occidẽte veniẽt, & re *Responsio ad 3. argumentum.*

cum-

cumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno Cęlorum. Pauci enim sunt in cō paratione perditorum, sed multi in societate Angeloru n. Vix videntur grana quando area trituratur sed tanta massa processura est de area hac vt impleatur horreuum Cęli, hæc ille.

Respōsio ad 4. argumentum.

QVo ad quartum & vltimum argumentum de prædestinatione, accommodate mihi peregrina ingenia vestra o valentes, & sapientissimi viri. Erigc ergo aures pamphile vt ait Terentius Et qui habet aures audiēdi audiat Apoc. 2. Ego autem possum dicere illud magistri in 1. dist. 40 In huius quæstionis solutione mallem alios audire quàm docere vt enim idem dicit dist. 41. eiusdem libri Melior est fidelis ignorantia quàm temeraria scientia. Tamen pro declaratione veritatis. Respondeo quòd Deus nō omnes prædestinauit. Nam prædestinatio est tantum bonorum. Vnde magister in 1. distin. 40. dicit Prædestinatio est quædam comparatio qua Deus elegit quos voluit ante mundi constitutionem. Sed dices. Ergo est personarum acceptator. Respondeo quod non sequitur. Nam ipse Deus ex hoc non acceptat personas sed merita, & damnat demerita. Et ideo non omnes prædestinauit quia præuidit quosdam in peccato duraturos, vnde illos tantum prædestinauit, quos recte finituros cognouit. Non tamen futura merita bonorum fuerit causa prædestinationis cum sit gratuita. Sed econtra vt inquit Augustinus in libro de prædestinatione. Et magister in 1. distin. quadragesima. Aliquos tamen non prædestinasset si male finituros cognouisset. Ideo dicit Augustinus 23. quæstio 4. capit. Nabuchodonosor. Vites obedientiæ non ideo cuiquam subtrahuntur, quia eum non prædestinauit, sed ideo eum non prædestinauit, quia recessurum ab ipsa obedientia præuidit. Non igitur prædestinatio Dei est causa damnationis alicuius, neque ex hoc quod Deus sciat quem esse damnandum, ille propter hoc efficietur malus & damnabitur, vt concludit magister in 1. distin. 38. referens Augustinum super Ioannem sermone 12. dicentem. Non enim ideo quemquam ad peccandum coegit, quia futura hominum peccata prænouit, hæc ille. Alias sequeretur quòd Deus esset causa necessaria peccati, quod est impossibile, vt inquit magister sententiarum vbi supra.

Exemplum prædicta declarans.

CApe exemplum. Ponamus quod sit aliquis speculator super turrim videns latrones in nemore paratos ad occidendum transeuntes, qui videns quendam volentem inde transire exclamat dicens. Ne pergas ad sinistrā quia ibi sunt latrones qui te occident. Sed vade ad dexteram, profecto si ille viator non attendens eius monitionibus ibit ad sinistram occidetur. Speculator ille qui eius mortem præuidit non potest dici fuisse causa mortis illius propter prædictam præuisionem, etiam si possibile esset ipsam fuisse eternam, & ita de facto fuisset. Et similiter possumus dare aliud exemplum. Si enim aliquis rex faciat edictum quod omnibus qui accedent cras ad portam ecclesiæ maioris sedendo ibi & mendicando, vult dare vnum denarium, profecto ipse rex sciet quòd multi potentissimi barones non ibunt ad mendicandum, & per consequens scit quod non habebunt denarium. Præuisio ergo ipsius regis non est causa, quod illi potentes non recipiāt denarium, sed ipsi. Et idē esset si ipsa pręuisio fuisset ęterna. Vnde in proposito sic est dicendum, quod pręuisio Dei nō est causa damnationis vllius.

Quare Deus creauit quos sciebat esse dānandos.

SEd dicet quis. Quare Deus creauit illos quos sciebat esse damnandos? Respondeo, licet ad soluendam hanc quæstionē sufficere posset illud quod ait Pau. Rom. 9. di. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Annon habet potestatem figulus luti, ex eadē massa facere vnum quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Tamen satisfaciendum plenius dici veraciter potest, ꝙ sapientissimus Creator omnium Deus hoc fecit multis de causis.

PRimo quia si nullus creatus fuisset nisi saluandos credidissent homines se saluari ex necessitate, non ex diuina gratia, cooperante libero arbitrio. Cōtra ꝙ est scriptura Pau. ad Philip. 2. Et ad Thi 3 Item. Ideo permisit Deus nasci quos sciebat damnandos, quia ipse de malis

scit

scit elicere bona. Mali.n.sunt causa purgationis bonorum & gloriæ maioris ipsorum. Vnde Aug. lib. 3. de Tri. ait. Mala quæ ab iniquis fideles perferunt. ipsis vti quæ valde prosunt, vel ad exercendam probandamq; iustitiam, vel ad augendã gloriam. Vel ad demonstrandam huius vitæ miseriam. Et 3. q. 1. c. nulli dubiũ Ale. Papa inquit. Nulli dubium est quin semper boni malis persequantur, & tribulentur, propter quod oportet nos humiliari sub potenti manu Dei, vt nobis fructum tribulationum in Cœlis largiatur. Et in c. aduersitas. 7. q. 1. dicit Grego. Abel profecto esse renuit quem Kaim malitia non exercet. Fertum quippe nostræ mentis ad acumen non potest peruenire veræ fœlicitatis, nisi hoc alterius trasserit lima prauitatis, hæc ille. Exemplificare autẽ possumus de Ægea pro cõsule qui fecit Crucifigi Andream Apostolum, & de Nerone faciente Crucifigi Petrum & decapitari Paulum. De Herode qui fecit. occidi tot innocentes. De quo inquit Augu. in sermone innocentium. Nunquam Prophanus hostis beatis paruulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio. Item de filio eiusdem Herode qui fecit beatum Iacobum Apostolum occidi. Et de Principe Barbariæ qui fecit sanctam Visulam cum vndecim millibus Virginibus interfici, & de alijs tirannis qui fecerunt innumerabiles martyres coronari. Item ex malis nati sunt multi boni. Nam de Taram idolatra ortus est sanctus Abraham Patriarcha, de stirpe Esau pessimi sanctissimus Iob. de Achab iniquo sanctus Ezechias. De Patre gentili sanctus Thimotheus. Et de Patre Hebræo Apostolus Paulus & sanctus Martinus de parentibus infidelibus. Et seraficus Franciscus de Patre malo & obstinato. Et beata Virgo Maria licet de S. Anna & Ioachim nata sit, tamen traxit originem de stirpe iudaica pro maiori parte iniqua & mala, vnde Augu. dicit. Sicut odoriferæ rosæ ex pungentibus spinis oriuntur sic quàm plurimi, boni ex malis generantur & nisi mali fuissent, boni ex eis nunquam orti fuissent, sicut nec rosa si deficeret spina, hæc ille. Et consequẽter prædicti sancti non habuissent esse naturæ nec gratiæ nec etiam gloriæ nisi fuissent malis quibus procreati sunt quia remotis causis effectiuis, necessario remouetur etiam earũ effectus. vt dicitur in lib. de causis. Et hãc rationem tangens August. 22. de ciuitate Dei. c. 1. inquit. Melius iudicauit Deus de malis bona elicere quàm mala esse nõ sinere, & super Ioannem dicit. Siue Creator rationalem creaturam creauit, vt in æternum glorificet, siue creauit vt ex de meritis suis in æternũ cruciet, quicquid egit, & acturus est totum cum optima sapientia, & bonitate sine vlla ambiguitate factum esse censemus 11. de ciuita. Dei. c. 18. & etiam ait. Neque enim Deus vllum Angelorum vel hominum creasset quem malum futurum esse præsciuisset, nisi pariter nosset quibus eos bonorum vsibus accommodaret atque ita ordinem seculorum tanquam pulcherrimum carmen ex quibusdam quasi Antithetis honestaret Antitheta autem dicuntur ornamenta locutionum. Dicit vero Augustin. in libro Enchiri. cap. 2. Malum suo loco positum & bene ordinatum mirabiliter commendat bonum. Vnde dici solet quod ita bene stat latro super furcam, sicut sacerdos bene paratus ad altare. Ex prædictis autem inferri potest.

Tertio permittit Deus nasci malos, & similiter creauit Angelos quos sciebat ruituros, quia si solum Angeli permansuri creati fuissent, & homines tantummodo beatificandi nascerentur, solum appareret misericordia diuina, & non iustitia in punitione malorum. Et hoc est quòd inquit. Augustinus 21. de ciuitate. Dei capitul. 12. Si omnes a tenebris transferantur ad lucem, in nullo appareret seueritas vltionis. Non ergo facit iniuriam Deus alicui permittens ipsum nasci, cum ipsum bonum creauerit. Ecclesiastes 7. vbi dicitur. Fecit Deus hominem rectum. Et reliquit eum in manu consilij sui, vt dicitur Ecclesiast. 15. Similiter dicendum est Angelis ruentibus, quos bonos creauit. Concludendum est igitur quòd prædestinatio Dei non est causa quòd aliquis damnetur, sed solum peccatum. Vnde dicit Augustinus 23. quæstio. 4. cap. Nabuchodonosor. alias capit. vasis iræ. Vasis

fis ire nunquam Deus redderet interitum, nisi spontaneum inueniretur homo habere peccatum, quia nec Deus peccanti homini iuste inferret iram, si homo ex Dei prædestinatione cecidisset in culpam.

Pulcherrimæ obiectionis responsio.

SEd dicet quis. Nolo aliquid boni agere, quia si sum prædestinatus, omnino saluabor, si sum præscitus ad æternam damnationem, omnino damnabor. Vt enim inquit magistri in 1. di. 40. Prædestinatorum nullus potest damnari, nec præscitorum aliquis saluari. Intelligendo in sensu composito non indiuiso Sed tace, tace stulte, quia cum habeas liberum arbitrium si bene operaberis, & si ne peccato mortali morieris inuenies te prædestinatum, & non præscitum. Multi enim nunc sunt sceleratissimi, qui tamen sunt prædestinati, quia Deus præuidit ab æterno quod debent ad pœnitentiam conuerti. Et ideo o peccator redi ad pœnitentiam, & inuenieris in numero prædestinatorũ. Qui licet sint pauci respectiue ad dãnatos, tamẽ nemo pp hoc debet a bonis operibus cessare, imo magis insudare & bene operari, vt inter illos paucos possit inueniri. Vnde si ego scirem non esse nisi vnum prædestinatũ, cogitare me esse illum, & nõ cessarẽ a bonis operibus Ita.n. Deus non prædestinauit, quod tamen vult nos laborare, vt saluemur. Quia vt dicunt theo. in 1. dist. 41. Prædestinatio non solum includit finem sed etiam medium dirigens in finem. Et 23. q. 4. c. obtineri dicitur. Ipsa quoq; perennis regni prædestinatio, ita ab omnipotenti Deo posita est, vt ad hanc electi non nisi labore perueniant, quatenus laborando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ab æterno disposuit dare. Illud autem Apostoli. Quos præsciuit hos & prædestinauit intelligitur de præscientia boni, scilicet quos præsciuit in bono finituros. Nam in prædestinatione includitur præscientia. Vt inquit magister in 1. di 40 Et hoc sufficiat quo ad secundam partem, nostri ser.

TERTIA PARS
quæ dicitur confirmationis.

Quod pauci sint saluãdi rõnibus ostenditur.

TERTIA pars nostri sermonis dicitur confirmationis. Quod.n. pauci sint saluandi comprobatur quadrupliciter. Et primo via rationis, secundo via exemplificationis, tertio via figurationis, quarto via testificationis. Falsissima est enim illorum sententia qui dicunt quod licet pauci sint qui in vita sua vadant per viam arctã & difficilem virtutis, imo quasi omnes aut saltem maior pars eorum incedit per viam amplam & latam viciorum & voluptatis, tamen in morte postea conuertuntur, & sic perueniunt ad patriam æternæ fœlicitatis. Cõtra hanc etenim animabus pestiferam doctrinam quæ eis malefaciendi confidentiam præstat. Est diui Augustini sententia in sermone de innocentibus di. Impossibile est male viuere, & bene mori. Impossibile, idest valde difficile, vt etiam accipitur in 5. Metha. Contra ipsam etiam est auctoritas beati Hieronymi qui in transitu suo dixit. Vix de centum millibus hominibus quorum mala semper fuit vita, merebitur vnus in morte diuinam habere indulgentiam. Certe vere concludam Qui dum sanus est, & iuuenis, Deum offendere non formidat, in morte non merebitur indulgentiam obtinere diuinam, hæc Hierony. Possumus quoque adducere ad confirmationem prædictorum illud inquit Augustinus supra, scilicet Percutitur hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei. Quia igitur plures sunt male viuentes quàm bene, & virtuose, ideo plures sunt qui vadunt ad; perditionem calamitatis perpetuę quàm ad fœlicitatem æternæ vitæ. Cuius verissimę conclusionis indubitalitatem luce clarius, vt sic dixerim probare volens, eam primo quinque dc rationibus demonstrabo.

PRima quarum dicitur naturalitatis. Teste enim Philosopho primo, Phi. Vnum quodque magis inclinatur, seu mouetur ad illud quod inest sibi ab intrinseco, quam ad illud quod inest ei ex alio.

alio. Nā lapis magis inclinatur deorsum quàm sursum, & hoc propter intrinsecam grauedinem quæ trahit deorsum quarto, de Cœlo & mundo. Iuristę autem dicunt quod vnum quodque de facili reuertitur ad naturam suam. l. si vnus §. pactus ne peteret. ver. quod etiam in specie ff. de pactis. quod etiam notatur in l. voluntate in fin. ff. de quibus mo. pig. vel hypo. sol. Cum igitur natura humana peccato originali corrupta inclinata sit ad malum omni tempore Gene. 8. & c. omnis ætas. 12. quæstio. 1. & c. procliuus. 20. q. 3. & c. cum in iuuentute. de præsumptio. quòd autem faciat bonum insit sibi ex alio, scilicet Deo, iuxta illud 2. ad Corinth. 3. Non sumus sufficientes &c. Et Oseæ 13 vbi inquit Deus. Perditio tua ex te Israel est. Sed ex me tantum saluatio tua. Sequitur quòd ex tali intrinseca, & corrupta inclinatione plures homines consentiunt peccato, quàm virtutibus. Caro etiam omnium hominum propagatur ex semine infecto, & vnusquisque habet in se fomitem originalis peccati etiā post baptismum, ergo plures sequuntur voluptates sensuales, & carnales quam spiritualia opera, quia anima coniuncta corpori imitatur passiones corporis, vt dicitur in lib. sex principiorum. Vnde Paulus ad Roma. 7. inquit. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentē in lege peccati. Et ideo dicit Dauid propheta Psalmo 13. approbando conclusionem nostram. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. &c. Et in aut. de mona. §. si vero, el 2. dicitur. Humana natura quodammodo labitur ad delicta. Et consequenter plures damnantur, quàm saluentur.

2. Ratio ad idem.

SEcunda ratio dicitur pœnalitatis. Obiectum enim præsens & cognitum magis mouet potentiam ad actum quam incognitum, & remotum. Nam oculis secundum philosophum. 3. de anima mouentur ad delectationē ex præsentia formosarum figurarum, & aures ex præsentia dulcium melodiarum magis quàm ex remotione & ignorantia earum. Et ideo delectabilia, ac carnalia, & visibilia quæ hominibus sunt præsentia per speciem, magis eos communiter mouent, quàm cęlestia, & spiritualia inuisibilia quę sunt a sensibus elongata, & non cognoscuntur nisi per fidem. De qua vera fide parum in hominibus hodie inuenitur. Vnde Saluator admiratiue inquit Lu. 18. Cum venerit filius hominis putas inueniet fidem super terram? Ergo plures homines damnabuntur quàm saluabuntur. Dicente Paulo Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini &c.

3. Rō paucos esse saluandos & bans.

TErtia ratio dicitur difficultatis. Vt enim dicit Philosophus 2. Ethi. Difficile est attingere medium, sed facile est ab ipso deuiare, sicut patet in sagittantibus quibus difficile est in medio signi dare, sed facillimum est deuitare a signo. Cum ergo virtus consistat in medio secundum eundem philosophum ibidem. Sequitur de naturæ per peccatum corruptę difficilius est ipsam attingere, quam ab ipsa per peccatum deuiare. Cum igitur quilibet libentius sequatur viam faciliorem, quàm difficiliorem, concluditur quòd plures homines vadunt per viam a virtutibus deuiantem quàm per rectam semitam ipsarum virtutum, & consequenter quòd plures ibunt ad æternam damnationem quàm ad fœlicitatem.

4. Ratio pro eodem.

QVarta ratio dicitur maioritatis. Si enim de quo minus videtur inesse & inest, ergo etiam de quo magis. 2. Topic. Si enim robustus & fortis ab aliquo ad terram deijcitur, multo magis ab eodem deijcietur infirmus & debilis. Sed lucifer & sequaces per peccatum corruerunt & deiecti sunt ad æternam damnationem cum tamen non haberent fragilitatem corporis, nec inimicum suggerentem, essentque spiritualis naturæ quę est fortis. Teste Saluatore Matth. 26. Ergo homines habentes corpus corruptibile qđ aggrauat animam Sap. 9. & carnem infirmam. vt dicitur Matth. 26. & diabolum tentantem & impugnantem ad Ephe. 6. multo facilius corruent per peccatum, & consequenter damnabuntur. Et hoc est quod dicitur Iob 4. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in Angelis suis repe-

rit prauitatem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrennm habent fundamentum consumentur velut a tinea? De mane vsq; ad vesperam succidentur, & quia nullus intelligit, in æternum peribunt. &c.

5. Ratio ad idem. Quinta ratio dicitur coniecturalitatis siue signalitatis. Licet enim vt ait Philosophus 1. perier. De futuris contingentibus non sit determinata veritas. Tamē sæpe ex qualitatibus rerum, & signis quibusdam aliqua futura percipimus. Vnde Philosophus inquit 2. Priorum, quod signum est præpositio philosophus demonstratiua faciens fidem. Sicut exempli gratia dicimus. Sero rubens Cœlum, cras indicat esse serenum. Mane rubente polo, sol dicit surgere nobis. Quod quidem vt communiter verum est; Ex densitate etiam nubium, & multitudine fulminum, & ventorum, atque ex aeris tenebrositate, & tonitrui magnitudine tempestatem futuram cognoscimus vel ingentem pluuiam. Dicit enim Saluator Matthæi 24. Ab arbore fici discite parabolam & cætera. Cum igitur ex mala vita hominum plura signa damnationis videamus quàm salutis. Bene coniecturari, & opinari possumus quòd plures damnabuntur, quàm saluabuntur.

Pro dictis ponūtur aliqua dicta poetarum. Vnde ad hoc propositum adduci potest illud Ouidij in 10. Methamor. vbi introducit Orpheum dicentem Plutoni & Proserpinæ, quos Deos inferni putabat. Omnia debentur vobis, paulumque morati. Serius aut citius sedem properamus ad vnam. Tendimus huc omnes, hæc est domus vltima, vosque Humani generis longissima regna tenetis. Verificantur enim eius verba in maiori parte hominum qui descendunt ad infernum. Nam vera est sententia Philosophi 6. Ethico. dicentis. Quamuis omnes sani esse velimus, medicinam tamen non addiscimus. Et ita similiter. Quamuis omnes in generali appetamus fœlicitatem æternam, non tamen omnes viam inquirimus ad consequendam eam, neque medicinam peccatorum nostrorum procuramus. Imo verificatur illa sententia Iuuenalis libro 1. Satira 2. dicentis. Quis enim non vicus abundat. dat. Tristibus obscenis? Et lib. 5. Satira 1. Mobilis & varia est ferme natura malorum. Et ibidem. Ad mores natura recurrit damnatos fixa & mutari nescia. Nam quis peccandi finem posuit sibi? Et iterum. Quisnam hominum est quem tu contentus videris vno flagitio? Verificatur etiam illud Ouidij in 1. Methamor. dicentis. Protinus irrupit veneque prioris in eunm. Omne nephas, fugere pudor, verumque, fidesque. In quorum subiere locum fraudesque dolique. Insidięque, & vis amor sceleratus habendi. Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus. Non socer a genero, fratrum quoque gratia rara est. Imminet exitio vir coniugis, illa mariti. Lurida terribiles miscent achonita nouercę. Filius ante diem patrios inquirit in annos. Victa iacet pietas &c.

Vt autem cognoscamus quod absque dubio plures damnantur, quàm saluentur veniamus ad praticam. Et peto. Quo vadunt omnes qui sunt extra fidē? Ad domum diaboli 33. distin. capitul. quisquis. & de consecra. dist in 3 c. omnes. Quo negantes ecclesiam Romanam esse caput omnium ecclesiarum? Ad domum &c. 3. quæstio. 6 capitul. dudnm. Quo? vadunt non defendentes fidē Christi, & articulos cum possunt. Ad domum diaboli 23. quæstio. 7. capit. omni timore. Quo pergunt credentes & tenentes aliquem errorem ab ecclesia condemnatum? Ad domum &c. distinctio; 12. capitul. non decet. Quo vadunt dubitantes de aliquo articulo fidei? Ad domum diaboli capitul. dubius in fide. hære. Quo dubitantes de alia vita? Ad domum &c. capit. tempus 13 quæstio. 2 Quo dubitantes de immortalitate animæ? Ad domum &c. capitul. habent. 13. quæstio. 2. Quo male sentientes de corpore Christi, & de alijs sacramentis ecclesiæ? Similiter capit. ad abolendam. de hære. Quo falsas, ac vanas opiniones inducentes vel loquentes? Ad domum diaboli 24. q. 2. c. hæreticus est. Quo errorē suū contumaciter defendentes? Ibidē 24. q 3. c. qui in ecclesia. Quo pstātes auxiliū, consilium,

Sequitur practice ostendēdo q plures dānantur, quam saluentur.

consilium, vel fauorem hæreticis? Ibidem capitul. excommunicauimus. §. credentes. de hære. Quo errores hæreticorum laudantes & defendentes? Ibidem, 14. quæstio. capitul. qui aliorum. Quo inuocantes dæmones ad consilium capiendum ab eis? Ibidem 26. quæstio. capitul. hi qui. Quo reuerentiam exhibentes planetis & syderibus? Ibidem 26. quæstio. 2. capitul. illos. Quo facientes pacta cum dæmonibus? Ad domum diaboli 26. quæstio. 2. capitul. illud. Quo vtentes arte notoria ad scientiam acquirendã? Ibidem eodem c. Quo facientes exerceri incantationes, diuinationes, maleficia, facturas, & breuia? Ibidem 26. quæstio. 5. capitul. non liceat. Quo inuestigantes occulta & futura per inspectiuam Astrolabij? Ibidem 26. quæstio. 5. capitul. non oportet. Quo somnijs fidem adhibentes? Ibidem 26. quæstio. 4. capitul. sciendum. Quo credentes fascinationibus? Ibidem 26. quæstio. 5. capitul. nec mirum. Quo credentes quod qui tali hora vel die natus est habebit bonum, vel malum euentum? Ibidem 26. quæstio. 2. c. illud. Quo obuiantes alicui creaturæ & credentes inde euenturum aliquod bonum vel malum? Ibidem 26. q. 4. c. igitur. Quo credentes quòd cantus auium habeat bonam vel malam significationem? Ad infernum, vbi supra. Quo credentes quod aliqua mulier conuertatur in Gattam, vel vadat per aerea cum Diana &c. Ibidem 26. q. 5. c. Episcopi. Quo facientes per se vel per alium incantationem ad sanitatem recuperandam? Ibidem l. eorum. C. de malefi. & mathe. Quo facientes incantari animalia pro salute recuperãda? Ibidem 26. q. 6. c. admoueant. Quo adiscentes artem diuinationis? Ibidem c. qui sine Saluatore. 26. q. 2. Quo inquirentes a diuinatoribus de morte aut vita, prosperitate vel aduersitate & similibus? Ibidẽ c. non obseruetis. 26. q. 7. Quo portantes breuia superstitiosa ad collum? Ad domũ diaboli vbi supra. Quo obseruantes dies Ægyptiacos ad aliquid inchoandum vel faciendum, aut non faciendum. Ad infernum 26. q. 5. c. non liceat. Quo in Kalendis Ianuarij aliquid noui facientes propter bonum augurum? Ibidem 26. q. 7. c. si quis. Quo in Kalendis Maij lauro vel ramis arborum more paganorum domos cingentes, & c. huiusmodi superstitiosa facientes? Ibidem 26. q. 7. c. non licet. Quo vadunt omnes cum aliquo mortali peccato decedentes? Ad infernum. §. alias. 25. di. Quo dantes eis consilium, auxilium vel fauorem ad perpetrandum ipsum peccatum? Ibidem c. cum fure. extra de fur. & c. legatur. 24. q. 3. Quo ignorantes articulos fidei & ea quæ pertinent ad salutem cum addiscere potuerunt? Ibidem c. Vos ante omnia. de consec. di. 4. Quo ignorantes prælati, & aliorum regimen suscipiẽtes qui seipsos regere nesciunt? Ibidem c. cum sit. de æta. & quali. Quo voluntates defunctorum executioni demandare nolentes & legata ab eis facta non soluentes? Ibidem c. qui oblationes. 13. q. 2. Quo omnes sine charitate morientes? Ad internum c. nullus. de peni. dist. 7. Quo omnes præcepta Dei non obseruantes & opera misericordię non facientes cum possunt? Ad domum diaboli Matth. 25. Ibunt hi in ignem æternũ dicit Dominus. O quot erũt inter istos damnatos connumerati. Profecto plures erunt quàm beatis associati.

Quo ad secundam confirmationem q̃ dicitur exemplicationis, dico quòd si consideremus omnia exempla tam naturalia, quam diuinalia, & moralia, inueniemus quod plura respondent ad pœnam quàm ad gloriã. Videmus. n. in istis quæ naturaliter fiunt, plus malitiæ abũdare, q̃ bonitatis. Vnde plures sunt immunditiæ, quæ ex frumẽto vino, & oleo exeunt, quàm ipsi fructus, plura folia arborum quam poma, plus est de terra inculta quàm culta, plus aquæ maris quàm sint dulces aquæ plures lapides ædificiorum, quàm preciosi. Sic plures sunt reprobi q̃ electi. Item videmus, q; piscatores plus capiunt immunditiæ & piscium inutiliũ in retibus suis, q̃ sint boni pisces. Vnde Matth. 13. dicit Saluator. Quod simile est regnum cęlorum sagenæ missę in mari, & ex omni genere piscium congregãti, quam cum impleta esset educences & secus litus sedentes elegerunt bonos in vasa sua, malos ante foras miserunt. Sic erunt in consumatione sæculi. *Exẽplis ostẽditur q; pauci sint saluãdi, & multi damnandi.*

sæculi. Ecce ergo quod beati ponuntur in vasis, quasi in modico loco morantes propter paucitatem, sed mali proijciuntur, in littore maris propter multitudinem. Similiter videmus quod facilius est destruere, quam ædificare, perdere quam inuenire occidere quam resuscitare. Item vno anno conficitur panis, & vno quasi momomento deuoratur. Multis annis homo perficitur, & in momento moritur. Multo tempore palatium, vel castrum construitur. Quare hoc? Nisi quia natura eorum facilius ducitur ad malum. Item terminus quod in his rebus quæ sunt difficiles ad habendum pauci perueniunt, vt in scientia, dignitatibus & huiusmodi. Et hoc quare? Quia preciosa difficillime possidentur. Sic ergo gloria cœlestis a paucis eripitur, quia gloriosissima est, vnde Philosophus ait. in 2. Ethico. Malum est facile, difficile est bonum.

Alia exempla ad idē. HÆc etiam veritas probari potest multis alijs exemplis. Legitur enim quod quidam Monachus Lugdunensis qui fuerat in heremo per triginta annos in magna pœnitentia, post mortem suam apparuit Episcopo ciuitatis Lugduni, dicens. Ha, ha, o iustitia Dei quam terribilis es, quam subtilis, quam acuta, quam aspera. Et stupescens Episcopus, adiurauit eum vt diceret quis esset. Cui ille respondit. O Ioannes, age pœnitentiam, grandis enim tibi restat via. Eo namque die quo ego decessi ex hac vita transierunt etiam viginti octo millia animæ quę omnes damnatæ fuerunt, exceptis quinque. Duæ quarum æternam gloriam, & tres purgatorium intrauerunt. Et his dictis disparuit. Habetur etiam in Cronicis ordinis nostri, quod dum quidam frater noster deuotus, & sanctus prædicaret in Alamania, populo multo astante & videnre quædam mulier peccatrix miraculose compuncta, ex maxima contrictione mortua est. Completo ergo sermone ille sanctus prædicator rogauit Deum vt ei reuellaret quid factum esset de anima illius mulieris. O mirabile dictu, illa quæ mortua fuerat, sana surrexit. Et interrogata a prædicatore quid vidisset in alia vita. Respondit. Heu, sciant homines, quod eadem hora qua mortua fui, decesserunt ex hac vita mille homines, qui omnes damnati sunt, exceptis quatuor qui ad purgatorium descenderunt. Legitur etiam quod sanctus Bernardus quinta decima die post mortem suā apparuit cuidam monacho, quem ille interrogauit si esset tam difficile saluari, vt scriptura testatur. Respondit Bernardus. Verissimum est. Nam eo die quo ego ex vita migraui, 43000. hominum decesserunt & solummodo ego cum quodam hæremita vitam cœlestem intraui, & quidam bonus secularis pœnas purgatorij. Alij omnes damnati sunt. O excæcati peccatores agite pœnitentiam, quia iustitia Dei est strictior quam credatur. Et quid mirum sit tot damnantur? cum totus mundus sit laqueis plenus. Sanctus enim Antonius Abbas raptus in spiritu vidit totum mundum laqueis plenum, & flens exclamauit dicens. Domine quis euadet hos tantos laqueos? Et Dominus respondit Sola humilitas. Ecce quod nemo potest saluari nisi sit humilis Matthæi 18. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum Cœlorum. Et tamen paucissimi inueniuntur humiles ergo &c. Chrisosto. etiam super Matthæum inquit. Nisi quis ambulauerit per iustitiæ viam, non poterit peruenire ad Paradisi portam, sed pauci ambulant per viam iustitiæ, ergo pauci perueniunt ad portam vitæ.

Multis sacræ scripturæ exēplis, seu figuris paucitas saluandorum ostenditur. TErtio confirmatur eadem veritas & conclusio via figurationis. Multa enim exempla inueniuntur in sacra scriptura quæ figurant paucitatem saluandorum. Lege enim Genesis 7. & 8. & inuenies quod tempore diluuij pauci, idest solum octo personę vtriusque sexus saluatæ sunt, in Archa Noe. Item Genesis 19 inuenies quod ex Gomorra, & Sodoma solus Loth inuentus est iustus, & saluatus cum duabus filiabus & vxore sua quæ retrospexit, & in statuam salis conuersa fuit. Item inter Ægyptios solus Ioseph iustus inuentus est Gene. 39. Moyses inter Madianitas Exod. 3. Samuel

muel inter filios Leui. 1.Reg.3.Helias inter eos, qui omnes curuabant genua ante Baal 3. Reg. 19. Tobias inter omnes qui adorabant Deos aureos libri eius 1.c. Iob qui diem de se. Frater fui draconum & socius struthionum eius 30. c. Daniel cum tribus socijs inter caldeos Dan.3 6. & 14. Susanna inter iudices malos Dan.13.Cẽturio inter gentiles, cuius fides excessit omnes de Israel Matth.8. & Luc.7.Gamaliel doctor legis inter pharisęos Act. 5. Luc. quoq; 8. habetur quòd de quatuor partibus seminis, solum quarta pars bonum fructum fecit, quo datur intelligi, quod plures sunt mali quam boni. Et in eodẽ Euangelio c. 17. dicitur, quod de decem leprosis qui mundati sunt a Domino solum vnus alienigena reuersus est ad ipsum Deo gratias referens de accepto beneficio. Et ideo ibi dicit glo. Decem mundantur sanguine Christi, & quasi vnus solus fit particeps eius.

Alia figura hac idẽ manifestãs.

ITem si bene consideres scripturam sacram, inuenies quòd quando filij Israel exierunt de Ægypto vt irent in terram promissionis erant. 600000. fere peditum, & pugnatorum absque paruulis & mulieribus, sed & vulgus promiscuum quasi innumerabile, vt dicitur Exod. 12. Quando autem fecit eos Deus numerari inuenti sunt pugnatorum 603550. masculini sexus a vigesimo anno supra, eorum qui poterant ad bella procedere. Et non fuerunt numerati cum eis leuite, nec paruuli, nec mulieres nec impotentes pugnare. Vt habetur Nume.1. & 2. Et tamen ex omnibus illis supradictis nemo eorum a viginti annis supra intrauit terram promissionis, nisi duo tantum, videlicet Iosue & Caleph, secundum quod prædixit Deus Nume.14. O peccator conuertere, quia multis, imo omnibus hominibus terra viuentium promissa est, & tamen valde pauci ad illam intrant.

paucitas saluandorũ ex auctoritatibus probatur.

QVarto & vltimo probatur hæc conclusio via testificationis. Multæ enim auctoritates inueniuntur, quæ ostẽdunt paucitatem bonorum, & multitudinem malorum. Ait enim Arist. 2.Reth.c. 16. Plura eorum quæ fiunt mala sunt. Et hoc idem inquit Ouidius in 3. de arte amãdi inquiens. Pluraq; sunt semper deteriora bonis. Prosper vero in lib. epigra dicit. Amplis incedit spacijs terrena voluptas. Augusto virtus limite cęlse petit. Et Iuuenalis lib.5 satira. 1. ait. Rari quippe boni numero vix sunt totidem quot Tebarum portæ vel diuitis ostia nili. Sybilla quoq; Cumana in 6. Enei. Loquens Eneæ de inferno inquit.

Facilis descensus auerni.
Noctes atque dies patet atri ianua ditis.
Sed reuocare gradum superasq; euadere ad auras.
Hoc opus, hic labor est, pauci quos ęquus amauit.
Iupiter, aut ardens euexit ad ethera virtus.
Dis geniti potuere.

Et Sene. in lib. trage ait. Ingens vorago faucibus vastis patet, latumque pandit omnibus populis iter Aug. etiam 2. de ciuitate Dei inquit. Plures homines currunt in pœnas, quàm ad gloriam. Et super Matthæum exponens illa verba. Multi sunt vocati &c. ait. Multi sunt vocati ad fidem, pauci vero ad regnum. Et in lib. de fide ad Petrum iterũ dicit. Firmissime tene & nullatenus dubites non omnes qui intra ecclesiam catholicam baptizantur accepturos esse vitam æternam, sed eos solum qui præcepto baptismate recte viuũt. Regnum enim Cœlorum sicut hæretici, iudæi, infideles & scismatici non habebunt, ita & catholici criminosi possidere non poterunt, hæc ille. Et Hier. in epistola ad filiam Mauritij inquit Nemo te circumueniat, nemo sermone seducat, Non nisi sanctos, & simplices cęlestis aula suscipiet. Nullum apud Deum habet malitia locum, ab omni dolo, & nequitia mundum esse necesse est, qui cupit regnare cum Christo, & B. Anselmus in quadã epistola dicit. Qui vult securus esse quod sit de numero electorũ studeat esse de numero paucorum. Et si vult securissimus esse studeat esse de numero paucissimorum, hæc ille. & Aug. in lib. de correctione & gratia transsumptiue in c. si ex bono. §. cum ergo de pęnit. distin. 4. loquens de illis baptizatis qui moriuntur in peccato mortali ait. Fuerunt ergo isti ex multitudine vocatorum ex electorum autẽ paucitate non fuerũt. Remi-

Remigius vero super Matthæum inquit, quòd tam multi, & tam nouissimi quàm primi reprobentur, terribili sententia subditur cum dicitur. Multi enim sunt vocati. &c. O miser peccator mala nouella. Tu velles quod dicerem omnes saluantur. Ego non possum. Audi etiam Augustinus in libro de vero cultu dicentem, quòd antequam incarnatus fuisset Christus transierant de mundo plusquã quinque millia annorum, quibus omnes damnabantur, exceptis paucis de populo Israel. Considera ergo quod infinita quodammodo millia hominum vsque tunc iuerant ad infernum, Gregorius quoque in homilia super Matthæum dicit. Ad fidem plures veniunt sed ad cœleste regnum pauci deducuntur. Plerique enim Deum vocibus sequuntur, sed moribus fugiunt. Ex hoc ergo duo pensare debemus. Primum est vt de se quisque minime præsumat, quia & si iam ad fidem vocatos est vtrum ad regnum eligendus sit nescit. Secundum vero est vt vnusquisque proximum quem iacere in vitijs conspicit, desperare non audeat, quia diuinæ misericordiæ diuitias ignorat, hæc ille.

Alijs auctoritatib⁹ hæc veritas manifestatur.

Veniamus nunc ad campum diuinam diuinarum scripturarum. Quid dicis tu o Isaia 8. capitul. Multiplicasti gentem & non magnificasti lætitiam, & primæ ad Corin. 9. inquit Paulus. Nescitis quòd hij qui in stadio currunt omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, & primæ Petri. 4. dicit Apostolus. Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi apparebunt? O peccator paupercule, quàm male sunt istę nouellę. Sed forte dicis. Non credo prædictis testibus audi infallibilem veritatem Dominum nostrum Iesum Christum, hanc conclusionem nostram confirmantem. Nam Lucæ 13. dicitur, quod quidam dixit ei. Domine si pauci qui saluantur. Ipse vero Dominus respondit ad illum, & socios. Contendite intrare per angustam portam, quia dico vobis. Multi quærunt intrare, & non poterunt, hæc ibi. Cum ergo responsio debeat intelligi & exponi secundum tenorem præcedentis interrogationis. l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de inter. acti. Concludendum est & indubitanter tenendum quod per hanc responsionem nihil aliud determinat Dominus nisi quod pauci saluantur. Et ideo Augustinus in libro de verbis Domini exponens prædicta verba, scilicet. Contendite intrare per angustam portam ait. Confirmauit Dominus quod audiuit, scilicet quod pauci sunt qui saluantur, quia pauci intrant per angustam portam, Alio autem loco ipse ait. Arcta est via qua ducit ad vitam, & pauci sunt, qui ingrediuntur per eam, hæc ille. Et Ambrosius inquit. Flendum magis est, quàm proferendum, & plures damnari quàm saluari. Quod enim per veritatem asseritur, nulla voce reprobatur. Chrisosto. autem super Matthæum exponens illa verba. Multi erunt nouissimi primi. &c. ait. Primos dicit nouissimos, & nouissimos primos, non vt nouissimi digniores sint quàm primi, sed vt coequentur, & nulla sit inter eos differentia temporis causa. Quod autem dicitur multi sunt vocati pauci vero electi, non ad superiores pertinent, sed ad gentes, quoniam ex ipsis gentibus qui multi sunt vocati sunt, pauci sunt eligendi, hęc ille. Sed obmissis omnium ecclesiæ Romanæ doctorum auctoritatibus hoc tenentium, reuertamur ad verba Saluatoris nostri qui expresse hanc veritatem nobis intimauit Matthæi 7. dicens. Intrate per angustam portam quia lata porta & spaciosa est via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Et ibidem vera ait. Quàm angusta porta, & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam, vbi glos. ait. Sed pauciores sunt qui intrant per eam. Vnde Hierony. dicit. Angustam viam pauci inueniunt. Nec omnes qui inuenerint ingrediuntur per eam. Multi etiam inuenta veritatis via, capti voluptatibus seculi de medio itinere reuertuntur in eodem quoque capitul. ipse Saluator noster etiam dicit. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum Cœlorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei qui in Cœlis est. Pauci autem inueniuntur qui voluntatem

luntatem Dei faciant. Ideo in eodem.ca. dicit Saluator noster. Multi dicent mihi in illa die. Domine nonne in nomine tuo prophetauimus. Nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes magnas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui eos dicens. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Sed ad quid tot auctoritates allegamus cum conclusio nostra expresse sit a Iesu Christo prædicata Matthæi 20. capitul. cum dicit. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Ideo dicit Augustinus in libro de vero cultu ostendens paucitatem saluandorum. Arbitror tres mundi partes fore damnandas eo quod in ipsis regnant infideles, aut hæretici. De quarta autem parte quid dicam, nisi quod Ioannes ait. Totus mundus positus est in maligno, vt habetur Ioan.2. idest plenus malignitate & peccatis. Quales enim sunt homines hodierni temporis? nisi vt plurimum superbi, auari, luxuriosi, gulosi, homicidæ, raptores, iracundi, inuidiosi, in bonis operibus negligentes, & in omnibus vitijs inuoluti? Quo vadunt isti maledicti? Profecto omnes ad inferna descendunt. Et ideo pauci & paucissimi ad vitam perueniunt sempiternam. De quorum exiguo numero faciat nos Deus noster. Amen.

DOMINICA PRIMA POST PASCHA DE DONIS IN TESTAMENTO RELICTIS

QVINQVE GENERIBVS personarum videlicet, religiosis, regibus, siue rectoribus, subditisque ac senibus, & iuuenibus.

SERMO VIGESIMVSQVARTVS.

PAX vobis; Ioannis 20. Sententia est Ecclesiastici dicentis. Amicus fortis protectio. Qui habet illum inuenit thesaurũ. Amico fideli nulla est cõparatio auri, & argenti contra bonitatem illius. Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis. Cassiodorus quoq; in quadam epistola inquit. Sine amicis omnis cogitatio est tedium, omnis operatio labor omnis vita est tormentum, sine quorum solatio viuere esset mori. Aristot. 8. Ethic. c. 1. ait Amicitia maxime necessaria est in vita. Sine amicis enim nullus eligeret viuere, habens reliqua bona omnia. Et in 3. Topic. iterum dicit. Magis eligenda est superabundantia amicitiæ, quàm pecuniarum Ecclesiast. quoq; 25. c. scriptum est. Beatus qui inuenit amicum verum. Auctor etiam libri qui dicitur Facetus. 6 c. inquit. Vtilius homini nihil est, quàm fidus amicus. Et Iacobus beneuentanus. c. 34. sui libri ait. Omnibus est rebus bonus anteferendus amicus, & auctor astrolabij etiam inquit. Omnia dona Dei transcendit verus amicus. Nihil enim tã necessarium est homini, quàm verus amicus, vnde versificator fabularum Esopi. 57 dicit. Nemo sibi satis est eget omnis amico. Quapropter ego qui in hac sacra quadragesima, non vnum tantummodo amicum, sed quasi innumerabiles acquisiui, summopere lætor & gaudeo, videns vestram erga me maximam beneuolentiam, verum non minori dilectione ego vobis afficior. Possum enim merito dicere illud Apostoli Philip. 1. Testis est mihi Deus quomodo vos omnes cupiam in visceribus Iesu Christi. Quia igitur o dilectissimi ciues habeo in breui a vobis separari, & est bonorum amicorum cõsuetudo, vt quando ab inuicem sunt separandi se amplexentur, iungantq, dexteras atq; inuicẽ osculentur, atq; pacẽ vni alter relinquat. Ideo in hoc discessu meo quod in breui erit, ex teneritudine amoris, vos omnes salutare cordialiter coactus sum

verba proposita dicens, scilicet. Pax vobis. Verum quia veri amici in discessu solent relinquere charis suis aliqua dona, vt de ipsis habeant memoriam. Ideo ego in hoc discessu deliberaui quasi per modum testamenti omnibus vobis aliqua legata dimittere. Sed quia diuersorum estis statuum, in hoc sermone tantummodo quinque statibus preciosa legata faciemus.

PARS PRIMA in qua relinquuntur quinque documenta religiosis.

PRIMUM igitur vobis religiosi relinquo in hoc testamento documentum quod dicitur sanctitatis vt enim scriptum est 1. Petri 2. Vos estis genus electum regale, sacerdotum gens sancta populis acquisitionis. Et Isaiæ 61. dicitur. Vos sacerdotes Domini vocabimini, ministri Domini Dei nostri dicetur vobis. Et ideo super omnes homines mundi debetis esse sancti 93. distin c. legimus. Dicit. n. Simmacus Papa. 1. quæstio. 1. capitul. Vilissimus. Vilissimus reputandus est, nisi præcellat alios scientia, & virtute qui est honore prestantior Et ideo vos inuitat Dominus ad hanc sanctitatem Leui. 20. di. Sācti estote quia ego sanctus sum. Omnia ergo verba vestra, cogitationes, & opera debent esse sancta.

2. Documētū religiosis relictū. SEcundum documentum dicitur esse exemplaritatis. Nō enim sufficit quod quis habeat sanctitatem in anima nisi eā per bonum exemplum proximis ostendat. Ideo dicitur quòd tales religiosi maxime prælati debent esse irreprehensibiles 1. ad Tim. 3. 25. dist. 5. nunc autem. & c. primum & 1. quæstio. 1. cap. vulnerato. & 2. quæstio. 7. capitul. Episcopi. Vita enim pastoris debet esse exemplaris subditis 2. quæstio. 7. cap. cum pastoris. Quia absurdum est pastorem esse peiorem populo 1. quæstio. 1. cap. vilissimus. Ideo dicitur in c. precipue. 11. q. 3. Quod prælati tot mortibus digni sunt, quot mala ad subditos exempla transmittunt. Malus enim prælatus suo malo exemplo multos trahit ad interitum c. si Papa. 40. di. Ea propter dicit Apostolus omnibus religiosis & clericis 1. Petri 2. Conuersationem vestrām iter gentes habentes bonam. Et Phili. 2. Sitis sine reprehensio ne in medio nationis prauæ & peruersę. Et Matth. 5. cap. dicit Saluator, omnibus cultui diuino deputatis. Vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra & glorificent patrem vestrum qui in Cœlis est.

3. Documētū religiosis relictū. TErtium documentum quod vobis relinquo dicitur esse solicitudinis. Debetis enim esse feruentes in Domini seruitio, facientes diligentissime officia vestra, & omnia illa quæ pertinēt ad vestrā professionem, & statum. Non. n. habitus facit monachum, nec tonsura clericū sed religiosa conuersatio c. porrectum. extra de regu. Ideo dicitur quòd beneficia debēt tolli illis clericis, qui ad ecclesias suas non conueniunt, & officia sua non exercent in eis vt notatur in l. generaliter. In 2. C. de Episcopis & clericis. Beneficia autem debent dari sollicitis, & non negligētibus. 1. q. 2. c. clerici. Nunquam ergo debetis stare ociosi, sed modo actioni, modo contemplationi vacare, maxime prælati. 88. di. c. decreuit. & c. Episcopus. & 2. q. 1. c. Episcopi. & 8. q. 1. c. in scripturis. Solet tamen dici quòd in qualibet bona religione est quadruplex differentia personarū quæ significatur Zacha. 6. per quadrigas equorum. Ibi. n. sunt contemplatiui cęlestibus desiderijs flagrantes & significanē per equos rubeos Quidā vero sunt actiui virtutum varietate pollētes, & isti figurātur per equos varios. Alij autē sunt Virgines puritate nitentes. Et isti figurantur per equos albos. Alij vero sunt continentes, se per opera pœnitentiæ macerantes, & isti figurantur per equos nigros.

Quibus religiosi prædiri esse debent. DEbet igitur omnis ecclesiasticus prę omnibus habere mentis sanctitatē, cordis puritatem, carnis castitatem, oris veritatem, operis strenuitatem, victus sobrietatem, gestus maturitatem, vestis humilitatem, & totius vitæ honestatem, prout colligi potest ex sacris canonibus 35. distinctio. cap. ecclesiæ. & distinctio. 41. c clericus. & 44. distinctio. per totam.

& de

& de conse. distinctio. 5. c. in omnibus. & extra de vita & hone. cle. c. a crapula. Et ad hoc inducere eos debet exemplum gentilium sacerdotum, de quibus loquitur Plato in 1. Thimei & recitat Hiero. contra Iouinianum di. Stoicus vir eloquentissimus de vita antiquorum sacerdotum narrans ait quod omnibus postpositis negocijs semper in templo fuerunt & rerum naturas, causasque, ac syderum rationes contemplati sunt, & nunquam se mulieribus miscuerunt, nunquam cognatos, liberos, propinquosque viderunt ex eo tempore quo cœpissent diuino cultui deseruire, carnibus & vino semper se abstinuerunt propter tenuitatem sensus & vertiginem capitis quam ex paruo cibo patiebantur, maxime propter libidinis appetitum, qui ex his cibis nascitur, pane raro vescebantur ne onerarent stomacum, & si quandoque comedebant, tonsum pariter. Hyssopum sumebant vt escam grauiorem illius calore decoquerent. Quid loquar de volatilibus, cum oua quoque, & lac pro carnibus vitarent, quorum alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicebant colore mutato. Si ergo sacerdotes gentiles in superstitiosis cultibus suis & ritibus sathanæ seruientes, sic a lasciuijs abstineut & a negocijs secularibus se subtrahunt, castimonijs se macerant, & a consortijs se separant humanis, vt quietius possint in suis ritibus ministrare. Quales debent esse sacerdotes Dei altissimi vt digni seruiant ei?

Regulares religiosi quo se habere debent. Religiosis autem regularibus maxime vtile est non vagari extra monasterium sine necessitate, & cum prælatorum voluntate, vnde dicit Aristo. 2. de anima & in 4. Phisico. & in libro de longitudine & breuitate vitæ, quod locus est conseruatiuus locati, vnde religiosus extra monasterium sine necessitate, est sicut piscis extra aquam capitul. placuit. et 2. c. 16. quæstio. 1. Et ideo debet seruare illud Trenorum 3. Sedebit solitarius & tacebit & leuabit se super se. Prælati autem tenentur sollicitam curam gerere subditorum 8. quæstio. 1. capitul. in scripturis. Et debent eos tenere quantum est possibile omni sanctitate & virtute 1. ad Timo. 3. ad Titum 1. 47. distinctio. 5. necesse. 89. distinctio. in principi. Aliter peccata subditorum eis imputatur 9. quæstio. 3. capitul. Episcopo & honor eis exhibitus cedit illis ac pœnam & culpam 46. distinctio capitu. multi. & 2. quæstio 7. capitul. secuti cum ergo sanctorum locum teneatis o prælati debetis eorum facta & vitam imitari 40. distinctio. capitul. non est & capitul. sequenti.

Qvartum relinquo vobis o religiosi documentum discretionis. Diabolus enim sæpe se transfigurat in angelum lucis, vt inquit Apostolus. 2. ad Corin. 11. Et ideo debetis esse cauti & discreti, ne vos decipiat vllo modo. Scriptum est enim Sapientiæ 1. capitul. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum idest discretorum. Maxime autem prudentia necessaria est prælatis qui debent esse discreti vt dicitur 1. ad Thi. 3. Ad Titum 1. & 41. distinctio. in princip. Quia absurdum est vt alios regat qui seipsum regere non potest. l. fin. C. de legi. iuro. Considerate ergo o prælati & pastores, quòd ars artium est cura animarum capitul. cum sit. de ætate & qualita Et ideo debetis esse sicut argus, de quo Ouidius in 3. Metha. inquit. Centum fronte oculos &c. Quapropter omnibus religiosis dicit Saluator Math. 10. c. Estote prudentes sicut serpentes. *4. Documentum religiosis relictum.*

Qvintum & vltimum documentum dicitur esse deuotionis. Debet is enim esse in orationibus deuoti. Vnde Philosophus 6. Poli. dicit. Oportet aliquos esse in ciuitate curam Deorum habentes. Qui, scilicet estis vos sacerdotes & religiosi, vnde ex hoc religio nomen accepit. De qua dicit Tullius in 1. Retho. c. 28. Religio est quæ superioris cuiusdam naturæ quam diuinam vocant curam ceremoniamque affert. Debetis ergo o sacerdotes, & religiosi orare non solum pro vobis, sed etiam pro salute proximorum, ex quorum eleemosynis viuitis. Aliter facientes, dico quòd estis manducatores sanguinis pauperum ad damnationem vestram, & estis de illis de quibus scriptum est Psalmo 126. Qui manducatis panem doloris. Super omnia autem *5. Documentum religiosorum.*

studere debetis, diuinum officium deuote celebrare, quia illi qui indeuote dicūt non placent Deo, perinde enim est nō facere & viciose facere. l.quoties. cum si. ff. qui satis dare cog. Cum igitur ita sit quod orantes cum Deo loquimur, vt dixit Alex. Papa & martyr cum in eculeo torqueretur profecto debemus cum maxima reuerentia diuinis officijs interesse. Si.n. cum Papa, vel cum Imperatore locuturi essemus, præmeditaremur prius quid dicendum esset, & ante eum existentes non circumquaq; aspiceremus, sed fixis in ipsum oculis vel pręreuerentia demissis tota animi intentione verba ederemus. Iō exclamat Ber. in quadam epistola contra clericos indeuote officia diuina persoluentes. Magna abusio est habere os in choro, & cor in foro. Estote igitur in ecclesia Dei tanquam milites Christi pugnantes cōtra inimicos vestros qui sunt dæmones. Ibi.n. sunt Angeli vos adiuuātes, iuxta illud Psalmiste. Præuenerunt principes. i. Angeli coniuncti psallētibus Sciatisq; pro certo, quod nihil sic impugnat diabolū sicut deuota Dei Laudatio. Ait enim B. Ephrē in suis documentis. Quēadmodum puluis a vehementia venti spargitur, ita aduersarius vr diabolus, quando vox vestra in Dei laudibus resonat, ad nihilum redigitur. Has ergo conditiones si habueritis o religiosi & clerici, Deus facilius exaudiet orationes vestras quam aliorum. 1. q. 1. c. ipsi sacerdotes. Maxime autem vos prælati debetis super omnes alios ista documenta obseruare, scientes quod sicut nihil est in hac vita laboriosius quam esse bonum prælatum, ita nihil Deo gratius inuenitur 40. di. c. ante omnia. & 96. di. c. duo sunt. Et hoc sufficiat quo ad primam partem nostri sermonis.

DOCVMENTA DATA regibus & principibus atque rectoribus siue officialibus atque omnibus dominis erga suos subditos.

SECVNDA vobis principibus, & dominis quædam optima documēta in hoc meo discessu obseruanda reliquo.

PRimum igitur documentum dr obseruationis. s. veritatis, vt nunq̃ dicatis falsitatē, inquit. n. sapiens Prou. 16. Non decet principem labium mendax. Maxime autem regibus turpe est mentiri. Itē obseruatores esse debetis iustitiæ, vobis enim dr. Sap. 1. c. Diligite iustitiā qui iudicatis terrā. Nā fructus diuinus est, iustitiā sæpius recensere, vt dr 35. q. 9. c. si. Inter omnes. n. virtutes cardinales iustitia tenet principatū, adeo quod Aristo. in 5. Ethi. in ipsa asserit omnes virtutes contineri. Quæquidem virtus, necessaria est nostræ saluti, vt dicunt theos in 4. di. 46. Quantum autem sit vtilis ostēdit Dauid propheta Psal. 33. di. Iusti autem in perpetuum viuent & apud Dn̄m est merces eorum, & iterum Psal. 111. inquit. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala nō timebit. s. in die. Salomon quoq; Prou. 15 ait. Abominatio est Dn̄o vita impij, qui autem sequitur iustitiam diligetur ab eo. Act. in 4. di. Acceptus est Deo quicunq; iustitiam operatur. Est autem iustitia constans, & perpetua voluntas animi, ius suum vnicuiq; tribuēs, vt inquit iurisconsultos in l. iustitia. ff. de iusti. & iur. Et Iustinianus Imperator insti. eodem. in prin. Et ideo Dn̄s noster ad eā homines inuitat Matth. 22. di. Reddite q̃ sunt Cæsaris Cæsari, & q̃ sunt Dei Deo. Iustitia ergo versatur circa duo principaliter. s. in remunerādo bonos præmijs, & malis supplicia inferendo, prout diuinæ humanæq; leges ordinant, vnde dil. 3. c. omnis autem scriptum est. Legis in præmio, aut pęna, vita moderatur humana. Dico igitur vobis o magnifici Domini quod debetis benemeritis præmia impēndere, & non esse seruitoribus vestris ingrati. Nihil. n. in principe turpius ingratitudine, quodāmodo reperi potest. De quibus tamen inueniuntur multi ingratissimi Dn̄i erga seruos, qui eis malum pro laboribus, & seruitijs suis reddunt. Vnde versificator fabularum Esopi fabula. 10. inquit. Reddere gaudet homo nequā pro melle venenum. Pro fructu pęnā, pro pietate dolū. Ideo Terrentius in Andria. c. 3. dicit. Si illum iurgas in te qui auxilium tulit, quid facies illi qui dederit damnū, aut malum? Ideo dicit Sene. ad Lucillum lib. 13. epistola. 6. Ingratus est qui beneficium

Principes precipue mentiri nō debent.

cium reddit sine vsura. Tunc.n.seruitores bene seruiunt suis Dominis, quando vident eos esse gratos. Econtrario autem tepescunt, quando vident ingratos iuxta illud dictum Iacobi Beneuentani. c. 23. Frigescit dantis animus cum videt ip sum, Cui dedit, ingratum muneris esse sui. Contra tales principes subditos male tractantes, & pro bonis mala inferentes exclamat Salomon. Prou. 17. di. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.

Principes debēt esse iusti in puniēdis malis.

Secundo debetis esse iusti o principes in puniendis malis. Dicit.n.Hiero.super Hieremiam, vt habetur. 23.q.5.c.homicidas. Homicidas, sacrilegosq; punire, non effusio sanguinis sed legum ministerium est. Cyprianus quoq;, vt habetur in c. rex debet. 23.q.5.inquit. Rex debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, patricidas, & periuros non sinere viuere, filios suos non sinere impie agere, hæc ille. Et hoc documentum iustitiæ, s.præmiandi bonos, & puniendi malos tenendiq; rem publicam in pace, dedit Anchises filio suo. Eneæ in 6. Enei.di. Hæ tibi erunt artes, pacis imponere morem. Parcere subiectis, & debellare superbos. Et in l.congruit.ff.de offi.præsi.Congruit bono & grandi præsidi curare, vt pacata atque quieta sit prouincia quam regit. Vt autem possitis hoc facere, seruate consilium Cassiodori lib. 12.epistolarum epistola. 2. dicentis. Sit vobis frons libera, vt aliorum positis emendare peccata. Ne vobis dici possit illud vulgare prouerbium. Medice cura teipsum. Habete igitur iustitiam o rectores. Nihil enim peius est in ciuitate vel terra, quàm vbi non exercetur iustitia. Quapropter inquit Montanarius, in luna celeri. c. 23. Gens sine iustitia, sine remige nauis in vndis. Econtrario autem de iustitia inquit Aristo. 5. Ethicorum. c.1. Præclarissima virtutum videtur esse iustitia, & neque hesperus neque lucifer ita admirabilis. Cassio.quoq; epistolarum. lib. 22.inquit. Omni laude decoratus qui iustus est.

2. Documētū principi

Secundum documentum quod vobis dimitto in hoc recessu dicitur maturitatis. Debetis enim esse prudentissimi & sapientes. Vnde vt refert Boetius in 2 de conso.dicebat Plato, quod beatæ essent ciuitates, si aut philosophi regnarent, aut reges philosopharentur. Et Sene. inquit, quod seculum aureum dicebatur cum sapientes regnarent. Ideo Sapien. 6. dicit Salomon. Concupiscentia sapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Si ergo delectamini in sedibus, & sceptris o reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Diligite lumen sapientię omnes qui præestis populis. Multitudo enim sapientium sanitas est orbis terrarum. Et rex sapiens populi stabilimentū est, hæc ille. Ob hanc causam dicit Arist. 3.Ethico. Nemo iuuenes eligit in duces, quia non constat esse prudentes. Exclamat quoque sapiens. Eccle. 10. Veh tibi terra cuius rex est puer. Ideo Aristo. 1. Reth.hor.c.20.ait. Principes oportet sapere. Et Eccle.10. dicitur. Principatus sensati stabilis erit, rex autem insipiens perdet populum suum. Nam qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea Ecclesiast. 10. Debet ergo bonus princeps habere omnia iura in scrinio pectoris. l. omnium. C. de testa. Et debet esse plenius sapientia. l. penul. C. de his quibus, vt indi. Et esse senex moribus, vt inquit Frontinus. libro 4. titul. 7. & superare omnes alios sapientia & doctrina vt ait Vegetius de re militari libro 1. titul. primo.

b⁹ relictū.

3. Documētū prencipib⁹ relictum.

Tertium documentum, quod vobis relinquo dicitur liberalitatis. Prou. enim 15. Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam. Econtra vero liberalitas inclinat ad obsequium & amorem, vt dicitur in l. 1. C. de reuo. dona. Debetis ergo esse liberales de diuitijs vestris, non solum pauperibus, sed etiam familiæ vestræ in victu, & vestitu & reliquis. Ait enim Aristo. 1. Retho. Diuitem esse est in vti magis quàm in possidere. Et Senec. in lib. de beata vita contra auaros inquit. Diuitiæ apud sapientem virum in seruitute sunt, apud stultum imperio. Et auctor libri de formula honestæ vitæ ait. Non quę apud te habes tanquam aliena seruabis, sed pro te tanquam tua, & disponas & vtaris. Cato quoque in suis docu-

documentis dicit. Fac sumptum propere cum res desiderat ipsa. Et versificator fabularum Esopi fabula.27.inquit. Pauperius nihil est quàm miser vsus operum. Licet autem peccatum sit prodigalitas, & omnibus hominibus indecés, tamé maius vitium est auaritia, & nimia tenacitas, quàm aliqualis prodigalitas. Vt inquit Arist.lib.4.Ethi. & assignat rationé. Quoniam prodigus prodest multis, auarus autem nulli. Non tamen o principes debetis facere sicut multi qui sub specie liberalitatis expendunt in ioculatoribus ea quæ deberent dare suis seruitoribus. Contra quos dicit Bernardus in Economica.c.14.Homo ioculatoribus intédens cito vxorem habebit cui nomen erit paupertas. Talibus autem dare est peccatum c.donare.86.di. Alij expendunt in meretricibus eas ornantes pompatice. Contra quod Bernar.vbi supra c.10.ait. Fœmina meretrix omnes diuitias annullabit. Sciédum est ergo quod secundum Philosophum 4.Ethic. Liberalitas est virtus inclinans hominem ad largiendum magna dona, vbi, & quãdo, & cui oportet, & maxime conuenit principi.l.cum multa. C. de bo. quæ li. Qui non potest esse nimis liberalis erga seruitores suos. Ægidius in lib.de regi.p.tin. Quamuis autem possint & debeant principes sua oppida fortificare, tamen non debent facultates suas in vanis & inutilibus edificijs expendere. Ait enim Bernard. vbi supra c.16. Nimia & inordinata ædificandi cupiditas, parit & expectat ædificiorum venditioné. Turris completa & archa vacuata valde faciunt, sed tarde hominem sapientem. Debetis ergo facere expensas liberaliter secundum conditionem status vestri. Et idem dico omnibus alijs familiam regentibus. Inquit enim Bernardus. vbi supra capitul. 24. Leuitatem expendendi cum grauitate lucrandi compensa. Et auctor libri qui dicitur facetus dicit. Expendas large sine murmure quando decebit. Iuxta tuum posse ne tua damna fleas.

4. Documétũ principibus relictũ. Quartum documentum, quod volo vobis dare o principes & Domini, dicitur miserationis. Ait enim Salomon Prouerb. 21. Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Et 16. eiusdem libri capitul. etiam dicit. Clementia regis quasi imber Serotinus. Maior autem est potentia clementiæ quàm sæuitiæ. Vnde refert Seneca in libro de clementia, quòd quidam multum studuit ad hostium destructionem & vindictam. Sed dum non posset quendam vincere ac subiugare consuluit vxorem quæ dixit ei. Fac vt medici qui vbi vsitata remedia non possunt temperant contraria. Sic tu qui crudelitate adhuc nihil fecisti, tenta nunc clementiam & ignosce illi, quod & factum est, & ille hostis eius amicus factus est. Debetis ergo esse misericordes erga subditos vestros & non velle eos opprimere. Ait enim sapiens Ecclesiastici 4. capitul. Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos & opprimens subiectos tibi. De hoc etiam dicit versificator fabularum Esopi fabula.13.

Non sit qui studeat quia maior obesse minori.

Cum bene maiori possit obesse minor.

Et idem fabula.18.inquit.

Tu qui magna potes, ne despice paruа potentem.

Nam prodesse potest si quis obesse nequit. Et Cato in documentis suis dicit.

Vincere cum possis interdum cede sodali.

Obsequio quoniam dulces retinentur amici. Et ibidem.

Quem superare potes interdum vince ferendo. Et iterum.

Corporis exigui vires contemnere noli.

Consilio pollet, cui vim natura negauit.

Et c.fi.eiusdem lib.etiam dicit.

Cede locum læsus fortunæ cede potenti.

Lędere qui potuit, poterit aliquando prodesse.

Gualterius quoq; de Castilione lib.2. ait.

Parcite mortales asos extollere fastu.

Collatis opibus aspernariq; minores.

Et Gualfredus in poetria sua.c.31. dicit.

Cum fueris maior alijs te finge minorem.

Et

Et de te mentire tibi nec sic in abyssum. Deijcias alios, vt te super æthera tollas. Debet.n. qlibet dñs considerare q seruus eius habet cũ eo quinq; cõia, vnũ ex parte principij de quo. Iob. 33. dr. Ecce & me sicut & te fecit Deus, & de eodẽ luto ego quoq; formatus sum, & Sap. 7. Nemo ex regib[9] habuit aliud natiuitatis initiũ. Secũ est ex parte medij, de quo Iob. 14. Breues dies hoĩs sunt. Tertiũ est ex parte finis. De quo metrice dr. Mors dñm seruo mors sceptra leonibus æquat. Pauperis, & regis cõis lex moriẽdi. Quartũ est ex parte fori de quo. 2. ad Cor. 4. ait Paulus. Oẽs nos manifestari oportet ante tribunal Chri. &c. Quintũ est ex parte præmij de quo dr Io. 5. hinc aũt nobis, in aũt. de mona. Quantũ ad Dei cultũ nõ est masculus, neq; fęmina, neq; liber seruus. Oẽs. n. i. Christo vnam mercedẽ accipiũt.

5. Documentum principibus rectũ. QVintũ documentũ qđ vobis relinquo dr dilectionis. Debent.n. principes amare subditos. Ait.n. Cassio. epistolarũ lib. 3. epistola. 50 Felicitas regnantis est famulantes amare. Et ideo inqt sapiẽs. Eccle. 33 Si tibi est seruus fidelis, sit tibi quasi aĩa tua. Debetis ergo curare vt plus diligãt vos subditi vestri, q̃ timeant, vt inquit Seneca in quadã epistola ad Lucillũ, & Isidorus in sinonimia soliloquiorũ lib. 2. c. 40. ait. A subditis venerari magis q̃ timeri stude talẽq; te redde subditis vt magis ameris, q̃ timearis. Nõ sis terribibilis in subditos sic eis dñare, vt dilectet seruire. Seneca quoq; in lib. tragediarum dicit. Decet timeri Cæsarẽ, sed plus diligi Et in lib. 2. de ira, inquit. Periculosius est timeri q̃ despici, necesse est vt multos timeat, quẽ multi timẽt, & ad Lucillũ li. epistolarum. 18 epistola. 5. ait. Nemo põt terribilis esse secure. Ideo dicit Boetius in 3. de consolatione. c 15. Potentiã desideras subditorum insidijs obnoxius subiacebis. Ideo dicit Cato. Cũ seruos fueris pprios mercatus in vsus. Et famulos dicas hoĩes tñ esse memento. Et Salustius in Iugurtino. Tullius est volẽtibus q̃ coactis imperare. Nõ igitur debetis subditos vestros tenere in nimia seruitute, & depressione. Ea ppter Tullius in philippicis lib. 2. dicit. Charitate & beneuolentia ciuiũ sęptũ oportet esse principẽ, magis q̃ armis, & Seneca inquit. Nõ est opus regi altas sedes constituere, nec muris, & turribus se sepelire. Inexpugnabile.n. munimẽ ũ est amor ciuiũ. Dr aũt q cũ Dux Mediolani Franciscus Sfortia interrogasset comitẽ Iacobũ Picininũ an sibi satis sufficeret appræhendere Castrum portæ iouis inexpugnabile, ille rñdit q sic, & inquisitus quõ, respondit. Cum amore. Et hoc sufficiat pro. 2. parte nostri sermonis.

DOCVMENTA DATA subditis erga dominos suos, & dominas.

TErtio vobis subditis, & famulis qnq; documenta relinquo. Primũ dr fidelitatis. Debetis.n. esse sup oĩa fidelissimi dñis vestris.n. Matth. 24. Fidelis seruus & prudens quẽ constituit dñs sup familiã suã ex quo daĩ intelligi oĩbus seruis, q debẽt esse erga dños suos fideles. Scriptũ est.n. Prouer. 28. Vir fidelis multũ laudabiĩ. Nullũ autẽ est turpius viciũ pditione, vñ ait Iacobus Beneuentanus. c. 9. Hec ego te moneo fugias vt proditionẽ, Turpius hoc nĩ crimine crimen adest. Debetis ergo o dñi bene cõsiderare, quos accipiatis in familia vřa, videlicet vtrũ habeant fidelitatẽ. Ait.n. auctor astrolabij pditor alterius, non tibi fidus erit, & Boetius. 3. de conso. c. 9. inquit. Nulla est pestis efficacior ad nocendũ q̃ familiaris inimicus.

SEcundũ documẽtũ qđ vobis relinquo o subditi, dr esse obeditionis. Tenemini eñ obedire dñis vestris in oĩbus licitis & honestis. e. si dñs. 11. q. 3. si vero præciperent aliquid cõtra Deũ vel salutẽ aĩæ nullatenus est eis obediendũ. Illud.n. q est cõtra bonos mores nõ est obligatoriũ, insti de man. prin. §. illud sed obedire oportet Deo magis q̃ hoĩbus. Act. 5. & c. cum in ecclesijs, de maio. & obe. de licitis autẽ præceptis scriptũ est ad Ephe. 6. c. di. Serui obedite dñis vestris cũ omni timore in simplicitate cordis vestri, sicut & Christo, & 1. Petri. 2. c. dicit Apostolus. Serui subditi estote in omni timore dñis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis, & malis Vbi datur intelligi, q etiã si sint scelerati domini, tamẽ si nõ iniqua præcipiant debent a subditis obediri. *2. Documentũ subditis, ac seruis relictum.*

Ter-

umen subdi-tis. Tertium documentum dicitur esse seruitutis. Debetis enim eis seruire, & eorũ negocia peragere vtiliter, vnde glo. super prosperi epigramate. 14. inquit. Æquum est seruire regibus & dominis. Inferiores namq; superioribus seruire æquitas exigit. l. 1. §. deniq; ff. de aqua plu.arcen. & c. cum inferior. de maio. & obe. Nam vt ait saluator. Lucæ. 6. Nõ est discipulus super magistrum. Nõ ergo debetis esse sicut quidam famuli qui volunt ab alijs seruiri, sicut domini. Sicut faciebat famulus sancti Martini, cui ipse sanctus lauabat pedes, eique seruiebat sicut domino. Ideo debetis seruare illud dictũ sancti Ambrosij in homilia quadam super Lucam dicentis de beata virgine. Qui propter officium venerat inhærebat officio. Licet ergo dicat verificator fabularum Esopi fabula. 12.

Alterius non sit qui suus esse potest. Et Fabula. 55. idem inquit.

Ditior est liber mendicans diuite seruo.
Libertas præ dulce bonum bona cætera condit.
Libertas animi cibus est & vera voluptas.
Non bene pro toto libertas venditur auro.
Hoc cœleste bonum præterit orbis opes.

Et Arist. 1. Poli. c. 3. inquit. Omnis seruitus prærer naturam est. Tamen postquã facti estis serui, & famuli aliorum illis debetis seruire. Quod enim ab initio est voluntatis, ex post facto fit necessitatis. l. incommodato. ff. commodati.

4. Documentũ subditis relictum. Qvartum documentum dicitur esse supportationis. Debetis enim supportare dominos vestros, si quando irascantur vobis & nolle cum eis contendere, & litigare verbis, aut factis. Scriptum est enim Eccle. 4. Noli resistere contra faciẽ potentis, nec coneris aitcõtra impetũ fluuij, & 8. eiusdem libro. Non litiges cũ homine potente ne forte incidas in manus illius. Ideo dicit Ouidius lib. 2. de arte amandi. Aptari magnis inferiora licet. Seneca quoq; ad Lucillum epistolarum lib. 2. epistola. 5. ait. Sapiens nunquam potẽtum iram prouocabit imo declinabit, non aliter in nauigando procellam. Et rationem assignat in lib. tragediarum in Medea. c. 6. dicens. Nemo potens aggredi tutus potest. Salomon quoq;. Prouer. 16. inquit. Indignatio regis nuncij mortis, & vir sapiẽs placabit eum, & 50. c. eiusdem lib. Sicut rugitus leonis ita, & terror regis, qui prouocat eum, peccat in animam suam. Ouidius quoq; in epistolis, epistola. 16. ponit illud dictum Helenæ quod scripsit Paridi di. An nescis longas regibus esse manus. Licet ergo quandoq; domini male irascantur contra subditos, tamen ipsi considerantes suum statum, debent eos supportare in omnibus, quæ nõ sunt contra Deum. Et hoc est quod inquit Apostolus. 1. Pet. 2. c. Vbi postquam dixit, seruos debere esse subditos dominis etiam malis subiungit di. Hæc est enim gratia si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Quæ enim gratia est si peccantes & collaphizati sustertis? Sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. In hoc enim vocati estis quia Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exẽplum vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non cõminabatur.

5. Documentũ seruorũ, ac subditorum. Qvintum & vltimum documentum quod vobis subditis, & famulis traditur dicitur honorificationis. Debetis enim dominos, & dominas vestras honorare. Scriptum est enim. 1. Petri. 2. Regem honorificate. Non igitur debetis despicere prælatos vestros, nec eis vos præponere, sed ipsis humiliter subiacere, illosq; venerari. Et hoc propter dignitatem reuerentiæ, ministerium diligentiæ, & periculum rationis reddendæ. Quæ tria tangit Paulus Hebræ. 13. di. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, ecce dignitas reuerentiæ. Ipsi enim peruigilant ecce ministerium diligentiæ, quasi pro animabus vestris rationem reddituri ecce periculũ rationis reddendæ. Licet autem tales prælati essent mali tamen etiam in reuerentia sunt habendi sicut ostendit Chrisost. super Matthæum tribus rationibus. De prima sic dicit. Homines ab initio creati sunt propter se. Postea autem sacerdotes ordinati sunt propter te, ergo vita eorũ ipso-

ipsorum est, ordinatio autem eorum vestra, si bene vixerint lucrum eorum est. Si bene docuerint vestrum erit. Accipite ergo quod vestrum est, & nolite discutere quod aliorum est. De secunda sic dicit. Frequenter de homine malo bona procedit doctrina. Ecce enim vilis terra preciosum aurum producit. Nunquid propter terram preciosum aurum contemnitur? Sed aurum eligitur, & terra relinquitur. Sic & vos doctrinam accipite & mores relinquite. De terra sic dicit. Apibus herbæ necessariæ non sunt, sed flores herbarum, flores autem colligunt, & herbas relinquunt sic & vos florem doctrinæ colligite, & conuersationem relinquite, hæc ille. Ex prædicta confirmantur auctoritate Christi dicentis. Matth. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisei. Omnia quæ dixerint vobis facite, secundum vero opera eorum nolite facere. Nemo igitur contemnat superiorem siue patronum suum, a quo multa bona percepit. Scriptum est enim Prouer. 14. Valde peccat qui despicit amicum suũ. Nolite ergo facere sicut accipitur, qui postquam bene pastus est a domino suo vocatus ab eo ad manum non redit, sed per aera vagabundus incedit, vocantemq; dominum paruipendit. Multi quoq; alij reperiuntur subditi, qui si recipiant aliquam iniuriam a dominis suis volentes se vindicare se ponunt in aliorum seruitute qui multotiens eos magis opprimũt. Et accidit eis illud quod ponit Aristo. 2. Rethor. c. 20. dicens, quòd quidam philoso. dixit quandam fabulam cuidam populo hoc modo. Inqt. n. q equus qdã obtinebat pratum solus, adueniente autem ceruo, & corrumpente Pascua, volẽs punire ceruum interrogauit hominem si posset cum ipso punire ceruum. Cui homo respondit. Si dimittis quòd ponam tibi frenum, & ascendam super te habens lanceam in manu, potero punire ceruũ. Cum autem ascẽdisset homo super equũ, & posuisset ei frenum, ostendens quòd volebat punire ceruum dixit. Ego dominus & retinuit equum in dominio suo, & seruitute. Ita & vos inquit iste Philo. Videte ne volentes aduersarios punire idem patiamini cum equo. Estote igitur beniuoli dominis vestris, & eis reuerentiam exhibite, & cum prudentia & maturitate eis seruite. Scriptum est enim Eccle. 10. Seruo sensato liberi seruient, vos autem domini quando videtis seruum superbũ, nolite retinere eũ, sed facite illud quod inquit Ber. in icomica. c. 15. di. Famulum alti cordis repelle, vt futurum inimicũ. Famulum tuis moribus blandientem repelle. Famulum de facili se verecundantẽ dilige vt filium. Et hoc sufficiat pro tertia parte nostri sermonis.

a Documenta senibus data.

DOCVMENTA DATA senibus.

QVarto vobis senibus in hoc testamento meo relinquo tria documenta. Primum dicitur consiliationis. Vobis enim conuenit maxime iuuenibus dare consilia vnde dicit Tullius in primo de offi. Senibus autem labores corporis minuendi sunt, exercitationis animi augendæ. Danda vero est opera senibus, vt & amicos, & iuuentutem, & maxime rempublicã consilio prudentiaq; adiuuent, hæc ille. Secundum documentum dicitur instructionis. Debetis enim esse instructi, & periti in sapientia. Vnde dicitur. Eccle. 25. c. Quàm speciosa veteranis sapientia, & gloriosis intellectus, & prudens consilium, corona senum multa peritia. Ari. quoq; 6. Ethi. dicit. Iuuenes non possunt esse prudentes, quia prudentia requirit experientiam tempore indigentem. Vnde dicitur in c. ponderet 50. di. Tempore indigemus vt aliquid maturius agamus. Senes vero sunt communiter prudentes propter experientiã, vt ibidem dicit Ari. vnde Tullius in tusculanis quæstionibus lib. 1. inquit. Prudentiam cum cætera auferant, non aufert certe senecta. Debetis ergo esse prudentissimi sapientes, & discreti. Tertium documentum dicitur maturitatis. Debetis enim esse maturi, & non leues, & habere in vobis grauitatem morum. Ait enim Varro in prouerbijs. Tam vero ridenda est in senibus puerilitas, quàm stupenda in puero morum optimorum cõstantia. Et Sene. ad Lucillum epistola. 13. scribit. Quid turpius, quàm senex iuuene insipientior? Vnde Eccle. 25. c. dicit sapiens. Tres species odiuit anima mea, & aggrauor animæ illorum, pauperem superbũ, diui-

diuitem mendacem, & senem fatuum, & insensatum, hæc ille. Sicut ergo estis maturi tempore, ita debetis esse, & méte. Ait enim Ari.2 Poli.c.6. Est quemadmodum corporis, & senectis. Et Cassio. in li. de anima. c.8. dicit. Corporalibus sensibus quietis, pfundius aliquid firmiusq; tractamus, hinc est quòd ætate maturi melius sapere iudicamur. Nihil ergo in vobis puerile, nihil inconstans, nihil leue inueniri debet. Sed omnia in vobis virtuosa, atq; matura debent esse. Sed tamé etiam in senibus multa vicia reperiuntur, & defectus, de quibus dicit Ari.2. Rethoc.c.16. Senes sunt pusillanimes, quia humiliati sunt a vitia, & formidolosi, ac omnia pertimescentes, quia viam præparauit senectus formidini. Senes seruiunt lucro, & sunt difficilis spei propter experientiam, plura enim eorum quæ sunt mala sunt, eueniuntq; multa in deterius. In eodem etiam loco dicit. Senes male suspiciosi sunt, & increduli, quia multis annis vixerunt, & in pluribus decepti fuerunt, & peccauerunt. Illiberales quoque sunt. Sicut enim quòd difficile est possedisse, & facile abijcere. Terrentius quoq; in adelphis.c.22 air. Solum vnum hoc vitium senectus affert, quòd attentiores sumus omnes ad rem quam satis est Horatius quoq; in poetria dicit.

Multa senem circumueniunt incommoda, vel quod quærit.
Et inuentis miser abstinet, ac timet vti.
Vel quòd res omnes timidæ gelidæq; ministrat.
Dillator, spe longus, iners, auidusq; futuri.
Difficilis, querulus, laudator temporis acti.
Fit puero castigator censorq; minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda secum.
Multa recedentes adimunt. Et ideo o tu qui es senex caue a vicijs istis quantú tibi possibile est, & serua doctrinam Oratij in epistolis suis dicentis.
Gratior, & melior sis accedente senecta.

DOCVMENTA DATA iuuenibus.

QVinto & vltimo vobis iuuenibus in hoc discessu meo relinquo tria documenta. Primum dicitur honorationis. Debetis enim honorare senes, & maiores vestros. Nam scriptú est. Leui. 19. Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Et in.l. sem. per. ff. de iur. immu. Semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit. Maiores namq; nostri pœne hunc honorem senibus, quem magistratibus tribuebát. Ideo dicit Apostolus. 1. ad Thimo. 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Vnde Valerius maximus lib.2. de institutis antiquis dicit. Senatui iuuentus tantum honorem reddebat, tanquam maiores natu adolescentium omnes patres essent Ideo dicit sapiés Eccle. 11. In medio seniorum ne audeas loqui, Et c. 22. etiam dicit. Vbi sunt senes non multum loquaris. Et auctor libri qui dicitur facerus c. 4. inqt. De iuuene. Inter maiores caueat ne multa loquatur. Et Isidorus in sinonimia soliloquiorum. lib. 2. c. 44. dicit. Superiori æqualem te non exhibeas.

SEcundum documentum quod vobis relinquo o iuuenes dicitur interrogationis. Debetis enim consulere peritos in rebus agendis, & maxime senes, & interrogare eos in dubijs. Scriptum est enim Iob. 12. In antiquis est sapiétia, & in multo tempore prudentia. Ideo dicitur. Deutero. 32. Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Quæ omnia supradicta confirmans Tullius in primo de offici. inquit. Est igitur adolescentis maiores natu vereri, ac diligere optimos, & probatissimos, quorum consilio, atq; auctoritate nitatur. In cunctis enim ætas inscia senum instruenda, & regenda prudentia est. Sidonius quoq; in epistola lib. 3. dicit. Plurimum laudis iuuenes moribus suis applicant, quotiens de negociorum meritis ambigentes ad peritorum consilia recurrunt, hæc ille. Vt enim dicitur in c. estote 1. q. 1. Experti graues q; moribus pro consilio sunt requirendi.

2. Documentum iuuenibus relictũ.

Ter-

3. Documentum iuuenibus datum.

Tertium documentum quod vobis relinquo dicitur virtuositatis. Debetis enim insudare virtutibus dum estis iuuenes. Vnde inquit Oratius in epistolis.

Nunc adhibe puro pectore verba puer.
Nunc te melioribus offer. Et iterum.
Quo semel est imbuta recens seruabit odorem.
Testa diu. Et quidam versificator inquit.
Quod noua testa capit inueterata sapit.
Qui non assuescit virtutibus dum iuuenescit.
A vitijs nescit discedere, quãdo senescit.
Disce puer dum tempus habes, dum sufficit ætas.
Tempora prætereũt more labentis aquę.

Et Hieronymus inquit. In tenera ætate facilius sanctæ cõuersationis vsus inualescit. Patet in arbusculis, quæ in quamlibet partem trahi, & flecti possunt, & tenera animalia sine multo labore edomantur. Mollis etiam cera recipit imaginem sigilli, de facili, quam postea indurata retinet. Indurata autem cera non faciliter informatur sed frangit, & similiter ętas in malis indurata, & inueterata vix ad bonum inclinatur. Accidit enim quibusdam sicut euenit cuidã molendinario, qui habebat asellum iuuenem, & pulchrum, quẽ tm̃ diligebat parcens sibi q ei nullũ onus aut iugũ imposuit, dum aũt ad seniũ peruenisset amissa pulchritudine & fortitudine cũ onerare voluit, sed quia non erat assuetus onera reiecit, & molendinarium calcibus percussit, & occidit. Similiter etiã multi volunt parcere asino suo.s.corpori in iuuentute, ita q ei nec onus ieiunij nec vigiliæ, nec alicuius castigationis imponunt differentes vsq; ad seniũ quo tẽpore multa bona facere pponunt, sed tũc amissa fortitudine, ac sanitate pondera pęnitentiæ portare nequeunt & ipse asellus.i. corpus siue sensualitas molendinariũ.i.spiritũ, calcibus.i.induratis affectionibus malis percutit, & occidit, atq; ad æternam mortem perducit. Ideo dr̃ Tre. 3. Bonum erit viro cum portauerit iugũ ab adolescentia sua.

Debetis aũt o iuuenes esse verecundi. Ait.n.Seneca ad Lucillũ epistolarũ libro.2.epist.2. Verecundia in adolescente bonũ signũ est. Et Arist.4. Ethi.inquit. Verecundia nõ conuenit omni ætati, sed tm̃ iuuenili, vñ iuuenes verecũdos laudam⁹, senẽ aũt verecundũ nullus laudabit, quia sue ętati verecundia nõ cõuenit. Debetis. etiam esse modesti in vestro victu. Ait.n Tullius.2.de officijs. Prima adolescentis cõmendatio a modestia pficiscitur. Hæc aũt modestia maxime debet esse in tribus primo ne dicatis turpia. Quia corrũpũt bonos mores colloquia mala. 1. Cor. 15. Secundo ne audiatis inhonesta, vnde Philosophus.7. Poli dicit. Iuuenes custodiẽdi sunt ne dicant, aut audiant aliqđ malũ, quia ex dicere & audire de facili fit facere aliqd turpe. Tertio ne faciatis aliqd inhonestũ, vñ Tullius 1. de officijs de iuuenili etate loquens ait. Maxime aũt hęc ætas a libidinibus arcẽda est. Caueãt adolescentes intempetantiã, verecundiæ meminerint. Sed hodiernis tẽporibus maximi defectus in iuuenibus reperiuntur, de quibus dicit Ari.2.Retho. c. 16. Iuuenes sunt cõcupiscibiles, parati facere quæcũq; cõcupiscunt. Iuuenes sunt sectatores earũ cõcupiscentiarum quæ circa venerea sunt, amatores sunt honoris, maxime aũt victoriæ, nõ sunt aũt amatores pecuniarũ propterea q nondũ indigentiã experti sunt. Iuuenes cito credunt, quia nondũ in multis decepti sunt. Iuuenibus quod futurum est multum videt, q præteritũ aũt breue. Iuuenes sunt amatores amicitię, & sodaliũ, & gaudent in conuiuando, scire oĩa se putant, & affirmant, & sunt amatores risus, & intẽperati. Seneca quoq; in lib.tragediarũ ait. Peiora iuuenes facile præcepta audiũt. Et auctor libri, qui dr̃ Pamphilus.c 3.inquit. Gaudia semper amat, & lubrica verba iuuentus. Horatius quoq; in poetria dicit.

Imberbis iuuenis tandẽ custode remoto:
Gaudet equis, canibus, & aprici germine campi.
Cereus in viciũ flecti, monitorib⁹ asper.
Vtilium tardus prouisor, prodigus ęris.
Sublimis cupidusq; & amata relinquere pernix, hæc ille.

Propter q nõ facile est cognoscere quid futurum sit de iuuenibus, vtrum ne debeant bonam, aut malã vitã facere. Et hoc est qđ inquit Salomon Prouer.30 di. Tria sũt mihi difficilia, & quartũ pęnitus ignoro. Viã aquilę in cęlo, viã colubri sup petrã, viã nauis in medio maris, & viã viri in adolescẽtia sua. Et 160

ado-

adolescentes seruate dictum Statij in 6. Thebaidos di. O iuuenes seruate animos auidumque furorem. Si enim operam dederitis virtutibus in iuuentute, etiam in senectute in illis permanebitis iuxta illud. Prouer. 22. Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit non recedat ab ea. Debetis autem bonis sociari, ac euitare malorum consortia, quia dicitur. Psal. 17. Si cum bono bonus eris, & si cum malo peruerteris. Quod vobis concedat Deus noster qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

EODEM DIE
POST PRANDIVM
DE DOCVMENTIS RELICTIS HOMINIBVS CONIVGATIS, PARENTIBVSQVE AC FILIIS.
SERMO VIGESIMVSQVINTVS.

PAX vobis. Ioan. 20. Ponit saluator noster parabolam. Matth. 25. di. Quod quidam paterfamilias peregre proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni quidem dedit quinq; talenta alij autem duo, alij vero vnum, vni cuiq; vero secundum propriam virtutẽ, & profectus est. Per hunc patremfamilias possumus intelligere quemlibet bonum prædicatorẽ, qui habẽs discedere a pupulo suo, debet ei relinquere aliqua spũalia bona, & documenta in signum amoris. Ait enim Greg. in homilia Paschali. Nunquam amor Dei est ociosus, operatur.n. magna si est, si autẽ operari renuit, amor non est. Et ibidem etiam inquit. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Et ideo ego qui ingenti erga vos dilectione afficior, in hoc meo recessu, intendo alijs tribus generibus personarum, relinquere aliqua bona, & diuitias, quæ mihi contulit altissimus. Verum quia tam arctam voui paupertatẽ, vt nihil habere quem, nec in proprio, nec in cõmuni, ideo non possum vobis dare pecuniam, aut thesaurũ temporale. Nemo.n. dat quod non habet. 1. q. 1. c. ventum. l. traditio. ff. de acq̃re. do. l. si liberã. C. quod cũ eo. l. nemo. ff. de reg. iu. Ex quo possunt vobis dicere illud. Act. 3. c. Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do. Et ideo loco temporalium talẽtorum dabo vobis diuitias spirituales, videlicet documenta ad salutẽ animæ pertinentia. Atq; ideo dico vobis. Prouer. 7. Accipite disciplinam

Inténtio, ac diuisio sermonis.

plinam meam & non pecuniam. Doctrinam magis quàm thesaurum eligite. Primo igitur in hoc sermone dabimus documenta coniugatis. Secundo patribus, & matribus. Tertio & vltimo filijs.

PARS PRIMA in qua ponitur quomodo inter se debeant mariti, & vxores conuersari.

PRimo vobis cõiugatis relinquo qnq; documenta in hoc meo discessu. Primum dicitur fidelitatis. Debetis enim esse fideles inter vos, quia vnum de bonis matrimonij est fides vt dicũt Theo. in 4. di. 31. ad quod applicari põt illud. Oseæ. 2. Desponsabo te mihi in fide. Et de hoc est text⁹ in c. omne. 27. q. 2. Et ideo Apostolus. 1. Cor. 7. inquit. Nolite fraudari inuicem. Et Arist. in lib. Economicorum ait. Vir non debet iniuriari fęminę, nec fęmina viro. Neuter ergo debet adulterari, quia scriptum est. Hebr. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Et quamuis humanæ leges non ita puniant viros sicut vxores fornicantes, tñ Deus puniet ęqualiter ita viros sicut fęminas, matrimonij fędera violantes. Vnde Amb. in c. nemo. 32. q. 4. inquit. Nemo sibi blandiatur de legibus hominum, quia quod non licet mulieri, non licet viro.

2. Documentũ coniugatis relictũ.

SEcundum documentum dicitur honestatis. Debetis enim quantum possibile est honestè cõuersari simul in sancto matrimonio. Quia vt inquit sanctus Bona. in 2. sen. di. 16 ar. 2. q. 2. In matrimonio vir repræsentat Deum fœmina vero animam, vel sanctam matrem ecclesiam. Item matrimonium est vnum ex sacramentis ecclesiæ, vt ait magister in 4 di. 2. Et notatur per glo. in c. cũ in ecclesia. extra de symonia. Et ponit Tho. in 4. di. 26. & habetur in summa confes. lib. 3. tit. 2. q. 2. Vnde inquit Apostolus. Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est in Christo, & ecclesia. De hac honestate matrimonij laudatur Tobias iunior. Tobiæ. 9. ꝙ nuptiarum conuiuium cum timore domini exercebat Et Tob. 6. dixit illi Angelus ꝙ septẽ alios maritos, quos Sarra vxor sua habuerat suffocauerat diabolus, quia acceperant eam solum, vt libidini vacarent & luxuriæ, atq; inhonestatibus, vnde super tales coniuges habet potestatem occidendi diabolus. Tales enim apud Deum habetur vt adulteri. Vnde Aug. contra Iulianum inquit. Intemperans in coniugio, quid aliud nisi quidã adulter vxoris est? Debent ergo mariti seruare illud Apostoli. 1. ad Cor. 7. Qui habent vxores sint tãquam non habentes. Illi enim habent & & non habent vxores, qui debitam honestatem matrimonij seruant, quo ad modum, locum, & ordinem, & debito tempore operi coniugali intendunt, & prohibito abstinent. De quo tẽpore ait Chriso. super Matthæum Abstinete a menstruata, abstinete a prægnante, quando etiam dies festus est vel ieiunij, ex quibus verbis ostendit ꝙ principaliter quatuor temporibus est abstinendum s. tempore mẽstrui, quia sicut dicit Hiero. super Ezechielem, tunc concipiunt pueri membris damnati. s. claudi, cęci, leprosi, elephantici, & huiusmodi. Et ideo tali tempore ꝓhibetur actus matrimonialis. Leui. 20. & in c. ad eius. 5. di. quod tamen talis fluxus non est perpetuus, sed tantum naturaliter venit temporis suis. Si enim esset innaturalis & quasi cõtinuus, oporteret quasi cõtinue abstinere, quod videretur nimis durum secundũ Thomam in 4. di. 32. Qñ autem peccent mortaliter, & quando solum venialiter tali tempore prohibito actum matrimonij exercentes vide per theologos in prædicta di. & per canonistas in d. c. ad eius. Secundo abstinendum est tempore quo vxor est grauida. c. origo. 32. q. 4. quod etiam obseruat elephas, qui vt dicitur in lib. de animalibus, fœminam suam prægnantem non tangit. Abstinendum est etiam tempore festo & in ieiuniorum. Vnde Aug. in c. christiano. 32. q. 4. ait. Tempore processionis, & ieiuniorum non debent cõiuges conuenire, quia tunc etiam a licitis est abstinendum, vt facilius impetretur quod postulatur, & Amb. in sermone de aduentu, & transsumptiue in c. fratres. 33. q. 4. inquit. Fratres non solum debetis ab omni immunditia abstinere, sed etiam ab vxoribus proprijs studiosissime continere. Nullus omnino vxori suæ iungatur &c De prędictis etiã tribus

4. Temporibus est abstinendum ab vxore.

tribus vltimis temporibus in quibus ꝓhibetur actus matrimonialis, habetur per eundem Ambro.in c.si causa. 33. q.4. qui ait Si causa procreandorum filiorum ducitur vxor non multum tempus concessum videtur ad ipsum vsum, quia & dies festi, & dies processionis, & ipsa ratio conceptus,& partus iuxta legẽ vsum carnis cessare his debere temporibus demonstrant. Quando autem sit peccatum mortale,& quando solum veniale vide ꝑ doctores ibidem.

3.Documentum coniugatis datũ. Tertium documentum dicitur vnitatis,idest concordiæ.Debetis enim esse vniti simul, vt vestræ res bene se habeant.Quãdo enim vnus coniugum trahit bona ab vna parte, & alter ab alia,tũc male se habet illa domus.Econtrario vero est quando sunt concordes. Ait enim Salustius in Iugurtino. Sicut concordia paruæ res crescunt,ita discordia maximę dilabuntur. Et Tullius in lib. de amicitia sic inquit. Si exemeris ex rerum natura beneuolentie coniunctionem, nec domus vlla,nec vrbs stare poterit,nec agri quidem cultus permanebit.Id si minus intelligatur quanta vis amicitiæ concordiæq; sit,ex dissensionibus,atq; discordijs percipi potest. Quæ enim domus tam stabilis,quæ tam firma ciuitas,quæ non talibus desidijs possit euerti?Ex quo quantum sit boni in amicitia percipi potest.

4.Documentum coniugatis datũ. Quartum documentum est appellatum exercitationis.Homo enim ad laborem nascitur, Iob. 5. Et ideo primo marito dictum est Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo,& Psal.127. propheta dicit.Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensę tuę.Debet ergo maritus esse sollicitus circa regimen domus,& procurare necessaria familię suę. Similiter & vxor debet esse prouida in faciendis exercitijs pertinẽtibus ad ipsam, Et seruare illud Tobiæ. 10. Dimiserunt filiam ire monentes eam honorare soceros,diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. Scriptum est enim Prouer. 31. Mulierem fortem quis inueniet? &c. Sequitur, manum suam misit ad fortia, & digiti eius appræhenderunt fusum.Et Prouer.7.etiam dicitur.Mulier diligens corona est viro suo.Et,14. c. Sapiens mulier ædificat domum suam. Insipiens vero extructam quoq; destruet. Et Plato in Menone circa principium ait. Decet mulierem domum bene dispensare, salua facientem omnia quæ intrinsecus sunt, & obsequentem esse viro suo. Et Paulus ad Collo.penul.inquit Mulieres subditæ estote viris sicut oportet in domino, idest in omnibus licitis & honestis.

Quintum documentum dicitur dilectionis. Debetis enim vos diligere maximo amore, ait enim philo. 8. Ethic. Amicitiæ viri ad vxorem est secundum quandam excellentiam, & hoc significatur per anulum, quo vxor a viro despõsatur de quo habetur in c. nostrates, & in c.fęminæ.30.q.5.qui debet esse aureus rotundus, ac in 4. digito positus & tantum vnus. Aureus quidem vt ostẽdatur quòd sicut aurum excellit omnia metalla, ita amor iste cæteros amores. Rotundus autem vt ostendatur quòd ille amor debet habere perpetuitatem,vt nunquam finiatur nisi per mortem. In quarto autem digitur ex institutione Eccl. vt ostendatur quòd ille amor debet habere præcordialitatem. Dicũt enim philosophi naturales quòd quædam vena a corde procedit, quæ in quarto digito respondet, vt etiã dicitur in d.c.fęminæ. ad fi. Vnus autem annulus tantummodo ponitur,ad ostendendum istius amoris singularitatem. In cæteris enim homo vult habere socium nisi in amando vxorem quam amat tanquam aliquid suijpsius. Nam vir & vxor per cõsumationem matrimonij efficiunt vna caro,vt notatur in.l.aduersus. C. de crimi.expi.,hære. vt autem legitur Gen. 2. c. qui Deus fecit mulierem de costa Adam & hoc vt vir magis mulierem diligeret, & ei inseparabilius inhæreret dũ cognosceret eam ex se esse productam, & dicit Tho.in 1. parte summæ. q. 92. Et glosa in c. mulierem. 33. q. 5. quòd Deus non de pede hominis formauit mulierẽ, ne omnino videretur famula, nec de capite *5.Documẽtum coniugatis datũ.*

pite

pite ne videretur domina, sed de costa vt videretur collateralis. Ideo Genes. secundo capitulo postquam vidit Adam vxorem suam Euam dixit. Hæc est os ex ossibus meis, & caro de carne mea, hęc vocabitur virago, quia de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: similiter secundum Chrisost. super Matthęū vxor tantum debet affici viro, vt neminem putet eo sapientiorem, vel fortiorem, aut formosiorem, licet alter sit ipso sapientior, vel fortior, seu formosior, perfectus enim amor verum rerum iudicium non cognoscit, hæc ille. Sicut ergo o coniuges estis vniti corpore, ita debetis esse vniti amore, & dilectione inuicem. Ait enim Aristo. 8. Ethic. capitulo. 7. Viro & vxori videtur amicitia secundum naturam consistere. Et primo Iconomicorum, etiam dicit. Maximus est honor honeste mulieri, si reperit virum suum castum esse, & de nulla alia curare, sed præter omnes alias propriam, & amicam, & fidelem putet eam. Si mulier cognouerit fideliter iustè virum erga se agere, & ipsa iuste, & fideliter erga virum suum aget. Paulus quoq; ad Col. tertio inquit. Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas, & iterum. Ephe. 5. ait. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus ecclesiam. Et ibidem. Ita viri debent vxores diligere sicut corpora sua. Qui vxorem suam diligit seipsum diligit. Vnusquisq; suā vxorem sicut seipsum diligat. Vxor autem timeat virum suum. Et primæ Petri. 3. Mulieres subditę sint viris suis, sicut Sarra obediebat Abrahæ, dominum eum vocans. Similiter viri cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impatientes honorem tanquam cohæredibus gratiæ &c. Lucanus quoque in 8. libro dicit de amore quem debent habere vxores erga virum. Vltima debet esse fides lugere virum. Diligite ergo vos inuicem o coniugati amore cordiali, & non simulato, & nolite inuicem rixari, nec contendere. Nulla est enim peior discordia, nullum atrocius bellum, nullæ deteriores inimicitiæ, & quæ magis dæmonibus placeant quām viri, & vxoris. Quapropter Hiero. ad Eustochiū dicit. Nulla vita profecto deterior est quām simul degere corpore, & non mente. Vere infęlices sunt coniuges, quibus non est vna sed diuersa voluntas.

IDeo Eccle. 25. inquit Sapiens. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quę sunt probata coram Deo, & hominibus. Amor proximorum, concordia fratrum, vir & mulier sibi bene consentientes. De hoc habetur illud exemplum quod legitur de beato Machario, videlicet quòd semel audiuit vocem de cœlo dicentem sibi, quòd erat æqualis in merito duabus cognatis in tali loco manētibus. Quo audito ille accepto baculo suo perrexit ad illas interrogans de earum vita, & statu. Cui illæ responderunt quòd erāt peccatrices, & parum boni faciebant. Ille autem dixit eis reuelationem quam habuerat, rogans vt dicerent propter quod bonum tantum placerent Deo. Illæ autem dixerunt. Nos nescimus, nisi forte sit propter hoc quòd postquam maritatæ sumus in his duobus fratribus, licet ante nos non cognosceremus, nec aliquā haberemus affinitatem inter nos, tamen semper viximus in maximo amore, & concordia simul, nec vnquam verbum discordiæ fecimus. Imo si quando viri nostri contendunt inuicem, nos illos ad cōcordiam reducere studemus, seruamusque legem matrimonij, & nisi haberemus maritos libenter in castitate viueremus. Tantamque diligentiam habet quælibet ex nobis de filijs alterius, sicut de suis ꝓprijs. Quibus auditis dixit sanctus Macharius, perseuerate in his bonis operibus qa vita vestra maxime placet Deo. Sed de his pauci inueniuntur hodiernis temporibus. Non enim fratres possunt post mortem patris diu simul permanere non socrus cum nuru, & econtra pacifice habitare. Non vna cognata cum alia, imo suis verbis & incitationibus plerunque sunt causa diuisionis domorum. Sed debent viri facere sicut quidam fratres vxorati in diocesi Ipporegiensi. Cum enim essent tres, & omnes haberent vxores, quæ quotidie contendebant inuicē, accidit semel nulla earum

Cōcordia inter coniuges tos quānis placeat Deo

rum velle facere panem. Volebant enim quòd altera iret ad faciendum, & sic in rixa permanebant. Quod videns vnus ex illis fratribus accepit bonum baculū, & cepit primo percutere vehementer vxorem suam. Deinde degens ad alias simili modo eas percussit. Postmodum perrexit ad campum vbi erāt fratres sui, & rem gestam eis enarrauit. Illi aūt dixerunt, optime fecisti, & pergentes etiam ipsi domum, vnusquisq; accepit baculum, & primo percussit vxorem suam, deinde simili modo percussit alias duas cognatas, ita vt amplius non haberent voluntatem rixandi. Deinde perrexerunt ad campum ad peragēda negocia sua. Quibus profectis ille tres cognatæ dixerunt simul. Isti mariti nostri sunt simul inter se concordes, & nolunt viuere in discordia, quòd si nos permanserimus discordes, & rixauerimus simul, quotidie nobis de his fructibus dabunt. Melius est ergo vt viuamus in pace, & ideo epulemur simul & faciamus conuiuium. Quæ verba omnibus cum placuissent occiderunt bonam gallinam & præparauerunt mensam vt comederent simul in pace, posueruntq; super mensam de bonis domini. Interim mariti eorum dixerunt inter se. Vxores nostræ dēbent esse iratæ propter verbera, & forte non præparabunt nobis aliquid ad comedendum, eamus ergo domum vt præparemus cibos quos comedere valeamus. Cum ergo introissent in domum, inuenerūt illas tres dominas ad mensam præparatas, vt se refocillarent, simulq; hilares accipere volebāt cibum. Quibus salutatis dixerunt viri earum. Proficiat vobis pulchræ dominæ? Date & nobis de prandio vestro? Volumus enim pacem facere vobiscum, sicq; simul comedentes postmodum semper in pace steterunt ille tres cognatæ & in maxima dilectione. Ad quam exhortatur Salomon. Prouer. 17. di. Melior est bucella sicca cum gaudio pacis, quàm domus plena victimis cum iurgio. Et ideo o coniuges seruate pacem, & concordiam inter vos, & si vultis nunquam habere discordiam, sed semper pacifici esse inter vos, quando o viri vxores vestræ non volunt facere quod vos vultis, facite vos quod volunt ille dommodo possit fieri sine peccato, & multo magis hoc facere debetis vos vxores sequendo opinionem, & voluntatem virorum vestrorum. In his vero quæ fieri non possunt sine peccato nullatenus debetis consentire. Imperfectiones autem & defectus naturales qui sunt in vobis debetis patienter supportare, & vnus alterum tollerare, quantum fieri potest, & magnam ex hoc habebitis a Deo remunerationem. Ideo dicit Apostolus Galat. sexto. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. De tali autem supportatione laudat Seneca Socratem dicens, quòd cum haberet duas vxores multum contentiosas ipse eas tollerabat patienter. Quadam autem die in ipsum facientes impetum eum ad terram deiecerunt. Alia etiam vice cum vna illarum multa in eum intulisset tonitrua cōminationum, ille dissimulans abijt, & iuxta murum domus sedere cæpit. Illa vero aquam immūdam super caput eius fudit. Sed Socrates nihil ex hoc exasperatus tergere cæpit dicens. Sciebam quòd post tonitrua pluuia sequeretur. Cum autem amici ei consulerent vt eas expelleret, respondit. Disco in domo qualis sim in foro, hoc est, disco in domo patientiam vt ipsam in foro exhibeam. Tales tamen vxores non tenentur viri supportare in similibus, licet magnæ perfectionis esset propter Deum tollerare. Imo non peccarent si eas a tam temerarij insultibus discreta disciplina cohercerent. Ait enim Salomon, Prouer. decimo. Virga in dorso eius qui indiget corde, & eiusdem libri decimonono c. Virga atq; correctio tribuit intellectum & sapientiam. Dicitur autem quòd cum a diuersis mundi partibus conuenirent homines ad Salomonem pro consilijs petendis propter eius sapientiam, tantus adueniebat numerus, quòd oportebat eos qui consilium petebant paucis vti verbis, & Salomon breuiter respondebat, & statim emittebatur a seruis Salomonis ille qui petierat consilium vt alteri locum daret. Contingit autem vt quidam bonus vir ad ipsum accederet qui habebat vxorem valde pre-

teruam, & dixit Salomon. Quid faciam quia cum vxore mea in pace viuere non possum. Sed mihi continue iniurias dicit & improperia? Salomon autem respondit. In verbis, in herbis, & in lapidibus sunt virtutes. Et his dictis ille eiectus fuit. Qui ad domum suam vadens cepit dulcia verba dicere vxori vt eam attraheret ad suum amorem. Sed illa cępit ei iniurias dicere, & eum stultum appellare. Videns autem ille quòd virtus non esset in verbis. Accessit ad plateam ciuitatis, & emit de omnibus herbis odoriferis, & vadens domum accepit de vna, & posuit ad nares vxoris. Quæ improperans illi ait. O bestia quomodo perdidisti intellectum. Vade cum alijs stultis. Ille autem modo vnam, modo aliam herbam ad nares eius ponebat, sed illa magis contra eum contumelijs insurgebat: Quapropter ille ad tertium remedium recurrens perrexit ad aceruum lapidum, & sinum suum atque manicas repleuit, & domum ingressus cum vxor ei iniurias dicere cepisset, statim iecit lapidem, in eius pectore, qua fugiente alium lapidem iecit ad caput eius & illud fregit, & sic ipsam fugientem sequebatur lapidando eam. At ipsa hoc videns genuflexa veniam humiliter petijt, & quòd secum semper pacifice viueret iureiurando promisit, quod & fecit. Ille autem dixit. In veritate comperi quòd magis in lapidibus quàm in verbis, aut in herbis sunt virtutes.

Legẽ matrimonij obseruantes facile puenient ad vitam æternam.

ET pro vestra consolatione scitote quòd si seruaueritis legem matrimonij absque dubio ad vitam peruenietis æternam. Falsa enim & peruersa est opinio quorundam hæreticorum qui dicebantur Tratiani, & Martiani, credentium homines in statu coniugali non posse saluari, qui ab ecclesia tanquam maledicti hæretici condemnati sunt. Cum enim Deus fuerit auctor, & institutor coniugij, vt patet. Genes. secundo dicere coniugium esse peccatum est asserere Deum auctorem peccati, quod est impossibile, vt inquit August. in libro. 83. quæstionum, quæst. 21. & libro quæstionum noui, & veteris testamenti quæst. prima. Omnes etiam pœnæ viri sanctissimi veteris testamenti fuerunt coniugati, non solum Adam primus pater noster, sed etiam Enoch qui translatus est in Paradisum. Gene. 5. Noe qui præseruatus fuit in diluuio. Illi tres Patriarchæ gloriosi Abraham, Isaac, & Iacob, prudentissimus, & sanctissimus Ioseph. Moyses ille legislator, qui Deum facie ad faciem videre meruit in hac vita. Exod. trigesimotertio, & Numeri duodecimo. Cantor spiritus sancti Dauid propheta. Ezechias ad cuius desiderium sol retrocessit decem lineis, quarti Regum vigesimo. Optimus ille Iosias rex Iuda. Denique ipsa mater domini Maria, sed non ab homine, sed spiritus sancti operatione virgo permanens concepit. Matth. primo. Ipse quoque dominus noster Iesus Christus voluit interesse nuptijs in Chana Galilææ, easque miraculo primo conuersionis aquæ in vinum consecrauit, & approbauit. Ioan. secundo. Ideo concilium vniuersalis ecclesiæ in cap. primo extra de summa trinitate, & fide catholica dicit, quòd non solum virgines continentes idest viduæ, sed etiam coniugati per rectam fidem, & bonam operationem Deo placentes, ad æternam merentur beatitudinem peruenire. Quæ omnia intelliguntur de bonis maritis, & vxoribus, viuentibus simul in pace, & concordia. Quod vt facere possitis habeatis deuotionem virgini gloriosæ. Legitur enim quòd vna mulier deuotissima virginis Mariæ in maxima pace, & concordia viuebat cum viro suo, quapropter inuidens eis dæmon studuit inter eos seminare discordiam. Cum igitur illa semel in sua camera orationi vacaret, apparuit illi dæmon in forma virginis Mariæ di. Noli timere filia mea. Ego enim sum illa quam in tanta reuerentia, & deuotione habens. Scias quòd tuæ operæ sanctæ multum mihi placent, vnum tamen facis quod mihi displicet, quia nimis es sollicita seruire isti marito tuo in cibis corporalibus, & circa hoc multum tempus perdis non debet tantum curari de istis rebus transitorijs, & terrenis, sed magis debent veri christiani in factis

ftudere animæ. Quibus dictis disparuit. Illa vero credens bonam fuisse annunciationem, sequenti die ftetit toto mane in oratione. Rediens vero maritus eius ve pranderet, & nihil inueniens præparatum ad comedendum secundum consuetudinem, plurimum turbatus est, & scandelizatus contra eam. Stans autem illa alia vice in oratione apparuit illi iterum dæmon in eadem effigie dicẽs. Bene fecisti filia mea, seruans consilium meum, sed volo quòd iterum facias aliã rem, quæ mihi erit gratissima. Scis quòd ego in virginitate permanens peperi filium meum, & semper amatrix fui castitatis, & ideo volo quòd in aurea cum viro tuo in castitate permaneas. Quibus dictis disparuit. Quod consilium cum ipsa seruare vellet in tanto odio mariti peruenit, quòd illam videre non poterat. Alia autem vice existente illa in oratione, iterum apparuit illi dæmon in forma virginis dicens. Nunc es multum mihi chara filia mea, quia meam facis voluntatem. Volo igitur tibi reddere remunerationem. Veni itaq; mecum, & conducam te in locum beatum. Ascende supra me, & faciam te intrare in gloriam celestem. Quod cum ille fecisset, ille dæmon cum maxima furia, & rabie voluit illam in puteum præcipitare, propter quod illa mulier deuota virginis cępit voce magna clamare & dicere. O gloriosa virgo Maria recomendo tibi animam, & corpus meum. Ad hanc autem vocem dæmon tanquàm si fuisset percussus vehementer cum magno strepitu disparuit. Illa vero mulier recognoscens dolum inimici, propter quem erat in discordia cum marito, perrexit ad Episcopum ciuitatis omnia ei referans per ordinem, & accepta pœnitentia pergens domum omnia marito suo sicut acciderat enarrauit. Quibus apparuit virgo beata & eos simul ad pacẽ & cõcordiam maximam reduxit. In qua perseuerãtes vsq; ad mortem tandem ad cęlestia regna transierunt.

PARS SECVNDA huius sermonis in qua ponuntur documenta data patribus, & matribus erga filios suos.

VObis quoq; patribus, & matribus in hoc meo discessu tria documenta relinquo. Primum dicitur educationis. Debetis enim alere, nutrireque, atq; educare filios vestros. Hoc est enim non solum de lege diuina præceptum, sed etiam de le. humana.l. si quis.§. patres.ff. de liberis agno.l. vnica.§.5.C. de rei. vxo. acti. Est etiam hoc pręceptum de lege naturali, quæ omnia animalia naturaliter inclinat ad educationem propriorum filiorum, vt dicitur in l.1.§. ius naturale. ff. de iusti. & iu. Et ideo repræhendendi sunt illi patres, & matres, quæ non prouident filijs suis de necessarijs ad vitam, & multo magis illæ maledictæ fœminæ, quæ filios in vtero occidunt antequam nascantur per mala medicamenta vel alio modo, profecto istæ sunt erudelissimæ homicidæ, secunda quæst.5. capitulo consuluisti. & 32.q. secunda capitulo quod vero. & extra de homici. capitulo si aliquis, & multo crudeliores sunt qui occidunt eos, postquã nati sunt, maxime antequam baptizentur. O horribilissimæ beluæ, o feræ atrocissimæ. Non enim tigres, aut serpentes tantam erga filios suos exercent crudelitatem. Contra eos autem qui non prouident filijs de necessarijs, & qui non habent curam maritandi filias in tempore suo, ex quo dant eis causam multorum peccatorum clamat Apostolus primæ ad Thimo.5. dicens. Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet est infideli deterior.

SEcundum documentum dicitur eruditionis. Debetis enim o patres & matres erudire filios vestros bonis moribus. Ait enim Ecclesiasticus septimo capitulo sui libri. Filij tibi sunt, erudi illos, & incurua eos a pueritia eorum. Debetis quoq; instruere illos in aliqua bona arte, vel exercitio, seu in litteris. Imitatione Octauiani Augusti qui vt legitur in Policrato. libro sexto fecit filios suos *2. Documentũ datũ patribus, & matribus.*

in

in omni arte mirabiliter erudiri. Ideo dicit Iacobus Beneuentanus c.49. sui libri. Discere fac artē puerili tempore natos. Tunc valet ingenium discere contra magis. Nam postquam mollis ætas pertransit ineptum. Redditur & durum quodlibet ingenium. Auctor quoq; lib. qui dicitur Pamphilus. c. 3. inquit. Pauper sæpe suo pascitur officio. Et ibidem. Quod donare sibi minime potuere parentes. Hoc exercenti iam dabit officium, & c. 36. eiusdem operis etiam dicit. Arsq; vigil nobis sæpe ministrat opes. Et auctor lib. q dicitur facetus c.3. sui operis inquit. Est pecus vt brutum penitus quisquis caret arte. Ars hominem format, nec finit esse malum. Et Matthęus in poetria, sua parte.2 c. 13. inquit. Ars puerum flectit, flectitur arte puer. Seruate ergo documentum catonis in suis moribus qui dicit. Si tibi sint, nec opes tunc artibus illos Instrue, quo possint in opem defendere vitam. Et ideo o tu fili, attende parentibus tuis, qui te hortantur vt aliquid facias, vel adiscas. Ait enim cato. c.5. sui libri. Disce aliquid nam cum subito fortuna recedit. Ars remanet, vitamq; hominis non deserit vnquam. Nescis enim qd tibi euenire possit, & multi nunc sunt diuites qui in breui efficientur pauperes, q postea necesse habebūt laborare pro acquirendo victu, iuxta illud Virgilij in 1. Georgicorum. Labor omnia vincit. Improbus & durus vrgens in rebus egestas. Et auctor lib. qui dicitur Pāphilus. c. 30. dicit. Concipit ingentes animos inanis ægestas. Et facit hæc hominem sæpius artificem.

3. Documentum patribus, ac matribus relictum.

Tertium documētum quod vobis trado o parentes dicitur correctionis. Non debetis enim dimitere filios vestros cum malis societatibus conuersari, nec peccata perpetrare, quantum est vobis possibile, sed debetis eos castigare. Ait. n. philosophus. 6. de animalibus. Bonū est vt parentes corrigant filios suos. Ideo Prouer. 13. dicit Sapiens. Qui parcit virgę odit filium suum. Qui autem diligit filium instanter erudit. Et Hebræos. 12. iterum. Quis est filius. s. filialiter dilectus quē nō corripiat frater. q. d. null'. Et ideo ó filij sufferte patienter correctionem parentum quam faciunt vobis pro vestra salute. Ait enim Salomon. Prouerb. vigesimonono. Viro qui corripientem dura ceruice contemnit repentinus superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. Virga autem atque correctio tribuet intellectum, & sapientiam. Tenemini ergo o parentes corrigere filios vestros, iuxta præceptum Salomonis. Prouer. vigesimotertio. dicētis. Noli subtrahere a puero disciplinam, si enim percusseris eum virga non morietur. In virga percutis illum, & animam eius de inferno liberabis. Et 22. c. eiusdem lib. iterum dicit. Stultitiam alligatam in corde pueri virga disciplinę effugabit. Qūauis ergo moleste ferant, nō tñ debetis cessare a correctione. Ait. n. Cato. c. 2. sui libri. Cum moneas aliquem nec se velit ipse moneri. Si tibi sit charus noli desistere cæptis. Et quamuis sint boni filij, tñ continue debetis eos sollicitare ad maius bonum. Ait enim Ouidius lib. 1. de ponto. Nec nocet admisso subdere calcar equo. Non dico tamen propter hoc q̄ debeatis a pueris omnino amouere sua solatia puerilia, sed permittere eos debetis facere iuxta morem puerorum in his quæ nō sunt peccata, quia qui nimis emungit, elicit sanguinem Prouer. penul. c. deniq; 4. di. Et ad hoc propositum possumus adducere illud Ouidij in primo de remedio amoris. licet ad aliud propositum dixerit. Tu puer es, nec te quicquam nisi ludere oportet. Lude, decent animos molia regna tuos. Aliter autē educatus postea quando erit senex faciet puerilia. Sicut legitur de filio cuiusdam regis qui fecit eū enutriri in magna maturitate, & in consortio philosophorum, & aliorum sapientum. Sed postquam ille mortuo patre factus est rex, cum peruenit ad senectutem non delectabatur nisi in ludis puerorum, & maxime in capiendo muscas cum manibus, & ponendo, ac tenendo eas in quadam capsula quam fecerat de papiro, ita quòd oportebat quo dammodo eum ad pueritiam redire, hoc est ad stultitiam, quæ est colligata in corde pueri, vt ait Salomon, Prouerbio vigesimosecundo. Et ideo florentini quando videt aliquem senem stultum vel fa-

tuum dicere solent. Iste fuit vnus sapiens puer. Hoc autem quotidie per experientiam videtur: & ego oculis proprijs perspexi. Nam cum iuissem quadam die ad visitandum quendam senem decrepitum qui erat in seculo magnæ reputationis & reuerentiæ, inueni eum puerilia facientem. Ex quo ille verecundatus dixit. Parcite mihi si hæc facio. Nam pater meus fecit me in pueritia enutriri in maturitate, & nunquam permisit me solacia capere cum pueris, & ideo quia fui ita sapiens puer, nunc tanquam puerulus effectus simul cãto, & fleo &c. Alius quoq; scientia, ac fama doctrinæ clarissimus, cum causa recreationis semel extra vrbem fuisset ductus in quodam viridario ad prandendum, videns in quodam fontanili anathas in eo se balneantes, cum surrexisset de mensa accepit in manu vnam perticam, & currebat post illas anathas percutiendo eas. De qua re admirati familiares eius dixerunt. Nolite facere ista puerilia, quæ vobis redundant in magnum dedecus, cum his qui vos inuitarent & putant vos esse hominem sapientem. At ille respondit quòd quia semper in litteris fuerat educatus, & nunquam habuerat recreationes puerorum ideo oportebat eum sic facere. Sed ad propositum nostrum reuertamur. Scitote igitur o parentes, quòd de omnibus peccatis quæ propter negligentiam vestram commiserint filij vestri, reddetis rationem Deo in die iudicij. Et hoc dico tam de parentibus spiritualibus, quàm corporalibus. Nam ille qui tenetur aliquam corrigere, & non corrigit, interpretatur peccato consitire. c. error. & c. quid euim & c. consitire. 83. Agentes vero & consentientes pari pœna puniuntur. l. item mella. §. si alius. ff. ad l. acqui. Et hac de causa. Licet Hely summus sacerdos iudæorum, quantum ex se esset bonus, tamen quia non corrigebat filios suos malos, ipse & filij diuino iudicio interierunt. Vt habetur primi Regum. 3. & 4. c. & 37. dist in c. legant. & 47. di. §. necesse. & extra de simo. c. licet Heli. Non solũ autẽ æterna pœna puniemini si non correxeritis filios vestros, sed etiam temporali, vt dicit Innocen. 3. in c. qualiter & quando. extra de accu. Et loquitur de olbus prælatis. Legit quoq; ad hoc propositum quoddam horribile exemplũ cõtra illos parentes tam sensualiter amantes filios, q eis permittunt facere omnia mala quæ volunt, & non audent corrigere illos, ne contristent eos. Quidam enim iuuenis dissolutus malas tenens societates, nunquam a patre corrigebatur propter inordinatum amorem quem ei portabat, vnde effectus fur, cum ad furcas duceretur postulauit gratiam, vt saltem patrem suum oscularetur ante mortem. Qua gratia obtenta, cum pater aduenisset, ille ostendens velle eum osculari, nasum illi dentibus amputauit & in faciem sibi proiecit dicens Vade maledicte pater quia tua causa ducor ad furcas. Si enim me correxisses, ad hanc sẽtentiã non peruenissem.

Exemplum

HAnc autem correctionem debetis facere dulciter. Primo verbis vt inquit Ambrosius libro. 4. de officijs. c. 16. dicens. Neq; monitio aspera sit, neq; obiurgatio contumeliosa Et Seneca in prouerbijs inquit. Obiurgationi semper aliquid blande admisce. Si autem verbis non corrigatur, puniri debent factis, & tamen cum humanitate. 45. dist. c. licet Et 33. q. 4. c. quod Christus. Melius est enim reddere rationem de nimia misericordia, quàm de nimia seueritate. 50. di. c. ponderet. in fi. & 26. q. vltima. c. alligant. Nam humaniter castigatus reuerentiam exhibet castiganti. Asperitas autem & nimia increpatio, nec correctionem inducit, nec salutem, vt dicitur in c. cum beatus. 45. dist. Et quod dicitur de parribus, intelligitur etiam de magistris. Scriptum est enim. ff ad. l. aqui l. sed & si quemcunq; in fi. q solum leuis castigatio cõcessa est docenti & magistro. Quod etiam habetur in. l. item quæritur. §. idẽ iulianus. ff. de acti. em. Ideo dicitur in. l. præceptoris. ff. ad. l. aqui. q præceptoris nimia seuitia culpæ annumeratur. Quæ omnia sunt contra quosdam patres, & magistros qui ita crudeliter verberant filios, & discipulos, quòd irruunt in eos vt belluæ feroces, & pedibus conculcant aliaq; multas crudelitates contra eos agunt; ita vt sæpe quasi mortuos relinquant. Quando tamen per humanam corre-

Modus faciendi correctionem filij.

correctionem non volunt se emendare, debetis seruare illud Ouidij in primo Methamor. dicens.

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus.
Ense rescindendum est, ne pars sincera trahatur.

Vnde metrice dicitur.

Si nō sufficient artes, veniemus ad arma.

Quod autem dictum est de obligatione correctionis, intelligitur de his parentibus tam corporalibus, q̄ spiritualibus & magistris, qui possunt corrigere, quia si non possint excusantur. i. culpa caret. ff. de regulis iuris. Culpa caret qui scit, sed prohibere non potest. Impossibilium enim nulla est obligatio. ff. de regulis iuris. l. impossibilium. vt autem non veniatis ad hanc impossibilitatem incipite eos corrigere a pueritia, quia dum mollis est virga, faciliter flectitur. Quando autem est magna & dura, nō potest faciliter flecti. Vt autem vestra correctio effectum bonū habeat, seruate illud documentum Catonis sui libri. c. 3. dicentis.

Quæ culpare soles ea tu ne feceris ipse.
Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.

PARS TERTIA huius sermonis in qua ponuntur documenta dara filijs erga parentes suos.

TErtio vobis filijs relinquo documentum quod dicitur honorationis. Obligati enim estis per præceptum legis diuinæ honorare patrem, & matrem. Exod. 20. Deutero. 5. & Math. 15. Et fertore secundum doctrinā Alexandri de Ales, in 3. parte suæ summę in tractatu de quarto prę cepto decalogi. quæst. 2. quòd filius tenetur principaliter in sex patri, & matri. Primo amare eos cordialiter, & non offendere eos in aliquo nec verbo, nec facto, aut alio modo. Secundo eis obedire tenetur in omnibus licitis, & honestis. Tertio eos reuereri, & honorare, non solum verbis, sed etiam reuerentia corporali, secundum statum, & conditionem eorum. Quarto eos dulcibus verbis in tribulationibus consolari. Quinto in infirmitate eorum illis seruire, & eos adiuuare etiam sanos, in seruitijs operum. Sexto eis necessaria ministrare quando indigent. Hoc quoq; præceptum est de lege naturę. Nam a natura omnes inclinantur honorare & reuereri parentes. l. ius naturale. §. si tunc ta. l. veluti. ff. de iusti. & iu. lege quoq; humana, præcipitur filijs, vt reuerentiam, & honorem exhibeant parentibus. l. parentes, & l. generaliter, cum ibi notatis. ff. de ius. vo. Et. l. filia. C. de patria. po. & l. 1. ff. de obse. a lib. & liber. præ. Ideo dicitur In l. 1 ff. si quid in fau. pa. Pietas patris non est spernenda. Tanta enim est pietas patrum erga filios, & eorum beneficia erga illos, quòd non possunt ei tantum beneficium reddere, quantum merentur, Aristot. octauo Ethico. & Hieronymus in libro de honorandis parentibus. Et tanta dêbet esse reuerentia filij erga parentes, quòd licet essent mali, ex maxima reuerentia debent eis videri boni, nisi sint tam manifesta eorum scelera vt non possint in bonum aliquatenus interpretari, vnde inquit iurisconsultus, in. l. liberto. ff. de obse. a libe. & liber. præ. Filio semper honesta & sancta patris persona videri debet. Et in. l. cum oportet. §. non autem. C. de bo. quæ libe. Et in auten. de nuptijs. §. sed quod sancitum. versi. & ita. dicitur. Erubescit lex filios fieri castigatores parentum, quod solum propter reuerentiam dicitur, quam eis debent exhibere. Quæ omnia considerans Hieronymus in libro de honorandis parentibus dicit filio proteruo qui relinquit patrem, & matrem. Fauces tuæ, nec dum lacteum perdiderunt saporem, quem tibi pia mater infundens, linguam tuam pauit potu corporis sui. Impende patri matriq; seruitium, qui nunquam tuos vagitus horrentes, totum in te lambebant osculis corpus. Et ibidem iterum dicit. Meretur cæcitatis subire supplicium, qui parentum vultus, vel toruo visu despexerit vel elatis oculis læserit pietatem. Aristo. quoq; in libro Icono. inquit. Cōmunicatio maris, & fœminæ in animalibus irrationabilibus est solummodo gra-

In sex filius tenetur patri, ac matri.

gratia procreandæ prolis, delecta-tione admixta. In hominibus autem non solum ob hanc causam, sed vt filij redderent auxilium parentibus tempore indigentiæ, sicut & patres fecere filijs primo, hæc ille. Et ideo o filij, & filiæ seruate præceptum. Ecclesiastici tertio capitulo sui libri dicens. Iudicium patris audite filij, & sic facite vt salui sitis. Deus enim honorauit patrem in filijs, & iudicium matris exquirens firmauit in filios. Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum iocundabitur in filijs suis, & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum vita viuet longiori, & qui obedit patri refrigerabit matrem. Qui timet dominum honorabit parentes, & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt in opere, & sermone, & omni patientia, honora patrem tuum vt superueniat tibi a Deo benedictio, & benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem patris, & matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui, non est tibi gloria sed confusio, gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filijs parens sine honore. Fili suscipite senectam patris vestri, & non contristetis eum in vita illius. Et si defecerit sensu veniam date, & ne spernatis eum in virtute vestra. Quam malæ famæ est qui relinquit patrem, & maledictus est a Deo qui exasperat matrem, hæc ibi.

Ne dum carnales, sed etiam spirituales parentes sunt honorandi.

NON solum autem tenemini honorare parentes carnales, sed etiam spirituales, vt inquit Alexander de Ales in tertia parte summæ, in tractatu de quarto præcepto decalogi. quæstio. prima. Et ita tenemur eos diligere sicut carnales capitulo ita diligere. 30. quæstio. tertia. Super autem omnes patres spirituales sunt sacerdotes Dei, quos omnes christiani tenentur honorare, & revereri. Ideo sanctus Franciscus in regula antiqua capit. nono dixit. Omnes clericos, & omnes religiosos habeamus pro dominis, in his quæ spectant ad salutem animæ, & a nostra non deuiant religione, ordinem & officium eorum, & administrationem veneremur. Et in admonitionibus suis idem dicebat. Beatus seruus qui portat fidem in clericis, qui viuunt secundum formam sanctę Romanæ ecclesiæ. Et veh illis qui ipsos despiciunt. Licet enim essent peccatores, tamen nullus debet eos iudicare. Ipse enim solus Deus reseruat sibi eos adiudicandum. Nam quanto maior est omnibus administratio eorum quam habent, tanto maius peccatum habent qui peccant in ipsis, quàm in omnibus alijs hominibus mundi. Et in epistola ad omnes fideles iterum dicit. Debemus ecclesias visitare frequenter, & reuereri clericos non tantum propter eos si sunt peccatores, sed propter officium & administrationem corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi, & propter sancta verba quæ clerici dicunt, & annunciant, & ipsi ministrare debent & non alij. Propter hæc documenta canit ecclesia de b. Francisco dicens, præsbyteros monuit præ cunctis, reuereri. Et hoc fieri debet triplici ratione. Prima dicitur subrogationis. Nam subrogatum capit naturam illius in cuius locum subrogatur. l. comperimus. C. de proximis sacrorũ scriniorum. lib 12. & c. si. & 93. Sacerdotes autẽ sunt positi loco Christi animarũ pastores, vnde in figura huius dixit dominus Petro. Io. 21. Pasce oues meas. Quapropter debet eis fieri maxima reuerẽtia, repræsentantibus personam Christi. Ideo 6. q. 1. in c. oues, dicitur. Oues pastorẽ suũ non reprehendant, plebs Episcopum suum non accuset, nec vulgus eum arguat, quia non est discipulus supra magistrum. Ecclesiast. quoq; 7. c. dicitur. In tota anima tua time Deum, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua, dilige eum qui fecit te, & ministros eius non derelinques. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes. Lucæ quoque vndecimo dicit Christus sacerdotibus. Qui vos spernit me spernit. Sicut enim in curijs dominorum Vicarij & locum tenentes ipsorum ab omnibus honorantur, sicut patuit de Ioseph. Genes. quadragesimoprimo, qui secundus post regem & Vicarius Pharaonis

Tribus rationibus maxim^e honor præsbiteris debetur.

nis in tota terra Ægypti ab omnibus, imo etiam a fratribus suis honoratus, & adoratus est. Sic etiam sacerdotes vicarij Christi summi regis, quibus ipse dedit claues regni Cęlorum vt aperiant illud, & claudant sicut eis videbitur secundum Deum, a cunctis debent honorari, cum enim ipsos sacerdotes honoret Deus, qa sunt sui ministri, iuxta illud quod ait Saluator Ioan.12. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum Pater meus qui est in Cœlis. Profecto multo magis ab hominibus debent honorificari. Ipsi enim Dei ministri esse debent in magno honore in terris, qui in magna gloria erunt in Cœlis, dicente Domino vbi supra. Vbi ego sum illic & minister meus erit. Ad hoc etiam propositum de honorandis sacerdotibus narrat magister hystoriarum ecclesiasticarum, quòd cum Alexander magnus capta Gaza iret Hierosolimam, summis sacerdos orabat pro gente sua. Cui Dominus ait, vt ciuitatem sertis honoraret, & Pontificalibus vestimentis indutus obuiam pergeret Alexandro. Quod cum fecisset sociatus multis sacerdotibus habens in manu laminam, in qua erat scriptum nomen Domini Tethagramaton. Alexander Magnus descendit de equo solus, & honorauit sacerdotem & nomen Domini adorauit. Petentibus autem militibus suis quare adorasset sacerdotem iudæorum, respondit. Non hunc adoraui, sed Deum cuius principatum tenet. Nam per somnium vidi Deum in tali habitu qui principatum Persarum se mihi daturum repromisit.

2. Ratio pp ꝙ sacerdotes sunt maxime honorandi.

SEcunda ratio dicitur mediationis. Ille enim est honorandus qui est familiaris Imperatori & ad eum potest intrare, & cum ipso loqui atque eius iram placare, quod possunt facere sacerdotes cap. ipsi sacerdotes. 1. quæstio. 1. & ideo debent a populis venerari quorum sunt quasi os quoddam apud Dominum intercedens & orans, & ideo in orationibus suis publicis semper dicunt quæsumus, & nunquam quæso, quia in persona omnium loquuntur. Sacerdotes enim sunt mediatores inter Deum, & homines, & ipsi diuina ministrant populus & vota populorum offerunt Deo, vt ait Vgo de sancto Victore secundo de Sacramentis, parte. 8. capitul. vltimo. & beatus Thom. in 4. distinctio. 24. Ideo dicitur sacerdos quasi sacra dos, vel sacer dux, vel sacra dans secundum Isidorum 7. lib. ethimo. Et licet sacerdos sit peccator, tamen gratiam Dei in alios transfundit per ministerium suum, vt ponit magister in 4. distin 19. qui inquit, quòd sacerdotes quando ordinantur, accipiunt potestatem clauium cęlestium ad aperiendum Cœlum. Et ideo tanquam nostris patribus debemus eis maximum honorem impendere. Quis enim nos fecit Christianos nisi sacerdotes? quis nos absoluit a peccatis nisi ipsi, quibus dictum fuit Mat th.19. Quæcunq; ligaueritis super terrā erunt ligata, & in Cęlis. Et quęcunq; solueritis super terram erunt soluta, & in cęes. Ipsi ergo sacerdotes, cū sint capitanei nostri, & patres debemus eos summopere venerari. Scriptum est enim in c. quis dubitet. 96. distin. Quis dubitet sacerdotes Christi regum, & principum omniūque fidelium patres, & magistros censeri? Ipsi sunt ministri Dei Isa. 61. qui nobis diuina ministrant Sacramenta. Nec debemus eos vituperare si mali sint. Melius est enim habere caput fractum quā non habere. Et vt dicitur. 16. q. 6. c. si fortassis. Ad membra nō pertinet caput lædere, vel impugnare, sed a læsione protegere, & defendere.

3. Ratio pp ꝙ maxime honorandi sunt sacerdotes.

TErtia ratio dicitur superationis. Excedunt. n. sacerdotes omnem potestatem creatam sicut probat magister Aug. de Anchona in lib. de potestate Papę siue de potestate ecclesiastica. Et primo excedunt omnem dignitatem, & principatum mundi. Nam sacerdotium præcessit legē scriptam, quia in veteri testamento primus sacerdos qui iubente Domino victimas obtulit fuit Melchisedech Gen. 14. c. demum per sacerdotium iubente Domino regia potestas est ordinata, vt patet 1. Reg 8. c. & ideo maior est auctoritas spiritualis quàm terrena. Vnde Apostolus 1. ad Corin. 7 inquit. Nescitis quoniam Angelos iudicabimus quanto magis secularia? Ex quo innuit quod ad dignita-

Sacerdotis dignitas tẽporalem excedit.

dignitatem ecclesiasticam pertinent iudicare & instituere terrenam. Et non ecõtra. Facit c. per venerabilem. extra. qui filij sint legi. & 9. quæstio. 3. ca. nemo & c. aliorum. Cum igitur tanto sit nobilior dignitas sacerdotalis dignitate temporali, quanto spiritus est nobilior corpore c. inter corporalia. extra de transla. epis. vel elec. & quanto Sol est dignior Luna. c. soli te. de maio. & obe. Si tenemur extra subiecti regibus, & principibus temporalibus, & eis honorem exhibere 1. Petri. 2. multo magis sacerdotibus. Ipsi enim sunt reges spirituales. Vnde 1. Petri 2. dicitur. Regale sacerdotium. &c. & in ca. duo. 96. dist. scriptum est. Aurum non tam preciosus est plumbo quam regia potestate est ordo sacerdotalis altior. In signum autẽ huius tonsuram, quàm coronam gestant in capite sacerdotes, vt dicitur. 12. q. 1. c. duo. Et Ecclesiast. c. dicitur. Super faciem scribę idest sacerdotis imponet Deus nomen suum. Ideo in sacra scriptura sacerdotes aliquando appellantur dij, aliquando Angeli, vt dicitur. 11. q. 1. c. sacerdotibus. Vnde Dauid propheta dicit in Psalmo ipsis sacerdotibus. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. & Exo. 24. Applica illum ad Deos idest sacerdotes Malachiæ quoque. 2. capitul. sacerdos appellatur Angelus Domini, & etiam 1. quæstio. 1. in capitul. labia. propterea dicit Deus in Psalmo per prophetam. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis noli te malignari. In lege quoque scriptum est. Dijs non detrahes idest sacerdotibus, vt patet Exod. 22. & transumptiue, in c. sacerdotibus. 11 q. 1.

Sacerdotes potestas dæmonũ potestate est maior.

Secundo excedunt omnem potestatem dęmonum, licet enim quilibet dęmon superet omnem potestatem terrenã Iob 41. tamen vnus minimus sacerdos solus vincit potestatem omnium Angelorum spirituum. Nam si vnus peccator absoluitur a sacerdote, omnes dæmones illi Paradisum tenere non possent, quod ostendit Dominus cum Petro inquit, Matthęi 16. Tibi dabo clauem regni Cœlorum, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

Sacerdotis prãs Angelorũ prãs excedit, & ẽt B. Virg.

Tertio excedunt sacerdotes potestatem Angelorum. Nam alicui Angelorum non est concessa potestas consecrandi corpus Christi, sicut dicunt doctores. in 4. di. 12. sed solis sacerdotibus, vt dicitur in c. sicut. de consecra. di. 1. Item excedunt in hoc potestatem Virginis cui non inuenitur data hæc potestas. Deinde beata Virgo mediantibus octo verbis fecit descendere filium Dei in vtero suo. di. Lucæ 1. Ecce ancilla Domini &c. Sacerdos vero quinq; verbis consecrationis, in instanti facit descendere radio solis velocius corpus Christi in hostia sicut dicitur in 4. sententiarum di. 8. Maxima ergo est potentia sacerdotum qui possunt vt ita dixerim Creatorem creare, & pro humana salute Dei filium imolare, & superno patri offerre, & sacrificare. Qui etiam mirabiliori modo faciũt in manibus suis venire Dei filium, quàm venerit in vterum Virginis, in qua venit passibilis, & mortalis. In eorum autem manibus impassibilis, & immortalis. Item in Virgine semel tantum venit. In manibus vero sacerdotũ quotidie. Et ideo exclamat Bern. dicens. O pręclara & veneranda potestas vestra sacerdotes, cui nihil in Cœlo vel in terra cõparari potest, de qua omnis creatura stupet, cor miratur, contremiscit homo, & reueretur plurimum angelica celsitudo, hæc ille. Sacerdotium enim est maximum donum a superna clementia collatum, vt dicitur in aut. quomodo oportet Episcopos. in prin. Quamuis multitudo sacerdotum eos contemptibiles faciat e. legimus §. sed dices. 93. di. Si ergo peccat quis vituperando Virginem gloriosam, & Angelos, & Sanctos, ergo maximũ scęlus committit vituperans sacerdotes, & eis debitam non exhibens reuerẽtiam. Ideo dicitur 6. q. 1. c. sacerdotes. Sacerdotes qui proprio ore Dominicum corpus conficiunt ab omnibus sunt timendi & honorãdi. Et 3. q. 1. c. nulli. scriptum est. Dominum Crucifigunt, qui eum in suis sacerdotibus persequuntur. Et 11. q. 3. absit. Anterius Papa inquit. Absit vt quicquã sinistrum de his arbitremur, qui apostolico gradui succedẽtes Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos Christiani sumus, qui claues regni Cœlorum habentes, ante iudicij diem iudicant. In veteri quoq; lege quicunq; sacerdotibus nõ obtẽperasset, aut extra castra positus lapi-

Quãtũ peccãt sacerdotes vituperantes.

lapidabatur a populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore, hęc ibi. Et 15. q. 1. c. si clericatus. Hiero. ait. Non est humilitatis meæ, neq; mensuræ iudicare de cæteris, nec de ministris ecclesiæ sinistrum quidpiam dicere. Adhoc aut faciendum. s. ad honorandum sacerdotes Dei inuitant nos exempla Imperatorum. Sicut patet de Theodosio Imperatore de quo legitur in historia tripartita. Et in c. cum apud Thesalonicam. 11. q. 3. Qui cum fecisset aliquos occidi nullo pręcedente iudicio, quia eius iudices fuerãt lapidati. Cum venisset ad ciuitatem Mediolani, & solemniter vellet intrare templum Dei, occurrit ei sacerdos Dei sanctus Ambrosius, & prohibuit eum intrare templum, atq; eum multum repræhendit & mortificauit in pręsentia totius populi. Ex quo ille cum maximis lachrymis domum redijt, & per octo menses nõ potuit intrare templum prohibente eum sacerdote Ambrosio. Tandẽ humiliter deprecatus vt eum intrare permitteret, facta pœnitentia cum maximis lachrymis, & deuotione intrauit, ostendens alijs Christianis quanta sit auctoritas sacerdotis, & quantum debeat timeri. Aliud quoq; exẽplum habetur 96. dist. in ca. in scripturis, vbi narratur Constantinus Imperator dixisse. Vere si proprijs oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorũ qui monastico habitu induti sunt peccantem, clamidem meam explicarem & cooperirem eum ne ab aliquo videretur. Et idem habetur in c. Constantinus. eadem di. Et 11. q. 1. c. sacerdotibus & iterum dicitur. Cum piæ memoriæ Constantino principi allatæ, accusationes contra Episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, sed eos qui accusati fuerant Episcopos conuocans, in eorum conspectu libellos quos acceperat incendit dicens. Ite & inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est, vt nos iudicemus Deos. Dominus quoq; noster Iesus Christus vsque ad mortem debitum honorem impẽdere voluit sacerdotibus, & Pontificibus quamuis essent mali & sacrilegi, vt inquit Cyprianus 93. di. in c. Dominus Sed heu, quia in maiori reuerentia habiti sunt à paganis, & gentilibus sacerdotes idolorum, quàm nunc habeantur sacerdotes Dei veri.

Exẽplis hortamur ad sacerdotis honorandos.

Aliud exẽplum.

Sed dicet quis, ego ipsos non honoro, quia ipsi non honorant Deum. Nam multi eorum peius faciunt Christo quã fecerunt iudæi. Ipsi n. solum semel crucifixerunt eum, hi vero quotidie dum celebrant in mortali crimine Iudæi Christũ triginta argenteis emerunt. Isti vero eũ duobus denarijs vel solidis vendunt & sępe non celebrant nisi precium sanguinis habeant. Item cum debeant esse lumẽ populi. e. sacerdotes. 93. dis. cumq; debeant esse omnibus pro posse suo vtiles. 14. q. 5. c. deniq; sunt destructio, & obfuscatio totius militantis ecclesiæ. Nemo. n. plus in ecclesia Dei nocet q̃ qui puerse viuẽs nomen sacerdotis habet 83. di. c. nemo tales nanq; sacerdotes mali quantum in eis est nomen Dei despiciunt & panem pollutum offerunt. 49. di. c. sacerdotes. Multiq; sunt sacerdotes voce, sed pauci opere 40. di. c. multi. Nam cathedra nõ facit sacerdotẽ, sed sacerdos cathedram. Ibidẽ. Isti mali sacerdotes comparantur simiæ. 1. q. 1. c. si quis inquit Et de suo ordine crimen & iudicium acquirunt. c. multi. 40. di. Sed noli o frater talia de omnibus sacerdotibus eloqui. Nam in omni congregatione sunt boni & mali. 47. di. c. quantùlibet Et posito quod omnes essent mali tamen Sacramenta ab ipsis tradita, quãdiu ab ecclesia tolerantur non sunt contemnenda, quia non suis sed Christi verbis Sacramenta ipsa conficiunt. c. panis & c. reuera. de conse. di. 2. & 1 q. 1. c. significastis. & c. Christus. cum c. sequẽti. Vnde Sacramenta a Iuda proditore tradita nõ fuerunt reprobata c. secundum. 19 di. & 1. q. 1. c. dedit. Tales. n. sacerdos sibi tantum iudicium manduceant, & bibunt 1. q. 1. c. per Isaiam. Sicut autem radij solis nõ inquinantur a locis immundis per quæ transeunt, ita nec diuina Sacramenta à malis ministris. d. c. secundum. 19. di. Ipsi vero mali sacerdotes sunt sicut fax accensa, quæ alijs lucent, & sibijpsis nocent 15. q. vlt. c. vlt. Et velut lilium alios lauant & ipsi non lauãtur. 83. di. c. nihil & §. seq Et per eos Sacramenta velut per lapideos canales vbi nihil generatur transeunt ad locũ fertilem. i. ad aliorum salutem. c. si fuerit. 1 q. 1. vnde eorum ministerio populus benedictio & gratia diuina confertur. 1. q. 1. c. di-

Diluitur quorundã excusatio aliquorum.

c.dictum est a Domino. Quia ergo sunt Dei ministri.c.diaconi el 493.di.& in auten.quomodo opor.epis.§.1. & Christi legatione funguntur.c.omnis.7. questio.1. ideo debet ab omnibus venerari. Nam vt supra dictum est. Vicarius & locumtenens alicuius debet venerari sicut persona cuius locum tenet. Et ideo qui contemnit sacerdotes, contemnit Christum cuius vices gerunt.c.in nouo 21.di. Sed quid plura dicamus de honore sacerdotum, cum etiam dæmones illos honorent & reuereantur? Legitur enim in vita beati Remigij, quòd cum semel deferret corpus Christi cuidam infirmo obuiauit ei diabolus, qui subito se prostrauit in terram. Erat enim in forma hominis. Cum autem reuerteretur sanctus Remigius, obuiauit ei iterum diabolus & non prostrauit se in terram, sed genuflexit. Cui beatus Remigius inquit. Cur primo es prostratus, nunc vero genuflexisti. Cui diabolus ait. Quando ibas, Deum differebas cui me prostrare debeo, nunc vero tibi tanquam eius ministro genuflecto. Minister enim debet honorari propter Dominum.c.sacerdotibus.11.q.1. Peiores ergo sunt dæmonijs qui non solum non honorant sacerdotes, sed illis sæpe iniurias inferunt. Et ideo o Christiani deuotij recomendo vobis patres vestros spirituales idest sacerdotes, ac oēs clericos & religiosos, quos si vt tenemini honorraueritis mediantibus eorum orationibus ad vitam peruenietis æternam.

✠
✠✠
✠

DOMINICA

DOMINICA SECVNDA POST PASCHA

DE CONSILIIS DATIS EPISCOPIS, ABBATIBVS, PARROCHIANIS, ET PRIORIBVS ATQVE OMNIBVS ANIMARVM *PASTORIBVS ET PRAELATIS.*

SERMO VIGESIMVS SEXTVS.

EGO ſum paſtor bonus. Ioannis; 10. & in Euangelio occurrentis Dominicæ. Non ſine ingenti miſterio Dei ſapientia ordinauit, vt omnis creatura ſub alterius eſſet poteſtate conſtituta. Vnde Rom. 13. dicit Paulus. Omnis anima poteſtantibus ſublimioribus ſubdita, ſit tranſumptiue. 23. q. 1. c. quid culpatur. Ideo Prou. 7. ait Dominus. Per me reges regnant, per me principes imperant. Hoc etiam patet in brutis quæ ſequuntur ducatum, & habent ſupueriores ſuos. 7. q. 1. cap. in apibus. Et ſunt verba Hieronymi ad Ruſticum monachum: vnde Philoſophus 1. Methau. 2. Metha. & 8. Philo. 1. ait Cauſæ inferiores naturaliter regũtur a ſuperioribus. Et hoc voluit Deus fieri ratione ordinis. Quia bonum vniuerſi conſiſtit in ordine 11. Metha. Item quia corpus ſine capite vile reputatur. ff. de reli. & ſump. fu. l. cum in diuerſis. Et ita populus male ſe habet ſine paſtore. Ideo volentes eligere ducem, & paſtorem animarum ſuarum debent diligenter conſiderare quid faciant, iuxta illud ſecundi Paralip. 19. vbi dicitur videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium ſed Dei, & quodcunque iudicaueritis in vos redundabit; ſit timor domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facie. Nõ eſt enim apud dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarũ accceptio, nec cupido munerũ, hæc ibi. Magnũ ergo eſt onus illorũ ad quos pertinet eligere præla-

latos, boni enim prælati difficile inueniũtur. Debent enim habere illas conditiones quas ponit Apostolus Hebr. 7. dicẽs. Talis decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, excelsior cœlis factus. Pontifex autem dicitur prælatus secundum Catholicon, idest potestatem faciẽs alijs, quia debet alijs facere, & ostendere viam quam sequuntur c. cleros. 21. dist. Debet etiam esse sanctus quo ad Deum, idest in eius amore firmatus. Innocens quo ad proximum. i. nemini nocens. Impollutus quo ad seipsum. i. habere cõscientiam immaculatã. Segregatus a peccatoribus quo ad conuersationem suam, quia non debet cum malis sed cum bonis cõuersari. Excelsior cœlis factus quo ad cœlestium cõtemplationem, vt dicere possit cum Apostolo Philip. 3. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Et ideo cum in omnibus rebus etiã minimis, semper in principio diuinum implorare debeamus auxilium, vt inquit magister Methaphysice, Plato in 1. thimei. Multo magis in hoc tam arduo opere in eligendo, patrem rectoremque, ac prælatum tantarum animarũ debent electores totis præcordijs omnipotentem depræcari, vt eos inspirare velit ad eligendum illum qui magis expediat tanto regimini. Ipse enim eos inuitat ad hoc petendum Baruch 4. di. Clamate ad me & ego exaudiam vos, & eruam vos de manu principum iniquorum. Et Hiere. 3. eum deuote inuocantibus bonos prælatos pollicetur di. Dabo vobis pastores iusta cor meum. Quales autẽ debeant eligi pastores secundum cor Domini. Hietro Madianites cognato suo Moysi insinuat Exod. 19. di. prouide. i. cum magna deliberatione elige, de omni plebe, hoc est absq; personarum acceptione viros, idest viriles, non pusillanimes vt mulieres seu effœminatos, potentes. s. in opere, & sermone, ac timentes Deum. i. bonę conscientiæ & magnæ sanctitatis. In quibus sit veritas. i. qui non sunt simulatores, & hypocrite. Et qui sequantur veritatem, & nõ inordinatam affectionem. Et qui ode rint auaritiam. i. qui non quærant quæ sua sunt sed quæ Iesu Christi, & non appetant suam vtilitatem magis quam cõmunem, qui regant populum. s. aliquando verbo eius prædicando, aliquando exemplo, quia plus mouent facta quam verba. ff. de legibus. l. de quibus. cum ibi notatis. & l. ea quæ. ff. de contrahe. emp. omni tempore. i. qui nunquam sint negligentes in visitandis, admonendis, & corrigendis subditis, sed sint sollicitj & feruente, ac strenui in officio suo, & seruẽt consilium philosophi qui vt refert Arch. in c. hoc habet. 46. di. Inquit cuilibet bono prælato. Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperitatibus cautus, omnibus prodesse debes, velle nulli nocere. Quilibet enim talium prælatorum potest dicere verba thematis nostri. Ego sum pastor bonus. Super quibus verbis videbimus sex conditiones quas habere debet quilibet bonus pastor animarum.

PARS PRIMA

in qua explicantur sex conditiones veri pastoris, & prima conditio declaratur, quę dicitur fidelitatis.

QVAM sit arduum idoneum inuenire pastorem sine macula, & defectu, & cum conditionibus quę requiruntur in prelatis ostendit Saluator Luc. 12. & Matth. 24 di. Quis putas est fidelis seruus & prudens quem cõstituit Dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Super quibus verbis Chrisosto. inquit. Quærit Dominus non quasi prudentem, & fidelem dispensatorem ignorans, sed volens innuere huius rei difficultatem, & raritatem. In prædictis autem verbis declarat Dominus noster sex boni prælati conditiones. Prima quarum dicitur fidelitatis, ibi, fidelis. Secunda humilitatis, ibi, seruus. Tertia sagacitatis, ibi, & prudens. Quarta sinceritatis, ibi, quem constituit Dominus. Quinta paternitatis, ibi, sup familiam suam. Sexta frugalitatis, ibi, vt det illis cibum in tempore. Quo ad primam conditionem quæ dicitur fidelitatis,

Christ. Lu. 12. & Mat. 24. declarat sex prælati conditiones.

tis, dico quod triplex in bono prælato debet esse fidelitas.s.oris, cordis, & operis. Oris vt vnum non dicat & aliud faciat cum fraude, quia si cuilibet homini graue est fidem fallere. ff.de consti. pec.l.1.multo magis vicario Christi, & prælato. Debet ergo esse verax, & non duplicibus verbis vtens, quia vt dicitur Eccle.5. Deuoratio pessima super bilinguem. Icciirco idem sapiens 37.c. eiusdem. lib. dicit. Ante omnia opera tua verbum verax præcedat te. Licet enim vt inquit glo. in auten. de nup.§.1.ver.non n.col.4.sapientis sit mutare propositum in tempore, quia quæ de nouo emergunt nouo indigere auxilio. ff.de interro.ac.l.de ętate.§.ex causa. Et ideo prælatus ex causa possit reuocare sententiã, & quod prius deliberauerat immutare, tamen quia omne debite promissum est debitum. l.1.ff.de pac. c.qualiter extra. e.l non minorem. C.de transac. Debet prælatus quantum ei bono modo possibile est, quod semel deliberate promisit suo subdito obseruare, ita vt non sit mendax, aut leuiter mutabilis, sed ita verax & fidelis vt subditi ita verbis prælati acquiescant securi sicut Euangelio Christi.

Prælatus dēt esse fidelis in corde.

Secundo debet prælatus esse fidelis corde, ita vt non sit simulator, vnum ostēdens ore & aliud habens in corde. Nec faciat subditis sicut scorpio, qui ante blanditur, & cauda pungit. De tali prælato dicitur Prou.11. Simulator ore decipit amicum suum n. Et Hiere.9. In ore suo pacem cum amico loquitur, & occulte ponit ei insidias. Debet ergo omnes subditos fideli dilectione amplecti, & non inordinatis affectionibus torqueri vt vnus sit ei filius, alius filiaster. Ex his enim maledictis affectionibus oriuntur inuidiæ, murmurationes, & inobedieñtiæ, atq; diuisiones. Qui.n. inordinate diligit aliquem, si eum videat præsumptuosum, ac temerarium, illum laudat, vt audacem ac magnanimum. Si autem sit ineptus ille quem inordinate diligit, dicit eum in causa humilitatis ita facere, & eum alijs anteponit. Conaturq; de asino facere dextrerium, siue lonipedem. Sed illi qui hæc vident dicunt illud quod communiter dici solet.s. Magna corda requiritur vt ad Cęlum asinus pertrahatur. Si vero male alicui afficitur, virtutes quæ in eo sunt præsumptuositates appellat, humilitatemq; reputat ineptitudinem. Iulius.n cęlsus lib.2. inquit. Vnusquisq; libenter credit quod appetit. Et S.Bonau.in 2. sententiarum.di. 43. in quæstionibus circa litterã dicit. Homo aliquando bene scit aliquid sed tamen affectio adeo dominatur in eo vt ad existimandum oppositū pertrahat. De tali affectione Hiero. in suo transitu dixit. Nimius & stultus amor ignorat iustitiam & veritatem, ratione caret, modum nescit, neque aliud cogitare potest quàm quod diligit, hic amor non est charitas sed stultitia, hæc ille.

Non igitur in prælato debet esse inordinata affectio, quãuis possit, & debeat magis virtuosum plus diligere, sicut Christus præ cęteris Apostolis diligebat Ioannem, vt dicitur. Ioan. vlt. Sed datis paribus quo ad virtutes, debet omnibus subditis habere charitatem, & dilectionē, omnesq; æqualiter amare quantum potest.

Tertio debet esse fidelis in opere, vt officia, & honores æqualiter distribuat inter idoneo, & non sibi coniunctos consanguinitate, & affines, ac charos eleuet, & extraneos deprimat, officia & enim ac honores equaliter debent diuidi.ff.de mune. & ho.l.qui originem.§.præses. Super omnia autem fidelis dispensator esse debet vt insufficientes ad prælationes non proueliat, vt.n. dicitur in c.nihil. extra de elec. Nihil est quod ecclesiæ Dei magis officiat, quàm quod indigni assumuntur prælati ad regimen animarū. Officiū ergo tribuat vnicuiq; quod suæ saluti & communi vtilitati videat expedire. Et hoc est qd̄ dicit Paul. 1.ad Cor. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Debet etiam seruare illud quod habetur in l.honores. ff.de decurio. vbi dicitur. Honores & munera non ordinatione.i.secundum ordinem temporis sed potioribus quibuscunque iniungenda sunt. i. magis dignis, & sufficientibus. Et hoc sufficiat quo ad primam prælati conditionem.

Prælatus dēt esse fidelis in opere.

Secunda

SECVNDA conditio,quæ dicitur humilitatis.

SECVNDA veri pastoris conditionem,quæ appellatur humilitatis demonstrat Dominus noster in verbis præallegatis dum dicit.Fidelis seruus quasi di.non Dominus,non tirānus.Seraphicus quoq; Franciscus in regula sua.c. 10. ostendens quales debeant esse prælati ait.Fratres qui sunt ministri, & serui aliorum fratrum.Et ibidem etiam dicit . Nō ita debet esse quod ministri sint serui omnium fratrum.Est autem triplex seruitus vna cupiditatis. s. quando prælatus habet subditum lucrosum,& sibi in temporalibus vtilem , & ratione lucri quem de eo habet permittat eum multa mala facere animæ suæ nociua , & honori diuino contraria,& in magnum scandalum, claudit; oculos & ostenditq; se non videre, & hæc est seruitus diabolica,& supportatio iniqua . Pessima est enim patientia per quam nutriuntur in subditis vitia vt probatur per capitulum . iustum est . in fin. 23. quæstio. 3. & per capitulum . non putes . & capitulum . non est innocentiæ.& capitulum,qui vicijs. eadem causa.quæstio.5. Ideo Isaiæ 1. dicitur . Principes tui infideles,omnes diligunt munera sequuntur retributiones. Alia est seruitus pusillanimitatis , & est illorum , qui non audent corrigere magnates , timentes ne sint postea eis contrarij,vel eos deponi faciant de officio.Et ista quoque est maledicta seruitus. Et ideo homo pusillanimis non debet fieri prælatus. Et huic dicitur Ecclesiast. 7. Noli quærere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates , ne forte extimescas faciem potentis, vt enim inquit Nicolaus de Lira super Matth. 3. capit. In hoc consistit veritas doctrinæ quod aliquis non timet vitia magnatorum confidenter arguere. 3. est seruitus humilitatis, & est illius prælati qui se indignum tali officio existimans se ministrum & famulum reputat omnium subditorum suorum eis est affabilis mansuetus, & beniuolus . Et ad hoc hortatur sapiens Ecclesiast. 32. di. Rectorem te posuerunt noli extolli , esto in illis quasi vnus ex ipsis. Non debet enim quisquam gloriari de prælatione , sed magis humiliari,& timere ne Deus hanc illi dignitatem dederit pro suorum operum remuneratione . Item considerare debet quod scriptum est Sapient. 6. Iudicium durissimum his qui præsunt fiet. Item debet aduertere quod spiritus sanctus Christum duxit in desertum vt ieiunaret , sed diabolus eum statuit supra pinaculum templi vt eum ibi de vanagloria tentaret , vt patet Matth. 4. Quo significatur quod multos spiritus sanctus ducit ad religionem ad faciendam pœnitentiam, quos diabolus procurat eleuari ad eminentiam,& prælationem ecclesiasticam , vt quos non potest superare in subiectionis humilitate, vincat in prælationis exaltatione. Nam Saul qui antequam eligeretur in regem erat humilis & bonus , post adeptum regnum factus est malus & superbus, primi Regum 15. Et ideo ille qui eleuatur ad prælationem debet seruare illud Ecclesiast. 3. vbi dicitur . Quanto maior es, tanto magis te humilia in omnibus,& coram Deo inuenies gratiam , huic autem prælato dicet in morte Dominus noster,illud Matthæi 25. Serue bone, & fidelis intra in gaudium Domini tui. Talis prælatus amatur a subditis, vt enim inquit Tullius in quadam oratione ad Cęsarem . Nihil est tam populare, quam bonitas . Econtra autem iuxta Hieronymi sententia in epistola ad Titum . Nihil est fędius præceptore furioso.

De multiplici seruitute.

SCiendum tamen quod prælatus non debet in his quæ pertinent ad officiū suum se viliter tractari permittere . Imo debet ostendere auctoritatem suam & prælationem vnde ait iurisconsultus . in l.obseruandum.ff.de offi.præ.l.quod pręlatus debet taliter se habere cum subditis, vt contemni se non patiatur. Et ibidem dicitur quod nō debet aliquem subditum recipere in nimiam familiaritatem & æqualitatem , nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur . Et ibidem dicitur quod ita se debet gerere, vt auctoritatem dignitatis suæ ingenio augeat. Qua ex re reprehendendi sunt illi prælati qui habent nomen offi-

Prælatus nō se dēt pmittere tractari viliter in ptinētibus ad officiū suū.

cij,

cij, sed dimittunt alios illud exercere ita quod sunt tanquam circulus ad tabernam. Nam eum populus credit habere vnum prælatum, habet decem, quando prælatus permittit caput suum reuolui circumquaque a multis ex quo sequutur infinita inconuenientia. Ideo dicit Aristo. 12. Metha. Quia res noluit male disponi, non est bona pluralitas principum, vnus ergo princeps, hæc ille. Non igitur semper prælatus vti debet mansuetudine, sed quandoque vti potest & tenetur imperio & auctoritate. Vnde in §. non permittas. in auten. de man. princip. Imperator inquit. Talem vero præbebis temetipsum omnibus, & publice & priuatim, ut terribilis quidem sis delinquentibus & indeuotis, mansuetissimus autem & mitis omnibus placidis, & deuotis, & paternam eis exhibens prouidentiam.

DE TERTIA conditione quæ dicitur sagacitas.

TERTIA veri prælati conditio dicitur sagacitatis. Debet enim esse prudens, astutus & discretus. Vnde dicitur quòd debet esse plenus oculis in discretione. c. scriptum. de elec. Eapropter sicut Argus de quo Ouidius inquit. Centum fronte oculos, centum ceruice gerebat, &c. Eapropter omnibus prælatis dicit Dominus Matthæi 10. Estote prudentes sicut serpentes. Absurdum est enim vt alios regat qui seipsum regere non potest. l. fina. C. de legi. tuto. Nam Paulus ait primæ ad Thimo. 3. Si quis domui suæ præesse nescit, ecclesiæ Dei quomodo diligentiam habebit? q. d. nullo modo. Tales autem rectores insipientes, & fatuos comparat Bernardus in libro de consideratione simie currentis in tecto di. Rex fatuus in solio est simia in tecto, quæ nihil componit vel vnit, sed quod compositum est dissoluit, & diuidit. Vnde reuera non est hodie necessarium facere sicut fecit Salomon, qui vt legitur primi Paralip. nono, misit naues in Tharsis ad portandum simias & pauones. Multi enim inter ecclesiæ prælatos admodum simiarum sunt fatui, pennisque pauonis amicti, & ornati. Propter quorum fatuitatem sancta Dei Ecclesia quotidie de malo in peius procedit. Scriptum est enim Ecclesiastes decimo. Veh terræ cuius rex puer est, idest fatuus & sine sagacitate, & astutia. Prælato enim data tali est sicut bonus gladius positus in manu furiosi. Sciendum est ergo quod in tribus præcipue debet esse prælati prudentia primo in cognitione. Tenetur enim prælatus cognoscere prout ei possibile fuerit de vita & moribus subditorum. Vnde Ezechieli in persona cuiuslibet prælati dicit Deus Ezechielis tertio. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, idest plebi tibi commissę vt eius vitam tam diligenter aspicias. Quapropter in capitul. quamuis extra de regulis iuris dicitur. Non potest esse iusta excusatio pastoris, si lupus oues comedit, & pastor nescit. Diligenter ergo considerare debet subditorum naturam, & inclinationem ac mores, vt possit eis prouidere de remedijs opportunis. Et ideo Prouerbio. 27. cuilibet prælato dicitur. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, & greges tuos considera. Vt scilicet possis eos a malis consuetudinibus amouere, in quo requiritur magna prudentia, & non modicus labor. Vnde communiter dici solet quod non sine magna difficultate & industria de limo educitur porcus & rana.

In tribus pręcipue dēt p̄latus esse prudens.

SEcundo est prudens in creditione, ne omnia credat quæ de subditis ei referuntur 66. distinctio. capitul. si quid vt enim inquit moralis poeta Cato. Rara fides ideo, quia multi multa loquuntur. Non minimum autem in prælato est vitium si leuiter credat. Vt enim dicitur Ecclesiast. 19. Qui cito credit, leuis est corde,

De 2. in quo dēt prælatus esse prudens.

TErtio debet esse prudens in actione. Non enim debet esse pręceps in actionibus suis nec credere semper capiti suo, vel esse obstinatus in opinione sua, durę ceruicis sed agere debet omnia cum debita maturitate, & prudentia, quia discretio est mater

omnium virtutũ.1.q.5.e.pręsentiũ.& de officio custodis c. 1. Maxime aũt in dandis sententijs, & puniendis subditis debet mature ꝓcedere, quia vt dr̃ in e.iudicantem.30.q. 5. Iudicanté oportet cũcta rimari, & ordiné rerum plena inquisitio ne discutere. Facit. e.cũ causam. extra de testi.& c in primis.2.q.1. & c.occidit.23. q.8.& l.iudices. C.de iudicijs. Et debet sententiare lcd̃m allegata, & clare probata.l.illicitas.in §.veritas.ff.de offi.ptæ. In arduis quoq; debet semper cõsulere prudentes, quia q̃ cũ consilio fiunt fructu nõ carebunt.l.humanũ.C.de legibus & l.dubiũ non est. C.de repa. Non igitur debet esse prelatus fatuus & indiscretus, sed maximę prudentiæ & sagacitatis quia ars artium est regimen animarum e. cum sit. de ętate & quali. Ideo cuilibet prælato dicit Esopus in suis fabulis. Si quid agis prudenter agas, & respice finem. Ferre minora volo, ne grauiora feram.

DE QVARTA conditione, quæ dicitur sinceritatis.

Tres sinceritates debent esse in prælato.

QVarta veri pastoris conditio dr̃ sinceritatis. Tres auté debent esse sinceritates in ꝑlato. Prima dr̃ affectionis, vt non desideret prælationé. Sicut hortaẽ Chriso. in e.multi.40 di.dicens. Nullus quærat qũo alijs maior appareat, sed qũo oĩbus inferior videaẽ qm̃ non qui maior fuerit in honore inter homines ille est iustior, sed q fuerit iustior, ille est maior. Nullus autem ambitiosus est iustus. Boni.n.prælationis honoré nõ ambiunt, sed alios tanq̃ digniores sibi ꝑponunt.8.q.1.c.illud vnde Aug.19.de ciui. Dei.& transumptiue 8.q.1.e. qui Epa tum dicit. Locus superior sine quo populus regi nõ potest, & si ita administretur vt decet, tñ inde céter appetitur. Et ideo ambitiosus ad prælationé & si alias sufficientissimus sit non debet admitti 1.q.1. e.principatus. vbi dr̃. Principatur quem aut seditio aut ambitus occupauit, etiã si moribus, aut actibus non offendit, ipsius tñ initij sui est pernitiosus exemplo. Et difficile est vt bono paganẽ exitu quę malo inchoata sunt principio. Tales ambitiosi desiderant emere gabellã impedimétorum, & curatum atq; occupationũ, dicit.n. Martialis poeta homini ambitioso Quęris onus magnũ, magnum dum q̃ris honorem. Solicitudo grauis est præparatus honor, sed q̧ peius est, ipsis prælatio est sicut gladius quo occidantur, velut laqueus quo suspendantur, & sicut barathrũ in quo pręcipitentur, ac velut pelagus in quo demergantur tã ipsi q̃ eorum electores, saltem in morte. Et ideo qñ gaudent de tali prælatione, potest eis dici illud q̧ cõiter dici solet. s.q̧ nõ semper ridet vxor latronis, nec ipse latro. Ea ꝑ p nullus ambitiosus debet ad dignitates ecclesiasticas ꝓmoueri. c.qui ecclesiasticis. 58. dist. vnde in e. sicut. 1. q. 6. Greg. inquit. Sicut is qui inuitatus renuit, quæ situs refugit, sacris altaribus est admonendus. Sic qui vltro ambit, vel importunum se ingerit est procuIdubio repellendus. Nã qui sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud agit nisi vt crescendo decrescat, & ascendendo exterius interius in profundo descendat? Ille auté est ambitiosus, qui sine suffragio tpis & sine merito laboris ad honores mundi desiderat promoueri. e. miramur. in fi. 61. di. Ipsum autem ambitiosum ita describit Inno. III. in libello de miseria cõditionis humanæ, quem refert Archi. in e.omnes. 47. di. dicens Ambitiosus semper est pauidus, & attentus ne quid dicat, vel faciat qđ in oculis hominũ valeat displicere, humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit subsequitur, & obsequitur, cunctos honorat vniuersis se inclinat, frequentat curias, visitat optimates, assurgit & amplexatur applaudit & adulatur, bene nouit illud poeticum. Et si puluis erit nullus, tamen excute nullum. Quælibet officio causa sit apta tuo. & sunt verba Ouidij in 1. de arte amandi. Promptus est, & feruidus vbi placeret cognouerit remissus, & tepidus vbi putauerit displicere, improbat mala, detestatur iniqua, sed aliam cum alijs probat, & improbat, vt iudicetur idoneus & reputetur aptus, ac laudetur ab omnibus & singulis approbetur, libenter loquitur de principatu quem ambit, & dicit. O quando principabitur ille qui sit seuerus in iustitia, pius in misericordia, qui non deuiet amore, vel

Ambitiosus quis sit.

odio,

odio, qui credat fidelibus, acquiescat simplicibus, qui sit humilis & benignus, largus & mansuetus, constans & patiens, sapiens & astutus, hæc ille. Prædicta autem faciebat ambitiosus Absalon vt patet secundi Regum 15. c. Et ideo post vsurpatam regiam dignitatem miserabiliter interijt secundi Regum 18. c. Talibus ergo ambitiosis nullus debet dare vocem, quia inquit Gregorius in registro. & habetur in cap. in scripturis. 8. quæstio. 1. Locus regiminis desiderantibus est negandus, & fugientibus offerendus. Sed heu quia hæc pessima pestis ambitio est illa quæ totam Dei ecclesiam destruit. Quam plures enim reperiuntur qui volunt ciconiarum more semper in sublimibus stare. Qui sicut cicades aere ita ipsi pascuntur ambitionis fumo, & vanitate, & adeo cœci sunt vt non videant lumen vitæ. Vnde quidam sapientissimus theologiæ magister qui prius deliberauerat se regularem obseruantem facere, cum ad dignitatem ecclesiasticam promotus fuisset mutauit propositum dicens, quod fumus prælationis exeçcauerat oculos suos. Cui dici poterat sicut ait sanctus Agapitus iudici eum martyrizari facienti. Sapientia tua in fumo laborat, sed de eo dicitur Isaiæ 9. Conuoluetur in superbia fumi. Ideo exclamat Chrisosto. 40. distinctio. in capitul. multi. Quicunque desiderauerit primatum in terra; inueniet confusionem in Cœlo, nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit.

SEcunda sinceritas dicitur procurationis. Si enim peccatum est appetere prælationem, multo magis illam procurare nephas est. Ideo ille non est iustus prælatus qui per munera, vel obsequia aut preces hoc egit, vt prælationem acciperet, vel aliqua astutia vsus est vt prælatus fieret, etiam si ei per obedientiam iniungatur officium. 8. quæstio. 1. capitul. sciendum. vbi Gregorius inquit. Obedientiæ meritum non percipit qui in hoc obedit ad quod libido ambitionis trahit. Non ergo debet vllo modo quis procurare prælationem. Vnde ad Hæbreos 5. dicit Paulus. Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Et Ecclesiastici 2. inquit sapiens. Noli quęrere ab homine ducatum.

TErtia sinceritas dicitur electionis. Debent enim electores non per acceptationem personarum & inordinatam affectionem ac amorem alicuius, nec propter particularem & propriam vtilitatem, nec timore aliquo, vel aliqua alia iniusta causa sed spiritu diuino, & ratione sufficientiæ & communis boni, eligere illum quem sibi conscientia dictat esse aptiorem. Qui autem scienter eligunt indignum sunt illa vice auctoritate eligendi priuati. capitul. cum in cunctis extra de electio. Non ergo debet fieri prælatus per subornationem vocum, & praticas. Cum talibus enim electis non est Deus qui dixit Psalmo 105. Non communicabo cum electis eorum. Et Oseæ octauo iterum ait. Ipsi regnauerunt sed non ex me, scilicet approbante. Prædictis autem electionibus non interest spiritus sanctus sed diabolicus. Et ideo quilibet debet a talibus se sequestrare. Et si ipse tali modo electus fuerit nullatenus consentire. Ait enim propheta Psalmo primo. Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit & in cathedra pestilentiæ non sedit.

Illum ergo eligite o electores quem vobis spiritus sanctus insinuat. Et tunc Domino dicere poteritis illud Psalmo 64. Beatus quem elegisti, & assumpsisti, habitabit in atrijs tuis.

✠
✠✠✠
✠

DE QVINTA conditione quæ dicitur paternitas.

QVINTA conditio boni pastoris appellatur paternitatis, & debet esse triplex.

De tribus paternitate q̃ debēt habere ꝓlati.

PRima paternitas dicitur visitationis. Ideo cuilibet prælato dicitur illud 1. Reg. 17. Visitabis fratres tuos si recte agant, & cum quibus ordinati sunt discе. Debet ergo esse solicitus circa subditos suos 8.q.1.c.in scripturis. Negligentia enim in prælato inducit mortale, vt inquit glo.in c.adhuc de officio archidiaconi, quia negligentia comparatur voluntati, secundum glo.in c.fin. 1.q.3.quod intelligendum est de magna negligentia. Et ideo secundum Aug. in lib. de duodecim abusionibus.cap.10. Decimus gradus abusionis est prælatus negligens. Negligẽtia enim omnia lędit, vt dicitur in auth. de quæsto.circa finem.& in l.diuus Marcus.ff.de offic.præ. de quo bene loquitur Bal. in c. fi. de elec. Prælatus ergo in suo officio negligens est priuandus, & deponendus. Ideo.C.de apparitoribus præfectorum prætorio.l.si quos lib. 12. dicit Imperator. Si quos iudices propter negligẽtiam, vel simile aliud vitium sublimitas tua inutiles reperierit, hos ab administratione remoueat, eorum vice alijs subrogatis. Tenetur ergo quilibet prælatus facere, vt subditi sui seruent, & faciant ea ad quæ tenentur, ac virtuose viuant, primæ ad Thimo. 3. & ad Titum. 1. & hoc quantum est eis possibile, quia ad impossibilia nemo tenetur. l. impossibilium. ff. de regulis iuris. Icciroo bono pastori Salomon Prouerbio. 6. Discurrere, festina, suscita amicum tuum.

De 2. paternitate q̃ debet esse in prælati.

SEcunda paternitas dicitur consolationis. Tenetur enim prælatus ita consolari subditos suos, sicut pater filios, & sicut nutrix paruulos suos. Ideo primæ ad Thimo.2. dicit Paulus. Facti sumus in medio vestrum tanquam si nutrix foueat filios suos. Maxime autem in prælato debet esse misericordia, & benignitas super omnes alios homines. Ideo ad Galatas 6. dicit Apostolus. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, vbi glosa ait. Cum spiritus sanctus sit benignus & dulcis super mel & fauum, spiritum sanctum nequaquam habere videtur qui contra aliorum defectus furibundus insurgit, & exhibet se crudelem. Ideo Aristotel. ad Alexandrum in libro de regimine principum ait. Noli esse crudelis circa delinquentes, sed flexibilis ad parcendum. Esto magis clemens quàm seuerus, & semper cogita de futuris, & accidentibus casibus, quia nescis quid futura dies pariturа sit, hæc ille. Debet tamen ille cui parcitur reminisci, quod dicitur in capitul. exiguunt. prima quæstio. 7. scilicet remissio peccati non dat licentiam delinquendi, nec quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impune committi, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta postmodum vltione plectamus. Facit etiam ad prædicta quod Ambrosius in libro de officijs inquit di. Compatiamur semper alienis peccatis atque calamitatibus, & necessitates illorum quantum possumus iuuemus. Melius est enim causas præstare pro misericordia, quàm perpeti pro iustitia. Facit ad hoc capitulum alligant. 26. quæstio. vltima, & capitulum cum beatus 45. distinctio. Et ideo prælati debent cum misericordia iniungere pœnitentiam suis subditis delinquentibus, & non cum crudelitate. Ad hoc autem induci debent secundum Chrisostomum super Matthæum tribus de causis.

Tribus de causis cum mi. a ꝓlatis pœnitẽtia est iniũgenda.

PRima est propter maius periculum euitandum, quia sæpe ſcus talis pœnitentia crudelis iniungitur eam proijcit, & tanquam desperatus ad peccata redit. Si n. super humeros adolescentis pondus graue ponitur quod portare non posset, necesse est quod aut illud reijciat, aut sub ipso pondere cõfringat. Secunda

tunda ratio est propter vitandum Dei iudicium, quia Iacobi 2. dicitur. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam. E contra vero ille qui eã facit dicere poterit Deo cum psalmista: Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam a concilio multo, Domine ne longe facias miserecordias tuas a me: ac si dicat. Sicut alijs misericordiam meam non abscondi, sic & tuam a me nõ abscondas. Tertia est propter liberalem Dominum, vnde ipse Chrisosto. ait in c. alligant. in fin. 26. quæstio. 7. vbi pater familias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus est benignus, vt quid sacerdos eius erit austerus? Veh igitur illis prælatis qui ex minima crudelitate in disperationem ponunt subditos suos, & illos præuaricari faciunt a sua professione, de quibus ait Dominus Hierem. 23. Veh pastoribus qui dispergunt & dilacerant oues pascuæ meæ. Ideo in Cronicis ordinis nostri dicitur quòd sanctus Franciscus contra præfatos crudeles talem dedit sententiam di. A te sanctissime Domine, & a tota cœlesti curia, & a me paupercuIo tuo, absint maledicti illi prælati qui per nimiam seueritatem sunt causa perditionis animarum suorum subditorum.

de 3. Paternitate q̃ debet esse in prælat.

TErtia paternitas dicitur correctionis. Non enim sufficit prælatum esse bonum in se, nisi malos puniat extra de simo. capitul. licet heli. Ideo Augustinus in libro de pastoribus dicit. Reddet pastor de pelle ouis mortuæ rationem. Quapropter Innocentius Tertius in capitul. qualiter & quando. el 2. extra. de accu. inquit. Ad corrigendos subditorum excessus, tanto diligentius debet prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas deseret incorrectas. Et Augustinus in libro de verbis Domini dicit. Si neglexeris corrigere delinquentem, multo peior factus es [illegible]ni deliquit. O igitur prælati, scitote quod vt inquit Clemens Tertius. in capitul. inter opera. extra de spon. Inter opera charitatis non minimum est errantem ab ab erroris sui semita reuocare. Magna est enim eleemosyna delinquentes corrigete, & errantes in viam deducere veritatis vt dicitur in capitul. tria sunt genera 45. distinctio. Ideo in capitul. non osculatur 5. quæstio. 5. ait Ambrosius. Non osculatur semper pater filium sed aliquando castigat, quando ergo castigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur, habet enim amor plagas suas quæ dulciores sunt cum amarissime inferuntur. Dulcior est enim religiosa castigatio quam blanda remissio & in capitul. non omnis. eadem. q. & causa Augustinus ait. Non omnis qui parcit amicus est, nec omnis qui verberat inimicus. Meliora enim sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. Melius est enim cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Qui enim freneticum ligat, & qui letargicum excitat ambobus molestus est sed ambos amat. Est autem sciendum quod in archa Dei erant tria, scilicet Manna, virga, & tabulæ testamenti, vt dicitur ad Hebræ. 9. per quod figurabatur quod in prælato qui est archa Dei debent esse tria, scilicet manna dulcis exhortationis, atque misericordiæ, ac pietatis quo ad bonos, & corrigibiles. Item virga seueræ correctionis quo ad duros & obstinatos in peccatis. Et tabulæ sapientiæ & discretionis quo ad omnes, vt inquit Gregorius in moralibus libro 20. & transsumptiue in capitul. disciplina 45 distinct. Vbi etiam ait. Disciplina vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos inesse debet rectoribus & pie consulens misericordia, & pie seuiens disciplina. Hinc est quod se miuiui illius vulneribus, qui a Samaritano in stabulũ ductus est, adhibetur vinũ, & oleũ. Vt per vinũ medeantur vulnera, & per oleũ foueãtur. Quatenus vnusquisque qui sanandis vulneribus præest, in vino morsum districtionis adhibeat, & in oleo molliciẽ pietatis. Per vinum. n. mundantur putrida, & per oleum sananda fouentur. Miscenda est ergo lenitas cum seueritate. & faciendum est quoddam ex vtroque temperamentum, vt neq; multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hinc etiam Dauid ait. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur & baculo sustentamur. Sit ergo districtio iustitiæ quæ feriat, & consolatio baculi quæ sustentet. Sit itaque amor,

Quid figuratur per q̃ erant in arca Dei.

sed non emoliens. Sit rigor, sed non exasperans. Sit zelus, sed non immoderate sæuiens. Sit pietas, sed non plus quàm expediat parcens, hæc ille. Ea propter Salomon vt dicitur tertij Reg. 7. fecit sculpi in basibus templi boues, & leones, ac Cherubin. In boue enim mansueto maturitas. In leone ferocitas, in Cherubin vero scientia designatur, vt ait Gregor. vbi supra. Prælatus enim qui debet esse basis, idest sustentamentum ecclesiæ, debet quantum ad bonos esse mansuetus, quantum ad duros seuerus, quantum vero ad omnes sapiens, & discretus. Possumus quoque dicere quod bonus prælatus aliquando ostendere debet suis subditis quadruplicem faciem de qua habetur Ezech. 1. scilicet faciem bouis, quo ad maturitatem in omnibus agendis, faciem aquilæ quo ad sagacitatem in præuisioni bus faciendis, faciem hominis quo ad benignitatem in peccatoribus ad pœnitentiam recipiendis, & faciem leonis quo ad punitionem in excessibus refrenandis. Si enim ex negligẽtia correctionis quis subditus dãnetur sanguis eius de manu prælati a Domino requiretur, vt habetur Ezechielis. 33. Et ideo inquit. Gregorius. Tot occidimus quod ad mortem quotidie tepidi, & tacentes ire videmus. Quapropter non debet prælatus cessare a correctione, & reprehensione delinquentium.

De triplici genere subditorum.

Sed notandum est quod reperiuntur subditi in triplici genere. Aliqui enim sunt sic vt cera mollis, quę si tãgitur statim cedit, & se duci permittit: nam tales sunt ita mansueti quod quando tanguntur reprehensione statim obediunt, & ad omne opus bonum se duci permittunt. In quorum persona psalmista inquit. Factum est cor meum tanque cera liquescens. Tales autem sunt sæpe admonendi. Quia vt ait Chrisost. iustus si admonitus non fuerit per negligentiam eua nescit. Alij vero sunt sicut lapides, lapis enim si tangitur non cedit, non tamẽ tangentem lædit. Et sic multi quando reprehenduntur vel admonentur non obediunt, sed in sua duritia persistunt iuxta illud Iob 41. Cor eius indurabitur quasi lapis, vnum tamen bonum habent, quia contra se reprehendentes non mouentur, nec verba iniuriosa eis dicunt, & tales etiam sæpe sunt admonendi, quia ex assidua admonitione forte mollificabuntur, & corrigentur, iuxta illud Iob 14. Lapides excauant aquæ. Sicut enim lapides ex frequentatione aquæ excauantur sic multotiens homines duri ex frequenti reprehensione corriguntur. Alij vero sunt sicut spinę. Nam si spinæ tanguntur non cedunt, insuper tangentem pungunt. Et sic multi sunt qui quando reprehenduntur non se corrigunt, sed insuper se reprehendentibus verba contumeliosa inferunt. Et ideo oportet eos qui volunt tales reprehendere se fortiter prius armare, & hoc triplici armatura de qua dicitur secundi Regum 23. Præuaricatores quasi spinæ euellentur quæ non tolluntur manibus, & si quis eis tangere voluerit, armabitur ferro, & ligno lanceato igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum. Talis ergo prælatus qui vult prędictos corrigere debet se armare lorica ferrea, idest impenetrabili patiẽtia, & ligno lanceato, idest memoria passionis Christi qui fuit lignum illud de quo inquit propheta Psalmo 1. Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod quidem fuit lanceatum in cruce, idest lancea perforatum. Debet etiam se armare succensa charitate, vt sic omnia verba maledictionis ab illis spinosis prolata igne charitatis comburantur, & ad nihilum redigantur, sicut videmus in spinis quæ igni impositæ comburuntur & annihilantur. Et ideo dicitur. Igneque succensæ comburentur vsq; ad nihilum. Aliter autem faciens prælatus non erit ouium pastor sed earum occisor. Cui diabolus dicet illud Zacha. 11. Pasce pecora occisionis. Tripliciter vero potest pastor esse occisor ouium suarũ etiam sine interfectione manuum, s. dando eis pabulum venenatum, vel subtrahendo eis cibum necessarium, aut quando videt, quod herbã venenatam comedunt, & eas non arcet. Et similiter pastor spiritualis, idest prælatus occidit animas subditorum, aut malum exemplum siue malam doctrinam eis prębendo, aut illis verbi diuini, & sanctę exhortationis pabulum subtrahendo, aut eorum vitia dissimulando, & eos ad libitum male viuere permittendo. Inueniuntur enim quandoq; aliqui de quorum regimine

De alio genere subditorum.

Tripliciter pastor & prelatus accidere possũt oues.

mine dici potest illud Iudi.vlt. In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisq; quod videbatur hoc faciebat. Tales.n. mali prælati permittunt insolentes viuere in spiritu libertatis. Sed Dei iudicio male finient. Et ideo in c. irrefragabili. extra de offi. ordi. ait Inno.3. Irrefragabili constitutione sancimus, & ecclesiarum prælati ad corrigendos subditorum excessus, maxime clericorum, & refrenandos mores prudenter, & diligenter intendant, ne sanguis eorum requiratur de manibus suis. Licet ergo debeat prælatos esse misericors, in parcendo contritis, & corrigibilibus, tamen his qui humana correctione non flectuntur debet esse strenuus, & iustus, & omnibus æqualiter iustitiã ministrare. Vnde Hiero. 23 q.8. in c. legi. ait. Non est crudelitas pro Deo crimina persequi, sed pietas. Vnde in lege dicitur. Si frater tuus, & amicus tuus, & vxor tua, quæ in sinu tuo dormit deprauare voluerit veritatem, sit manus tua super eos, & effundens sanguinem eorum. Greg. quoq; in c. si is. 23. q. dicit. Si is qui prælatus est dominico debitori culpas impune dimittit, non mediocriter profecto Deum offendit, quia debita cœlestis regis, & Domini sua præsumptione resoluit. Et infra subiungit. Ea namque quæ in nobis committuntur facile possumus dimittere, ea vero quæ in Deum sunt commissa, nec sine pœnitentia, nec sine correctione possumus relaxare.

Corrigẽdos esse subditos, auctoritatibus ostẽditur.

PRouer. quoq; 13. ait sapiens. Qui parcit virgæ odit filium suum. Qui autem diligit illum instanter erudit Et Eccle. 3. dicitur. Equus indomitus euadet durus. Et filius remissus .i. cui remittitur correctio euadet præceps .i. in omnia corruet peccata Ideo 1. ad Thes. 4. dicit Paulus. Rogamus vos fratres, corripite inquietos. Et 2. ad Thimo. 4 iterum ait. Insta opportune, importune argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Bernardus etiam ad Eugeniũ inquit. Non licet ei tacere cui ex officio incumbit vitia redarguere. Corrigite ergo o prælati vestros subditos. Ait.n. Salomon Prouer. 29. Virga & correctio tribuit intellectum, & sapientiam. Et Matth. 18. corrigenti proximum dicit Saluator. Si te audierit lucratus es fratrem tuum.

Quid fiẽdũ sit de subditis incorrigibilibus.

SEd dicet quis. Quid fiẽdum est de incorrigibilibus? Dico quod licet sint obstinati in malo. Et non sit aliqua spes, ꝙ debeant emendare vitã suam, quia cõiter dici solet ꝙ triginta monachi cũ vno abbate non potuerunt vnũ asinum inuitum facere corrizare. Tamen tales debẽt de excessibus suis puniri, quia saltem metu disciplinæ tot mala nõ cõmittent. Itẽ alia duplici ex causa, etiam dato ꝙ ipsis nulla fiat vtilitas ex hac correctione. Primo namq; hæc punitio est alijs vtilis, q̃ similia peccata cõmiserunt. Sæpe.n. pp hoc emendant vitam suam, & corrigunt seipsos ac præueniunt prælatos suos petentes se tertam pœnitentiam ne ad similem confusionẽ, & ipsi veniant. Argũt.n. dicentes. De similibus idẽ est iudicium 2. Topi. & c. cũ in officijs. de re iudi. & l. non possunt. ff. de legi. Item hæc correctio est vtilis qui licet non cõmiserunt talia peccata, tñ intendunt in futurum committere. Multi.n. timore pœnarum quas vident alijs infligi retrahuntur a peccatis Vnde Oratius in epistola ad quintum ait. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Et iõ dicitur ꝙ peccata non debent remanere impunita, quia pœna vnius metus est multorum. l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis. & l. ita vulneratus. ff ad legem aqui. & l. quicũq; C. de hære. Qñ non puniuntur mali, alij accipiunt audaciam ad facienda similia delicta. l. aliqñ. C. de incestis nup. Facilitas.n. veniæ incentiuũ tribuit delinquẽdi. 23. q. 4 c. est iniusta. & c. seq. & l. si opis. ff. de pœnis. Secundo vtilis est hæc correctio rõne cõsolationis bonorũ Mali.n. semper psequuntur bonos. c. nulli dubiũ. 3. q. 1. & c. qui secũdũ carnẽ. 23. q. 4. eosq; ita tribulãt ꝙ ipsi boni cum eis pacifice habitare non põt pp eorũ peruersitatẽ vt dr in c. forus. de verb sig. Et ideo vt iusti cõsolentur & possint viuere tranquillo animo oportet corrigere tales insolentes, & eos pœnis refrenare. Et hoc est ꝙ inquit. Cassio. li. 5. epistolarũ. epist. 15. Iustitiæ rõ psuadet insolentes reprimere, vt ad cunctos possit quietis suauitas peruenire. Non solum autem est consolatio particularium, sed totius cõitatis, & rei publicæ conseruatio, ipsa correctio insolentiũ. Vera est.n. illa poetica snia. Morbida facta pecus totũ corrumpit ouile, quod etiã hõ

in c.sed illud.45.di. & in c.resecandæ.24. q.4. Ideo dr de prælatis no corrigentibus subditos q dum parcunt vni, vniuersę ecclesiæ moliuntur interitū d.c.sed illud.& 50.di.c.si quis.& 82 di.c.quia aliquando. Quapropter dicunt leges ciuiles q expedit reipublicę peccata esse nota vt corrigantur. ff. de iniu.l.eum qui nocentem. Et ideo dicit iurisconsultus in l. 3.ff.de offi præsi.q curare debet is qui p uinciæ præest malis hominibus purgare prouinciam suam.

SEXTA ET VLTIMA conditio boni pastoris quæ dicitur frugalitatis.

SEXTAM boni prælati conditionem quæ appellatur frugalitatis tangit Dñs in verbis præallegatis di Vt det illis cibum in tempore. Nō.n. debet esse de illis qui solū attendunt pascere seipsos vt dr Ezec. 34. Tales namq; dicuntur canes impudentissimi nescientes saturitatem Isa. 56. & hoc pp gulositatem. Item talis dr leo rapiens prædam Ezec. 22. pp rapacitatem quando solum propria lucra quærit.8.q.1.c.sunt quidā, & propter hoc etiā dr lupus 83.dist c.nihil. Alijs quoq; nominibus appellaĩ malus prælatus. s.canis mutus non valens latrare Isa.56.& c. sit rector. 43. di. Et hoc qñ non audet vel nescit subditorum vitia arguere, vt ibi inquit Archi. Item dr vulpis pp fraudulentiam & deceptioné subditorum Isa. 56. & canis impudicus pp defectum regiminis 7.q.1.c.qui nec & coruus pp peccatorū nigredinem. 2.q.7. c.non omnis. Et sal fatuum,& ad nihilum proficiens.c.non omnes 2.q 7. Et porcus. c. in mandatis.43.dist.& hoc maxime pp luxuriam. Item dicitur rusticus a rusticitate 46.di.in prin. Et gallus gallinaceus.i. capo secundum Archi.in c.sit rector. 43. dist. per illum textum,quia admodūgallinę se habet, & non cantat.i.non hortat subditos ad bonū. Item sicut illæ gallinæ non pugnāt pro gallinis, ita nec iste prælatus malus pro suis subditis, nec eos a persequentibus defendit, d. c. sit rector. Et ideo non debet appellari pastor sed Mercenarius. Ait.n.Saluator Ioan.10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autē. & qui non est pastor videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit. Sicut ergo est differentia inter regem,& tirannum,quia rex intendit ad vtilitatē populi, & nō ad suā principalitis. Tirannus vero ad suam vtilitatem,& non populi. Sic differentia inter pastorem,& mercenarium ac lupum. Officium.n.pastoris est oues pascere. Officiū vero mercenarij est oues tondere. Sed officium lupi est oues occidere. Dicit autem Aug. in lib.de verbis Domini. & in c.tres personas.23.q.3. q pastor est diligendus. Mercenarius vero est tollerandus, quia tam diu est vtilis,quàm diu non videt lupum venientem. Tunc enim fugit. Sed lupus,idest latro est fugiendus.

De multis nominibus quibus appellatur plãtus.

De nomine mali plati.

DIcit quoq; Archi,in d.c.sit rector 43. di.q malus prælatus dicitur idolum siue simulacrum, quia sicut idolū hēt similitudinē hominis, & tñ non est homo nec exercet officiū hoīs, ita malus platus habet similitudinem pastoris, nō effectū. Vnde de talibus platis dici pōt Baruch vlt. Lingua eorum polita a fabro. Itē etiā inaurata, & inargentata, & non possunt loqui, Creantes aūt tales.i.eligentes, pariter cū ipsis dānabuntur, iuxta illud Psal. 113. Similes illis fiant q faciunt ea,& oēs qui cōfidūt in eis. Sed nota q gētiles habebant sex genera idolorum s.lutea, lignea, ęrea, lapidea, argētea,& aurea. Per lutea, significantur prælati carnales, de qbus ait Dñs per psalmistā. Vt lutū plateatū delebo eos. Per lignea, indocti, & rudes ac insensibiles, iuxta illud Hiere. 10. lignū est argento inuolutū. Et isti dicuntur creari in prælatos, quia creare est de nihilo facere. Isti.n. sunt chimerę, q̃a nō sunt nisi in opinione. Per ęrea, significanĩ illi q habent tm̃ eloquentiā secularē. Es.n.est sonorū. Vnde 1.ad Cor. 13. ait Paulus. Factus sum velut ęs sonans, aut cimbalum tiniens, & loquitur in persona mali pdicatoris. Per lapidea vero, significanĩ illi q facti sunt plati pter fortitudinē tpalē. Et isti non sunt lapis q ponit in capue anguli Psal. 117. Sed sunt lapis offensionis & petra scandali Rom.9. Per argentea autē, significantur illi qui facti plati per per pecuniam & diuitias datas electoribus qui eis dixerunt. Quid vultis nobis dare,

dare,& eum trademus vobis. Matth. 26. Per aurea autem, significantur illi qui facti sunt propter nobilitatem. Aurum enim nobilitas appellatur. Vnde in statua Nabucodonosor aurum erat in capite. Dan. 3. hæc Archidia.

Ad hoc q̄d quis sit vere prælatus triplici cibo debet suos subditos alere.

VT ergo quis possit vere appellari prælatus & pastor ouium dominicarū, & non idolum, aut lupus debet sollicite pascere gregem suum. Triplici autē cibo debet prælatus suos subditos alere. Primus cibus est verbi diuini & exhortationis, de quo Matth 4 & Deute. 8. dicitur. Nō in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei. Ideo in c. inter cætera, de of. iudi. or. dicit. Inter cætera q̄ ad salutē spectant populi christiani, pabulū verbi Dei sibi permaxime noscit necessariū. Quia sicut corpus matrimoniali, sic aīa spirituali cibo nutrit. O igitur electores, nolite eligere ignorantem, Si.n. cæcus cæco ducatū præstet, ambo in foueam cadunt. Matth. 5. & c. cū sic, de æta. & qua. Et secundū Gregoriū in pastorali. Multū corpori nocet atq; periculū est si oculum qui puidendis gressibus peminet puluis obscuret. Et frustra exercitus velociter sequitur dum a duce erratur. Et cum pastor per abrupta graditur necesse est vt ad præcepitium grex sequatur. Scientia ergo & doctrina requirit in prælato, vnde in c. cum in cūctis de elec. dicit. Cum in cunctis ordinibus & ecclesiasticis ministerijs sit ætatis maturitas, morumq; grauitas, & litterarum sciētia inquirenda, multo fortius in Epo hæc oportet inquiri. Qui.n. ad aliorū curam positus est in seipso debet ostendere qualiter alios in domo dñi oporteat conuersari. Quamuis ergo tollerāda sit cōpetēs scientia in prælato. i. sufficiens, & tanta q̄ possit sufficienter exercere officiū suū, & facere oia quæ ad illud pertinent, tn̄ propter multa quæ accidere possunt circa regimen offici), desideranda est in eo eminens scientia. c. cum nobis olim. cum glosa de elect. c. nisi cū pridem. §. pro defectu. de renun. & c. venerabilis. de prębē. & di. Quare o electores eligite doctum, & eloquentē, qui sciat pponere verbum Dei, & subditis sermonem facere. Ait.n. Aug. in lib. de verbis dñi. Ad officiū pastoris ptinet apertos fontes apetire, & aquā puram sitientibus, quibusq; ouibus ministrare. Ideo Ioan. 21. Cuilibet prælato dicit dn̄s. Pasce oues meas. s. pane prædicationis, quod est contra illos qui nunq̄ verba exhortationis subditis suis proponunt, nullaq; eis faciunt capitula.

De 2. cibo quo verus prælatus debet subditos suos pascere.

SEcundo debet pastor pascere dominicum gregem pane subsidij, idest in omnibus necessitatibus eius iuxta possibilitatem suam illi subsidiū præstare. Quia pater tenet etiam de iure naturali alere filios suos. l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iu. Non debet ergo prælatus rantummodo vni loco, vel vni subdito subuenire, sed æqualiter omnibus. Vt em̄ inquit Augustinus. Libenter quisq; audit eius linguam loquentem cuius expectat dexteram porrigentem. Gregorius autem dicit. Qui nō dat ouibus substantiam suā, quomodo pro his daturus est animā suā? Non debent ergo prælati spoliare suos subditos rebus necessarijs, sed liberaliter eis prouidere de victu, & vestitu, & reliquis tanquā filijs suis, vnde Seraphicus Franciscus in regulæ suæ c. 6. inquit. Si mater nutrit, & diligit filium suum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere, & nutrire fratrem suū spiritualē?

De 3. cibo quo alendi sunt subditi a veris prælati.

TErtio debet eos alere pane exempli. Et enim inquit Gregorius in quadā homilia magis incitantur homines ad bene agendum exemplis quàm verbis. Bene dicere autem, & non facere parum prodest. Imo talis exhortatio est auditoribus abhominatio. Dicūt.n. illi sic exhortāti. Medice cura teipsum, & illud Catonis. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Ideo Gregorius in quadam homilia ait. Cuius vita despicitur restat vt eius quoq; prædicatio contemnatur. Et idem in pastorali inquit. Nulla præsulem immundicia polluat qui hoc suscepit officium, vt in alienis cordibus pollutionis maculas tergat. Quia necesse est vt mundas studeat habere manus, q alioрū sordes mundare curat, ne tacta deterius inquinet. Debetis ergo eligere meliorē inter oēs qui eligi possunt iuxta illud 4. Regum. 10. Eligite meliorem de filijs domini vestri. Sed hic quæritur nunq̄d peccent

Electores non eligēdo aptiorē prælatum an mortaliter peccent.

cent mortaliter electores non eligendo aptiorem. Et respondet beatus Thhomas. 6. suo quolibet. q. 6. quòd homo tenetur semper de necessitate eligere meliorem, non tamen simpliciter illum qui est perfectior charitate, & sanctitate, sed secundum quid, idest illum qui habet meliores partes, & idoneitates ad tale officium exercendū. Vnde. 1. Reg. 10. de Saul electo in regem dicitur quòd erat altior omni populo ab humero, & sursum. Et Samuel ad populum ait. Ecce videtis quem elegit dominus quòd non est similis illi in toto populo. Debent ergo electores talem eligere qui sicut alijs præeminens erit officio, & dignitate, ita emineat sufficientia, & virtute. Nam vt ait Grego. Non debet hominum ducatum suscipere, qui nescit homines viuendo præire. Nicolaus etiam de Lira, super Ioan. vltimo c. inquit confirmando prædicta. Ille qui aliquem eligere debet ad officiū prælationis, semper tenetur eligere meliorem. Non tamen intelligitur melior litteratior, vel astutior, sed ille qui omnibus conditionibus pensatis melior est ad talem prælationem ad honorem Dei, & ecclesiæ vtilitatem. Aliter autem eligens non videtur diuinum iudicium euadere, hæc ille. Quod autem dicitur in c. cum nobis olim. de elec. s. quòd sufficit eligere sufficientem, intelligitur secundum prædictos doctores quantum ad iudiciū humanum, per quod talis eligens non est puniendus, tamen diuino iudicio punietur. Ideo Hiero. super Leuiticum, & habetur. 7. q. 1. c licet ergo inquit. Prælatus debet esse cæteris præstantior, doctior, sanctior, & omni virtute eminentior. Sicut enim caput est omnibus alijs membris corporis eminentius. Et secundum Phi. 6. de animalibus. Est subtilioris, & purioris sanguinis præ cæteris membris vniuersis, sic prælati qui sunt capita spiritualia debent esse vitæ eminentioris, & purioris, atq; sanctioris. Aliter non sunt eligendi. Vnde inquit Ambrosius in lib. de offi. Quis se cōmittat ei quem non putat plus sapere quā ipse sapiat qui quærit consilium? Necesse est ergo vt præstātior sit a quo consilium petitur, quàm ille qui petit. Illi vero salutem nostram committimus qui est iustus, & prudens. Facit enim iustitia vt nullus sit fraudis metus. Facit prudentia vt nulla erroris suspicio sit. Tutius tamen viro iusto quàm prudenti nos committimus, quia consilium viri iusti frequenter sapientissimi ingenio præponderat, hæc ille. Qui etiam ibidem ait. Quis enim in cęno fontem requirat? Quis ex turbida aqua potum petat? Itaq; vbi iniustitia, vbi intemperantia, vbi vitiorum confusio, quid inde sibi aliquis hauriendum extimet? Quis vtilem animæ suæ iudicet quem videt inutilem vitæ suæ? Quo modo potest iudicare consilio superiorem, quem videt inferiorem moribus? Supra me debet esse cui me committe. e volo, vel paro. Quomodo autem eū idoneum putabo qui mihi dat consilium, qd̄ non dat sibi? Quomodo cum mihi vacare credam, qui sibi non vacat. Magna autem est abusio quando verificatur illa Gregorij sententia. 20. mora. c. 78. dicentis. Sæpe conspicimus sapientes subesse, stultos vero arcem dominij tenere. Sapientes seruiliter obsequi, stultos autem tirannica elatione dominari, hæc ille. Absurdum enim est vt alios regat, qui se ipsum regere nescit. l. 6. C. de legi. tu. Itē inconueniens est quòd peccator velit iustos in viam virtutis dirigere, per quam ipse tenuit ambulare. Ea propter in c. nō est facile. 40. di. dicitur. Non debent esse prælati nec tenere loca sanctorum nisi q exercent opera eorum, & 3. q. 7. c. non omnes Episcopi recitatur illud Gregorij in pastorali qui ait. Tantum debet actionem populi actio transcendere præsulis, quantum distare solet a grege vita pastoris. Ideo dicitur. 1. Reg. 9. de Saul electo ex præcepto Dei, quòd erat bonus, & nō erat vir de filijs Israel melior ipso.

Exclamatio ac exortatio de bonis p̄latis eligendis.

SED heu, quia in electionibus non attenditur sæpe maior sufficientia, sed acceptatio personarum. Et iccirco non est mirum si languescente capite cętera membra dolent. c. sunt plurimi. & c. ex merito 6. q. 1. Nam tunc morbus totū corpus inuadit si langor in capite curatus non fuerit. c. sicut inquit. 2. q. 7. Bonos igitur prælatos & sufficientes eligite si boni esse cupitis, quia integritas pręsidentium salus est subditorum. 61. c. di.

c. mi-

c. miramur. Econtra autem mala exempla prælatorum sunt causa damnationis subditorum, quia vt dicitur Eccle. 10. Qualis est rector ciuitatis, tales sunt & inhabitantes in ea. Taliter corrizat ouis, qualiter pastorem suum videt corrizare. Propter prædicta autem dici solet quòd melior est exercitus caprarum habens ducem leonem, quàm exercitus leonum habens ducem capram. Eccle. quoq; 14. dicitur. Qui sibi est nequam cui alijs bonus erit? Quomodo enim potest gulosus ad temperantiã alios incitare? Quomodo luxuriosus de virginitate, & castitate prædicabit, superbusq; de humilitate? Eligite ergo talem prælatum si possibile est, quòd possit stare ad vitam communem, & ipse faciat ea quæ alijs imponit, ne sit de illis de quibus dicit dominus Matth. 23. Imponunt alijs onera grauia, ipsi autem digito ea mouere nolunt. Debet ergo prælatus seruare mandatum Socratis dicentis. Nulli imponas quòd ipse pati non poteris. Claudianus quoq; lib. 1. ait.

In commune iubes si quis censesue tenendum,
Primus iussa subi, tunc obseruantior æqui
Fit populus, nec ferre negat cum viderit ipsum
Auctorem parere sibi, componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Propter quod Alexander magnus habebat armigeros strenuos, & obedientes, quia illis nõ dicebat facite, sed faciamus. Iulius quoq; Cæsar habuit milites fortissimos, & sibi in omnibus obsequentes, quorum robore totum orbem terrarum subiugauit, quia eis non dicebat. Ite, sed semper venite vel eamus. Econtra vero mali prælati nihil ipsi facientes, sed solummodo subditos onerantes, quibus dicitur. Lucæ. 11. Oneratis homines oneribus, quę portare non possunt. Faciunt eos desperare, more cameli, vel asini, qui si plus debito grauatur, & oneratur solet totum eijcere. Debent ergo prælati facere more vectorum qui dum manus pro adiutorio ad bigam, vel quadrigam apponunt, equi vel boues magis alacriter ipsam de palude extrahunt. Vnde legitur in vitis patrum quòd quidam Abbas habens sub se quinq; millia monachorum, petijt consilium a quodam sancto viro quid facere deberet, vt omnes eius subditi salui fierent. Cui ille respondit. Quicquid vis vt subditi faciant. Primo fac. Vt enim inquit Hiero. in epistola ad Heliodorum. Delicatus magister est, qui pleno ventre de ieiunijs disputat. Qui etiam ad Palmachium ait. Delicata doctrina est pugnanti ictus dictare de muro. Et cum vnguentis sit ipse delibutus cruentum militem accusare formidinis. Posset enim tali doctori dicere ipse discipulus illud Terrentianum. I, ipse præ, sequar. Et illud Esopi. A boue maiori discat arare minor. Scriptum est enim in c. suscitaris. 7. q. 1. quòd prælati sunt tanquam arietes, qui ducatum gregibus præbere debent. Et tanquam pastores debẽt gregem suum in vnum colligere, & ad cœlestem patriam dirigere. Ad hoc etiam adduci põt illud quod dicitur in. l. officium. ff. de re. mili. §. quòd ille qui præest exercitui parcissime debet commeatum dare, &c. Miles enim qui agere vult aliquid strenuum, semper præ oculis habere debet ducis sui exemplum. Nam videmus etiam in gruibus quòd vna ex eis semper agmen præcedit, & clamando ad rectos volatus cęteras cogit. Apes quoq; quando de aluearibus exeunt, a rege suo oculos non auertunt. Quia igitur prælatus est positus tanquam signum ad sagittam. c. magne. voto. & c. qualiter & quando. el. 2. de accu. Ideo dicitur quòd vita pastoris debet esse exemplaris subditis. c. cum pastoris. 2. q. 7. prælati namq; scandalizantes suos subditos tot mortibus digni sunt, quot mala exempla eis tribuunt c. præcipue. 11. q. 3.

Prælati corpore sani sunt eligendi, vt suum exercere possint officiũ.

VT autem subditi habeant prælatum & non statuam, vel monstrum debẽt non solum eligere sanctum, & bonum prælatum, sed etiam corpore ita sanum quòd suum possit exequi officium. Debilitas enim corporis ex infirmitate, vel senectute procedens, quando talis est vt faciat

ciat hominem impotentem ad exercendũ pastorale officium, debet ab electoribus attendi ita vt non eligant talem. Imo talis sic debilis existens in officio debet renunciare, & nullatenus tale officiũ retinere. c. nisi cum pridem. §. alia vero. de renun. De hoc quoq; dicitur in constitutionibus generalibus ordinis nostri editis p Gulielmum Farinerium. c. 9. Nullus frater præficiatur in officio fratrum, nisi possit ducere vitam communem, quæ tã a prælatis q̃ a subditis obseruetur, maxime in vestibus, cibis, & lectis. Debet etiã prælatus tantum amare subditos suos, & adeo esse zelator eorum salutis, vt pro ea conseruanda sit paratus sustinere persecutiones, & iniurias, & vitam ipsam exponere pro animabus subditorum suorũ, saluator Ioan. 10. & habetur in euangelio hodierno. Eligite ergo talem qui possit dicere subditis suis illud quod dicebat ille inclytus dux Gedeon militibus suis. Iudicum. 7. f. Quod me facere videritis hoc facite. Tunc. n. milites audacter ingrediũtur bellũ cũ ducem suum vidẽt in prælio esse primum. Cum enim aspiciunt eorũ capitaneũ lanceam derigere, galeamq; capiti imponere, & cõtra hostes primũ insultum facere, totus sanguis eorum commouetur ad simile peragendum. Et similiter subditi lætanter bonis insudant operibus, quando prælatum suũ omnis sanctitatis exemplum intuentur illi facere viam quam sequatur, sicut faciebat beatus Franciscus de quo canit ecclesia. Linguæ manus præambula, verbo parauit semitam, & amplectuntur secula doctrinam facto proditam. Talis prælatus est similis dño nostro Iesu Christo qui cæpit facere & docere. Actuum. 1. O quam suauis cibus est subditis exemplaritas pastoris, quàm delicata refectio, q̃ dulces epulæ. Et ideo considerent animarum pastores si tali cibo nutriunt oues suas, si dant illis cibum in tempore. Aliter autẽ non sunt pastores sed lupi rapaces. Non sunt prælati, sed Pilati. Considerate ergo o electores omni diligentia & maturitate quem eligere debeatis, & talem vobis prælatum assumite qui ita sit exemplaris vt imitetur, ita mansuetus & mitis vt diligatur, ita iustus vt timeatur, ita sanctus vt veneretur, ita intelligens & discretus vt totus populus in omni virtute, & bona operatione reformetur. Ad laudem & gloriam saluatoris nostri dulcissimeq; matris suæ virginis Mariæ, quibus sit honor & gloria in secula seculorum. Amen.

✠

EODEM

EODEM DIE POST PRANDIVM DE DOCVMENTIS DATIS SECVLARIBVS DE IMITATIONE CHRISTI *QVO AD RELIGIONIS* INGRESSIONEM, ET MVNDI CONTEMTIONEM.

SERMO VIGESIMVSSEPTIMVS.

CHristus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. 1. Petri. 2. & in epistola occurrentis dominicæ. In omnibus generum specie-bus est deuenire ad aliquod vnum quod sit metrum & mensura omniū quæ sunt in eodē genere, Philosophus. 10. Metha. Et ideo in genere humano datus est nobis Christus, vt exemplar nostrum ad qđ debemus semper aspicere, & vitam nostram ad illius similitudinem quantū possumus conformare, Alexander de Ales in 3. parte summę in tract. de gratia Christi q. 14. & Ric. in 4. sen. di. 8. ar. 2. q. 1. Et facit ad hoc capitulum, si solus. 8. di. & capitulum, dominus noster. 56. di. & 2. q. 1. c. Deus omnipotens, & capitulum, dominus noster 93. di. & capitulum, significasti. de elect. Omnis enim Christi actio nostra est instructio. c. solēnitates. cl. 2. & ibi glo. de conse. di. 1. Ideo dicitur. 1. Ioan. 2. Qui dicit se in Christū credere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Sanctus quoq; Aug. super illa verba saluatoris. Ioannis. 14. Ego sum via veritas, & vita inquit. Christianus nemo recte dicitē nisi Christo moribus coæquetur. Ambulare vis secure? Ego sum inquit via. Falli non vis? Ego sum veritas. Mori non vis? Ego sum vita. De quo Lucretius poeta ait. Veridicis hominū purgauit pectora dictis. Et finem statuit torpedinis, atq; timoris. Exposuitq; bonum summū quo tendimus omnes. Qui formam, atq; viā monstrauit limite paruo. Quo possemus ad id recto conscendere cursu. Gregor. quoque in quadam homilia inquit. Qui Christi vestigia dedignatur sequi qua temeritate sperat ad eius claritatis gaudia peruenire. Saluator enim noster ait. Ioannis decimotertio. Exemplum dedi vobis vt quemadmodum ego feci ita, & vos faciatis. Et Isa. trigesimo. Hæc est via. Ambulate in ea, & non declinabi-

Christus datus est nobis vt exemplar.

nabitis ad dexteram neq; ad sinistram. Et Exo.25. ait dominus. Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est, idest in Christo qui est ille mons de quo propheta ait. Psal.67. Mons Dei mons pinguis, mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Quia ergo christiani dicuntur a Christo. l. 1. C. de summa trinitatẽ & fi. ca. & c. vnico. §. qui vero. de sacra vnctio. Et nomina debent esse rebus consona. c. cleros 21. di. &. §. est & aliud. insti. de dona. Ideo inquit Ambro. in c. cauete. 22. q. 5. Mendacium est se christianum dicere, & opera Christi non facere. Eapropter sanctus Bonauentura in lib. de imitatione Christi ait. In omnibus virtutibus, & bonis moribus tibi præpone semper clarissimum speculũ, & totius sanctitatis perfectissimum exemplar s. vitã & mores filij Dei domini nostri Iesu Christi, qui ad hoc nobis de cęlo missus est vt aperiret nobis vitam vitæ, & legem disciplinæ suo exemplo daret nobis. Vt sicut ad imaginem eius naturaliter creati sumus, ita ad morum ei⁹ similitudinem per imitationem virtutis pro nostra possibilitate reformemur, qui eius imaginem in nobis fędauimus per peccatum. Quanto enim quisq; se ei in virtutis imitatione hic conformare studuerit, tanto ei in prima gloria, & claritate magis appropinquabit, & similior erit. Hæc ille. Et ideo vobis secularibus volo dare in præsenti sermone tria documenta, idest tres imitationes domini nostri Iesu Christi. Prima quarum imitationum dicetur religionis, siue ingressionis. Secunda acceptionis, siue assumptionis. Tertia vero contemptionis.

Sermonis intentio, ac diuisio.

PARS PRIMA de religionis ingressione.

SAnctam religionis obseruantiam saluator noster vita exemploq; suo dedicauit. Nam fundamenta religionis sunt tria principalia. s. obediẽtia castitas, & paupertas vt inquit beatus Thomas. 2. 2. q. 186.. Quia vero religio est quoddam sacrificium medulatum quod totum offertur Deo, nihil sibi retinens. Ideo religiosus per obedientiã offert Deo voluntatem propriam, & animam. Per castitatem corpus, renuncians eius voluptatibus. Per paupertatem vero omnia temporalia. Per obedientiam autem superat superbiam. Per castitatem luxuriam, per paupertatem vero auaritiam. De his quoq; religionis fundamentis loquens Bernardus in lib. de vera religione ait. Religio paupertate fundatur, erigit obedientia, dedicatur castitate. Et facit ad hoc capitulum, non dicatis. 12. q. 1. iuncto c. cum ad monasteriũ, de sta. mo. Perfectissimus autem religionis institutor & obseruator dominus noster Iesus Christus has tres virtutes singulariter in se habere voluit. Primo enim obedientiam seruauit. Nam voluit esse obediens matri; & etiam patri putatiuo, ac nutritio, iuxta illud Luc. 2. Et erat subditus illis. Ipse quoq; de seipso ait. Ioan. 4. Meus est cibus est vt faciam voluntatem patris mei qui in cęlis est, & Matth. 26. dicebat patri. Fiat non mea, sed tua voluntas. Et Ioannis. 6. iterum ait. Descendi de cęlo non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et Philip. 2. inquit de illo Apostolus. Factus est obediens vsq; ad mortem crucis. Vnde Ber. in quodam sermone ait. Mementote fratres, quòd Christus ne perderet obedientiam perdidit vitam. Secundo seruauit castitatem. Vnde Hierony. ad filiam Mauritij, inquit. Christus virginem habuit matrem virgo ipse mansurus. In se viris in matre fœminis virginitatis, tribuens exemplum. Et Ambro. in quodam sermone, ait. Discute vitam Christi in omnibus euangelijs totãq; reperies fuisse speculum castitatis. Tertio seruauit paupertatem. Vnde de seipso inquit Matth. 8. & Lucæ. 9. Vulpes foueas habent & volucres cęli nidos. Filius autem hominis nõ habet vbi caput suum reclinet.

Christus seruauit obediẽtiã, paupertatẽ, & castitatem.

QVicunq; ergo vult perfecte imitari vitam Christi debet si potest religiosam vitam aggredi cuius princeps fuit Christus, & sic efficietur miles eius. Omnes enim religiosi dicuntur milites Christi. c. non pilla. & c. repræhensibile. 23. q. 8. & c. christianis. 11. q. 1. Licet nãq; oporteat omnes christianos pugnare contra dęmones ad Ephe. 6. Quia militia est vita hominis super terram. Iob 7. Tamen

Volẽs perfecte Christũ imitari debet religiosam vitam seruare.

men religiosi sunt tanq; principes, & capitanei christianæ militiæ, qui pugnant non solum pro se sed pro omni populo christiano, & impugnant dæmones. c.si quis.36. di. Et ideo cuilibet religioso ait Paulus.2. ad Thi. 2. Labora vt bonus miles Iesu Christi. Et non immerito religio æquiparatur militiæ propter septẽ causas & leges militiæ, quę in ipsa debẽt obseruari. Primo enim milites debẽt esse obedientes suis ducibus. Vnde dicitur in l.omne delictum.§. contumacia.ff. de re mili. Cõtumacia omnis aduersus ducem vel principem militiæ capite punienda est. Propter quod Postumus Romanus dictator filium quem tenerrime amabat armis strenuum & ab omnibus dilectum securi fecit feriri, & occidi quia non suo iussu, sed sponte e præsidio eggressus hostes vicerat. Torquatus vero in gallico bello consul filium in modum hostiæ mactari iussit quia prouocatus a duce tuscu lanorum ignaro patre ad prælium descenderat. Licet gloriosam victoriam, & preciosa spolia retulisset. Sicut ergo prima lex militum est obedire suis capitaneis, ita prima lex religiosi militis Christi est obtemperare suis superioribus. Et ideo illis inquit Paulus. Hebræ. vlt. Obedite præpositis vestris. Obedientia enim est firmissimũ regularis obseruantiæ fundamentum, quo deficiente deficeret omnis religio. Quia corruente fundamento omne quod super edificatur corruere necesse est. c.cum Paulus.1.q. 1. Et cum alicui rei deficit substantiale, ipsum quoq; deficere oportet. c.fi.de cõdi.appo. Istud est illud sacrificium quod requirit Deus di.1.Reg.15. Obediẽtiam volo, & non sacrificium. Quod est habetur in c verum. 34.di.& in c.si qui.81.di. & in c. sciendũ. 8.q.1.& in c.si quis.26.q. 7. & in.c. illud de maio. & obe. Ista est illa virtus, quæ Christum tanquam agnum ligatũ duxit ad victimam. Isa.53. Et ideo inquit Greg. in c.quid ergo.11.q. 3. Quid ergo mirum si peccator homo obedientiæ in præsentis vitę breuitate se subijcit, quando hãc mediator Dei & hominum tenuit & tenendam præcepit, & cum obedientes remunerat non relinquit. Sciendum tamẽ est quòd nunq; per obedientiam malum fieri licet. Aliquando autem per obedientiam debet bonum quod agitur intermitti. Neq; enim in paradiso arbor mala extitit quam Deus homini ne contingeret interdixit. Sed vt melius per obedientiæ meritum homo bene conditus cresceret, dignum fuerat vt etiam a bono prohiberetur, quatenus tanto verius hoc quod ageret virtus esset, quanto & a bono cessans auctori suo se subditum, & humilem exhiberet, hæc ille. Hæc autẽ virtus obedientiæ est necessaria, in religione. Quia ordo naturalis est vt inferiora a superioribus moueanẽ ad suas actiones peragendas.1.Metha. & 1. Methau. Quod etiam fit in Angelis, vt ait Grego. in mora. Et ideo secundum Tho.2.2.q.186. Cum status religionis sit quædam disciplina vel exercitium tendendi ad perfectionem, requirirur in ea alicuius directio, secũdum cuius arbitrium instruantur & exerceantur ipsi religiosi quasi discipuli sub magistro.

Religio septẽ ex causis militiæ cõparatur.

Per obediẽtiã nõ est faciendũ malum.

OBedientia autem fratrum minorum excedit obedientiam omnium aliorum religiosorum secundum quòd probat sanctus Bona. in declaratione regulæ nostræ. Nam monachi reseruant sibi loci stabilitatem, & permanentiam. Alij vero religiosi obligantur non ex voto suo ad aliquid quod sit vltra regulam suam vt declarat prædictus sanctus Bonauẽ. in 2. sen.di.vlt.ar.3.q.2. Fratres autem minores vouent obedire in omnibus quæ non sunt contraria regulæ, & animæ suæ. Nã ad alia nulla potest obedientia ligare. O igitur fratres & deuoti religiosi qui vouistis obedientiam, per quam Deo sacrificatur propria voluntas. c. sciendum.8.q. 1. Mactate hanc hostiam quæ ipsi Deo est charior oĩbus hostijs. c. illud de maio. & obe. Et ideo licet durum videatur qđ præcipitur, tamen debetis alacriter obedire. c. in memoriam. 19. di. & c. contra moram prospexit.100.di. Facit lex.ff qui & a quibus, vnde Ber. in lib. de pręcepto, & dispensatione ait. Perfecta obedientia legem nescit, terminis non artatur, nec est contenta angustijs professionis, largiori voluntate fertur in latitudinẽ charitatis, & ad omne quod iniungitur spontanea, vigore liberalis alacrisq; animi. Modum non considerans, in infinitam liber-

Minorũ fratrum obediẽtia, oĩum aliorum excedit obedientiam.

bertatem extenditur. Et sane quidē obedientiæ limes secundum tempus, est ipsa temporis extremitas, vt is sit terminus obedientiæ qui & vitæ, hæc ille. Nō licet ergo religioso discutere causam pręcepti quia vt dicit inno. in c. ad aures, de temporibus or. Vani capitis est qui credit prælatum non posse præcipere sine expressione causæ. Religiosus enim non habet velle, nec nolle sed omnis eius dispositio ab eius pendet voluntate, quem vice Dei supra capræ posuit. c. si religiosus, & c. quorundam de elec. in. 6. & c. nō non dicatis. 12. q. 1. & c. 1. de sepul. O igitᷓ beate, & fęlix religiose, & serue Dei qui sub obedientia degis. Nam quādiu promptus es obedire, licet nihil præcipiatur, meritum tñ habes verissimi obedientis. Quia amplius respicit Deus ad voluntatem, quàm ad actus exteriores, vt dicit glosa in c. cum voluntate, de sen. exco. de quo est textus in c. si quid. 14 q. 5. & in c. qui periurare. 22. q. 5. & in c. quiescamus 42. di. & in c. 1. 32. q. 5. huius autē sanctæ obedientiæ virtutem intelligebat beatus pater noster Franciscus qui licet prælatus esset volebat tamen semper superiorem habere & guardianum mo etiam socio itineris obedientiam promittebat, & deuote exhibebat.

Religiosus nō debet q̄rere causā præcepti.

2. Quare religio militia comparatur.

SEcunda lex militiæ est castitatis. Vnde dicit glo. quædam l. qui cum vno. ff. de re. mili. q̄ dicti sunt a castrando, quia caste viuebant milites antiqui. Qđ etiā inquit papias & Isidorus in lib. ethimo. Quod quidem faciebant vt fortiores essent in ꝑlio. Ait. n. Virgilius in lib. Geor. Sed non vlla magis vires industria format. Quàm venerem, & cæci stimulos auertere amoris. Et propterea imperator amatorem se dicit castitatis in autē. qui. mona. ef. le. §. illud. col. 6. Quam quidem castitatem summe amabant duces Romani, licet essent gētiles. Vnde de Cornelio Scipione dicit Valerius lib. 2. ti. de militari disciplina, q̄ cōtra Numantinos imperator missus eodē momento quo castra intrauit. 2000. meretrices expulit de ipsis castris, qua sentina vacue factus exercitus q paulo ante metu mortis deformi se fęderis ictu maculauerat, erecta, & secreata virtute aciē illā fortē, & animosam numantinam superauit, & incendijs exustā ruinisq; prostratam Numantiam solo ęquauit. Scipio quoq; Aphricanus summis effertᷓ laudibus quia Chartaginē obsidēs oblatā sibi ex hostibus virginem eximię formę & nobilitatis, intactā & dotatā restituit. Hāc aūt virtutem castitatis habent pro 2. regula milites Christi, de quibus ipse ait. Matth. 19. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnū cęlorū. Licet aūt oēs religiosi voueant castitatem q̄ quidē gradus sicut habet obediētia, & paupertas, tñ perfectiori modo eā vouent fratres minores vouentes etiā vitare suspecta consortia, & colloquia per quæ peruenitᷓ ad transgressionē castitatis. Cum. n. aliquid prohibetᷓ intelligitur etiā prohibitum omne illud per quod ꝑuenitur ad illud. l. oratio. ff. de spon. vnde prohibito matrimonio etiam intelliguntur prohibita sponsalia. Beatus igitᷓ Franciscus sciens q̄ secundum philosophos per medium peruenitur ad finem, prohibuit fratribus suis in regula omnia suspecta consortia quæ sunt via perueniendi ad peccatum luxuriæ, si enim esset aliquis adeo ferreus vt potius dici posset statua q̄ homo, sicut dicitur de Anaxagora, tamen non posset donec in carne hac fragili secure stare & conuersari cum suspectis personis &c. Et ideo ab omnibus religiosis fugienda est hæc pestis insanabilis suspectorum consortiorum, & colloquiorum. Quid enim agere habet seruus Dei cum mulieribus quarum familiaritates ei prohibentur. 32. di. c. hospitiolū & c. interdixit, & 81. di. c. si quis amodo. & c. clericus. & c. sed si forte, & c. si quispiam & c. oportet. & c. archidiaconum, & c. quidam clerici, & c. fœminas, & c. clerici continentes, & c. ad reatum, & extra de coha. cle. & mu. per totum, & 18. q. 2. c. ꝑuenit, & c. diffinimus, & c. in nullo & multis alijs capitulis sequentibus. Talia antē suspecta consortia habens, licet forte non cadat in peccatum, tamen remanet perpetuo tinctus, & digito demonstratur in dedecus sui ordinis. Est enim tale cōsortium sicut candela accensa applicata ad murum, quæ licet ipsum non vrat, tamē nigredine fumi ipsum tingit, & obscurat.

Fratrū minorū castitatis vota aliorū excedit.

TErtia lex terrenæ militiæ est inopia siue paupertas. Antiqui enim milites

3. Quare religio mili-

tiæ assimilatur. tes vt expeditius militarent terrenas facultates contemnebant. Vnde dicitur in l. milites la. 2. de re mili. Milites arua comparare prohibentur in ea prouincia in qua bella geruntur, ne studio agriculturæ a militia reuocentur. Et in l. milites. C. locati prohibentur milites esse procuratores, conductoresq; vel fideiussores. Et ibidem imperator assignat rationem huius prohibitionis. s. omisso armorum vsu ad opus terrestre se conferant. Ibidé etiam dicit. Milites armis, non priuatis negocijs occupentur vt numeris, & signis suis iugiter inhærentes rem publicam a qua aluntur ab omni bellorum necessitate defendãt. Refert autem Valerius libro 3. Aphricanum scipionem in concione dixisse, q̃ cum totam Aphricã Romanæ ditioni subiecisset, nõ tamen aliquid ex ea quod suum diceretur præter cognomen tulisse. Et de Valerio publicola dicit lib. 4. q̃ post tres consulatus acceptissime peractos, tantæ paupertatis fuit q̃ patrimonium eius ad expensam *Multi gentiles fuerũt pauperes voluntariæ.* suarum exequiarum defecit. Vnde publica pecunia fuerũt factæ. Fabricius quoq; pluries Romanus imperator filias proprias præ paupertate dotare nequiuit. Marcus etiam Curius cõtra sannites bellum gerens, legatis eorum se in scamno assidentem foco, & in catino ligneo cęnantem spectandum præbuit. Cumq; magnum auri pondus ei attulissent, tilit dicens. Referte, & dicite sannitibus. Marcũ Curium malle locupletibus imperare quàm ipsum fieri locupletem. Et memen tote me non acie vinci, nec pecunia posse corrumpi. Attilius vero ab aratro ad imperium Romanum vocatus fuit. Qui postquam rem publicam stabiliuit, & ingentes hostium copias cõfregit, multosq; triũphos habuit, deposito imperiali sceptro ad aratrum redire non erubuit. Quanto igitur magis religiosi debent in paupertate gloriari, & omnibus terrenis renunciare? Nihil ergo debet habere proprium, capitulo cum ad monasterium de sta. mona. & duodecima quæst. prima, capitulo dilectissimis. Ait enim saluator. Matthæi quinto. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et Matth. decimonono. Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Ideo omnibus religiosis præcipit. Matth. decimo. di. Nolite possidere aurum vel argentum. Debent enim boni milites imitari capitaneum suum. Ipse autem dux noster dominus Iesus pauper nasci, viuere, & mori voluit. Vnde Chris. in homilia Epiphaniæ ait. Viderunt magi panochiũ tenebrosum, & sordidum, magis animalibus quam hominibus aptum. In quo nemo erat contentus sedere nisi itineris necessitate coactus. Matremq; vix vnicam habentem tunicam non ad ornatum corporis, sed ad tegmentum nuditatis. Et Hiero. ad Eusto. inquit. Milites vestimentis Iesu sorte diuisis, caligas non habebant quas diuiderent. Nõ enim voluit habere dominus quod prohibuit in seruis. Et secundæ ad Corin. octauo. Paulus de Christo ait. Egenus factus pro nobis, vt illius inopia diuites essemus. Hanc autẽ paupertatem licet omnes religiosi amplectantur, tamen excellentius eam vouent fratres minores. Alij enim religiosi habere possunt alicuius rei dominium in communi capitulo dilectissimis. 12. quæst io. prima fratres autem minores nihil habent in proprio, nec in cõmuni, sed solum simplicem vsum facti, habetur in capitulo. Exijt qui seminat. de ver. si. libro sexto, & in cle. exiui de paradiso eodem ti. Quæ euangelica paupertas est valde meritoria, & sancta, quam filius Dei viam perfectionis ostendens verbo docuit, & exemplo firmauit, vt dicitur in d. c. exijt qui seminat. Hanc autem strictissimam paupertatem ipse beatus Franciscus reliquit in testamento filijs suis tanquam matrem charissimam, & viam breuissimam, atque tutissimam, quæ ducit ad cœlum. Vnde in regula sua inquit. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimos fratres meos hæredes, & reges regni cœlorum instituit pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit. Hæc sit portio vestra, quæ producit in terram viuentium. Cui dilectissimi fratres totaliter inhærentes nihil aliud pro nomine domini nostri Iesu Christi in perpetuum sub cęlo habere velitis.

Fratres minores excellentius paupertatẽ vouent.

Exponitur illud Matt. 17. ad propositum. Domine bonū est nos hic esse &c.

DE prædictis autem tribus votis religionis exponi potest illud quod dixit Petrus domino Iesu transfigurato in monte Thabor, Matth. 17. scilicet. Domine bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnū, Moysi vnum, & Heliæ vnum. Mons enim thabor, significat religionem, thabor enim interpretatur aduentus luminis. In religione autem diuini luminis radio illustramur. Vnde Isa. 9 dicitur de conuersis ad religionem. Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam, Ambulantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Et ideo dicitur religio quasi regis visio. Dicitur autem mons ratione altitudinis status, & contemplationis. Ad quem ascēdere hortatur Deus Gen. 19. di. In monte saluum te fac, & Exodi. 24. Accede ad me in montem, & esto ibi. In hoc autem monte transfiguramur, quia vt ait Ber. in lib. de præcepto & dispensatione, de carnalibus spirituales efficimur. Debemus ergo hic facere tria tabernacula. Vnum Christo, scilicet obedientiæ. Qui factus est pro nobis obediens vsque ad mortem &c. Ad Philippen. 2. Vnum Moysi, scilicet paupertatis. Paupertatem enim dilexit, vnde pascebat greges Ietro soceri sui. Exod. 3. Et vt ait Paulus Hebr. 11. Negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias extimans thesauro Ægyptiorū improperium Christi. Aliud vero tabernaculum facere debemus Heliæ, scilicet castitatis. Fuit enim virgo. Et ideo translatus est in cælum, quarti Regum. 2. Castitas enim animam Deo repræsentat. Si sancimus, in auten. de leno. Quia autem beatus Franciscus in hoc monte religionis cæteris perfectius fecit ista tria tabernacula. Ideo de illo canit ecclesia. In montem noui luminis Christo Franciscus intulit. Fac tria tabernacula votum secutus Simonis, quem huius non desertit numen, vel omen nominis.

Quare vocetur religio.

De his etiā tribus votis exponitur illud Exod.

DE istis etiam tribus votis exponi potest illud quod ait Moyses. Exo. 5. Deus Hebræorum vocauit nos vt eamus viam trium dierum in solitudine, & sacrificemus ei. Secundum enim Hieronymum hebræi dicuntur vincitores, vel transeuntes. Sic enim interpretatur hoc nomen. Quod quidem competit venientibus ad religionem. Triumphant enim de diabolo, & eum superant. Et de vita mundana, & viciosa transeunt ad cælibem, & virtuosam. Via ego istorum trium dierum est via obedientiæ, paupertatis, & castitatis, per quam euntibus nobis in solitudine, idest sequestratione secularium euenit illud quod de populo Israel dicitur. Exod. 15. Tribus diebus peruenerunt Marath vbi erant aquæ amarissime. Marath enim idem est quòd amaritudo peccati Sed istas aquas amaras cōuertit Moyses in dulcedinem, in eis ponendo lignum quod sibi ostendit dominus, vt ibidē dicitur. Per quod figuratur quòd si lignum crucis in corde nostro posuerimus per meditationem passionis Christi conuertemus in dulcedinem omnem pænitentiæ amaritudinem, & amaræ lachrymæ pro peccatis nostris effusæ vertentur nobis in suauitatem diuinæ gratiæ. Sed sciendum est quod in hoc deserto filij Israel habuerunt pugnare cum Amalech. Exodi. 17. Amalech autem idem est quòd gens bruta sicut sunt dæmones de quibus dicitur in 6. Enei. Terribiles visu formæ. Cum his ergo amalechitis, idest dæmonibus habemus in deserto religionis pugnare. Et ideo dicitur Eccle. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationes. Ait enim Ber. Mundus, caro, dæmonia, diuersa mouent prælia Sed contra mundum pugnamus paupertate, contra carnem castitate, contra diabolum vero humili obedientia, & subiectione.

5. Deus Hebræorū vocauit nos &c.

EST autem notandum quòd peccatū inobedientiæ est grauius peccato trāsgressionis paupertatis & castitatis. Quod probatur primo auctoritatibus. Dicit enim Greg. in c. si qui presbyteri. 81. di. Peccatum ariolandi est non obedire. Et scelus idolatriæ non acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit quisquis dum christianum se esse asserit sedi Apostolicæ obedire contemnit. Et idem habetur. 1. q. 4. c. ecclesia, & 8. q. 1. c. sciendum

dum, idem Grego. ait. Sola est quæ fidei meritum possidet obedientia sine quæ infidelis quisq; esse conuincitur etiam si fidelis esse videatur. Sanctus quoq; Ber. in epistola quadam inquit. Inter cætera peccata scitote quòd inobedientiæ pecca tum valde grauissimũ est, & detestabile, propter quod etiam a diuina iustitia gra uissima infligitur pœna. Secundo idem probatur rationibus quarum prima dicitur causalitatis. Fundamentum cuius ponit auctor in libro de causis, & Arist. in primo de anima di. Nobilior causa no biliorem semper producit effectum, & hoc patet in genere fructuũ. Nam vnus fructus est melior altero, quia habet meliorem causam, idest arborem. Item vinum tanto est melius quanto procedit a meliori vite. Cum igitur obedientia sit melior, castitate & paupertate, eo quòd obedientia eggreditur ab anima, castitas a corpore, & paupertas a temporalibus rebus. Anima vero est nobilior omnibus rebus corporalibus, & tẽporalibus. l. sancimus la. 2. C. de sacrosan. ec. cum similibus. Sequitur quòd trãsgressio ipsius obe dientiæ sit grauius peccatum transgressione paupertatis, & castitatis. Quanto enim aliquid est melius, tanto eius corruptio est peior Aristo. & Boetius in 2. Topico. Secunda ratio dicitur associatio nis. Fundamentum cuius ponit Philo. 4. Metha. & primo Poster. di. Sicut affirma tio est causa affirmationis, ita negatio est causa negationis. Et si vnum est causa alicuius oppositum est causa oppositi. 9. Metha. Contrariarum enim causarum contrarij sunt effectus. 2. de genera. Sed obedientia associat Christo in vitã æternam, qui ait. Matthæi. 16. Qui vult venire post me abneget semetipsum. &c. Ergo inobedientia associat diabolo in in ferno. Vnde Bernardus ad quendam monachum scribit. Nihil ardet in inferno nisi propria voluntas. Tolle propriam voluntatem, & non erit infernus. Et ibidem. Graue malum est propria voluntas qua fit vt bona non sint bona. O quot propriæ voluntates sibi ardebunt. O quot inobedientes religiosi ibi crucia buntur, quot amatores propriæ volun tatis ibi acriter punientur. Religiosus ergo habens omnes alios actus virtuo-

Rationibus hoc idem probatur.

2. Ratio.

sos sine obedientia nihil meretur primæ Ioannis secundo. Qui dicit se nosce, & amare Deum, & mandata eius non custodit, idest eius obedientiam non facit mendax est. Qui autem seruat verbum eius, idest voluntati Dei obediens est ve re in eo charitas Dei perfecta est. Tertio probatur exemplis prædicta conclusio. Maxime illius fratris inobedientis super cuius dorsum vidit beatus Franciscus diabolum qui eius collum strictum tenebat, quia cuiusdam excusationis tectus paliolo refutabat sibi impositam di sciplinam, vt refert sanctus Bonauentura in legenda eius in c. de intelligentia scripturarũ, & spiritu prophetiæ. Si ergo ꝓ vnã solã inobediẽtiam dæmon accipit dñium super inobedientẽ, q̃d de inobediẽte in multis. Certe tot dæmones habet quot inobedientias facit. Debent ergo re ligiosi non habere in se illud quod ait Persius satira. 5. Velle suũ cuiq; est. Nec illud Virgilij in bucolicis. Trahit sua quemq; voluptas. Sed in omnibus debẽt simpliciter, & bene exequi, & facere voluntatem suorum superiorum, quia non sufficit aliquid facere nisi bene fiat. c. non satis. 86. dist. in. Et perinde est non facere, & vitiose seu male facere. l. quotiens. ff. qui satisda. cogan. & l. prima. ff. si quis in ius vocan. non ierit.

3. Ratio ad idem.

QVarta lex terrenæ militiæ est vigilantia. Oportet enim milites esse vigilantes ad custodiam eorũ quibus sunt deputati, ne dormientes inuadantur ab hostibus. Vnde de præfecto vigilium dicitur. l. nam salutem. ff. de offi. præto. vi. ꝙ per totam noctem debet vigilare, & di scurrere armatus, & inquilinos admonere ne per negligentiam oriatur incendiũ. Religiosis ergo Christi militibus non sufficit tria prædicta vota obseruare, nisi etiam vigilent diligenter circa custodiã suam, obseruantes omnes portas, & aditus sensuum, quibus mors spiritualis intrat ad animam, iuxta illud Hieremiæ nono. Mors intrat per fenestras nostras. Solent enim hostes maligni incautam animam multis sagittis vulnerare, si por tas sensuum apertas eam viderint habere. Et primo per portam visus im-

Dæmones immittunt sagittas primo per portã oculorũ. mittunt sagittas concupiscentiarum. Ait enim saluator. Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo, quod etiam habetur in capitulo qui viderit. trigesimasecunda quæstio. quinta. Et ideo dicebat Dauid. Psalm. 118. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Multi namq; non custodientes visum dicere possunt. Tren. 3. Oculus meus deprædatus est animam meam. Et ideo inquit Salomon Ecclesiast. 2. Oculi sapientes in capite eius. Et Isaiæ 33. de sapiente dicitur. Claudit oculos meos ne videant malum. Per sagittam namq; visus fuit vulnerata domina Eua videns lignum ve titum quòd esset pulchrum visu. Gen. 3. Item dina quæ iuit vt videret mulieres regionis, & ideo stuprata fuit. Gene. 34. Item Dauid videns Bersabeã nudam. Et ideo adulterium commisit, secundi Regum. 11. Et Sanson videns Dalidam propter quam postea ab hostibus philistinis captus, & excæcatus fuit. Iudicum. 16. Et Holofernes videns pulchritudinem Iudith. Iudith. 10. A qua postea decollatus fuit. Iudith. 13. Secundam sagittam mittunt dæmones per portam auditus per quam intrant verba lasciua mulierum, quæ animam eneruant, & spiritum extingunt. Item adulationes, detractiones, murmurationes, opprobria, & multa alia noxia verba. Et ideo hortatur sapiens. Ecclesiastici. 18. dicens: Sæpi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Isido. etiam in sinonimis ait. Quamuis quisq; irritet, quamuis latret, quamuis criminetur, quamuis ad litem prouocet quamuis iniuriam faciat, quamuis contumelijs afficiat, tu sede, tu tace, tu dissimula, tu contemne, hæc ille. Certe cautiores sunt vulpes multis religiosis. Ipsę enim intrant foueam cum timent audire tonitruum, & nę audiant, quantum possunt pedibus aures obturant. Illi vero tonitruis malorum verborum aures patulas præbent. Tertiam sagittam mittunt per portam gulæ, quæ perducit ad luxuriam, Vnde. 44. dist. in prin. dicitur. Ventris ingluuies ad luxuriam prouocat, & omne opus bonum dissoluit. Inquit enim Hier. Venter & genitalia sibimetipsis vicina sunt, vt ex vicinitate membrorum confœderatio intelligatur vitiorum. Hinc Nabuzardan princeps coquorum muros Hierusalem destruxisse legitur; quia venter cui multitudo coquorum deseruit ædificia virtutum ad solum redigit, hæc ibi. Et ideo debent omnes refrenare gulam, quia aliter nemo potest continentiam obseruare. c. ecclesiæ princeps, cum multis capitulis sequentibus. 35. distin. Proprium est autem bestiarum solum circa commessationes & crapulas delectari. Nam Ambrosius in c. sexto die. eadem distinct. inquit. Sexto die bestiæ sunt creatę, & cum bestijs orta est edendi potestas, & vsus escarum. Vbi cibus cæpit, ibi finis factus est mundi &c. Hanc autem sagittam euitabat Metellus Romanus qui missus contra Iugurtam, statim vt castra intrauit coquos amouit, cibumq; venalem coctum proponi vetuit. Quæ disciplina multos ei triumphos peperit ex eo hoste cuius tergum sub præcedente imperatore Albino videre non contigerat. Econtra vero primi parentes nostri hac sagitta fuere percussi, & infelici vulnere transfixi in comestione pomi vetiti. Genesis. 3. Hac etiam sagitta vulneratus fuit Esau. Genesis vigesimoquinto; & filij Iob. Iob primo, & diues æpulo. Lucæ decimosexto. Quartam sagittam mittũt per olfactum rerum odorabilium, quæ alliciunt appetitum. Quam sagittam debent omnes maxime religiosi euitare diligenter sicut faciebat beatus Arsenius qui in cęlla sua faciebat effumare fœtorem magnum, afferens se libenter talia sustinere propter odorem lasciuiæ quem in seculo procurauerat corpori suo, vt tali satisfactione fœtorem infernalem euitaret. De quo dicitur Isai. tertio. Erit pro suaui odore fœtor. Quintam sagittam emittunt per tactum qui toto corpore circumfertur, & maxime custodiendus est, quia qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Ecclesiast. decimo tertio. Sicut enim adamas non domatur igne, nec ferro, & tamen si inter plumbi mollitiem collocetur malleo per cussus rumpitur. Sic nonnunquam fortissimi viri nulla tribulatione superati, nullius; aduersitatis terrore deuicti mulieris mollitię confringunt. Sicut de Leone

2. Mittunt sagittas dæmones per portam auditus.

3. Mittunt sagittã dæmones per portam gustus.

4. Sagittãt dæmones p olfatus portam.

5. Sagittat dæmon per tactum.

Exemplũ de Leone Papa

ne Papa legitur qui cum in missa populum communicaret, & fœmina quædam manum eius osculata esset, tanta eum flamma libidinis inuasit, vt pœne deficeret. Vnde finita missa manum ipsam præcidit. Sed cum tumor esset in populo eo quod missam nō celebraret summus pontifex, facta oratione ad beatam Virginem Mariam miraculose manum ipsam vt celebrare posset recepit. Sēper ergo nos moneat fratres charissimi prudentia sacerdotis illius de quo refert Greg. in dialogo. & habetur. 32. di. in c. præsbyter. Qui vxorem quā habebat funditus a se separauit, nec vnq̄ ad se accedere pmittebat, quia periculū formidabat, sed cū peruenisset ad extremum vitæ, & iam loquelā perdidisset, & sensum, mulier ad eum accessit vt videret morientem quem valde amauerat viuentem. At ille eam circa se videns, viribus recollectis in vocem prorupit di. Recede, recede mulier. Aufer paleas, q̄a adhuc viget igniculus. Quatuor etiā sagittæ sunt in sensualitate, quibus infœlix aīa vulneratur. s. amor, gaudiū, timor, & dolor. Sensualitas. n. amore inordinato afficitur de pulchra muliere, aut viro, vel de pulchra veste, libro, aut possessione, diuitijs, dignitate, honore, fauore, reputatione & huiusmodi. Et cū hęc assecutus fuerit homo gaudet, & exultat. Quo gaudio dissoluitur, & gaudendo fit vt formidet ne talia perdat, aut per rapinam, aut per infirmitatem vel mortem, aut alio modo. Et sic nascitur timor, iuxta illud Ouidij in epistolis, episto. 1. Res est sollicita plena timoris amor. Et quia mundus transit, & concupiscentia eius. 1. Ioan. 2. Oportet q̄ homo separetur a re amata. Et ecce dolor. Et sic cum istis nouem sagittis caro consurgit aduersus animam. Sed solum vno ictu lapidis aīa confœderata spiritui sancto pōt subijcere carnam. s. mortificatione proprię voluntatis. Ad cuius ictum cecidit Babilon meretrix magna. Apoc. 18.

5. Quāre religio militiæ assimilatur.

Qvinta lex terrenæ militiæ est cōstantia. Milites namq; oportet esse constantes, & fortissimos, vt nulla vi nulloq; terrore abijciant arma, neq; succumbant hostibus. Vnde dicit in. l. qui cōmeatus. §. arma. ff. de re milit. Arma alienasse graue crimen est, & ea culpa desertionem exequat. Vtiq; si oīa alienauit, sed & si partem eorum, nisi q̄ interest. Nam si tibiale aut humerale alienauit castigari verberibus debet. Si vero loricam, scutum, galeā vel gladium desertori similis est. Historiographi autem laudant, & ad cęlos tollūt illos qui fuerunt constantes, & fortes in prelio, laudatur ab Horatio Cocles eo q̄ thuscis ponte sublicio in vrbem irrumpentibus, extremam eius partem occupauit totumq; hostium agmen donec post tergum suum pons a Romanis irrumperetur infatigabili pugna sustinuit atq; vt patriam ab imminenti periculo liberatā vidit armatus se in tiberim misit, & miraculose euasit. Cōmendatur Marcellus, q̄ apud Padum gallorum regem ingenti exercitu constipatum cum paucis equitib9 inuasit, & obtrūcauit. Laudat quoq; Iudas Machabæus. 1. Macha. 3. de fortitudine. Et surrexit Iudas qui vocabatur Machabæus, & induit se loricam sicut gigas, & succinxit se arma sua bellica in prælijs, & ꝓtegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis. Et sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et de prælijs Iudæ narrabant oēs gentes &c. Similiter ergo religiosi debēt contra hostes spirituales esse fortissimi, habentes contra insidias inimici scutum fidei, anchoram spei, armaturam charitatis, loricam patientiæ, galeam orationis, & arma omnium virtutum. Quanto enim sunt in maiori culmine perfectionis tanto maioribus tentationum, ventis agitabuntur. Nam reuelatū fuit beato Francisco q̄ vnus solus dæmon vnam ciuitatem populosam tanq̄ sibi obedientē custodiebat, locus autem fratrum legionibus dæmonum coopertus erat. Oportet autem ipsos religiosos esse oculatos, vigilantes & circumspectos cōtra occultas dæmonum insidias, non minus quàm cōtra apertos insultus. Dicit enim glosa magistralis, super illud primæ Pet. 5. Circuit quærens quem deuoret. Circuit tanquam hostis obsidens muros clausos, explorans vbi per infirmiorem partem ad interiora penetretur. Offert oculis formas illicitas vt visu destruat castitatem. Aures per canora tentat, vt mol-

liat Christi vigorem, linguam conuicio prouocat vt manum ad [v]indictam iniuriantium, vel ad mortem instiget, honores terrenos promittit vt adimat cęlestes. Et cum latenter nequit fallere apertos addit terrores. In pace subdolus. In persecutione violentus. Contra quē animus debet esse tantum paratus ad resistendū, quātum ille paratus est ad impugnandū, hęc ibi. Religiosus ergo in Deo roboratus, ac de eo confidens debet dicere cum propheta. Psal. 26. Dñs illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dñs protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Si consistant aduersum me castra nō timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Recitat autem Valerius in tit. de disciplina militari q Quintus Metellus gerens in Hispania bellu, collocauerat quinq; cohortes in quadā statione, quæ hostium viribus fuerunt depulsæ. Quibus statim iussit vt eandē stationem repeterent, nō q speraret ab ipsis amissum locum recuperari posse, sed vt eos manifesto periculo puniret, edixitq; vt si quis fugiens castra petisset, pro hoste interficeretur. Qua seueritate & necessitate compressi milites, loci iniquitatem hostiumq; multitudinem superauerunt. Vnde concludit Valerius. Humanę igitur imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas.

6. In quo religio militiæ est similis.

SExta lex terrenæ militiæ est patiētia. Oportet enim milites in continuis laboribus in fame & siti, calore, & frigore, & in maximis difficultatibus esse patientes, sicut de Catilina legitur q erat patiens inediæ, algoris, & cæteris huiusmodi. Et de hoc debent dare doctrinā cæteris non solum verbo, sed etiam facto, & exemplo capitanei. l. officiū. ff. de re milit. Officium regentis exercitū non tantū in dāda sed etiam in obseruanda disciplina consistit. Similiter autē & religiosis quibus multa ardua necesse est substinere in religione debent esse roborati patientia, sicut hortatur beatus Franciscus dicens in regula de suis fratribus. Habeant patientiam in persecutione, & infirmitate &c. Quam patientiam ipse perfecte habuit qui infirmitates non pœnas, sed sorores appellabat, & patientissime sustinebat. Quidam etiam sanctus Hæremita solitus erat omni anno infirmitatem grauissimam sustinere, propter quod summopere gaudebat reputans se a domino visitari. Semel autem eum non infirmaretur flebat amarissime, per hoc dubitans se a diuina gratia destitutum.

7. In quo militiæ religio assimilatur.

SEptima lex terrenæ militiæ est perseuerantia. Nisi enim fideliter perseuerent in bello nunquā reportabunt milites victoriæ triumphum. Romani autē quia contra Carthaginenses in bello perseuerauerunt. Ideo funditus eos debellauerunt. Annibal vero eorū dux, quia post fortissimos congressus contra Romanos, conuertit se a bello ad delitias, & ad libidinem, ideo totus exercitus eius fuit infirmatus, & ipse miserabiliter occubuit. Dicit autem iurisconsultus, in l. desertorem. §. miles. ff. de re mili. l. qui ad hostē confugit, vel arma amisit, seu alienauit, capite puniatur. Hæc est vnica virtus perseuerantia, quæ coronat religiosos, & venit de virtute patientiæ, vt ait textus in c. suggestum. 7. q. 1. Religiosi aut reuertentes ad seculum figurantur per populum Israel exeuntem de Ægypto, qui postea tædio itineris desiderabat ibidem reuerti. Exo. 16. & Numeri. 14. Quidam enim religiosi etsi non corpore, tñ voluntate, & affectione redeunt ad seculū, iuxta illud. Act. 7. Auersi sunt cordibus suis in Ægyptū. Et de tali religioso conquæritur Deus. Hiere. 12. di. Tu me dereliquisti & abijsti retrorsum. Et iste est religiosus tm veste, sed non mente. Alij vero licet non retrocedant ad mortalia, tñ non procedunt in proficiendo, quia nō perseuerāt in primo feruore. Soli autem perseuerantes intrant promissionis terram dicente Christo Matth. 10. & beato Francisco in regula sua. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit transumptiue in d. c. suggestum. 7. q. 1. & in. §. quærendum, de pœni. di. 2. Ista autem perseuerantia habenda est in bono proposito conseruando. 16. q. 1. c. vos autē & mala præterita ne redeant cauendo de pœni. di. 2. d. §. quærendum, post medium, & tribulatione vsq; in finem sustinendo. 7. q. 1. d. c. suggestum. Vt enim ait Hierony. In chri-

stiano non quæruntur initia tantum, sed finis, quia Paulus male cæpit, sed bene finiuit. Iudæ laudantur initia, sed finis prodítione damnatur. Dicit quoq; dominus. Lucæ. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro aptus est regno Dei. Ille autem retro post aratrum respicit qui in incæpto bono non perseuerans ad ea reuertitur quæ reliquit de pœni.di.2.d.§.quærendum. Hanc autem perseuerantiam debemus a Deo impetrare, quia est donum Dei de pœni. di. 2.§. euidenter. Multis enim Deus dat dilectionem sui, sed non perseuerantiam de pœni.di.2.d.§.quærendum, in fine. Et potest esse causa quia ipsi eam non petunt vt debent. Multi autem bene incipiunt, qui tamen male finiunt, vt dicitur vbi supra. Non sufficit autem bene incipere nisi vsq; ad finem pseueretur.c. in cassum de pœni.di. 3. Voluntarie debemus ergo Deo seruire si volumus cum eius gratia in religione perseuerare. Quod enim voluntarie fit perseuerat, & quod necessitate, cito soluitur, de conse.di.5.c. quicquid Debemus quoq; non solum in incæptis bonis perdurare sed quotidie magis perficere. Vnde dicebat quidam doctor papiensis suis scolaribus ꝙ quotidie adiscere debebant saltem vnam rem, vel legem, & in fine anni reperirēt se didicisse. 365. Et similiter nos aliquid boni noui debemus agere quotidie, & semper ad maioris perfectionis semitam properare, sicut hortatur propheta. Psal. 85. di. Ibunt de virtute in virturē, videbitur Deus deorum in sion. Transumptiue in c.cum sanctam, de pœni.di.2. Ad istam autem perseuerantiā sæpe hortabatur fratres suos beatus Franciscus dicens illis. Magna promisimus fratres, sed maiora ꝓmissa sunt nobis, seruemus ista. Aspiremus ad illa. Breuis voluptas, pœna perpetua, modica passio, gloria infinita, hæc ille. Qui ergo ponit principium debet ponere & finem c. nullus Episcopus, de conse. di. 1. Magis enim delinquit qui inceptam causam dimittit, quàm qui nunquā ad causam venit, vt dicitur in autē. de litigi.col. 8. O igitur religiosi qui estis gloriosi milites Christi belligerantes contra mundū, carnem, & diabolum, non permittatis acies vestras ab hostibus confringi. Vos autem seculares ad campum domini nostri Iesu Christi currite, & assumpto religionis habitu in eius exercitu vos ascribi procurate.

Religio quoque est illa nauis de qua dicitur. Matthęi. 8. quòd ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius. Religio enim naui assimilatur duodecim rationibus. Primo ratione reserationis. Quia nauis est clausa versus terram, & aperta versus cęlum. Et ita religiosus ad terrena debet esse clausus, quia inquit Paulus. 2. ad Thi. 2. Nemo militans Deo implicet se negocijs secularibus, & habetur etiam in c. eijciens. 88. di. Debet autem esse aptus contemplationi cęlestium, vt dicere possit cum Paulo. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Philio.3. Ideo Col. 3. inquit idem Apostolus. Si consurrexistis cū Christo quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram. *Religio etiā assimilatur naui, de qua Mat.8. multis rationibus.*

Secundo assimilatur religio naui ratione cadauerum abiectionis. Nam nauis non potest portare corpus mortuū. Et ideo cadauera in mari proijciuntur, quia nisi ita fieret & nauis periclitaretur & homines ibi existentes inficerentur. Et similiter religio non potest tollerare malos, & qui in religione incidit in peccatum mortale, nisi cito resipiscat, ab ea apostatabit, ac alios inficiet, & destruet religionem. Et ipse in dies peior efficietur. Scriptum est enim in c. resecan de. 24. q. 3. Resecandæ sunt carnes putridæ. Scabiosa a caulis repellenda est ouis, ne tota domus massa, & corpus, ac pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, & intereant. Nam vt ait Esopus Morbida facta pecus totum corrumpit ouile. *2. Quare religio assimiletur naui.*

Tertio assimilatur religio naui ratione loci sibi congruentis, siue ratione conseruationis. Nam nauis solida conseruatur in aqua. Cum autem terram tangit frangitur, & dissoluitur. Et ideo bonus nauta cū a littore separatur quęrit loca alta, & magis profunda quæ potest. Quia quanto magis a terra fit longior, tanto efficitur securior, euirando *3. Qua ex causa religio naui assimiletur.*

vndas, & scopulos, ac alia pericula. Et similiter religiosus debet quantum potest se elongare a mundialibus, & in alto contemplationis eleuare, quia quanto magis fuerat a terrenis occupationibus elongatus tanto erit de sua salute, & conuersatione securior, & quietior. Vnde debet seruare illud. Treno. 3. Sedebit solitarius, & leuabit se super se. Quamobrem debemus quantum possumus secundum Deum in monasterio permanere, & demorari, ac rarissime exire. Quia religiosus in monasterio conseruatur, & consolidatur in omnium virtutum perfectione. Quando autem terrenis inuoluitur negocijs extra casum necessitatis, a deuotionis quiete resoluitur. Et ideo debet esse solitarius a secularibus. Vnde dicitur monachus a monos græce, quod latine vnum significat, & Achos græce quod idem est quòd tristis latine. 16. q. 1. c. placuit el. 2. Quare debet vitare hominum multitudinem. 15. q. 1. c si cupis. Nam sicut piscis extra aquam ita religiosus est extra cellam, vel monasterium. 16. q. 1. d. c. placuit.

4. In quo naui religio assimilatur. QVarto assimilatur religio naui ratione consolidationis, vel euacuationis. Quamuis enim nauis sit bene clausa, & omnia foramina obstrusa, tamẽ im perceptibili modo guttatim aqua subintrat, ita quòd nisi sentina sæpe euacuetur aquis, tantum crescerent aquæ quòd submergeretur nauis. Et similiter in religione quamuis omnia substantialia obseruentur tamen nisi claudatur via peccatis etiam minimis, faciliter ad maiora peruenitur iuxta illud Augustini in quo dam ser. Qui minima negligit, paulatim decidit in maiora. Tanta est enim humana fragilitas vt in aliqua peccata venialia quotidie corruat. Vnde Prouer. 24. dicit Salomon. Septies in die cadit iustus & resurgit, quod etiam habetur in capitulo septies, de pœni. distinctio. tertia, & Iacobi tertio dicitur. In multis offendimus omnes. Sicut ergo nauis quando habet etiam minimum foramen & non recluditur faciliter intrant aquæ magnæ, & submergunt eam. Ita quando religiosus claudit ianuam venialibus peccatis faciliter ingrediuntur mortalia. Et in hoc sensu loquitur August. quem refert magister in quarto senten. distinctio. decimasexta, dicens quòd peccata venialia si collecta circa nos fuerint ita nos grauabunt, & oppriment sicut vnum graue peccatum. Quæ verba exponens Ricard. de media villa, eadem distinct. articulo secundo quæstio. secunda, dicit quòd multa peccata venialia non equiualent vni mortali, quia deordinatio vnius peccati mortalis plus ponderat quàm centum mille venialia simul. Sed verba Augustini intelligenda sunt dispositiue, quia venialia disponunt ad mortalia, vel quia per multiplicationem in tantum posset intendi voluntas quòd quiesceret in illa deordinatione sicut in fine, sed tunc esset mortale non veniale, hæc ille.

QVinto assimilatur religio naui ratione onerationis. Nauis enim non debet esse nimis onerata ne suffocetur in aquis, & demergatur. Et non solum amoueri ab ea debet nimium pondus rerum de se multum grauium vt lapidum, metallorum, & huiusmodi, sed etiam pulueris, & aliarum rerum de se leuium, ne multiplicatæ facerent nimiam grauedinem. Similiter nauis non debet esse nimio exonerata, vel alleuiata, & vacua, quia vacillaret, & periclitaretur. Et pariformiter in religione non debet religiosus nimis onerare carnem suam austeritatibus, & abstinentijs ne infirmetur, & deficiat a pœnitentia, nec debet eam sine mortificatione, & pœnitentia dimittere ne lasciua efficiatur. Sed debito modo macerare. Ait enim Vgo de sancto Victore qui carnem suam supra modum affligit ciuem suum occidit. Si plusquam expedit alimentis reficit, hostem nutrit. Sic ergo est nutrienda vt seruiat, & sic domanda, vt superbia. Non debet etiã religiosus nimis esse oneratus exterioribus curis non solum perniciosis, sed nec etiam impertinentibus, & vanis. Nec occupati debet in exercitijs nimis grauibus, & spiritum deuotionis extinguentibus, vel ad dissolutionem *5. In quo religio naui sit similis.*

animam trahentibus. Et non debet se intromittere nisi vbi est euidens necessitas aut vtilitas in negocijs secularibus. Ait.n. Ambro.in sermone de moribus, & vita honesta. Qui curis terrenis se implicat a Domino se separat. Nemo potest amplecti Dei gratiam simul,& mundi. Difficile est cęlestibus curis,& terrenis pariter insistere. Et ideo tanquam mortuus, & sepultus nullam habeas curam de seculo,& omni terreno te priua negocio, hæc ille. Item in c. addicimus. in fi.& in c. de pęnitentium.& in c. monachi. et 2 16.q.1. Prohibentur monachi causas & negocia secularia exercere nisi pro monasterio,& cum licentia Abbatis sui. Vnde dicitur quòd monachus frequēter loquens de pecunia magis dicendus est institor quam monachus. c. si cupis. eadem. q.& causa. Nō debet tamen esse totaliter ociosus, sed semper in bonis operibus, se exercere,& virtuose ac prudenter occupare. Vnde in c. quia tua. 12.q.1. præcipitur religiosis vt diuinis officijs inuigilent. Et in cap. nunquam. de consec. dist. 5 quòd nunquam debet monachus otio vacare, sed semper orationibus lectionibusque, vel operis exercitio operam dare. Et ideo sanctus Frācisçus in regula sua ait suis fratribus. Fratres illi quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter, & deuote, ita quòd excluso otio animæ inimico sanctę Orationis, & deuotionis spiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deseruire.

6. In quo naui assimilatur religio.

SExto assimilatur religio naui ratione obeditionis. In naui enim omnes obediunt gubernatori. Et licet aliquis ibi sit in scientia, vel dignitate magnus & honorabilis, non tamen dedignatur ad eius pedes sedere. Et similiter in religione licet sit aliquis magnus generositate, vel sapiētia, tamen non videtur dedignari prælato subijci licet idiote, & vili, sicut hortatur Paulus Hæbrę. 13. Non enim debet religiosus considerare quis sit eius prælatus, sed eum cuius officio fungitur, scilicet beatum Franciscum vel alium sanctum regulæ suæ institutorem, & eum pro cuius amore se fecit subditum, scilicet Deum. Sicut ergo in naui cum patronus aliquid præcipit faciendum puta vt eleuentur vela, vel trahatur corda, omnes protinus exurgunt,& dimittunt dormitionem & cibum, ac sine mora obediunt ei,& dicunt. Factum est. Et si patronus aliquem ociosum reperiens percutit eum,& mensurat super humeros eius virgam trium brachiorum quā tenet in manu discurrendo per nauem, nullus contra eum insurgit etiam si sit magni status. Nec dicit. Cur me percusisti? Ita debent se habere religiosi cum prælato suo, nec contra eius correctiones murmurare sed ipsius mandata ad plenum obseruare. Et propterea inquit beatus Franciscus in regula sua. Recordentur fratres, quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. Sicut enim Exod. 20. dicit Deus. Memento vt diem Sabbati sanctifices. Quod verbum memento apposuit huic pręcepto,& non alijs, quia vt ait Nicol. de Lira ibidem. Qui bene sanctificat festum, seruabit omnia alia mandata. Ita ipse sanctus Franciscus præcepto obediētiæ addidit recordentur fratres &c Quia qui bene abnegauerit propriam voluntatem,& perfecte seruauerit obedientiam, omnia alia præcepta regulæ suæ obseruabit.

IN naui etiam licet aliquando reperiantur aliqui qui extra nauim erant capitales inimici, tamen ibi morantur insimul in magna pace,& vnione.

7. Quare religio naui dicatur similis.

ET ideo septimo religio assimilatur nauí ratione quæ dicitur habitantium vnionis, quia existentes in naui sunt vnanimes & simul concordant in omnibus quæ pertinent ad conseruationem ipsius nauis, laborando & præcauendo periculis ac grauamina portando. Et similiter omnes religiosi debent esse vnanimes, iuxta illud Act. 4. Multitudinis autē credentium erat cor vnum & anima vna. De quo Dauid Psal. 132. ait. Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Et Aug. in quodam sermone ad hæremitas inquit. O quàm bonū, o quam diuinum, o quàm iocundum est habitare fratres in vnum, vt vnum sit cor, vna voluntas & forma viuendi. Nam diabolus in illam domum, vel mentem intrare non potest in qua charitas dominatur. Debent autem habitare simul

Religiosi multis de caussis simul habitare debent.

mul primo quantum ad idem domiciliũ, quia Eccle. 4. dicitur. Melius est esse duos simul quam vnum solum &c. Sunt enim quatuor genera hominum libenter in societate morantium, scilicet negotiantes qui ad inuicem emolumenta acquirunt. Et ideo in prædicto c. subditur. Habent enim emolumentum societatis suæ. Item itinerantes qui auxilium sibi mutuo præbent. Et ideo dicitur ibidem. Si vnus ceciderit ab alio fulcietur. Item præliantes quia simul cõiuncti melius hostibus resistunt. Et ideo additur. Si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistẽt ei. Item dormientes, quia tempore frigoris mutuo a se frigus expellunt. Et ideo subditur. Si dormierint duo fouebuntur mutuo. Serui autem Dei sunt negociatores eius. Et ideo libenter insimul debent cõmorari, quia vnus ab vno per bonum exẽplum acquirit humilitatem ab alio castitatem &c. Item sunt itinerantes, idest ad cœlestem patriam festinantes. Et ideo si vnus cadit, alij suis orationibus & exhortationibus eum subleuare festinant. Item sunt præliantes, & ideo contra dæmones fortius inualescunt qui tantum singulare certamen desiderant, sicut desiderabat Golias Philisteus 1. Reg. 17. Item sunt dormientes, idest in lecto contemplationis quiescentes. Et ideo quando sunt plures inuicem se inflammant.

2. Ostẽditur quare religiosi simul habitare debent.

SEcundo debent religiosi habitare in vnum quantum ad affectum, & amorem, more hominum non ferarum quæ adinuicem pugnant, aut propter cibum quando non deliciose pascuntur, aut propter domicilium quando in magnis domibus non collocantur, aut propter libidinem dominandi si ad prælationes non promouentur. Boni autem religiosi sicut sunt vniti habitatione, ita & mentis dilectione. Iungit enim ipsa religio homines diuersarum cõplexionum Isa. 11. Habitabit lupus cum agno & pardus cũ hedo accubabit. Quidã enim instar lupi videntur naturaliter esse feroces. Quidã vero instar agni naturaliter mites. Alij instar pardi naturaliter astuti. Alij autẽ instar hedi naturaliter videntur inquieti. Sed istas diuersas cõplexiones amor Dei vnit. Coniungit enim homines diuersarum prouinciarum & naturarum Isa. 65. Lupus & agnus pascẽtur simul. Leo & bos comedent paleas. Siue enim sint multum audaces, vt lupi, siue parũ, vt agni. Siue nobiles instar leonum, siue ignobiles instar bouum, omnes debent vti eodem genere ciborum. Et vnus non debet superabundare illo quo alius indiget. Et eadem quantitas debet dari minori quæ & maiori. Si tamẽ omnes æqualiter sunt sani & fortes. Quia si vnus est sanus & fortis, & alius debilis, non esset equum quod fieret sors æqualis. Vnde Augu. in regula sua dicit. Non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, sed potius vnicuique sicut ei opus erit. Coniungit etiam religio homines diuersarum ætatum Isa. 11. Vitulus, leo & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Per vitulum autem intelliguntur iuniores, iuxta illud Hiere. 31. Castigasti me Domine & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus. Per ouem quæ habet palatum obscurum intelligũtur seniores. Per leonem vero robusti, & fortes qui sæpe in vno monasterio pacifice morantur, & prælatus iuuenis eis præficitur. Et ideo Augu. super prædicta verba. Ecce quàm bonum &c. ait. Istud verbum velut dulcis sonus & suauis melodia toti orbi notissimum, vt tuba spiritus sancti diuisos corpore congregauit in vnum, & monasteria plurima peperit.

Tria sunt quæ faciũt monachũ perfectum.

EStautem sciendũ quòd tria sunt quę faciunt monachum perfectum, scilicet vitæ bonitas. Et ideo dicitur. Ecce quàm bonum. Et mentis iocunditas. Et ideo additur. Habitare fratres in vnum. Quãdo autem in ipsa religione est bonitas, sanctitas, & vnitas, tunc ipsa religio est Deo gratum habitaculum, illud Prou. 12. Habitacula iustorum benedicentur scilicet a Deo. Est etiam Angelo magnum solaciũ psalmista dicente Præuenerũt principes, idest Angeli coniuncti psallentibus, idest religiosis Deum laudantibus. In medio iuuencularum, idest feruentium animarum tympanistriarum. i. corporũ mortificatorum. Est quoq; homini magnũ præsidium Prouerbio. 18. Frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Est autem diabolo magnum tormentum. Vnde de congregatio-

gregatione religiosorum dici potest Can. 6. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Iocunditas autem in religione causatur a grata societate Eccle. 25. In tribus bene placitum est spiritui meo quæ sunt probata coram Deo, & hominibus. Cócordia fratrum, amor proximoru m', vir & mulier sibi bene consentientes. Tunc namq; est grata societas quãdo fratres exterius inter se habent concordiam, & pacificam conuersationem, & intus habent veram, & non fictam dilectionem. Et ideo dicitur. Concordia fratrum, & amor proximorum. Et quando prælati habent ad subditos suos magnam beniuolentiã. Et subditi ad prælatos veram obedientiam. Et ideo subditur. Vir & mulier sibi consentientes. Per virum enim intelligitur prælatus qui debet subditos suos docere legem. Et per mulierem intelligitur subditus qui debet prælato suo humiliter obedire. Vnitas autem in religione causatur, ex eo quod materia diuisionum inde aufertur. Diuisiones enim & discordiæ causantur ex auaritia primæ ad Thim. 6. Radix omnium malorum est cupiditas. Item ex superbia Prouer. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Item ex carnali concupiscentia Iacobi 4. Vnde bella, & lites in vobis? Nonne ex cócupiscentijs vestris quæ militant in membris vestris? In religione autem est votum obedientiæ. Et ideo non debet ibi esse diuisio ex radice superbiæ. Est etiam votum castitatis. Et ideo non debet ibi esse diuisio ex radice carnalis concupiscentiæ. Item in ea est votum paupertatis. Et ideo non debet ibi esse diuisio aliqua ex radice auaritiæ.

8 In quo religio naui assimiletur

OCtauo assimilatur religio naui ratione cibationis. In naui enim non requiritur cibus, vel potus delicatus, sed necessarius. Nec lata mensa sed arcta. Nautæ enim sæpe pane biscocto, & aqua sunt cóntenti. Et pariformiter in religione non debent quæri delicata cibaria, sed necessaria, non lata sed arcta. Et idem dicendũ est de vestitu & reliquis, quia arcta est via quæ ducit ad vitam Matthæi. 7. Et ideo dicebat Paulus 1. ad Thimo. vlt. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti sumus.

NOno religio æquiperatur naui ratione situationis. Nauis. n. in principio & in fine est stricta, sed in medio est lata. Et similiter vita religiosa in principio videtur stricta, & arcta propter inexperientiam & tentationum frequentiam. Vt enim inquit Gregorius de vanis mundanis. Diabolus illos tentare negligit quos quieto iure se possidere sentit. Sed cum ad religionem tales veniunt volentes animam suam de manu diabolica liberare & eripere, ac ad Deũ pro ipsius animæ recuperatione interpellare, dæmones volentes possessionem ipsam retinere, se opponunt, & omni via qua possunt illos impedire conantur. Talis quoque vita in fine videtur stricta, videtur stricta, quia tunc religiosis grauiores diabolus tentationes ingerit cum eos morti appropinquare conspicit vt ait Gregor. Item est stricta propter strictam rationẽ reddendam 2. ad Cor. 5. Omnes vos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; prout gessit in corpore, siue bonum siue malum. In medio autem est lata propter charitatem diffusam Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus vestris. Vnde psalmista ait Deo. Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. *9. In quo naui similis sit religio.*

DEcimo assimilatur naui religio ratione fabricationis. Nauis enim propter istum finem fabricatur vt hominem per pelagus ad portum perducat. Et similiter religio ideo est instituta vt hominẽ in pelago huius seculi fluctuantem, ad portum patriæ cœlestis adducat. Et sicut homo in naui existens dormiendo, comedendoq; & quiescendo semper vadit ad portum. Sic verus religiosus dormiendo vadit ad Cœlum. Nam secundũ Gregorium somnus sanctorum non vacat a merito. Ideo enim dormiunt vt ad laudandum Deum fortiores assurgant. Imo & ipsa sanctorum somnia aliquando sunt meritoria dicente Deo psalmista. Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Reliquiæ enim cogitationum sunt somnia quæ sanctis viris accidunt ex bonis meditationibus quas vigilando habuerunt. Quę quidem Deo faciunt magnum festum. Similiter comedẽdo vadũt ad *10. In quo nauis sit similis religio.*

ad Cœlum. Ideo enim comedunt vt sint fortiores ad seruiendum Deo 1. ad Cor. 10. Siue manducatis, siue bibitis omnia in gloriam Dei facite. Similiter quiescendo vadunt ad Cœlum. Ideo enim quiescunt vt sint fortiores ad laborandum, Sicut. n. mali vtuntur sua fortitudine ad malum, iuxta illud Isa. 5. Veh qui potentes estis ad bibendum vinum &c. Sic boni ea vtuntur ad bonum. Et ideo dicebat psalmista Deo. Fortitudinem meam ad te custodiam.

11. In quo religio naui assimilatur.

VNdecimo assimilatur religio naui, ratione gubernationis. Nauem enim regit, & gubernat nauclerus a posteriori. Pars autem posterior hominis est mors. Nauclerus vero est meditatio mortis q̄ habent quasi continue veri religiosi. Clamat igitur iste nauclerus ad auaros ne ament diuitias, quia non portabunt inde nisi vilissimum saccum consui super cutem meam. Clamat ad voluptuosos vt dimittant delitias, quia eorū caro cito erit cibus vermium Iob 21. Simul in puluere dormient, & vermes operient eos. Clamat ad superbos vt dimittant ambitiones suas, quia illi qui volunt eleuari sup alios per elationem, cito bestiæ super eos ascendent per conculcationem Eccle. 10. Cum moritur homo hæreditabit serpentes, bestias & vermes.

De quatuor ventis agitātibus & impellentibus nauem religionis.

NOtandum autem quòd istam nauē quatuor venti tentationum impellunt, & agitant. Nam quosdam religiosos exagitat vanagloria. Et iste est ventus qui flat ab oriente, quando, scilicet habent vanamgloriam, aut quia sunt orti de magno genere, aut quia habent lumen magnæ scientiæ, aut quia sunt in aliqua magna prelatione. Quosdam exagitat carnalis concupiscentia. Et iste est ventus qui flat ab occidente, idest a carne quæ quotidie tendit ad occasum, & istum ventum valde timent serui Dei. Quosdam exagitat auaritia, & iste est ventus qui flat a meridie, scilicet auster terrenæ pſperitatis. Quosdam vero exagitat accidia, & iste est ventus qui flat a septentrione, scilicet aquilo frigiditatis. Idest accidiæ & torporis, siue ventus aduersitatis & tribulationis. De quibus ventis exponi potest illud Dan. 7. Videbam in visione noctis. Et ecce quatuor venti pugnabant in mari magno. Et illud Matthęi 8. Et ecce motus magnus, scilicet ventorū, factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Erat enim ventus contrarius eis. Marci 6.

Quatuor facere debet tentatus.

IMminente igitur tempestate tentationis quatuor facere debet tentatus. Primo proijcere onus, scilicet cupiditatis & peccatorum iuxta illud Hæbræ. 12. Deponentes omne pondus & circumstans nos peccatum &c. Vnde dicitur Ionæ 1. Miserunt vasa quæ erant in naui in mare vt alleuiaretur nauis. Secundo vellum elationis debet deponere, & in imo humilitatis manere, quia venti celsa exagitant & infima non inquietant, iuxta illud Ouidij. Perflant altissima venti &c. Et Oratius in odis lib 2. ait. Sæpius ventis agitatur ingens Pinus, & celsæ grauiore casu decidunt turres, feriuntq; summos fulgura montes. Et Criso. dicit q̄ rami, q̄ in alto sunt sæpe a ventis franguntur. Qui autem sunt in imo securi consistūt. Sicut ergo imminente tempestate exclamat patronus nautis. Ita ego dico omnibus superbis 1. Petri 5. Humiliamini sub potenti manu Dei. Ait enim propheta Psalmo 134. Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum & liberauit me. Tertio anchoram spei debet in Deum figere Hæbrę. 6. Confugimus ad tenendam propositam spem quam sicut anchoram habemus tutam & firmam. Quarto ad Deum & sanctos debet refugere, sicut legitur. Matthæi 8. quòd cum discipuli essent in periculo naufragij dixerunt Domino Iesu. Domine salua nos, perimus. Et Matthæi. 14. dicitur quòd Petrus cum cępisset mergi exclamauit dicens. Domine saluum me fac. Et continuo Iesus extendens manum appræhendit illum &c.

12. In quo religio naui assimilatur.

DVodecimo assimilatur religio naui ratione baiulationis siue deportationis. Nam nauis baiulat, & portat diuersas merces, scilicet viles, & preciosas. Et in ea sunt multa exercitia. Et similiter in religione diuersa sunt officia. Et sicut omnes qui sunt in naui ditantur de mercibus

bus eius, tam vilibus, quàm praeciosis ve niunt ad portum, ita in religione omnes bene facientes officia sua tam vilia quàm honorabilia cum maximo praemio ditantur in coelesti regno, si vsq; in finem perseuerant. Et ideo de religiosis potest dici Iob 9. Quasi naues poma portantes. Et de religione dici potest illud Prouer. vlt. Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum. Sicut etiam si nauis periclitetur magis damnificatur qui sunt in naui, ita illi qui male conuersantur in religione maius interitũ recipiũt in inferno. Ad quod facit capitulum si Paulus. 32. questio. 5. Vnde dicit Augustinus. in capitul. quantumlibet. 47. distinctio. Religiosi deficientes sunt pessimi, perseuerantes optimi. Accidite ergo o iuuenes non coniugati in istam nauiculam religionis, si vultis peruenire ad portum salutis.

Tribus rõnibus iuuenes nõ cõiugati debe- rẽt religiosi effici.

HOc autem debetis facere tribus rationibus. Prima autem dicitur cessationis. In religione enim melius potest quis abstinere a vitijs, & virtutibus insudare quàm in seculo. Et hoc probatur per illam regulam vulgarem, quod cessante causa cessat effectus. 2 Phisico. & 2. de genera. & capitul. cum cessante. de appel. & capitul. cum infirmitas. de poeni. & re. Causae autem propter quas in seculo tot peccata committuntur. Licet sint multae tamen octo inter alias principaliores existunt ad alias reducuntur.

PRima est nimia comestio, potatio, & dormitio, ac plumarum sensualitas.

SEcunda est otium quod secundum Bernardum in quodam sermone est mater omnium vitiorum, & nouerca virtutum.

TErtia est conuersatio cum mulieribus. Vnde Hierony. in testamento suo inquit. Ego quod si cum viris foeminae habitauerint viscarium diaboli non deerit. Si alligauerit quis ignem in sinu suo, vestimenta eius non comburentur? Aut siquis ambulauerit super carbones ignis pedes suos non comburet? Ideo Ecclesiast. 9. dicitur. Auerte faciem tuam a muliere compta, quia propter speciem mulieris multi perierunt.

QVarta causa est locutio & auditio de rebus vitiosis ac prouocantibus ad peccata. Vnde Ambro. in sermone de moribus & vita honesta. ait. Vanus sermo cito polluit mentem. Et facile agitur quod libenter auditur.

QVinta causa est mala societas Psal. 17. Si cum bono bonus eris. Si cũ peruerso peruerteris. §. quid ergo. ff. de edil. edic. & in §. cogitandum. in fine. in auten. de mona. Vnde Amb. ait. Periculosum est cum his qui male viuunt sociari. Melius est malorum odium quàm consortium. Et ideo socios tibi bonos coniunge. Quia si fueris socius conuersationis, eris & virtutis. Eccle. quoq;. 12. dicitur. Qui communicauerit superbo induet superbiam.

SExta causa est administratio rerum tẽporalium, de qua Amb. vbi supra ait. Nullus sine peccato terrenas res administrat. Valde rarum est vt qui diuitias possidet ad requiem tendat.

SEptima causa est obliuio Dei Psal. 9. Non est Deus in conspectu eius, inquinatę sunt vię illius in omni tempore.

OCtaua est mala dispositio, & incontritio. De qua inquit Hiero. ad Fabianum diaconem. Nihil tam repugnat Deo sicut cor impęnitens, hoc solum crimen est quod veniam consequi non potest. Et super Isaiam idem ait. Nihil sic offendit Deum sicut erecta ceruix potest peccata, & ex desperatione contemptus.

Peccatorũ cãe cõiter in religione cessant.

HAec autem causę peccatorum cõmuniter cessant in religione, vt patet intuenti vitam religiosam quę penitus est sequestrata a prędictis. Vnde boni religiosi semper seruiunt Deo, ac si essent coram eo pręsentes facie ad faciẽ. Et ideo verificatur illud Psal. 15. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, qm̃ a dextris est mihi ne commouear. Et licet aliquando in religione reperiantur aliqui implicati in praedictis causis peccatorum c. quantumlibet. 47. dist. Tamen in communitate cessant. Et ideo cum vnus casus non faciat regulam. Et vis singulare non

re non sit trahendum ad consequentiã.l. quod vero contra.ff.de legi. loquendo de communitate religiosorum dico quòd cessante in eis causa effectiua peccati, cessabit etiam effectus. Et ideo sicut seculari est magna difficultas abstinere a peccatis mortalibus quia moratur in medio causarum peccati qui enim in medio fornacis ardentis moratur, non potest non sentire calorem. Ita econtrario, religioso est facilimum abstinere ab omnibus peccatis mortalibus, quia est abdicatus, & sequestratus a causis omnium peccatorũ, & est positus in Paradiso terrestri sanctæ religionis & potest dicere quòd habet aram Paradisi. Vnde religio vt supra diximus dicitur quasi regis visio. Cũ religiosis enim habitat Deus. Nam si vbi duo vel tres congregati fuerint in medio eius ibi est in medio eorum Matth. 18. Quanto magis vbi est tanta seruorum Dei congregatio? Ideo sancta religio figuratur p illam scalam quam vidit Iacob Gene. 28. stantem super terram, sed cacumine suo vsq; ad Cœlum pertingentem. Per quam ascendebãt & descendebant Angeli. Cui scalæ Dominus inhærebat. Vnde ait. Vere Dominus est in loco isto. Et nõ est hic aliud nisi domus Dei, & porta Cœli. Bernardus quoq; in meditationibus suis inquit. Ad religionem vocari est ab inferni porta reuocari ad portam Paradisi adduci.

2. Rõ psuadẽs iuueni bus nõ cõiugatis ingressum rẽligionis.

Secundo debetis intrare religionem ratione maioris meriti, & remunerationis. Maius enim meritũ acquirit religiosus per quæcunq; opera sua, quàm secularis faciens eadem opera. Et hoc probatur. Primo ratione vocationis. Secundum enim omnes theologos in 4. dist. 38. maxime Ricar. ibidem ar. 6. q. 2. & canonistas in c. licet de voto. & ibi glosa & Tho. 2 2. q. 88 artic. 6. & sanctum Bernardinum in suo dialogo de religione. Maius est meritum facere, aliquid boni ex voto sicut faciunt religiosi, quàm sine voto sicut faciunt seculares. Et dimissis multis rationibus per prefatos doctores adductis ad probandam hanc veritatem. Etiam potest probari sic. Qui facit duas voluntates Dei magis meretur datis paribus, q̃ qui vnam solam facit, quia duo vincula magis ligant, quàm vnum, vt notatur in §. penul. in auten. de consan. & vte. fra. & §. si verbo. insti. de adop. & l. 6. C. de edic. diui. adri. tol. Sed ille q facit aliquid boni ex voto implet duas voluntates Dei, scilicet in vouendo, & reddẽdo quod vouit. Cum dicat Dominus per prophetam Psal. 55. Vouete & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius affertis munera. Ille autem qui facit aliquid sine voto, solum implet vnam voluntatem Dei in benefaciendo. Ergo non tantum meretur. Item glosa super dicta verba. Vouete &c. ait, quod vouere est consilij diuini, sed Deus non consuleret nisi melius & perfectius bonum ac maioris meriti, ergo &c Et prædictis non obstat si diceretur, quòd in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff de adi. lega. Et quod nullum est bonum nisi voluntarium c. præsens clericus. 20. q. 3. Vnde Paulus. 2. ad Cor. 9. inquit. Vnus quisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem. n. datorem diligit Deus. Ex quibus videtur quod secularis qui sponte & sine aliqua voti obligatione vel necessitate facit aliquod bonum, magis mereatur quàm religiosus illud faciens coactus necessitate & obligatione voti. Quia respondetur secũdum Ricar. vbi supra quòd prædicta de necessitate, intelliguntur de necessitate coactionis & violentiæ, & de illa ad quã quis deuenit contra vel præter voluntatem suam. Non autem de illa ad quam voluntarie peruenit secundum voluntatem & cõsilium diuinum, vt rem ei magis gratam faceret sicut est in proposito nostro quia talis necessitas auget meritum. Vnde Augu. in epistola ad Armentarium & Paulinam ait. Fœlix necessitas quę ad meliora compellit. Et loquitur de necessitate voti explendi. Præterea verus religiosus omnia opera sua facit per obedientiã vt infra dicetur. Obedientia vero perfecta, & vera, ac necessaria bono religioso est voluntaria & hilariter facta, vt paruit supra sermone. 9. huius partis, parte. 2. L. la 2. ergo omnia quæ verus religiosus facit sunt voluntaria dupliciter. Primo ratione voti voluntarie emissi, propter quod omnia facta dicuntur voluntaria, quia talis religiosus se voluntarie obligauit

Ex his oñ habere poteris excellẽtia religionis.

gauit

gauit per votum ad illa peragenda. Secunda ratione ipsius actus tunc voluntarie facti, & executioni demandati, vt votum ipsum obseruetur. Et consequenter opera religiosorum hac ratione dici possunt magis voluntaria quàm opera secularium, & ideo magis meritoria. Secundo nõ obobstat si quis dicat quod bonum tanto est melius, quanto cõmunius est, & quanto pluribus, & magis prodest. 3. Topi. & 1. Ethic. Sed status secularis habet plura exercitia virtutum quæ non potest habere religiosus. Et pluribus prodest, & communitatibus vtilis est. Religiosus vero sibi soli. Nam seculares maxime diuites facere possunt pietatis & charitatis opera, quæ non possunt facere religiosi nihil habentes. Si multa seculares suis consilijs, & gubernationibus regunt mundum, & tenent patrias in pace, sicut principes, & doctores, ac milites, & defendunt orphanos, ac vi oppressos, atq; cunctis administrant iustitiam, & multa huiusmodi peragunt quæ non faciunt religiosi. Dicit autem Paulus 2. ad Cor. 9 Qui parce seminat, parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Ergo &c. Quia respondetur quòd imo etiam religiosus per eadẽ opera meretur sicut secularis, quia donat Deo cor & affectum sicut secularis donat rẽ. Deus enim cor interrogat non manum. 14. q. 5. c. si quid. Nec considerat quid fiat 15. q. 6. c. 1 in fine. Præterea religiosi suis confessionibus & prædicationibus atque orationibus sunt causa vt omnia prædicta bona opera fiant in mundo, & quòd vitia relinquantur. Vnde orante Moyse vincebat populus Israel hostes suos quo desistente a prece perdebat Exo. 17. Vt enim inquit Augustinus in libro de salutaribus documentis, per orationes sanctorũ & seruorum Dei omnia nobis vtilia tribuuntur a Domino, & cuncta noxia fugantur. Sicut ergo qui causam mali dat, ipsum malum fecisse videtur. c. si culpa. de iniu. & dam. da. & l. qui occidit. § in hac. ff. ad legem Aquil. Ita religiosi qui prædictorum bonorum causa sunt, ipsa bona facere censentur arguendo a contrario sensu per legem primam §. huius rei. ff. de offi. eius cui man. est iuris. Immo omnia bona quæ particulariter faciunt

Alterius obiectionis dilutio.

mundani, generaliter censentur facere religiosi. Non obstat tertio si dicitur quòd cum virtus sit circa bonum & difficile 2. Ethi. quanto difficilius est benefacere, & abstinere a peccatis in seculo quàm in religione tanto est virtuosius & consequenter magis meritorium, quia respondet Ricard. vbi supra quòd illa difficultas benefaciendi in qua quis voluntarie se ponit non auget meritum, nec facit opus magis virtuosum, nec de ipsa intelligit philosophus, sed de difficultate non procurata. Imo est oppositum, quia quanto magis quis procurat facilitatem bene operandi & fugiendi vitia, & euitat difficultatem ac pericula, tanto magis meretur. Secularis ergo qui sponte stat in seculo in quo nouit difficultatem bene operandi & euitandi peccata & pericula multa, de quibus loquitur Paulus 2. ad Cor. 11. dicens. Periculis fluminũ, periculis latronũ &c. non magis meretur quàm religiosus, qui elegit viam securiorem. Nam sicut tutius est esse in portu quàm in medio pelagi, sic securius est esse in religione quàm in seculo. Ad prædicta etiam addi potest illud quod dicitur Eccle. 3. Qui amat periculum peribit in illo. Et illud quod dicũt iura. s. quod illi non succurritur qui se in necessitate posuit. l. si mulier. in princ. ff. quod met. cau. & l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda. co. Et prædicta confirmantur per argumentum Ricardi vbi supra qui ait, quod cũ Deus acceptet opus propter operantem, quanto operans est ad eius seruitium specialius dedicatus, tanto magis Deo sunt accepta eius opera. Talis autem est religiosus. Ergo &c. Item dicit quòd opus tanto est maioris virtutis, ac magis meritorium, quanto est imperatum a superiori virtute, sed võtum est actus latriæ, ergo opus ab eo imperatum, est maioris meriti, quàm nõ imperatum. Et consequenter concluditur quòd maius præmium consequitur faciens aliquid ex voto quam sine voto. Ideo dicit Anselmus in lib. de similitudinibus, quod sicut maius est donum si aliquis donet totam arborem cum fructibus in perpetuum nascituris, quam si retineret in se dominium arboris, & solum donaret fructus annuatim. Ita maius donum, & consequẽter maius meritum est donare Deo

Cõfirmatio prædictorũ

corpus

corpus & animam cum omnibus operationibus futuris sicut faciunt religiosi, quàm solummodo aliquas operationes seruaro dominio proprię voluntatis sicut faciunt seculares.

2. Rō pbāt religiosū ī oībus suis opinionibus magis mereri secularibus, licet totū mūdū p amore Dei darent.

SEcundo probatur idem ratione abnegationis, pbo quòd religiosus in qua libet minima operatione sua, etiam dormiendo, comedendo, & quiescendo magis meretur quàm secularis etiam si totum mundum pro amore Dei pauperibus erogaret. Nam religiosus facit omnia opera sua per obiectam, vel actualem, vt puta quia regula hoc sibi præcipit vel p̄larus. Vel interpretatiuam, puta, qa credit hoc placere prælato suo quod facit. Aliter non esser bonus religiosus si faceret scienter aliquid vel minimum contra expressam voluntatem vel tacitam prælatorum vel si cum aliquid facit non est paratus dimittere illud si non placeat prælatis. Et hæc probantur per capitulum cum ad monasterium. de sta. mona. juncto.c.monachis.20.quęstio.4. Ergo in omnibus operationibus suis offert, & sacrificat Deo propriam voluntatem per obiectam. Obedientia autem est propriæ voluntatis sepultura vt ait Gregorius vltimo mora. di. Obedientiam iure victimis præponitur, quia per victimas aliena caro: Per obedientiam vero voluntas propria mactatur transumptiue in capitul. sciendum.8. quæstio. 1. Propria autem voluntas est inextimabilis.l. libertas.ff de regulis iuris. & §. sed cum libertas.institu.qui & quibus cau. ma nō possunt. Vnde Esopus inquit. Non bene pro toto libertas venditur auro. Hoc cœleste bonum præterit orbis opes. & in l.infinitam ff de regulis iuris dicitur. Infinita est extimatio libertatis. Et ideo cōcluditur ex prædictis, quòd religiosus magis meretur in quacunque bona operatione, in qua donat Deo propriam voluntatem & libertatem quàm secularis etiam in maximis bonis operibus ex propria voluntate factis.

Ostēditur tā gratū eē do

VNde dico secundum sententiam sancti Thom. 2. 2. quæstio. vlt. artic. 3. circa finem, quod religiosus tantum facit donum Deo in sua professione quòd consequitur indulgētiam plenariam omnium suorum peccatorum a pœna & a culpa. Quod sic probatur. Nam secundum sententiam omnium theologorum in 4. distinctio. 15. Aliquis posset tot elemosynas deuote facere quòd mereretur indulgentiam plenariam omniu suorum peccatorum, iuxta illud Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Et Eccle. 3. Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna peccatum. & Lucæ 11. dicit Saluator Date elemosynam, & ecce omnia mūda sunt vobis, transumptiue in capitul. quia tna 12. quæstio. 1. & in capitul. decimas. 16. quæstio. 1. Dum igitur dicit omnia, concludit propositum, quia qui totum dicit nihil excludit. l. a procuratore. C. man. Quibus præsuppositis dico, quòd si aliquis deuote dando omnia temporalia amore Dei, recipit indulgentiam suorum peccatorum, ergo multo magis religiosus qui in professione sua omnibus temporalibus quæ habet & habere in posterum potest renunciat, imo etiam omnibus rebus mundi & illas Deo donat. Et insuper facit eleemosynam de corpore suo, & illud offert in sacrificium Deo. Quod quidem corpus est preciosius cunctis opibus. l. penul. ff. si quadru. pau. fe. di. & l. secunda. ff. ad legem Rode iac. Sed vltra corpus etiam donat animam suam quæ est preciosior non solum omnibus terrenis, sed etiam cunctis corporibus humanis. capitul. sedulo. 38. distinct. capitul. solite. de maioritate. & obedien. capitul. cum infirmitas. de pœniten. & remis. & l. sancimus. C. de sacros. sanct. eccle. Ergo absque dubio religiosus donans Deo corpus & animam, & omnia opera quæ vnquam faciet, omnibusque mundialibus renuncians amore eius, & se totaliter emancipans diuinis seruitijs, meretur indulgentiam plenariam omnium peccatorum. Cum hæc sit maior satisfactio, & pœnitentia quę possit fieri in hoc mundo pro peccatis 33. quæstio. secunda, capitul. admonere. cum glosa.

mū religiosis Deo ī pfessione factū, qd cōsequuntur pp hoc īdulgentiā plenariā culpæ & pænæ.

Prædicta

Cõfirmatio iã dictorũ.

PRædicta quoq; sic confirmantur. Per martyrium acquiritur remissio omnium peccatorum.c baptismi vicem.& c. cathecuminum de conse.di.4.& c.firmissime. 15. q. 1. Sed quando aliquis facit se ꝓfessum efficitur seruus, et cõsequenter moritur spiritualiter. Nam seruitus morti comparatur.l.seruitutem. ff.de reg.iu. §.si vero.in anten.de nup.& l.cum hic status.§. si donator. ff. de dona. inter vi. & vxo.& l.intercidit.ff.de condi. & dęmon. Ergo sine dubio est dicendum ꝙ consequtur remissionem omnium peccatorum. Nam illa mors spiritualis est fortior corporali,cum hoc martyrium spirituale,& continuum ac longum quod pro Deo sustinet sit efficacius transitorio,& breui ꝙ passi sunt multi martyres. Ideo in vitis patrum dicitur ꝙ professio religionis habet vim baptismi. Quod cõfirmat Bern. in libro de præcepto & dispensatione,di. Audire vultis a me vnde inter cætera pęnitentiæ instituta monasterialis disciplina meruerit hanc prærogatiuam, vt secundum baptismũ nũcupetur? Arbitror ob perfectam mundi abrenunciationem, ac singularem spiritualis vitæ excellentiam, quæ præeminens est vniuersis humanæ vitæ generibus. Huiusmodi.n.conuersatio professores,& amatores suos Angelis similes,dissimiles hominibus facit, configurans nos Christo ad instar baptismi,hæc ille.

Quãdo religiosus recordatur se fecisse ꝓfessionẽ,& cõsẽtus est tunc cõseqtur indulgentiam plenariam.

SEd fortius dico scd'm sententiã S. Ber. in quodam sermone, ꝙ semper quando religiosus recordatur se fecisse professionem,& de hoc est contentus,ac de nouo eam faceret si non fecisset, qualibet vice consequitur indulgentiam plenariam. Et probatur sic.Quamuis Deus sit æqualiter iustus,& misericors, quia in infinitum habet omnes virtutes, tamen magis exercet misericordiam dum viuimus q̃ iustitiam,dicente propheta Psal.144 Suauis Dominus vniuersis & miserationes eius super omnia opera eius.Facit lex Arrianus.ff de act. & obl.& l. fauorabiliores ff.de reg.iur quòd faciliores ac fauorabiliores sumus ad absoluendum, quàm ad condemnandum. Et ipse ponit Alex. de Ales.in 3.parte summæ,in explanatione decalogi,ꝙ si hoc faciunt homines pleni iniquitate,& impietate, quid de Deo dicemus cuius misericordia plena est terra? Facto hoc fundamẽto sic infertur. Homo qui post peccatum est contentus de peccato, & paratus rursus facere si posset, quamuis amplius non possit illud cõmittere,tamen Deus dat ei tot gradus pęnę ratione huius malę volũtatis,quot prius dederat quando peccatũ actuale cõmisit, vt ait Alex.de Ales in 3.parte summæ,in tractatu de prohibitione cõcupiscentię. q.2.Et ratio est quia mala voluntas apud Deum pro facto reputatur. c homicidiorum.c.omnis.c.nunquid.c.noli.& c.si propterea.de pęni.di.1. Ergo quotiens aliqs facit vnum bonum opus, & postea contẽtus est de eo, & rursus facerer si posset, quamuis non possit amplius illud facere, Deus dabit illi tot gradus meriti, & præmij essentialis ratione huius bonæ voluntatis,quot prius dederat quando bonum illud fecit, quia bonum est potentius malo.1.Ethi Cum ergo in professione acquirat religiosus indulgentiam plenariam omniũ suorum peccatorũ vt supra patuit. Concluditur ꝙ etiã quotienscunq; se contẽtũ reperit, ꝙ eã fecit,& rursus ipsam faceret si non fecisset, eandem indulgentiam plenariam absq; dubio consequitur,quam in professione habuit.

3. Rõ religionis ĩgressum persuadens.

TErtio debetis intrare religionem ratione cõsolationis. Quanta.n.sit suauitas & dulcedo Deo fideliter, ac deuote seruire nõ potest quis intelligere nisi expertus. Dic mihi o mundane,quæ est maior afflictio quam habeas in seculo? Profecto est illa de qua Augu. inquit in lib. de vera innocentia. Nullæ sunt grauiores Cruces in vita ista, quàm mala conscientia.Et idem in c.paratus.23.q.1.ait.Nihil est infœlicius infœlicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut interior hostis roboratur.Sed interroga religiosos,quæ sit maior eorum consolatio.Et profecto respondebunt 2.ad Cor.1.Gloria nostra hęc est testimonium conscientię nostrę.Vt.n.ait Aug. in quodã sermone. Bona cõscientia tranquillum facit hominis animum.

Maior consolatio ĩhac vita poßibili est bona voluntas.

HÆc igitur est maior cõsolatio quã habere quis possit in hac vita.s. habere bonam voluntatem, & conscientiam ab omnibus vitijs purificatam.Vnde decantabant Angeli in Natiuitate Christi dicentes

centes Luc. 2. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Et ideo exclamat Bern. in quodam sermone dicens religiosis. Multi vident Cruces nostras, sed non vident vnctiones. O quã bonus es Domine animæ quærenti te, Si quærenti, quanto magis inuenienti? Si tam dulcis est memoria, qualis erit præsentia? Si mel & lac est dulce sub lingua, quale erit supra linguam? Idem quoq; in lib. de vera religione ait. O iugum sancti amoris, quàm dulciter capis, quàm gloriose illaqueas quam suauiter præmijs, quàm feliciter vris, quàm fortiter stringis, quàm delectabiliter oneras, & quàm sapienter erudis. Felix amor ex quo nascitur strenuitas morum, puritas affectuũ subtilitas intellectuum, desideriorum sanctitas, operum claritas, virtutum fœcunditas, ac meritorũ dignitas, hæc ille. Quę omnia sciens Dauid dicebat Psal. 26. in psona cuiuslibet boni religiosi. Vnam petij a Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Et Psal. 83. dicebat Deo. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Et ibidem. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quã habitare in tabernaculis peccatorũ. Quia melior est dies vna in atrijs tuis sup millia. Considerans quoq; Dauid consolationem quam habent religiosi in seruitio Dei exclamat Psal. 30 Quã magna multitudo dulcedinis tuæ Domine q̃ abscondisti timentibus te. Et Psal. 36. iterum dicit. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorũ multas. O fratres mei religiosi beati vos qui in domo Domini habitatis die ac nocte. Non. n. fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis Psal. 147. Gaudete igitur quia nulla est maior dignitas, q̃ Deo seruire, cui seruire regnare est, vt ait Ambr. in quadã homilia. Exultate vos qui a iuuentute vestra estis Domini seruitium ingressi. Scriptum est. n Tren. 3. Bonum erit viro cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua. Profecto nos dicere possumus illud Psal. 123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

Vere pfecti in hac vita

O Religiosi iubilate quia domus vestra est fundata supra firmã petram. Nihil. n. est quod ita nequeat occasui subiacere, q̃ vera religio, vt dr̃ in epistola inter claras. C. de sum. Tri. & fid. ca Profecto vt dicunt quidam. Nullus homo in hac vita est vere perfectus nisi boni religiosi. Christus. n. dixit adolescẽti qui oĩa præcepta seruauerat Si vis pfectus esse, vade & vẽde oĩa q̃ hẽs, & da pauperibus: & veni sequere me Mat. 19 Ergo quantũq; seruasset oĩa mandata erat scd̃m qd inspectus. Et io fratres mei postq̃ tantã gratiã recepistis: nolite ea amittere: sed seruate illud qd̃ ait angelus Loth. Gen. 19. Noli respicere post tergũ tuum ne, & tu simul pereas. Vñ vxor eius retro aspiciẽs ĩ statuã salis conuersa est vt ibidẽ dr̃. Iõ ait deus oibus religiosis Isa. 42 Ne memineritis priorũ, & antiq̃ ne intueamini. Noli te ergo esse sicut ille de quo dr̃ Iob. 24. Dedit ei deus locũ pœnitẽtiæ: & ipse abutitur eo in superbia. Non igit̃ debetis esse negligentes in dei seruitio. Scriptũ est. n. Hiere. 48. Maledictus qui facit opus dñi fraudulẽter, & desidiose Sicut. n. boni religiosi sunt pfectissime: & meliores hoĩes mundi. Ita mali, sunt pessimi: & figurati in ficis: de qbus dr̃ Hie. 24. q̃ ostẽdit deus Hieremię duos calathos plenos ficis: & vnus calathus habebat ficus bonas nimis. quæ comedi non poterant. Et dixit ei. Quid tu vides Hieremia. Qui respõdit. Ficus bonas bonas valde: & ficus malas malas valde, quæ comedi non possunt eo q̃ malę sint. Et sic est de religiosis. Ideo ait Ber. in quodam sermone. Melius est gratiam dei non cognouisse: q̃ post acceptam retroisse. Et iterum dicit. In religione non progredi retrogredi est. Hieron. quoque ad Eustochium, & habetur. 32. q. 5. c. si Paulus ait Rectius fuisset hominẽ subiisse coniugium, & ambulasse per plana: q̃ ad altiora tendentem in profundũ inferni cadere. Et loquitur de malis religiosis.

sunt religiosi.

Seqtur hortãdo religiosos, & pĩipue minores.

O Igitur fratres mei profecto exultare debemus quia si nostrã propriã voluntatem abnegauerimus: absq; dubio infernales penas euademus. In quibus vt ait Ber. non cruciatur nisi propria volũtas. Debemus ergo imitari patrem nostrũ seraphicum Franciscum qui vt ait sanctus Bonauentura in legenda eius. Propone-

ponebat quotidie se ingentia facturum. Dicamus itaq; omni die cum psalmista. Et dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. Seruemusq; illud eiusdé prophetæ. Ibunt de virtute in virtutem videbitur Deus Deorum in Syon. Et tunc poterimus dicere Domino Gen. 31. Die noctuq; æstu vrebar & gelu fugiebatq; somnus ab oculis meis. Sic in domo tua serui ui tibi.

Religionis laudes aliquæ ponuntur ex declaratione illius Matth. 13. de seminante.

O Sancta religio, quis vnq̃ poterit tuas laudes enarrare. Profecto tu es illud bonum semen de quo dicitur Matth. 13. Mar. 4 & Luc 8. Exijt qui seminat seminare semen suum &c. Per quatuor. n. semina de quibus loquitur Saluator vbi supra intelliguntur quatuor religiones. Omnes enim religiosi, ad hoc sunt destinati vt vita & doctrina in Dei ecclesia fructificent Quibus ait Dominus Ioan. 10. Ego vos elegi de mundo, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Veruntamen ex illis aliqui tanquam infructuosa semina cadunt secus viam & conculcantur ab hominibus, quia continue cũ mundanis conuersantur, & propter eorũ malam exemplaritatem despiciuntur ab eis nec illorũ prædicationibus attendunt, quia vt ait Greg in quadam homilia. Cuius vita despicitur, restat vt eius quoq; prædicatio contemnatur. Despicientur quoq; a Deo qui de eis dixit per psalmistam. Vt lutum platearum delebo eos. Faciunt namq; contra eius præceptum Leui 19. Non seres agrum diuerso semine, quod enim seminant verbis destruunt factis, quòd si aliquando tales aliquem ex suis prædicationibus faciunt fructum, cum propter mundanam gloriam prædicent, non ipsis talis fructus acquiritur, sed volucres celi comedunt illum. Per volucres autem cœli intelliguntur paupercu li fratres simplices & idiotæ, qui tanquã aues per contemplationem in altum volantes, ac Deum pro peccatoribus conuertendis exorantes, merentur conuersionis ipsorum peccatorũ sibi attribui præmium, quos per organum linguæ malorũ prædicatorum Deus conuertit. Et de istis auibus dicitur Isa. 40. Qui sunt isti qui vt nubes volant? Et in eodem. c. etiam dicitur. Assument pennas, vt aquilæ, volabunt & non deficient.

de 2. Semine cadente sup petrã.

Secundum semen cadens supra petram significat illos religiosos qui suas prædicationes, & affectiones fundant supra petram, idest tumorem scientiæ, vt appareant sapientes. Et totum suum studium ponunt in scientia acquirenda. Qui parum in Dei seruitio proficiunt, imo deficiunt, & paruum fructum in conuersione animarum faciunt, quia non habent humorem charitatis, sed tumorem superbiæ. Scientia enim inflat, charitas ædificat 1. ad Cor. 8. & c. nisi cum pridem. §. propter scientiam. de renun. & notat glo. in § sed Iulianus. §. quod dicitur. ff. ad macedo. & in l. vt ex pluribus. ff. de regu. iur. & in l. licet. ff. de acquir. pos.

de 3. Semine inter spinas cadente.

Tertium semen cadens inter spinas significat religiosos, qui propter cupiditatem intrauerunt religionem, vt in ea abundantius viuant, & diuitias ac opes possideant, quas in seculo habere non poterant. Sicut dicitur de quodam rustico qui religionem quandam intrauit, & semper de melioribus & delicatoribus cibis volebat, ac panem milij nullatenus comedere volebat, dicens quod comederat suã partem in seculo. Tales prædicant ex auaritia vt aliquid lucrentur, vendentes verbum Dei, contra illud Matth. 10. Gratis accepistis gratis date. Tales autem religiosi inhiantes diuitijs, nõ possunt puro corde Deo seruire, quia inquit Dominus Matt 6. Non potestis deo seruire, & mamone. Vnde poeta canit. Vtiliter seruit nemo duobus heris. Cum ergo debêt orationi instare cogitant de possessionibus ampliandis, de ficto recipiendo, de libellario qui ab emphyteosi cecidit expellendo & aliquando habentes magnam auri quantitatem faciunt illud quod dicit antiphona illa. Leua eius &c. Et capiunt aquam laudensem. Et exeuntes religionem emunt præbendam, vel episcopatum. Et ideo valde periculosum est religioso ministrare pecuniam quæ ad manus applicatur quasi viscus, & maxime cum quis non cogitur ad rationem reddẽdam suis superioribus. Commoditas enim furandi facit latronem.

de 4. Semine in terrã bonam cadente.

QVartum semen cadens in terram bonam, licet significet omnes bonos religiosos cuiuslibet religionis approbatæ, tamen præcipue designat fratres minores. Hæc enim Seraphica religio est illa terra bona, & optima, ac ille hortulus omnium florum suauitate repletus, ad quem Dei filius descendit, vt suum semẽ seminaret in eo, vt inquit Nicolaus III. in c exijt qui seminat. de verb. signifi lib. 6. & Clemens V. in cle. exiui de Paradiso. eodem ti. Et ideo cuilibet fratri minori dici potest Deute. 8. Benedicas Domino Deo tuo, pro terra optima quam dedit tibi. Hæc est illa terra fructifera quam dedit Caleph filiæ suæ in dotem, idest Christus ecclesiæ suæ pro peculiari possessione fructificante. Quæ habet irriguũ superius & inferius Iosue 15. Irriguum enim superius super hanc terram descendens est cœlestium contemplationum suauitas supra deuotos fratres minores descendẽs. De quibus psalmista ait Deo. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et iterum. Et adaquabit eos in abysso multa. Irriguum autem inferius, est prælatorum exhortatio, qui dulces aquas verbi Dei suis subditis propinant. De quibus inquit Augu. sermone. 6 de verbis Domini. Ad officium pastoris pertinet opertos fontes aperire, & aquam puram sitientibus quibusq; ouibus ministrare. Hæc est illa terra bona, & spaciosa fluens lacte & melle, ad quam nos liberatos de manu pharaonis, idest diaboli eductosq; de Ægypto ignorantiæ, ac mari rubro vitiorum transito adduxit Deus sicut promisit Exo. 3.

Decẽ sunt impediẽtia terram, ne fructus generẽtur, vel ad maturitatem perducuntur, q̃ oĩa religioni accõmodantur.

SEd sciendum est quod decem sunt quę impediunt terram in fructibus faciendis, & ad maturitatem perducendis.

PRimum est nimius calor Isa. 15. Aruit terra, defecit germen, viror omnis interijt propter nimium calorem. Et hoc significat irrationabilem feruorem, faciens temere ex nimia penitentia homines infirmari Hiere. 48 Quia plus fecit q̃ potuit, idcirco perijt. Vnde Iob 30. dicitur. Ossa mea aruerunt præ caumate. Et Ionæ vlt. Percussit sol sup caput Ionę, & ęstuabat. Et ideo inquit Paulus Ro. 12 Rationabile obsequium vestrum. Multi. n irrationabilẽ pęnitentiam facere volentes, postea languoribus varijs pressi nequeũt vitam cõem ducere, quinimo toto tempore vitæ suæ sensualitatibus oportet eos quodammodo adhærere.

de 2 Impediente fructũ terræ, et religiõis

SEcundum impediens est nimium frigus propter quod moriuntur seminata, & plantata. Et ideo oportet in terra. i. in anima nostra esse calorem diuini amoris, de quo inquit Dominus Luc. 12. Ignẽ veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Iste. n feruor diuini amoris nos instruet qualiter viuere debeamus. Vnde dicit propheta Tren. 1. Ignem misit in ossibus meis, & erudiuit me. Contra eos autem qui timent benefacere ne infirmentur, & sunt frigidi, ac tepidi in amore Dei, & pro omni timore dimittũt incepta bona, dicitur Eccle. 11. Qui obseruat ventum nunquam seminat, & qui cõsiderat nubes nunquam metet. De bono autem ac feruẽti Christiano dicitur Prouer. vlt. Non timebat a frigore niuis.

de 3 Impediente terræ ac religionis fructum.

TErtium impediens est nimia siccitas Iob 8. Nunquid viuere potest scirpus absq; humore, aut crescere carectum sine aqua? Illa ergo terra efficitur deserta, quæ nõ habet aquam, iuxta illud psalmistę. In terra deserta, inuia & inaquosa. Necessaria est igitur aqua lachrymarum ad irrigandam terram animæ nostræ. Et ideo facere debemus quod ait psalmista di. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Dicit. n Paulus Rom. 6. Terra sepe super se venientem bibens imbrem accipit benedictionem a Deo.

de 4. Impediente fructus terræ ac religiõis

QVartum impediens est nimia aquarũ inundatio qua suffocantur seminata ac destruuntur. Et significat multitudinem occupationum maxime de terrenis. Quia vt inquit poeta. Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Ideo in p̃sona talium exclamat Dauid Psal. 86. di. Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquę vsq; ad aĩam meã Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.

Quintum

de 5. Hoc idem impediente. QVintum impediens est nimia impinguatio, ex qua oriuntur vermes semina comedentes. Et significat quod nimis abundant & delicata vita impedit a cultu seruitij diuini, & a fructu boni operis, ac generat vermem luxuriæ, dicente Hieronymo in lib. contra Iouinianum: Esus carnium ac veneris saturitas seminarium libidinis est &c. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus, dilatatus, impinguatus. Dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo Creatore suo. Ideo inquit Paulus Gala. 6 Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

de 6. Idē phibente. SExtum impedimentum est quando terra est nimis macra. Vnde solent hortulani terram suam impinguare competenter, vt magis fructificet. Spiritualiter autem hæc pinguedo est contemplatio cœlestium & laudatio Dei, ac deuota meditatio, & frequens oratio qua anima impinguatur. Oratio enim est ille mons de quo ait propheta Psal. 67. Mons Dei mōs pinguis. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, etenim Dominus habitabit in finem. Et Prouer. 11. Salomon inquit. Anima quæ benedicit impinguabitur.

de 7. Fructu terræ ac religionis phibente. SEptimum impediens est tempestas grandinosa quæ tollit ac destruit fructus terræ, per quam significatur infirmitas, siue alia aduersitas, & tribulatio repentina, quæ sæpe deijcit totaliter hominem a feruore & bono opere Et ideo inquit Dominus Matth. 1. Qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit, quasi dicat quod pauci in tantis persecutionibus, & angustijs perseuerant. Qui autem habent animam feruentem stant firmi & solidi in omni aduersitate tanquam bona terra, de qua Ecclesiastes 1. dicitur. Terra autem in æternum stat. De talibus vero æquanimiter tolerantibus tribulationes ait Saluator Lucæ 8. Hi sunt qui corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

de 8. Idem prohibente. OCtauum impediens est pruina quæ impedit fructificationem seminis, & significat tentationem, maxime illam quæ ab improuiso venit super eo præcipue, qui non timebat se vinci, nec se debere taliter tentari. Sicut enim venit pruina quando tempus est serenum, & sæpe de illa non timetur. Vnde repente omnia semina iampullulantia destruuntur. Similiter facit diabolus in anima Christiana, taliter quōd suis tentationibus illam sæpe omnibus fructibus bonorum operum expoliat, iuxta illud psalmistæ. Exterminauit eam aper de silua, & singularis ferus depastus est eam. Et ideo debemus nos tueri ab hac tentationis pruina, seruantes illud Hieronymi ad Eustochium dicentis. Nolo sinas cogitationes malas intrare animam tuam, sed dum paruulus est hostis allide ad petram. Petra autem est Christus.

de 9. Idem impediente. NOnum impediens est nebulositas ac tenebrositas aeris. Et significat accidiam quæ exsiccat, & torpore implet animam ne faciat bonum. Vnde Prouerbio. 17. dicitur. Spiritus tristis exsiccat ossa. Tales autem accidiosi efficiuntur pigri in bono opere, & eorum possessio spinis repletur Prouerbio. 15. Iter pigrorum quasi sepes spinarum, & eiusdem libri. 20. capitul. Propter frigus piger arare noluit. Mendicabit ergo æstate & non dabitur illi. & Prouerb. 24. Per agrum hominis pigri transiui, & ecce totum repleuerant vrticę, & operuerant superficiem eius spinæ. Debemus ergo summopere fugere accidiam, & seruare illud psalmistæ consilium dicentis. Iubilate Deo omnis terra seruite Domino in lætitia.

de 10. Fructus terræ ac religionis prohibēte. DEcimum impediens est quando terra non cultiuatur, & seminatur, & hoc est quod inquit Ouid. in 5. de tristibus. Fertilis assiduo si nō remouetur aratro. Nō nisi cum spinis germen habebit ager. Et similiter de anima est dicendū, quę nisi cultiuetur spiritualiter, & seminet in ea verbum sanctę prędicationis & exhortationis nō bene fructificabit, dicente Tullio in Tuscu. questi. Quemadmodum ager quantumcunque fertilis absque cultura fructuosus esse non potest, ita sine disciplina animus, & doctrina. Nisi ergo essent semina verbi Dei, non cresceret fructus boni operis, sed

deficeret, dicente sancto Bernardino in suo Euangelio æterno, sermone.10.quòd si deficeret verbum Dei, deficeret tandé fides Christi. Et de hoc sancto semine dicitur Isa.1.Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, sicut sodoma fuissemus,& sicut Gomorra similes essemus. Hoc est semen illud benedictū de quo dici poteſt illud Gen.22. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Pertinet ergo ad prælatos spargere hoc semen in subditos, & ad quæcunq; prælatorem in proximos & extraneos quando poteſt, iuxta illud Gen. 26. Seminauit Abraham in Gerara. Tamen quilibet Christianus maxime religiosus debet diligenter seminare terram suam ac cultiuare eam.s.animam, bonis operibus. Scriptum est enim Prouerb.12. Qui operatur terram suam saturabitur panibus. Eapropter inquit sapiés Eccle.11.Mane semina semen tuum,& vespere non cesset manus tua. Qui.n.parce seminat, parce & metet. 2. ad Corin. 9. Bonum ergo facientes non deficiamus. Tempore enim suo metemus Gala.6. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet, vt ibidem dicitur. Non debemus autem seminare nisi bona semina iuxta illud Leui.19. Non feres agrum diuerso semine scilicet viciorum,& virturum. Nec debemus plantare nisi bonas plantas in hac terra animæ nostræ, quia vt dicitur Sap.4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. Cauere etiam debemus ne postquam bona semina virtutū in hoc agro seminauerimus, superueniés diabolus superseminet zizania vitiorum sicut factum dicitur Matthęi.13. Et ideo debemus facere bonam sepem possessioni nostræ, scilicet boni regiminis, quia vt dicitur Eccle.36. Vbi non fuerit sepes diripietur possessio,& Eccle. 10. Qui dissipat, sepem mordebit eum coluber. Per sepem autem possunt intelligi ordinationes in religiosis. Quia sicut sepes defendit fructus agri, ita ordinationum obseruatio defendit religiosum a transgressione voti sui. Debemus quoq; euellere malas herbas nascentes, idest vitia, & malas operationes. Vnde Matth 13. dicitur. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Item oportet ad hoc vt terra nostra faciat fructum, quod semen in eā iactum moriatur. Ait enim Dominus Ioan.12. Nisi granum frumēti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuū fuerit, multum fructum affert. Oportet ergo nos mortuos esse mundo & concupiscentijs, & mortificare nosipsos vt inquit Apost.ad Col.3. Et tunc in agro dominico & vinea Christi quæ est anima nostra tātum fructificabimus quòd de nobis poterit dici illud Eze.36. Terra illa inculta facta est vt hortus voluptatis. Et ab hac terra transferemur ad illam de qua inqt. Dauid Psal.26. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Si enim in hac peregrinatione pro posse nostro cultiuauerimus terram hanc bonam animæ & conscientiæ nostræ, verificabitur in nobis illud Psal.83. Dominus dabit benignitatem.i.gratiam suam, & terra nostra dabit fructum suum, idest anima nostra faciet fructus bonorum operum ita quòd adimplebit illud psalmistæ dicentis. De fructu operum tuorum satiabitur terra.

Minorū religio quō voluptatis Paradisus dici poſsit.

EX prædictis autem patere poteſt q̄ sacra minorum religio est Paradisus voluptatis,& hortus Dei, de quo exponi poteſt illud Gene. 2. Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Sicut enim Adam formatus fuit in agro Damasceno in quo est terra Rubea,& de illo translatus est in Paradisum secundum magistrum in 2.sen.di.17. & glosam in c.illud.40.dist.& in l.assumptio.ff.ad munici. Ita religiosus natus in mundo in quo est Rubedo peccati translatus est ad Paradisum Terrestrem religionis. Sicut.n in Paradiso Terrestri est diuersitas arborū Gen.2. Produxit Deus omne lingum pulchrum visu, & ad vescēdum suaue. Ita in religione est diuersitas Sanctorum.s. Martyrum, Virginum, Confessorum, Prædicatorum &c. Vnde de ipsa verificatur Eccle.24. Quasi cedrus exaltata sum in libano &c. Quidam.n.in ea sunt sicut cedrus per eminentem vitam. Alij vt cipressus per odoriferam famam, alij vt palma per gloriosam de dæmonibus victoriā, alij vt oliua per misericordiam, alij vt platanus per fidem Et sic de singulis.

Pulcherrima cōparatio religionis minorū.

& Paradi- singulis. In Paradiso quoq; terrestri est li
si Terrestri. gnum vitæ in medio Gen. 2. Et in hac reli gione est obseruantia Euangelij in princi pio, medio, & fine. In ipso Paradiso etiã est iocunditas riuulorum Gen. 2. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandũ Paradisum. Et in religione est abũdantia aquarum spiritus sancti, quibus copiosissime irrigatur, iuxta illud Can. 2. Fons hortorum, puteus aquarum viuentiũ, quę fluunt impetu de libano. Et Psal. 45. etiã Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. i. religionem, de qua dici pōt Gen. 28. Nō est hic aliud nisi domus Dei & porta Cęli. Sicut autem fons Paradisum irrigans diuiditur in quatuor capita Gen. 2. Ita benignitas spiritus sancti religionem fęcundans mittit vnum ramum ad contemplatiuos dans eis gratiam, & deuotionem orandi. Ad actiuos dans eis gratiam bene operandi & perseuerandi. Alium ad prælatos dans eis gratiam bene pręsidendi. Et alium ad subditos dans eis gratiam obediẽdi. In Paradiso quoq; Terrestri audit cantus suauissimus auiũ, & Angelorum. In religione vero per continuam Dei laudationem verificatur illud Iob 34. Cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. De religione igitur dici potest Eccle. 24. Gratia eius sicut Paradisus in benedictionibus. In hoc Paradiso loquuntur religiosi cũ illis. Vnde quilibet eorũ dicere potest Deo Gen. 3. Vocem tuã audiui in Paradiso. Beatus ergo ille de quo dici poterit Ezec. 31. Cedri nō fuerũt altiores illo in Paradiso Dei, & c. 28. In delitijs Paradisi Dei fuisti. Sicut. n. in Paradiso erat suauitas fructuũ Gen. 2. Ita in religione est sua uitas spũaliũ delitiarũ. Vnde religiosis in qt ppheta Psal. 30. Gustate & videte qm suauis est dñs &c. O igitur felix & fortuitus ille secularis, de quo adimplebitur illud Eccl 44. Translatus est in Paradisum. Et illud 2. ad Cor. 12. Raptus est in Paradisum. Inqt. n. Saluator de intrante religionẽ Apoc. 2. Dabo ei edere de ligno vitę, q est in Paradiso Dei mei. Sicut etiã Gen. 3. Deus collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubin, & flãmeum gladiũ atq; versatilẽ ad custodiendũ ne qs introeat. Ita deputauit Angelos ad defensionẽ religionis, ne aliq eã dissipare, & infringere possint. Imo ipse De⁹ q ignis dr ad Hebr. 13. Per seipsum custodit religionẽ & oẽs bonos religiosos, iuxta illud ps. 96. Custodit Dñs aĩas seruorũ suorũ &c. In ipso quoq; religionis Paradiso verificatur illud q ait Damas. li. 2. dicens. Paradisus in oriẽte positus, est oĩ terra excelsior tẽperato ac tenuissimo & purissimo aere fulgens, plantis sp floridis comatus, ac bono odore plenus, lumi neq; repletus. De quo et dicit Albe. de Rosate in suo dictionario, in verbo, paradisus q secundum Catholicon sic appellatur, quasi parans Dei visum, & est amenissim⁹ ex mirificis insertoribus, ex pulcherimus plantatio nibus, ex fragrantissimis aromatibus, ex vernantibus floribus ex temperatissimis roribus, ex moderatissimis ventis & flatibus, ex amenissimis auium cantibus, ex purissimis fluminibus, ex validissimus sepibus, & ex oculatissimis custodibus, hęc ille. Religio enim dicitur situata in oriẽte gratię dei, & non in occidente peccati. Et ideo sanctus Frãciscus nomine Angeli describitur Apoca. 7. venisse ab ortu solis. Religiosis enim ait Deus Malachiæ 3. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. Vita quoq; religiosa est excelsior omni alia, & parat animas ad visionem ciuitatis supernę. Vnde ille quem Deus euexit ad eminentiam vitæ religiosæ potest dicere illud Apoca. 21. Sustulit me in montem magnum & altum, & ostendit mihi Hierusalem ciuitatem sanctam habentem claritatem Dei. Hic quoque est aer purissimus serenæ conscientiæ. Veri enim religiosi possunt dicere cum Paulo ad Hæbræos tertiodecimo. Conscientiam bonam habemus. Iste etiam Paradisus religionis est plantis semper floridis comatus, quia in religione quæ propter hoc viridarium Dei appellatur, verificatur illud Hieremiæ 17. Erit folium eius viride & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. In isto enim horto & viridario sunt herbæ virentes, & redolentes, idest sanctæ virtutes & deuotę meditationes. Sunt etiam flores, idest mundæ affectiones. Ibi etiam crescunt arbores folia virentia, & fructus suaues habentes. Per arbores autem in altum se erigentes intelliguntur

Paradisus quare sic dicatur.

Sequitur 8 parando.

sancta desideria in altum tendentia. Per folia vero sancta verba, & per fructus bona opera. Ibi quoque reperiuntur flores omnium virtutum scilicet rosa patientiæ, viola castitatis, lilium virginitatis, odoramenta suauia, & fragrantia omnium bonorum exemplorum. Vnde dici potest de religione illud Can. 2. Flores apparuerunt in terra nostra. Ficus protulit grossos suos. Vineæ florentes dederūt odorem suum. Iste quoque Paradisus religionis est plenus lumine, idest hominibus illuminatis quibus Deus dedit spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius illuminans oculos eorum, vt interpretatur Apostolus ad Ephe. 1. In eo etiam descendit ros spiritus sancti, & cum ipso gratia consolationis & degustationis cælestium, quod figuratum fuit Numeri vndecimo cum dicitur. Cum descenderet ros descendebat pariter, & manna Et Exod. sextodecimo, dicitur. Suauis ros iacuit per circuitum castrorum. Religiones enim & monasteria dicuntur castra Dei, & de illis dici potest illud Gene. 32. Castra Dei sunt hæc. In eo quoque sunt moderatissimi venti & flatus diuinarum inspirationum, de quibus exponi potest illud quod inquit Cant. 4. Surge Aquilo, & veni Auster, Perfla hortum meum, & fluant aromata illius. In ipso etiam sunt sepes regularium obseruationum. Et ideo de beato Patre nostro Francisco dici potest illud Matthæi 21. Homo paterfamilias plantauit vineam, idest religionem suam, & sepe in circūdedit ei, idest regularem obseruantiam Religio enim est vinea Dei, iuxta illud Isaiæ 5. Vinea Domini exercituum domus Israel est. Israel enim secundum Hieronymum interpretatur videns Deum, & significat religionem in qua contemplatur Deus. Ipse ergo Pater noster Seraphicus Franciscus potest dicere religioni suæ illud Hiere. 2. Ego te plantaui vineam electam. Præuaricatoribus autem eius dicet in die iudicij Isaiæ 2. Vos depastati estis vineam meam. Ipsam enim cum multis sudoribus fundauit. Vnde de illo dici potest Prouer. vlti. De fructu manuum suarum plantauit vineam, credens quod deberet verificari illud Zach. 9. Vinea dabit fructū suū. Et illud eiusdē libr. 17. c. Creuit in vineam latiorem. Vel autem illi si de aliquo dicere poterit illud Ioh. 1. Posuit vineā meam in desertū & illud Hiere. 12. Pastores multi demoliti sunt vineam meā. Huius autē vineæ principalis plantator fuit filius Dei. Vnde illi dicere possumus Psal. 79. Vineam de Ægypto transtulisti, & plantasti eā. Plantasti radices eius, & impleuit terrā. Extendit palmites suos vsq; ad mare, & vsq; ad flumen propagines eius. Dicamus ergo illi cū virtutū conuertere. Respice de Cælo & visita vineam istam, & perfice eā quā plantauit dextera tua. Ipse vero Dominus dicit secularibus Matth 20. Ite in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Et Euangelij c. 21 ait. Fili vade operari vineam meam. O suauis operatio, o dulcis labor, o mellis flua cultura huius vineæ, ex qua colligitur illud vinum quod est exultatio animæ & corporis Eccle. 21. In ista ergo vinea & in hoc Paradiso diligenter laboremus fratres charissimi. Posuit enim Deus hominem in Paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. Gen. 2. Religio quoq; dicitur hortus Dei. Et de ipsa exponi potest illud Isaiæ 58. Erit quasi hortus voluptatis coram eo. Et illud Can. 4. Hortus cōclusus, fons signatus, emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus. Ciprus cum nardo, & crocus cum fistula, & cinamomum cum vniuersis lignis libani. Myrrha, & aloes cum omnibus primis vnguentis. Et per prædicta significantur diuersæ virtutes religiosorum, quas causa breuitatis ad præsens pertranseo. Istum autem hortum irrigat Deus suis gratijs, iuxta illud quod ipse ait Eccle. 24. Rigabo hortum plantationum mearum, & inebriabo partus mei fructum. Hæc est illa terra benedicta de qua dicitur Deo Psal. 83. Benedixisti Domine terram tuam. Et Psal. 64. Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.

Religio Cælo his assimilatur, Cælū enim empireū quinq; conditiones

Religio etiam per Cœlum figuratur. Vt enim inquit sanctus Bonauent. in 2. distinctio. 2. artic. 2. quæstio. 1. Cęlū empireum habet quinq; conditiones, Primo enim est latissimum, quia est omniū visibilium, & inuisibilium creatorū côtētiuum.

sit secundũ quas religioni comparatur. tiuum. Et similiter religio est latissima p charitatem. Vnde quilibet bonus religiosus potest dicere de Deo Psal. 17. Eduxit me in latitudinem, saluum me fecit quoniam voluit me. De cęlo etiã latissimo, & miserabiliter extenso dicitur Psal. 113. Extendens cęlum sicut pellem &c. Sicut ergo pellis cum extendit ab vna parte, restringit ab alia. Ita ille qui vult extendi ad latitudinẽ cęli debet restringi ab amore mundi. Cęlũ quoq; prædictũ est sup oẽs alios cęlos clarissimũ, & hæc est secunda eius cõditio. Et religiosi super oẽs alios hoĩes sunt scia, & virtutibus clari. Vnde de illis dici põt. Luc. 2. Claritas Dei circũfulsit illos. Et ꝓpterea in sacra scriptura appellant cęli Psa. 18. Cęli enarrãt gloriã Dei &c. Cęlũ etiã empireũ est quietissimũ, & hæc tertia eius conditio. Et similiter boni religiosi sunt inter se pacifici, & quieti, seruantes illud. 1. ad Thi. 2. Tranquillã & quietã vitã agamus. Quarto ipsum cęlum est vniforme, & nõ variũ sicut stellatum. Et similiter religiosi sunt vniformes in moribus, & obseruantijs regularibus. Non. n. debet esse religionũ instituta aranearũ telis similia, quæ muscas capiũt, sed maioribus aĩalibus transeuntibus infringunt. Quinto cęlũ est omniũ supremũ, & altissimũ. Et similiter religiosi, ac serui Dei sunt alijs hoĩbus eminentiores, iuxta illud. Ecclesiastes. 1. Excelso alius excelsior est. Et super hoc eminentiores sunt alij. Similis est etiã religio cęlo cristallino. Nam ipsum cęlũ licet sit aquis formatũ, quę de sui natura sunt fluxibiles, tñ nõ fluit, sed solidũ permanet, in lib. de ꝓpriet. rerũ. Et similiter religio licet sit adunata de hoĩbus q sunt naturaliter fragiles, & proni ad malũ. Gene. 8. & c. ois etas. 2. q. 1. c cũ in iuuentute, de præsum. c. pclIuus. 20. q 3 & 5. si vero el. 2 in auté. de mona. Tñ perseuerat stabilis & firma. Vnde de ipsa dici põt. Eccle 50. Quasi vas auri solidũ, ornatũ omni lapide precioso. Similis quoq; est cęlo stellato, quod est decoratũ stellarũ varietate. Eccle. 43. Species cęli gloria stellarũ. Et similiter religio sanctorũ numerositate, & claritate. Et sicut stella a stella differt in claritate. 1. ad Cor. 15. Ita vnus religiosus ab alio in vitæ perfectione, & sanctitate. Est etiam similis cœlis planetarum. Nam *Religio est etiã similis cœlo stellato.* sicut illi cęli non mouentur omnes eodẽ motu proprio, sed diuerso, & tamen motu firmamenti trahunt, & mouent simul oẽs vt dicitur in prædicto lib. de ꝓprie. rerum. Ita religiosi non mouentur oẽs ad vnũ exercitiũ, sed vnus ad vnum particulare vt ad confessiones audiendas, vel ad prędicationes, & alius ad aliud, & tamen omnes regulæ suæ obseruantia trahunt ad cœlum.

QVibus omnibus consideratis exclamat Ber. in lib. de vera religione dicens. O grata & iocũda Dei seruitus qua homo veraciter efficitur liber, & sãctus. O sacer status religiosi famulatus qui hominem Angelis reddit æqualem, Deo placabilem, & dæmonibus terribilem. O amplectendum & semper optandũ seruitiũ, quo summũ ꝓmeretur bonũ & gaudium acquirit sine fine permansurũ, hæc ille. *Contemplatio seu exhortatio.* Et ideo quilibet religiosus expeditus ab oĩbus curis seculi, qui nudus potest cum nudo hoste luctari, & est positus in amenissimo viridario religionis, & extractus a mundi turbinibus, põt dicere animę suæ. Can. 2. Iam hiems transijt, himber abijt, & recessit. Surge amica mea & veni. s. ad vitã æternam. Quæ oia considerans deuotus Bernardus vbi supra ait. Bonũ est nos hic esse. s. in religione, quia homo viuit purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cautius, quiescit securius, irrorat frequẽtius, purgatur citius, moritur confidentius, & præmiat copiosius. Et propter prædicta Hiero. ad Heliodorum scribit. Extruis quidem monasteria. Multus a te per insulas Dalmatię sanctorum numerus sustentatur. Sed melius faceres si, & ipse sanctus cum sanctis viueres. Cuius consilium seruauit ille iuuenis qui religionem intrans dicebat.

Grata domus, genitor, fratres, chariq; sodales.
Et quondam preciosa mihi terrena, valete.
Sat me lætifera mundus dulcedine lusit,
Sat tenuit me falsus amor, discedo solutus
His laqueis, secura iuuat iam claustra subire.
Nudus ab hoc pelago fugiens ad litus am-

amenum.

Te bone Christe sequor, solus mihi sufficis vnus.

O igitur fratres & sorores quibus dedit dominus bonam inspirationem intrandi religionem, nolite eam negligere, sed ad Christi seruitium properate qui vos inuitat. Matthæi vndecimo, dicens. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

Et diuus Hieronymus in epistola ad Heliodorum ait. Licet paruulus ex collo pẽdeat nepos sparso crine, & scisis vestibus vbera quibus te nutrierat mater ostendat Licet in limine pater iaceat, perculcato perge patre, sicci oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus est in hac re esse crudelem.

PARS SECVNDA huius sermonis de imitatione Christi per assumptionem status pœnitentialis sicut est ordo tertius beati Francisci.

Exhortatio ad suscipiẽdum ordinẽ tertiũ sancti Fracisci.

SEcundum consilium quod vobis tra do dicitur assumptionis, siue acceptionis, scilicet status pœnitentialis. Ipse enim dominus Iesus cuius vestigia imitari debemus ieiunauit, vt habetur Matth. 4. Et similiter alia opera pœnitentiæ, & austeritatis fecit qui pœnitentia non egebat. Quod quidem egit, vt nos ad pœnitentiam animaret. Et ideo si non vultis totaliter mundo abrenunciare per religionis strictæ ingressum, seruando consilium Christi dicẽtis. Matth. 19. Si vis perfectus esse vade, & vẽde omnia quę habes, & da pauperibus, & sequere me. Saltem tertium ordinem beati Frãcisci suscipite si legitimo impedimento nõ estis prępeditis de regula enim istius ordinis potest dici illud ad Gala. 6. Quicunq; hanc regulam secuti fuerunt pax super illos, & misericordia & sup Israel Dei Prædicti autem ordinis institutio fuit figurata. Gen. 19. quòd quando Loth volens euitare excidium sodomæ, cum exisset ab ea, timens quòd non posset habitare in monte ad quem ascendere fuerat ab Angelo inuitatus rogauit eum vt ipsum permitteret habitare in ciuitate Segor, quæ erat media inter sodomam, & montem illum, vt in ipsa posset saluari, quod & obtinuit. Vnde in prædicto. c. subditur. Sol egressus est super terram, & Loth ingressus est Segor &c. Per montem enim significatur religio strictæ professionis ratione suæ sublimitatis. Ad quem statum Angelus, idest Christus, siue angelicus Franciscus inuitat omnes ascendere. Sed multi timent ne possint in eo perseuerare. Et ideo debent ingredi Segor, idest tertium ordinem ipsius beati Francisci, Segor enim secundum Hieronymum interpretatur minor siue paruulus, aut calens, vel meridianus. Et significat istum ordinẽ qui est minor alij duobus ordinibus ab ipso beato Francisco institutis. Est quoq; paruulus humilitate, calens charitate, & meridianus vitæ claritate. Egresso itaq; Sole super terram, idest beato Francisco nato ab ortu solis terrenos illustrante per suam doctrinam, debet Loth quòd secundum Hieronymum interpretatur declinare, & fugere excidium mortis æternæ, ingredi segor, idest istam saluberrimam societatẽ, cuius vita est media inter sodomã, idest vitam mundialem, & montem, idest religionem strictam, & altam, & est secura ad salutem. Quia igitur a malo abstinere non sufficit nisi fiat quod bonum est. Cle. cupientes, de pęnis. Ideo seruare debetis illud Pauli. Philip. 4. De cętero fratres quæcunq; vera, quęcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate & facite. Quæ omnia in hac sacra regula tertij ordinis beati Francisci continentur vt infra videbitur. Quapropter vt illi qui mundo seruientes desiderant tamen aliquam formam religiositatis vltra id qđ est commune aliorum christianorum appræhendere, possint consequi intentum suum. Et esse de numero eorum de quibus dicit Apostolus primæ ad Cor. 7. Reliquum est vt qui habent vxores sint tanquam non habentes, & qui flent tanquã non flentes, & qui gaudent tanquam nõ gaudentes, & qui emunt tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Deliberaui aliqđ de

de sublimilate istius ordinis eloqui, de quo tria per ordinem contemplabimur. Primum dicetur institutionis, siue originationis. Secundum perfectionis. Tertiū vero exaltationis, siue dignificationis.

Inuētor regulæ tertij ordinis pœnitentium, fuit beatus Franciscus.

QVO ad primum tria videnda sunt scilicet institutionis huius regulæ auctoritas, tēporalitas, & qualitas, idest quis inuenit hanc regulam, quo tempore & qualiter fuit instituta. Circa primum dico quòd huius regulæ inuentores non fuerunt fratres minores, non aliquis Episcopus, non doctor, non congregatio aliqua, sed seraphicus Franciscus spiritu sancto prædocente eam instituit, vt dicit Nico. 4. in regulæ ipsius confirmatione, quę incipit. Supra monte, vbi ait. Ideoq; gloriosus Christi confessor beatus Franciscus huius ordinis institutor &c. Et Clemens quintus in cle. cum ex eo. de sen. exco. ait. Fratres & sorores de tertio ordine quem beatus Franciscus instituit, qui continentes seu de pœnitentia nuncupantur. Quam quidem regulam sancta mater ecclesia approbauit vt infra patebit. Nisi enim per sedem Apostolicam approbetur, quilibet ordo merito suspectus, & reprobandus haberetur. c. vnico. de relig domi. lib. 6. & cle. 1. eodem ti. Huius autem regulæ institutio fuit prophetali spiritu prænunciata, diuinoq; oraculo reuelata, & papali testimonio commēdata. Primo spiritu prophetali Abbatis Ioachim fuit prænunciata, qui Abbas, vt refert magister Bartholomæus Pisanus in conformitatibus beati Francisci lib. 1. fructu primo, & conformitate prima in secunda parte, claruit spiritu prophetico, & eius opera sunt ab ecclesia approbata, præter librum quem composuit cōtra magistrum Petrum Lombardum, de quo habetur in c. Damianus, de summa tri. & fi. ca. Et multa prædixit de beato Francisco, & de ordinibus ab eo instituēdis. Quem per multa tempora ante natiuitatem suam fecit depingi Venetijs in ecclesia sancti Marci super portam sacristię opere mosaico cum stigmatibus. Hic ergo ꝓpheta de tertio ordine sancti Frācisci loquens ait. Fęlix qui munde colliget sextarios triginta ex area, idest qui cōiugalem castitatem cui datur Fructus trigesimus, illibatam in hoc ordine seruauerit.

Regulā istā fuisse prophetatā ostēditur.

Huius regulæ institutio a Deo fuit reuelata.

SEcundo huius regulæ institutio fuit diuino oraculo reuelata. Oraculum autem est locutio de diuinis. Vnde apud gentiles dicebatur oraculū Apolinis Delphici, vbi secundum eos diuina responsa dabantur, licet essent figmenta diaboli. De quo oraculo inquit Macrobius in lib. de somnio Scipionis. Delphici vox hæc fuit oraculi &c. De beato autem Francisco refert sanctus Bonauentura in legenda eius, quòd cum semel instigante se fortiter spiritu intrasset ecclesiam sancti Damiani extra Assisium causa orationis, quæ quidem ecclesia minabatur præ nimia vetustate ruinam, cum prostratus ante imaginem crucifixi lachrymosis oculis intenderet in Dominicam crucem, vocem de se ipsa cruce ad se miro quodam modo dilapsam corporeis audiuit auribus ter dicentem. Francisce, vade repara domum meam, quæ vt cernis tota destruitur. Quod quidem mandatum ipse beatus Franciscus tunc intellexit de reparanda materialis ecclesiæ domo, licet principalis intentio verbi ad eam ferretur, quam Christus acquisiuit sui sanguinis precioso commercio, sicut eum spiritus sanctus edocuit, & ipse post modum sibi familiaribus reuelauit, hæc Bonauentura. In eo igitur quòd trina vox facta est tres, regulas ab eo instituendas significauit. Cum enim Deus & natura nihil faciant frustra, primo de cęlo, & mundo 3. de anima. & primo Phisico. sufficisset semel dicere, nisi per trinam vocem voluisset significare trinam ecclesiæ spiritualis reparationem. Sicut etiam Seraphin Isa. 6. clamabant. Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus sabaoth, ad ostendendam trinitatem personarum. Prædicta etiam confirmat sanctus Bonauentura, vbi supra di. Deuotione quoq; sibi assistente fidelium, qui præclaram in viro Dei iam ceperant nosce virtutem. Non solum sancti Damiani, verum etiam principis Apostolorum, & virginis gloriosæ, ruinosas, & derelictas resarciuit ecclesias, vt quæ per eum dominus in posterum spiritualiter operaturus erat, sensibili foris opere misterialiter præsignaret. Nā instar

instar reparatæ triplicis fabricæ ipsius sancti viri ducatu secundum datam ab eo formam, regulam & doctrinam Christi triformiter renouanda erat ecclesia, sicut & vox ad eum facta de cruce tertio replicans de domus Dei reparatione mãdatum, præambulum extiterat signum. Et nunc in tribus ab eo institutis ordinibus cernimus esse completum, hæc ille. De quibus ordinibus canit ecclesia. Tres ordines hic ordinat, primumq; fratrum nominat minorum pauperumque fit dominarum medius, sed pœnitentum tertius sexum capit vtrumq;. Quia enim bonum quanto est communius, tanto melius, & diuinius est. 1. Ethi. sicut patet in Sole qui melior dicitur Luna, & stellis, quia magis communicat de luce & influẽtia sua. Bonũ namq; naturaliter est suiipsius communicatiuum. Diony. In lib. de diui. nomi. Ideo optimus Franciscus Dei gratia mediante non solum voluit orbi communicare, & per ipsum diffundere obseruantiam primi. Et secundi ordinis, sed etiam tertij.

Colũba ter a Noe de arca missa, figurabat tres religiones sancti Francisci.

ET hoc figuratum fuit. Gen. 8. in columba quæ ter a Noæ fuit de archa missa. Prima enim vice non inuenit vbi requiesceret pes eius, & ideo reuersa est ad Noe, qui extendens manum suam appræhendensq; illam intulit in archã. Secunda autem vice reuersa est cum ramo virentis oliuæ. Tertia vero vice non est reuersa ad archam, sed per mundum perrexit & volauit. Hæc enim columba significat institutionem ordinis columbini Francisci, quam Nòe, idest Deus ter emisit, idest ad tres ordines instituendos destinauit. Prima autem vice hæc columba non inuenit vbi requiesceret pes eius, & significat institutionem primi ordinis quia pauperculi fratres minores nihil habent in particulari, nec in communi, in cuius possessione possint requiescere, quo ad spẽ prouidendi sibi in futuro. Et ideo reuertuntur ad Noe, idest ad Dei adiutorium, & Noe, idest Deus eos appræhendit manu suæ prouidentiæ, & mittit in archam regularis obseruantiæ sanctitatis perfectæ. Secunda autem vice portauit hæc columba ramum virentis oliuę, quia instituit ordinem sanctæ Claræ amenissimum virginitatis iocunditate. Tertia vero vice non est reuersa ad archam, quia instituit tertium ordinẽ cui quo ad tria vota principalia non dedit regularem obseruantiam, quę per archam significatur. Sed volauit per mundum, vndiq; diffundens istum ordinem sanctum. Idẽ quoq; figuratum fuit. Gen. 40. quando Ioseph Patriarcha vidit vitem cum tribus propaginibus florere. Hæc enim vitis significauit beatum Franciscum, qui fuit similis Christo, ita quòd de ipso dici potest illud. Ioannes euangelista. Apocalip. 1. Vidi similem filio hominis. Quod quidẽ probat magister Bartholomæus Pisanus in lib. conformitatum beati Francisci q inter alias declarat quadraginta conformitates ipsius beati Frãcisci ad Christũ. Ipse autem dominus Iesus de se ipso ait. Ioannis. 15. Ego sum vitis vera. Et similiter beatus Franciscus dicere potest illud Ecclesiast. 24. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Et flores mei fructus honoris, & honestatis. Hæc enim vitis, scilicet sanctus Franciscus emisit tres propagines, idest tres ordines a quibus multi flores, & fructus suauissimi emanarũt. De primo enim ordine emanauit post ipsum sanctissimum patrem, tanquam flos amenissimus & fructus saluberrimus sanctus Antonius de Padua, & sanctus Ludouicus filius primogenitus regis Sicilię, ad quem tria regna de iure pertinebant, qui omnibus abrenuncians factus est fratur minor. Item sanius Bonauentura Cardinalis de Balneo regio Episcopus Albanensis. Et sanctus Bernardinus de Senis. Et quinq; sãcti martyres apud Marochium passi cum alijs quàm pluribus martyribus de quorum martyrio tractat magister Bartholomæus Pisanus, vbi supra fructu octauo, & conformitate octaua, parte secunda. Multos etiam produxit alios sanctos fratres vita, & miraculis clarissimos, qui sunt quodammodo innumerabiles, de quorum pluribus qui fuerunt ante sua tempora tractat prædictus frater Bartholomæus vbi supra. De illis vero qui fuerunt non multis temporibus elapsis vt de beato Ioanne de Capistrano, beato Alberto de Sartiano, beato Iacobo de Marchia, beato Marco de Bononia, beato Damiano de Padua, beato

Multi sancti primi ordinis beati Francisci.

to Michaele de Carcano de Mediolano qui me ad ordinem recepit, beato Cherubino de Spoleto, Bernardino Feltrino, & multis alijs qui maximis corruscant prodigijs nimis longum esset recitare. De secundo etiam ordine produxit plurimos flores, scilicet sanctam Claram de Assisio, cum beata Hortulana matre ipsius sanctæ Claræ, & beata Agnete eius sorore. Item sanctam Agnetem filiam regis Boemiæ, quæ erat desponsata Federico secundo imperatori, & spreto suo sponso, & regno intrauit ordinem ipsum, ac multis claruit prodigijs. Item produxit sanctam Salome de domo regis Poloniæ, & sanctam Helenam de Padua, beatamque Claram de Viterbio, ac beatam Catherinam de Bononia, cui apparebant sæpe illi sancti, de quibus officium faciebat. Vnde ipsa in suo breuiario quod ego vidi scribebat in festiuitatibus sanctorum, de quibusdam eorum in particulari. Quam ego vidi, & cum ea locutus sum. Et hoc breuiarium ita glosatum ab aliquo non est visum nisi post mortem suam. Corpus autem eius est palpabile, ductibile, ac integrum. Et si aliquis ad illud visitandum vadit, si est in mortali peccato, faciem illi turbulentam ostendit. Si vero est in gratia Dei faciem illi iocundissimã exhibet. Cum autem pater frater Bernardinus Caimus ordinis nostri cum quo ego eram corpus eiusdem beatæ sibi ostẽdi fecisset, & sibi de capillis eius dari postulasset, qui quotidie crescunt sicut, & eius vngues, dicente abatissa, si potius desiderabat habere de iam incisis, an vero vellet quòd de nouo a capite eius præciderentur. Ipse respondit quòd potius volebat de illis quos tunc habebat in capite, dummodo ipsi beatæ non displiceret. Cum autem ipsa Abbatissa præcideret capillos eius, prædicta beata iocundam faciem exhibuit, ita quòd ridere videbatur. Et moniales dixerunt. Ecce pater quomodo libenter vos videt ista beata. De quàm pluribus alijs beatis istius ordinis causa breuitatis non scribo. De tertio etiam ordine produxit multos flores, scilicet sanctum Ludouicũ regem Franciæ, sanctum Elzearium comitem Ariani, qui cum beata Delphina vxore sua in matrimonio seruauit perpetuam virginitatem. Item sanctum Iuonem iuris vtriusque doctorem, præsbyterumque, & confessorem de Britannia minori, qui fuit magnæ deuotionis, & contemplationis, atque miraculis claruit, ac semel cum missam celebraret in eleuatione sacramenti visus est globus igneus super caput eius. Item Beatum Lucensem siue Luchesium de Podio bonci, cuius caput ego in manibus habui, & est in loco nostro qui est in Thuscia super montem imperialem, vbi est etiam corpus eius. Et monasterium nostrum appellatur sancti Lucensis, siue Luchesij. Item produxit sanctum Lucium confessorem qui fuit primus sanctus de isto tertio ordine. Et sanctum Nicolucium de Senis, ac beatum Iacobum de Laude sacerdotem, & miraculis clarum. Et beatum Petrũ Romanũ qui sub Soldano fuit matyrizatus, & S. Bonazicũ de Vulterra, & b. Petrum de Colle, ac b. Alexandrũ de Petusio, & b. Leonẽ Archiepiscopũ Mediolani, & b. Gualteriũ Epm Triuisij, & b. Ricardũ Epm Fossombroni, ac b. Alexandrũ magistrũ theologiæ, & b. Carolum, ac b. Landonẽ de monte Feltro, & b. Ioannẽ de Vrbino, ac b. Ioannẽ de Rauenna, & b. Tobellũ de Pupio, ac b. Bartholum de sancto Geminiano, & beatum Petrum Pectinarium de Senis, ac beatum Robertum dominum Arimini, & beatum Thomasutium de Fulgineo, prophetam, ac miraculis clarissimum. Similiter quo, ad mulieres produxit sanctam Elisabeth filiam regis Vngariæ, quæ fuit vxor Landegrauij ducis Lothoringiæ. Item sanctam Rosam de Viterbio, sanctam Margaritam de Corthona, sanctam Bonadonam de Podio bonci, vxorem sancti Luchesij, beatam Emilianam de Florentia, & beatam Claram de monte Falcien. in cuius corde inuentus est sculptus crucifixus cum omnibus misterijs passionis, & tres paruæ pilæ in eius pectore repertæ sunt, quarum vna tantum ponderat quantum duæ, & quantum omnes tres simul. Et non plus ponderant omnes tres simul quàm vna sola. Per quod significatur quòd ipsa habuit continuam memoriam

Flores multi de 2. ordine producti.

Flores multi de 3. ordine producti.

riam passionis Christi, & perfectam fidē vnitatis diuinæ essentiæ, & æqualitatis trium personarum diuinarum. Quę omnia ego proprijs oculis aspexi. Item beatam Elisabeth imperatricem Romanorū, vxorem Caroli quarti regis Francorum, & imperatoris, quæ miraculis corruscauit. Et beatam Blancham reginam Franciæ matrem sancti Ludouici regis Francorum, quæ signis, & miraculis claruit. Et beatam Meam de Senis, & beatam Paschalinam de Fulgineo, & beatam Michelinam de Pisauro, ac beatam Angelam de Fulgineo, quæ duodecim annis quotidie sumpsit dominicū corpus nihil aliud manducans, sed illo cibo cęlesti refecta orationi, & contemplationi vacabat. Itē beatam Beatricem de Rusconibus comitissam, quæ nostris temporibus fuit, & a septem annos citra mortua est multisq; miraculis claruit, & est sepulta Mediolani in ecclesia nostra sancti Angeli. Vt etiā dicit magister Bartholomæus Pisanus vbi supra. Iste ordo commendari potest de nobilitate. Nam multi magni homines de diuersis regnis christianitatis, comites, duces, principes, barones, & nobiles, tam viri quàm mulieres, fuerunt de tertio ordine beati Francisci. Inter quos vltra superius enarratos fuit illa Regina Vngariæ, quæ fecit monasterium campi regis in Austria. Et alia Regina Vngariæ mater regis Ludouici. Istum quoq; habitum induit quædam imperatrix Cōstantinopolis, & vna Regina Cathaloniæ, & rex Iacobus dux Burgundiæ, & magister magnifici dñi Ioannis Iacobi de Triultio & dominus Bartholomæus de Vignate, cuius proaui fuerunt domini ciuitatis Laudensis. Et dominus Lanzalotus de decio iuris vtriusque doctor peritissimus, ac lector in studio papiensi, cum alijs quasi innumerabilibus.

De tertij ordinis confirmatione.

TErtio huius regulę institutio fuit papali testimonio commendata. Vt em̄ refert magister Bartholomæus Pisanus in conformitatibus beati Francisci lib. 1. fructu. 2. conformitate. 2. parte. 2. dominus Papa Gregorius nonus qui beatum Franciscum canonizauit, in quadam prosa, quæ incipit. Caput draconis eum sic commendat di. Verum de Christi latere nouus legatus mittit in cui' sacro vexillum crucis cernitur. Franciscus princeps inclytus signū regale baiulat, & celebrat conuiuium per cuncta mundi climata. Contra draconis scismatia acies trinas ordinat expeditorum militum ad fugandum exercitum, & tres cateruas dæmonum quas draco semper roborat.

Quo tempore beatus Franciscus hos tres ordines instituit.

QVO ad secundum principale primę contemplationis, scilicet de inuentionis huius ordinis temporalitate est sciendum secundum magistrum Bartholomæum Pisanum, vbi supra lib. 1. fructu. 8. & conformitate. 8. parte. 2. q̄ sanctus Franciscus non statim vt mundo abrenūnciauit instituit prædictos ordines. Nam vt dicit legenda trium sociorū. Primo vilem habitum heremiticum nō alicuius religionis, sed pęnitentialem circa duos annos portauit, & postea habitū quem fratribus suis dedit assumpsit. Et sic anno secundo a suo conuersione ordinem fratrum minorum inchoauit, videlicet in 1207. die. 16. Aprilis. Ordinem vero sanctæ Claræ instituit anno sexto a conuersione sua.

Beatus Frāciscꝰ a Deo fuit directus in mūdū, vt istos tres ordines institueret.

EST autem sciendum q̄ beatus Franciscus fuit a Deo directus in mundū ad instituendū hos tres ordines in apertione sexti sigilli vt ait sanctus Bonauentura, in prologo maioris legendę ipsius beati Francisci. Quod demonstrauit Ioānes Euangelista. Apoca. 6. & 7. quòd in apertione sexti sigilli fuit a Deo missus Angelus, idest stigmata Iesu Christi. Et ipse dominus Iesus reuelauit sancto Bonauenturæ quòd beatus Ioannes non intellexit in prædicta prophetia de alio q̄ de sancto Francisco, & hoc affirmauit ipse sanctus Bonauentura legens Parisijs, & iurauit sic esse veritatem. Dicit autem magister Bartholomæus Pisanus, vbi supra fructu. 2. & conformitate. 2. parte. 2. quòd nouum testamentum in veteri testamento est sicut rota in rotam, iuxta visionem Ezechielis prophetę. 1. sui libri. c. Quare quemadmodum in veteri testamento fuerunt septem sigilla. Ita & in nouo. Idest sicut totum tempus veteris testamenti per septem circula voluitur, ita & tempus noui testamenti. In quorū

quo-

quolibet, & si plures homines perfecti missi sint a Deo, qui per omnia tempora non cessat mittere sanctos suos ad excolendam vineam suam, idest ecclesiam, & conuertendum peccatores ad pœnitentiam. In omni tamen ætate inter ipsos sanctos sic destinatos, fuit aliquis præcipue missus ipsi Deo acceptissim⁹, & singularis. Primum autem sigillum veteris testamenti fuit mundialis fabricationis, & primordialis obliquationis. Et incæpit ab Adam, ac durauit vsq; ad Noe. Quo tempore licet singularissimus fuerit Adam, quia tamen principium fuit nostræ præuaricationis, non computatur inter electissimos Dei. Fuerũt quoq; alij electi, vt Abel, Seth, & Enos, qui incepit inuocare nomẽ domini Gen. 4. Tamẽ præcipuus inter eos fuit Enoch, de quo dicitur. Gen. 5. quòd ambulauit cũ Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. Et Eccle. 44 quòd placuit Deo, & translatus est in paradisum. Et ipse Enoch debet venire tempore Antechristi. Apoc. 11. Ad quem autem finem vsq; ad illud tempus seruatur in paradiso terrestri ponit Ecclesiast. 44. vbi post prædicta verba subditur. Vt det gentibus sapientiam, idest vt prædicet Christum, Dei virtutem, & sapientiam. Alia autem littera habet. Vt det gentibus pœnitentiam, idest vt homines ad pœnitentiam conuertat.

De septẽ sigillis quæ fuerunt in veteri testamento.

De 2. sigillo.

SEcundum sigillum fuit humanalis declinationis, & infectionis. Et cæpit a Noe, & durauit vsq; ad Abraham, quo tempore omnis caro corruperat viam suam vitio luxuriæ, propter quod misit Deus diluuium quo omnes peremit excepto Noe cum filijs suis, & vxoribus eorum. Gen. 7. In hoc autem tempore fuit vt singularissimus Dei electus destinatus ipse Noe iustitiæ preco, de quo habeatur. 1. Petri. 3. Qui inuentus est perfectus, & iustus, & in tempore iracundię factus est reconciliatio Ecclesiast. 44.

De 3. sigillo.

TErtium sigillum fuit singularis plebis electionis, & incæpit in Abraham, & durauit vsq; ad Moysen. Quo tempore Deus præcipiendo Abrahæ vt exiret de terra sua, & iret in terram ei demonstraret. Gen. 12. Ipsum cum posteritate sua in peculiarem populum suũ elegit. Quo tempore licet alij fuerint electi Dei, vt Isaac, Iacob, & filij eius præcipue tamen ipse Abraham singulariter fuit Deo acceptus, de quo dicitur. Eccle. 44. Abraham magnus pater multitudinis gentium. Et non est inuentus similis illi gloria, qui conseruauit legem excelsi.

De 4. sigillo veteri testamenti.

QVartum sigillum fuit diuinalis potentiæ demonstrationis, quia in virtute multa eduxit Deus populum suũ Israel de Ægypto, vt habetur in multis capitulis Exodi. Et istud sigillum incepit a Moyse, & durauit vsq; ad Dauid. Quo tempore licet fuerint etiã alij electi Dei vt Iosue, & Othoniel filius Caleph, Iepte, Sanson, ac alij plures. Tamen præcipuus fuit ipse Moyses quem misit ad liberandum populum suum de manu Pharaonis, Exodi. 3. De quo Moyse dicitur. Ecclesia. 45. Dilectus Deo, & hominibus Moyses cuius memoria in benedictione est. Similem fecit illum in gloriam sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placauit Glorificauit eum in conspectu regum, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ. Docere Iacob testamentum suum & iudicia sua Israel.

De 5. sigillo

QVintum sigillum fuit peculiaris dominationis, & incæpit a Dauid, & durauit vsq; ad Heliam. Quo tempore licet multi alij missi fuerint vt Ezechias, & Iosias, ac alij plures. Tamen ipse Dauid fuit præcipuus qui erat vir secundum cor domini. 1. Regum. 13. Qui fuit sicut lux auroræ absq; nubibus rutilians, secundi Regum. 23. De quo dicitur Eccle. 47. Cum leonibus lusit sicut cum agnis, & Deus in omni tempore dedit confessionem sancto, qui de omni corde laudauit Deum. Et ideo exaltauit in æternum cornu illius.

De 6. sigillo

SExtum sigillum fuit prophetalis iraditionis, & incæpit a tempore Heliæ, & durauit vsq; ad transmigrationem Babilonis.

lonis. Quo tempore licet multi prophetæ missi fuerint, vt Helisæus, Isaias, Hieremias, & alij quàm plures. Tamen Helias fuit præcipuus, de quo dicitur Ecclesiast. 48. quòd surrexit quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Qui tandem in cęlum per turbinem ascendit quarti Regum. 2.

De 7. sigillo veteris testamenti.

SEptimum sigillum fuit generalis vexationis. Et incæpit a transmigratione populi iudaici in Babilonē vsq; ad Christum. Quo tēpore populus Dei fuit multipliciter afflictus, scilicet a rege Babilonis, a rege Niniue, a rege Antiocho tempore Machabæorum & a multis alijs. Quo tempore licet multi electi, fuerint a domino destinati vt Ezechiel, Daniel, Esdras, Neemias, & Tobias. Præcipue tamen missus fuit Simon onie, de quo dicitur. Ecclesia. 50. quòd fuit quasi stella matutina in medio nebulæ. Ex quibus septē sigillis patet quòd septem singularissimos homines ad mundum renouandum destinauit dominus Deus. Quorum ad instar septem sigilla ponuntur in nouo testamento, de quibus sex iam vt creditur transierunt, & septimum expectatur siue iam incepit, hæc magister Bartholomæus Pisanus vbi supra qui etiam subdit sic.

De sept. sigillis noui testamenti.

NOui testamēti primum sigillum fuit visceralis miserationis plenitudinis, scilicet gratiæ. Quo tempore Deus pater propter nimiam charitatem suam misit filium suum in similitudinem carnis peccati. Quo tempore & si Ioannes Baptista sit missus a Deo Ioannis primo, tamen quia venit in testimoniū Iesu Christi. Ipse dominus Iesus fuit ille singularissimus, & incomparabilis a Deo patre missus ad mundum renouandum & redimendum, qui fuit verus Deus, & homo potens in opere, & sermone. Lucæ. vlti.

De 2. sigillo noui testamenti.

SEcundum sigillum fuit apostolaris prędicationis. Et incepit ab aduētu spiritus sancti in Apostolos in die Penthecostes, & durauit vsq; ad tempus persecutionis tirannorum. Quo tempore licet missi fuerint omnes Apostoli, & discipuli Christi, qui prædicauerunt per vniuersum mundum fidem ipsius, iuxta illud Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorū. Sicut eis imposuerat ipse dominus Iesus Matthæi, & Marci vlt. Qui etiam scripserunt euāgelia Matthæus enim scripsit in 39. Marcus in 45. Lucas in 53. Ioannes vero in 63. anno domini In hoc etiam sigillo fuit Dionisius Areopagita qui floruit in anno domini. 80. Tamen singulariter misit dominus Apostolum Paulum qui fuit vas electionis a Christo directū ad portandum nomen eius coram gentibus, & regibus, & filijs Israel. Actuum. 9. Qui Apostolus vocatur segregatus in euangelium Dei. Roma. 1. Raptusq; fuit vsq; tertium cęlum. 2. ad Cor. 12. Qui etiam plus oībus laborauit. 1. ad Cor. 15.

De 3. sigillo noui testamenti.

TErtium sigillum fuit victorialis triūphationis, scilicet tempore martyrū. Et incæpit a persecutione Neronis, Domiciani, & aliorum imperatorum, & durauit vsq; ad Constantini cōuersionem. Quo tempore missi fuerunt multi viri insignissimi. Sed pręcipue sanctus Siluester qui zelo martyrij flagrauit, & alios ad martyrium animauit, atq; ipsum Constantinum baptizauit, & fidem christianam stabiliuit. Qui postea mortuus est anno domini. 320. Et tunc erat in flore Origenes, & Lactantius. Alij tamen dicunt quòd ille qui fuit tempore martyrū singulariter destinatus fuit sanctus Laurentius. In cuius signū ecclesia eius martyrium honorabilius alijs solemnizat.

De 4. sigillo noui testamenti.

QVartum sigillum fuit carnalis subiugationis & incæpit a baptismo Cōstantini, & durauit vsq; ad tempora beati Benedicti. Quo tempore floruerunt multi sancti homines qui mundum illustrauerunt vita, & doctrina s. Boetius q fecit librum suum de consolatione, cum esset incarceratus Papiæ in 336. anno domini. Floruerunt etiam anno. 343. Chrisostomus, Hilarius, Eusebius, & Basilius qui mortuus est in 370. anno. Floruerūt etiam in 371. anno Gregorius Nazanzenus, & sanctus Martinus, & in 381. Ambrosius, Hieronymus, & Augustinus. Mortuus est autem sanctus Ambr. in 390. Hierony in 398. & Aug. in 400. Horosius autem erat in flore in 400. anno. Infra tēpus

pus

pus autem huius sigilli fuerunt illi sancti patres in desertis, ieiunijs, orationibus, vigilijs, disciplinis, alijsq; austeritatibus carnem subiugãtes, ac mortificãtes. Quo tempore licet Paulus primus heremita, alij post eum plures sanctitate famosi fuerint, præcipuus tamen fuit sanctus Antonius Abbas pater quasi omnium monachorum, & anachoritarũ. Magistri Pauli simplicis, Hilarionis, Macharij, & multorum aliorum. Cui post superationem dæmonum dixit Christus. Quia viriliter pugnasti faciam te per totum orbem nominari. Quo nomine multi sunt ad sanctæ peragendum inuitati.

De 5. sigillo noui testamenti.

QVintum sigillum fuit mirabilis mundi subleuationis a pressuris q̃ erant in orbe per gentes Vuandalorum, Gothorum, Longobardorum, & multorum aliorum. Quo tempore missi sunt probi viri prout sanctus Greg. recitat in libris dialogorum qui mirabiliter mundum signis & virtutibus subleuauerũt. Sed inter eos missus est singularissimus vir re & nomine Benedictus cuius conuersatio, vita, & doctrina qualis fuerit beatus Greg in 2. lib. dialogorum clarissime demonstrat. Mortuus est autem sanctus Benedictus anno domini. 528. Hoc autem sigillũ durauit vsq; ad tempus Francisci. Infra qđ tempus floruerunt multi excellentissimi viri, maxime sanctus Gregorius Papa q mortuus est anno domini. 606. Venerabilis vero Beda floruit in 690. Ordo autẽ Carthusiensis incepit in 1092. Cistersiensis vero in 1098. Floruit autem Vgo de sancto Victore in 1108 Et sanctus Bernardus in 1153. Gratianus vero & Petrus Lõbardus scripserunt libros suos in 1171. Ordo autem prædicatorum fuit confirmatus per Papã Honorium in 1201. Ordo vero minorum fuit confirmatus primo per Innocentiũ tertium in 1207. sed sine bulla. Postea vero Honorius Papa eundem confirmauit cum bulla in 1217.

De 6. sigillo noui testamenti.

SExtum sigillum fuit pœnitentialis, & passionalis crucis renouationis. Et incępit a tempore beati Francisci, vel a natiuitate eius quæ fuit in 1178. vel a conuersione eiusdem quæ fuit in 1206. Mortuus est autem beatus Franciscus in 1226. Sanctus vero Dominicus in 1221. ante Seraphicum Franciscum defunctus est. Communiter tamen tenetur q sextum sigillũ incepit a conuersione sancti Francisci, scilicet tempore Federici secundi imperatoris regis Siculorũ in 1206. Qua apertione sigilli, vt prædictum fuerat. Apoc. 6. Factus est terremotus magnus, scilicet persecutionis ecclesiæ. Et sol factus est niger, idest dominus Papa qui tempore huius imperatoris propter eius persecutione fugijt & non inueniebatur, & tandem repertus est Venetijs in quodam hospitali. Et Luna facta est sanguinis, idest ecclesia designata per Lunam facta est sanguinolenta, quia multi clerici eidem Federico non adhærentes occisi sunt. Stellæ quoq; ceciderũt de cęlo, quia multi pręlati per stellas designati ceciderunt de cęlo militantis ecclesiæ, per adhęsionẽ, ad ipsum Federicum. Tempore enim huius Federici Romana ecclesia valde vexabatẽ per Saracenos ab ipso imperatore ad partes fidelium adductos. Ita vt nullus auderet Papam, aut Romanam ecclesiam nominare, nec Christum vel Apostolos sequi. Sed vita Christi erat in contemptũ per despectum paupertatis, & appetitũ diuitiarũ, & per ambitionem superbiæ. Tunc aũt aperto hoc sigillo vt Ioãnes testatur Apoc. 7. Ab ortu solis, idest de ciuitate Assisij in oriente posita, ascendit Angelus, idest Franciscus puritate, & sanctitate Angelis consimilis, directus a domino cum signo Dei viui, idest cum stigmatibus Iesu Christi ad renouandam. s. perfectionis semitam, quæ erat oblitterata, & ad prædicandam pœnitentiam. Vnde sanctus Bonauentura in legenda eius ait de illo. Deniq; spiritus Christi vi flammea totus accensus cepit vt alter Helias virtutis æmulator existere. Cepit & aliquos ad iustitiã perfectam inducere. Cepit & cęteros ad pęnitentiam inuitare.

QVod aũt Frãciscus sit a Deo destinatus ad prędicãdã pęnitentiã patet primo Innocẽtij tertij testimonio q regulã approbãs dedit b. Francisco, ac socijs eius de prædicanda pęnitẽtia mandatũ, vt habeẽ in legẽda eius. Patet scđo ex institutione primi ordinis, & secundi qui omnes sunt in maxima austeritate fundati. Patet & tertio ex institutione tertij ordinis quem de pœnitẽtia nuncupauit. Et inquit sanctus Bona. in prologo maioris

Beati Franciscũ a Deo destinatum fuisse ad prędicandũ pœnitentiam ostenditur.

ris legende. Secundum imitatoriã quoq; similitudinem precursoria destinatus a domino vt viam parans in deserto altissimæ paupertatis tam exemplo q̃ verbo pœnitentiam prædicaret, hæc ille Beatus igitur Franciscus figuratus fuit per illum cui præcepit Deus. Ezechiel. 9. vt signaret Thau super frontes virorum gementium, & dolentium, ne occiderentur ab Angelo percutiente. Venit enim ad imprimendam memoriam passionis Christi in cordibus fidelium, vt accepta cruce pœnitentiæ non timeant diabolũ, nec persecutionem Antechristi proxime venturi. Dedit autem Christus sua stigmata beato Francisco tanquam vestimenta sua camerario dilectissimo, & tanquam insignia sua nuncio suo fidelissimo, & tanq̃ bullam suam preconi maximo, & tanquã arma sua militi strenuo, & tanquã vexillum suum valenti capitaneo, vt oẽs eum secure sequantur per viam pęnitentiæ. Vnde canit ecclesia. Decus morum dux minorum Franciscus teneś brauium &c.

De 7. sigillo noui testamenti.

QVia vero de isto sigillo sexto iã pręterierunt anni. 290. profecto cõstat ꝙ septimum & vltimum sigillum, aut iã apertum est, aut in proximo aperietur. s. tempore Antechristi. In natiuitate enim eius aperiet. Et ideo quia ipse Antechristus non cognoscetur nec incipiet persecutionem suam nisi quando habebit triginta annos. Fortasse nunc est illi ætati proximus, & consequenter cito erit huiusmodi mundi finis vltimus.

Qualiter regula tertij ordinis fuerit instituta.

QVO ad tertium in prima contemplatione principaliter videndum. s. qualiter hæc regula fuit instituta, respondetur ꝙ vt patet ex cronicis ordinis nostri triplici medio fuit instituta. s. diuinę inspirationis, feruentis prædicationis, & zeli charitatis. Quo ad primum dicit sanctus Bona. in quarta parte legendæ maioris, ꝙ post religionis approbationẽ factam a domino Innocentio 3. cepit beatus Franciscus tractare cum socijs, vtrum inter hoĩes cõuersari deberet, an ad loca solitaria se conferre. Et cũ per orationis instantiam diuinæ super hoc voluntatis beneplacitum requisisset, supernæ reuelationis illustratus oraculo intellexit se ad hoc missum a dño, vt Christo lucraret aĩas quas diabolus conat auferre. Ideoq; magis oĩbus q̃ sibi soli viuere prælegit, illius prouocatus exemplo qui vnus pro oĩbus mori dignatus est. Vnde se quodã tugurio recollegit prope Assisiũ, vt posset pro loco & tẽpore populis pręedicare. Licet aũt hoc tempore beatus Frãciscus prædicaret, nõ tñ assidue vt postea fecit, quia magis orationi q̃ prædicationi vacabat vt inquit magister Bartholomęus Pisanus in 1. li. conformitatũ, fructu. 10. & conformitate. 10. & habet etiã in cronicis ordinis nostri. Anno aũt a conuersione sua. 14. secundũ quod habet in legenda eius antiqua, & etiam ponit in 12. parte legendæ maioris, fuit in magna cuiusdam dubitationis agonia. An videlicet orationi vacaret assidue. An prædicando per mundum discurreret, quã terminandam proposuit suis socijs multis diebus ab oratione rediens. Et hanc dubitationẽ incurrebat cogitando bona orationis, & prædicationis. Nam ꝙ deberet eligere assidue in oratione inducebatur primo quia maiorem sibi videbatur accepisse gratiam orãdi q̃ prædicandi. Secundum aũt Philoso. 1. Polit Debemus semper vti rebus ad id propter quod datæ sunt nobis a sapientissimo datore. Secundo ad hoc inducebatur quia in oratione videtur lucrum, & cumulatio gratiarũ. In prædicatione vero distributio donorum cęlitus acceptorum. Tertio quia in oratione est purificatio interiorum affectu vnito ad vnũ verum, & summũ bonũ cum vigoratione virtutis. In prædicatione vero spiritualium puluerizatio pedũ distractio circa multa, & relaxatio disciplinæ. Quarto quia in oratione Deum alloquimur, & ipse nos, & quasi angelicã vitam agentes inter Angelos conuersamur. In prædicatione vero multis oportet vti condescensionibus humanis ad homines. Inter eos viuendo, humana videre, & cogitare, dicere & audire. Sed pro alia parte, scilicet ꝙ prædicationi potius deberet insistere, & vacare argumentum erat quod præ omnibus ponderat apud Deum, scilicet ꝙ vnigenitus Dei filius q̃ est sapientia patris propter salutem animarum descendit de sinu patris vt suo mundum informans exemplum verbum salutis hominibus loqueretur, quos sa-

De his quæ inducebant beatũ Franciscũ ad orationes assiduitatem.

cri sanguinis precio redimeret, & mundaret lauacro, ac poculo sustentaret, nihil sibi omnino reseruans quod non ad salutem nostram liberaliter erogaret qa nos omnia debemus agere secundum exéplar eorum quæ videmus in ipso tanq̃ in monte sublimi, videtur magis placitum Deo ꝙ intermissa orationis quiete foras eggrediatur ad prædicationis laborem. His ergo argumentis ad partes existentibus licet multa nosset tam spiritu prophetico q̃ irradiatione diuina. Tamé hanc quæstionem ad liquidum dissoluere non valebat Deo sic permittente vt prædicationis sibi iniunctum officiũ, potius diuina auctoritate q̃ humana voluntate declararetur assumptum ab ipso, & a Deo sibi præceptum & impositum. Cũ igitur humilimus esset, non erubescebat a minoribus parua quærere qui magna didicerat a magistro supremo. Vñ misit fratrem Masseum sociũ suũ ad fratré Siluestrum, qui in monte subasio in loco de carceribus morabaẽ, & erat tantæ sanctitatis, & gratiæ ꝙ quicquid in oratione a Deo petebat statim exaudiebatur, & cum eo loquebatur sicut amicus cũ amico. Et propterea sanctus Franciscus magnã deuotionem, & fidem habebat in eo Præfato igitur fratri Siluestro misit dicendo, vt supplicet Deũ rogaret quatenus ei indicaret quod sibi plus placeret an ꝙ alijs prædicaret, vel ꝙ orationi cõtinue vacaret. Et similiter ad beatã Claram misit vt ipsa cũ aliquibus de magis puris, & spiritualibus sororibus per orationé, diuinũ beneplacitũ super hoc postularet. Frater autem Masseus socio assumpto perrexit ad eos, & illis ambassiatã fecit beati Francisci. Statim ergo beatus frater Siluester ad orationem perrexit, & in oratione diuinũ responsum habuit. Et ad fratré Masseum exiens dixit Hęc dicit dñs vt dicas fratri Francisco, ꝙ ipsum nõ ꝑpter se solũ vocauit, sed vt fructũ faciat animarũ, & multos per eum lucreẽ. Idem quoq; respondit beata Clara dicens se habuisse a domino, ꝙ suũ beneplacitũ erat vt ad prędicandum exiret. Reuerso igitur fratre Masseo beatus Franciscus eum in charitate recipiens illi pedes abluit, & refectionem parauit. Deinde cibo sumpto eũ vocauit ad siluam. Et nudato capite, manibus canzelatis genuflectens interrogauit dicens. Quid iubet dominus meus Iesus Christus vt faciam? Respondit autem frater Masseus ꝙ tam sanctæ Claræ, & sororibus q̃ fratri Siluestro vna erat facta responsio Iesu Christi, scilicet ꝙ volebat eum ire ad prædicandum, quia ipsum non vocauerat propter se tantũ, sed etiam propter salutem aliorũ. Ex quibus patet primũ, scilicet ꝙ ad prædicandam pęnitentiam beatus Franciscus inductus fuit diuina inspiratione, imo præcepto. Et consequenter ad instituendum ipsum ordinem de pęnitentia.

Secundo instituit istum ordinem mediante feruẽti prædicatione. Vnde de illo ait sanctus Bonauentura in 4. parte legendæ maioris Factus igitur euangelicus præco ciuitates circuibat, & castra, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in virtute spiritus annuncians regnũ Dei domino dirigente loquentem reuelationibus præuijs, & sermonem confirmante sequentibus signis. Erant autem ipsius eloquia virtute spiritus sancti plena. Et medullas cordis penetrantis. Ita vt in vehementem stuporem audientes conuerterent, & obstinatorum mentes efficatia virtuosa mollirent. Vnde prædicationis eius feruore succensi quàm plurimi vtriusq; sexus in coniugali pudicitia domino famulantes, secundum formam a viro Dei acceptam nouis se pęnitentiæ legibus vinciebant. Quorum ordinem té poris in processu fratrum de pœnitentia vir Dei appellandum decreuit, hæc ille. *Ostenditur etiã ordinẽ istũ mediante feruentẽ prædicatione fuisse institutum.*

Tertio istum ordiné instituit zelo charitatis. Vnde in eius legenda dicitur ꝙ habita responsione prędicta a fratre Masseo, surgens continuo succinxit se nullaq; prorsus mora contracta dixit ipsi fratri Masseo. Eamus. Ipsumq; assumens in socium, & fratrem Angelum ibat cum tanto feruore vt diuinum exequeretur imperium, tanq; celeriter percurrebat, ac si facta manu dñi super eũ nouã induisset e cęlo virtutem. Quasi.n. fulgur in impetu spiritus pergebat non attendendo ad viã seu semitã. Et sic eundo deuenit ad quoddam castrum nomine çanariũ quod est distans ab Assisio per quatuor miliaria, & *Terti⁹ quoq; ordo zelo charitatis fuit institutus.*

est prope beuanium, & vulgariter dicit canaio, in quo quidem castro cum tanto feruore prædicauit q oẽs tam viri q̃ mulieres volebant relicto castro ire post eũ. Sanctus vero Franciscus dixit illis. Nõ faciatis. Quia ego ordinabo pro salute vestra quid agere debeatis. Et ex tunc cogitauit facere ipsum tertium ordinem qui dicitur continentium seu fratrum, & sororum de pęnitentia. Prædicta autem cõfirmat sancta mater ecclesia, quæ in officio eius canit. Sãctus Franciscus præuijs orationum studijs quid faciat instructus non sibi soli viuere, sed alijs proficere vult Dei zelo ductus.

Regula tertij ordinis est magnæ perfectionis ac magni meriti.

Secunda principalis contemplatio circa illum ordinem dicitur perfectionis. Pro cuius expeditione est sciendũ q ista regula est magnæ perfectionis contentiua, & eius obseruatio est magni meriti. Vnde sanctus Bona. in legenda beati Frãcisci ait. Sicut in cęlum tendentibus pœnitentiæ viã omnibus constat esse communẽ, sic & hic status clericos, & laicos, virgines, & coniugatos in vtroq; sexu admittens quanti sit apud Deum meriti, ex pluribus per aliquos ipsorum patratis miraculis innotescit, hæc ille. Dico igit q in ista regula continentur duodecim perfectiones de sacro fonte euangelij, & veteri testamento collectæ, quę sunt tãq̃ duodecim portæ Hierusalem. Apoc. vlt.

De prima perfectione contenta æ regula tertij ordinis beati Frãcisci.

Primo enim continet fidem, quia oportet secundum tenorem ipsius regulæ q hunc ordinem ingredientes sint fideles ac catholici, & ecclesiæ Romanæ obedientes. Et q prius examinentur de fide catholica. Ita q nullus hæreticus in eo recipiatur, & si fuisset receptus expellat, quia fides est fundamentum omniũ virtutum, iuxta illud Hebr. 11. Fides est sperandarũ substantia rerum &c. Et vbi non est fundamentum superædificari non potest. c. cum Paulus. 1. q. 1. Et sine fide impossibile est placere Deo. Hebr. 11. Et hęc perfectio sumpta est in euangelio Ioannis. 20. vbi ait dominus. Noli esse incredulus sed fidelis, & Eccle. 2. Qui timetis dominum credite illi, & Apoca. 2. dominus ait. Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

De 2. perfectione.

Secundo continet spem, quia hortatur ad pœnitẽtiã. Promisit aũt Deus in euãgelio viiã æternam pęnitentibus dicens. Matth. 4. Pœnitentiam agite. Appropinquabit. n. rgnũ celorũ. Econtra vero est de non pœnitentibus quibus dicit. Lucæ 14 Nisi pœnitentiã habueritis oẽs simul peribitis. Cũ igitur iste ordo sit de pœnitentia, ideo quilibet eius regulam obseruans, pôt sperare vitam æternam, & dicere Deo cum propheta. Psal. 30. In te dñe speraui, non confundar in æternum.

De 3. perfectione a regula tertij ordinis contenta.

Tertio continet charitatem. Nã præcipit reconciliationẽ cũ proximo. Et hoc colligit ex euangelio. Matth. 5. in quo saluator ait. Diligite inimicos vr̃os &c. ibidem. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, dimitte ibi munus tuũ, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuũ. Deus. n. nõ habet grata opera quę facit ille qui est in discordia, & odio cum ꝓximo suo. Vñ inquit Aug. in lib. de verbis dñi. Nõ pôt concordiã habere cũ Christo qui discors voluerit esse cum christiano. Debetis ergo remittere iniurias his q vos offenderunt, iuxta illud. Leui. 14. Ne memineris iniuriæ ciuium tuorũ. Et diligere proximum, & nullum odio habere. Ait. n. dñs Math. 22. Diliges proximum tuũ sicut te ipsum. Nã nullus sine charitate pôt saluari. c. nullus de pœni. di. 7. Et ideo inquit Apostolus. 1. ad Cor. 13. Si linguis holum loquat & Angelorum, charitatẽ aũt nõ habeam nihil mihi ꝓdest &c. Item post annũ probationis hãc regulã proficiens vouet seruare pręcepta Dei. Qđ pertinet ad dilectionem dicente dño. Ioannis. 14. Si diligitis me mandata seruate. Et promittit satisfacere si quid contra regulam fecerit. Quia Luc. 12. dr̃. Seruus sciens voluntatẽ dñi sui, & nõ faciens, plagis vapulabit multis. Et sic professus nõ pôt amplius redire ad habitum, & vitã mundanã, quia ait dñs. Lucæ. 9. Nemo mittens manũ suam ad aratrũ, & respiciens retro aptus est regno Dei. Sicut. n. arans, & retro aspiciens nõ facit rectum sulcũ, sic in seruitio Dei retro aspiciens non recte ambulat in eius obsequio.

Quarto

De 4. perfectione.

QVarto hæc regula continet iustitiã. Vult.n. q̃ ille qui est obligatus alteri concordet secum soluendo, fideiubendo vel pignus dando. Et hæc est vera iustitia q̃ vult vnicuiq; tribui qđ suũ est.l. iustitia.ff.de iust.& iu.& insti.eo.inprin. & c.si seculi leges.12.q.2. Et hoc colligĩt ex euãgelio dicẽte. Mat.18. Redde qđ debes, & Matt.23. Reddite q̃ sunt Cęsaris Cęsari, & q̃ sunt Dei Deo. Sine hac.n.virtute nemo põt cõsequi vitã æternã. Quia secundũ oẽs theologos in 4. di.15. Quicunq; iniuste possidet rẽ alienã, vel cõtra iustitiã dãnificauit aliquẽ, & nõ vult restituere, & satisfacere viuit in peccato mortali. Vñ dr in c. peccatũ nisi restituat male ablatũ. Quia etiã secundũ iustitiã nemo põt alteri obligare rem q̃ alicui est particulariter obligata. Cum vxores sint positæ sub viri potestate, dicẽte Deo primæ vxori. Gen.3. Sub viri potestate eris, & ipse dñabit tui. De quo etiã habet in c.manifestũ, & c.est ordo. & c.hæc imago. & c.cum caput. & c.mulierẽ. & c. mulier. 33.q.vlt. Ideo ordinauit hęc regula q̃ maritatę nõ possint istũ ordinẽ intrare mari tis inuitis. Et hoc colligĩ ex euãgelio. Io. 4. inquo q̃ cũ mulier Samaritana petisset a Christo aquã salutarem de qua locutus fuerat ipse dñs, dixit ei Iesus. Vade voca virum tuum. Hæc enim aqua salutaris significat hanc sanctam regulam.

De 5. perfectione ab hac regula contenta.

QVinto hæc regula continet pietatẽ. Primo erga ꝓpriã aiam, iuxta illud. Eccle.30. Miserere aïæ tuæ placẽs Deo. Et ideo ne contingat ex inopinata morte inordinatũ aliqđ relinqui, & aliquẽ damnari, vult vt quilibet sic ordinet facta sua q̃ semper mori sit paratus. Propter quod statuit q̃ oẽs qui habent factionẽ testamenti, faciant illud infra tres menses ab ingressu ordinis, vt adueniẽte morte possint libere vacare sacramẽtis ecclesiæ suscipiendis, & transire de hac vita sine aliqua temporalium occupatione. Et hoc collectum fuit. Isai.38. Dispone domui tuę &c. Item continet pietatem erga proximos, dum præcipit vt orẽt pro viuis, & defunctis. Dicit enim Aug. in sermone ad hære. Cupis vt tui misereatur dominus? Fac vt proximo miserearis. Tanto enim recipies in alia vita, quantum facies in præsenti. Item vult vt soluatur denarius vsualis massario deputato semel in mẽse quo subueniat pauperibus, & infirmis. Et si quis eorum infirmatur, visitet a ministro, & ab alijs, vt audire possint in die iudicij dñm eis dicentem. Infirmus eram & visitastis me. Matth.25 Itẽ vult q̃ si aliquis ex ipsa societate moriatur, alij faciant eum sepeliri, & intersint exequijs eius, & q̃ litterati pro anima ipsius dicant. 50. psalmos. Alij vero.50. pater noster. Et q̃ quolibet anno pro viuis, & defunctis ipsius ordinis faciant quilibet eorum tres missas celebrari. Et q̃ litterati dicant psalterium. Alij centum pater noster pro dicta causa. Ecce quanta pietas huius regulæ. Hoc autẽ colligitur ex euangelio. Matth.10. Si quis dederit vni ex minimis &c. & Matth.25. vbi dominus ait se dicturum in die iudicij suis electis. Esuriui, & dedistis mihi manducare &c. & Matth.9 ac Lucæ.7.& 23. Christus orauit pro proximis, & Ioannis.11. orauit pro Lazaro mortuo.

De 6 perfectione huius regulæ.

SExto continet humilitatem dum ordinat q̃ omnes tam viri, q̃ mulieres induant mantellis de pannis vilibus in precio, & colore, iuxta illud Hieronymi ad Rusticũ monachum dicentis. Vilis tunica contemptũ seculi prębet, ita duntaxat ne animus tumeat, ne habitus sermoq; dissentiat. Similiter hęc regula prohibet omnem curiositatem, & vanitatem in vestibus, in cingulo, & pellibus, vt in oĩbus protestent humilitatẽ, quam in corde multo magis habere debẽt. Et hoc colligitur. Matth.11. cum dominus ait. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Cõtinet etiam humilitatẽ dũ subijcit oẽs ipsius ordinis tam ministros, q̃ alios correctioni, & subiectioni Epi, & visitatoris. Papa aũt Sixtus quartus per priuilegium suum quod incipit. Romani pontificis prouidentia. Cuius transumptũ autenticum Romæ factũ ego habeo, subijcit totaliter ipsum ordinem visitationi, & correctioni generalis, & prouincialiũ ministrorũ, & eorum vicariorũ, & visitatorũ ab eis deputatorũ ordinis fratrũ minorũ, & inhibet quibuscunq; prælatis ecclesiasticis ne de cætero vllatenus de ipsorum fratrũ, ac sororũ, de pęnitẽtia, visitatione, vel correctione se intromittãt

vel prædictos fratres minores aliqualiter impediant in prædictis. Concedens ipsis visitatoribus vt omnia ecclesiastica sacramenta eis ministrent quando sibi videbitur. Quæ omnia fecit vt prædictus ordo melius gubernetur, & reguletur, ac in maiori humilitate, & religiositate conseruetur. Hęc aut ẽ humilis subiectio est collecta de euangelio Lucæ.2. Vbi de domino Iesu dicitur. Et erat subditus illis.

De 7. perfectione ab hac regula contenta.

SEptimo hæc regula continet honestatem, dum prohibet confessores suos interesse pompis, & spectaculis mundanis, correis, ioculationibus, ludis dissolutis, conuiuiorum comessationibus, & hmôi. Et imponit vt quantũ in eis est totã familiã suã ab his reuocent, quia Amos.8. minatur dñs di. Conuertam festiuitates vestras in luctũ, & oĩa cãtica vestra in plãctũ. Prohibent etiã tales cõuersari in locis inhonestis, & cũ personis turpibus, quia talis quisq; reputaẽ qualis in exterioribus videẽ.l.item apud labeonem.§ si quis virgines.ff.de iniu. Item hæc regula ratione honestatis pręcipit vt caueant a iuramentis maxime illicitis, & ꝙ non recipiant iuramentum nisi pro pace, & huiusmodi. Quod a ceeptũ est ex euangelio. Matth. 5. in quo dñs ait. Nolite iurare omnino. Sit autem omnis sermo vester est, & non, &c. Item præcipit ne desferãt arma nisi de ministrorum licentia Quod acceptum est ex euangelio. Matth. 26. in quo dñs ait Petro. Mitte gladium in locum suũ. Et Matth. 5. Esto cõsentiens ad uersario tuo dũ es in via, & 6 c. Ego aũt dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei, & alteram. Et si quis vult tunicam tuã tollere, dimitte ei, & pallium.

De 8. perfectione huius regulæ tertij ordinis beati Francisci.

OCtauo hæc regula continet sobrietatem, & abstinentiã, quia vult vt sint contenti bina refectione in die, nisi forte laboribus sint pressi vt pluribus egeant refectionibus. Et vt toto anno in die lunę & mercurij non comedant carnes nisi in itinere vel religiosorum conuentibus, si qui vescuntur carnibus. Nam tunc indulget sanctus Franciscus ꝙ cum ipsis cõformentur in eorum domibus. Item in infirmitate, in qua medicorum conscientiã sequanẽ. Et in Flebotomia, post quã tribus diebus carnes comedere possint, nisi accidat dies a lege positiua prohibitus, vt dies veneris, aut vigiliæ, & huiusmodi. Si etiam dies Natalis Domini venerit in diem veneris potest comedere carnes.c.explicari. de obserua. ieiunij, & in illis festis quæ ponit regula. Item præcipit vt toto anno semel in hebdomoda ieiunent, scilicet, sexta feria, & a festo omnium sanctorum vsq; ad Pascha addant ieiunio diẽ mercurij. Et ꝙ a sancto Martino vsq; ad Natale Domini ieiunium seruent, excepta Dominica, nisi legitima causa eos excuset a ieiunio. Item ꝙ quadragesimam cõmunem incipiant a quinquagesima. Hæc autem abstinentia collecta est Lucæ.21. dum ait dominus. Attendite ne forte grauentur corpora vestra crapula & ebrietate, & curis huius seculi, & Matth.4. Exemplo Christi ieiunantis quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & Eccle. 37. dicitur. Noli auidus esse in omni æpulatione, &c.

De 9. perfectione in hac regula contenta.

NOno continet deuotionem. Nã vult ꝙ ante & post refectionem dicant orationem Dominicam, & vt quotidie proposse missam audiant, & ꝙ in nocte ad matutinum, & orationem surgunt nisi causa rationabilis eos excuset, & ꝙ clerici dicant officium secundum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vel ecclesiæ cathedralis vbi habitant. Non clerici vero dicãt septem horas canonicas, vt possint in vita æterna dicere Deo. Septies in die laudem dixi tibi, &c. Psal. 118. Quas horas debent dicere hoc modo. Videlicet ꝓ matutino duodecim pater noster, pro singulis autem horis canonicis septem addito in prima, & Completorio Miserere, & Credo. Hæc autem collecta sunt Deuter. 5. & Matth. 4. vbi dicitur. Dominum Deũ tuum adorabis, & illi soli seruies, & Lucæ.18 Oportet semper orare, & nunquã deficere. Item quòd vadant ad ecclesias Deum laudaturi. Quod colligitur. Matt. 21. quando dominus ait. Domus mea domus orationis vocabitur. Et idem dicit quòd pueri clamabant in templo. O sanna filio Dauid. Item præcipit vt confiteantur, & communicentur saltem tribus vicibus in anno, scilicet in festo Dominicæ resurrectionis, Penthecosten, ac Natiui-

ciuitatis Domini. Per confessionem enim homo acquirit gratiam, & misericordiā a Deo. Et ideo inquit psalmista. Confitemini domini quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Itē per cōfessionem aperiuntur portæ paradisi, & ideo ait idem propheta. Psal. 99. Introite portas eius in confessione. De communione autem dicit dñs. Ioan. 6. Qui manducat meam carnē, & bibit meū sanguinē habet vitam æternam, & in me manet, & ego in eo. Et ibidem. Qui manducat hūc panem viuet in æternum. Propter quod de laudabili consuetudine ordinis nō solum confitentur, & accipiūt corpus Christi illis tribus vicibus quæ ponuntur in regula, sed etiam pluribus alijs in anno.

De 10. perfectione. DEcimo hæc regula continet exemplaritatem. Præcipit enim vt dent bonū exemplū proximis, vt sint forma religiositatis, doctrina omnis virtutis, & exemplar bonorū operum mundanis eum quibus habitant, & conuersantur. Quod colligitur. Matth. 5. quādo dñs ait. Vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra corā hominibus vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum qui in cęlis est. Item præcipit vt qui proximum scādalizant, & ei dant malum exemplum, expellantur de societate facta trina admonitione, quia dicit dominus. Matth. 18. Veh homini illi per quem scandalum venit. Et iterum. Qui scandalizauerit vnū de pusillis istis qui in me credunt, expedit illi vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris &c.

De 11. perfectione regulæ tertij ordinis beati Frācisci. VNdecimo continet vnionem, præcipiens vt quolibet mense conueniant in vnum ad audiendam regulam. Item iubet vt in pace viuant simul, & cum proximis. Vnitas enim & concordia est vnum de præcipuis bonis, quæ in congregationibus, & ordinibus esse possunt, dicente propheta. Psal. 132. Ecce q̄ bonū, & quā iocundum &c. *De 12. perfectione.* Duodecimo continet discretionem, quia in omnibus, quæ præcipit regula potest dispensare visitator. Et hoc colligitur. Ioannis. 6. & Matth. 14 qñ ait dominus. Facite eos discumbere. Qđ potest intelligi dictum visitatoribus cū viderit necessitatem, vel rationalem causam. Omnis enim pœnitentia debet esse discreta, quia discretio est mater omniū virtutum. c. primo de officio custo. & c. præsentium, prima. q. 5. Virtus autem in discreta pro vitio reputatur. Deus enim non exigit ab hominibus nisi id quod facere potest. Et ideo nimia austeritas in vigilijs, & ieiunijs repræhenditur in c. non mediocriter, de consecratione distin. 5. Sicut ergo nimis negligens est Deo exosus, ita etiam nimium, ac indiscrete austerius ei non placet. Quia omnia extrema sunt vitiosa, secundo Ethicorum. Medium autem tenuere beati, glosa in auten. de consu. §. 1. Et ideo Ouid. in secundo Methamor. inquit. Inter vtrunq; tene medio tutissimus ibis. Aliam quoq; discretionem continet hæc regula, scilicet q̄ ministri in hac societate non possint eligi ad vitam, sed ad tempus, vt omnes habere possint suam partem oneris, & honoris, & vnus non semper grauetur tali onere. Officia enim, & honores æqualiter debent diuidi in ciuitate. l. qui originē. §. præses. ff. de mune. & hono. Est quoq; alia discretio huius regulæ. Vult enī Nicolaus quartus qui ipsam regulam cōfirmauit q̄ nullus peccet mortaliter trāsgrediendo aliquid de his quæ in ea continentur. O summa conscientiæ quies. Et ideo inquit dominus. Matth. 11. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est & onus meum leue. Licet autem communiter votum de sui natura obliget ad seruādum promissum sub pœna peccati mortalis. Tñ votum q̄d fit in professione huius regulæ non obligat nisi ad veniale. Quia vouentes non intendunt se obligare nisi secūdum quod obligantur ex præcepto regulæ secundū voluntatem summi pontificis ipsam regulā approbantis. Hæ igitur duodecim perfectiones sunt duodecim flores pulcherrimi. Duodecimq; stellæ paradisi, quæ in hac regula continentur. Quæ omnia si quis perfecte obseruauerit, poterit dici de illo illud Apocalipsis. 12. In capite eius corona stellarum duodecim. Et beato Francisco institutori huius regulæ illud. Psal. 20. Posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Hæc enim sancta

regula est illa quæ obseruatores suos coronat in cęlis. Et ideo profitentibus eam promittitur vita æterna. Dum recipiens eos ad professionem dicit cuilibet eorum. Et si hęc obseruaueris promitto tibi vitam æternam. Ipsa quoq; est sepes ad diuina mandata seruanda. Est etiam obseruatio, & renouatio sacramenti baptismalis, in quo omnes christiani renunciauerunt diabolo, ac mundo, & pompis eius, c. 1. de consecra. distin. 4. Et ideo summa deuotione debet recipi, & obseruari.

Propter nouē dignitates valde sublimeresest regula pœnitentiū beati Frācisci.

QVo ad tertiam principalem contemplationem, scilicet exaltationis, & dignificationis huius regulæ, dico quod valde sublimata est propter nouem dignitates quas habuit. Primo propter bullationem. Nam ad ostendendam excellentiam istius ordinis, & regulæ, Christus insigniuit institutorem ipsius sigillo suæ passionis. Vnde ipse ait, ad Galath. 6 Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Quia enim appositio sigilli autentici das fidem veritati. e. scripta vero autentica de fide instrumen. Ideo non sigillo cereo, vel plumbeo, aut aureo, sed sigillo Dei viui, voluit hanc regulam esse plumbatam. Secundo est summe dignificata propter dilationem. Ipse enim Christus quasi ipso facto prænuncians tres ordines a beato Francisco instituendos detulit indumentum coloris birretini. Nam illa tunica inconsutilis quam proprijs manibus ei fecit beata virgo dū esset paruulus, quæ eum ipso crescente crescebat, erat de hoc colore, sicut eū iureiurando testatus est Mediolani prædicando beatus frater Baptista de Leuanto ordinis nostri generalis Vicarius, qui affirmauit se eam vidisse in quodam castro vbi ostenditur, & conseruatur cum maxima veneratione. Et ideo nō est dedecus, sed maxima gloria portare talem habitū quem filius Dei detulit, & regina celorū primitus adinuenit, & fecit. Et est verisimile quod etiā ipsa tali colore indui voluit, vt humilissima existens humilissimo filio suo esset etiam in habitu conformis sicut erat in vita. Eapropter dicere potest dominus illud. Baruch. 5 Indui me sacco. Et beata virgo simul cum eo dicere potest illud. Iob. 16. Saccum consui super cutem meam, & operui cinere, idest colore cinereo carnem meam.

De 2. dignificante hāc regulam.

TErtio sublimatus hic ordo propter approbationem. Aliquid enim redditur autenticū, & ei datur fides propter affirmationem testis veridici. c. cum super causa, de testi. Summus aūt pontifex Nicolaus quartus hanc regulam esse saluberrimam affirmauit, & ipsam regulam approbauit, & confirmauit, & priuilegiū incipit. Supra montem catholicæ fidei. Et similiter Celestinus. 5. & Alexāder. 4. & Clemens. 5. Ioannes. 22. in extrauagan ti quæ incipit. Sancta Romana. affirmat eam esse a sede Apostolica cōfirmatam, & multi alij pontifices. Hanc quoq; regulam esse per sedem Apostolicam confirmatam affirmat glo. in cle. eum ex eo. de sen. ex. & in c. vnico. de reli. domi. li. 6. & in cle. 1. eodem tit. & ibi Ioannes de imo. Cum enim ipsam Christus Dei filius sic exaltauerit, merito eius Vicarius summus Pontifex eam in terris laudauit, & approbauit.

De 3. hāc regulā sublimante.

QVarto sublimatur propter sanctitatem. Multi enim fuerunt in hoc ordine sanctissimi viri, & mulieres quorum plures sancta Romana Ecclesia sanctorū catalogo ascripsit, vt supra visum est. Multi etiam hodiernis tēporibus in hoc ordine degunt sanctitatem præclari. Et ideo potest hic ordo appellari magnificus in sanctitate. Exodi. 15. Et de illo dici potest illud. Eccle. 50. Gloriam dedit sanctitatis amictum. Quapropter cuilibet istius ordinis, & illi qui eum potest assumere dicitur illud Ecclesiast. 30. Continue, & congrega cor tuum in sanctitate eius.

De 4. hanc regulam dignificante.

QVinto sublimatur propter nobilitatem. Vt enim supra visum est nobilissimi viri, & mulieres, potentissimi magnates, & sapientissimi doctores, & in maximis dignitatibus constituti quàm plures hunc ordinem intrauerunt, & regulā eius obseruauerunt. Multi quoq; hodiernis temporibus, tam viri, quàm mulieres per diuersas mūdi partes sunt in isto ordine generositate magnifici. Et ideo ipsi ordini potest dici. Isa. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendo

De 5. hanc regulam dignificante.

re ortus tui, & illud Psal. 40. Filiæ regum in honore tuo. &c.

de 6. & 7. Hanc regulā sublimā te.

SExto sublimatur propter numerositatem. Tota enim Christianitas viris & mulieribus hanc regulam sincere obseruantibus plena est, ita vt de ipsis dici possit Psalmi 39. Multiplicati sunt super numerum.

SEptimo propter miraculorum operationem. Vt enim supra visum est, multi viri & mulieres istius ordinis quàm pluribus miraculis claruerunt, ex quibus hunc ordinem dignissimum & authenticum reddiderunt. Quia datur fides alicui propter exhibitionem actus mirifici c. cum ex iniuncto. de hære. Et miracula sunt sufficiens testimonium cuiuslibet veritatis. capitul. audiuimus. de reli. & vene. san.

de 8. Hāc regulā dignificante.

OCtauo propter indulgentiarum largitionem. Nam sancta Mater Ecclesia ad ostendendam dignitatem huius regulæ dedit indulgentias eam legere audientibus semel in mense, quando congregantur. Inter alios autem summos pōtifices Clemens Quintus, quatuordecim quadragenas dedit de indulgentia, qui sunt dies. 560. vt patet ex eius priuilegio quod omni mense in congregatione eorum post regulam legitur.

de 9. Regulā pœnitentiū B. Francisci sublimante.

NOno sublimatur propter exemptionem, & ecclesiasticam libertatem. Nam fratres & sorores istius ordinis eximuntur a iurisdictione iudicis secularis. Nec coram eo possunt conueniri tanquā personæ ecclesiasticæ vt patet in literis Cœlestini Papæ V. & Gregorij IX. Item ab omnibus oneribus personalibus sicut aliæ personæ ecclesiasticæ vt in dictis literis continetur, & in priuilegijs Martini Quinti & Eugenij Quarti, quæ in forma autentica habetur Aquilæ, vt testatur se vidisse beatus frater Ioannes de Capistrano in suo tractatu excommunicationum In quibus priuilegijs declarant prædicti summi Pontifices ipsos fratres. & sorores esse immunes non solum a iurisdictione seculari, sed etiam ab oneribus & grauaminibus, tanquam personæ ecclesiasticæ diuino cultui mancipatæ. Et ita pluries sententiatum est. Ter Brixiæ, item Mediolani, & Bergami, & Aquilæ, ac in alijs locis. Imo eos verberantes incidunt in canonem capituli, si quis suadente 17. quæstio. 4. ita quòd efficiuntur excommunicati, licet quidam doctores tenuerint contrarium. Nam gaudent priuilegio clericali, vt magnifice tenuit Dominus Petrus de Vbaldis de Perusio germanus Domini Baldi, & Angeli, & Dominus Cato de Saccis monarcha iuris Papiæ, & multi alij doctores quos ad præsens non refferam. Inter alios autem est Franciscus de Platea in tractatu suo excommunicationum. §. 6. verficulo. 4. vbi allegat Paulum, & Landulfum & Zenzelinum tenentes quod fratres & sorores tertij ordinis beati Francisci gaudent priuilegio clericali. Beatus quoque frater Ioannes de Capistrano vbi supra reprobat opinionem Ioannis Andreæ in cle. cum ex eo. de sent. exc. & Laurentij doctoris antiqui, ac sequacium, & dicit eos nō bene considerasse regulam ipsius tertij ordinis. Vnde ipse respondendo eorum argumentis probat, quod omnes tam viri quàm mulieres tertij ordinis beati Francisci professi, & nouitij, & non solum matrimonio soluti, sed etiam in coniugio viuentes gaudent priuilegio clericali, & inter personas ecclesiasticas numerantur. Qui etiam non tenentur a proprijs vxoribus per aliquot dies in septimana abstinere, vt dixit Ioannes And. Ex quo concludit ipse beatus frater Ioannes, quod nec ipse Ioannes Andreas, nec eius sequaces talem regulam aspexerunt, & quòd inconsiderato, inaduertenter, & improuise locuti sunt, & inter alia fundamēta sic arguit. Personæ annexæ ordini per sedem Apostolicam approbato & confirmato, dicuntur ecclesiasticę & religiosæ & gaudent priuilegio ecclesiasticarum personarum, vt in c. fi. de reli domi. & c. vnico eod. ti. in 6. Sed fratres & sorores tertij ordinis B. Francisci sunt huiusmodi, ergo &c. Et confirmatur per c. duo sunt genera Christianorum. 12. q. 1. ibi. Et Deo deuoti, idest conuersi.

SEcundo probatur sic. Oēs cōuersi dicūtur ecclesiasticę personę, & Deo deuoti d. c. duo sunt gēa. & 17. q. 4. c. q sqs. & vtrobique.

biq;.per glosam. Sed patet quòd fratres & sorores tertij ordinis B. Francisci sunt Deo deuoti & ad Deum conuersi si mutantes habitum, & statum, ac traditam sibi regulam obseruantes. Ergo inter personas ecclesiasticas numerati gaudere debent priuilegio ecclesiasticæ libertatis per iura superius allegata.

Tertio probatur sic. Pœnitentes tanquam ecclesiasticæ personę gaudent priuilegio clericali, vt dicit gl. in d.c quisquis & allegat. 27. q. 1. c. aliud Leo Papa dicit. Si quis pęnitens habet causam quā negligere forte non debeat, melius expectet ecclesiasticum quàm forense iudicium, & subdit Gratianus. Non ait propter criminale tantum. Sed generaliter propter quamlibet causam, tam ciuilem quàm criminalem intelligens. Et licet ibi glosa intelligat de solemniter pęnitente, dico quòd fratres ipsius tertij ordinis magis merentur gaudere priuilegio prælibato, quàm solemniter pęnitentes quibus solemnis pęnitētia pro manifesto, & enormi crimine quod totam vrbem commouerit decernitur imponenda 26. q. 6. c. fi. & 50. dist. c. in capite quadragesime. Nec debet esse peioris conditionis qui pęnitentialiter viuit, licet enormia peccata non commiserit, quàm qui simili laborat pœnitentia ex criminibus commissis. Sicut cæteris paribus non debet esse peioris conditionis ille qui nunquam peccauit, quàm qui aliquando peccauit & verus pœnitens est effectus Aug. super Lucam 7. e. Ergo. &c.

Quarto probatur sic. Viuentes in regula approbata per sedem apostolicam regulariter, ecclesiastico gaudent priuilegio, & inter ecclesiasticas personas numerantur, vt in iuribus scilicet allegatis, & in c. non dubium. & c. ex tenore & c. parrochianos & cum illorum de sent. excom. Sed prædicti fratres & sorores sunt huiusmodi, cum habeant approbatam regulam quā seruant ergo &c. Regula namq; secundum nostram subiectam misericordiam est norma, & mensura regens vitam, & recte viuendi præbēs lineam, distortum prauumq; corrigens & ad rectitudinem reducens, secundum Papiam. Inde ergo & religiosi dicuntur q talí regula sunt ligati, & regulares qui secundum talem regula n diriguntur, & viuunt. Prædicti autem fratres, & sorores viuunt secundum huiusmodi regulam approbatam vt supra dictum est. Ergo. &c. Et nota ꝙ dixi viuentes regulariter. &c. volens intelligere tam de professis per iura prædicta, & per c. monachi. de sen. excom. quàm de nouitijs vt in c. religioso. eodem tit. in 6.

Quinto probatur sic. Profitentes aliquam regulam approbatam siue tacite, siue expresse, efficiuntur personæ ecclesiasticæ, vt patet per c. porrectum. & c. statuimus. de reg. & c. non solum, & c. cōstitutionem. eodem tit. in 6. Et etiam nouitij eodem priuilegio gaudent. d. c. religioso. Fratres autem & sorores ipsius tertij ordinis sunt huiusmodi. Ergo. &c.

Sexto probatur sic. Profitens in manibus Episcopi aliquam regulam approbatam, & remanens in domo sua auctoritate Episcopi efficitur persona ecclesiastica, & gaudet priuilegio clericali, vt probat glo. solemnis. in c. insinuate. extra qui cle. vel vo. & notat Archi. in c. si vir. 27. q. 2. & Inno in d. c. porrectum. Sed sicut ecclesia hoc concessit episcopis, vt dicit Archi. in d. c. si vir. ita concedere potuit ministris ipsius tertij ordinis, cum Papa habeat plenitudinem potestatis. 2. q. 6. c. decreto nostro. & c. qui se scit. Sicut & concessit Nicolaus IIII. in regula præfata. Ergo. &c.

Septimo probatur sic. Illud quod participat de extremis censetur esse de natura illius extremi cui magis assimilatur. l. quęritur hermaphroditū. ff. de sta. ho. etiam hermaphroditus censetur esse vir, vel mulier secundum præualentiam sexus, & de hoc etiam habetur. 4. q. 3. §. item hermaphroditus. & insti. de testa. §. testes. Dato ergo quod prædicti fratres tertij ordinis non sint puri religiosi secundum strictum significatum religiosorum quorum est tria substantialia regulæ profiteri, & se solemniter voto obligare ad obedientiam paupertatem, & castitatem, vt in d. c. porrectum, & c. cum ad monasterium. de sta. mo. Nec etiam sint veri clerici

rici secundum verum significatum clerici, secundum quem exigitur caracteris impressio. 21.di.c.cleros. Licet regula ipsorum specialem de clericis mentionem facere dignoscatur, vbi agit de horis canonicis dicens, quod clerici iuxta clericorum ordinem.&c. Nec etiam sint laici secundum laicalem extremitatem, cum mutent habitum, & statum, quia faciũt professionem & seruant ea quæ in sua regula continentur. Ergo accedere debent ad naturam illius status cui magis assimilantur. Sed patet quod religiosis magis assimilantur quam secularibus, tam in apparentia quàm in existentia. Dico in apparentia propter honestatem habitus quę differunt de humili panno in precio, & & colore, non prorsus albo vel nigro. &c. vt in eorum regula continetur. In existẽtia vero quia regulariter viuunt & pœnitentialiter. Ergo gaudere etiam similiter debent priuilegio clericorum & religiosorum quia dignum est vt qui similem cũ alijs vitam suscipiunt, similem etiam sentiant in legibus disciplinam. extra de sta. mo. c. recolentes vbi glo. vlt. dicit, quod id quod aggregatur alij ipsius naturam imitari debet. 16.q.1.c.& temporis qualitas.& c.1. extra ne.se.va. Accedat ad prædicta ff. de aque.duc.l.decernimus.& ff. de fabricen l.stigmata.& 33.q.2.c.& hoc ipsum.& in c.si iudex laicus de sent.exc in 6.& ff. de testi.l.reperiundarum.§.fin & ff. de acquir.re.do.l quicquid.§.cum præsente s. & ff. de an. & ar. le.l.& si non fit. §.fina.

OCtauo probatur sic. Religiones introductæ sunt ab ecclesia varijs, & diuersis modis in corpore vniuersalis religionis Christianæ. Nec aliud habẽt, q̃ illud quod singulare pro suo gradu ab ecclesia sit susceperunt. Et tamen in singulis religionibus militantes sunt & dicuntur personæ ecclesiasticæ, & gaudent priuilegio clericali per iura superius allegata Ergo per consequens suis terminis introducta religio tertij ordinis prælibati & ab alijs regulis diuersis limitibus terminata gaudere debet priuilegio religiosorũ, sicut cęterę suo gradu, hæc ille. Eandẽ quoque opinionẽ tenet Archiepis Florentinus in suis centuriis. c.64. vbi allegat Zengę Guidonem, Lapum, & Bart. ita tenentes Frãciscus quoq; de platea in suis excommunicationibus. §. 36. versic.3. idẽ affirmat di. Bartolus dicit se vidisse consilia plurimorum doctorum iuris canonici, & ciuilis, dicentem quod isti a talibus exactionibus sunt exempti. Sunt. n. Deo deuoti c.duo sunt genera.12.q.1. Pro quo. dicto facit textus in c.1. de immu.ec.li.6. dum dicit personis ecclesiasticis. Nam nõ potest negari quod isti non sint personæ ecclesiasticæ, licet non sint clerici. Et hoc tenet Bar. in l.semper.§.quibusdam. ff de iure. immu. Quod intelligit verum nisi assumpsissent illum habitum in fraudem onerum. l. cura. ff. de mune. & hoc etiam glosa facit mensurationem de istis fratribus de pœnitẽtia hæc ille. Possumus quoque dare aliam limitationem. l. si suam regulam non seruarent quia habitus non facit monachum, sed religiosa conuersatio. d.c.porrectum.de reg. & in auten. de mona.§.1.& c.cõsuluit.extra. qui cle. vel vo. Qui enim non exercet artem licet sit descriptus in collegio non propter hoc habet immunitatem. l. sub prætextu. C. de sacrosan. eccle. econtrario vero multi decipiuntur qui erubescentes portare habitum tertij ordinis dicunt, quòd seruabũt regulam sicut fratres, & consequenter habebunt easdem gratias sicut ipsi fratres, quia respondetur quòd sicut scholaris nõ deferens habitum scholasticum non gaudet priuilegijs scholarium, vt notant docto. in auten. habita. C. ne filius pro patre. Ita nec isti gaudent priuilegijs ipsorum fratrum. De prędictis autem non est vllatenus dubitãdum. Nam posito quod nunquam aliquid in iure communi inueniretur expressum de exemptione prædictorum, extat bulla Sixti IIII. quæ incipit. Sacrosancta Romana Ecclesia. In qua declarat omnes fratres & sorores tertij ordinis B. Francisci esse personas ecclesiasticas, & gaudere priuilegio fori, & personæ & rerum, sicut personæ ecclesiasticæ. Licet postea dicatur restrinxisse immunitatem rerum quomodo ad illas personas quæ simul viuunt in congregatione. Item in mari magno concedit fratribus minoribus vt eos easq; ad diuina admittere possint tempore interdicti. Et in bulla quę incipit. Sacri prędicatorum & minorum

minorum ordines,quæ aurea appellatur concedit prædictis fratribus & sororibus tertij ordinis & eorum cõgregationi omnes gratias & priuilegia,quæ vnquam ipsis fratribus minoribus per sedem apostolicam sunt cõcessa,dummodo,eorum statui non repugnent.Sicut esset prædicare, confessiones audire & huiusmodi.Et consequenter gaudent priuilegijs omnium fratrum mendicantium, sicut ipsi fratres minores vt per eandem bullam patet . Et ideo dico vobis illud Baruch 4.Hic liber mandatorum Dei,& lex quę in æternum est. Omnes qui tenẽt eam peruenient ad vitam. Conuertere Iacob & apprehende illam.Et ambula per viam ad splendorem eius.De ea enim potest dici illud Prouer. 3.Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam,& qui tenuerit eam beatus .

PARS TERTIA huius sermonis de imitatione Christi per mundi contemptum.

TERTIVM documentum quod vobis trado dicitur contemptionis. Seruus.n.sequitur naturã sui Domini.§.omnis.insti.de noxa.& corpus sui capitis.l.cum in diuersis.ff.de religi.& sum.fu. Et accessorium sui principalis.c. accessorium.de regu.iur.lib.6. & l.cũ principalis.ff.eodem tit. Et ideo omnes Christiani qui sunt serui & membra Christi debent sui Domini & capitis vestigia sequi. Ipse autem contempsit mundum. Nam cum iudæi vellent eum facere regẽ, fugijt Ioan.6. Dans nobis exemplum vt mundum contemnamus, & omnes eius sensualitates,ac voluptates.Inquit enim Apostolus Roma. 8.Si secundum carnem vixeritis moriemini.Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.Quãta enim mala faciat hominibus mundus cum suis voluptatibus patet totam; sacram paginam discurrenti.Nam sensualitates faciunt hominem sępe infirmari & mori.Ideo dicitur Eccle.37. Noli auidus esse in omni epulatione,& non te effundas super escam.In multis.n.escis erit infirmitas,& auiditas appropinquabit vsque ad coleram. Propter crapulam multi perierunt. Qui abstinens est adijciet sibi vitam.

SEcundo faciunt carnem rebellare spiritui. Vnde Prouer. 29. ait Salomon. Qui delicate a pueritia nutrit seruum postea eum inueniet contumacem,ille ergo qui se dat sensualitatibus mundi,facit animam suam seruam corporis,quæ debet esse,ostendam. Nam dixit Deus hominibus! Gene. 4. Sub te erit appetitus tuus,& tu dominaberis illius. Qua ex re inquit sanctus Bonau.in 2. di.38.art.2.q. 2. quòd sicut tota dispositio familiæ dependet ex consensu patrisfamilias, & matersamilias, sic tota dispositio agendorũ in domo animę dependet ex consensu voluntatis & rationis. Et Philosophus 1. Poli. dicit. Anima rationalis in homine est regens,corpus vero rectum. Ille ergo qui sensualitatem permittit sibi prædestinari,amittit dignitatem hominis; & efficitur vt brutum animal & bestia, vnde Psal.48. inquit Dauid. Homo cum in honore esset non intellexit.Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. *2. Voluptates carnem spiritui rebellare faciunt.*

TErtio voluptates mundi faciunt hominem obliuisci eorum quæ agere debet Eccle.5.Non satis recordabitur diẽrum vitæ suæ, quoniam Deus delitijs occupat cor eius.Et alibi dicitur,quod delitiæ mundi excecant rationem 47.di.ca. sicut hi.Vnde Isid.in lib.de summo bono ait Non potest ad contemplandum Deũ mens esse libera quæ desiderijs huius mũdi inhiat,neq; enim alta conspicere poterit oculus,quem puluis claudit. *3. Quid voluptates causent.*

QVarto priuant hominem sapientia Iob 38. Sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium. Vnde dicitur Ioan. 1.quòd mundus eum non cognouit.Et 1.ad Cor.3. inquit Paulus, quòd carnales non possunt habere scientiã eorum quæ sunt Dei.Sene.quoq; ad Lucil. epistola.17.ait. Multis ad philosophandum obstitere diuitiæ. Et Hiero.ad Paulinum de institutione monachi, & habetur in c socrates.12.q.2.inquit. Socrates ille Thebanus,homo quõdam ditissimus cum ad philosophandum athenas pergeret *4 et 5. quid voluptates causent.*

geret magnum auri pondus abiecit, nec putauit se posse virtutes simul & diuitias possidere Quinto priuant consolationibus spiritualibus. Vnde dicit Ber. in quodam sermone. Delicata est diuina visio, & non datur admittentibus alienam. Et Luc. 1. ait beata virgo. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Et ratio est, quia vt inquit Esopus. Vtiliter seruit nemo duobus heris. Vnde Grego. in quadam homilia ait. Tanto vnusquisq; a superno amore disiungitur quanto inferius delectat. Illi ergo qui sunt pauperes in hoc mundo. i. sine voluptatibus vanis, recipiunt diuinas consolationes, iuxta illud Psal 67. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Vnde videmus quòd pastores pauperes de prope venerunt ad Christū Luc. 2. Magi vero diuites & potentes de longe & tardius Matth. 2.

6. voluptate mundi in pœnā æternā commutantur.

SExto voluptates mundi commutātur in pœnam æternam Iob 21. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitū organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Et Apocalypsis 18. dicitur. Quantum glorificauit se & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Et Sapientiæ 6. dicitur voluptuosis. Horrende & cito apparebit vobis iudicium durissimum. Et potentes potenter tormenta patientur, & & fortiorib⁹ fortior instat cruciatus. Grego. vero inquit. Momentaneum est quod delectat, æternum quod cruciat. Et ideo Augustinus in quodam sermone ait. Nulla maior insania, quàm pro delectatione momentanea perdere æterna gaudia, & obligare se ad æterna supplicia. Vt enim deuotus Bernardus in quodam sermone inquit. Qui in delitijs huius mundi transit vitæ suæ curriculum, similis est latroni qui per florida prata ducitur ad suspēdium. Econtra vero spernentes mundum cum suis voluptatibus ad cęlestia regna perueniunt Matth. 19.

7. Mūdum voluptates. peccatis sūt plena.

SEptimo delitię mundi plenę sunt peccatis & offensionibus diuinis. Vnde 1. Ioannis 2. dicitur. Omne quod est in mūdo aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.

8. In delitiis viuētes sub diabolo viuunt.

OCtauo qui in delitijs viuit sub diabolo viuit, qui princeps huius mundi dicitur Ioannis 12. & c pudor. & 32. q. 2. Sed quid plura de vanitatibus mundi dicam, cum tota scriptura eas detestetur? Vnde ad Ephe. 6. dicit Paulus, quòd mundus est plenus pugnis, est etiam plenus malignitate primæ Ioannis 5. Et est ineptus ad spiritus sancti susceptionem Ioannis 14. Et est damnandus 1. ad Corinthios 11. Et est plenus omni dolo & fallacia Hieremiæ 5. Laboribusque ac doloribus & ignorantia Sapientiæ 5. & Eccle. 2. Et est contagiosus ac plenus vicijs & sceleribus Sapientiæ 14. Oseæ etiam 4. dicitur. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Nam maledictum mendacium, homicidium, furtum, & adulrerium, inundauerunt super terram. Qua ex re inquit Ioannes Euangelista suæ primæ canonicæ. c. secundo. Nolite diligere mundum, neq; ea quę in eo sunt.

Ostenditur multis rōnibus mundū cōtemnēdū esse.

DIco igitur o fratres mei, quòd debetis contemnere mundum cum omnibus suis voluptatibus. Et hoc multiplici ratione. Prima quarum dicitur acquisitionis, scilicet vitæ cœlestis. Natura enim nostra nos constringit ad desiderandum summum bonum Augustinus 13. de Trinitate capit. 8. & in 10. de ciuitate Dei. Deus autem est summum bonum, vt etiam probat Augustinus 22. de ciuitate Dei reprobans opiniones antiquorum philosophorum. Sed qui in hoc mundo voluptatibus vacat, inimicus Dei efficitur Iacobi 4. Qui amicus voluerit esse huius mundi inimicus Dei efficietur. Et primæ Ioannis secundo. Siquis diligit mundum, nō est charitas Dei in illo. Sine charitate autem nemo potest saluari. c. nullus de pœniten. dist in si. 7. & ad Romanos 8. Paulus ait. Qui in carne sunt Deo placere non possunt. Mundus enim odio habuit Christum, qui ait discipulis suis Ioannis 15. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Dicitur autem quod amicus inimici inimicus est, vt notatur per Cynum & Baldum in l. si quis testibus. C. de testibus. & per Barto. in l. sciendum. §. si accusatio. ff. de legatio. & de hoc est glosa in l. 1.

in l. 1. §. cum patronus. versiculo certe. ff. de offi. præfec. verb. etiam quod vasallus qui facit ligam & confederationem, atq; amicitiam contrahit cum inimico Domini sui perdit feudum, & allegat legem liberi. C. de inoffi. testa. Contrahentes ergo amicitiam cum mundo faciunt inimicitiam cum Deo, & ideo priuabūtur ęter na felicitate quæ Deus est. Alio quoque fundamento potest probari prædicta veritas quod ponit Philosophus 5. Phisico. dicens, quod non acquiritur terminus ad quē, nisi redeatur a termino a quo & patet per experientiā quæ est magistra omnium c. cum sit. de ætate & qualitate. Nā si quis existens Mediolani velit peruenire Romam, necesse est quod recedat a Mediolano. Cum igitur ad Paradisum perueniatur per viam amoris, quia vt ait Augustinus 11. de ciuitate Dei. Sicut corpus pondere, sic animus amore fertur. Qui non recedit ab amore terrenorum per affectum, non poterit peruenire ad vitam æternam. Et ideo inquit Hieronymus in epistola ad Iulianum. Difficile imo impossibile est, vt præsentibus & futuris quis fruatur bonis. Vt hic ventrem & ille mentem impleat. Vt de delitijs transeat ad delitias. Vt in vtroque seculo sit primus, & in vtroq; gloriosus appareat. Ideo Augustinus in sermone Epiphanię inquit. Non vos impediant terrena quibus parata sunt celestia per Christū Dominum nostrum.

2. Rō mundū cōtemnēdū esse eui dens. SEcundo debetis mundum contemnere ratione considerationis. s. præsentis temporis. Ait enim Bern. in quodam sermone. Vniuersum tempus præsentis vitę vigilia est quędam solemnitatis magnæ, & æterni Sabbati qđ præstolamur in gloria. Sicut ergo in vigilijs sanctorum stultum esset voluptatibus insistere, in quibus homo ieiunare, & a peccatis abstinere debet. Sic & nos si hāc vigiliam ęter ni festi non ieiunauerimus a voluptatibus vanis stultissimi erimus, & festo priuabimur. Quia qui non vult sentire incōmodum non debet commodum consequi arg. in l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Considera ergo o frater & soror non solum tempus quod nobis datum est ad agendam pęnitentiam, sed etiam locum in quo sumus. Nam exules sumus in hac lachrymarum valle vt canit ecclesia, & continue mortem expectantes nescimus quo fine concludamur, vt patet per legē primam ff. de condi. & demon. Vnde dicitur Eccle 9. Sunt iusti atq; sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futuro reseruantur incerta. Sicut ergo incarceratus & capitalem sententiam expectans non ridet nec iocis vacat, sic nos nisi stultitia laboremus, in hoc mundo voluptatibus & dissolutionibus vacare non debemus.

3. Rō mundū contemnendū esse demōstrās. TErtia ratio quare debetis mundum contemnere dicitur prauæ conditionis. Legitur enim in lib. de vitis philosophorum quòd interrogatus Plato quando esset fugienda ciuitas, respondit. Quādo maiores sunt expensæ lucris, & in ea mali sunt plures bonis, ac Domini terræ sunt mendaces. Tunc enim illa ciuitas est relinquenda. Et illa est inquirēda in qua sunt opposita præfatis. Sed ciuitas huius mundi non est lucratiua Luc. 5. Per totam noctem laborantes nihil cepimus. Illa vero quæ sursum est diuitijs abundat. Ioan. vlt. Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Ciues quoq; istius mundi pro maiori parte sunt mali Eccle. 1. Stultorum infinitus est numerus. & Psal. 13. Oēs declinauerunt simul inutiles facti sunt nō est qui faciat bonū nō est vsq; ad vnū. Sed in superiori ciuitate oēs sunt boni. Item illi qui habitant sunt mendaces Psal. 115. Omnis homo mendax. Qui vero in Cœlis habitant sunt pleni omni veritate. Ergo relinquendo mundi affectum debemus ad supernam patriam anhellare, & dicere cum propheta Psal. 121. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. &c.

4. Rō de cō templi huius mundi. QVarto mundus est contemnendus ratione deceptionis. Omnia enim mundana sunt falsa, vana & duplicia siue deceptiora. Primo enim sunt vana. Vnde Hiere. 16. dicitur. Vere mendacium possederunt patres nostri, & Hierony. ait. Si mundus cultello veritatis aperiretur nihil in eo appareret aliud quàm falsitas.

Quia

Quia quicquid in mundo est aut est pręteritum, & iam non est, aut est futurum, & incertum est, aut est præsens, & in stabile ac momentaneum est. Secundo sunt vana ex parte principij, quia desunt facta, & ex parte medij, quia multa mutabilicati sunt subiecta, & ex parte finis, quia citro transitura. Et ideo Eccle. 3. dicitur. Cuncta subiacent vanitati, quo ad medium. De terra facta sunt omnia, quo ad principium, & in terram pariter reuertentur, quo ad finem vltimum Tertio habent duplicitatem & deceptionem propter quod mundus ab omnibus est fugiendus, sicut proditor, & fallax Quia vnum promittit mundus & aliud facit, Promittit n. amatoribus suis tria. s. longeuitatē, sacietatem, & suauitatem, quæ promisit illi qui dicebat Luc. 12. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos. Ecce quanta longeuitas. Nunc ergo bibe, & comede. Ecce quanta sacietas. Requiesce & epulare. Ecce quanta suauitas. Sed male attendit, quod promiserat, quia dedit sibi breuitatem, vacuitatem & accerbitatem. Vnde sequitur. Stulte hac nocte repetent. Ecce quanta breuitas Animam tuam a te. s. dæmones ad puniendum. Ecce quanta accerbitas. Quę autem congregasti cuius erunt? Ecce quanta vacuitas.

5. Rō mundū contemnendū esse ostendens.

QVinto contemnendus est mundus ratione vilificationis Hiere. 4. Aspexit terram & terra vacua erat & nihil. Si enim consideremus huius mūdi diuitias nihil aliud sunt quām stercus. Incipiendo ab auro. Quid enim est aurum nisi fex terræ? Quid argentum, gemmæ, & omnia metalla, nisi fex, & terra coagulata? Quid sericum nisi fructus vermium? Quid panni nisi lana bestiarū? Quid cortinę, quid pelles dealbatę nisi animalium mortuorum? Quid domus pictę? quid palacia? quid castra? quid ciuitates & oppida nisi ex terra? Quid frumenta, vina oleū, & huiusmodi? nonne ex stercore quo impinguatur terra? Quid galinæ, porci & huiusmodi qui ex stercore nutriuntur? Ecce ergo o mundane quid diligis. Vnde Paulus hæc cognoscens omnia mundana nomine stercoris appellauit dicens Philip. 3. Omnia arbitratus sum vt stercora vt Christum lucrifacerem; Eapropter nō solum mundana sed etiam mundanus homo stercus appellari potest Ioh. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Nec immerito, cum ex stercore nutriatur & stercus producat, & in stercus ac fętorem finaliter conuertatur. Vnde Ber. in meditationibus suis ait. Quid est homo nisi sperma fętidum, saccus stercorum, cibus & esca vermium? Post hominem vermis, post vermem fętor & horror, & sic in nō hominem vertitur omnis homo. Et ideo de Anthiocho rege dicitur 1. Macha. 2. Omnis gloria eius stercus & vermis.

6. Rō mundum cōtemnēdum esse probans.

SExto contemnendus est mundus ratione immutationis. Nam hominem ad imaginem Dei creatum, qui est nobilissima creatura. l. iustissima cum glo. ff. de edi li. edic. immutat in similitudinem irrationalium animalium, homo enim in infantia efficitur vt porcus, quia in immunditijs & fęcibus se immergit. In puericia vt vespa quia nunquam quiescit. In adolescentia vt vrsus ratione lasciuie. In iuuentute vt leo ratione superbiæ. In senectute vt asinus ratione pigritiæ. In decrepitate vt noctua propter motum continuum capitis. Et propter varias infirmitates & causas sępe homo efficitur vt monstrum & valde deformis atq; horribilis ad videndum. De qua deformitate tractatur in c. fi. de corpo. vici. & in c. 2. de ele. egro. De mōstruositate vero in l. nō sunt liberi. ff. de sta. ho. & 1. c. quoniam in plerisq;. de offi. ord.

7. Rō de mūdi cōtēptibilitate.

SEptimo debet contemni mundus ratione electionis. Sentētia est enim philosoph. 3. Topie. quod de duobus malis semper minus est eligēdum, quod de duobus maiis semper minus est eligendum, quod etiam habetur in c. 1. 14. di. Et similiter idem philosophus dicit ibidem quòd de duobus bonis semper maius est eligendum, quod etiam habetur in c. non mediocriter. de cōse. di. 5. Ponamus ergo ꝙ alicui detur hæc electio, quòd aut habeat & teneat vnum denarium per spatium vnius horæ & transacta illa hora priuetur ille denario & omnibus alijs rebus in perpetuum & vltra hoc, per gulā suspendatur, & interficiatur. Si vero voluerit

lucerit abstinere & stare sine illo denario per horam, postea habeat centum millia aureorum quæ per decem millia annorũ possideat. Profecto nisi sit penitus insanus potius eliget stare per horã ipso denario, vt postea tanto tempore tot bona possideat, q̃ habere & possidere illum denarium n tam breui tempore, & postea tot mala sustinere. Cum igitur omnia mundana sit minus in comparatione bonorũ cœlestium q̃ vnus denarius in comparatione mille millium aureorum. Cum dicant astronomi q terra eum omnibus q̃ in ea sunt est sicut punctus respectu cœli. Cumq; vita præsens respectu alterius vitæ sit minor incomparabiliter q̃ vna hora in comparatione decem millium annorum. Absq; dubio quilibet sapiens considerans q; vanitates mũdi nihil aliud sunt nisi quædam contemptibilia. Post quas non solum priuabitur omnibus terrenis, sed etiam ad æternam penuriam & egestatem mittetur & mortem perpetuam patietur, potius eliget stare sine illis, & abstinere ab eis in hac breuissima vita, vt in æternum consequi possit æterna Paradisi gaudia, quæ mundum contemnentibus dantur, quàm velle hic paruulo tempore gaudere, & postea æternaliter tormenta sustinere.

Ratio VIII. contemnendi esse demonstratur.

OCtauo contemni debet mundus ratione afflictionis. Est.n. plenus anxietatibus & angustijs. Nam vt dicitur Iob 5. Homo ad laborem nascitur vnde primo homini dixit Deus Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Si ergo cõsiderentur omnes ætates inueniemus q in eis oportet hominem multas afflictiones sustinere. Similiter & omnes hominũ status pleni sunt anxietatibus, & periculis, ita q de vno quoq; homine mundano dici potest Eccl. 2. Cuncti dies eius pleni sunt laboribus, & ærumnis. Vnde Ber. in quodam sermone ait. Aspice genus humanũ ab ortu solis vsq; ad occasum, hos mundi nundinas perambulare, alios fauorabilis auræ suauitate captari. Alios diuitias quærere quæ cum labore acquirũtur, cum timore possidentur, & cum dolore amittũtur. Thesaurizas & ignoras cui congregabis ea. Vide quantum laborem pro periturís diuitijs assumpsisti. Trãsis maria, & alium tibi orbem aperis nauigãdo, secundum sapientem tribus digitis distans a morte. Patriam fugis, relinquis parentes, filios nescis, diuelleris ab vxore, & omnium necessitudinum oblitus quæris vt acquiras acquiris, vt perdas, perdis vt doleas. Filij hominum vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? hæc ille. Quis igitur in hoc mundo est si ne afflictionibus? Profecto nullus. Si.n. est pauper dolet de penuria, quia vt dicitur Eccl. 15. Omnes dies pauperis mali. Si est sapiens non est sine labore, quia vt dicitur Eccle. 1 Qui addit scientiam addit & laborẽ, & vt ait Aug. 22. de ciui. Dei Addiscere non possumus nec etiam reminisci sine labore. Si est diues & honoratus ac in prosperitate semper timet illum statum suum perdere, maxime quia cõtinue mortem expectat & vbiq; sibi pericula imminent, vt ostendit Augu. vbi supra. Et ad hoc potest dare exemplum Dionysij tirãni regis Siciliæ de quo legitur quòd cum esset in maximis prosperitatibus habens multa regna, immensamq; substantiam, viueretq; in maximis triumphis absq; vlla contradictione, essetq; consolatus de vxore & filijs &c. A quodam suo milite cui nomen erat Diomedes fuit laudatus, quòd in mundo non erat ei similis, qui sine aliquo malo, & timore in tantis delitijs viueret, & quòd super omnes homines erat fœlix, & gloriosus. Ipse autẽ Dyonisius respondit q non erat sic, quia non poterat diem transire sine maxima anxietate. Cum autem ille miles nolet hoc credere, voluit Dyonisius vt experientia ꝓbaret. Quapropter cum omni gloria & triumpho fecit solium suum regale præparari, atq; conuiuium magnum, & cunctos nobiles tam masculos q̃ fœminas inuitauit. Ibiq; omnis generis armoniæ & cantus suauitatem adesse præcepit, omniaq; præparari quæ ad mundi triumphum maximum spectabant. Ipsumque Diomedem regalibus indumentis vestimentis vestitum super ipsum solium sedere fecit, virgam auream in manu tenentem. Super solium autem appendere fecit ensem filo serico sustentatum acutissimum & terribilem. Cum autem alij omnes comederent & conuiuarent atq; canerent & tripudiarent, solus Diomedes

in

in anxietate remanebat. Vnde aduespera scente die ad eũ veniens Dyonisius inter rogauit quomodo se haberet & an vnq̃ expertus fuisset tantam iocunditatẽ felicitateq; ac gloriam? At ille. Heu heu, q̃a nunq̃ sensi sic amarũ diem, & angustiosum sicut hodie. Dyon. vero inq̃t. Et q̃d est ꝙ dicis? Nonne ad votum oĩa quę hic mũdus dare potest habuisti? At ille. Quid prodest hæc oĩa habere cum cõtinue steterim, & etiam nunc stem expectans ꝙ ille filus sericus rumpatur, & ensis cadens super caput meũ me occidat? Tunc Dionysius ait. O Diomedes, sic semper stat vita mea, & sic sp̃ pauet anima mea, q̃ñ super se videt Dei sententiam, & iustitiã pendere, & continue expecto mortem ac dãnationem. Ad prædicta autem ꝙ nullus in hoc mundo sine angustijs viuit facit dictum Boetij. in 2. de consolati. prosa. 4. dicentis. Quis. n. est tam cõpositæ felicitatis, vt non aliqua ex parte cũ status sui trãquillitate rixetur? Anxia. n. res est humanorũ conditio bonorũ, & quæ vel nunq̃ tota perueniat, vel nunq̃ ꝑpetua subsistat. Huic cẽsus exuberat, sed est pudori degener sanguis. Hũc nobilitas notũ facit, sed angustia rei familiaris inclusus esse mallet ignotus. Ille vtroq; circũfluus vitã celibem deflet. Ille nuptijs felix, orbus liberis alieno censum nutrit hæredi. Alius prole lętatus, filij filięq; delictis męstus illachrymat. Iccirco nemo facile cum fortunę suæ conditione concordat &c.

9. Rõ de mũdi cõtẽptu. NOna ratio quare mundus est contenendus dr̃ insaciationis. Oĩa. n. mundana non possunt nostrũ saciare appetitũ. Et ratio est, quia inter potẽtiã & obiectũ debet esse proportio, vt ipsa potentia sacietur scd̃m Philo 3. de anima. Si. n. vn⁹ surdus videat aliquẽ pulsare citharã, nõ lętabitur de illo sono, nec poterit iudicare vtrũ sit bonus aut nõ, q̃a nõ est ꝓportio iter potẽtiã visiuã, & sonũ. Propriũ. n. obiectũ visus est color, & ꝓpriũ obiectũ auditus est sonus 2. de aĩa. & ideo potentia visiua nõ põt saciari illo sono ꝙ nõ est obiectũ suũ. Cũ ergo vt ait Aug 1. cõfessionũ solus Deus sit obiectũ ꝓpriũ aĩæ rationalis, q̃ etiã ait. 14. de ciui. Dei. c. 8. Aĩa nostra eo ipso Dei est imago, quo eius capax est, eiusq; particeps esse põt, sequit̃ ꝙ ipsam aĩam nostrã nihil saciare põt nisi Deus qui est infinitus & ęternus. Et consequenter oĩa terrena q̃ sunt finita, & tẽporalia ipsam quietare nõ possunt, sicut vnũ vas contentiuũ centũ stadiorum vini, nõ põt vno stadio impleri. Nec horreum mille modiorũ frumẽti cõtentiuũ implere valet vno modio. Et ideo si Deus diceret animæ nostræ. Ecce do tibi totũ orbẽ terrarũ, & oĩa q̃ in eo sunt. Aurũ, argẽtũ, gẽmas & thesauros, & facio te dñam & imperatricẽ oĩum. Sed volo ꝙ sis cõtenta ꝑdictis, & nihil aliud q̃ras. Ipsa rñderet. O Dñe Deus, nõ possum in his saciari, q̃a sum capax melioris boni. Si vero Deus diceret. Ecce do tibi oẽs cęlos, & facio te dñam oĩum Angelorũ vt tibi obediãt oẽs. Ipsa iterũ rñderet. O Dñe Deus, oĩa ista sunt creata & non infinita. Ego vero sum capax tuæ infinitę maiestatis. Et ideo nunquam ero contenta nisi cum tuã infinitã dulcedinẽ adeptus ero.

DE mundanis quoq; rebus nõ esse multũ curãdũ ostendit Aug. in 1. de ciui. Dei. c. 7. dr̃ Ista tẽpalia bona & mala bonis & malis voluit Deus esse cõia, vt nec bona cupidius appeterent quæ mali quoq; hr̃e cernuntur, nec mala turpiter euitarẽt q̃bus, & boni plerũq; afficiuntur. Ex quo dicto põt elici rñsio si quis arguere vellet cõtra ꝑdicta dicens sic. Illud quod est bonum est amandũ, & magis bonum magis amandũ, & maxime. Sed bona mundi sunt optima Gene. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erãt valde bona, ergo sunt amanda in summo. Preterea illud est a nobis amandum, & quęrendum quod ad virtutes deseruit. Sed temporalia sunt huiusmodi, dicente Ambrosio in quadã homilia. Diuitiæ sicut impedimenta improbis, ita ꝓbis sunt adiumenta virtutis. Ergo &c. Itẽ Deus & natura nihil agunt frustra 1. de cęlo & mundo. Sed hoc est insertũ homini a natura ꝙ nũq̃ vellet de hoc mũdo recedere, ergo cõtra naturã est mũdũ odio hr̃e & illũ cõtẽnere. Qui a rñdet scd̃m Ale. de Ales in 2. part. summæ, & S. Bona. in 2. sent. dist. 1. ꝙ mundus in sacra scriptura accipitur multis modis. Aliquando enim accipitur pro Deo ratione summę mundiciæ, & quia est exẽplar omniũ quę sunt in mũdo Vnde vocat̃ mun-

dus Archetipus.i.exemplar, de quo Boetius 3.de conso.ai t.Pulchrum pulcherrimus ipse. Mundum mente gerens similique imagine formans. Et hoc modo potest intelligi illud Ioan.1.In mūdo erat.i. filius in patre, quia in principio erat verbum,& verbum erat apud Deum. Et iste mundus est summe diligendus Deut.6.& Matth. 22. Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo &c. Aliquando vero accipitur mundus pro omni creatura visibili & inuisibili. Et hoc modo accipitur Ioan. 1. Mundus per ipsum factus est &c. Quod ecclesia clarius explicat cantans. Creatorem Cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et iste mundus est ordinate amandus. Can. 2.Ordinauit in me charitatem.i.vt infima minus amentur quā in suprema. Licet.n.omnia creata in se sint valde bona in suo genere. Tamen in ordine ad nos alia sunt alijs meliora Et consequenter non sunt omnia summe diligenda. Nec sunt amanda nisi in ordine ad finem secundum quem nobis sunt vtilia. Nec est verum quod secūdum rectum naturæ instinctum homo semper desideret manere in seculo sed bene secundum corruptionē naturæ & carnalis desiderij. Vnde Greg.in moralibus. ponit amorem huius seculi filiam luxuriæ, quia vt homo posset se bene dare delectationibus carnalibus vellet semper stare in hoc mundo. Secundum autem naturale desiderium recte ordinatum desiderat peruenire ad Cœlum, dicens cum Paulo ad Philip. 1. Cupio dissolui & esse cum Christo. Et cum psalmista. Educ de custodia animam meam &c. Et ideo iste mundus non debet amari amore inordinato, iuxta illud psalmistę. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere, quia esset peccatum ipsum sic diligere. Et ita intelligūtur prædicta de contemptu mundi, & etiam infra dicenda. Vnde seruari debet consilium Pauli 1.ad Cor.7.dicentis. Tēpus breue est. Reliquum est vt qui habēt vxores sint tanquam non habentes, & q vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur,& qui gaudent tanquam non gaudentes,& qui emunt tanquam non possidentes. Præterit enim figura huius mundi. Et Greg.homilia.24.dicit. Non audemus vobis fratres dicere vt relinquatis omnia sed tamen si vultis, etiam omnia retinendo relinquitis, si sic temporalia gratis, vt tota mente ad æterna tendatis. Aliquando etiam mundus accipitur pro homine qui dicitur Microchosmus, idest minor mundus 8.Phisi. Et sic accipitur Ioan. 1. Et mundus eum non cognouit, idest homo. Quod refertur ad iudæos. Vnde ibidem dicitur. In propria venit, & sui eum non receperunt, quod autem homo intelligatur nomine mundi Ioannis 3. vbi patet eum dicitur. Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam æternam. Et iste mundus est amandus inquantum est a Deo creatus & est particeps beatitudinis. Vnde præceptū habemus de diligendo proximum sicut nosipsos Matth.22. Aliquando insuper accipitur mundus pro vita præsenti Ioannis 16. Exiui a Patre & veni in mundum, idest ad pœnitentem vitam,& ista est diligenda vt Deus ordinat Et tantum quantum ipse vult nos viuere, quia non sumus facti pro vita præsenti, sed pro futura ad Hæbræos. vlt. Accipitur etiam aliquando mundus pro vita mala,& iniqua, sequens vanitates & pompas mundanas Ioan.15. Quia de mundo non estis, propterea odit vos mundus.i. homines mundanis voluptatibus & vicijs dediti. Et iste mundus est summe fugiendus & contemnendus. Et ita intelliguntur rationes prædictę de contemptu mundi.

Decima ratio quare mundus sit contemnendus dicitur instabilitatis, & vanitatis sine finitionis. Cum enim finis noster sit status fœlix ac perpetuus vt inquit Augustinus 22. de ciuitate Dei. Constat omnia mundana esse vanissima cum non possint nobis dare finem nostrum. Vanum est enim omne quod suum non attingit finem 3. Physico.& primo de Cęlo & mundo. Et ideo Salomon Ecclesiastes 1. ait. Nihil est stabile sub sole, sed vanitas vanitatum & omnia vanitas. Et idem dicit.2.capitul.eiusdem libri Et Dauid Psalmo 38. inquit. Vniuersa vanitas omnis homo viuens. Et primi Paralyp. 38. dicitur. Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. Genesis quoque 10. Rō de cōtemptu mūdi.

quoque 3. capitul. dixit Deus homini. Reuerteris in terram & in puluerem de qua sumptus es. Et ideo Iob considerans humanam miseriam ait 30. capitul. sui libri. Comparatus sum luto & assimilatus sum fauillę, & cineri. Et 8. capitul. iterum dicit. Sicut vmbra sunt dies nostri super terram. Et 13. capitul. etiam ait. Homo natus de muliere, breui viuens tempore repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Et primæ Ioannis 2. dicitur. Mundus transit & concupiscentia eius. Gregorius quoque 15. mora. inquit. Omnis longitudo temporis vitæ præsentis punctus esse cognoscitur cum fine terminetur. Et Senec. ad Lucillum libro 6. epistolarum. epistola. 7. ait. Punctum est omne quod viuimus, & adhuc puncto minus. Et idem de consolatione ad Mariam dicit. Omnia humana breuia sunt, & caduca, ac infiniti temporis nullam partem occupantia. Iob etiam 20. sui libri. ait. Hoc scio a principio ex quo positus est homo super terrã quòd laus impiorum breuis, & gaudium hypocritę ad instar puncti. Salomon quoque Ecclesiast 5. dicit. Sicut est homo nudus egressus de vtero matris suæ, sic reuertetur & nihil afferet de labore suo Et Iacobi 4. dicitur. Quæ est vita nostra? Vapor est ad modicum parens. Et deinceps exterminabitur. Vapor enim est ad modicum parens. Et deinceps exterminabitur. Vapor enim in altum eleuatur, & interdum ex eo fit nubes, & videtur quid magnum, sed sole adueniente vel alio dissoluente faciliter resoluitur. Et similiter homo sæpe exaltatur ad diuersos gradus tam spirituales quàm temporales, & protinus ad nihilum redigitur. Iuxta illud Iob 20. Si ascenderit in cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, velut sterquilinium in fine perdetur. Et psalmista ait. Vidi impium super exaltatum & eleuatum super cedros libani. Transiui eum, & non est inuentus locus eius. De homine etiam dicit idem propheta Psalmo 143. Homo vanitati similis factus est. Dies eius sicut vmbra prætereunt. & Psalmo 108. Sicut vmbra cum declinat ablatus sum. Vmbra. n. cito transit. Sicut patet de dormientibus ad vmbram, quia cito venit sol. Et ita cito transit vita nostra & venit mors Sap. 11. Vmbræ transitus est tempus nostrum & non est reuersio finis eius. Et ideo dicere solent senes licet diu vixerint quod videtur eis quod heri nati fuerint. Similiter vmbra est obscura. Et mundus plenus est ignorantia. Vnde mundo deditus potest dicere cum psalmista Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. Vmbra quoque est frigida, & homines sub vmbra existentes frigus patiuntur. Et similiter mundanis dediti, sunt frigidi in diuitijs, & inepti ad bona opera peragenda, iuxta illud Prouer. 20. Propter frigus piger arare noluit. Vmbra etiam tunc maior videtur cum sol ad occasum appropinquat, & similiter homo quanto magis ad mortem propius accedit per senectutem, tanto magis crescit animo permanẽdi in hac vita, & maiora facere proponit, ac magis in mundanis intrincatur. Tales autem dicere possint cum propheta Psalmo 79. Cooperuit nos vmbra mortis. Non enim recordantur quòd cito morientur. Nam vt inquit Ouidius in 6. de fastis.

Tempora labuntur tacitisque senescimus annis.
Et fugiunt freno nam remorante dies.

Et 11. Methamor. Labitur occulte, fallitque volatilis ætas. Et nihil est annis velocius. Et iterum 3. lib. de arte amandi ait. Nec quæ præterijt hora redire potest. Horatius quoque epistolarum. lib. 2. epistola. 3. dicit. Singula de nobis anni prædantur euntes. Et Maximianus ait. Iam nihil est tutum quod vidimus omnia secum, Tempus prætteriens, horaq; summa trahit. Et Bernardus in libro de improbatione viciorum. c. 9 inquit. Omnia quæ cernis, vanarum gloria rerum. Vmbra velut tenuis veloci fine recedunt. Vnde metrice in prouerbio dicitur. Quid valet argentum, quid ve annis viuere centum Post miserum funus puluis, & vmbra sumus. Et Seneca in lib. tragediarum in Hercule furente. c. 2. ait. Dum fata sinunt viuite læti. Properat cursu vita citato. Volucriq; die rota præcipitis volui ſ anni. Lucanus quoque lib. 7. canit. Capit om-

 nia

nia tellus quæ genuit Et Maximianus ite rum ait.

Ortus cuncta suos repetunt matremque requirunt.

Et redit ad nihilum quod fuit ante nihil.

Omnibus est eadem læti via, non tamen vnus

Est vitæ cunctis exitijq; modus.

Huc puer, atque senex pariter venisse feruntur.

Hic par diuitibus pauper egenus erit.

Et Horatius in epistolis libro 2. epistola. 6. dicit de incertitudine mortis. Quis scit an deijciat hodiernæ crastina vitæ Tēpora dii superi? Et Lucanus lib. 3. Mille modos inter læti mors vna timori est. Et statius lib. 6. Thebaidos ait. Manet ingens copia læti. Et Prosper in lib. epigramatum epigramate vlt. dicit. Ferro, peste, fame, vinclis, algore, calore. Mille modis miseros mors rapit vna homines. Et Cato c. 5. Tempora longa tibi noli promittere vitæ. Quocunq; ingrederis sequitur mors corporis vmbram. Ideo dicit Persius satira. 5. Viue memor læti. Ait enim Virgilius 10. Enei. Stat sua cuique dies, breue & irreparabile tempus. Omnibus est vitæ. O igitur mundani quare in hoc mundo proditore confiditis? Quare eleuamini in prosperis quæ vt fumus subito euanescent. Ait enim Ouidius in 3. de tristibus. Nempe dat & quodcunq; libet fortuna rapitque. Cirus & est subito qui modo Cresus erat. Et in 5. lib. eiusdem operis epistola 10. iterum dicit.

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat.

Et manet in nullo certa tenaxque loco.

Sed modo læta venit, vultu modo sumit accerbos.

Et tantum constans in leuitate sua est.

Et iterum ait in 4. libro de ponto, epistola 3.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.

Et subito casu quæ valuere ruunt.

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

Et certam præsens vix habet hora fidem.

Tu quo sac timeas, & quæ tibi læta videntur.

Dum loqueris, fieri tristia posse puta.

Et Bo. in 2. de conso. prosa. 2. ait. Hunc cōtinuum ludum agimus. Rotam volubili orbe versamus. Infima summis, summa in fimis mutare gaudemus &c.

Mundi fallacitas multis exēplis ostēditur. et primo di Policrate Samiorū Duce.

PRedicta autem probari possunt multis exēplis. Nam vt refert Tul. in lib. de fine bonorū & malorū, & Valerius de mutatione morum et fortunæ, & Plinius in historia naturali. Policrates Samiorū Dux qui fortunam longo tpe adeo sibi obsequiosam habuit, q̃ omnia desideria perficiebat. Tandem cū contra Dariū regem persarū dux esset exercitū, ab Oronte præfecto Darij superatus, in summo Micalensis montis Vertice fuit suspensus, & relictus auibus lacerandus, & qui vbiq; fęlix in terra vixerat, in aere miserrime expirauit. Ninus etiā rex Assiriorū qui bella finitimis intulit 50. annis scđm Paulum Horosiū li. 1. Post deuictā Asiā, Sithiam, cum Zoroastrem quendam impugnaret sagittę ictu interijt. Baldasar quoque Rex Babilonis vt ait Iosephus 10 antiquitatum lib. obsessa Babilone a Medis & Persis. s. Dario & Ciro regibus in tātum venit in obliuionem sui, vt celeberrimum iniret conuiuium & in vasis templi Dei biberet, & obsessus vacaret epulis. Vnde in nocte sequenti captus fuit & iugulatus. Cirus quoq; Rex Persarum vt Horosius vbi supra commemorat qui Gangem fluuium in quo vnus suus miles submersus fuerat in quadringētos. 60. alueos cōminuit, a Thomiri Massagetarum Regina superatus occiditur. Xerses etiam ille potentissimus, qui subuertit montes & maria constrauit, vt refert Hiero. ad Heliodorū scribens belo in Gręcia infęliciter superatus ac contemptibilis suis factus, scđm Iustinum p Arthabanum pręfectum suum occiditur. Darius vt cōmemorat. Quintus Curtius, ab Alexandro Magno superatus suis captus apud Thancā oppidum Parthię, ac detentus & in vehiculo cathenis ac cōpedibus aureis astrictus, vulneribusq; cōfossus, & letaliter vulneratus dimissus, miserabiliter expirauit. Alex. Magnus post tot victorias & triūphos, subiectionēq; vniuersæ Asię, imo pene totius orbis, per Cassandrum

drum filiū Antipatris, vt Quintus Curtius dicit, venenatus est. Nam Cassander ille & Philippus & sola frates eius ministrare regi solebant. Qui in potu illi venenum dederunt, quo austo scd'm iust inū in media potatione velut gladio confossus ingemuit, Deportatusq; est conuiuio feminianimis. Malioolı aūt eius dicebant eum ebrietate perire, qđ & Solinus sentit in lib. de mirabilibus mundi. Contra quem est Tull. in 1. lib. de diuinatione, & Iustinus & Quintus Curtius. Quarto itaq; die Alexāder indubitata morte sentiens tumultuantes milites quia rex occidebatur insidijs, pia oratione eos sedauit cunctisq; dextram porrigens eos osculatus est, & mortuus est anno ætatis suæ trigesimotertio, & mēse vno, cum regnasset annis duodecim, prout patet 1. Macha. 1. Romulus quoque fundator vrbis Romæ, vt ponit Titus liuius apud Paludem capree tempestate magna orta & tonitruis, circundarus nube nusq̃ apparuit. Et licet a Romanis nomine Quirini inter Deos conlee ratus sit, tamen credendum est ꝙ fuerit a fulminibus cōsumptus & exustus, vel a dæmonibus ad infernum deporiatus, quia proprium fratrem Remum occidi fecerat, vt refert Lucanus lib. 1. di. Fraterno primi maduerūt sanguine muri De quo etiam fit mentio. in l. fi. ff. de rerum diui. vbi glo. Seruius Tullius sextus rex Romanorū a Tarquino superbo occisus fuit Pirrus rex Epirotharum qui Romanis bella intulit in fauorem Tarentinorum, tandem a Romanis victus ad patriam rediens, secundum Iustinum spartanis bellūm induxit. Qui bus relictis argos inuasit vbi feruide magis quām caute pugnans ictu saxi e muris iacti mactatus est. Hannibal Penorum Dux, qui annis quatuordecim in Italia Romanos contriuit, postea in Aphrica a Scipione deuictus profugus, & damnatus exilio, ad Anthiochum Regem magnum Siriæ veniens, vt Iustinus meminit, quia a Romanis petebatur fugere, ꝗ nequiret veneno raptim austo, quod more regio sub gemma ferebat inclusum obijt, sicque ab his qui ad eum comprehendendum venerant exanimis inuentus est. Pompeius magni Pompei genitor, secundum Horosium, fulmine percussus interijt. Pompeius magnus filius eius, qui viginti duos reges orientales ut Horosius refert superauerat a Iulio Cæsare deuictus, cum fugisset in Alexandriam ad Ptolomæum Regem Ægypti cui teste Eutropio Pompeius a senatu tutor datus fuerat propter iuuenilem ętatem, eius cuique regnum summa fide seruauerat, & paterna pietate restitue at, per Achillem præfectum regni de voluntate regis qui credebat ex hoc facere rem gratam victori Cæsari, miserabiliter occisus est. Florus autem dicit in 4 libro. Pompeius suo gladio trucidatus sub oculis vxoris suæ liberorumque suorum moritur. Iulius Cæsar vt Suetonius narrat mortuo Pompeio in eodem mense, sed interiectis diebus quinquies triumphauit. Primo de Gallia & Britannia, secundo de Ægypto, tertio de Farnace & Ponto, quarto de Iuba & Aphrica, & quinto de Hispania. Fuitque illi gloria multa in vsurpato imperio annis tribus, & mensibus septem. Tandem Gaio Cassio, & Marco bruto contra eum conspirantibus, princeps orbis vigintitribus plagis confossus occubuit anno ætatis suæ quinquagesimosexto. Marcus Antonius nepos ipsius Iulij Cæsaris ex sorore Iulia ab Octauiano Augusto victus in Alexandria ab eodem Cęsare obsessa secundum Plutarchum gladio se peremit, dum annum ageret ætatis suæ quinquagesimum sextum. Gaius Gallicula Imperator Romanus Tertius ab Octauiano sceleratissimus, auarus & libidinosus, adeo vt duabus sororibus stuprum intulerit, crudelis omnibus & exosus Romæ in palacio occisus est, vt habetur in Cronica Martiniana, cum regnasset annis tribus, & mensibus decem. Nero Imperator quintus ab Augusto qui natus est præmissis pedibus, vt scribit Plinius libro 7. naturalis historiæ vitiosus, auarus & lassiuus ac crudelissimus, secundum Eutropium expulsus a regno anno. 14. imperij sui seipsum interfecit. Domicianus Imperator secundum Suetonium & Eutropium a cubicularijs suis septem vulneribus occisus est, anno ętatis suæ trigesimosexto, & cum dedeco

re sepultus est. Helius pertinax Imperator vulneribus obtruncatus est. Mauritius Imperator ob inuidiam occisus est cum regnasset anno vno. Antonius Imperator tertio imperij sui anno interfectus est a tumultu militaris Romæ cum Matre sua. Maximianus Imperator cum imperasset annis tribus apud Aquileam deserentibus eum militibus suis cum filio suo adhuc puero occisus est. Gordianus Imperator sexto Imperij sui anno postquam de Persis triumphauit veniens Romam prope vrbem fraude Philippi occisus est. Decius Imperator cum imperasset annis duobus, in bello barbaro peremptus est. Valerianus Impator a rege persarum deuictus in seruitutem reductus est. Nam quamdiu vixit, rex quando ascendere volebat equum, pedem cerui cibus eius imponebat. Aurelianus Imperator fraude serui sui occiditur. Tacitus Imperator septimo mense imperij sui subita morte præoccupatus est. Probus Imperator sexto anno imperij sui militari tumultu vexatus est. Clarus Imperator fulmine perijt. Diocletianus Imperator veneno extinctus est. Constantinus Imperator filius Constantini magni a ducibus fratris sui Constantij peremptus est. Iulianus apostata Imperator a sancto Mercurio milite occisus est. Valēs Impator quarto imperij sui anno a Gotis in bello peremptus est. Prætereo nunc silentio quamplurimos reges, Imperatores & principes qui similiter subitanea & crudeli morti perierunt, & in florida ac iuuenili ætate, de quibus nostris temporibus aliqui fuerunt.

O͞ia in hoc m͞udi breui t͞pe deficiūt

VErum est ergo illud quod dicitur Ecclesiastici 10. Omnis potentatus vita breuius. Eapropter Augustinus in libro de symbolo, tractatu quarto exclamat dicens. Ecce tu inosus est mundus. Ecce tantis calamitatibus repleuit Deus mūdum. Ecce auarus est mūdus. Et si sic amarus, quid faceremus si dulcis esset? O mūde immunde tenebras pariens, quid faceres si maneres? Quem non deciperes dulcis si amarus alimenta mentiris? Et in epistola ad Armentarium & Paulinam iterum ait. Mundus iste tanta rerum labe contritus est, vt etiam speciem seducrosis amiserit. Et ideo quantum illi laudandi atque prædicandi sunt qui dignati non sunt cum mundo etiam florente florere. Tantum increpandi sunt & accusandi quos perire cum pereunte delectat hæc ille. Currit enim mundus quotidie ad finem nec eius gloria potest diu retineri. Vnde cum homo magis credit gaudere cum eo, statim ipsum relinquit. Ad quod adduci potest parabola cuiusdam faceti prædicatoris qui dicebat quòd duo erāt socij tantum amorem inuicem ostendentes quòd vnus videbatur non posse stare sine alio. Vnde semper insimul pergebant & viuebant. Semel autem cum irent simul ad solacium, contigit illos transire per quoddam nemus. Et ecce quòd quidam vrsus valde terribilis cepit contra eos venire, Quem videns a longe vnus ex ipsis socijs qui erat alio fortior, cœpit currere & ascendere super vnam arborem magnam & altā. Alius vero qui erat debilior rogabat eū vt se expectaret & adiuuaret ad ascendendam arborem. Quod ille facere negauit dicens. Iam iam vrsus adest. Ille igitur sic destitutus, Deo inspirante recordatus est quod vt dicitur, vrsus non comedit de carne animalis per se mortui. Vnde statim cecidit in terram, & simulauit se mortuum. Vrsus vero adueniens, & ipsum sicut mortuum reperiens posuit os suum ad os illius vt cognosceret an spiraret & esset viuus. Ille autem tenebat flatum & non spirabat. Postea vrsus posuit os suum ad eius aures forte putans quod etiam ab illa parte exiret flatus. Videns autem quòd ille totaliter stabat immobilis & non spirabat. Cum brancha sua corpus illius reuoluit & proiecit forte per quatuor brachia longe, vt videret an moueretur. Quo firmo stante & permittente se reuolui ac si fuisset saccus palearū, vrsus qui erat famelicus cœpit currere ad quærendam prædam. Cū autem iam longe esset a loco. Ille qui simulauerat surrexit. Cui socius qui erat super arborem & viderat omnia quæ acciderant dixit. O socie mi, habuisti me timorem? Et ille. Tantum certe quòd nunquam habui similem. Ille autem iterum inquit. Et quid dixit tibi vrsus quia posuit os suum ad aures tuas? Ipse autē respondit. Dixit mihi ꝙ amplius de te cōfidere

dere non debeo, quia es vnus magnus traditor & simulator. Nam ostẽdis te sic me diligere, & tamẽ deseruisti me in tam magna necessitate. Or moraliter. Isti duo socij sunt homo & mundus inter quos videtẽ esse maxima amicitia. Sed tamen adueniente vrso.i.morte, mundus deserit hominem. Et nullus debet confidere in isto mundo proditore, qui quanto plura, & maiora bona dat homini, tanto citius illa aufert ab eo. Verum est enim illud ꝙ Lucanus canit in 1.lib.di. Summisq; negatum stare diu. Et ibidem. O faciles dare summa Deos, eademq; tueri, difficiles. Et Statius 10.thebai. Forsitan & nobis modo quæ fauerer, cecedent Et Lucanus vbi supra. In se magna ruunt, lætis hunc numina rebus Crescendi posuere modum, nec gentibus vllis. Commodat in populum terræ pelagiq; potentem Inuidiam fortuna suam. Et ideo dicitur in l.2.§.sed quia diuinæ.C.de vete.iu.enu e. Humani iuris conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in ea quod stare perpetuo possit. Multas etenim formas edere natura nouas deproperat. Et in auten.de nõn alie.aut permu.re.ec.§. vt autem dicitur. Quid erit stabile inter homines cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat? Et in auten. vt omnes obe. indi.§. hanc.dicentes scriptum est. Nihil pœne ĩ semetipso manet, sed currit natura semper multas euoluens mutationes quas neque præuidere facile est neque prædicere. Et in l.penul.C.de vsufruc dicit imperator. Multæ & innumerabiles causæ rebus accidunt mortalibus, propter quas homines quod habent iugiter retinere non possunt. Et Claudianus lib. 1. exclamat di. Heu heu quàm breuibus pereunt ingentia causis. Desinat elatis quisquam confidere rebus. Gualfredus etiam in poetria sua ad mundi contemptum exhortans ait.

Hoc vnum præscire potes, quia nulla potestas.
Esse morosa potest, si vis exempla priores.
Respice fortunas, emarcuit illa priorum
Florida prosperitas, Minos subuertit Athenas
Illion Atrides, magnæ Carthaginis arces
Scipio, sed multi Roma fuit alea fati.
Tempore versa breui, breuis est distantia læti.
Ominis & mæsti, nox est vicina diei.
Nec aliena docent, & te tua fata docebunt.

Ouidius quoq; in 3.de tristibus.epistola. 8 dicit. Omnia ne referam, nil non mortale tenemus. Pectoris exceptis, ingenijque bonis. O igitur miseri mundiales cũ videatis omnia mundana transire & finiri despicite illa, & seruate illud Lucani.in 4.dicentis. Cõsulite extremis angusto in tempore rebus. Nihil enim est adeo pulchrum & delectabile in hoc mũdo, quod breui in tempore non deficiat. Ait enim Ricardus poeta in libro de nuptijs.c.35. Transit honor, pereunt formosa, iuuenta senescit. Deficiunt vires, gloria quæque perit. Et Ouidius in 2.de arte amandi, dicit. Forma bonum fragile est, quantumq; accedit ad annos. Fit minor, & spacio carpitur ipsa suo. Et iterum in vltimo de põto Epistola.8.canit. Tabida consumit ferrũ, lapidẽq; vetustas. Nullaq; res maius tempore robur habet. Et in 15. Methamor.ait tempori & vetustati. Omnia destruitis, viciataq; dentibus æui. Paulatim lenta consumitis omnia morte. Ideo quidam sapiens dicebat. Natura humana proprie veluti ferrum est. Si exerceatur conteritur, si non exerceatur rubigine consumitur. O miseria humana quis vnquam poterit enarrare vilitatem & breuitatem tuam? Et tamen verum est illud Esopi fabula.44. Stare diu nec vis, nec honor, nec forma, nec ætas. Sufficit in mundo, plus tamen ista placent.

Vis autem o homo scire miseriam tuã? Audi quid responderit quidam philosophus qui interrogatus cum quibus socijs sit homo, respondit. Cum octo qui eum assiue molestant Hi sunt. Fames, sitis, somnus, calor, frigus, lassitudo, infirmitas, & mors. Et ideo Hiero. ad Heliodorum. Vbiq; luctus, vbiq; gemitus, & plurima mortis ima. Interrogatus secundo idem philosophus vbi est homo? respondit. In bello multiplici, & diuerso. Nam intra se habet bellũ mordentis cõscientiæ. In proprio corpore habet bellum rebellionis carnis ad spiritum Gal.5. *Miseria hominis dictis cuiusdã philosophi ostẽditur.*

Item pugnam quatuor elementorum q̃ semper pugnat ad inuicem per contrarias qualitates. Habetq; humorem colericum, sanguineum, fleumaticũ, & malencolicum inter se contrariantes. Et cõtinue calor naturalis consumit humidum radicale, pp q̃ consumptionẽ sequitur mors ipsius corporis, & ideo dicit Sco. in 3. sen. di 15. q materia prima sp machinatur ad destructionẽ cõpositi Habet ẽt afflictionem quatuor passionum. s. gaudij, doloris, spei & timoris. Extra se aũt habet bellum rerum concupiscibilium ac diabolicæ tentationis. Interrogatus. 3. quo se habet homo? respondit. Vt lucerna ad ventũ q̃ cito extinguitur. Vt scintilla in mari quæ cito ab vndis absorbetur. Vt spuma gracilis quæ cito a procella dispergitur. Vt fumus qui cito diffundit. Et ista tria immediate prædicta ẽt ponit Salomon Sap. 5. Addẽs. Et tanq̃ memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Interrogatus. 4. Cui similis est homo? rñdit. Aceruo niuis, quia vt aceruus niuis modico calore cito in aquam de qua fuerat resoluit, sic homo genitus de putredine, modica infirmitate in eã reuertitur. Similis est ẽt homo flori pulcherrimo, & rosæ matutinæ q̃ dũ colligitur mane pulchra vĩ In sero aũt marcida inuenitur. Sic homo in iuuentute apparet floridus, sed in senectute marcescit. Est quoq; similis vireti herbę q̃ cito arescit, & succidit̃ falce. Sicut. n. prata virentia successiue metunt̃. Ita populi Italiæ ac totius mundi pestilentijs, bellis, fame, & diuersis infirmitatibus deuastantur. Et sicut qñ pratum debet meti, acuendo falces fit sonitus hoc ignorante ipso prato. Ita qñ Deus vult exterminium aliquod mittere hominibus, prius solet facere proclamari a suis pconibus, & acuit falcem vindictæ ipsis populis pdicatorũ verbis nõ attendentibus nec credentibus Et pdicta similitudo confirmat̃ per illud quod dr̃ Isa. 40. Ois caro fęnũ, & ois gloria eius quasi flos agri. Exsiccatũ est fęnum, & cecidit flos eius. Et ibidẽ ẽt dr̃. Vere fęnum est populus. Et psalmista inquit. Mane sicut herba transeat, vespere decidat, induret & arescat. Similis est ẽt pomo nouo, & rubenti, qui dũ in arbore pendens ad incrementũ debitũ puenire credit̃. Sępe modico verme interius exorto corrodit̃ & subito corruens efficit̃ inutile, vel ẽt aliquanto vento seu baculi pcussione ante maturitatẽ ad terrã deijcitur. Et similiter homo in pueritia sua, vel adolescẽtia floridus, sepius subita infirmitate pueitus moritꝰ & inutilis efficit̃. Vel ab hostibus suis pemptus aut improuisa morte sublatus de mũdo tollitur. Quinto interrogatus. Quid ẽ homo? rñdit. Mancipium mortis, hospes loci, viator transiens. Mancipium. n. mortis dr̃, qa manũ eius nequit euadere. Hospes loci, quia recipitur cũ gaudia, sed tñ cito obliuioni traditur. Viator vero transiens, qa dormiens, & vigilans, sedens, ambulãs & quicqd aliud faciens sp ad mortẽ properat. Vnde Greg. dicit q sicut ille, q est in naui, sedendo, quiescẽdo, dormiendo, bibendo, & comedendo sp pergit eunte naue. Ita donec homo est in corpore sp currit ad mortem, ipso corpore sp ad corruptionẽ tendente. Salomon aũt Sap. 5. introducit amatores mundi in inferno suspirantes & dicentes. Quid pfuit nobis superbia? Aut qd diuitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt oĩa illa tanq̃ vmbra, & tanq̃ nuncius præcurrens, & tanq̃ nauis q̃ pertransit fluctuantẽ aquã, cuius cũ pterierit nõ est vestigiũ inuenire, neq; semitã carinę illius in fluctibus, aut auis q̃ transuolat in aere, cuius nullũ inuenit̃ argumentũ itineris illius, sed tñ sonitus alarũ verberãs leuem ventũ & scindens itineris aerẽ cõmotis alis transuolauit, & post se nullũ signũ inuenitur itineris illius. Aut tanq̃ sagitta emissa in locũ destinatũ, deuisus aer cõtinuo in se reuersus est vt ignoretur trãsitus illius. Sic & nos nati cõtinuo desinimus esse, & in malignitate nña cõsumpti sumus. Mũdus quoq; assimilat̃ tele cuius vna pars est texta & tñ inuolura manet, ac parũ de ea vr̃. Alia est texenda & non vr̃. Vnde solũ illa pars vr̃ in qua laboratur. Et similiter in hoc mundo de vita nostra futura nihil vr̃, sed tñ illud modicum de psenti vita in qua diuersimode laboramus & affligimur, & ignoramus quantæ magnitudinis sit texenda tela vitæ nostræ, cũ hoc in manu Dei sit. Vnde Is. 38. dicebat rex Ezechias Pręcisa est velut a texente vita mea, dũ adhuc odirer succidit me, de mane vsq; ad vesperã finies me &c. Pagani vero volentes

lentes huius mundi miseriam demonstrare, depinguebāt tres faras seu furias, quæ in hoc versu continentur. Cloto colum baiulat, Lachesis Netit, Antropos Occat scilicet humanam vitam. Quæ omnia cōsiderans Aug. in sermone ad here. exclamat dicens. Heu miser quid sum? Vas sterquilinij, concha putredinis, plenus fetore, & horrore. Cæcus, pauper, nudus, plurimis necessitatibus subditus. Ignorans introitum, & exitum meum, miser, & mortalis. Cuius dies sicut vmbra lunatica euanescit. Sicut flos in arbore crescit, & statim marcescit, nunc floret, & statim aret. Vita inquam mea fragilis, vita caduca, vita quę quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit. Vita fallax, & vmbratica, plena laqueis multis. Nunc gaudeo, statim tristor. Nunc vigeo, statim infirmor. Nunc viuo, statim morior. Nunc felix appareo, statim autem miser. Nunc rideo, iam fleo. Sicq; omnia mutabilitati subiacent, vt nihil vna hora in eodem statu permaneat. Hinc timor, hinc tremor, hinc fames, hinc sitis, hinc calor, hinc frigus, hinc langor, inde dolor exuberat. Sequitur his importuna mors, quæ mille modis miseros homines quotidie rapit, hæc ille. De quibus etiam Ouidius in quinto Methamorphoseos aliqua tangit dicens.

Cuncta fluunt, omnisq; vagans formatur imago.
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu.
Non secus, ac flumen, nec enim consistere flumen.
Nec leuis hora potest, sed vt vnda impellitur vnda.
Vrgeturq; eadem veniens vrgetq; priorem.
Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur.
Transit in æstatem post ver robustior annus.
Fitq; valens iuuenis, nec enim robustior ætas.
Vlla nec vberior, nec quæ magis ardeat vlla est.
Nec species sua cuiq; manet, rerumque vorarrix.
Ex alijs alias reparat natura figuras.
Nil equidem durare diu sub imagine eadem.
Crediderim sic ad ferrum venistis ab auro.
Secula, sic totiens versa est fortuna locorum.

QVÆ omnia considerans Bernar. in libro de contemptu mundi nos ad despiciendam mundi gloriam hortatur di. Fallax mundi gloria digne respuitur, flos fęni est. Vapor ad modicum parens. Eius enim qualiscunque status, nonne plus anxietatis, quàm iocunditatis habet? Dum vendicas, dum defendis, dum inuides, dum suspicaris, dum semper ambis, quæ non habes, & nonnullis adeptis acquirendi arbor non minuitur. Quæ ergo est requies in gloria tua? Si qua tamen est, præterit iocunditas non reditura, & remanet anxietas nō relictura. Certa est nimirum temporalium breuitas voluptatum, & ipsius quoque breuitatis finis incertus. Sæpe viuentem deserunt, nam morientem nunquam sequuntur. Nemo in hoc seculo nequam quod vult habere potest. Quia nec voluptuosus voluptate satiatur, nec curiositate curiosus, nec ambitiosus inani gloria. Videat ergo secularis anima, & intelligat, quoniam extrema gaudij luctus occupat. Hic est enim transitoriæ lætitiæ finis, hic fructus gloriæ temporalis, hæc ille. O mundane. Si iste auctoritates te non incitant ad contemnendas mundi voluptates, considera illos, qui in hoc mundo fęlices videbantur. Qui omnes perierunt & delitias suas reliquerunt. Vbi enim nunc est Paridis, Ioseph Patriarchæ, Saul, & Ionathas, Daniel, & sociorum eius. Absalonis, Narcisi, Deiphebi, Polidori, Hypolitique formositas? Vbi est Europæ, Medusæ, Iolæ, Deianiræ, Argiæ, Pantasilæ, Polisenæ, Helenæ, Lauinæ, Didonis, Creusæ, Proserpinæ, Lucretiæ, Cassandræ, Cleopatreque pulchritudo? Certe non inuenerunt fucum ad reparandam mortis turpitudinem. Vbi est Euæ, Saræ, Dinæ, Thamar, Noemi, Hester, Iudith, Abigail, Bersabee, Abisaach, & Susanę speciositas? De quibus in sacra scriptura dr, quę

Mundi contemptū etiā auctoritatibus, ac exēplis persuadet.

erant pulchre nimis, idest valde. Profecto eorum delicata corpora sunt a vermibus corrosa, & in cinerem redacta. Vbi nunc Moyses, Phoroneus, Mercurius, Termegistus, Solon, Ligurgus, & Numa pompilius, legum datores, & institutores? Profecto non potuerunt statuere aliquam legem, quæ eos a morte præseruaret. Vbi est Alexãdri magni, Scipionis, Cæsarisq; audacia, & tantæ victoriæ? Certe de ipsis mors triũphauit, illosq; prostrauit. Vbi Achillis, Aiacis, Thesei, Hectoris, Caroli magni, Rolandi, Danesij, Rainaldi, Oliueri, Gani magũtini, Falconeti, aliorumq; procerum francorum fortitudo? Non potuit eorum robur contra mortem præualere. Vbi Sansonis, Goliath, Anthei, Herculis, Athlantis, Ciclopum, atque Henachim, & filiorum eius, aliorumq; Gigantum ferocitas? Vbi nunc Xerfis, Nabucodonosor, Assueriq; potentia? Non inuenerunt turrem vel castrum eos a morte liberantem. Vbi Octauiani, Dauid, Constãtiniq; prosperitas? Vbi quæso Vulpiãni, Accursij, Bartholi, Baldi, Cini, Angeli Perusini, Albriciq; legum scientia? Certe non inuenerũt paragraphum, aut legem eos a morte defendentem, nec illis valuit aliqua appellatio contra eam. Vbi Mitridatis, Diocletiani, Neronisq; crudelitas? Quos alij timebant, ipsi mortem formidarunt. Nunquid a morte eripuit, Esculapium, Auicennam, Galenum, Hipocratem, Ioannem de mugo, Constantinum Aphricanum, Gordonium, aut Ioannem, Mesuẽ peritia medicinæ? Profecto nec siropum, nec medicinam a crudeli morte præseruantẽ inuenire sciuerunt. Vbi Salomonis: Taletis milesij, Iesu fili Sirach, & Esdræ sapientia? Quid profuit Vlixi, Alcibiadi, Hannibaliq; ars bellica. Vbi Aratus, Ptolomeus, Albert⁹, Aliabrazel, Albumasarq; astrologiæ inuentores. Vbi Domosthenis, Tulij, Catonis Censorini, Appolonij, Nichonij, Gorgię, Hermagoræ, Titiani, Quintiliani, Lisyæ, Hortensij, Lactantijq; rethorica. Nihil profecto eis profuit, nec mortis sęuitiam aliquo ornatu verborum sedare potuerunt. Vbi Pompei, Sennacherib, Anthiochiq; iactantia. Nunquid Priscianus, Donatus, Seruius, Papias, Vguitio, auctor Catholicon, Alexander Theutonicus, Guarinusq; grammaticæ præceptores, mortis iacula euadere potuerunt. Vbi nunc Homeri, Virgilij, Lucani, Iuuenalis, Horatij, Martialis, Persij, Terentij, Tibuli, Catulli, Statij, Claudiani, Prudentij, Sedulij, Lucretij, Menandri, Achathesij, & Fericis, atq; Araturis carminum disciplina. Vbi nunc est ille superbus Ouidius qui in fine vltimi libri Methamor. ait.

Ianq; opus exegi, quod nec Iouis ira nec ignes.
Ne poterit ferrum, nec edax abolere, vetustas.

Vbi nunc est Asculanus poeta, Frãciscus Petrarcha, Dantesq; Florentinus, cum alijs vulgaribus versificatoribus. Vbi nũc Alcinon, & Esopus cum fabulis suis. Vbi Pogij, & Boccatij facetiarum inuentio. Vbi Laurentius valla, & Augustinus Senensis, cum suis elegantijs. Vbi Varro, & Petrus Hyspanus cũ alijs dialeticis. Vbi Linus Thebeus Zethus, Amphion, Tubal & Iopas cum cęteris musicis. Vbi Nichomacus, Apuleius, & Euclides cum alijs Geometris, & Arismeticis. Vbi nunc inquã Pithagoras, Socrates, Plato, Chilo, Periander, Pithacus, Bias, Diogenes, Zeno, Empedocles, Epicurus, Anaxagoras, Democritus, Eraclitus, Leucipus, & Seneca, cum cęteris philosophis naturalibus, & moralibus. Abi Aristotelis, Antisbari, Aueroisq; subtilitas. Vbi nunc sunt tot sapientes doctores omnium liberaliũ artium qui doctrinam suam buccis concrepantibus ventilabant, & per totum orbem nominari affectabãt? profecto vt inquit psalmista. Perijt memoria eorum cum sonitu, & dominus in æternum permanet. Vbi nunc Titi, Liuij, Plinij, Diodori, Andronici, Tertuliani, Eusebij, Iosephi, Iustini, Suetonij, Eutropij, Horosij, Quinti curtij, Solini, Daretis phrigij, Herodoti, Laertij, Valerij maximi, Plutarchiq; historiarum notitia. An forte immortalitatem meruit Gratiani, Innocentij, Hostiensis, Archidiaconi, Ioannis Andreæ, Dini, Panormiteq; decretorum intelligentia. Aut Petri Lombardi, & expositorũ eius sacræ theologiæ scientia. Vbi Phisiologus, Euax dictus Lapidari⁹, Aaron, Arnordus, & Thetel Iudæus, qui de naturis, & virtutibus petrarum scripserunt. Vbi nunc Vcelli ingluuies, & voraci-

tacitas. Vbi Cresci diuitiæ, & Marci crassi Romani auaritia, Sardanapaliq; luxuria. Quo abierunt omnes isti. Et exclamans voce magna dico. Ad mortem. Et hoc est quod inquit quidam frater noster versificator di.

CÆsar vbi & Priamus, theuerumque acerrimus hector.
Et pius Eneas, vbi nunc facūdus vlisses.
Et gemini atridæ, Romanæ conditor vrbis
Romulus, & totum quamuis deuicerit orbem
Augustus, tantoque potens vbi robore Sanson.
Nunc vbi Sylla ferox, vbi nūc tam fortis Achilles.
Formosaq; Paris facie, princepsque latini
Tullius eloqui, sacrarum gloria legum
Bartholus, & multo cresus ditissimus auro.
Nunc Salomonis vbi sapientia, nunc vbi tantis
Quondam Pompeius gaudens Scipioq; triumphis.
Nunc vbi Pyeridum splendor, vatumq; magister
Virgilius, vbi nunc armis, & gente superbus
Atq; opibus Xerses, ne longe exempla petamus.
Nunc vbi quo nostris nullus præstantior annis
Extitit, armatas acies componere bellis
Clarus, & in toto Franciscus Sfortia mundo.
Nunc vbi magnanimus Galeaz Maria per omnem
Tam iuuenis nuper fama celeberrimus orbem.
Totq; alij proceres, reges, populiq; potentes.
Et tandem in toto quicunque uixerit euo.
Omnes præcipiti sorpsit mors turbida fato
Et tulit in cineres, nec tanti roboris vnquam
Quis fuit, horrendo cui mors indulserit arcu.
Cur igitur falsas, & inanes diligis auras?
Cur te lætifera mundus dulcedine ludit?
Nonne vides nostræ quàm paruula tempora vitæ?
Et misera in quantis iaceat tua vita periclis?
Eya age, morbosas secli iam respue sordes.
Linque venenati mortalia gaudia mundi.
Effuge terribiles herebi charissime penas.
Continuos luctus, seuos sine fine dolores.
Perpetuam, quæras æterna in secula vitam.
Et idem versificator in alia epistola etiā dicit.

GAudia cœlestes qui post terrena triū phos
Speraret, stulto stultior ille foret.
Qui sequitur vanos vitæ pereuntis honores
Respuit angelicæ prosperitatis opes.
Nil magis horribiles defert acherontis ad vndas
Quam rerum luxus, & popularis honor.
At contra superas melius nil ducit ad arces
Quam dominum stricta paupertate sequi.
Ecce quòd æternos diues damnatur ad ignes.
Et pauper cœli Lazarus alta tenet.
Ille modo in pœnam fatuæ dulcedinis ardet.
Hic fructum sanctæ iam paupertatis habet.
Heu nimis infęlix, cæcus, miserabilis, ista
Plus cui cęlesti melle venena placent.
Improbus iste suos sic perdit mundus amantes.
Et tamen innocuum gens tenebrosa putat.
Quo magis arridet mundus dulcisq; videtur,
Ad mortem plures præcipitare solet.
Sperne igit̄ fictos mūdi fallaeis honores.
Nam modulans dulcis fistula carpit aues.

Quid

Quid tibi terrenis his cum mortalibus inquam
Quem manent in superis vita beata choris?
Quid confert croceis contextum vestibus aurum?
Quid iuuat in numero plena cliente domus?
Splēdida regali tua sint licet atria luxu.
An poteris dire tela vitare necis?
Si lustris toto cētum domineris in orbe.
An solio parcet mors furibunda tuo?
Dardanidum fortem bello licet hectora vincas.
Et tua deturpet musa maronis opus.
Si Paridem forma superes,grauitate Catonem.
Cedat & argutijs quisque sophista tuis.
Si tibi quicquid habet placidum fortuna rependat
An non dimisso conuenit orbe mori?
Quid tunc orbis opes,misere quoq; carnis amici
Quid tunc aurate fimbria larga toge?
Tunc quid fallaces poterunt præstare triumphi?
Quamue ferent mundi cuncta salutis opem?
Et Salomon populo quondam sapiētior omni
Defunctus stigijs præcipitatur aquis.
Sic & Adonibezech sub mensa lambere reges
Sex denos faciens ossa relicta feris.
Ipse quoq; armigerum moritur fortissimus Aiax.
Formaq; ledeæ vermibus esca datur.
Quiue salutifere nouit profunda medele
Esculapus,mortis vulnere fixus obit.
Nec facie insignis,nec Gelliger Herculis instar,
Nec sapiens,læti nescius esse potest.
In cinerem cuncti redeunt, primęq; parenti
Quod tulit assignat mortua facta caro.
Tunc aurum, stultos,tunc quisq; relinquit honores.
Et quas in toto tempore iunxit opes.
Ergo animis mansura pijs, cęlumq; petamus.
Mentibus ex nostris sit procul omne fugax.

Dicite igitur mihi o dilectores mundi. Vbi nunc sunt tot reges Assiriorum? Bellus,Ninus,Semiramis, Zamen*,Ari*, Attalius,Xerxes,Arametres,Bolcus,Caleus,Alchadas, Manucus, Mathalenus, Spersus,Manulus,Sparethus, Aminites, Bolothus,Bolosparus,Lampredes, Sosores,Mithreus,Thantanes,Thimeus, Eupales,Offratenes,Gazepes,& Sardanapalus? qui regnauerunt cum tanta gloria successiue secundum Paulum Horosium, annis 1160 vsq; ad Sardanapalum. Vbi sunt reges Persarum,atq; medorum? Darius,Cirus,Cambises,Xerses, Arthaxerses, & cæteri. Vbi reges Athenienfium? Cecros,Granaus, Amphitrion, Erichtonius,Pacleon,Erictheus,Pachion,Egeus, Theseus,Menestes, Demophon, Nichetes,Obsides,Themistes, Melampus,Chodrus,Archipus,Thensipus,Fabras, Magetes,Digenitus,Agamestor, & Eschillus? Vbi sunt reges Lacedemoniorum?Herascheus, Egis,& Thetratus,Labotes,Doristus,Ageselcus,Archilaus, Theletus, & Calchamines,Agamenon, ac Menelaus? Vbi sunt reges Sicioniorum?Gessippus, Egialchus, Europs, Thelchinus, Apis, Egialcha,Thelsion, Elgiorus, Mesapus, Erathus, Orastus, Orthopolus, Marathus,Polipus,Siccyon,& Innachus? Vbi sunt reges Ægyptiorū? Tot Pharaones, & Ptolomei? Vbi Ptolomeus primus a quo secundum Iustinum alij reges postea dicti sunt Ptolomei propter claritatem nominis eius, sicut a Iulio Cæsare alij imperatores appellari sunt Cæsares, & Octauiano Augusto dicti sunt Augusti? Vbi est Ptolome* Philadelphus,Euergetes,Philopater, Epiphanes, Philometor,Phiton,Alexander,& Dionysius.Vbi sunt tot iudices Iudæorum? Moyses,Iosue,Othoniel,Aioth, Sangar, Delbora, Barach,Gedeon, Abimelech, Tholla de Isachar,Hyair Galadites,Iepte,Abessan, Ahilon,Abdon,Sanson,Heli,& Samuel. Vbi sunt reges qui regnauerūt in Iudea? Saul,Dauid,Salomon, Roboam, Abias, Assa,Iosaphath,Ioram,Ochozias, Ioas, Ioathan,Amasias, Ozias, Achaz, Ezechias, Manasses, Amon, Ioachin,Sedechias,

Mundi contēptus etiā persuadetur ex eius instabilitate, rememorando multos potentes.

chias, Aristobolus, Alexander, & Herodes? Vbi sunt reges qui regnauerunt in Samaria? Ieroboam, Nadab, Baasa, Hella, Zamri, Amri, Achab, Ochozias, Ioram, Ochozias secundus, Hieu, Ioachaz, Ioas, Ieroboam secundus, Zacharias, Sellum, Manahen, Fascera, Facex, & Osex? Vbi sunt reges Latinorum? Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, & Latinus? Vbi sunt reges Albanorum quorum primus fuit Ascanius, Enex filius, qui condidit Albam secundum Titum Liuium, cui successeront. Postumus, Siluius filius eius sic dictus quia in Silua, & venatione nutritus est. Eneas secundus, Tiberius qui suffocatus in Tiberi, fluuio nomen dedit: Nam ante albula vocabatur. Agrippa, Siluius secundus, Aremulus, Auentinus, Procas, & Amulius? Vbi sunt reges Romanorum? Primus Romolus, secundus Numapompilius, tertius Tullus Hostilius, quartus Ancus, quintus Tarquinius Priscus, sextus Sernius Tullus; septimus Tarquinius superbus? Vbi sunt tot gloriosi senatores, consules, dictatores, iustissimique duces qui floruerunt in Romana vrbe? Brutus, Lucius, Tarquinus, Collatinus, Spurius, Cassius, Coriolanus, Gaius Flauius, Lucius Verginius, Locius quintus Cincinatus, Furius Camillus, Appius, Claudius, Quintus Ceclius, Metellus, Baleaticus, Scipio, Asina, Scipio Aphricanus, Scipio Emilianus, Curius Dentatus, Quintus Fabius, Gaius Flaminius, & cxteri? Vbi nunc est Sennacherib superbus qui regnauit in Niniue, & Assuerus qui regnauit ab India vsque Etiopiam, super centum viginti septem prouincias, Hester primo. Vbi est Cosdroe rex Persarum qui faciebat se coli vt Deum vocarique regem regum, ac dominum dominantium, vt dicitur in officio exaltationis sanctx crucis. Vbi sunt tot summi Pontifices Iudeorum? Torq; Pontifices Romani, Cardinales, Patriarchx, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores; przpositi alijsq; in dignitatibus ecclesiasticis per vniuersum orbem exaltati? Et deniq; omnes homines ad Adam vsq; ad hanc xtatem, tam przlati q̃ subditi? Certe cum iam de mundo circa septem millia annorũ transierint. A centum quinquaginta annis supra oēs mortui sunt, & qui nunc viuunt cito morientur. Et ideo de hoc instabili mundo non est curandum. Ad quod nos inducit exēplũ Salomonis qui Ecclesiastes.2. Voluit experiri rerum in hoc mũdo posset appetitum suum satiare. Vnde omnia quæ desiderauerunt oculi sui non negauit eis. Nec prohibuit cor suum quin omni voluptate frueretur. Et tamen vidit in omnibus esse vanitatem, & afflictionem spiritus. Licet enim Salomon existens pulcher iuuenis sit factus rex adhuc viuente Patre, tertij Regum primo. Et vt dicitur eiusdem libri quarto capitolo, regnauerit super omnem Israel, habens in dictione sua omnia regna a flumine terræ Philistim vsque ad terram Ægypti, offerentium sibi munera, & seruientium, sibi cunctis diebus vitæ suæ. Erat autem cibus Salomonis per singulos dies Triginta chori similę, & quadraginta chori farinæ, decem boues pingues, & viginti boues pascuales; & centum arietes, excepta venatione ceruorum, & capratum, atque bubalorum, & auium altilium. Habebatq; quadraginta milia præsepia ęquorum curialium, & duodecim millia ęquestrium, vt dicitur in eodem capitulo. Et vt habetur eiusdem libri. 10. c. regina Sabba attulit Salomoni centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, ac gemmas preciosas. Erat autem pondus auri quod offerebatur Salomoni per singulos annos sexcentorum. 66. talentorum auri, excepto eo quod offerebant viri qui erat super vectigalia, & negotiatores, & omnes reges Arabiæ ducesq; terræ, ita q̃ argentum non putabatur alicuius precij in diebus Salomonis. Fecitque Salomon vt tanta esset abundantia argenti in Hierusalem, quanta & lapidum. Magnificatusque est rex Salomon super omnes reges terræ diuitijs, & sapientia. Et vniuersa terra desiderabat videre vultum Salomonis, vt audiret sapientiam illius quam dederat Deus in corde eius. Et singuli deferebant ei munera, vasa aurea, & argētea. Vestes & arma bellica, aromata quoq; & equos, ac mulos per annos singulos, hæc ibi. Vt etiam dicitur

Exēplo Salomonis hortamur ne de hoc mundo curemus.

dicitur. Can. 6. Habebat Salomon sexaginta reginas vxores, & octuaginta concubinas, & adolescentularum non erat numerus. Et Eccle. 2. Omnibus delitijs, & solatijs, quæ inueniri possunt in hac vita abũdauit. Et tamen videns omnia præterire & caduca esse exclamauit. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas &c. Eccle. 1. Propter quod Chriso. super Ioannem inqt. Hunc versiculum si saperent qui in potentia versantur, in parietibus suis omnibus, & vestibulis scriberent. In domo in foro, & in egressibus. Et ante omnia in conscientijs suis, vt semper eũ, & oculis cernerent, & corde sentirent. Quoniã multæ sunt rerum facies, & imagines falsæ quæ decipiunt incautos. Istud oportet quotidie carmen salutare, & in prandijs, & in cœnis, & in omnibus conuentibus libēter vnumquemq; a proximo suo audire, quia vanitas vanitatum, & omnia vanitas, hæc ille.

Sequitur p suadēdo voluptatesmũdi contemnendas esse.

VGo vero de sancto Victore in primo de anima exclamat di. Dic mihi vbi sunt amatores mundi qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt. Nihil ex eis remansit nisi cineres, & vermes. Homines fuerunt sicut tu. Comederunt, biberunt, duxerunt in bonis apparētibus dies suos, & in puncto ad inferna descendere. Hic caro eorum vermibus, illic anima eorum æternis deputatur supplicijs, donec rursus infelici collegio colligati sempiternis inuoluantur incendijs. Baruch quoq; 3. dicitur. Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias terræ, quę sunt super terram? Qui ludunt in auibus cęli. Qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines, & nō est finis aquisitionis eorũ? Exterminati sunt & ad inferos descenderunt. Ideo exclamat Aug. ad hære. di. O munde proditor cuncta bona promittis, sed omnia mala profers. Promittis vitam, sed donas mortem. Promittis gaudium sed largiris mœrorem. Promittis quietem, sed ecce turbatio. Promittis florem sed cito vanescit. Promittis stare, sed cito recedis. Nō ergo es diligendus quoniam omnino trãsis, & cōcupiscentia tua velut fumus euanescit. Et ibidem. O munde immunde. fallax, & proditor, nunquid non periculosior es blandus q̃ molestus? Nunqđ nō magis timendus dum allicis q̃ dum spernis? Nunquid non magis odiendus, dum diligere simulas q̃ dum odire te ostēdis? O munde immunde, in te habitare, & nō dolere impossibile est, in te sperare, & nō timere vanum est, in te tua amare, & non periclitari impossibile est. Et Ber. in li. de misera vita ait. O homo contemne omnia & habebis omnia. Quid sollicitus es de regali ædificio. Cum dominus Deus tuus iaceat in præsepio, & non sit ei locus in diuersorio? Quid cogitas de vestimento. Ecce Christus saluator mundi inuolutus est vili paniculo. Quid laboras de diuitũ colloquio? Ecce saluator tuus, iacet cũ boue, & asino. Quid amiaris de dominio? Ecce rex glorię Christus & Mariæ, & Ioseph obedit imperio. Hierony. quoq; ad Heliodorum de morte Nepotiani, inquit. Debemus & nos animo meditari quod aliquando futuri sumus, & q velimus nolimus lōgius abesse nō pōt. Nam si nongentos vitæ excederemus annos, vt ante diluuium viuebat humanũ genus, & Mathusalem nobis tempora donarentur, tamen nihil esset præterita longitudo quæ esse desijsset. Etenim quid inter illum qui vixit decem annis, & illum qui mille, postq̃ idem finis vitę aduenit, & inexcusabilis mortis necessitas nisi q magis senex onustus peccatorum fasce proficiscuntur. Vnde quidã inquit. Optima quaque dies miseris mortalibus ęui. Prima fugit, subeunt morbi tristisq; senectus. Et labor, & dirę capit inclementia mortis. O igitur miseri peccatores recordamini illud quod inquit imperator. C. de temporibus apel. l. 2. §. Non dubius sed notus omnibus dies fatalis apparet. & q debeat euenire. Et in autentico, de here. & fal. §. vlt. coll. 1. dicit. Omnibus hominibus terminus est vitæ mors, & in §. deinceps in autentico de nuptijs. coll. 4. scriptum est. Mors omnia soluit. Cum ergo ambulatoria sit hominis voluntas vsq; ad mortē, vt dicitur in. l. cũ hic status. §. 1. ff. de dona. inter vi. & vxo. & in. l. 3. ff. de adi. lega. Ideo licet hactenus dediti fueritis sensualitatibus, & delitijs temporalibus, saltem amodo debetis contemnere mundi voluptates in breui finituras, & elegere seruitium Dei, vt ad vitam perueniatis

niatis æternam. Omnia enim terrena relinquent vos in morte.

Exemplum Alexandri magni, & Diogenis, ad idem adductum.

VNde legitur de Alexandro magno, quod cum mortuus esset venerunt septem philosophi ad palatium eius, & vnus illorum dixit. O Alexander, heri dominabaris toti mundo, & hodie mors dominatur tui. Secundus dixit. O Alexāder, heri non sufficiebat tibi totus mundus, hodie sufficiunt tibi duæ vlnæ terræ. Tertius dixit. O Alexander heri habebas comitiuam dominorum, regum, principum, & ducum, ac famulorum, & hodie solus iaces in sepulchro. Quartus dixit. O Alexāder heri te omnes timebant, hodie te nullus mortuum timet. Quintus dixit. O Alexander heri vocem tuam omnes libenter audiebant, hodie morte deuictus iaces in sepulchro, & nō vales loqui? Sextus dixit. O Alexander heri tot regna habebas in tua potestate, hodie tenet te mors in suo dominio, heriq; eras pulcher & decorus, hodie vero es turpis, & horribilis ad videndum. Septimus dixit. O Alexander, heri comedebas tot cibaria delicata, hodie factus es cibus & esca vermiū. Legitur quoq; quod Diogenes philosophus ad sepulchrum cuiusdā imperatoris Romani profectus, videns illum mortuum postea, discipulis suis dixit. Intuitus sum cadauer Cæsaris, & vidi eum liuido colore coloratum, putredine circūdatum, aluum eius diruptum, & vermium cateruas per illud discurrentes. Duo famelici pascebantur in foueis oculorū, crines nō adhærebant capiti, dentes patebat labijs consumptis, & dixi. Vbi est o Cæsar chorus puellarum, magnitudo diuitiarū, caterua baronū, acies militū? Vbi sunt canes venātes, equi veloces, aues rapaces, thalamus depictus, lectus eburneus, argētum, & aurum? Vbi sunt mutatoria vestimenta, diuersa cibaria, canticum liræ, organorum sonitus, odor aromaticus. Te verebantur homines, timebāt principes, colebant vrbes. Vbi est tanta potentia, tamq; præclara facta, & tanta magnificentia. Et respondit mihi. Hæc omnia defecerunt in me, quando defecit in me spiritus meus, & reliquerunt me miserum in hoc sepulchro, circundatum putredine carnis meæ. Ideo exclamat quidam versificator dicēs homini vano.

Si tibi pulchra domus, si splendida mensa, quid inde.
Si species auri argenti quoq; massa, quid inde?
Si tibi sponsa decens, si sit generosa, quid inde?
Si tibi sint nati, si prædia magna, quid inde?
Si fueris pulcher, fortis, diuesue, quid inde?
Longus seruorum si seruiat ordo, quid inde?
Si doceas alios in qualibet arte, qd inde?
Si rideat mundus, si prospera cuncta, quid inde?
Si Prior aut Abbas, si Rex, si Papa, quid inde?
Si rota fortunę te tollat ad astra, quid inde?
Annis si felix regneris mille, quid inde?
Tam cito prætereunt hæc omnia, quòd nihil inde?
Sola manet virtus quę glorificabit inde?
Ergo Deo serui, quia sat tibi prouenit
Quod fecisse voles in tempore quo morieris.
Hoc facias iuuenis dum corpore sanus haberis.
Quod nobis concedat Deus noster amē.

DOMINICA TERTIA POST PASCHA,

DE CONSILIIS DATIS VIRGINIBVS, AC VIDVIS, ET ALIIS MVLIERIBVS.

SERMO VIGESIMVS OCTAVVS.

OBsecro vos abstinere a carnalibus desiderijs quæ militant adversus animam, conuersationem vestrã inter gentes habentes bonã. 1. Petri. 2. & in epistola occurentis Dominicæ. Magna profecto excellentia muliebris sexus apparet, primo in magnanimitate, & fortitudine reperta in mulieribus, & vt taceam de mulieribus, quæ Luc. 23. sequebantur dominũ euntem ad passionem plangentes, & lamentantes, & non terrebantur vlla armatorũ militum furiosa seuitia, nec propter tenebrosam noctis caliginem steterunt quin ad sepulchrum eius pergerent, Luc. 24. & Ioannis. 20 Vnde de illis potest dicere ipse dominus illud Boetij. Has saltem nullus potuit peruincere terror. Ne nostrum comites prosequeretur iter. Nam fugientibus Apostolis eum etiam in cruce pendentẽ comitatæ sunt Marci. 15 Itẽ de Iudith quę caput Holofernis truncauit. Iudith. 13. de Thomiri massagetarũ regina, quæ superauit Cyrum regem maximum vt refert Iustinus. De Panthasilea regina Amazonum, quæ in bellis Troianis pugnando egit stupẽda, vt cõmemorat Phrigius Dares. De Semirami Assiriorum regina, quæ vt Valerius asserit libro nono, deficientem Babilonem recuperauit prius quàm decorem capillorũ in ordinem redigisset. Ad tot millia mulierum conuertendus est animus, quæ sęuissima tormẽta, crudelissimasq; cedes pro Christi amore patientissimæ tollerauere, vt pater de Vrsula, & vndecim milibus puellis eius: De Catherina, Lucia, Agatha, Agnete, Cecilia, & alijs quàm pluribus, propter quas inquit sancta ecclesia in oratione vnius virginis, & martyris. De⁹ qui inter cætera potentiæ tuę miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti.

Muliebris excellentia ostenditur primo ex fortitudine in ipsis mulieribus reperta.

SEcundo apparet virtus mulierum in pudicitia, & honestate. Patet in Susanna, quæ potius contenta erat occidi, & quamlibet infamiam seu mortem pati, q̃ libidinosis senibus consentire. Danielis. 13. De Eufrosina, quæ domo patris relicta viriliq; habitu sumpto, vsq; ad mortem incognita manens in monasterio, habitu monastico induta, virginitatẽ vsq; ad mortem prudentissime conseruauit, vt ponitur in vitis patrum. Sed super omnes alias glorificauit hunc sexum mater Dei, & domini nostri Iesu Christi virgo virginum, quæ omnis munditiæ, & castitatis speculum mundissimum fuit.

2. Muliebris sexus excellentia ex honestate ostenditur.

3. Idē ostendit ex liberalitate. TErtia laus muliebris sexus, est de clementia, & liberalitate, vt patuit in regina Sabba quæ venit a finibus terræ ad audiendam sapientiam Salomonis, & donauit ei centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, gemmasq; preciosas. 3. Reg. 10. c.

4. Ex deuotione, et pietate idē confirmatur. QVarta laus ipsarum est de deuotione & pietate. Tempore nanq; persecutionis christianorū, mulieres confessoribus, sanctis, & martyribus ministrabāt necessaria vitæ, & eorum corpora sepeliebant vnde ecclesia dicit in officio sancti Andreæ. Maximilla Christo amabilis tulit corpus Apostoli, optimo loco cum aromatibus sepeliuit. Hæc Maximilla vxor fuit Ægeę, qui fecerat occidi sanctū Andreā. Drusiana mater pauperū Ioannem Euāgelistā apud Ephesum hospitio deuotissime recipiebat, quā ipse sanctus a mortuis resuscitauit. Lucina Romana corpus sancti martyris Sebastiani inuentum, tradi procurauit sepulturę. Et omissis alijs multis, quæ dici possent in laudē mulierū dicit Mar. vlt. ꝙ mulieres emerunt aromata vt venientes vngerent Iesum. Ex quo patet magna pietas, & deuotio quæ est in mulieribus. Vñ est sciendū ꝙ sicut aqua cōgelata faciliter liquescit modico calore, sic mulier benignitate humana statim compatitur indigenti, & clementiam, atq; beneuolentiam ei ostendit, quia naturaliter secundū Philosophū 8. de animalibus mulier est maioris pietatis quàm vir. Et ideo Ecclesiast. 39. dicitur. Vbi non est mulier ingemiscit ęger, quod pōt exponi non solū de egroto corporali, sed etiā de spirituali, iuxta illud 1. ad Cor. 7. Sanctificatus est vir infidelis per mulierē fidelē. Et prædicta de mulierū benignitate naturali approbat sapiēs, Ecclesiast. 10. di. Nō est creata iracundia nationi mulierum. Plura etiam beneficia fecerunt mulieres Christo quàm viri. Et vt omittam de matre eius quæ totā corporalem substantiā sine viri adminiculo ei dedit, & omnia misericordiæ opera in illum exercuit patet de Magdalena quæ eius pedes lauit, vnxit & osculata est. Lucæ. 7. Vnde ipse dominus inquit Simoni leproso. Intraui domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti &c. Similiter Martha eum benigne recepit hospitio, & illi solicite seruiuit. Lucæ. 10. Item mulieres sequebantur Christum per ciuitates prędicantem ministrantes ei de facultatibus suis. Luc. 8. Magnus ergo in cœlo erit numerus mulierum quæ simul cum Christo gaudebunt in delitijs paradisi. Quæ vt melius possint in honore status sui permanere vt dicunt verba thematis nostri, volo eis dare aliqua consilia. Et quia de maritatis supra diximus, nunc primo loquemur de virginibus, secundo de viduis, tertio de omnibus continentibus, & castitatem seruare volentibus, ac de alijs mulieribus postea in generali. *Sermonis intentio, ac diuisio.*

PARS PRIMA de virginitate.

OMnes status mulierum excedit virginalis. Vnde Hieronymus inquit ad Natalium. Tria præcipue sunt genera metallorum, ferrum, argentum, & aurum. Ferrum est castitas cōiugalis, argentum est viduitas, aurum vero est virginitas. Virginitas est vt regina, viduitas vt domina, coniugalitas vt ancilla, virginitas vt prima viduitas vt portus, cōiugalitas vt pelagus, virginitas est summa gemma, thesaurus preciosus margaritis refertus, idest repletus. Sicut ergo aquila inter volucres, lucifer inter stellas, & gemma inter lapides, ita excedit matrimoniū, & viduitatem virginitas. Et Augustinus in libro de viduitate. Bona est pudicitia coniugalis, melior vidualis, & optima virginalis. Ciprianus. Quo virginum sublimior est gloria, melior est vita. Cassianus in libro Collationum. Maior est virtus castitatem tenere, quàm dęmones expellere. Damascenus libro. 4. Quāto Angelus homini est superior, tanto virginitas est nuptijs honorabilior. Et Hierony. ait. Qui immundiciam luxurię perfectæ cōtinentiæ subijcit sanctior Dauid existit, & fortior Sansone. Et Ber. Virginitas est sicut lux Solis, viduitas sicut lux Lunæ, & matrimonium sicut lux stellarum. Et iterum. Sola virginalis castitas est, quæ in hoc mortalitatis loco, & tempore statum quendā immortalitatis & gloriæ repręsentat. Nā qđ sancti habebunt *De virginitatis excellentia aliqua.*

bunt in cęlo, scilicet integritatē, & munditiam corporis, & animæ, hoc iam virgines obtinent ex gratia in terra', hæc ille. Et ideo per rosam virginitas figuratur, vt enim inquit Plinius in speculo naturali. Flos rosæ inter omnes flores obtinet principatum, & status virginalis est principalis inter omnes status[saluandorum. Hiero. In omni sexu, & gradu virginalis pudicitia obtinet principatū. Cipria. in libro de virginitate. Virginitas est soror Angelorum, victoria libidinū, regina virtutum, possessio omnium bonorum, quæ tenet in cęlo aureolam, & in terra principatum. Ad prædicta etiā confirmanda adducitur illud quod dicitur Matthæi. 13. c. ꝙ quædam terra facit fructum trigesimum, per quam secundum theologos intelligitur castitas matrimonialis. Quædam facit fructum sexagesimum per quam intelligitur castitas vidualis. Et quędam facit fructum centesimū, per quam intelligitur castitas virginalis. Bonæ ergo sunt nuptiæ, & bonus est status nuptarum, sed melior est status viduarum, & optimus virginum. Vnde Augustinus in libro de virginitate ait. Certa ratione & sacrarum scripturarum auctoritate, nec peccatum esse nuptias inuenimus, nec earum bonum bono virginalis vel vidualis continentiæ æquare præsumimus. Facit capitulum, nuptiarum, vigesimaseptima quæstione prima. Maius ergo est meritum viduarum quàm nuptarum. Vnde Iudith quintodecimo, commendatur ipsa Iudith dū dicitur ei. Confortatum est cor tuum, eo quòd castitatem amaueris, & post virum tuum alterum nescieris. Et ideo eris benedicta in æternum.

Castitas virginalis, & vidualis perfectior est matrimoniali, quod aliquibus rationibus probatur.

ET ꝙ hæc sint vera probatur primo ratione finalitatis. Fundamentum cuius ponit philosophus dicens in 2. Phi. & 3. Topi. Cuius finis melior ipsum quoq; melius. Quo præsupposito, certum est secundum philosophum. 10. Ethi. quòd cū duplex sit vita. s. actiua, & contemplatiua, & perfectior sit secundum eundem philosophum ibidem vita contemplatiua quàm actiua. Vnde Lucæ. 10. dixit dn̄s. Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea. Et exponit Augustinus de vita contemplatiua. Profecto castitas virginalis, & vidualis est perfectior omni vsu matrimoniali, quia hæc castitas ordinat hominem ad finem vitæ contemplatiuæ, vsus autem matrimonialis ordinat ad bonum vitæ actiuæ, vt inqt. Tho 2. 2. q. 152. ar. 2. in corpore quęstionis, vnde Apostolus. 1. ad Cor. 7. ait. Mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Dei sunt, vt sit sancta, & corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro, ergo perfectior est status vidualis, & virginalis ꝙ̄ matrimonialis. Et propter hoc dicit Paulus. 1. ad Cor 7. Qui matrimonio iungit virginem suam, benefacit, & qui non iungit melius facit, hæc ille. Licet enim coniugati per actum matrimonij non peccent mortaliter, tamen difficulter carent veniali propter ardorem concupiscentiæ, & licet possint Deo se uire mundo corde, tamen non mundo corpore nisi seruent continentiam. Ait autem dominus Apoc. 3. Qui non inquinauerunt vestimēta sua ambulabunt mecum in albis. Secundo ibidem probatur ratione conformitatis, cuius fundamentum ponit auctor in libro de causis dicens. Tanto aliquid perfectius est quanto habet maiorem conformitatem cum suo principio. Et philosophus. 5. Metha. ait. Melius est simpliciter quod primo principio propinquius est. Cum igitur Deus sit principium, & finis omniū Apoc. 1. Et ipse sit actus simpliciter purissimus vt ait philosophus 12. Metha. Igiť castitas virginalis, & vidualis quæ est purior omni actu matrimoniali, perfectior est matrimonio, quia Deo est conformior qui est ab omni libidine alienus. Tertio probatur idem ratione difficultatis. Fundamētum cuius ponit philosophus. 2. Ethi. dicens. Virtus simpliciter consistit circa bonum & difficile. Cum igitur maior sit difficultas abstinere ab omni delectatione actus venerei, sicut fit in virginibus & viduis, ꝙ̄ abstinere solum ab alijs delectationibus extra matrimonium. Ergo magis merentur virgines, & viduæ ꝙ̄ maritatę. Et hoc probat optime S. Tho. 2. 2. q. 152. ar. 8. maxime quia Apostolus cōsulit virginitatē tanꝙ̄ melius bonū. 1. ad Cor. 7. Itē Ric. noster in 4. di. 33. ar. 4. q. 2. inquit, ꝙ tēpore legis anti-

antiquæ quando oportebat multiplicari generationem hoīum propter multiplicandam fidem, magis meritorius erat status matrimonialis, q̃ virginalis. Nunc vero multiplicato humano genere melior est status abstinentium. Sed considerando statum virginum qui nunc est, & illorum qui tempore legis antiquę viuebāt secundum legem matrimonij, vnus status alteri non præfertur. Vnde Augusti. in libro de bono coniugali inqnit. Non est impar meritum continentiæ in Ioanne qui nullas expertus est nuptias, & Abraham qui filios genuit, hæc Augustinus. Et idem habet in c. fi. n. ver. cęterum. el. 2 de pę. di. 2. Ex quibus patet solutio ad argumentū quod fieri poterat contra virginitatem sic arguendo. Omne quod contrariaē præcepto legis naturæ, & diuinæ est malum. Sed castitas virginalis, & vidualis contrariatur legi naturæ, cū dicat Aristo. in libro de animalibus, & in primo de cęlo, & mūdo, & in 2. de anima, q̄ natura appetit generationem indiuiduorum ad conseruationem suarum speciernm. Itē contrariatur legi diuinæ cū præceperit Deus homini. Gen. 1. dicens. Crescite & multiplicamini, & replete terram. Et ideo dicebat Paulus 1. ad Thi. 5. Volo iuniores nubere & filios procreare, vt enim idem dicit 1. ad Thi. 2. Saluabiē mulier per generationem filiorum. Ergo malum videtur esse seruare virginitatem & castitatem. Quia respondetur primo quo ad præceptum diuinum, quòd illud factum est propter multiplicationē fiendam, quæ cum facta sit, modo cessat illud præceptum, vnde magis vult Deus nos crescere in vita contemplatiua, & virtutibus, q̃ in multiplicatione hominum cū simus in fine mundi. Tempore enim gratiæ non generis successio, sed vitæ perfectio quæritur c. recurrat. 5. his ita, in fi. 32. q. 4. Vnde inquit Augustinus. O q̃ dulces fructus castitatis. Nam singulariter in eis reficitur dominus maiestatis. Similiter natura plus appetit durationem ęternam suorum indiuiduorū, & specierū q̃ temporalem, hæc autem duratio melius acquiritur per statum virginalem & vidualem, quo multiplicatur numerus saluādorum, q̃ per matrimonialē ergo &c. Vnde Ambrosius in capitulo nuptiæ. 32. q. 1. inquit. Nuptiæ replent terram, virginitas paradisum. Hieronymus quoque ad Eustochium in sermone assumptionis virginis Mariæ ait. Bene Angelus ad virginem mittiē quia Angelis semper est cognata virginitas. Profecto in carne præter carnē viuere non terrena vita est sed cęlestis. Vnde in carne cęlestem gloriam acquirere, maioris est meriti q̃ habere. Esse enim Angelum fęlicitatis est, esse vero virginem virtutis. Dum hoc viribus obtinere nititur cum gratia, quod habet Angelus ex natura. Et Ambrosius in lib. de viduis inquit. Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines Angelis assimilantur. Maior tamen est victoria virginum quā Angelorum. Angeli. n. sine carne viuunt, virgines autem in carne triumphant, hæc ille. Et Chrisost. super Matth. inqnit. Licet omnes virtutes sint res angelicæ specialiter tamē castitas angelica virtus est. Et Augustinus. Quæ maior gloria super terram, q̃ in carne corruptibili ducere vitam angelicam? Et iterum. Qui virginitatem seruant, sicut Angeli Dei in terris sunt. Imo & Angelos transcendūt. Et hęc ratio dici potest maioritatis.

Excedit etiam virginitas matrimoniū localitate, & prioritate, quia primo virginitas instituta est in cœlo empireo, in Angelis incontaminatis, & virginibus creatis. Matrimonium vero postea in mundo ordinatum est inter homines. In quibus etiam primo fuit virginitas in statu innocentiæ, quàm matrimonium, quia Adam fuit virgo formatus de terra virgine, Eua vero de Adam virgine formata est. Gene. 2. Similiter quælibet mulier prius est virgo quàm mater vel maritata, & antequam sit corrupta. Imo si peccatum non fuisset, semper virginitas permansisset. Vnde inquit Augustinus 14. de ciui. Dei. quòd in statu innocentiæ potuisset vir vxorem suam cognoscere salua pudoris integritate. Et in libro de fide ad Petrum ait. Si homo non peccasset, mulier pareret sine dolore, & virgo etiam permaneret. *Virginitas excedit etiā matrimoniū loco, & tempore.*

Excedit etiam virginitas matrimonium ratione consecrationis, quia *Virginitas etiā conse-*

cratione ratione matrimonium excellit.

a Christo in propria persona consecrata est virginitas. Vnde Leo Papa in quodam sermone ait. Christus virginitatis est filius verum super omnia quæ dici possunt hanc virtutem cōmendabilem reddit, quòd ipse saluator humani generis de mundissima virgine nasci voluit, & quòd ipse virgo permansit, & præ cæteris illum discipulum amauit, quem virginem de nuptijs carnis abstraxit. In tantum enim ei virginitas placuit, quòd quòd speciali hospitio vterum virginalem accepit, in quo sibi naturæ assumptæ nuptias celebrauit, hæc ille. Supergreditur insuper virginitas matrimonium ratione coniunctionis, quia mulier maritata coniungitur homini corruptibili, virgo vero Christo suo sponso, incorruptio enim facit esse proximum Deo. Sapien. 6. Qui est speciosus forma præ filijs hominum. Psal. 44. & in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei ad Coll. 2. & qui est rex regum, & dominus dominantium. Apoc. 19. Et ideo beata Agnes dicebat. Ipsi sum desponsata cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur. Et iterum. Annulo suo subarrauit me dominus meus Iesus Christus, & tanquam sponsam decorauit me corona Præterea matrimonium multiplicat homines mortales, virginitas vero virtutes, & gratias diuinas, Ciprianus in libro de virginitate. Flos est enim virginitas ecclesiastici germinis, decus atq; ornamentum gratiæ spiritualis, illustrior portio dominici gregis. Ideo dicitur Isaiæ. 54. Lætare sterilis quæ non paris, exulta quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum.

Virginitas matrimonium quoq; præeminet ratione associationis.

PRæeminet etiam virginitas matrimonio ratione associationis. Nam in nuptijs matrimonij semel Christus fuit. Ioānis. 2. Cum virginibus autem semper est, & ipse cum eo. Vnde Apoca. 14. dicitur Virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit Ideo ecclesia decantat Christo Quocunq; pergis virgines sequuntur atq; laudibus, post te canentes cursitant, hymnosq; dulces personant. Quantum vero diligat dominus virgines ostendit Hierony. in epistola ap Eusto. di. Statim vt filius Dei ingressus est mundum, istam nouam sibi familiam instituit, vt qui in cęlis habebat Angelos, haberet proxime in terris virgines Christo suauius canunt in celo quā alij sancti. Vnde Apoca. 14. dicitur de eis. Cantabant quasi canticum nouum ante sedem agni, & nemo poterat dicere canticum illud, nisi hi qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Ipsæ etiam sunt Domicillæ, & ministræ Christi. Vnde ibidem subditur. Sine macula enim sunt ante thronum Dei. Potest itaq; dicere quælibet virgo Ecclesiastici. 24. In habitatione sancta coram ipso ministraui. Non est autem mirum si Christus sic honorat virgines quas etiam infideles venerati sunt. Vnde Hiero. contra Iouinianum inquit. Romanus populus in quanto honore virgines semper habuit, hic apparet quòd consules & imperatores, & in curribus triumphantes, & omnis dignitatis gradus eis de via cedere solitus erat. Item dæmones virginitatē honorant patuit Tobiæ. 3. de Asmodeo qui occidit septem viros ad virginem Sarram libidinose accedere volentes. Item occidit diabolus filium præfecti sanctæ Agnetis virginitatem violare volentem. Bonus autem Angelus virginitatis zelator ipsi sanctæ Agneti vestimentum præparauit, & Cæciliæ coronam de paradiso attulit, ac Catherinam Angeli in monte Sinai sepelierunt. Maxime autem honoratur, & amatur virginitas a Deo. Prouerbio. 22 Qui diligit cordis mundiciam habebit amicum regem. Est etiam excellentior virginitas matrimonio ratione raritatis. Nam omne rarum est charum, & preciosum nonagesimatertia distinct. capitulo, legimus. §. fin autem in autentic. de consu. coll quarta. Sed pauci virginitatem, & castitatem seruant, vt dicitur in capitulo, quia tua sanctitas 50. di. Ergo tanto est preciosior apud Deum quàm matrimonium, quanto a paucioribus pro Dei amore custoditur. De quibus dicitur Matthæi vigesimo: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Et ideo o virgines factæ, consulo vobis vt hanc inpræciabilem Margaritham virginitatis bene conseruetis

Virginitati ab hominibus, dæmonibus, Angelis, & a Deo honoratur.

tis tanta est enim eius excellentia, vt de ea præceptum ecclesia facere non præsumat. Vnde Ambrosius in c. integritas corporis. 32. q. 1. inquit. Sola est virginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest. Hæc est illa virtus quæ cessante matrimonio in cęlesti gloria permanebit. In regno enim cęlorum neq; nubent, neq; nubentur. Matth. 22. & Mar. 12. & Luc. 20. Hæc est illa virtus cuius corona est Christus filius Dei, vnde canit ecclesia. Iesu corona virginum. Ideo Hieronymus contra Iouinianum dicit. Nuptias quidem recipimus, sed virginitatem nuptijs præferimus, sicut ramo præferuntur poma, & fructus. De qua virtute inquit Ber. Virginitas est gēma virtutum germana Angelorum, lux animarum. Ipsa calcat libidinem, vincit diabolum, contemnit seculum, & deprimit omne periculum. Ipsa est lampas ecclesiæ, & semita cęlestis patriæ. Licet autem virginitas sit tantæ præeminentiæ, tamen si quis videat se in periculo transgressionis eius, melius est nubere quàm tali damnationis periculo subiacere. Si enim nupserit. 27. di. Ideo inquit glosa super illud Gene. 19. In monte saluum te fac, virginitas altus mons est, ad quem Angelus hortatur, sed qui videt se non posse ascendere maneat in segor, idest in legitimo matrimonio, quia melius est bono mediocri vti, quàm per abrupta libidinum præcipitari. Et propter hoc ait Apostolus. 1. ad Cor. 7. Propter fornicationem, scilicet vitandam habeat vnusquisq; vxorem, & vnaquæq; mulier habeat virum suum. Sed hoc consilium non intelligitur de his qui vouerunt virginitatem. De quibus dicitur in c. vouentibus. 27. di. Vouentibus virginitatem non solum nubere, sed etiam velle damnabile est. Seruari ergo debet votum virginitatis, vt dicitur in c. interrogasti. Et in c. seruandum, eadem di. quia magis est meritoria virginitas seruata ex voto, quàm sine voto secundum doctores in capitulo. licet. extra de voto, & Theologos in quarto dist. trigesimaoctaua. Non solum autem prodest virginitas illam obseruantibus, sed etiam parentibus confert ad salutem; proles in virginitate perseuerans capitulo tūc saluabitur, trigesimatertia quęstio. quinta de vtilitate autem eam seruantium, dicitur Sapientiæ tertio. Fęlix sterilis, & incoinquinata quę nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Et Ecclesiastici vigesimosexto. Omnis ponderatio non est condigna animæ continentis. Et per consequens eius meritum est maximum.

Virginitas excellentiā sequitur ostenditur.

IDeo Hieronymus ad natalium dicit, virginitas purpura est regalis, qua quisquis indutus fuerit cunctis eminentior erit. Damascenus libro quarto sic inquit. Quanto Angelus homine superior est, tanto virginitas est nuptijs honorabilior. Et Ambrosius in libro de virginitate ait. Pulchritudinem non potest quis maiorem extimare, decore virginitatis, quæ amatur a rege, probatur a iudice, dedicatur a domino, consecratur Deo. Nolite ergo o sanctæ virgines tam inextimabilem thesaurum perdere qui recuperari non potest. Scriptum est enim Amos quinto. Virgo Israel cecidit, non adijciet vltra vt resurgat. Vnde Hieronymus ad Eustochium. di. Audacter loquor, cum omnia possit Deus suscitare non potest virginem post ruinam, valet quidem liberare de pœna, sed non potest coronare corruptam. 32. q. 5. c. si Paulus. Et Isidorus in libro de sommo bono inquit. Omne peccatum per pœnitentiam recipit vulnerum sanitatem, virginitas autem si labatur ad integritatem nulla pœnitentia reparatur. Quæ auctoritates non ita intelliguntur, quòd Deus non possit reparare integritatem mentis, & corporis in virgine corrupta, sed solum quòd nō potest facere quin semel fuerit corrupta & sic præmiare eam de virginitate violata. Non enim potest Deus facere, quin illud quod semel est factum non fuerit factum. Et ita exponit Tho. 2. 2. q. 152. & in quinto suo quolibet. q. 3. Habet enim se hoc donum virginitatis sicut sericum, quod cum in lutum semel cadit nunquā perfecte abluitur, quin semper macula appareat.

SCiendum tamen est ꝙ si inuita violetur, non amittit virginitatem vt inquit Augustinus in primo de ciuitate

Inuita quõ virginitatẽ nõ amittit.

Dei, & habetur. 32. q. 5. c. non potest, qũ quinq; capitulis sequentibus. Ideo beata Lucia dicebat Pascasio. Si inuitam me violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Quod etiam habetur. 32. q. 5. in princi. Hoc autem licet verum sit quo ad Deum, tamen sic corrupta inter alias virgines non debet cõsecrari, quintadecima quæstio. prima capitulo vlti. & ibi glo. & trigesimasecunda quæst. quinta capitulo, ille autem. Vnde Augustinus in libro de virginitate ait. Virgines quæ corruptæ sunt semel, se non audeãt sacris virginibus adequare. Vt enim inquit glo. in dicto capitulo. Ille autem timere debent ne forte propter aliquod præcedens peccatum hæc violentia eis acciderit. Argumentum vigesimasecunda quæstio, secunda, capitulo si quælibet. Si tamen in veritate non consenserint tali violationi recipient aureolam virginitatis, vt tenent Theologi in quarto distinctio, 33. Similiter per pollutionem, quæ eueniat contra voluntatẽ virginis, siue vigilando, siue dormiendo, nõ amittitur virginitas licet caro delectationem sentiat. Et hoc quando talis pollutio accidit ex infirmitate aliqua, vel diaboli suggestione, aut simili causa vt inquit Tho. 2. 2. q. 152. & theologi in 4. dist. 33. Si autem hac intẽtione iret quis dormitum, vel se inebriauerit; aut quid comederit, vt ei talis pollutio in somnis accideret, vel aliquid illicitum fecerit, vt puta, cogitando, videndo, vel tangendo, quo prædicta pollutio sibi vigilanti eueniret, vel etiam si sine sua causa eueniente ipsa pollutione, ipsa in illã delectationem consensit, amittit virginitatem, vt inquiunt theologi vbi supra.

Declaratur quõ sũt aliquæ virgines fatuæ, quæ sint.

SCiendum quoq; est ꝙ aliquæ sunt virgines fatuæ quæ cum sposo cælesti nõ intrabunt ad nuptias, Matth. 25. Illæ enĩ non admittentur quæ reperientur sine charitate Dei, & proximi, sine qua opera nostra non sunt meritoria. c. vide. 14. q. 1. vnde Bernardus in quadam epistola inquit. Castitas sine charitate, lampas est sine oleo, subtrahe oleum, lampas non lucet. Tolle charitatem; castitas non placet Deo. Et ideo dicitur Matth. vbi supra ꝙ virgines fatuę acceptis lãpadibus suis nõ sumpserũt oleũ secũ i. charitatẽ. Illæ etiam virgines tanquam fatuæ repellentur, quæ non habebunt oleum humilitatis. Ait enim Augustin⁹ super Mattheũ. Melius est humile coniugium, quàm superba virginitas, & iterum. Non prodest eis inesse continentia, si dominentur superbia. Virginitas vero cum humilitate est admirabilis, & Deo acceptabilis. 30. di. c. hec scripsimus. Adeo autem est Deo grata humilitas quòd vt dicit Ber. sine ea virginitas suæ matris ei non placuisset, nec eam in matrem elegisset. Fatuæ quoque sunt illæ quæ, in opere peccant timore, vel verecũdia, tamen animo cõsentiunt peccato licet corpore sint virgines. Ait enim Isidorus in libro de summo bono, Nihil valet mundum esse corpore, qui pollutus est mente. Ideo inquit Hieronymus in libro contra Iouinianum. Illa virginitas hostia Christi est, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculat. Illa etiam virgo a consortio virginum expelletur quæ desiderat nubere. Vnde Hieronymus ad Eustochium dicit. Virginitatis diffinitio est sanctũ esse corpore, & spiritu, quia carnem virginem habere non proficit, si mente quis nupserit. Et ideo Augustinus in libro de virginitate inquit. Felicior mihi videtur mulier nupta quàm nuptura virgo, habet enim illa quod ista cupit. Gloriosa virgo virginitas est illa, quę est in mente, & corpore. 32. q. 5. c. sicut enim. Ideo inquit Augustinus in libro de virginitate. Virginitas est in carne corruptibili perpetua incorruptionis meditatio. Ex quibus patet quòd illæ sunt fatuæ virgines quæ non habent oleum bonæ voluntatis, & propositi de virginitate seruanda. Item illæ quæ non habent oleum bonæ intentionis inter stultas virgines computantur, omnia enim denominantur a fine secundo de anima. Illæ enim sunt fatuæ virgines, quæ non amore Dei, & castitatis, sed pro gloria humana seruant virginitatem. Ait enim Augustinus in libro de virginitate. Nec nos in virginibus prædicamus quòd virgines sunt, sed quòd Deo dicatæ cõtinentiã virginitatibus seruãt. De virginibus autem vanagloriosis dicitur ꝙ tempore aduentus sponsi rogabant prudentes virgines dicentes. Date no-

bis

bis de oleo vestro quia lampades nostræ extinguntur. Quibus illę responderunt. Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes & emite vobis. Et dum irent emere venit sponsus; & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua, ita quòd virgines fatuæ intrare non poterunt ad nuptias, Matth. 25. Quia autem ipsæ non habebant bonum oleum rectæ intentionis, ideo quærebant emere ab alijs oleum humanæ laudis, quod ardere non potest sed extinguitur in lampade boni operis. Per oleum enim quod quærebant istę fatuæ virgines intelligitur vt inquit Augustinus in quodam sermone, adulatio, & laus humana. Ideo canit ecclesia de tali virgine fatua in officio sancti Antonij de Padua. Frustra virgo fatua glorians in altero quæret venditorem.

SEruate igitur o virgines vt inter prudentes computemini, consilium beati Gregorij in quadam homilia super Matthæum in expositione parabolæ virginum fatuarum, qui inquit. Sæpe vos fratres charissimi admoneo praua opera fugere, mundi huius inquinamenta deuitare, sed hodierna sancti Euangelij lectione compellor dicere, vt & bona quæ agitis cum magna cautella teneatis, ne per hoc quod a vobis rectum geritur, fauor gratia humanæ requiratur. Ne appetitus laudis subrepat, & quod foris ostē ditur intus a mercede euacuetur. Ecce enim redemptoris voce decem virgines, & omnes dicuntur virgines, & tamen intra beatitudinis ianuam non omnes receptæ sunt. Quia earum quædam dum de virginitate sua gloriam foris expetunt, in vasis suis oleum habere noluerunt. Vos igitur o virgines habete oleum veræ humilitatis, de quo Sapien. 6. dicitur. Vnge caput tuum oleo. Et Eccle. 9. Oleum de capite tuo non deficiat. Inquit enim Ambrosius super Lucam. Decet vt quanto castior virgo tanto humilior sit, nouerit deferre senioribus, sit magistra humilitatis in qua est professio castitatis. Fatuæ quoque sunt virgines quæ non habent oleum bonæ conscientiæ quod lætificat animam, quia gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. 2. ad Cor. 1 De quo oleo inquit Dauid. Psalm. 44. Vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ. Deus enim vt ait August. in libro de virgi. Non quærit in sponsa sua pulchram carnem, sed mentis, & conscientiæ puritatem, & Vgo de sancto Victo. in libro de bono conscientiæ inquit. Deus qui amator est munditiæ, cor pollutum peccatis non potest inhabitare. Canticorum autem. 6. ait eius sponsa. Dilectus meus pascitur inter lilia, idest pura corda. Vnde ei canit ecclesia. Qui pascis inter lilia septus choreis virginum, sponsus decorus gloria, sponsisq; reddens præmia. Seruate quoq; o deuotæ virgines, vt custodire meliùs valeatis virginitatē, & alias virtutes illud eiusdem Ambrosij præceptum vbi supra dicentis. Discite virgines sacræ non circumcursare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Hoc est enim vnū bonum remedium ad castitatem conseruandam. s. sermonis moderatio. Ideo Hieronymus in quadam epistola, inquit. Sermo virginis sit prudens, & rarum. Vnde 2. Petri. 4. dicitur. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Eapropter inquit auctor libri de formula honestę vitæ. c. 3. A verbis turpibus abstineto, quia licentia eorum impudentiam nutrit. Secundum remedium est auditus custoditio. Inquit enim Ambrosius in quadam epistola. Vanus sermo cito polluit mentem, & facile agitur quod libēter auditur. Et ideo signum malū est de illa virgine quæ turpia audire delectatur. Vnde ait Seneca ad Lucillum. Vbicunq; videris orationē corruptā placere, ibi quoq; & mores a recto destitisse non dubiū est. Tertiū remediū est visus refrenatio. Scriptum est enim Ecclesiastici. 9. Ex circumspectione mulieris concupiscentia quasi exardescit. Speciem mulieris alienę multi admirati, reprobi facti sunt. Inquit etiam Cecilius Firmanus in libro de beata vita. c. 4. Libido aspectu maxime concitatur. Et Quintilianus in libro declarationum prima declaratione, dicit. Oculi sunt tota nostra luxuria, hi nos quotidie in omnia præcipitant vitia, hæc ille. O Eua quare in Deum peccasti? quia

De 1. remedio ad virginitatē tuā.

De 2. remedio.

De 3. remedio pro conseruāda virginitate.

vidisti lignum pulchrum visu. Gen. 3. O gigãtes quare sic luxuriosi facti estis? & diluuio perijstis? quia vidistis filias hominum quòd essent pulchræ. Gene. 6. O Dina quare stuprata es? quia iuisti vt videres mulieres regionis. Gene. 34. O Dauid quare adulterium commisisti? quia vidisti Bersabeæ nudam lauantem se, secundi Regum. 11. O Holofernes quare decapitatus es? quia Iudith pulchritudinem aspexisti. Iudith. 12. & 13. Ideo o virgines seruate illud quod faciebat Beatus Iob dicens sui libri c. 31. Pepegi fędus cum oculis meis, vt nec quidem cogitarem de virgine.

De 4. remedio pro virginitate tuẽ

QVartum remedium est odoratus pręseruatio. Homines enim diabolici vnguentis odoriferis se iniungunt aromaticaq; multa in vestibus portant, vt in eis delectentur causa libidinis excitandæ, de quibus dicitur Sapientiæ. 2. Dixerunt impij apud se non rectè cogitantes. Venite fruamur bonis quæ sunt, vnguentis nos repleamus, coronemus nos rosis, antequam marcescant. Signum est ergo meretricis, & lenonis, talia odoramenta deferre quæ ad libidinem prouocant. Ideo talibus minatur dñs. Isaiæ. 3. dicens. Erit pro suaui odore fętor.

De 4. remedio ad virginitatẽ cõseruandam.

QVintum remedium est gustus regulatio, ne in nimia comestione, vel potatione relaxatus luxuriæ deseruiat. Ait enim Cato in suis documentis. Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica est. Et Gualterius de Castellione lib. 1. sui operis dicit.

Si baccho veneriq; vacas, qui cætera subdis.
Sub iuga venisti, perijt delata vacantis.
Libertas animi veneris flagrante camino.
Mens habet interius, rixas, & bella mouens.
Imperat, & suadet rationis vile sepulchrum.
Ebrietas, rigidos eneruant hæc duo mores.

Et Ouidius in primo de arte amandi inquit.

Mens erit apta capi tunc cum latissima rerum.

Vt seges in pingui luxuriatur humo.

Et Isidorus. 2. soliloquiorum c. 7. dicit. Ciborum saturitas luxuriam generat. Saturitati libido semper adiuncta est. Ieiunio autem libido restringitur.

De 6. remedio pro virginitate.

SExtum remedium est tactus euitatio. Debetis enim cauere a tactibus impudicis, & periculosis, quia vt dicitur. Ecclesiastici. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Ideo Prouer. 6. inquit Salamon. Nunquid potest homo in sinu suo ignem abscondere, vt vestimenta eius nõ ardeant? & ambulare super prunas ignis vt non comburantur plantæ eius? quasi dicat. Non. Isti autem maledicti tactus præcipue fiunt in corteis, & tripudijs. Ideo Ezechiel. 25. minatur dominus dicẽs. Pro eo quòd percussisti pede, & plausisti manu, idcirco extendam super te manum meam, & perdam te de terra. Custodiendi sunt ergo diligenter omnes sensus corporis ab omnibus, maxime ab his qui virginitatem seruare concupiscunt & volunt esse casti, non solum corpore sed & mente, quia ait philosophus. 3. de anima. Nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu. Sensus enim corporales sunt tanquam fenestræ, per quas mors peccati mortalis in anima ingreditur iuxta illud Hieremiæ 9. Mors intrat per fenestras nostras. De tribus autem sensibus loquens Iacobus Beneuentanus sui libri. 50. c. ostendit quomodo inducunt ad libidinem dicens. Visus, & auditus nec non, & tactus amoris. Hæc aditum serui semper habere solent.

De 7. & 8. remedio ad virginitatẽ tuendam.

SEptimum remedium est dissolutionis abdicatio. Risibus enim vacans, & recreationibus superfluis, de facili incidit in laqueum diaboli tentantis de luxuria. Vnde inquit Ouidius in 1. de arte amandi. Pectora cum gaudent nec sunt attrita dolore. Ipsa patent, blanda tunc subit arte venus. Octauum remedium est malorum societatis dimissio. Inquit enim Hieronymus in suo transitu, ꝙ Ego puto si cũ viris feminæ habitauerint, viscarium diaboli nõ deerit. Et Bernardus in quodã sermone dicit. Cum feminis, & iuuenibus impudicis conuersari, & non peccare, mauis miraculum puto q̃ mortuos suscitare. Et ideo inquit Paulus. 1. ad Thi-

Adole-

Adolescentulas viduas deuita. Albertus quoq; in tractatu de virtutibus politicis inquit. Nonne stultus esset qui sitim extinguere volens sal comederet. Nonne etiam amens existeret qui ignem extinguere volens ligna, picem, & oleum adiũgeret? Sic & per omnia stultus est, qui castus esse volens mala consortia, mala colloquia, mala opera, malosq; non declinat aspectus. Quomodo potest stipula eum igne seruari, & non ab eo incendi? Quomodo pix manibus potest tangi & ab ea non inquinari? Nunquid sine infectione manuum tangere poterit homo plumbum? Quomodo poterit lepros sis misceri, & ab eis non infici? Nũquid non ouis morbida gregis totius est infectiua? Ex his ergo patet ꝙ qui mala cõsortia vitare nolunt continere non possunt, hæc ille. Non solum autem extraneorum sed etiam propinquorum debet quæ castitatem seruare vult suspecta consortia euitare. Quia dicitur Hie. 9. Vnusquisq; se a proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplãtabitur, & omnis amicus fraudolenter incedet.

De 9. remedio pro Virginitate.

NOnum remedium est otiositatis remotio. Ocium enim ad libidinẽ prouocare solet. Vnde Eze. 16. dicitur. Hęc fuit iniquitas sodomę abundantia Panis, & vini, & ociũ. Ideo Ouidius in 1. de remedio amoris de quodam Sacerdote idolorum, qui erat cõtinẽs, & propter otiũ factus est luxuriosus ait. Querit ęgistus quare sit factus adulter. In promptu causa est, desidiosus erat. Quia ergo otium est mater omniũ vitiorũ, & nouerca virtutũ, vt inquit Bernar. in quadam sermone, & multa mala docuit ociositas sicut scriptum est. Ecclesiastici 33. maxime mala libidinis. Icciteo inquit Ouidius vbi supra Otia si tollas periere cupidinis arcus. Contemptęq; iacent, & sine luce faces. Et iterum ibidem dicit. Desidiam puer ille sequi solet, odit agentes. Cędit amor rebus, res, age tutus eris. Inter omnia autem exercitia nullum melius ad vincendam libidinem feruenti oratione. Et ideo inquit Hierony. epistola. 85. Semper in manibus tuis sit diuina laus & tam crebræ orationes, vt omnium cogitationum sagittę quibus adolescentia percuti solet huiusmodi Clipeo reppellantur.

De 10. ac 11. remedio ad Virginitatem cõsumãdã.

DEcimum remedium est occasionis remotio. s. loci temporis & cęterarum causarum inducẽtium ad libidinem. De quibus ait Oui. 2. de rimedio amoris.

Et loca sępe nocent, fugite loca conoscia vestri.
Concubitus, causas illa doloris habent.
Vt pœne extinctum einerem si sulphure tangas.
Viuit, & ex minimo maximus ignis erit.
Sic nisi vitatis quicquid renouabit amorem.
Flamma recandescet quæ modo nulla fuit.

Vndecimum remedium est sobria dormitio maxime de die. Vnde inquit Cato in suis documentis. Plus vigila semper nec somno deditus esto. Nam diturna quies vicijs alimenta ministrat. Maxime autẽ Cardinalibus. Ideo 1. Petri 5. inqt Apo. Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiẽs circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Ea propter dicit Dominus Apoc. 16. Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua s. Virginitatis, & aliarum virtutum. Ideo admonet omnes Christianos maxime Virgines ipse saluator. Lucę 21. dicens. Vigilate omni tempore orantes. Qui enim habet aliquid in deposito non dormiat. Vt dicitur in auten. de deposi. & deoun inquil li. col. 6 Quod pertinet Virginibus, quę Thesaurum Virginitatis habent custodiendum, & ideo quia ipsum portant in vasis fictilibus 2. ad Cor. 4. debent ceteris feruentius in orationibus vigilare.

De 12. remedio pro Virginitate.

DVodecimum remedium est carnis mortificatio scilicet di ciplinando illam, & alijs pœnis affligendo vt contra spiritum rebellare non possit, sic macerata & diuersis austeritatibus incentiuis libidinum euacuata, atq; in varijs afflictionibus occupata a voluptuosis delectationibus refrigescat. Ait enim Ouidius secundo de remedio amoris Grãdia per multos tenuantur flumina riuos, Sectaq; seducto stipite flamma perit.

Ideo

Ideo inquit Apost. Col. 3. Mortificate mẽbra vestra: s. vt virginitatem obseruare valeatis, de qua loquens Hieronymus in quodam sermone inquit. Quod ideo Sybilla licet esset pagana spiritum creditur recepisse propheticum, quia Virgo erat. Propter huius virtutis excellentiam multæ Virgines potius voluerunt mori, quã Virginitatem suam amittere, licet gentiles essent & paganæ, vt legitur in historijs Romanorum. In quibus etiam dicitur quod cum quædam Virgo deæ vestę dedicata accusaretur de stupro, illa vt se Virginem ostenderet cum cribro ad Tiberim iuit atque ipsum aqua impleuit, & vsque ad capitolium plenum tulit, quamuis vas esset foraminibus plenum. Et ibidem etiam habetur quòd fuit alia Virgo Romæ, quæ ad probandum quòd erat Virgo cingulo suo maximam nauem sola traxit ad terram, quam hominum multitudo mouere non poterat, verum quia humani generis inimicus, tanto terribiliores tentationes Virginibus ingerit, quanto eas videt gloriosius debere coronari, oportet eas ad Iesu Christi Crucifixi pedes cum taliter tentantur recurrere & cum lachrymis vna cum beato Grisanto orare & dicere sicut scriptum est in legenda eius. Exurge Domine in adiutoriũ mihi, dic animæ meæ salus tua ego sum. Quis enim istam pugnam a diabolo excitatam vincere præualet nisi tua pro eo fuerit dextera dimicata? Errat qui se putat castitatem perfectam suis posse nisibus obtinere. Nisi enim tuo imbre fuerit extincta flamma libidinis non potest animus peruenire quo pergit.

PARS SECVNDA huius sermonis de viduis.

Viduas confortatur.

SECVNDO vobis viduis tria volo elargiri munera. Primum dicetur confortationis vos enim confortare intendo ostendens quòd status vester est Deo acceptus. Quod probatur primo ratione diuinæ visitationis, quia viduas gratiosissimè visitauit. Vnde tertij Re. 17. tempore famis missus est Helias ad viduam sareptanam quę postquam dedit comedere Helię, Hidria farinę eius non defecit miraculosè. Et lechitus olei non est inminutus omnibus illis diebus. De Iudit etiam legitur q erat grata omnipotenti deo, cui viduę tantam gratiam cõtulit deus, vt populum suum ab impetu, & furore inimicorum liberaret. Lucæ etiam 2. dicitur q erat Anna prophetissa vidua vsq; ad annos 84. que vixerat cũ viro suo annis septem a Virginitate sua, & hec nõ discedebat de templo ieiunijs, & obsecrationibus seruiens Deo die, ac nocte. Huic Christus paruulus sicut, & Simeoni prębuit se videndum illãq; dignatus est visitare, quę cõfitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Lucę etiam 7. legitur q Dominus Iesus consolatus est viduam resuscitans eius vnigenitum filium.

De dignitate viduali multa hic pulcherime habes.

SEcundo dignitas vidualis apparet ratione diuinę acceptionis. Lucę nãq; 21. scribitur quantum accepta fuit oblatio viduę pauperculę, quę offerens duo minuta omnes locupletes ratione suę sãctitatis in oblatione superauit. Deus etiam exaudit orationes viduarum. Vnde. Eccle. 35. dicitur Lachrymæ viduę ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas. A maxilla enim ascendunt vsq; ad cœlũ; & Dominus exauditor delectabitur in illis. Et ideo dicitur in c. fi. 81. di. q vidnę quę stipendio Ecclesiæ sustentatur debẽt meritis, & orationibus suis Ecclesiam adiuuare. Tertio commendatur viduitas ratione diuinę pręceptionis. Dedit namq; Deus pręceptum omnibus regibus, principibus, iudicib⁹ & aduocatis omnibusq; hominibus, vt viduarum causas tuerentur, & ne, illas opprimerent vel molestarent. Vnde Isaię 1. Dominus ait. Quę rite indicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et Exo. 20. ait Viduæ, & pupillo non nocebitis, si lęseritis eos, vociferabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum & indignabitur furor meus, & percutiamq; vos gladio, & erunt vxores vestrę viduę & filij vestri pupilli. Et per Hieremiam 22. Facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris; aduenam pupillum, & viduam nolite cõtristare neq; opprimatis inique. Et ite

Viduitas multipliciter commẽdatur.

rum.

rum. Hieremię 5. Dominus de his qui viduas spernunt & abijciunt, sic loquitur. Preterierunt sermones meos pessime, causam viduę non iudicauerunt. Nunquid super his nō visitabo dicit Dominus? aut super gentem huiuscemodi non vlciscetur anima mea? Et Iob 22 ait. Viduas dimisisti vacuas & lacertos pupillorum comminuisti, propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido subita. Iacobus vero 5. c. suę canonicę ait. Religio munda & immaculata apud Deum patrem hec est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum. Et Paulus 1. ad Thi. 5. inquit. Viduas honora quę verè viduę sunt. Sed hodierna die non solum non visitantur seu honorantur, quinimo vexantur, expoliantur, & turbantur a multis, rapiuntur sua bona, & querunt iustitiam, nec inueniunt illam. Et quod his deterius est vltra damnum rerum patiuntur falsas grauesq; criminationes. Vnde quilibet earum dicere potest illud secundi Regum 14. heu, quia mulier vidua ego sum. Taceo reliquas molestias quę eis inferunt. O viduarum persecutores, lupi rapientes illarum bona, o crudeles aduocati & iudices, o falsi notarij, o iniqui testes. Quis docebit vos fugere à ventura ira? Inter omnia enim peccata tam grauia, maximum scelus est opprimere viduas quę qā sunt sine viro defensore faciliter possunt offendi & depredari, iuxta illud. Isaię. 10. Erunt viduę, predę eorum. Et quia sunt sine viro consiliatore leuiter decipiuntur. Vnde Mat. 23. dicitur. Deuorant domos viduarum sub pretextu prolixę orationis. Item quia sunt sine viro consolatore, quasi semper sunt in tristitia & ideo non debet augeri afflictio afflictis contra legem diuus. ff de offi pręsi. Magnum autem meritum est consolari viduas sicut faciebat Iob qui sui libri c. 29. inquit. Cor viduę consolatus sum & 31. c. iterum ait. Oculos viduę specta re non feci. Non solum autem pręcipit Deus viduas defensari, sed etiam sancta Mater ecclesia hoc mandat prelatis in c. 5. 87. dis. pręcipiens Episcopis vt viduis suum prębeant pręsidium, & protectionis patrocinium contra impruborum violentias, & in c. regum 23. q. 5. dicitur quod proprium officium regum est facere iudicium, & ministrare iustitiam maxime viduis liberando eas de manu potentum à quibus faciliter calumniantur, & opprimuntur.

Ecclesia prelatis, ac pręcipuè Episcopis pręcipit vt viduis suū pręstēt auxilium.

Secundum munus quod vobis o viduę elargiri volo dicitur exhortationis. s. ad viduitatem seruandam potius quam nubendum. Et hoc 1. propter indicium castitatis. Quando n. mulier nubit totiens, signum est magnę incontinentię. Vnde Hieronimus contra Iouinianum refert, & etiā Romanę narrant historię, quod Portia minor catonis filia cū laudaret apud eam quędam matrona quod esset bene morigerata, quæ tamen secundum acceperat virum, ait. Fęlix & pudica matrona, nūquā præter semel nubit & Valerius in 2. li. inquit. Quòd illę mulieres quę vno fuerant contentę matrimonio corona pudicitię honorabuntur. Sciendum tamen est quod secūdę nuptię non reprobātur a Deo, imo approbantur, & in vtroq; testamento permittuntur tanquam licitę c. Deus 21. q. 1. Ideo in c. aperiant eadem q. & causa ait Hierony. Non damnamus bigamos, imo nec trigamos, & si dici potest octagamos. Propter hanc autem auctoritatem. Cum ad patrem meum Dominum laurentium perrexisset quedam vidua quę habuerat sex viros petens quot maritos posset mulier accipere saluo honore suo, ipse qui facetus erat respondit, quod vsq; ad septem. Cognoscebat. n. quod alium virū desiderabat accipere, sed verecundia detinebatur. Prędicta quoq; confirmans Aug. super illa verba Apostoli 1. ad Cor. 7. Si dormierit vir eius nubat cui voluerit in Domino ait. Non dicit primus vel secundus vel tertius, nec ergo nobis diffiniendum est, quod non diffiniuit Apostolus, vnde nullas debeo damnare nuptias nec eis verecundiam inferre numerositate, hec ille. Ea propter inquit Apostolus vbi supra. Dico autem innuptis & viduis, quod bonū est illis si sic permaneat, sicut & ego, quod si non cōtineat, nubant, melius est enim nubere, quàm vri. Et Hiero. ad Gerontiam ait. Adolescentula vidua quę continere non potest maritum potius accipiat quā diabolum. Et in eadem epistola narrat quę

Viduæ exortantur a pmanēdum in viduitate.

Secundas nuptias nō esse prohibitas ostenditur.

sensualitatum & voluptatum carnaliū. Ait.n. Paulus 1. ad Thi. 5. Vidua quę in delitijs est, viuens mortua est. Reprehēsibiles itaq; sunt viduę quę otio vacātes comedunt, & bibunt splendide, dormiunt superflue & delitiose, poliunt cutem & ornantur, licet se vidualibus induant vestimentis.

De 2. ac 3 regula viduis data. SEcunda regula dicitur conseruationis. Debent enim euitare conuersationem hominum quantum possint. Et dicere cū psalmista. Ecce elōgaui fugiens, & mā si in solitudine. Auicula.n. terram fugiens est magis tuta q laqueis non capietur. Ideo viduę inquit Hierony. Epistō la 85. Non ambulet iuxta te calamistratus procurator, non histrio factus in fęminam, non cantoris diabolici venenata dulcedo, non iuuenis cultus & nitid' nihil artium scenicarū, nihil tibi in obsequijs molle iūgatur &c. Periculosa est.n. Mulierum, ac virorum conuersatio, & non possunt toto corde habitare cū Deo qui talibus conuersationibus delectantur e hospitiolum. 32 di. Et ideo cuilibet viduę dico illud Hieronymi ad Eustochiū. Ratus tibi sit gressus in publicum. Item illud eiusdem Hieronymi ad Saluiniam. Caueto omnes suspitiones, & quicquid rationabiliter fingi potest, ne fingatur ante deuita. Tertia regula dicitur deuotionis. Debent.n. esse deuotę & familię suę bene pręesse. Quibus dicit Apost. 1 ad Thi. 5. Si qua vidua filios aut nepotes habet, discat primum Domum suam regere, hoc enim acceptū est corā Deo. Quæ autem vere vidua est, & desolata speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte, ac die. Has regulas si seruaueris o vidua, maximum in regno Cęlorum pręmium consequeris. Tales.n. viduas in tantum extollit imperator. Iustinianus, vt Virginibus eas ausus fuerit comparare, sicut scriptum est in autentico. de non eligendo secundo nuben §. cum igitur. ver. optimum itaq; Vbi ait. Optimum itaq; est atq; laudabile & dignum ratione, quatenus quę semel ad virum venerunt seruent in vlulatum morientium thorum. Has.n. mulieres miramur pariter, & laudamus, & non procul a Virginitate ponimus. Quod tamen dictum debet secundum prędicta de Virginibus limitari quo ad retributionem diuinam. Pro conclusione igitur huius partis, dico omnibus viduis & alijs non coniugatis qui nubere non proponunt, q seruare debent illud q suadet Imperator in autētico de leno. §. sancim' di, Sancim' oēs quidē secundū quòd possunt agere castitatem; quæ sola possibilis est Deo cum fiducia hominum animas pręsentare. De qua virtute loquens Salomon illius pulchritudinem admiratus exclamat. Sapientię. 4. di. O quam pulchra est casta generatio cum s. bonorum operum immortalis est memoria illius apud Deum & homines, & in perpetuum coronata triumphat. Et hoc est quòd pręcepit Dominus. Lucę 12. Dicens. Sint lumbi vestri præcincti & lucernę ardentes in manibus vestris.

PARS TERTIA HVius sermonis de statu mulierum, & de vitijs ac virtutibus earum, & de illarum ornatu.

CONTRA mulieres multa a diuersis Doctoribus proferuntur. Propter primam namq; mulierem primus Homo peccauit, & eiectus est de Paradiso. Gen. 3. Ideo inquit Salamon Eccle. 7. Inueni amariorem morte mulierem, quę laque' venatorum est, sagena cor illius, vincula sunt manus illius. Qui placet Deo effugiet illam, qui autē peccator est capietur ab ea & Prouerbio. 5. dicit de muliere. Acuta est quasi gladius biceps, quia.s. occidet hominem in anima & in corpore, & Hieronymus inquit. Gladius ingens est species mulieris. Bernardus quoq; in quodā sermone ait. Vox mulieris est serpentis sibil'. Quod mulieres deditę sint auaritię inqt Seneca i li. declamationū dicēs q auaritia est muliebre vitiū. Et Ber. in li. de ipbatione vitiorū c. 7. dicit. Pestis auaritię fragili viget in muliere Vnde. dicit q fęminę sunt sagaciores & auaritiores viris. L. ij. §. fęminas, vbi gl. C. de his quis *Multa adducuntur contra mulieres eas vituperando, quæ passa inferius soluentur.*

ßio legis diuinæ, expulsio Paradisi. Et Petrus Rauenas in sermone resurrectionis dicit. Mulier peccati causa, mali autrix, via mortis, Sepulchri titulus, inferni ianua, lamenti necessitas. Cato vticensis dicebat. Si absq; fæmina posset esse mundus conuersatio nostra non esset absq; dijs. Et Cicero quęsitus quare vxorem repudiasset. Respondit se non posse vxori & philosophię vacare. Vnde & Plato qui mulierem non cognouit, inter philosophos pl' de diuinis scripsit. De quo refert Lactantius li. 3. diuinarum insti. aduersus gentes, q̃ de quatuor agebat gratias Deo. Primo quòd homo natus esset & non animal brutum. Secundo quòd Græcus potius quam Barbarus. Tertio q̃ Athenis, tempore Socratis. Quarto q̃ mas potius quam fęmina.

Ideo inquit Bernardus in Doctrina proficientium.

Si Christum quæris vultum fugias mulieris.

Cedere eoneris fugiendo ne moriaris.

Si procul astabis animi tibi lucra parabis.

Viuens lege poli mulieres cernere noli.

Despiee sic illas & magnas atque pusillas.

Vt nullam noscas, nec secum viuere possca.

Cum secum loquens tunc paucis vtere verbis.

Sollicita multum studeas auertere vultum.

Non bene munitur qui prospicit vnde feritur.

Fœmina formido fit semper vbiquæ periculo.

Qui cupit æterna cęlestia regna superna.

Sint quasi merores mulieres, sintq; timores.

Et quasi spinarum puncturę visus earum.

Fœmina præclara facie quasi pestis amara.

Et quasi caligo rubigo mortis origo.

Et propter prædicta dicitur in c. clerici & in c. sequenti. 81. di. quòd clerici & religiosi debent eorum consortia euitare.

Sed contra prædicta possunt adduci plures Doctores cõmendantes statum mulierum, quæ necessario fieri debuerunt in adiutorium virorum, sicut declarat beatus Tho. in 1. parte summæ. q. 92. & ideo inquit Deus Gen. 2. eum creasset Adam non est bonum hominem esse solũ. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Et sic produxit mulierem cuius excellentia patet. Quia cum primus sit factus de limo, ipsa formata fuit de costa Adæ, & sic de materia dignori. Item Adam fuit factus extra Paradisum, scilicet in agro damasceno, vt dicunt Doctores super. Gen. 2. & glo. in. l. assumptio. ff. ad muni. & in c. illud. 40. di. expresse hoc dicitur & ibidem per glosam. Eua vero in Paradiso facta est. Vt in dicto c. patet. In laudem autem mulieris inquit. Arist. 8. de animalibus Mulier viro misericordior est. Et 1. ad Corin. 11. Paulus ait Mulier gloria est viri. Et in. l. assiduis. C. qui poti. in pigno. ha. dicitur. Quis mulierum non misereatur, propter obsequia quę viris præstant, propter partu periculum, & ipsam liberorum procreationem? Et Ecele. 25. Beatus qui habitat cum muliere sensata. Et 26. Mulieris bonę beatus vir. Et ibidem scriptum ē. Gratia super gratiam Mulier sancta & pudorata. Et Prouer. 14. Mulier sapiẽs ædificauit Domum suam. Et 7. c. eiusdem li. Mulier diligens corona est viro suo. Et Prouer. vl. dicitur Mulier timẽs Deum ipsa laudabitur. Vltimo in laudem muliebris sexus resultat q̃ omnipotens Deus de muliere natus est. Supradictæ igitur auctoritates contra mulieres adductę intelliguntur de malis fœminis, quæ non viuunt secundum statum earum, maxime autem contra vanas & dissolutas, quarum multæ hodiernis reperiuntur temporibus, quibus minatur Dominus Hisaiæ 3. dicens. Pro eo quòd eleuatæ sunt filię sion, & ambulauerunt extento collo, nutibus oculorum ibant, & plaudebant manibus, & cõposito gradu incedebant, decaluabit Dominus verticem filiarum sion, & crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornatum calciamentorum & lunulas, & torques, & monilia, & Armillas, & mitras, & discriminalia, & perscelidas, & murenulas,

Supradictæ auctoritates soluũtur et 3. alias cõtra iam positas ponuntur.

nulas, & olfatoriola, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & paliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & theristra, & erit pro Zona Funiculus, pro crispanti crine calvicium, & pro fascia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoq; viri tui cadent, & fortes tui in prælio, hæc, ibi. Ea propter dicitur Eccl. 11. Ne glorieris in vestitu vnquam. Nam peccatum fuit causa vestium. Sicut enim sol non egit vestimento quia indutus est suo splendore, dicēte psalmista. Amictus lumine sicut vestimento. Nec lilium, quia indutum ē candore. Matth. 6. Considerate lilia agri &c. Sequitur. Nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnū ex istis. Nec ager, quia indutus est suo virore. Lucę 12. Si autē fęnum agri Deus sic vestit &c. Similiter homo ante peccatum non egebat vestimento, quia instar solis indutus erat luce gratię. Instar lilij candore innocentię, & instar agri virore virtutum. Sed perdita innocentia advenit verecundia de nuditate. Et ideo De⁹ fecit ei tunicas pelliceas. Gen. 3. idest pellibus animalium, vt ostenderet bestialitatem eius. Quia autem homo per peccatum fuerat vulneratus, excęcatus & in furto depręhensus, ideo tanquam vulnerato ligaturam adhibuit, tanquam excęcato velamen apposuit. Et tanquā furi cauterium īpressit. Tale est igitur de pulchritudine vestium gloriari, quale essent si aliquis vulneratus gloriaretur de eo quòd habet ligamen sericum. Vel excęcatus ex eo ꝙ habet velamen deauratum. Vel fur ex eo ꝙ habet pulchrum cauterium. Vnde Ber. ait. Qui gloriatur de veste similis est furi qui gloriatur de capistro. Quis. n. latronem non exprobraret gloriantem de signo pro latrocinio in fronte īpresso? Quę considerās beatus Iob vilibus induebatur, quia ait c. 16. fui li. Saccum consui super cutē meam, & similiter psalmista faciebat di. Posui vestimentum meum cilicium. Sciebat. n. ꝙ vano ornamenta portantibus dictum est Isa. 50. Sicut vestimentum sic comedent eos vermes, & eiusdem libri 14. c. dicitur glorianti de vestibus. Operimentum tuum erunt vermis. Item notęrat ꝙ homo vanis vestibus ornat⁹ est sicut caldare denigratum interius, & serico decoratum exterius. Et sicut sepulcrum depictum quòd exterius lucet & interius fęter, vt dicit Inno. de vilitate cōditionis humanę. Et mulieres ornatę sunt sicut idola in quibus dęmones dāt responsa fallacia, & exterius radians auro. Interius vero sunt vile lutum. Vnde metrice dicitur. Auri nobilitas luteā si vestiat ollam. Non tamen hinc sequitur hac minus esse lutum.

Mulier quo modo sine peccato se ornare potest.

Sciendum tamē est ꝙ mulier se potest ornare triplici ex causa. Primo propter viri sui complacētiam scilicet hac ītentione, vt marito suo placeat ne ex incultu, & despecto ornatu, prębeat marito suo occasionem peccandi cum alia. Et hoc est licitum si fiat cū moderaminibus de quibus infra, & hoc inquit Apo. 1. ad Corin. 7. dic. Mulier quę nupta est cogitat quę sunt mundi, quomodo placeat viro suo. Et ita exponit Aug. de consecra. di. 5. c. fucare. & beatus Tho. 2. 2. q. 169. ar. 2. di. ꝙ propter hoc potest mulier aliquid super addere vltra decentiam sui status. Quod intelligendum est posse fieri quando maritus appareret pronus ad adulteriū, vel nollet reddere debitum. Et tali ornatu verisimiliter prouideret contra prædicta inconuenientia, aliter cessante causa cessat effectus c. cum cessante. de ap. Et ideo inexcusabiles sunt vxores, quę se poliunt & ornant curiose, licet hoc videant displicere viris suis, & multo magis si hoc ab ipsis prohibeatur. Apparet enim ꝙ tūc sic se ornando immoderate faciunt ex superbia seu ex libidine, & vanitate. Item requiritur ꝙ finem suum non ponant in his ornamentis sicut faciunt quę appetunt magis placere viris suis, quam Deo, & maiorem habent curam de ornatu corporis quam animę. Sicut faciebat illa meretrix de qua legitur in vitis patrum ꝙ cum quidam Sanctus Episcopus vidisset eam maximo ornatu redimitam & politam, cępit amarissime flere. Et interrogatus de causa tanti luctus respondit. Quia ego non ita studeo placere Deo sicut illa hominibus, & non habeo tantum studium de ornatu animę quantum ipsa de ornatu sui corporis. Item requiritur

ꝙ

ꝙ propter talem ornatum non illaqueentur cum alijs, & ipsa per hoc in adulteriũ non incitetur illabere cum alijs, quia nõ debet discooperiri vnum altare ad cooperiendum aliud, vt dicit Gre. 1.q.1.c. non est putanda. Non enim sunt faciẽda mala vt eueniãt bona, ad Ro. 3. Et solum debemus in tantum iuuare proximũ in quantum possumus sine peccato. Aliter non 22. q. 2.c. faciat. Oportet ergo ꝙ tali ornatu multis verisimiliter detur peccati occasio, alias sine peccato fieri non potest. Quia veh homini illi per quem scandalum venit. Mat. 18 Et ideo multę mulieres damnabuntur quę dicũt ꝙ ornant se vt placeant alijs, quia sic ornatę affectant se videri ab alijs, & demorantur in stratis, ac plateis, vt colore obuiandi vni adulterio, inducant mille adulteria saltem mentalia. Si enim haberent voluntatem solum placendi viris suis talibus ornamentis potius vterenẽ in Domo vbi habitant cum ipsis maritis, quam extra Domum vbi demorantur cum extraneis & ab ipsis intuentur. Cuius oppositum faciunt, & ideo talis ornatus magis allijcit alios quam viros suos ad amorẽ. De quibus omnibus peccatis ipsę punientur tanquam si illa cõmisissent. Quia qui causam damni dat damnum dedisse videtur c.fi. de iniu. & dã. da. & l. qui occidit. §. in hac.ff.ad.l. aqui. Ex qua ratione concluditur ꝙ valde peccant illę mulieres quę etiam solũ in Domo & tantũmodo causa placendi viris suis tam lasciuo ornatu, vel habitu se induunt, ꝙ ad nimam concupiscentiam illos allijciunt. Quia vt inquit Ray. in summa. Actus matrimonialis gestus causa saturandæ libidinis, est mortale peccatum.

Sequitur ostendendo quomodo possunt mulieres se ornare absq; peccato.

SEcundo potest mulier se ornare causa occultãdę alicuius suę turpitudinis, ex aliqua causa prouenientis, vt ex infirmitate vel huiusmodi vt inquit Tho. 2.2.q.169. Hoc enim licitum videtur si fiat solum propter celandam illã deformitatem. Sicut essent morphea in facie, vel nuditas capitis ex defectu capillorum & huiusmodi. Quod videtur permittere Apostolo.1. ad Corin.12.di. Quæ putam[9] ignobiliora mẽbra esse corporis, his abũdãtiorẽ honorẽ circundamus. Tertio potest mulier se ornare ꝓpter sui status exigentiã. Et hoc licet facere potest secũdũ cõsuetudinẽ aliarũ mulierũ bonę cõsciẽtię quę sunt eiusdẽ status c. quisq; 41. dist. Vt enim inqt Aug. 3. conf. Turpis est oĩs pars vniuerso nõ suo cõgruẽs. Itẽ secũdũ dignitatẽ viri sui quia mulieres coruscant radijs maritorũ. §. alia vero. in autẽ. de sęna. Nõ autẽ excusat eas mala consuetudo vanarum mulierũ, quia irrationabilis consuetudo nõ debet attẽdi l.quod non ratione.ff.de legi. Ideo inqt Dñs Leui. 18. Iuxta cõsuetudinẽ terræ, Egypti non facietis. Notãdũ quoq; ꝙ licet mulier solũ se ornare, secũdũ approbatã, & bonã cõsuetudinẽ aliarũ mulierũ status si eius ornatus est vitiosus, quando intẽtio eius est ad lasciuiã põpam & huiusmodi. Cũ mala intẽtione, nihil potest esse licitũ ac sine peccato 86.di.c.non satis. Et de sen exco.c. cum volũtate. Si igitur mulier hac se intentione ornet vt virorũ aspicientiũ animos ad sui cõcupiscientiã allijciat. Cũ hoc sic cõtra charitatẽ Dei, & proximi, et si nõ sequat alicuius ruina mortaliter peccat, & hoc est ꝙ Hiero. i quadã epistola inqt. Si vir vel mulier se ornauerit & si nullũ inde sequatur dãnũ iudiciũ tamẽ patietur ęternum quia venenũ attulit si fuisset q bibere. Et idẽ ponit Chriso. su. Mat. Illæ autẽ mulieres quæ se ornãt, non vt concupiscãt sed vt cõcupiscãt, sunt similes latroni q nõ vult ꝑ se piscari i piscina Dñi, nec venari i foresta eius. Sed accõmodãt rete suũ latroni audẽtiori. Ipse enim accõmodat corpora sua diabolo ad ꝑnitiẽ animarũ. De talibus mulierib[9] ait Hiero. ad sacras Virgines, Impudicissimus mulierum aspectus semper in auro, semper in gemmis, semꝑ in ornametis extrinsecis gloriã ponit. Nõ sufficit eis libido innata naturę, sed occasionem quęrunt explendę libidinis. Affectant proculdubio vt oculi virorũ aurũ cõtẽplãtes & gẽmas tandẽ figantur in faciẽ vt furtiuis oculorũ suorũ nutibus, facilius incitent ad libidinosum incendiũ, hęc ille. Si autem mulieres sic se ornãt ex quadã animi leuitate, vel vanitate per aliquã vanam gloriã est veniale solum, quando talis ornatus eorum statui est concedens & honestus. Et solũ ratione vanę lętitię vel leuitatis de

Mulieres se secundũ approbatã consuetudinẽ ornãtes quãdo possunt.

festuosus. Secus autem si in illa gloria cõstituant finem suum magis diligendo illam gloriam quam salutem animæ, vel gloriam æternam, vel paratę essent facere contra præcepta Dei, vel Ecclesię, vt possint consequi illam laudem. In his enim & similibus casibus, est mortale peccatum vt declarat.b.Tho. 2.2.q.169. Ex quibus patet q̃ ornatus mulierum ẽ vitiosus ratione prauę intentionis.

Quando ēt vestitur mulierum est inhonestus.

SEcũdo est reprehensibilis ratione inhonestatis quando mulier portat vestimẽta meretricalia, de qua dicitur. Prouer. 7. Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio parata ad capiendas animas. Et talis mulier est similis sycali serpenti q̃ vt dicit Isidorus tantum pręfulget varietate dorsi, vt in sui admirationem intuẽtes inducat, & quia piger est, quos cursu inuadere nequit sui admiratione intuentes rapit, & quãto est magis discolor tanto est in veneno deterior. Et similiter fęmina vanis ornamentis induta corda intuentium ad se trahit, & stupida ac insensata reddit, & sic per concupiscentiam rapit, & veneno male delectationis extinguit, & quanto est ornatior & pulchrior tanto est pernitiosior. Talis autem ornatus meretricius est recte diaboli ad capiendas animas, & ideo summe est detestendandus tanquam omnino illicitus propter inhonestatem. Nihil enim inhonestum potest esse licitum cum honestas sit vna de tribus partibus principalibus iustitiæ.ff.de iust. & iu.l. iustitia.§. iuris pręcepta. Ideo vnum de excludentibus a regno cęlorum est impudicitia, vt refert. Paulus ad Gala.5. Ille ergo habitus est inhonestus, per quem mulieres ostendunt humeros, seu pectora, qui est habitus meretrici⁹, vn. Eccle. 19. dicitur Amictus corporis incessus hominis, & risus dentium, enunciauit de illo. De talibus mulieribus inhoneste ornatis loquitur Hiero. ad matrem & filiam ostendẽs malitiam qua vtũtur ad demonstrandam nuditatem suam. Et ideo dicit. Paliolum interdum cadit, vt candidos nudet humeros. Et ad furiam idem inquit de talibus Fingua personat castitatem, & totum corpus immunditiam pręfert. Arbitror ego nihil sic exonerare posse mulieres, sicut honestatem. Et ideo ad Demitriadem Virginem ait, Illa sit tibi pulchra, illa amabilis, illa habenda pro socia, quę nescit se esse pulchram quę negligit formę bonũ, & procedens ad publicum, non pectus & colla denudat, nec reuocato palio ceruices aperit, & vix vno oculo qui viæ est necessarius patenter ingreditur.

quomodo ēt sit contra honestatem q̃ mulieres capite discooperto incedant.

AD inhonestatem quoq; dicũt quidã pertinere q̃ mulieres incędãt capite discooperto. Dicit enim Apostolus 1 ad Cor.11. Debet mulier habere velamen sup caput suum. Et Aug. in epistola ad Possidoniũ inquit. Capillos nudare fęminas quas & caput velare Apostolus iubet, nec maritatas decet. Dicit tñ glo. sup dicta verba Pauli, & Tho. 2 2. q.169 ar. 2. q̃ possent aliquę excusari a peccato, quando non facerent ex aliqua vanitate sed propter contrariam consuetudinem, quamuis non sit laudabilis. Hoc autem limitat esse verum auctor supplemẽti, quando ratione consuetudinis non videretur posse dimitti sine scandalo reputabili. Et hoc agendo nulli datur occasio scandali vel peccati. Ex quibus apparet q̃ peccant ille mulieres, quę artificiosè se aptant capillos crispantes, vel more masculorum illos componentes, & ecfariem sibi facientes. Contra quas & alias vanas & lasciuas mulieres, est Apostoli præceptum 1. Petri 3. dicentis. Mulieres subditæ sint viris suis, quarum non sit extrinsecus capillatura, nec circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus.

Quæ ē causa supradictus mulierũ ornatus dicatur ēt reprahēsibilis.

TErtio repræhensibilis est talis ornatus mulierum ratione infucationis. Iniuriatur namq; factori suo talis mulier, quę his ornamentis & fucationibus aliter vult apparere quam sit a Deo creata, vt inquit sanctus Cyprianus quẽ refert beatus Augu. in 4. de Doctrina Christiana. Mulier enim vana, Deum qui fecit illam, quasi non bene fecerit contendit suis vanitatib⁹ emendare, quasi diceret. Domine tu creasti me nigrã, ego me faciam albam. Fecisti paruam ego me faciã magnam. Paucos mihi dedisti capillos, ego addam multos. Dedisti nigros, ego faciam albos. Breues fecisti, ego longos faciam

ciam. Tu sine cauda me creasti, ego faciam me caudatã & alatã. Tu fecisti me pallidam, ego faciam me rubeam. Contra tales exclamat Isa. 45. c. di. Veh qui contradicit factori suo. Cum ergo Dixerit. Dominus Mat. 6. ꝙ nemo potest capillũ vnum album facere aut nigrum vel addere ad staturam suam cubitum vnũ. Istę suis artificijs conantur eum mendacem demonstrare. Et icirco eius vultũ qui se coloribus pingit non cognoscit Deus qui talem non creauit, vnde Hiero. illi inquit. Qua fiducia erigis ad cęlos vultus quos conditor non cognoscit? Et idem est de portantibus capillos artificiatos ex vana gloria. Vnde legitur ꝙ quędam matrona diues, & pulhcra valde delectabatur in ornatu vestium, & capillorum. Propter quem multum visitabatur, sed tamen ipsa nulla turpia audire volens omnibus honeste respondebat. Factum est autem vt quocunq; iret dæmonem horribilem videret sequentem se. Ad quam visionem tremefacta sacerdoti pure cõfessa est, aqua benedicta crebro se aspergens sed non in toto fuit liberata, licet ad tempus eã dæmon dimiserit. Quapropter ad quendam sanctum Heremitam perrexit, qui facta oratione a Deo illustrat⁹ per reuellationem. Dixit illi. Si dęmon amplius ad te venerit, dicas ei. O dæmon quicquid in me habes & inuenis de tuo tolle, & amplius me non sequaris. Apparenti ergo dęmoni cum dixisset prædicta. Statim dęmon cum furia maxima accipiens capillos cum tota cute capitis & omni ornatu extraxit & eam semimortuam reliquit. Ex quo apparuit quòd talia ornamenta sunt diabolica opera. Et ideo inquit Alexander de ales in 4. parte summę in tract. de eucharistia quòd illę mulieres mortaliter peccant quæ coloribus artificiatis vultum adornant, vel crines adulterinos portant siue mortuorum, siue viuorum, vel alia huiusmodi faciũt ad maiorem lasciuiam, & pulchritudinem ostendendã. Si vero tali artificio solum vterentur ad cooperiendam turpitudinem seu defectum possent excusari. 2. Tho. vbi su. Sed mulię sunt quæ dicũt se hoc facere ratione celandæ maculæ, & adagunt vt formiosores appareant, de quo inquit Aug. ad Possidonium. Fucare figmentis, quo rubicundior, vel candidior appareat adulterina fallacia est, qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittendæ sunt feminę ornari secundum veniam, non secundum imperium c. fucare. de conse. di. 5. vbi etiam dicitur quòd vera ornamenta Christianorum & Christianarum sunt boni mores nõ vana figmenta, nec auri, aut vestis, vel gemmarum pompa, nec superstitio ligaturarum.

Exẽplũ mirabile de quadã matrona.

Inditium Dei istæ vanæ mulieres cito incurrent, ꝙ similitudine ostenditur.

Istæ vanæ mulieres pingentes vultum cito diuinum incurrent iudicium, & vindictam. Si enim aliquis magnificus imperator aliquam iuuenem in sponsam sibi desponsasset & alius eam adulterari faceret profecto illum magno supplitio occidi iuberet. Quomodo ergo o mulier vana putas te vltionem euadere diuinã quæ continuo tuo lenocinio vanitatis non vnam tãtum, sed multitudinem animarũ, sponso Christo & regi regum desponsatarum per fidem, ad multiplicem fornicationem adducis? Si enim ille qui Domum alicuius incendit debet comburi l. qui edes. ff. de incen. rui. & nau. & excommunicari c. pessimam. 23. q. 8. cõburens vero templum Dei, est ipso facto excommunicatus c. tua nos de sen. exco. Quid de te fiendum est o lasciua mulier, quæ tot diuina templa quotidie incendis. Templa enim Dei sunt animæ Christianorum, quibus inquit Pau. 1 ad Cor. 3. Templum Dei sanctum est quod estis vos. Diligit autem Deus tale templum super omnia corporalia mundi tẽpla, quia pro omnibus mundi templis incarnatus & passus non fuisset, sicut fecit pro anima redimenda. O impudens mulier tu es de illis de quibus inqt Dauid Deo. Incẽderũt igni sanctuariũ tuũ in terra, polluerunt tabernaculũ nominis tui. & 3. Hiere. 4. dicitur. Templum incenderunt idumei. i. sanguinei. s. mulieres rubicundæ & sanguinolentæ quæ nõ solum incendunt alios propter vanitates suas sed etiam seipsas, iuxta illud. Isaiæ. 5. Ecce vos acendentes ignem in flammis estis. Et sic incendunt templum, Dei, cũ sua & aliorũ corpora propter lasciuiam suam imflãmant, Scriptũ

est enim 1. ad Cor. 6 Membra vestra templum sunt spiritus sancti.

cuiusdā tacitæ responsionis mulierū cōfutatio.

SEd multæ solent dicere q non habent hanc corruptā intentionem. Quibus ego respondeo q cum dent operam rei illicitę, imputari eis debent omnia mala quę ex eorum causa eueniūt; argumentū in c. eum qui. & c. quantum 50. di. & quod notatur in c. sicut dignum de homici. Et confirmantur prædicta per illud quod legitur de quadā deuota Dña, q in spiritu rapta vidit quādā magnā comitissam quę fuerat ei familiarissima, cuius anima portabatur a dęmonibus ad infernum, & ipsa eiulando plangebat dicens. Heu me infęlicem, quę licet fuerim casta, abstinens, & misericors, tamen damnata sum & pro nulla alia causa nisi propter ornatum vanum, & superfluū quem afferebam nimio affectu, & nimiā curam circa hoc adhibui & admonita cessare nolui. Quędam etiam mulier à paucis annis citra veniens ad mortem dixit se vidisse maxima tormenta quæ in inferno infliguntur vanis fęminis. Et ideo dicitur. Ezechielis 20. Vnusquisque offensiones oculorum suorum abijciat, & in idolis ęgypti, idest in vanis ornamentis nolite pollui.

Exēplo prædicta confirmatur.

QVarto reprobandus est ornatus vanarum mulierum ratione transgressionis. Sicut enim stella a stella differt in claritate 1. ad Corin. 15. Ita in fęminis debent esse diuersa ornamenta secūdum maiorem vel minorem dignitatem, & diuersos earum status, vt inquit Thomas. 2. 2. q. 169. articu. 1. quia maiori dignitati maior competit ornatus e. clerici officia de vita & hone. cle. Sed hodiernis temporibus tanta in ornamentis transgressio est q populares, & minores contendunt se ęquare maioribus, & principalioribus. Et in tantum excreuit ornamentorū pompa, vt necesse sit magnas dotes filiabus dare. Ob quam causam illi qui plures habent, si nubāt vnam aliæ in Domo remanent vsq; quo senescant, vel non propter Deum sed quasi vi moniales fiunt. Taceo flagitia quę ex his sequuntur. De quibus inquit Hieronymus, ad Eustochium. Pudet dicere q quotidie Virgines ruant, quantas de suo gremio perdat mater ecclesia, propter quod super sydera superbus inimicus ponit thronum suum. Videas plerasq; viduas antequā nuptas, & infęlicem conscientiam mentita tamen veste protegere quas nisi tumor vteri & infantium pdiderit vagitus erecta ceruice & ludentibus pedibus incedunt, hęc illę. Tales ergo mulieres excedentes statū sui gradū in ornamentis quo ad superfluitatem, vel curiositatem, aut pretiositatem & huiusmodi, faciūt cōtra pfessionem quā fecerūt in baptismo in quo renūciauerūt diabolo & pōpis eius. Et ideo earū infelicem conditionem. Declarat beatus Ciprianus in quodā sermone di. Feminæ serico, & purpura indutę Christū nō possunt induere. Auro vel Margaritis aut monilibus exornatę, ornamenta cordis & corporis perdiderunt. Vt āt inquit Gre. su. Lu. In signū q istę vanarū mulierū, ac virorum excessiuus ornatus sit dānabilis loquens saluator de diuite i inferno sepulto dixit, q induebat quotidie purpura & bisso; Lu. 16. In hoc autē apparet dementia taliter ornantiū corpus, q est puluis, & cinis. Stultus enim esset q cinerem & puluerē vellet in sacco serico custodire. Et ideo de pdicto diuite inquit Chriso. in homelia. Cinerem & puluerē purpura, & bisso tegebat. Eapropter dicit Apostolus 1. ad Thimo. 2. Volo mulieres ornare se habitu honesto, cū verecūdia, sobrietate, nō ī tortis crinibus, aut auro, aut Margaritis, aut veste preciosa, secundum q decet mulieres.

diuersis ornamentis vti debent mulieres secundum earum statū, aliter autē facientes à peccato nō excusātur.

QVinto reprobandus est talis ornatus ratione perditionis. Omisso eni q propter tales pompas perdantur, & consummāt bona temporalia, quia vs possessiones bene ornare vxorē vendit proprietates, accipit ad vsuram, & quandoq; se priuat necessarijs ad vitā suā, sicut fecit quidā qui vēdidit vinū, & bibebat aquā, vt emeret manicas sericeas vxori. Quod deterius est perditur anima propter tales vanitates. Nā vt eas habere qs valeat p vxore sua, facit rapinas, & alios illicitos contractus, ita quòd verificatur illa psalmistę sentētia. Abyssus abyssum inuocat. Abissus, scilicet vanitatum inuocat abissum malorū lucrorū. Talis ornatus est illa vestis leprosa, quę Leui. 13. cōcremari iu

Reprobādus est quoq; talis mulierū ornatus pp pditionē tā rerū temporaliumq; animarum.

be-

bet. Et ideo de tali indumento scriptũ é. Isa. 9. Vestimentũ admixtũ sanguine. & pauperũ erit in cõbustioné. Et Ier. 2. cuilibet tali mulieri dicitur. In alis tuis inuétus est sanguis animarum pauperum. Item vanę mulieres nõ solũ dãnant animas suas, sed etiã sunt causa damnationis virorum suorũ, quos propter prędictas vanitates reddũt impotentes ad restituẽdũ male ablata, & soluẽdũ debita, q̃ si eis satisfacere nolint, vel nõ possint, die ac nocte eos molestant nec requiescere permittũt dicẽtes. Talis mulier habet talẽ vestẽ, & alia tales manicas, & ego inter alias apparere nõ possum. Dicunt etiã. Alij viri omnes magis diligũt vxores suas, quã vos me. Si enim me amaretis nõ permitteretis me a vicinis nostris mihi inferioribus superari in ornamẽtis. O insatiabilis mulier, tu es sicut infernus qui nunquam dicit sufficit, & dilatat os suũ absq; vllo termino, Isa. 5. Propter prędicta & multas alias causas dicit Areolus Philosophus in li. de nuptijs, q̃ vir sapiens qui vult Philosophię operã dare, nõ debet velle ducere vxorem. Et ibidẽ etiã inquit. Quod equus, bos & asinus, vestis & seruus & cętera omnia, prius videtur & probatur quam ematur, sola vxor homini occultatur ne forte ante displiceat, quam ducatur.

Talis etiã muliebris ornatus est reprahẽdẽdus, p̄pter multam tẽporis amissionem.

Sexto reprobãdus est mulierũ vanus ornatus ratione amissionis. s. temporis. Secundũ enim Tho 2.2.q.169. nimia sollicitudo circa ornatũ, & si nõ sit deordinatio circa finẽ reddit eũ illicitũ. In hoc autẽ peccãt mulieres nostri tẽporis, quotidię multũ tẽpus amittẽtes ad ornandũ se, & in speculis nimiũ respicientes, ac se vagantes. Et cũ sic ornatę fuerint non possunt in Domo remanere, sed instabiles, & vagę quęrunt quomodo ire possint ad spectacula, correasq; vt suas valeant vanitates demonstrare. De quibus dicitur. Prouerbiorum quinto. Pedes eius descendunt in mortẽ, & ad inferos gressus illius penetrant, per semitam vitæ non ambulant. Vagi sunt gressus eis & inuestigabiles. Et septimo eiusdem li. c. scriptũ est. Garrula, vaga, quietis impatiens, nec valet in Domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Videtur ergo talis mulier habere caput plenum argento viuo, sicut compertum fuit caput cuiusdam vanę mulieris dicto argento repletum, quia eo vtebatur infucando vultum ex quo mortua est. Ideo tali mulieri vanę dicitur. Hieremię. 31. Vsq; quo delitijs, dissolueris? Tales mulieres sunt illę quas abominatur Deus propter earum lasciuiam. Vnde Psalmo. 30. dicitur. Odisti obseruantes vanitates superuacuas. De istis dissolutis fęminis, potest dici illud tertij Regum. 16. prouocantes Deum in vanitatibus suis. Maxime autem ad iram concitant Deum inuenientes nouas & inusitatas adornationes vanas pręsertim illas in quibus multum laboratur, cum nulla vel parua vtilitate. Non solum enim illas portantes, sed etiam facientes, & vendentes, seu alias alienantes, diuinam offensam incurrunt. Vt dicitur in summa de vitijs. Et etiam a Raymundo ponitur in summa, libro. 2. titu. de nogotijs secularibus. De induentibus autem tales vestes insolitas, inquit Dominus. Sophonię 1. Visitabo super principes & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina. Maxime autẽ exosę sunt Deo mulieres illę quę habitu virili vtuntur. Scriptum est enim Deuteronomij. 22. Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fęminea. Abominabilis enim apud Deum est qui facit hoc. Taliter etiam indui prohibetur mulieribus sub pęna excommunicationis c. si qua mulier 30. di. Illę inhonestę delationes vestimentorum, procedunt ex inani gloria vel leuitate dicente. Gregorio in quadam homelia super Lucam nemo vestimenta pręcipua, nisi ad inanem gloriam quęrit, videlicet vt honorabilior cęteris videat. Quod res ipsa testatur, quia nemo vult ibi preciosis vestibus indui, vbi alijs non possit videri. Et Ber. in Apologia inquit. Vanum cor vanitatis notam ingerit corpori, & exterior superfluitas interioris vanitatis inditium est. Molia vestimenta molliciem animi indicant, non enim tantum curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta esset mens inculta virtutibus, hęc ille.

De multis reprehensibilius i vestimentis.

EX prędictis autem patet q reprehensibilis est circa vestes nimia sumptuositas, vt dicit Gre super Lucam Vnde legitur in historijs Romanorum, q ille qui primus apud illos purpura est indutus, à fulmine percussus interijt. Ité curiositas, de qua Gre. vbi supra ait. Nemo existimet in luxu, & studio pręciosarum vestium peccatum deesse, quia si hoc peccatum non esset nullo modo Dominus Ioannem de vestimenti sui asperitate laudasset &c. Item vestimentorum superfluitas, ita q a tineis Demoliūtur, & Christus in pauperibus nudus relinqtur. Vnde Iaco. 5. dicitur. Agite nūc diuites &c. Sequitur. Vestimenta vestra a tineis comesta sūt. Et ideo Ber. ait. Clamant nudi, clamant famelici, nobis inquiunt fame, & frigore miserabiliter laborantibus, quid conferunt tot mutatoria extensa in perticis, vel plicata in manticis? Nostrum est q effunditis, nobis crudeliter subtrahitur q inaniter expenditis. Et Ambro. in c. sicut hi. 47. di. inquit tot vestes superfluas habenti. Vr duarum indumentum est quòd tu recludis, scilicet in capsis. Non solum auté in superfluitate & pręciositate vestium potest esse defectus, sed etiam in vilitate. Vnde Aug. in li. de verbis Domini ait. Noueritis nō in solo corporearū rerum nitore atq; pōpa, sed etiā in ipsis sordibus & lutosis esse posse iactātiā, & eo periculosiorē quo sub nōmine seruitutis Dei decipit. Vnde Philo. dicit in 4. Ethi. q superbūdātia, & inordinatus defectus ad iactātiam pertinet. Dicit quoq; idem Philo. 7. Ethi. q vitium est trahere vestimenta per terram, sicut faciūt vanę mulieres portantes lōgas caudas, & plateas cum eis scopantes. Mariti autem eatū vé facerent eis huiusmodi caudas, scopaue runt bona pauperum rapinis, vsuris, & flocchis. Tales quoq; mulieres in hyeme caudam per cęnum & lutum trahunt, & sic pānus inficitur & destruitur, & oportet tenere famulum vel famulam ad purgandam huiusmodi caudam, qui blasphemant sępe Dominam suam, & interdum suscitantur rixæ in domo si non sit bene mundata cauda. Et talis Domina est causa q famuli, vel famulę perdunt tempus dum occupantur in purgatione caudæ, quòd deberent expendere in opus honestius, & vtilius. In ęstate autem colligit pulices cum cauda, & ad Domū portat. Item colligit puluerem, & inde generantur vermes & tineę corrodentes pannū. Itē per caudam facit in via puluerē, & offendit alios gradientes per eam, & talē incēsum porrigit mulier vana tanquam clericus diaboli. Per talem caudam vult mulier assimilari vaccis & alijs bestijs caudā habentibus, & serpenti qui eūdo facit viam tortuosam. Et talis cauda est sella diaboli. Vnde legitur q dū sanctus Zeno semel iret post beatū Ambrosium vidit quandam mulierem cū longa cauda incedentem, & cępit ridere. Requisitus aūt a beato Ambrosio cur risisset, ait. Vidi quosdā dæmones dormientes super caudam talis mulieris, & dum ipsa transiret per viam lutosam eleuauit caudā, & dęmones ī ea dormiētes ceciderūt in lutū. Vnde alij demones sequētes illā mulierē valde riserūt, & propterea risi. Sanctus autem Ambrosius orauit Deum vt videret quę sanctus Zeno videtat, & exauditus a Domino eadem vidit. Sicut autem pauo habet gloriam suam cauda faciēdo rotam, sic talis mulier in cauda maxime gloriat. Et ideo dico vobis o deuotę mulieres, illud 1. Regū. 12. Nolite declinare post vana quę non proderunt vobis. Sed seruate Decretum Gre. 8. in c. statuimus, de vita & honesta cleri. dicēs. Mulieres pręciosis vestib⁹ & proprij corporis longitudinem excedentibus, amodo non vtantur, sed in habitu honesto & moderato incedant, q nec lasciuiā notet, nec iactātiā. vanitatis offendat. Et sic gratiā Dei habebitis in hoc seculo & gloriam, in futuro.

EODEM

EODEM DIE POST PRANDIVM DE DOCVMENTIS DATIS MILITIBVS, MAGISTRIS, ET SCHOLARIBVS, ADVOCATIS ET PROCVRATORIBVS, *IVDICIBVS AC* NOTARIIS, CONSILIARIIS, ET MEDICIS.

SERMO VIGESIMVS NONVS.

GAudium veſtrum nemo tollet a vobis. Io.16.& in Euangelio occurrentis Dominicę. Inquit ſapiens Eccle. 30. Iocunditas cordis eſt vita hominis. Et Statius Achileydos li. 1. ait. Dât gaudia vires. Ea propter Seneca in li. tragediarum exhortatur dicens. Dum fata ſinût viuite lęti. Properat curſu vita citato. Voluerīq; die rota pręcipitis voluitur anni. Licet autem multa ſint quę hominem in hac vita ſine peccato lętificare poſſunt tamen nihil eſt quos maius gaudium eauſare in noſtris cordibus poſſit, quam bene viuere & mandata Dei obſeruare. Iccireo Salomon Eccl. 3. inquit. Cognoui quòd non eſſet melius quam lętari, & facere bene in vita ſua. Et Eccle. 40. dicitur. Vinum, & muſica lętificat cor, & ſuper vtraq; dilectio ſapientię. Quapropter vt habere valeatis verum gaudium ſapientię, quòd in vita ęterna nemo auferre poterit a vobis, deliberaui aliīs nouem ſtatibus hominum in pręſenti ſermone diuinę ſapientiæ documenta tradere, militibus videlicet, magiſtriſq; ac ſcholaribus, necnon aduocatis, & procura-

curatoribus, iudicibus notarijs, consiliarijs quoq; ac medicis.

DE CONSILIIS DAtis militibus.

De his quæ requiruntur ad hoc q; bellum sit iustum.

PRIMO vobis militibus sex consilia trado. Primum dicitur iustificationis, vt scilicet non accedatis ad bellum iniustum. Quæ autem requirantur ad hoc vt bellum sit iustū, ponit Panor. in c. sicut el. 3. de iureiu. Requiruntur autem quinq; s. persona, res, causa, animus, & auctoritas. Primo persona cui liceat bellare. s. secularis, nō autem ecclesiastica cui non licet sanguinem fundere. 23. q. 8. c. clerici nisi in necessitate ineuitabili. Res scilicet vt fiat pro rebus recuperandis, vsq; quo fiat satisfactio de omni danno iniuste ab hostibus illato ar. 23. q. 2. c. 1. & q. 1. & 3. c. fortitudo. & q. 8. c. si nulla. Causa scilicet necessaria pro defensione extra de resti. spo. c. olim. Et quòd causa sit licita. Et ideo inquit Vegetius lib. 2. de re mili quòd iurare debent milites quando militię ascribuntur, se non recusaturos mortem pro defensione reipublicę. Item vt habetur in vsibus feu. in ti. qui mo. feu. amit. in prin. tenetur vasallus sub pęna amissionis fęudi, cum Domino suo bellum ingredi, & pro eius defensione pugnare, q; intelligitur secundum glosam de bello iusto. Bona est ergo causa bellandi quam ponit Aristo. 10. Ethi. di. Bellamus vt pacem ducamus. Et Tulius in philippicis. li. 7. ait. Quę causa iustior est belli gerendi quam seruitutis depulsio? Et idem in 1. de officijs c. 37. dicit. Bellum ita suscipiatur vt nihil aliud nisi pax qṻsita videat. Et idē hr in c. noli 23. q. 1. Sed tamē mali milites nolent pacem, sed continue vellent esse bellum. Vnde cum semel quidam ex fratribus nostris obuiarent quibusdā militibus, dixerūt eis. Deus det vobis pacem, quę verba eis molestissima fuerunt. Propter quam salutationem indignatus super alios vnus ex eis respondit. Deus auferat vobis purgatorium. De qua responsione ille interogatus quid significare vellet respondit. Sicut vos fame moreremini nisi esset purgatoriū, propter quòd fiunt vobis multę eleemosynę, vt oretis pro animabus defunctorum, ita nos male staremus nisi essent bella. Et ideo pax nobis est molesta. Isti autem non sunt boni milites, sed illi qui seruant illud Ecclesiast. 4. vbi dicitur. Pro iustitia agonizare pro anima tua. Auctor quoq; libri qui dicitur facetus c. 10. ait. Quemq; decet patriam defendere tempore belli. Si enim non essent milites parua esset pacis, & securitatis consolatio. Vnde Vegetius libro 3. dere mili, ait. Diuitiarum non est secura possessio nisi armorum defensione serue-tur. Et iterum. Quis dubitat autem bellicam rebus omnibus esse potiorem, per quam libertas retinetur, & dignitas prouincię propagatur & conseruatur impiom? Quarto ad bellum iustum requiritur animus rectus, vt non ex odio vel affectione vindictę, vel propter cupiditaté bellū fiat, sed ad correctioné, vel ꝓpter caritatem siue iustitiā, & obedientiā c. quid culpatur & c. militare 23. quæst. prima. Quinto requiritur auctoritas superioris 23. quęstione prima capitolo quid culpatur & q. secūda capitulo. Dicit enim imperator. C. vt armorum vsus Inscio principe interdictus sit l. prima. libro vndecimo. Nulli prorsus nobis inscijs atq; inconsultis quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur. Dicit quoq; Hostien. in summa in ti. de peni. §. quibus. ver. quid de rapina, quòd bellum potest etiam fieri auctoritate ecclesiæ puta episcopi, præcipue quando pugnatur pro fide, vel contra eū qui pro peccato mortali excommunicatus non vult parere. Qualiter autem possint bella mouere inferiores a principe, & qua auctoritate ponit Panormitanus in dicto c. sicut de iure iurando.

SEcundum documentum dicitur miserationis. Debetis enim seruare consilium beati Ioannis Baptistę quòd dedit militibus. Lucę tertio dicens Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis & contenti estote stipendijs vestris. Sed heu quia multi reperiuntur milites in quibus verificata est sententia Lucani libro. 10. dicens. Nulla fides, pietasq; viris qui castra sequuntur. Tertiū documentum dicitur obeditionis. Vnde

dicit

dicit Vegetius lib.2.de rē mili. q milites quando ascribunrur militiæ iurāt se omnia strenue facturos quæ præceperit imperator. Ideo dicitur in l.3.§. in bello.ff. de re mili. q transgrediens mandata sui imperatoris debet capite puniri. Non debet tamen aliquis obedire in his quæ sūt contra animam.11.q.3.c.Iulianus.

De 4. Documento.

QVartum documentum dicitur aggressionis. Debent enim milites audacter,& animose aggredi pugnam,quia inquit Salustius in catilinario. Semper in bello his maximum est periculum, qui maximè timent. Audacia vero pro muro habetur,& Virgilius.2.Enei.ait.

Vna salus victis nullam sperare salutem.

Ideo Gualfredus in poetria c.30.dicit.
Si timor incuruet mentē simulario vultū
Erigat, & clypeo vultus succure rimori.
Vt si mēs timeat,facies velit ipsa timeri.
Imo magis sperare velis, monstresq; ferocem
Esse magis aīum, si corpus debile mēs sit
Fortis,& exiguas vites supplere memēto.

Spe gaudij Ait enim Gualterius de Castilione lib.4. Spes sane resuscitat egrum agmen, & in vultu victoria visa sedere. Virgilius quoq; in 10.Enei. inquit Audaces fortuna iuuat timidosq; repellit. Et ideo præceperat Deus Deutero.20. q quādo populus Israel pugnare debebat, duces tribuum prius exclamarent audiēte exercitu. Quis est homo formidolosus & corde pauido, vadat & reuertatur in domum suam,ne pauere faciat corda fratrum suorum sicut ipse timore perterritus est, hæc ibi. Secundum autem canones illi qui fugunt a bello efficiuntur infames 5.q.1. & secundum leges tanquam rei læsæ maiestatis capite puniuntur l. omne delictum.§.qui in acie.ff de re mili. Debetis ergo o milites seruare illud Ecclesiast.4. Vsque ad mortem certa pro iustitia.

De 5. documento militibus dato.

QVintum documentum dicitur morigerati in omnibus, maxime in domibus in quibus hospitamini,& esse hospitibus vestris fideles. Cum enim fides etiam hosti seruanda sit c. noli. 23. q. 1. multo magis amicis. Hoc documentum ponit Vegetius de re mili. lib.3.di. Miles cui bellorum committenda est fortuna moribus debet excellere. Honestas enim idoneum militem facit. Sextum documētum dicitur dimissionis s. voluptatum. Dicit enim prædictus auctor vbi supra, q miles debet esse austerus, delitiarum ignarus, paruo contentus, atq; in laborum malorum tollerantia enutritus. Ait enim auctor libri qui dicit facetus c.10. Nil valet in bello q viuit delitiose. Nec sine duritia bellica palma datur, vnde Paulus inquit ptimæ ad Corint.9 Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet &c. Et ideo Deutero.20. Præcepit Deus vt quando incipiendum erat bellum principes populi exclamarent in exercitu, & manderent quòd illi qui desponsauerant vxorem reuerterentur ad domum suam.

Exageratio contra huius tēporis milites.

SED heu quia multi milites nostri tēporis pugnant cum ebrietatibus, vacant otio luxuriæq;, spurcicias sequuntur. Cumq; ad certamen accedunt, some rijeorum non ferro,sed vino, non lanceis sed caseis, non ensibus sed vtribus, non hastis sed verubus onerantur. Quasi vadant ad conuiuium,non ad bellum. Clipeos habēr optime deauratos scutumq; depictum & gemnis ornatum. Cum tamē vt quidam Philo. inquit. Non pictura vel aurum,aut lapides preciosi, sed scutum diuulsum,fractaq; galea,& diruptus gladius, ac facies vulnerata cedat militibus ad ornatum. Et ideo Ber. in sermone ad milites templi ait. Operitis equos sericis pendulos nescio quos damniculos loricis super induitis. Depingitis hastas clipeos, & sellas, frena, & calcaria auro, & argento circumornatis. Et cum tanta pompa ad mortem properatis. Militaria nō sunt hæc insignia,sed muliebria poti' ornamēta. Nūquid forte hostilis mucro reuerebit auri,gemmis parcet,vel serica penetrare nō poterit? hæc ille. Quāuis ergo militare nō sit peccatū.23.q.1.c.militare. Tñ illi milites q hodiernis tēporibus cū tātis facinoribus militiā exercēt,nō debēt ad pñiam admitti nisi tali militiæ renunciēt c.falsas,de pęni.di.5. Ecōrra vero boni milites placēt Deo. Vñ Aug.ad Bonifacium,& ponit.23.q.1.c.noli ait. Noli existimare neminē Deo placere q armis bellicis ministrat. In his.n.fuit sāctus Dauid. Cui dñs tā magnū testimonium perhibuit. In his etiā plurimi illi' tp̄is iusti tue-

fuerunt, vt Machabeus Iudas, & fratres eius. In his erat ille Centurio de quo inquit dominus. Non inueni tantam fidem in Israel. Hoc ergo primum cogita quando armaris ad pugnam quia virtus tua etiam ipsa corporalis donum Dei est: Si enim cogitaueris hoc esse de dono Dei non facies contra dominum, hæc ille.

DE CONSILIIS DATIS magistris.

SEcundo vobis magistris quatuor documenta trado. Primū quorum dicitur morigerationis. De quo in l. magistros. C. de profes. & medi. lib. 10. dicitur. Magistros studiorum doctoresque excellere oportet moribus primum, deinde facundia. Qui ergo docere vult nō repente, nec temere prosiliat ad hoc munus. Sed iudicio ordinis probatus, decretum curialium mereatur optimorum cō spirante consensu, hæc ibi. Secundum documentum dicitur cognitionis. Debetis enim vos prius bene discere quæ vultis alijs legere. Vt nanq; inquit Arist. 6. Eth. Docilis omnis scientia videtur esse, si ex præcognitis fiat. Et ideo reprehendendi sunt illi qui cum sint ignorantes, præsumunt alios instruere de his quæ ipsi nesciunt. Et verificatur in eis illud Saluatoris dictum. Matthæi. 15. Si cęcus ceco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt c. cum sit, de eta. & qua. vera est enim sententia Ouidij in secundo de tristibus q ait. Quodq; parum notum nemo docere potest, & Vegetius in primo libro de re militari dicit. Quem inuenies qui possit docere quod ipse non didicit? Absurdum est ergo quòd quis velit esse aliorū magister, qui nunquam bonus fuit discipulus. c. si clericatus. 26. q. 1. Tertium documentum dicitur correctionis. Debetis enim diligenter discipulos vestros errantes corrigere. Ait enim Cato secundo. c. sui libri. Cum moneas aliquem, nec se velit ipse moneri. Si tibi sit charus noli desistere ceptis. Sed vt correctio vestra sit fructuosa, debetis seruare dictum prædicti Catonis vbi supra qui ait. Quæ culpare soles ea tu ne feceris ipse. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Hęc autem correctio debet fieri cum humanitate. Ait enim Ambro. in lib. de officijs. Neq; monitio aspera sit, neq; obiurgatio contumeliosa. Dicitur quoq; in l. sed & si quemcunq; in fi. ff. ad legem aqui. q leuis duntaxat castigatio concessa est docenti, & in l. præceptoris. eodem titu. scriptum est. Præceptoris nimia seuitia culpe annumeratur & in l. item quæritur. §. idem iulianus. ff. de actio. em. & dicitur, Magistris leuis castigatio est concessa. De vtilitate autem huius correctionis ait Salomon Prouer. 22. Stultitiam alligatā in corde pueri virga disciplinę effugabit. Debent quoq; magistri seruare documētum. Hic ad Cistertianum di. Magister discipulum corrigat quem ardentioris cernit ingenij. Nam medicus si eessauerit curare desperat. Quartum documentum dicitur instructionis. Debetis enim instruere vestros discipulos doctrina vtili, & non vana & infructuosa. Vnde sicut grammaticæ, ac rethoricæ præceptores legunt orationes & epistolas Tullij. Ita debent aliquando legere epistolas Hieronymi, & alia deuota opera. Nec debent legere tractatus vanos, & lasciuos amorū, & huiusmodi, pro quibus oportebit eos postea pœnitere. Ait enim Iuuenalis lib. 3. satira. 1. Pęnituit multos vanæ sterilisque cathedræ. Et ideo scholares non debent ad tales præceptores accedere. Inquit namq; Seneca lib. 6. epistolarum, epistola. 3. Magna dementia est superuacua discere in tanta temporis egestate. Tales doctores qui semper in curiosis, & arduis fantasmatibus versantur, ostendunt quòd non sine aliquali stultitia sunt. Dicit enim Sene. in lib. de tranquilitate animi. Nullum magnum ingenium sine mixtura dementię fuit. Et in his verificatur illud Hiere. 51. Stultus factus est omnis homo a scientia. Hæc autem scientia est eis nociua. Nam Eccle. 1. dicitur. In multa sapientia, multa indignatio, & qui addit scientiam, addit & laborem. De tali scientia ait Apostolus 1. ad Cor. 8. Scientia inflat. Dimissa ergo hac superba scientia, docete discipulos vestros necessaria, & vtilia. Hæc enim est doctrina Dei qui inquit Isa. 48. Ego dominus docens te vtilia, scilicet ad salutem. Hæc sapientia est quæ mundum in bono statu conseruat. Sap. 6. Multitudo sapientium sanitas est orbis

orbis terrarum. Tales autem doctores & magistri multum merentur. Vnde sicut de parentibus inquit Hiero. ad Saluinā de morte Nembridij, quòd non est parui apud Deum meriti bene filios educare. Ita nos dicere possumus idem de magistris bene discipulos instruentibus qui magnam in cęlo obtinebunt gloriā. Dan. 12. Qui docti fuerit fulgebunt sicut splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Quod etiam affirmat saluator Matth. 5. di. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cęlorum.

Scientia medicinæ, & legis, est a Deo.

SI autem quæratur quæ scientia sit dignior, medicinalis an legalis? respondet Aug. de Anchona, in lib. de potestate ecclesiastica, quòd habent se sicut excedentia, & excessa. Verum quia hæc quæstio est odibilis in determinādo, nec vsq; nunc bene decisa, iuxta illud Horatij in poetria. Et adhuc sub iudice lis est. Vnde multis disputationibus contenderunt inuicem sub duce Mediolani iuristæ cum medicis. Ipsi enim iuristæ elegerant patrem meum dominum Laurentium pro suo aduocato. Medici vero fratrem eius, scilicet magistrum Matthæum de Busti. Quorum vterq; multis argumentationibus probare nitebantur excellentiam suę scientiæ. Et quòd professores eius debēt præcedere professores alterius. Et tamen nihil determinatum fuit. Nisi quòd quidam Bassianus Histrio iocosus, interrogatus a dicto principe quid sibi videretur respondit. Quod iuristæ debebant præcedere, & medici eos sequi. Quia latro semper præcedit, quem carnifex sequitur. Ideo pro nunc solum dico ꝙ vtraq; scientia est a Deo. De medicina enim dicitur Eccle. 38. Altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam. De legistis autem inquit Deus Prouer. 8. Per me legum conditores iusta decernunt. Item vtraq; scientia est valde necessaria hominibus. Medicina ad sanationem corporum, iura ad pacificum victum hominum, vt dicitur in. §. facte sunt leges 3. di. Et vtriusq; peritus multū debet ab hominibus honorari. De scientia enim ciuili scriptum est in. l. §. proinde. ff. de vari. & extra. co. Est quidem res sanctissima iuris ciuilis sapientia quæ precio nummario non est extimanda, nec dehonestanda. De medico autem præcipitur. Eccl. 38. vbi dicitur. Honora medicū, propter necessitatem illum enim creauit altissimus, & a Deo est omnis medela. Debent ergo medici, & legistæ seruare illud Apostoli ad Roma. 12. Honore inuicem præuenientes. Et non alter alterum contemnere, & irridere.

DE DOCVMENTIS datis scholaribus.

PRimum documentum quod vobis scholaribus trado dicitur affectionis, scilicet ad addiscēdum. Vt enim dicitur in. l. apud iulianum. ff. de fideico. liber. Cupiditas discendi est optima ratio viuendi. Vbi enim non est scientia nō est bonum. Prouer. 17. Et nihil habet rationalis creatura quo a cæteris animalibus differat, quàm vsum rationis quo scit discernere inter verum, & falsum, & inter bonum, ac malum facere differentiam. Iste autem rationis vsus sine dirigente, & illustrante scientia recte haberi non potest. Et ideo scientia quæ est donum spiritus sancti. Isa. 11. Qua velut lucerna lucidissima in obscuris tenebris huius terri seculi radiamur. Quæ etiam est scutum contra hæreses, & fuga ac exterminatio ignorantiæ. Et tutela contra antiqui hostis insidias, est omnibus necessariā ad recte ambulandum, & perueniendum ad patriam. Quod probatur quadruplici ratione, scilicet perfectionis, illustrationis, appetitionis, & fructificationis. Fundamentum primæ rationis, quę dicitur perfectionis, ponit Philo. 2. Metaphy. dicens, quòd humana natura est multipliciter ancilla, & multis angustijs oppressa. Et ideo inuenta est ars vt suppleat defectum naturæ. 6. Polit. Quę ars est habitus quidam cum ratione factiuus 6. Ethic. Et ideo imitantur naturam, & rationem quantum potest. 2. Phisico. & l. adoptio. ff. de adop. Propterea diffinitur natura a philosopho in 2. Phisi. quòd est principium motus & quietis eius in quo est primo, & per se, & non per accidens. Quasi dicat. Vt perfecte quiescat natura, mouetur ad artem. Et ideo Seneca di-

Scientiā est se oībus necessariā ad recte ambulandum & probatur.

ca dicit ad Lucillum scribens. Dociles natura nos edidit. Et Hiero. in prologo bibliæ. Comparat naturale ingenium molliceræ quæ indiget artifice informante. Et Tullius in tuscu. quæsti. lib. 2. ait. Sicut ager quantumcunq; fertilis absq; cultura fructuosus esse non potest, ita sine disciplina animus, & doctrina. Et Ouidius in 5. de tristibus inquit. Fertilis assiduo si non renouetur aratro. Non nisi cum spinis germen habebit ager. Quia ergo animus cum corpus intrat, est tanquam tabula rasa perfectibilis per scientiam, 3. de anima. Et intellectus est in potentia ad omnia, & non reducitur ad actum eorum nisi per scientiam. 2. de anima. Quæ quidem scientia est perfectio animæ, vt ibidem dicit commentator Auerois. Et omne imperfectum naturaliter appetit suam perfectionem. 5. Metha. & 2. Phisi. Ideo quilibet affectat scientiam. Nam vt multi philosophi dixerunt & etiam magister sen. in 2. di. 1. Anima posita est in corpore vt scientijs perficiatur. Ergo patet propositum. Secunda ratio dicitur illustrationis. Ambulantibus enim nobis in regione vmbræ mortis necessaria est illustratio quædam. Et hoc est propter multa pericula, & dæmonum insidias. Et in figuram huius Deus educens populũ Israel de Ægypto præcedebat eum in nocte in columna ignis. Exo. 13. Hæc autem illustratio est scientia contra tenebrositatem ignorantiæ, quæ est mater cunctorum errorum, vt dicit concilium Toletanum in c. 1. 38. di. Ergo &c.

3. Ratio sciẽtiam esse necessariã ostẽdens.

Tertia ratio dicitur appetitionis. Deus enim non dedisset homini naturalem appetitum, nisi esset reducendus ad actũ. Quia ipse Deus, & natura nihil agũt frustra primo de cœlo, & mundo. 3. de anima & primo Phisi. Sed vt ait Philosophus 1. Methaphi. Omnes homines naturaliter scire desiderant. Quod etiam dicit Tullius in tuscu. quæsti. & Lac. in 1. diui. instit. Et ideo iurisconsultus in d. l. apud Iulianum. ff. de fideicom. liber. dicit. Si pedem in fouea haberem adhuc addiscere quid vellem. Et ratio est, quia omnes res naturaliter habẽt inclinationem ad propriam operationem in qua etiam delectantur, vt aues ad volandum, pisces ad natãdum, & calidũ, ad calefaciendũ &c. Sed propria hominis operatio est intelligere. Philosophus in 3. de anima. Et primo Ethic. & Tullius in primo de offi. & Quintilianus in primo de oratoria. insti. In quo differt ab alijs animalibus. Sine scientia enim homo appellatur animal brutum, dicente Dauid Psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit, idest intelligere neglexit. Comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Et idem psalmista inquit. Nolite fieri sicut equus, & mulus in quibus nõ est intellectus. Et Aug. ad hær. ait. Quid enim homo sine literis reputatur? Nunquid non bos vel asinus, non equus, vel mulus quibus non est intellectus. Vnde interrogatus Solon Atheniensis quid esset diues sine litteris respondit. Ouis aureo vellere, & Diogenes videns diuitem litterarũ ignarum sedentem super lapidem dixit. Lapis super lapidem sedet. Quidam autẽ alius philosophus dixisse fertur quod tantum distant docti ab indoctis quantum homines a bestijs. Et Diogenes cum asceẽdisset in locum eminentem & clamasset. Venite homines. Multis de turba ruentibus dixit. Non vos vocaui, sed homines. Non enim vos homines estis qui non datis operam scientiæ. De hoc appetitu sciẽdi loquitur Hiero. in prologo bibliæ di. Legimus in historijs veteribus quosdam lustrasse prouincias, transisse montes, & nouos adijsse populos vt eos quos ex libris nouerant palam coramq; viderent. Et ibi loquitur de Pithagora, & Platone, & de Apolonio magno philosopho, ac de alijs multis qui prædicta fecerunt discẽdi causa, licet in patria sua essent aliorũ præceptores, & magistri. De hoc etiam appetitu loquitur Lac. in principio primi libri diui. insti. di. Magno & excellenti ingenio viri cum se doctrinæ penitus dedissent, quicquid laboris poterat impẽdi, contemptis omnibus publicis, & priuatis actionibus, ad acquirendæ veritatis studium se contulerunt existimantes multo esse præclarius humanarum diuinarumq; rerum inuestigare, ac scire rationem, quàm struendis opibus, aut cumulandis honoribus inhærere, hæc ille. Vt autem appetitus iste compleri possit oportet discere cupientem intento esse

animo ad studium; vt inquit Tullius in tuscu. quæst. lib 4 Et ideo Eccle. 6. dicitur. Si inclinaueris tuam excipies doctrinam. Et si dilexeris audire sapiens eris.

4. Ratio ad idem. QVarta ratio dicitur fructificationis. Innumeræ enim sunt scientiæ vtilitates. Facit enim hominem honestum, & virtuosum. Vnde in primo de officijs inquit Tullius. Primus honestatis locus qui in veri cognitione consistit, maxime naturam attingit humanam. Item est bonum quod nobis auferri non potest, sed hominem sequitur quocunq; perrexerit; dicente Boetio in primo de consola. Has saltē nullus potuit peruincere terror. Ne nostrum comites prosequerentur iter. Vnde vt refert Valerius maximus, & Tullius in paradoxis lib. 1. Bias philosophus qui fuit vnus ex septem sapientibus Greciæ, cum capta ab hostibus patria sua alij compatriotæ eius fugientes preciosa, quæ habebant asportarent, & ipsum ad similiter faciendum inuitarent. Ille respō dit. Omnia mea mecum porto. Nihil enim suum reputabat nisi scientias, & virtutes. Et ideo Sene. ad Lucil. scribit. Lauda hominem in eo quod ab eo nunquā eripi potest, & quod est proprium hominis inquātum homo. Hoc autem est animus bene institutus & ratio perfecta. Scientia quoq; est illa per quam Deo assimilamur *Scientia Deo assimilamur & ab ipso amamur.* Gen. 3. Eritis sicut dij scientes bonum, & malum, & Tullius in lib. de natura deorū inquit. Nihil est per quod magis dijs immortalibus assimilemur quā per ipsum scire, P. opter ipsam autē sciētiam a Deo amamur. Vnde philosophus. 10. Ethi. dicit q̄ Deus valde curat de his qui diligunt intellectum tanq̄ de suis amicis. O scientia peramāda. Tu es illa de qua Aristoteles loquens ait. 10 Ethi. q̄ homo per scire & intelligere coniungitur Deo, & substantijs separatis. Et ideo non est mirum si omnes te affectant. Vnum quodq; enim naturaliter desiderat coniungi suo principio, dicente Maximiano poeta. Ortus cuncta suos repetūt, & Boetio in lib. 4 de conso. Repetunt proprios cuncta recursus, reditu q; suo singula gaudent. Nec vlli manet stabilis ordo, nisi fini iunxerit ortum. O vtilissima scientia tu es finis p pter quem creati sumus. Nam vt inquit Aug. in lib. Enchi. & magister in 2. di. 1. Fecit Deus rationalem creaturā vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. Et ideo cum omnia desiderent pertingere ad finem suum. 2. & 8. Phisi. Non est mirandum si ab omnibus appeteris. Videmus enim nunc per speculum in enigmate. Tunc facie ad faciem. 1. ad Cor. 13. Idest per te hic habemus aliqualem de Deo cognitionem, sed in celo habebimus claram notitiam. O scientia desiderabilis. Tu es illa quæ facis homines *Multa in laudem scientiæ.* nobilissimos. l. prouidendum. C. de postu. Vnde stoici dicebant omnes sapientes, & doctos liberos esse, & Tullius in paradoxis inquit. Nullus vir doctus seruus, aut ignobilis esse potest, nisi forte volutabro vitiorum fuerit infectus. Et in primo libro de anima Aristo. ponit scientiā esse de numero bonorum honorabilium. Et in primo Politi. idem philosophus inquit, quòd homines ratione & intellectu vigentes naturaliter sunt domini, & recto res aliorum. Et ideo in primo de officijs inquit Tullius. Omnes trahimur, & ducimur cognitionis scientieq; cupiditate, in qua excellere pulchrum putamus. Refert quoq; Aulus Gellius quòd dum Aristoteles Alexandri magni præceptor libros de phisico auditu publicaret, recepit ab ipso Alexandro epistolam in hæc verba prorumpentem. Ægre fero quòd ea quæ a te hausi, & didici in publicum probtearis. Ego enim non tam cupio & delector opibus, & potentia alios excellere, quantum litteris & doctrina præstare, hæc ille. Propter quod paucos videamus qui in litterario conflictu alijs cedere velint. Sed vnusquisq; etsi non in existentia, saltem in apparentia alios excellere satagit, atq; alijs doctior apparere. Vnde Martialis ait. Diuitias & opes frequens donabit amicus. Qui velit ingenio cedere rarus erit. Salomon autem Sap. 7. de sapientia inquit. Præposui illam regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in cōparatione illius. Nec comparaui illi lapidē preciosum, quoniā omne aurū in comparatione illius arena est exigua, & tantū lutū extimabit argentū in cōspectu eius. Et Prouer. 1. etiam ait. Doctrinam magis-

gisquam aurum eligite. Melior est enim sapiétia cũctis opibus, & in omnibus quæ desiderantur, huic non valent comparari. Propter quod inquit Tullius in 2. de offi. Optima hæreditas a parentibus liberis traditur, & omni patrimonio pręstantior dignitas virtutis. Cum ergo omnia bonum appetant vt a philosopho dicitur 1. Ethi. 1. Retho. 3. Topi. & 4. Metha. Ideo cum scientia sit tam bona, & vtilis ab omnibus desideratur. Vt enim inquit beatus Tho. 2. 2. q. 188. ar. 5. Studia litterarum dirigunt, & coadiuuant hominem ad contemplandum diuina, illuminando intellectum. Item auferũt ea quæ possunt nos impedire a statu salutis, fugando errores. Item conferunt ad euitandam carnis lasciuiam. Vnde Hiero. ad Rusticum ait. Nũquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber. Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. Item ꝓsunt ad auferendam cupiditatem diuitiarum, atq; auaritiam. Ait enim Salustius in catilinario. Auaritia pecuniæ studiũ habet, quam nemo sapiens concupiscit, hæc ille. Ad adipiscendam ergo scientiã omnes anhelate. Ait enim Lactan. in pri. diuinarum insti. Nullus est animæ suauior cibus, quàm perfecta cognitio veritatis. Et philosophus. 10. Ethi. inquit. Philosophia habet admirabiles delectationes. Et etiam in 2. Politi. dicit, quòd qui vult delectari sine tristitia ad philosophiã recurrat. Vnde Tullius in 2. de offi. de philosophia loquens ait. Siue delectatio quæritur animi, requiesq; curarum, hæc ars est per quam eas res assequimur. Maximum enim solatium & lenimen in aduersis conferunt studia litterarum. Et Boetius in 3. de conso. dicit, ꝙ philosophia est summum lassorum animorum solamen. Et in primo libro eiusdem operis canit. Gloria fęlicis olim viridisq; iuuente. Solantur mœsti nũc mea fata senis &c. Et Tullius ad Lucium luceium scribit. Quod enim mihi poterat esse profugiũ spoliato forensibus, & domesticis ornamentis, nisi litteræ quibus assidue vtor? Et idé in epistola ad Balbum. Vnum est inquit refugium doctrina, & litteræ quibus semper vsi sumus. Quæ secundis in rebus delectationem modo habere videbantur. Nũc vero etiam salutem. Et ideo omnes rogemus Deum cum psalmista dicentes. Bonitatem & disciplinam & scientiã doce me. Vt enim sapientissimus Plato dicere consueuerat. Si sapientiæ forma oculis corporeis videri posset ad amorem sui maxime excitaret.

2. Documentum scholaribus datũ.

SEcundum documentum dicitur humiliationis. Vt non dedignemini ab omnibus discere, & a paruulis c. nullus. 38. di. Exemplum sancti Aug. qui non dedignabatur a paruulo nõdum annicu lo doceri. 24. q. 3. c. si habes. Sæpe enim iuuenes intelligunt quod a nullo senum prætéritorum fuit intellectum. Quanto enim iuniores, tanto sunt perspicaciores, vt dicit glo. in. l. gallus, super verbo. si filius. ff. de libe. & postu. Vident enim scripta antiquiorum, & facile est inuentis addere philosophus. 2. Elen. Vnde inquit Seneca lib. 5. epistolarum, epistola. 4. Patet omnibus veritas. Nondum est occupata. Et multa ex illa etiam futuris relictum est. Ea propter multi in ignorantia permanent, quia ab alijs discere non curant, credentes se aliorum doctrina nõ indigere, iuxta illud Senecę in libro de tranquilitate animi, qui ait. Puto multos ad sapientiam peruenire potuisse, nisi putassent se peruenisse.

3. Documentum.

TErtium documentum dicitur creditionis, de quo inquit philosophus 1. Elen. Oportet credere eum qui addiscit. Ait enim B. in sentẽtijs suis. Vnicuiq; in arte & facultate sua perito credendũ est. Et idem dicit Aristo. 1. Poste. Quod vt esse possit, debent magistri rationabilia proponere, quia vt dicitur in c. decretales. 20. di. Quanto quis magis ratione nititur, tanto maioris auctoritatis eius verba esse videntur.

4. Documentum scholaribus datũ.

QVartum documentum appellaꝰ memorationis, scilicet eorum quę legeritis, & audieritis, conseruando ea in memoriã, quæ a philosopho in 3. de anima appellatur arca omnium specierũ. Et a Seneca in proemio declamationum dicitur res ex omnibus animi partibus maxime delicata. Vnde Goffredus in poetria canit. Cellula quæ meminit est cellula delitiarum. Et Tullius in 3. rethoricę appel-

appellat memoriam thesaurariam inuentorum. Quia vero ipsa memoria est res infirma.l. peregre.ff. de aequiren. pos. & argumentum.ff de adi le.l.filio,& est labilis.l.si arbiter.ff.de proba.&.l.iubemus C.de testa. Vnde dicitur quòd nullius obliuisci potius est diuinum quàm humanum.l.2.§.sed quia diuinæ. C. de vete.iu.enuc.& alias allegatur.§.si quid autẽ. Quod etiam notatur per glosam in c. porrecta.de confir. vti. vel inuti. & in c. cum a Deo,de rescrip.& in c. illud dominus,de cle.ex.mi. Ideo debemus illam excitare quotidie. Quia vt dicit Tullius in primo rerho. Memoria nihil perdit nisi id ad quod non sæpe respicit. Ad istam autem memorationem respicere debemus exemplo beatæ virginis Mariæ de qua dicitur. Lucæ.2. Maria conseruabat omnia verba hæc in corde suo, scilicet q̃ dicebantur de filio suo. Specialiter autẽ q̃ præcipue debet quisq; traddere memoriæ ea quæ sont magis vtilia, quia ipsarum fructu considerato melius, illa retinebit. Scriptum est enim in cle. vnica. §. huius memorialis, de reli. & ve.tan. quòd illud memoria districte retinetur cuius donum aspicitur. Contra q̃ faciũt multi, dicente Oratio, in epistolis. Discit enim citius, meminitq; libentius illud. Quod quis derridet, quã quod probat, & veneratur. Vt autem prædicta seruare valeatis, debetis facere illud quod ait Seneca, lib. 11. epistolarum, di Debemus apes imitari quæ vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt. Deinde quicquid attulere disponunt, ac per fauos dirigunt. Sic igitur & nos debemus quæcunque ex diuersa lectione congessimus separare. Melius enim distincta seruantur. Deinde adhibita ingenij nostri cura, & facultatem vnum saporem varia ista libamenta confundere, hæc ille. Et idem in libro de beneficijs, dat aliud documentum quod seruari debetis, si quæ didicistis memoriæ vultis retinere di. Solet plus prodesse si pauca præcepta sapientiæ teneas, & illa in promptu & vsu sint, quàm si multa quidẽ didiceris. Sed illa non habeas ad manum. Inquit etiam prædictus doctor in lib. de tranquilitate animi. Onerat discẽtem turba librorum, non instruit. Multoq; sanctius est paucis auctoribus te tradere, quàm errare per multos. Vt enim ait Salomon Eccle. 12. Faciendi plures libros nullus est finis.

Quintum documentum dicitur perseuerationis & continuationis. Ad quod hortatur Cato in suis documentis di. Multa legas facito, perlectis perlege multa. Et iterum. Discere ne cesses, cura sapientia crescit. Vt enim inquit Salustius in catilinario. Vbi intenderis ingenium valet. Terentius quoq; ait. Nihil tam difficile est quin inquirendo inuestigari possit. De hoc etiam habetur exemplum de Aristo. de quo legitur quòd cũ per multum tempus stetisset in studio, & nihil profecisset, desperans se posse addiscere reuertebatur ad patriam. Cumque propter pluuiam sub quodam tecto aliquamdiu moraretur, vidit aquam descẽdentem de tecto excauãtem petram, iuxta illud Ouidij in 4. de ponto. Guta cauat lapidem non bis, sed sępe cadendo. Et tunc excogitauit in animo suo, dicebatq; illud quod ponit idem Ouidius in primo de arte aman. Quid magis est durum saxo, quid mollius vnda? Dura tamen molli saxa cauantur aqua. Quo exẽplo reuersus est ad studium, sciens verũ esse quod inquit Tullius in 3. de oratore di. Non est tanta in rebus obscuritas, vt eam non penitus acris viri ingenium cernat, si modo aspexerit. Perseuerans igitur Aristo. in studio magister super omnes alios est effectus. Vnde legitur quòd imago ipsius Aristo. fuit deportata cuidam philosopho, qui nesciens cuius esset dixit. Homo iste est valde rudis ingenij, & luxuriæ deditus. Quod cum dictum fuisset Aristotili ipse affirmauit sic se esse ex sua naturali complexione. Et admirantibus discipulis quare esset ita doctus, & castus, respondit. Continuum studium me fecit ingeniosum, abstinentia vero castum. Debetis igitur o scholares perseuerare, nec labore studij ab inceptis desistere. Quia vt legitur in cronica de nugis philosophorum c.28. Aristo. solitus erat dicere. Doctrinæ quidẽ radices esse amaras, sed fructus dulces. Item interrogatus quid intersit inter doctos, & indoctos respondit. Quantum interest inter viuos & mortuos. Item dicebat. Doctrin in prosperi-

5. Documentum scholaribus datũ.

speritatiaus esse decorem, in aduersitatibus vero refugium. Ideo Eccle. 6 inquit sapiens. A iuuentute tua excipe doctrinam, & vsq; ad canos inuenies sapiétiã. Quod vt melius fieri possit debent scolares illud diligenter obseruare quod metrice dicitur. Sæpe rogare, rogata tenere, retenta docere. Hæc duo discipulum faciunt superare magistrum.

6. Documentum.

Sextum documentum dicitur honorationis. Debetis enim vestros magistros venerari. Inquit enim auctor libri rudium lib. 1. Quiq; vicem domini retinet de iure magister. Dignus honoris ob hoc quisq; magister erit. De hoc etiam loquitur Arist. 8. Ethi. dicens, quòd magistris nō potest æquiualens reddi. Et ideo debetis eis de salario suo satisfacere. Quia vt ait Hiero. super Matth. Honor in scripturis non tantum in salutationibus & officijs deferendis, quantum in elemos. ac munerum oblatione sentitur.

7. Documentum scholaribus datū.

Septimum documentū dicitur electionis. s. cuius scientiæ potius operã dare debeatis. Nam omnibus scientijs operam dare perfecte, est impossibile. Cum vnaquæq; requirat totum hominem, a quo etiam tota percipi nō pōt, quia vita est breuis, ars autem longa, experimentum verò fallax, vt dicit Hippocrates. Ideo legitur ꝙ cum quidam scolaris nesciret cui potius scientiæ inhærere deberet, visum est ei ꝙ esset in maxima scola, in qua erãt omnes scientiæ in specie ornatissimarū, & pulcherrimarū mulierū, siue reginarū, quæ eum certatim singulæ incitabant vt eas præeligeret. Primo aūt processerunt septem scientiæ liberales quæ ita appellanť, quia antiquitus soli nobiles, & liberi studebant in eis. Itē quia ordinant ad opera tm̄ per aĩam exercitandam. Itē quia liberę informant intellectum nostrū sine magna difficultate. Et ob hãc causam Methaphi. non dicitē ars liberalis, quia est nimium eleuata. Nec Phisica, quia est nimium immersa materiæ. Tres autē prædictarum scientiarum liberalium pręcedentes manibus se tenebant. s. grammatica, logica. & rethorica, quæ dicuntur triuiales, quasi tribus vijs in vnum tendentes, idest in sermonem. Quia grammatica considerat de sermone congruo, vel in congruo, logica vero de sermone vero, vel falso, rethorica autem de sermone ornato vel inornato. Alię vero quatuor dicuntur quatriuiales, quasi quatuor vijs tendentes in cognitionem quantitatis. Quia Arismetica est de quantitate discreta non contracta. Musica de quantitate discreta contracta ad sonum. Geometria de quantitate continua non contracta. Astrologia vero de quantitate cōtinua contracta ad motum. Post prædictas autem septem scientias venerũt alię. Primo ergo processit grammatica exhortans prædictum scolarem vt ei operam daret, quia est origo, & fundamentū aliarum scientiarum. Vnde ait Cassiodo. lib. 9. epistolarum, epistola. 21. Grammaticorum scola est fundamentum pulcherrimum litterarum, & mater gloriosa facundiæ &c. Ait autem philosophus 1. Ethi. Magnum influxum habent principia, & auxilium ad consequentia. Videtur ergo plus quàm dimidium totius esse principium, & multa manifesta fieri eorū quæ quæruntur per ipsum, hæc ille. Ille autē scolaris grammaticæ scientiæ respondit est ars difficilis & dubia, ac cōtinens multas falsitates, & ponens contra euangelium, & dicta sanctorum. Nã Priscianus voluit quòd virgo sit tantum generis fœminini. Cum tamen sancta mater ecclesia in officio sancti Ioannis Euang. dicat. Virginem virgini cōmendauit. Ideo melius inquit doctrinale. Est communis homo, pariter eum virgine latro. Item dicit Priscianus ꝙ murmur est neutri generis. Euangelium autem dicit q̃ erat murmur multus in populo. Ioannis. 7. & multa similia inueniuntur in grammatica contra sacrã scripturã. Et ideo dr̄ ꝙ valde indignū est verba cęlestis oraculi siue sacræ scripturæ restringi sub regulis grammaticæ vel Prisciani. 38 di. c. indignū & 1. q. 1. c. marchion. Itē Priscianus fuit hæreticus & apostata. Vñ nō potuit bene docere charitatē, aut aliã virtutē. Et solū docuit loqui, & ornare linguã nō aĩam. Sed Paulus ait. 1. ad Cor. 13 Si linguis hoium loquar, & Angelorū. Charitatē aūt nō habeã nihil sum. Itē bene loqui, & male viuere, nihil aliud est q̃ se sua voce dãnare vt ait Aug. Secūdo logica hortata est eū vt studio suo opera daret, vt disceret con-

Perpulchrè ostenditur quæ scientiarum præeligi debeatur.

Hortatur logica vt sibi operã daret.

fun-

fundere omnes, & discernere verum a falso. Respondit ei quòd ait commentator. 8.Phisi.quòd nulla amacitia est quærenda cum logicis, quia negant omnem perfectionem philosophiam, Deũ, ac leges. Et ideo frater Angelus ordinis nostri, q fuit primus minister in Anglia, posito studio logicæ, cum audisset quòd disputabant. Verum sit Deus. Dixit. Non plus fratres, non plus, vt legitur in cronicis ordinis nostri. Hiero. autẽ in c. vino. 37. di. ait, quòd dialecticorum argumenta non tantum tendicula sunt appellanda, sed etiam fantasmata. i. vmbræ quædam & imagines quæ cito pereunt, & resoluuntur. Et c. legimus, eadem di. dicitur. Origenes ciniphes, & ranas quibus Ægyptij sunt percussi, vanam dialecticorũ garrulitatem, & sophistica argumenta intelligit. Tertio rethorica cum poetria incitauit eũ, vt suo studio operam daret, quia ipsa est scientia loquendi dispositæ, & ornate persuadendi, vt ait Tullius in 1. de oratore. Qui etiam in 1. libro artis veteris in proemio inquit. Existimo sapientiam sine eloquentia parum prodesse ciuitatibus. Et in primo de ora. etiam ait. Quid tam iocundum cognitu, & auditu, quàm sapientibus sententijs grauibusq; verbis ornata oratio, & polita? Eloquens autem orator in manu sua animas hominum quodammodo habere videtur. Vnde Plutar. ait, quòd tanta fuit facundia Cice. quòd cum oraret apud Cæsarem pro Quinto ligurio qui fuerat ei aduersarius, facies ipsius Cæsaris versa est in plurimos colores, in signum mutationis animi. Vnde ipse Cęsar victus dulci oratione eũ liberauit. Idẽ quoq; Tullius cũ speculatores à Marco Antonio missi ad eũ occidendũ venissent, tãta facũdia suasit eis, vt desistere vellent. Sed vnus q nõ audierat eius verba superueniẽs eũ occidit, Valerius li. 8. De arte quoq; poetica idẽ faciente ait Horatius in poetria. Vt pictura poesis erit q̃ si ꝓpius stes te capiat &c. Rñdit eis ꝙ sunt sciæ pópaticę, & adulatoriæ. Cũ tñ dicat̃ in. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo cor. ꝙ nõ debem⁹ laudãdo augere malitiã. Itẽ inquit Tulli⁹ in 1. lib. artis veteris. Existimo eloquẽtiã sine sapiẽtia nimiũ obesse plerũq; ciuitatibus, ꝓdesse nunq̃. Et in 2. de oratore idẽ ait. Oratoris ois actio opinionibus, non scia cõtinet̃. De poetria aũt dicit Fulgentius mitologiarũ lib. 1. fabula. 18. Poeticæ garrulitas semper de falsitate ornata est. Vñ Horatius in poetria canit. Pictoribus atq; poetis. Quodlibet audendi semper fuit æqua potestas. Et Ouidius lib. 3. sine titulo ait. Exit in immensũ focũda licentia vatũ. Obligat historica, nec sua verba fide. Et ideo dicit Cato. Nã miranda canunt, sed nõ credẽda poetæ. Dicit quoq; Isi. in c. ideo. 37. di. Prohibet̃ christianis legere figmenta poetarum, quia per oblectamẽta fabularũ nimiũ mẽtẽ excitãt ad incentiua libidinũ &c. Arismetica vero hortata est eũ, vt in addiscenda ipsa intẽderet quæ docet oẽs numeros, & modũ rectè cõputandi. Ille aũt respõdit nõ esse curandũ, de numeris, sed de rebus. Geometria aũt dixit se docere mensurationẽ terrarũ, & lineã, ac superficiem & corporis quantitatem. Cui respondit. Non esse curandũ de mensuris rerum quas tenere non possumus. Musica vero dixit. Ego ostendam tibi optime canere, & sonare in omni musico instrumento, quæ sunt valde delectabilia. Vnde Eccle. 40. dicitur Tibię, & psalterium dulcem faciunt melodiam. Sed super vtrunq; lingua suauis, scilicet in bene canendo. Et philosophus 8. Politi. ait. Omnibus hominibus est delectabilissimum cantare Habet enim musica delectationem naturalem. Propter qd̃ omnibus ętatibus, & omnibus moribus vsus ipsius est amicus. Et Macrobius in lib. de somnio Scipionis, dicit. Omnis anima musicis sonis capitur. Musica enim capit omne, quod viuit. Et Boetius in musica lib. 1. inquit. Nulla est omnino ætas, quæ a cantilenæ dulcis delectatione seiuncta sit. Et Cassiodorus lib. 2. epistolarum, epistola. 40. ait. Nihil efficacius inuentum est ad ꝓmouendum animos, q̃ concauæ citharæ blanda resultatio, hinc etiam appellatam extimamus cordã, qa facile corda moueat. Rñdit aũt scolatis illud Eccle. 40. Vinũ & musica letificat cor. Sed super vtrũq; dilectatio sapiẽtię. Et illud Eccle. 7. Cor sapientis vbi tristitia? Itẽ inquit Nolo intendere sonis & cantibus, quia minat̃ dñs Amos. 8. di. Conuertam festiuitates vestras in luctũ, & omnia cantica vestra in planctum.

Rethoricæ, ac poeticæ hortatio.

Arismeticæ exhortatio, ac reiectio.

Geometricæ, ac musicæ exhortatio, ac earũ reiectio.

Item ad prædictas tres scientias respondit simul illud quod ait Hiero. in c. si qs 37 di. dicés. Geometria, arismetica, ac musica habent in se veritatem, sed non sunt scientiæ pietatis. Tunc astrologia promisit ei cognitionem planetarum, ac cursus eorum. Et prædicere futuros euentus. Scolaris autem similiter eam spreuit dicens illud Ambrosij, quod recitatur in c. legimus. 37. dist in. scilicet quòd astrologia nihil confert ad salutem animæ sed potius nutrit errorem &c. Philosophia autem naturalis promisit ostendere ei rerum naturas. Ipse vero respondit ei quòd ipsa continet multas falsitates. Vt patet quarto Phisico. Et quod multi philosophi tenuerunt quòd anima quando separatur a corpore ingreditur corpora brutorum animalium, vel aliorum hominum. Item vt refert Franciscus de Maiso in primo sen. di. 9. Philosophi tenuerunt Deum necessitate naturali producere creaturas. Quæ omnia sunt falsa. Item in c. nonne 37. di. ait Hieron. quòd ille in vanitate sensus, & in obscuritate mentis ingreditur, qui phisicus perscrutator oculos trans cęlos leuat. Et vltra profundum terræ, & abyssi quoddam inane demergitur. Et ad Col. 2. inquit Paulus. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam. Philosophia autem moralis dixit se docere mores, & gubernationem, ac vitam politicam. Ille respondit quòd etiam ipsa multos continet errores circa mores, ac fidem. Et ideo sapientia philosophorum sine verâ fide reprobatur a Deo. Vnde inquit Paulus primæ ad Cor. tertio. Sapientia huius mundi, stultitia est apud Deū. De ipsis autem philosophis dicit Augu. in homilia quadam super Ioannem. Fuerunt quidam philosophi de virtutibus, & vicijs subtilia multa tractantes, diuidentes, diffinientes, ratiocinantes, acutissimos sillogismos concludentes, libros implentes, suam sapientiam buccis concrepantibus ventillantes. Qui etiam dicere auderent hominibus. Nos sequimini. Sectam nostram tenete si vultis bene viuere. Sed non intrabant per ostium perdere volebant occidere, & mactare, scilicet animas, Metaphisica autem dixit se considerate rerum principia, & quidditates. Cui respondit q etiam ipsa continet multas falsitates. Nam methaphisici non intellexerunt perfecte originem rerum, & creationem ipsarum ex nihilo, dicentes quòd ex nihilo nihil fit, primo Metaphi. & 3. Phisic. & in multis errauerunt circa prædicta. Item non cognouerunt perfecte trinitatem personarum diuinarum, quæ est principium omnium creaturarum. Item non habuerunt cognitionem cœli christallini, nec etiam empirei sicut dicit Scotelus super prædicamentis Aristotelis. Medicina autem dixit se esse valde necessariam, & vtilem. Vnde Cassio. libro sexto epistolarum, epistola decimanona, ait. Inter vtilissimas artes quas ad sustentandam humanę fragilitatis indigentiam diuina tribuerunt, nulla præstare videtur aliquid simile quàm potest auxiliatrix medicina conferre. Ipsa enim morbo periclitantibus materna gratia semper assistit. Ipsa contra dolores pro nostra vtilitate confligit. Et ibi, nos nititur subleuare vbi nullæ diuitiæ, nullaq; potest dignitas subuenire. Nullus assidue iustius legit quā quod de humana salute tractauerit, hæc ille. Hæc quoq; scientia videtur esse iuristis necessaria ad intelligendum an ex vulnere, an vero ex negligentia curandi quis sit mortuus. Et ad cognoscendum quando partus in vtero sit formatus de quo tractatur in l. gallus, circa principium. ff. de libe. & postu. & 5. dist. in prin. Respondit autem scolaris quòd medicina a iuristis computatur inter artes mechanicas vt in l. 1. C. de excusationibus artificum lib. 10. Item ab ipsis iuristis medici appellantur parabolani. l. placet, & l. parabolani. C. de Episcopis, & cle. Item ars medicinæ est longa, & fallax. Et secundum Ambrosium contraria sunt diuinæ conditioni præcepta medicinæ. Nam ieiunia reuocant, lucubrare nō sinunt, & ab omni actione bonę intentionis abducunt. c. contraria, de consecra. di. 5. Ius autem ciuile cępit gloriari dicens suam scientiam esse nobiliorem medicinali arte. Nam primo Ethic. c. 8. ait philosophus. Honorabilior & melior est politica medicinali, secundū aūt legistas sciētia ciuilis est politica. Item leges dicunt sacratissimæ. l. leges. C. de legi. Et ideo

Astrologiæ exhortatio, ac eius reiectio.

Philosophia naturalis hoc idem fecit.

Idē de physolosophia morali scribitur.

Idem metaphysicæ euenit.

Medicinæ exhortatio, ac eius confutatio.

De iure ciuili idem dicitur.

ideo in eis est studendum. Maxime quia in eis agitur de pane lucrando, & diuitijs cumulandis magis q per medicinam. Vnde allegatur versus iste a iuristis. Dat Galenus opes, dat sactio iustitiana. Ex alijs paleas, ex istis collige grana. Respondit autem scolaris q ius ciuile multa mala, & peccata pmittit vt vsuras.ff. de vsur. per totum. Item coucubinas.l. 1.ff. de con cu. Item non vult filium spurium ali a parentibus, auten. licet. C. de naturali. li. quod est crudele, & contra naturalem pietatem. Item est nimis magnum pelagus, & scientia valde incerta propter varietatem opinionum, & incertitudinem veritatis, & est mutabilis, quia imperator potest leges suas corrigere, tollere & mutare. Propter quæ dicitur a logicis non esse vera scientia. Quod asserit burleus super primo Poster. Quia de eo non habetur vera scientia quod potest aliter se habere, libro primo Poster. Item exercitatio in palacijs, & litigijs est plena deceptionibus, & cauillationibus, ac malitijs secundum glosam in.l. ab Anastasio. C. man. vbi ait, q illi qui in palatijs morantur omnia mala nouere. Ius autem canonicum allegauit quod nullum absurdu continet, vt in c. cum contingat. de iure iuran. Cui respondit quòd non punit omnia vt meretricium, & alia multa. Et sæpe procedit per præsumptiones, & est periculosa scientia quando vult determinare de mortali. Item non est stabilis. Nam quod statuit vnus pontifex postea quandoq; alius annullat, & contrarium ordinat, ac seruandum præcipit. Vnde dicitur quòd Romana ecclesia statuta sua secundum qualitatem temporum mutat c. non debet, de consanguinita. & affinita & 25.q. vlt.§. his ita respondetur.

Iuri canonico idem euenit.

Theologia ostendit se alijs scientijs nobiliorem esse, & hoc multis rationibus.

Vltimo theologia allegauit q ipsa est nobilior, & dignior oibus alijs scientijs, probans hoc multis rationibus. Et primo ratione subiecti nobilioris. Nam vt dicit philosophus & commmentator in primo de anima, & in primo Metaph. Et Porphirius in vniuersalibus. Vna sciētia dicitur nobilior altera ratione nobilioris subiecti. Quanto enim subiectum alicuius scientiæ est excellentius, tanto scientia illa est dignior. Cum ergo subiectum theologiæ sit dignius subiecto omnium aliarum scientiarum, concludendum est quòd ipsa est excellentior omnibus alijs scientijs. Quamuis ciuilis hoc sibi vsurpet, vt in prima constitutione digestorum.§. pro responsis, in fine. Licet hoc sit verum secundum quid. Nam lex ciuilis supponitur ethicę, idest morali philosophiæ, quia tractat de moribus. C. de secundis nup. l. 1. Supponitur etiam rationali, quia docet ornate, & ordinate loqui. C. de postu. l. quisquis & ff. de origi. iu. l. 2.§. post hos. Vnde & legem ratio commendat, vt in c. consuetudo, prima di. & insti. de iu. na. ge. & ci.§. quod vero naturalis ratio. Supponitur etiam naturali, quia tractat de naturalibus. ff. de sta. ho. l. q in vtero, & ff. si pars he. pe. l. antiqui. Contiuet etiam sub se militarem. ff. de re mili. per totum. Item economicā, quia tractat de dispositione domus. ff. de suppel. le. per totum, q autē subiectum theologiæ, sit nobilius alijs subiectis cæterarum scientiarum probatē discurrendo subiecta omniū scientiarū. Nam subiectum grammaticalis scientiæ ad quod omnia reducuntur sicut ad principium radicalem est littera, quam vocat Priscianus elementum, quia est minimum In quo stat resolutio ipsius grammatici. Subiectum vero eiusdem scientię ad quod omnia reducuntur sicut ad totū integrale, est oratio congrua, & perfecta. Subiectum rethoricę est oratio ornata. Subiectum logicæ est sillogismus. Circa hoc autem est notandum quòd philosophia rationalis diuiditur in artem nouā, & veterem. Et non dicitur noua vel vetus ratione prioritatis, vel posterioritatis. Sed quia vetus tractat de terminis remotissimis, scilicet de nomine, & verbo, de quinq; vniuersalibus, de prædicamentis & de enunciatione, ac de partibus eius. Noua vero tractat de terminis propinquis, scilicet de sillogismo, & reliquis. In veteri sunt tres libri, scilicet isagogæ, idest introductiones seu vniuersalia Porphirij. Et huius subiectum est prædicabile seu vniuersale. Item prædicamenta Aristotelis, quæ græce dicuntur chategoriæ, quorum subiectum est prædicamentum. Item liber Periermin ias,

minias, idest interpretationum, quia per nomen, & verbum interpraetantur nostri conceptus mentis, cuius subiectum est enunciatio. In noua vero sunt quatuor libri, scilicet Topicorum, idest locorum, cuius subiectum est sillogismus probabilis. Et liber priorum, cuius subiectum est sillogismus in communi simplici, & non contracto. Et liber Elencorum, idest dilucidatorium, cuius subiectum est sillogismus falsificus litigiosus, & apparens, ac elenchus, quod idem est, ab elois graece quod est sol latine. Item liber posteriorum, cuius subiectum est sillogismus demonstrationis, scientificus, & necessarius. In philosophia autem naturali, subiectum libri physicorum est corpus mobile, libri de cęlo, & mundo corpus mobile ad locum. Subiectum libri de generatione, & cor, corpus mobile ad formam, libri Methaurorum corpus mixtum imperfectum. Et dicitur imperfectum quia ad productionem eius non concurrunt quatuor elementa. Sed aliquando tria, aliquando vero duo. Vt ros, pruina, & grando. Subiectum libri Mineralium est corpus mixtum perfectum. Ad cuius productionem concurrunt quatuor elementa, sed est inanimatum. Vt ferrum, plūbum, aurum, argentum, & huiusmodi. Libri de anima corpus animatum vel anima, libri de vegetabilibus, & plantis, corpus vegetabile, libri de paruis naturalibus corpus sensitiuum. Subiectum autem medicinae est corpus humanum sanabile. In philosophia vero supernaturali subiectum Metaphisicae est ens in quantum est in abstracto. In philosophia morali, subiectum libri Ethicorum est modus bene viuendi circa seipsum, libri Economicae, modus bene viuendi circa morale regimen familiae, libri politicorum, modus bene viuendi inter ciues. In scientijs vero mathematicis subiectum astrologiae est corpus cęleste, in quātum influit circa ista inferiora. Geometriae est linea, vel quantitas continua. Perspectiuae linea visualis Arismeticae quantitas discreta, numeralis siue numerus. Musicae est quantitas discreta contracta ad sonum siue sonus. Subiectum iuris ciuilis secundum Ioannem de Legnano, & Panor. in prologo decretaliū est homo politicus dirigibilis constitutionibus legalibus, in bonum simpliciter humanū, & mundanū. Subiectū iuris canonici est homo catholicus dirigibilis constitutionibus ecclesiasticis in bonum simpliciter mundanū, & diuinū. Et ideo praefert ciuili, quia participat de theologia, ciuili. Vn̄ vtriq; cōicans nomen propriū sortita, scia canonica appellat. Sicut ius emphiteoticum non est venditio nec locatio, sed cōtractus p se, vtriq; participans. C. de iure emphi. l. 1. Et de hac scia legit. 3 t. di. cap. nicena. Vbi dicitur. Nicena sinodus volens corrigere hominum vitam in ecclesijs commorantium, posuit leges quas canonicas vocamus &c. Vnde scientia canonica appellat scientia scientiarum in c. cum sit, de eta. & qua. Quia per eam tam spiritualia, q̄ tēporalia possunt bene regi. Et ideo ab oībus debet recipi & teneri. 19. di. c. n. vero. Et alijs sciētijs est prę ponenda excepta theologia. c. de libellis. 20. di. & c. 1. in fine. 10. di. Et omnes eius auctoritate duci debent nō sensu proprio. c. 1. de consti. Vnde dicit imperator q sacrae leges non dedignant sacros canones imitari. §. si vero, ecclesiasticam in auten. vt cle. apud propri. Episcopos, con. col. 6. & in auten. de mona. in fi. col. 1. Et idem habetur in c. clerici, de iudi. & in c. vlt. de secū. nuptijs. Et praedicta intelliguntur tā quo ad ciuilia q̄ quō ad ecclesiastica. Quia dicit idē imperator, q per oīa vult sequi sacra regulas, & q sacrae regulae pro legibus valere debēt. Et quicquid cōstituit catholica, & apostolica ecclesia in autē. q̄uo opor. Epos. §. 1. & §. ergo ordinatus Epus. col. 1. Qui autem oīa dicit nihil excipit, imo quodlibet comprachendit ff. de he. e. insti. l. in hoc articulo, & de maiori, & obe. c solitę. §. nos aūt Propterea Host. in proemio suae summae cōparat ius canonicum speciei mulinae, quia mixta est, tractans de spiritualibus, & mūdanis. Ius vero ciuile speciei asinine quia solū de mūdanis tractat. Sed tn̄ hoc nō videt verum, quia etiā de spiritualibus tractat, vt in ti. de summa tri. & fi. cath. & in multis alijs titulis codicis, & etiā digestorū. Vt de iureiu. & simi lib. Sacrā vero scripturā cōparat Host. vbi sup. speciei eque, qa solū de spūalib. loqui-

loquitur. O sacra scriptura. De quo tractas? Certe de Deo qui est subiectum tuũ vt dicunt theologi in prologo primi sen. Maximè Ricar. q. 6. Et Tho. prima parte summæ. q. 1. ar. 5. Vbi probat theologiam esse alijs scientijs digniorem. Vnde dicitur theologia a theos quod est Deus, & logos qđ est sermo, quasi sermo de Deo, quòd autem Deus sit subiectum ipsius theologiæ patet per philosophum primo Poste. vbi ait, quòd illud est subiectum in scientia, cuius per se proprietates considerat illa scientia. Sed sacra scriptura, & theologia considerat Dei proprietates & operationes. Ergo Deus est subiectum in ea. Theologia. n. primo tractat de Deo secundum rationem suæ naturalis perfectionis. Et quia intra diuinã perfectionẽ cõpræhenduntur attributa diuinę essentię personarũ emanationes, & diuinæ proprietates. Ideo de illis tractatur in primo sen. Secundo tractat de Deo in quantũ eius perfectio relucet in operibus cõditionis. Et sic tractat de creatione rerũ. De creaturarum distinctione, & distinctorũ ordinatione. Et hoc in secundo libro. Tertio vero tractat de Deo in quantũ eius operatio relucet in operibus restaurationis, & multa opera cõpræhenduntur facta a Christo, vt de natiuitate & passione &c. Et de his tractat in 3. lib. Quarto tractat de perfectione ipsius in quantum relucet in operibus sanctificationis. In quibus intelligo virtutum infusionem, & sacramentorum nouæ legis institutionem. Et de infusione virtutum tractatur in fine ipsius tertij libri. De sacramentorum vero institutione in quarto libro. Item de operibus retributionis. Ibidem. Et sic patet quòd omnia quæ considerantur in sacra scriptura siue theologia, aut spectant ad Dei intrinsecam perfectionem, aut ad refulgentiam suæ perfectionis per multiplicem eius operationem. Quia per quãdam appropriationem eius potentia maxime relucet in creatione. Sapientia in administratione, gubernatione, & distinctione. Misericordia in restauratione, & sanctificatione. Iustitia in reprobortum damnatione. Bonitatis affluentia in electorum glorificatione. Cum igitur omnia quæ considerantur in theologia attribuantur ipsi Deo. Sequitur ꝙ subiectũ eius est Deus. Hac igitur ratione theologia oẽs alias scientias excellit. Vnde. 5. Metaph. dicitur quòd sciẽtia de Deo est nobilior quia est de nobiliori subiecto. Et octauo Ethic. & dicitur ꝙ est scientia scientiarum, & habet rationem capitis inter omnes scientias. Et in prologo Metaphi. appellatur dea scientiarum. Ea propter Augusti. vndecimo, de ciuita. Dei capitulo primo inquit. Omnium gentium litteras, omnium sibi genera ingeniorum humanorum, diuina scriptura excellentia, & auctoritate subegit. Dãtes quoque in secundo capitulo inferni in commendationem theologiæ, introduxit Virgilium loquentem Beatrici, quæ theologiæ comparatur. In quibus verbis ostendit ꝙ per theologiam humanum genus transcendit omne quod continetur infra orbem Lunę, & ascendit vsq; ad quintam essentiam. Secundo excellentia theologiæ probatur ratione certioris veritatis. Vt enim ait philosophus, & commentator primo commento primi de anima. Quanto vna scientia certiori demonstratione procedit, tanto est dignior. Et ideo illa scientia quæ procedit per demonstrationem propter quod, idest a causa super effectum, dignior est illa quæ procedit per demonstrationem quia. Idest ab effectu ad causam. Et ideo demonstrationes mathematicæ hac ratione sunt digniores, quia sunt in primo gradu certitudinis. Et naturales sequuntur eas, Linconiensis in primo Poster. Auerrois in secundo Metaphisi. Procedunt enim ex principijs & dignitatibus notioribus nobis. Abstrahentium enim mathematicorum non est mendacium secundo Phisico. Sed theologia hac ratione omnes alias scientias excedit. Nam omnes aliæ scientiæ habent certitudinem ex naturali lumine rationis humanæ. Ipsa vero ex superno luminæ sapientiæ increatæ quę errare non potest, primæ Petri primo. Spiritu sancto illuminati locuti sunt sancti Dei homines. Errare. n. non potest circa principia, nec circa cõclusiones. Quia Deus veritas est. Ioannis 14. & c. si consuetudinem, & capitulo qui contempta 8. distin. Nihil autem verius esse potest ꝙ quod a veritate profertur. Et ideo propheta ait. Psal. 118. Principium verborũ

2. Rõ theologiæ excellentiã ostenditur.

tuorum veritas in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ. Idest verba tua procedũt a veritate tua quæ est veritas increata. Et omnis veritatis creatæ regula. Ac ideo sunt stabilia vt dicit Nico. de Lira. Matth.5.& Matth.24.ait saluator. Cęlũ, & terra transibunt. Verba autem mea nõ transibunt. Et hinc theologi concludunt in 3. dist. 24. q̃ fidei nostræ nihil potest subesse falsum. Si autem quis dicat quòd etiam in duodecimo Metaphi. tractatur de ipso Deo, & de intelligentijs separatis, propter quod theologia non videtur nobilior metaphisica. Et in 8. Phi. tractaẽ de Deo in quãtũ est primus motor. Rñdetur q̃ hoc est tantũmodo quo ad ea quæ possunt inuestigari lumine naturali. Et in quantum ipse Deus se habet secundum aliquam habitudinem ad ens quod analogice dicitur de creatore, & creaturis. Metaphisica .n. tractat de Deo quia est de ente secũdum quod ens, Philosophus 4. Metaphi. & Auicenna lib. 1. suæ Metha. c. primo. Sed theologia tractat de Deo sub ratione nobiliori, & mirabiliori. Quia ea quæ non sunt nata cognosci de Deo a creatura nisi per reuelationem, mirabiliora sunt q̃ ea quę possunt cognosci de Deo per inuestigationem naturali lumine factam. Nec prędictis obstat si dicatur q̃ certitudo pertinet ad dignitaẽ scientiæ. Sed aliquæ scientię sunt certiores, vt mathematicæ. Quia de earũ principijs dubitari non potest. Ergo sunt nobiliores theologia, quia in sacra scriptura principia non sunt ita indubitabilia.s. articuli fidei. Quia respondetur secundũ Thomam supra, quòd nihil prohibet illud quod est certius secundum naturam, esse quo ad nos minus certum 1. Phisi. dicitur enim. Quæ sunt magis nota naturę sunt minus nota nobis. Et hoc propter debilitatem intellectus nostri qui se habet ad manifestissima in natura sicut oculus noctuæ ad radios solis. 2. Metaphi. Et tamen minimum quod potest haberi de cognitione rerum altissimarum desiderabilius est quã certissima cognitio, quæ habetur de minimis rebus, vt dicitur 1. de animalibus. Vel secundum Ric. vbi supra. Theologia est nobilior alijs scientijs simpliciter, idest in natura sua, quamuis aliquæ aliæ scientiæ sint certiores secundum quid.s. per comparationem ad debilitatem intellectus nostri. Nam nihil prohibet aliquid esse notius simpliciter Minus tñ notum quo ad nos. 1. Phisi. Certitudo aũt quæ est certitudo simpliciter reddit scientiam nobiliorem q̃ certitudo quæ est secũdũ quid, hoc est quo ad nos.

Obiectionis dilutio.

Tertio probaẽ excellentia theologiæ ratione potioris, salubrioris, & nobilioris finis. Vbi notandum est q̃ secundũ philosophum. 2. Methaph. Scientiarũ quædam sunt speculatiuæ, & quędã practicę, finis speculatiuę est veritas, finis vero practicę est actio. Tãta aũt est dignitas theologię, q̃ necdũ speculatiua scientia, sed etiã practica dici põt vt dicit Ric. vbi supra q.4. Scientiarum vero speculatiuarũ nobilitas attẽditur penes nobilius obiectũ, atq; subiectum, & certiorem modum ꝓcedendi. Atq; his duobus modis theologia excedit omnes alias scientias, vt dictũ est. Practicarum autem nobilitas secundũ philosophum. 1. Ethi. c. 1. attenditur penes nobiliorem, & potiorem finem. Quia tanto scientia practica est dignior, quanto eius finis est nobilior. Attendamus ergo fines omnium artium, & scientiarum practicarum. Et inueniemus nobiliorem esse finem theologiæ. Nam artis cerdonũ finis est reipublicæ de sotularibus prouidere. Sutorum de vestibus, barbitonsorũ de tonsura, & rasura, mercatorũ de mercibus, medicorum de valitudine corporum, principum, & regum rem publicam in pace conseruare. Et hæc omnia ad corpus pertinent. Vel ad temporalem tranquillitaẽ, & subuentionẽ. Sed finis theologiæ est charitas, & æterna fęlicitas. Quia ipsa theologia inserit virtutes, docet facienda, & omnia ad salutem pertinentia. 2. ad Thi. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Item admonet fugienda, & nominat tremenda, & declarat speranda, vt homo pertingat ad fęlicitatem. Et ideo ex prædictis sequitur quòd est nobilior omnibus scientijs practicis. Hinc Prouer. 9. dicitur quòd misit ancillas suas vocare ad artem, scilicet alias scientias. Vel hoc ideo dicitur, quia eis vtitur theologia vt ancillis,

3. Ratio nobilitatem theologiæ demonstrãs

lis, & pedisequis suis. Et Augusti. in secunda epistola ad Volusianum dicit. Tanta est christianorum profunditas literarum, q̃ in eis quotidie proficerem si eas solas ab ineunte pueritia vsq; ad decrepitam senectutem maximo studio, summo otio, & meliore ingenio conarer addiscere. Idem quoq; in 18. de ciuita. Dei.c.41. ostendens necessitatem & vtilitatem sacræ scripturæ ait. Quod bene agat, aut quo vel qua via ad beatitudinẽ perueniat humana nescit infirmitas, si diuinam non ducit auctoritas. Quarto probatur excellentia theologiæ ratione excellentioris doctoris. Ab excellentia.n. & veritate doctoris dignificatur scientia. Vnde grammatica Prisciani est dignior, & rethorica Ciceronis apud latinos, & Demostenis apud græcos. Et poesis Maronis apud latinos, & Homeri apud grecos, & philosophia Aristo. & sic de alijs auctoritatibus dignioribus scientia um de quibus dicam infra in sermone.38.parte.6. Sed tuo sacra theologia quem doctorem habuisti. Sane non Tullium, non Maronem, non Homerum, nec alium purum hominem quantumcunq; doctissimum, sed filium Dei qui est sapientia patris, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei abscõditi. Ad Col.2. Cui omnia nota sunt. Ad Hebræ. 4. & c. Deus 2 q.1. Qui dixit Moysi. Exo. 4. Ego ero in ore tuo. Et Hiere.1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Et Ioannis.15. Omnia quæcunq; audiui a patre meo, nota feci vobis. Et Lucæ.21. ait Apostolis. Ego dabo vobis os, & sapientiã cui resistere non poterunt omnes aduersarij vestri. Hanc autem legem non solum tradidit nobis Deus per Patriarchas, & prophetas, & p̃ ipsos Apostolos a spiritu sancto instructos, quibus ait. Matth. 10. Nõ enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Sed etiam voluit docere per seipsum. Matth. 5. Aperiens os suum docebat eos. Vnde Claudianus poeta ait illi. Impia tu nostræ domuisti crimina vitæ, Passus corporea mundum vestire figura. Affarique palam populis, legemque fateri. Ex quibus patet dignitas sacræ scripturæ, & theologiæ a tam excellentissimo doctore traditæ. Quinto apparet eius excellentia ratione discipulatus perfectionis. Nullus enim philosophorum, aut poetarum, vel oratorum, aut aliorum magistrorum, cæterarum scientiarum in magnis gymnasijs habuit tales discipulos. Nam Socrates habuit Platonem, Plato Aristotelem, Aristoteles Alexandrum magnum, Plutarchus Traianum. Seneca vero Neronem. Sacræ autem scripturæ discipuli sub Deo præceptore, & doctore fuerunt Moyses, Samuel, Dauid, & alij prophetæ, ac patriarchæ viri sanctissimi. In nouo quoq; testamento fuit Ioannes Baptista quo inter natos mulierum non surrexit maior, Matth. 11. & Apostoli cæteriq; discipuli, ac fideles quibus vt dicitur ad Hebræ.11. Dignus non erat mundus. Ergo &c. Sexto ratione generalioris prædicationis. Iudæi enim decepti solum in sinagogis prædicabant. Macometani quoque & alij infideles a sinagogis suis alios expellunt. Sacra vero theologia p̃pter sinceritatem suam publice prædicatur, & dilucidatur, & ab eius auditione nec gentilis, nec hæreticus, neq; iudæus excluditur. c Episcopus, de conse. dist.1. Nec excommunicatis, nec interdictis interdicitur sermo Dei.c. responso nostro, de sentẽ. excom. Propterea Ioannis. 18. ait saluator. Ego palam locutus sum mundo. Potest etiam prædicari in omni loco & tempore, vt patet in clemen. dudum. de sepul. Et saluator ait. Matth. 10. Quod in aure audiris predicate super tecta. Et Prouerb. 15. In plateis aquas lucis diuide. Ergo &c. Septimo idem probatur ratione grauioris punitionis, secundum enim theologos tantæ est æquitatis Deus, quòd nullum bonum irremuneratum relinquit, nec aliquod malum impunitum. Si ergo quis pro aliquo punitur, signum est quòd illud est malum. Sed nunquam legimus Deum punisse quempiam, quia aliquam artem mechanicam vel liberalem ignorauerit. Sed ex negligẽtia audiendi verbum Dei, & ex ignorantia diuinæ legis valde punit, Vt diffuse patuit in prima parte principali huius operis sermone. 3. parte secunda ergo &c. Octauo idem probatur ratione comprælıensionis. Vt enim habetur quarto Metaphisi. Sub conside-

4. Ratio ad idẽ adducta

5. Rõ theologiæ dignitatẽ probãs.

6. Ratio ad idem.

7. Ratio idẽ probans.

ratione alicuius scientiæ cadunt omnia quæ habent attributionem ad substātiam eius. Vnde in consideratione medicinæ non solum cadit sanitas vel corpus sanabile, sed etiam vrina in quantum est sanitatis indicatiua. Et potio in quantū sanatiua. Et dieta in quantum conseruatiua &c. Sed omnia creata habent attributionem ad Deum qui est theologiæ, & sacræ scripturæ substantia. Ergo hæc sciētia considerat omnia. Vnde Eccle. 24. dicitur. Hęc omnia liber vitæ & sapientię. Idest hæc est quæ continet omnia, & consequenter est omnium sciētiarum excellentissima.

Theologia præ oībus alijs est eligenda.

His autem a theologia sapienter deductis, ille scolaris a spiritu sancto illustratus eam præ omnibus alijs scientijs præelligendam cēsuit tanq̄ cęteris oībus digniorem, & salubriorem. Dixitq; Vt ex prædictis apertissime patet illi est sciētiæ studendū, & inherendum quæ breuiter docet duo. s. Deum & seipsum cognoscere, ac Dei altitudinem, & propriā paruitatē. Et ideo Christus in oratione dominica tribus petitionibus docet Deum diligere, & alijs quatuor propriam miseriam agnoscere. Quia non est scientia nobilior q̄ Dei cognoscere voluntatem. Vnde Isi in lib. de summo bono inquit. Nihil prodest omnem scire prudentiā cum ignorantia Dei. Et nihil obest scientibus Deum ignorātia seculi. Et Lac. in 3. diui. insti. ait. Omnis sapientia hominis in libro vno est, vt Deū cognoscat, & colat. Hoc nostrū dogma, hęc nostra sciētia est. Quāta & in qua voce possum testificor, proclamo, & denūtio. Hoc est illud quod prophetæ in tota vita sua quæsierunt. Non ergo ideo nascimur vt ea quæ facta sunt videamus. Sed vt ipsum factorem Deum contemplemur. Si quis enim homi nem qui vera sapit interroget cuius rei causa sit natus. Respondebit intrepidus. Colendi se Dei gratia natum, qui nos ideo generauit vt ei seruiamus. Seruire autem Deo nihil aliud est quām bonis operibus tueri, & seruare iustitiam hæc ille. Metrice autem dicitur. Qui Christum bene scit satis est si plurima nescit. Sed veniamus ad practicam, vt melius intelligatur excellentia theologiæ, ac sacræ scripturæ respectu omnium aliarū scientiarum. Nam grammaticæ partes q̄ sunt sunt quatuor. s. orthographia quæ est scripturæ scientia de litteris, & sillabis. Ethimologia de virtute partium orationis. Diasintharica de constructione, & prosodia de accidentibus. Quid finaliter intendunt nisi instruere linguam? Sed theologia, ac sacra scriptura multo melior est quæ docet linguam refrenare. Vitare verba otiosa, mendacia, periuria, inhonesta, detrahentia, contumeliosa, nugatia, & dolosa, & de vtilibus, atq; animæ saluberrimis loqui. Rethorica adinuenta est principaliter ad persuadendum efficaciter. Sed melius hoc fit in ista scientia q̄ docet qualiter debemus orare ante Deū, & sanctos, & eos inclinare ad largiēdum quod petimus. Non hoc habetur in Tullio. Non in Quintiliano &c. Tu autem cū oraueris intra in cubiculum tuum, & ora patrem tuum &c. Et dic pater noster &c. vt ostendit saluator. Matth. 6. O rethorica efficacissima ore diuino reuelata. Hæc quoq; scientia dialeticam continet, non vanam, sed eam qua argumentis diaboli & eius fallacijs scias respondere. Atque eius astutias, fraudulentiasq; dissoluere. Item mathematicam multo nobiliorem continet, & ostendit. s. geometriam dum ex magnitudine creaturarum ostendit creatoris potentiam. Arismeticam dum ex numerositate, & diuersitate earum creatoris sapientiam prædicat, & numerum dierum vitæ suæ hominem computare facit, vt lætanter se ad mortem præparet. Item musicā dum ad creatoris laudes excitat. Et astrologiam dum calcanda, & contemnenda esse omnia terrena p̄dicat, & cęlestia appetenda, Lactantij in 2. diui. insti. c. 8. Philosophiam quoq; naturalem, dum hominem ad sui cognitionē reducit, vt ibi inueniat, & cognoscat q̄ sit ingratus erga Deum, quamq; sit miser, & vilis in seipso. Et quanta tormenta meruit propter peccata quibus Deū offendit. Et hæc est magis naturalis philosophia q̄ illa quæ tractat de accidentibus, & proprietatibus naturalibus quam tradit Arist. Item Metaphisicam, dum Deū omnium creatorem gubernatoremque declarat, & ei seruiendum prædicat. Philosophiam quoq; moralem siue sit monasti-

Theologiā esse præ omnibus alijs eligendam practice ostendit.

nastica de seipsius regimine, siue sit ieconomica de regimine suę familię, siue sit politica de regimine ciuitatum. Ad quā philosophiam pertinēt leges, & iura canonica. Quib⁹ meli⁹ hęc sciētia īstruit, & disponit. Itē medecinā multo meliorē morali, & corporali, siue sit phisica, siue ciuica. Quia hęc sciētia ostēdit corp⁹ & animam conseruare dicēs. Qui voluerit aīā suā saluā facere &c. Ioa. 12. Lu. 9. Mar. 8. & Matt. 16. Item quia medicina corporalis solum in tempore valet. Hęc autem consulit in perpetuum. O igitur scientia dignissima quę omnes alias comprehendis. Et ideo ab omnibus es appetēda. Vnde Aug. in 3. episto. ad Volusianū ait. Hęc dicit philosophia, quia oīum naturaliū causę in Deo sunt, hęc ethica quia non aliūde vita bona, & honesta melius formāt quā cū ea quę diligenda sunt diligūt. s. De⁹ & pxim⁹. Hęc logica, quia veritas, lumenq; rationis animę non nisi Deus est. Hęc rei publice salus, quia ei uitas non nisi fidei vinculo custoditur. Merito ergo scientia scientiarū dicitur, quia omnem aliarum perfectionem comprehendit hęc. ille

8\. *Documētum scholaribus datū.*

Octauum documentum quod vobis scolaribus trado dicitur intentionis. Debetis. n. bono fine studere. Vnde notandum est quòd archi. in c. omne 37. di. inquit quod propter quinq; fines homines addiscunt, & dant operā studio scientię. Primus est vt sciantur. Et ad hoc tendunt rethorici. ff. de origi. iuris. l. 2. §. post hos. in fine. Ipsorū. n. vt plurimum finis est vanagloria, quia volunt ab hominibus vocari, & videri rabbi. Argumentum. 43. di. c. pariter. Et 46. di. c. 1. Secundus est vt ędificentur. Et ad hunc finem & ad quintum de quo infra tendunt theologi, & boni canoniste. ff. de iustitia & iure. l. prima. Argumētum 44. di. §. pro reuerentia & 46. dist. in. §. ecce. in fine. Et istorum finis est prudentia. Quia sic in pręsenti operari debemus vt in fine aliquid vtile colligere valeamus 13. q. 2. c. tempus. & de conse. di. 1. §. hinc ergo. Tertius finis est vt sciant. Et ad hunc tendunt dialectici nimis ibi morantes. Et istorum finis est superbia. Loquuntur. n. grandia & totus sermo eorum superbus est de peni. di. 2. c. si enim & 2. q. 7. c. secuti. Quartus est vt lucrētur. Et adhuc cōmuniter tendūt legistæ dicentes quod scientia ciuilis non finit aliquem in paupertate viuere nec in necessitate mori vt in auten. de here. & fal. §. vltimo col. 1. Et tales non sunt vere philosophantes qui pecuniam contemnunt & abijciunt c. Socrates alias crates 12. q. 2. & l. in honoribus §. philosophis ff. de vaca. mu. Istorum ergo finis est auaritia. Nec talibus totus mūdus est obolus 14. q. 4. c. quid dicā. & 47. di. c. sicut hi. Quintus finis est vt ædificent, sicut faciunt boni magistri qui non legūt ad laudem humanam, sed dei. Et alios instruunt vt ad vitam redeant veritatis. c. cum sit. de eta. & qua. Sicut Paulus qui fructum laboris sui nolebat recipere in præsenti c. sacerdos in fine. p. q. 2. Et istorum finis est charitas. Quia per hoc dicuntur dare eleemosinam proximo. c. due sunt. & c. tria sunt genera. 45. di. & c. inter opera de spon. Ad hoc autem tenentur, ex quo talentum scientiæ credidit eis Deus, aliter æternam damnationem incurrunt 43. di. c. dispensatio, & 11. q. 3. c. nolite, hęc archidiachonus. Finis ergo vester propter quē addiscere desideratis, debet primo & principaliter ad Deum dirigi. s. ad eius laudem, & vestram ac proximi salutem, & ad habēdam propriam necessitatem. Licet autē propter scientiam credat quis debere decorari, & exaltari, propter hoc non est vituperandus, si superbiæ fastu non moueatur, quia scientia exornat hominem. Scriptum est enim Ecclesiastici. 21. Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro. Propterea dicitur quòd scientia facit homines nobilissimos l. prouidendū C. de postulando. Et l. laudabile. cum glosa. C. de aduo. diuer. iudiciū. Item de scientia inquit glosa in l. fin autem. §. fi. ff. de rei vendi. Quod non potest ab homine tolli. Et ideo debet appeti, & desiderari potest sine peccato, tanquam singulare donum Dei, quod nobis auferri ab hominibus nequit. Item in capitu. cum ex inuento. extra de hæreticis & c. fi. de magistris dicitur, quòd virorum sapientum Doctrina mundus illuminat. Ideo viris litteratis

tis maxime indiget ecclesia c. cum ex eo. de elec. li. 6. Ex quibus concluditur q gratus est Deo bonus scolaris, & studiosus, qui ad bonum finem studeat. Et e contra est de negligentibus, iuxta illud Prouerbio 14. Acceptus est regi minister intelligens, iracundiam eius inutilis sustinebit.

DE CONSILIIS DAtis aduocatis & procuratoribus.

QVARTO vobis aduocatis octo documenta trado. Licet. n. meritorium sit aduocare maxime in pijs causis, & officium vestrum sit laudabile prout scriptum est in. l. laudabile. C. de aduo. diuer. iudicium vbi dicitur Laudabile vtiq; hominum necessarium aduocationis officiũ pręmijs oportet remunerari. Tamen si non fiat cum debitis circunstantijs in magnum redundat animarum vestrarum detrimentum. Et ideo primum consilium quod vobis traddo dicitur exceptionis. Quatuor. n. genera personarum excipiuntur ab aduocationis officio, qui ab illo debent abstinere, primi propter defectum bonitatis. Et ideo secundum Ray. in summa aduocati esse non possunt heretici, pagani, nec excommunicati 1. q. 1. c. 1. Et de pe. di. 1. c. nemo. Et. l. neo. C. de postu. & l. nemo. la. 2. C de epi. au. Et extra de hęreti. c. excõmunicamus el. 1. & 11. q. 3. c. excommunicatos. Et de excep. c. exceptionem. Similiter infames personę nec procuratores esse possunt, nec patroni causarum c. infames 3 q. 7. Secundo excipiũt aliqui ab aduocatione propter defectum status. Et ideo dicitur in c. placuit. 16. q. 1. q monachi prohibentur aduocare, possunt tamen esse aduocatĩ in causa sui monasterij, & hoc abbate imperante c. monachi 16 q 1. & extra de postu. c. 1. Tertio excipiuntur aliqui ab aduocando propter gradũ. Et sic sacerdotes, & clerici in sacris ordinibus constituti, & etiam in minoribus beneficiati, aduocati esse non possunt. Et hoc coram iudice seculari, vt dicit consilium laterãnense, nisi propriam causam, vel suę ecclesię fuerint prosecuti, aut pro miserabilibus personis. Et probanť ista per c. cl. & c. cum sacerdotes. extra de postu. & 88. di. c. decreuit. & 14. q. 5. c. deniq;. Et extra ne clerici vel mona. c. sacerdotibus & 15. q. 2. c. vnico. Addunt aliqui q possunt aduocare pro personis sibi cõiunctis, quando habere non possunt aliũ aduocatum, vel non ita bonum. Et intelliguntur personę cõiunctę quantum ad hoc, vsq; ad quartum gradũ. C. de epis. & cle. autentica licentiam. Et. C. de aduo. diuer. iudic. l. petitionem. Intelliguntur autem miserabiles personę pro quibus aduocare possunt, illę quæ per se proprias causas non possunt ministrare, vel auxilio ecclesiastico indigentes. 86. di. c. si. & 87. di. c. defensionis. &. C. quando impera. inter pupil. & vidu. p totem. In criminali vero causa coram iudice seculari nullo modo possunt extra ne clerici vel mona c. sententiam. &. 23. q. 8. c. his a quibus. & 50. di. c. aliquantos. Quarto excipiuntur aliqui ab aduocatione propter distinctionem officij, & sic in eadem causa non possunt aduocare iudex vel assessor. 4. q. 1. c. 1. & 2. Et. l. quisquis. C. de postu. Sunt & aliæ personæ quę non possunt esse aduocati. vt cęcus, surdus, femina, & furiosus. Item ille qui non compleuit decimum septimum annum. Item passus muliebria scilicet contra naturam non violenter. Damnatusq; de crimine capitali vel, causa calumnię publici iudicij. Et quidam alij de quibus omnibus habetur in. l. i. ff. de postu. & in c. infames. 3. q. 7. prędicit ergo omnes ab officio aduocationis exceptuati debent ab illo abstinere.

De 4. generibus psonarũ, quæ ab aduocationis officio excipiũtur.

SEcundum documentum dicitur cognitionis. Debet. n. esse iurisperitus illę qui vult aduocare, & studuisse saltem p quinq; annos, & iuramento Doctorum probatus: Vt notat Bar. in. l. i. ff. de va. & extra. cogni. per legem nemini. C. de ad. diuer. iudi. iuncto. §. sed quia solitum. ver. duabus alijs. in proemio digestorum Et ideo si aduocatus ex sua ignorantia amittit causam tenetur restituere salarium, & satisfacere clientulo de omni, damno dato, vt inqt Hosti. in summa in titulo de pęni. §. quibus ver. quid de aduocatato. Argumentum ad hoc insti. de obli.

2. documentũ datũ aduocatis.

bli quæ ex quasi delic.naf. in principio iuncta glosa. Et in c. ad aures. de æta. & qua.

3. documētum datum aduocatis.

TErtium documentum dicitur vigilationis scilicet ad defendendum solli cite causam. Inquit enim Ouidius in epistolis. Epistola. 19. Optima nam nul lo causa tuente perit. Ideo Ray. in summa & Hostien. vbi supra dicit ꝙ aduocatus qui per negligentiam suam vel prudent á amittit causam, tenetur vltra amissionem salarij, de omni damno ꝙ eius cliens incurrit. Argumentum in.l. idem iuris.ff. ad.l. a qui. Et idem tenet Spec. in ti. de aduocato debet igitur secundum ꝙ inquit Spec. vbi supra quilibet aduocatus diligenter examinare causam quā suscipit. Et cum dubitat debet alios pe ritos consulere. Quia quod a pluribus queritur facilius inuenitur c. de libellis 2. di. Item quia sæpe reuellatur minori ꝙ maior ignorat c. esto. 95. di. & veritas exagitata sepius magis splendescit. c. grauem 35. q 9.

4. documentum datum aduocatis.

QVartū documētum dicit discretionis debet. n. cum magna discretione diri gere causam sui clientuli quibus aduocatus, & esse maturus in vultu, gestu, & vo ce nec contumelijs certare, ne fit de illis de quibus dicitur in.l. quisquis. C. de postu. Siquis adeo procax fuerit, vt non ratione, probris putet esse certandum opinionis suæ minutionem patietur. Debet ergo esse affabilis & facundus in perorādo causam suam iuxta illud Oui di in 3. de arte amandi. Is qui profitebatur ad sit, Facundus, causam sępe clien tis agat.

5. documentum aduocatis elargitum.

QVintum documentum dicitur susceptionis scilicet solum iustarum cau sarum, non se impediendo de iniustis. Ait.n Ouidius 2. de ponto epistola 2. Non est confessi causa tuenda rei. Ea ꝓpter inquit Monal. In summa in ti de restitu. quod aduocatus scienter defendens causam iniustam tenetur ad restitu tionem illi qui amisit, siue per malitiā, vel pertinaciam, aut falsitatem, suā, quo ad omne damnum, & etiam clientulo suo quando eum decepit dans ti intelli ge re quod haberet iustam causam quan do aliter non ligasset. Argumentum. C. de admi. tu.l. non est ignotum. Si autem à principio putauit causam iustam, & hic error non prouenit ex culpa sua, sed ex mala clientuli informatione, vel ex qualitate negocij, sicut sępe accidit in processu quia causarum merita partium assertione panduntur c. cum litteris. de in inte. resti. & l. 2. C. si per vim, vel alio mo. tunc tenetur eam dimittere post ꝙ cognouit iniustitiam causę. l. rem non no uā. §. patroni. C. de iudi. Et in hoc cócor dat Tho. 2. 2. q. 71.

6. documētum aduocatis datū.

SExtum documentum dicitur defensionis. Secundum enim beatum Tho. vbi supra, & Host. in summa ac Panor. in c. 1. de offi. iudi. & Bal. in l. si furiosi. in versi. Nota quod aduocati C. de nupt. & spec. in ti. de salarijs. §. 3. Qui allegat capitulum desolatis. 87. di. tenetur aduocatus defendere gratis, & sine salario pręstare patrocinium pauperibus impotentibus soluere, eo modo quo tenentur omnes ad opera pietatis, lege diuina pręcipiente. Mat. 22. Diliges proximum tu um sicut teipsum.

7. documentū datū aduocatis.

SEptimum documentum dicitur mode rationis scilicet salarij. Quamuis.n. li ceat aduocato vendere suum patrociniū & iurisconsulto suum iustum consilium c. non sane. 14. q. 5. & c. non licet. 11. q. 3. non tamen debet petere immoderatū. Vnde est sciendum est secundum Ray. in summa quod maius, & minus salarium debet dari considerata scientia, & facun dia aduocati, & labore aduocationis ac quantitatem causę, & consuetudine patrię. l. i. §. in honorarijs ff. de vari. & ex tra. cogni. & 3. q. 7 c. apud vrbem & argumentum 12. q. 2. c. concesso & de preben. & dign c. de multa. Notādum tamen quod nullus aduocatus, vel procurator potest accipere salarium quod excedat centū aureos in vna causa, dicta l. i. §. si cui. versi. licita autem. ff. de vari. & extra. cogni. Et l. salarium & ibi glo. ff. man. Et tale salarium recepit semel pater meus in vna causa. Sciendum quoqꝫ quod non licet aduocato vel procuratori facere pactum de quota litis. l. si qui. C. de

C. de postu. & l. litem. C. de procu. l. & l. §. si cui. ff. de vari. & extra. cogni. Et 3. q. 7. §. arcentur. Item post litem inceptam & non dum finitam non potest facere aliquem contractum cum clientulo. l. quisquis. C. de postu. & 3. q. 7. §. preterea. vbi dicitur. Preterea non licet aduocato vllum contractum inire vel vllam pactionem conferre cum eo litigatore quem in propriam fidem recepit nec ex industria iurgium protrahere.

Sed queritur nunquid aduocatus vel iurisconsultus qui sine labore, & reuolutione librorum potest dare patrocinium, vel consilium puta, quia habet in promptu materiam, vel de proximo vidit, possit tamen accipere salarium. Et respondetur ꝙ quamuis glosa. in c. non licet 11. q. 3. dicat ꝙ non tamen Hosti. in summa tenet ꝙ accipere possit, aliter sequeretur ꝙ peioris cōditionis esset magis peritus, quam minus peritus. Licet autem nunc non laboret, tamen laborauit in preteritum & espendit in studio &c. Nemo autem de suo tenetur facere beneficium c. precarie 10. q. 2.

quid fiendū quādo quis aduocatum nō inuenit.

Sed iterum queritur quid fiendū, quando qui vult litigare nō inuenit aliquē qui velit esset eius aduocatus, puta propter inopiam, vel potētiam aduerse partis. Respondet Gofredus & Hosti. in sūma ꝙ iudex tenetur ei dare vnum aduocatum. l. nec quicquam. ff. de offi. procō. Et si cliens est impotens, cogere debet vt gratis aduocet. Si autem est potens debet constituere aduocato competens salarium, vt etiam inquit Panor. in c. 1. de officio iu. quòd si talis aduocatus non vult iudici obedire potest & debet ei interdicere officium aduocationis in perpetuum. C. de postu. l. prouidendū. Et hoc probatur c. apud vrbem. §. siquis vero. 3. q. 7. Argumentum in. l. moris est. ff. de penis. & in. l. 1. ff. de offi. prae. vr. & in c. 1. de offi. iudi. Cauere etiam debet iudex ne potentior offendat aliam partem vt notatur Bar. in. l. illicitas in. §. veritas. ff. de offi. praesi.

Octauum documentum quòd aduocatis trado dicitur vitationis. s. doli & fraudis. *8. documentum aduocatis datum.* Non ergo debetis instruere clientulos vestros vt negent veritatem vel vt falsum respondeant, sicut faciunt quidam de quibus inquit glosa in c. 1. de confe. li. 6. & 50. di. c. sepe. Solent aduocati dicere clientulo. Si hoc confiteris perdes causam, nec dicunt perdes animam si negaueris extra de simo. c. Matt. Alij aduocati faciunt sicut dicit glo. in c. statutum. §. si. super verbo expensas. de rescript. li. 6. que ait. Consueuerunt aduocati sua dolositate, & imperitia ne scientes aliter partes iuuare dilationes iuris petere ad testes vltra marinos, vel extra prouinciam producendos 3. q. 3. c. spacium. Vnde potest iudex si de malitiam praesumit. s. quòd id fiat causa pro trahendi negocium, sacramentum exigere, sed antiquis si iurabatur videbatur danda dilatio. Nunc vero consueuerunt iudices aliter prouidere secundum formam decretalis de fideius. capitulo constitutis. s. ibi committere receptionem testium recepta cautione ab illo, quòd vadat vel mittat ad videndum illos iurare, hodie puto melius prouisum per hāc litteram. Si. n. dicet pars, habeo testes vltramarinos. Iudex respondebit, & ego paratus sum illos citare, & expectare, sed depone salarium pro expensis testiū in eundo, veniendo, & stando. Quod si facere nollet causam non differet iudex, haec glosa vbi supra. Quid dicemus de illis aduocatis qui sequuntur doctrinam sathane positam a Specu. in ti. de aduocato. §. consequenter & §. sequitur & §. vtriusq. Vbi describit cautelas quas debet habere aduocatus dicēs. Habeat astuciam serpentinam, & semper stet in generalibus ne eius intētio cognoscatur. ff. de iure fisci. l. ita fidei. Item vtatur ambiguis & duplicibus sermonibus qui possunt trahi ad diuersos sensus 37. di c. relatum. Sicut dixit quidam. Reginam interficere bonum est, timere nolite. Et si omnes consenserit ego non contradico. Talia verba duplicia possunt ad bonum & ad malum retorqueri intellectum. Et ideo accipuntur secundum intentionem & interpretationem aduocati proferentis. ff. de. iudi. l. siquis ambigua. & ff. de

ver-

verbo oblig. l. inquit stipulantem. §. 1. Item caueat aduocatus ne alleget publice legem pro parte sua expresse faciente sed eam iudici cum necessitas fuerit ad aurem dicat, & per eam secrete ipsum informet, ne aduersarius contra illa se valeat responsionibus præmunire. Quia nihil tam indubitatum est, quod non recipiat quandam sollicitam dubitationẽ vt in autentico de tabel. §. si vero col. 4. O diabolica doctrina quantos aduocatos ad infernum deducis? Subiungit quoq; idem Speculator dicens. Aduocatus autem rei, debet quantum potest causam extenuare, fugere & differre, vt in auten. de liti. §. omnem col. 8. Sic tamen fugiat, ne contra eum ex nimia fuga iudex præsumat 3. q. 9. c. decernimus. Item die termini non compareat mane, sed siuat aduersarium præuenire, & tandiu expectare donec tedio affectus recedat Et tunc veniat vel saltem vltima hora diei iudice pro tribunali sedente, quia tota dies excedit, nisi dictum sit vt hora certa diei comparat, Insti. de verbo. ob. §. omnis stipulatio, ver. in diem. Et si viderit aduersarium absentem potest tempestiue venire, & eum iudici accusare, & priusquam venerit recedere. Et semper quando ipse tardus venerit, debet præmissa aliqua excusatione de mora ostendere se voluntarie comparere, & paratum in causa procedere, & de dilatione dolere, vt sic iudici placeat & non prouocet illum. Si vero actor instet, sedeat aduocatus rei, & taceat & se dormire fingat, sicut sagaces sępę faciunt aduocati. Et cum iudex dixerit ei responde obiectis, tunc lente & pigre surgat quasi excitatus a somno, & supplicet iudici pro audientia benigna. Deinde iudicem comẽdet & quantũ poterit blandiatur ei Itẽ sit cautus vt si timeat sententiã cõtra se ferri, nõ adsit eo tẽpore quo fert. Si aũt videat q aduocatus aduersarius eum superet in allegationib⁹, vel q sibi deficiat ius, vel ratio, vel exemplum, quibus modis quis argumentari potest. Vt extra de iudicijs c. nouit, tũc ne videatur responsionis penuria declinare certame, prudenter eũ claudat, se ad aliã materiã transferẽdo, vt docet Origenes in simili. di. 44. c. in mãdatis. potest etiam si ille sit malencomicus aliqua, indirecte, & criminaliter dicere, p quæ moueat ad irã, tũc. n. nõ sic bene ordinare poterit suum sermonem. Quia ira impedit animũ ne possit cernere verũ, hęc Speculator vbi supra. Cuius cõsiliũ multi peruersi sequũt aduocati, nõ attendẽtes q ipse postea in fine hui⁹ doctrinę subiũxit di. Hęc tamẽ doctrina salutẽ animę nõ informat. Imo sicut dicit Psal. Qui malignant extermi-nabuntur. Vnde cõsulo q compareat in termino fideliter, & se iuribus non fraudibus tueat, hęc ille. Debet quoq; aduocatus esse fidelis clientulo suo, nec eum decipere. Sicut pleriq; faciũt occulte aduersarium adiuuãtes, qui dicuntur prę-uaricatores, & pditores, & sunt ĩfames 2. q. 3. c. præuaricator. Aduocati causas desperatas fouent contra conscientiã, & in hoc gloriantur tanquã magis subtiles. Cõtra illud q scriptũ est 11. q. 3. c. qui cõsentit. Alij prorogationes superfluas nituntur obtinere, ad hoc tantũ vt fugiant sententiã, vel magis prolongetur litigiũ, vt plus lucrentur, & scienter sine causa rationabili faciunt cliẽtulum appellare.

O Igitur aduocati seruate documenta nostra qa si bene vestrũ exercueritis officiũ digni eritis maximis laudib⁹ & p conijs. Inqt. n. imperator 3. l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iudi. Aduocati qui dirimũt ambigua facta causarũ, suęq; defensionis virib⁹ in rebus sæpe publicis, ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant nõ minus prouidẽt humano generi, q̃ si pręlijs ac vulneribus patriam, parentesq; seruarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos qui gladijs, clippeis & toracib⁹ nitunt, sed etiã aduocatos. Militãt nãq; patroni causarũ q gloriosæ vocis cõfisi munimine laborãtiũ spẽ vitã & posteros defẽdũt, hęc ille. *Exortatio aduocatis facta.*

VObis quoq; pcuratorib⁹ aliquid cõsulẽdo dicerem⁹, nisi ea q̃ dixim⁹ de aduocatis possent p magna parte vobis applicari. Ideo hoc solũ dico q officium vestrũ ẽ laudabile & necessariũ vnde in. l. 1. §. ff. de procura. dicit. Vsus procuratoris perq̃ necessarius est, vt q reb⁹ sui ipsi superesse vel nolũt, vel nõ possunt, saltẽ per alios possint vel agere, vel cõueniri. Solum ergo vobis necesse est, vt ab omnibus deceptionibus, dolis, ac diabolicis *Procuratorib⁹ datur consilium.*

versu

versutijs, quas supra in aduocatis condemnauimus caueatis. Scio enim q vera est sententia glosæ in.l.ab Anastasio. C.man di. Qui in pallacijs morantur mala nouere. Licet ergo prudenti cautella valeatis defendere partem vestram cum iustitia, quia dolum non facit qui fraudem excludit.l. cum pater.§. ante penul.ff. de le. 2. tamē cauere debetis ab omni fallacia ac machinatione ad circumueniendum & decipiendum proximum Hic.n.est proprie dolus a lege reprobatus. Vt in.l.1.§ 2.ff. de dolo. Nullum ergo debetis falsis positionibus, instrumentis, vel testibus impugnare, vel defendere, nec cauillationibus vestris lites in longū protrahere. Scriptū est enim in l.omnis & l.se.ff.de procu Omnis qui defenditur boni viri arbitratu defendend° est. Et ideo non potest videri boni viri arbitratu litem defendere is qui actorem frustrando efficiat, ne ad exitum controuersiæ deducantur. Debetis quoq; facere pro Domino causę quod pro vobis faceretis.l.in re mandata.C. mandati vos quoq; litigantes seruate illud Ecclesiasti. 8. di. Abstine te a lite & minus peccatis. Et illud Ouidij in 2. de arte amandi qui inquit. Esto procul lites, & amarę prę̄lia vites. Ait enim Cassiodorus li. 4. epistolarum epistola. 37. Longa questio litigaotium, non tam auget patrimonia quam euertit.

DE CONSILIIS DAtis Iudicibus.

PRIMVM documentum quod vobis trado iudices dicitur congruitatis. Debet enim esse persona idonea ad iudicandum. Sunt namq; quędam personæ quæ non sunt idoneę ad habendam auctoritatem iudiciariam. Aut ratione sexus vt mulierum, aut ratione conditionis fortunę vt seruus, aut propter impedimentum permanens vt surdus & mutus, ac furiosus. Aut propter impedimentum transiens vt minor ætate. Aut propter crimen erroris vt hęreticus, aut propter scandalum conuersationis ut infames, aut propter contagium communionis ut excommunicati, & de his impedimentis tractatur in c. tria sunt 3. q. 7. Et in l. cum prætor ff. de iudi. Sed aliqui obijciunt primo q minor ætate possit esse iudex. Nam Hie. adhuc puer constitutus est iudex. Vnde dicitur Hiere. 1.c. postquam dixit, puer ego sum vt in ei nisi cum pridem extra de renum quod Deus dixit ei. Constitui te super gentes & regna, vt euellas & destruas. Io super in aliquibus pueris malitia supplet ætatem, & scientia præuenit etatem. Si ergo non est causa quare minor ætate non debet esse iudex, nisi defecto scientie in iudicādo, ergo huiusmodi minores habentes malitiam, & scientiam poterunt esse iudices. Quia cessante causa prohibitionis debet cessare prohibitio. l. quod dictum.ff. de pac. c.cum cessante de appel.

Secundo arguitur q mulieres possunt esse iudices. Nam iudicum. 5.c. legitur q Delbora iudicauit populum etiam post legem datam a Deo. Insuper multę mulieres leguntur prędītæ spiritu prophetico ut Maria soror Aaron & Moysi. Exo. 15. Similiter & sibillę. Si ergo mulieres per spiritum propheriæ assumptę sunt ad annunciandum iudicia diuina, multo magis possunt assumi ad annunciandum iudicia diuina, multo magis possunt assumi ad anunciandum iudicia humana Respondet Alex. de Ales in 3. parte summę q illud Hiere. fuit ex priuilegio speciali, & ideo non est trahendum ad consequentiam.l. quod vero cōtra.ff. de legi. Et quod malitia quando in pueris suppleat ętatem illud est particulare non generale, neq; vt in pluribus. Et quamuis videantur habere malitiam, & scientiam, non constat nobis quod habeant prudentiam, quæ requiritur iudicando. Ideo Aristo. 3. Ethic. dicit. Nemo iuuenes elegit in duces quia non constat esse prudentes. Quapropter numeri 11. dixit Dominus Moysi. Congrega senes populi quos tu nosti q senes sint, vt sustentent tecum onus populi. Hinc Christus iudex omnium ad actus prelationis non venit nisi in ætate perfecta triginta annorum, vt patet. Luc. 4. c. Ad illud q inducitur de Delbora dicendum est cum Aristo. 1. Ethico. quod vna hyrundo non facit ver. Facit lex. ea quę. ff. de re. iu.

Dubium an mulieres possent esse iudices.

iu. vbi dicitur. Ea quę raro accidunt, non temere agendis negocijs computantur. Ad aliud vero de spiritu prophetandi respondetur, quod gratia prophetandi non dat auctoritatem mulieri super virum, nec mutat legem subiectionis, qua iure diuino tenet mulier esse sub viro. Gen. 3 Sed auctoritas iudicandi daret auctoritatem mulieri super virum, quod non licet. Dicit quoq; glosa Iudicum. 4. c. quod mulieres assumptę sunt ad prophetandum ut in hoc præstaretur consolatio mulieri, ne per infirmitatem desperaret, non autem illi auctoritas iudicandi est concessa, quia repugnaret diuinæ institutioni.

2. documentum Iudicibus datum.

SEcundum documentum quod iudicibus trado dicitur grauitatis. Debet enim quilibet iudex esse grauis, & maturus, ut non ita repente maxime in rebus arduis proferat sententiam. Quod non docuit ipse Deus qui facta sodomitarum noscebat, & tamen dixit. Descendam & videbo &c. Gen. 18. & 2. q. 1. c. Deus omnipotens Et de S. Gre. 11. q. 3. c. summopere ait. Summopere cauendum, vt rectores ecclesiæ & qui publica iudicia exercent in dictandis sententijs, nulla leuitate, vel furore ducti sint pręcipites. Nam Moyses querellas populi tabernaculum ingressus ad Dominum refferebat, vt secundum eius Imperium iudicaret. Quę verba etiam ponuntur in c. 1. de sen. & re. iudi. li. 6. Non ergo debet iudex ferre sententiam cum nimia festinatione, sed prius debet esse bene instructus. Iudicantem enim oportet cuncta rimari, & ordinem rerum sollicita inquisitione discutere c. iudicantem 3. q. 5. Post causę autem liquidam cognitionem, non est sententia protrahenda in ciuilibus. c. iurgantium de iurgantium de sen. & re. iudi vbi dicit. Iurgantium contrauersias celeri sententia terminari & æquitati congruit, & rigori. Facit ad hoc. 2. q. 1. c. sicut. Ex extra de dolo & cōtu. c. venerabilis. In criminalibus vero maiori auctoritate procedendum, maxime vbi agitur de morte alicuius 11. q. 3. cum apud.

3. documentum iudicibus elargitum.

TErtium documentum quod vobis trado dicitur veritatis. Semper enim iudex debet veritati fauere, & iustitię. Vnde 23. q. 2. c. iustum. Isidorus inquit. Iudex dicitur quia ius dictat populo siue quia iure disceptat. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Ideo Deut. 1. dicitur Quod iustum est iudicat dei enim est iudicium. Et Dauid in Psalmo Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. Et Deut. 16. dixit Dominus. Iudices & magistros constitues, vt iudicent populum iusto iudicio.

4. documentum iudicibus datum.

QVartum documentum quod vobis iudicibus trado dicitur gratiositatis. Non enim debetis esse o iudices de illis de quibus inquit Isidorus 11. q. 3. c. pauper. di. Pauper dum non habet quid offerat, non solum audiri contemnitur sed reprobatur. Cito violatur auro iustitia nullamq; reus pertimescit culpam, quam nummis redimere existimat. Et Aug. dicit. Vsq; adeo cupiditatis inoleuit malum vt iam ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur iura sententia ipsa venalis fit, & nulla iam causa possit esse sine causa hęc. Ille. Propter prędicta aūt vt refert Valerius Tiberius Cęsar iudices prouinciarum raro mutabat, ex eo quòd noui quilibet ad rapiendum intēti erāt. Ponens exemplum de quodam vulnerato quē cū multitudo muscarū operuisset & qdā eas remouisset ait. Male fecisti, quia istę piene erant, & famelicæ venient, & amplius me affligent. Noui quidem iudices maxime quando sunt pauperes & auari semper ad recipiēdum sunt auidi. Vnde dicit idem Valerius quòd cum consules in Hispaniam mitti deberent & de duobus consilium haberetur. Scipio dixit. Neuter mihi placet, quia vnus nihil habet. Alteri nihil satis est. Æque malum in magnatibus iudicans inopiam, & auariciam. Non ergo debetis quęrere munera; quia scriptum est. Exodi 16. Munera excæcant oculos sapientum, mutant verba iustorum. Et Ecclesiastici. 20. Eenenia & dona excęcant, oculos iudicium Vnde legitur quòd Florentiæ quidam potestas comminatus est cuidam macellario qui non faciebat debitum in vendendo carnes secundum debitam staderam. Ille vero interrogauit quendam si po-

sit potestas comedebat. Et intelligens quod sic & libenter de bono. Ipse macellarius eum semel transiens inde potestas ei minaretur, respondit. Ego tibi eruam vnum oculum. Cum igitur reuersus esset potestas ad domum suam macellarius misit ei quattuor vnius vituli saginati. Quod ille potestas videns statim manu clausit oculos dicens. Heu mihi quia eruit mihi vnum oculum, & parum defuit quin etiam eruerit alterum, & postea amplius macellarium non molestauit. Ideo primi Regum 8. de filijs Samuelis dicitur. Acceperunt munera & peruerterunt iudicium. Et Claudianus poeta li. 1. ait. Merent capti nec polluta iudice leges. Et Henricus samariensis li. 1. parte. 2. inquit. Deuiat a vero corruptus munere iudex. Falsidicusq; facit impia gaza piũ. Dauid quoq; Psalmo 25. de talibus iudicibus ait. In quorum manibus inquitates sunt dextera eorum repleta est muneribus. Isidorus etiam li. 2. Ethimo. c. 49. dicit. Cito violatur auro iustitia & corrumpitur munere. Et Horatius in sermonibus libro 2. sermone 2. canit. Male verum examinat omnis corruptus iudex. Et Gualterius de castilione li. 1. dicit.

Si lis inciderit iudice, dirige libram
Iudicij, nec flectat amor, nec munera palpent.
Nec moueat stabilem personę acceptio mentem.
Muneris arguitur accepti cẽsor iniquus.
Munus enim a norma recti distorquet acumen.
Cum semel obtinuit viciorum mater in aula.
Pestis auaritiæ, quæ sola incarcerat omnes
Virtutum species, & sprẽto moderamine iuris.
Curritur in facin⁹, nec leges curia curat.

Eapropter inquit Salamon. Pro. 15. Qui odit munera viuet. Non ergo debetis accipere munera quã dicit glo. in c. & si quo modationes. de simo. Qui donat alium sibi naturaliter obligat. l. sed & si lege. §. consuluit ff. de pepti. hære. Et ille cui donatur reuerentiam exhibere cõpellitur donatori 8 q. 2. c. illud. Icirco Martialis poeta vndiq; suscepto. cap. 2. dicit. Vincis muneribus dominare tuis. Ad hoc facit illud Ouidij in 3. de arte amandi dicentis. Quid faciet sapiens? stultus quoque munere gaudet. Ipse quoque accepto munere mutus erit. Sed notandum quòd Grego. inquit in capit. quattuor 11. quæst. 3. Quatuor modis humanum iudicium peruertitur. Timore, dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus. Cupiditate, dum premio alicuius animum corrumpimus. Odio, dum contra quem libet aduersarium molimur. Amore dũ amico, vel prop inquo contendimus pręstare auxilium. De quibus metrice dicitur. Quatuor ista timor odium, dilectio, census. Sepæ solent hominum rectos peruertere sensus. De censu satis dictum est. De timore ait Isi. Qui metu potentis veritatem occultat, eiusdem veritatis iram sibi prouocat, quia plus pertimescit homines quam diuinam trepidat maiestatem. De amore, & odio dicit Chriso. Priuatus amor & odium, rectũ iudicium non cognoscunt. Et Gre. ait. Iudicare digne de subditis nequeunt, q̃ in eorum causis odiũ vel gratiam sequũtur. Et Aug. in c. quicunq; 11. q. 3. inquit. Quicunq; aut cõsanguinitate, aut amicitia, vel hostili odio, vel inimitijs, in iudicando ducitur, peruertit iudiciũ Christi qui est iustitia, & fructum ipsius vertit in amaritudinem dãnationis, hęc ille. Nemo igitur iratus debet dare sentẽtiam. Vnde refert Valerius q̃ cum Archita Tarentinus contra seruum suum iratus essent ait illi. O infelix. Iam de te suppliciũ sumere si ratus non essem.

De 4. modis quibus humanũ iudiciũ peruertitur.

SEd pro declaratione prædictorũ hic quæritur, nunquid iudex possit aliqd petere pro labore in iudicãdo, Et respõdet, q̃ de iure canonico iudex ordinari⁹ vel deleg⁹ ecclesiastic⁹ nihil põt petere. Vt in c. cum ab omni. de vi. & ho. cle. & c. statuim⁹. §. Insuper de rescrip. li. 6. & ibi late p glosam. Et Pan. ac Io. an. De hoc ẽt est text⁹ in c. nõ licet. 11. q. 3. De iure vero ciuili ordinari⁹ secularis petit sportulas solum nec aliud petere potest, de quibus habetur in c. offeratur. 3. q. Quæ sportu æ sunt munera. l. non diffinita. Vt in autẽtica generaliter. C. de epis. & cle.

Iudici à liti nũ sit aliqd petere pro labore ĩ iudicando.

Delega-

es aureos in principio, & duos in finem quado causa excedit cẽto aureos. Quod si non excedit nihil habebit. Vt in autentico de iudici §. ne autẽ labor. Vbi dicit Accursius in glo. ꝙ idẽ intelligitur in quolibet alio iudice ordinario, & delegato. Dicit autem Specu. in ti. de salarijs iudicum, ꝙ tam ordinarij quam delegati secundum fori consuetudinem aliqd pro salario poterunt accipere, dũmõ nõ sit immoderatũ. Ar. 1. c. ad apostolicã de simo ꝙ verũ credo quãdo nõ habent sufficiẽs salariũ deputatum pro officio suo. Alias secus ꝑ ratione capituli. cũ ab omni de vita. & ho. cle. Sciẽdũ tamen ꝙ quilibet iudex tã ecclesiasticus, quam secularis, potest recipere esculenta & poculẽta. i. comestibilia, & potabilia si sint talis conditionis, ꝙ in paucis dieb⁹ possint cõsummi. Vt in dicto c. statutũ. §. insup. de rescrip li. 6. si ex mera liberalitate offerant. Ita tamen ꝙ nõ sint magnę quãtitatis, vt dicit glo. ibidẽ Et hoc tolleratur quia nõ ẽ verisimile ꝙ propter talia modica moueatur animus iudicis c. & si q̃stiones. in fi. de simo. Alia autem omnia prohibentur omnes iudices accipere vt ff. de offi. presi. plebiscito. & l. solent. §. fi. ff. de offi. procõ. & notat glo in. l. in. C. de co di. ob tur. cau. Facit Lex. 1 C. pęnę. iudi. qui male iu. Si tamẽ iudex habebat proficisci ex domicilio, potest petere expensas moderatas vt in dicto c. statutum insuper de rescri. li. 6. nisi aliter sibi ordinariẽ fuerit prouisum de expensis, quia tunc nihil debeb recipere. Vt in auten. vt nulli iudi. §. nulli. col. 9. Sed si pauperes sint litigantes tunc debet abstinere etiã sumptibus, vt in di. c. statutum. Imo ordinarias secularis tũc debet habere sportulas. Vt in auten. de man prin. §. si tibi quoq;.

Quod fiendum de pecunia a iudice inique iudicãte recepta.

SEd hic queritur quid fiendum de pecunia quã iudex accepit vt iudicaret inquit. Respondet Monal. in summa, ꝙ no non teneẽ dare ei qui turpiter dedit, sed ei in cuius iniuriam accepit 1. q. c. iubemus. Et ar. 17. q. 4. c. si quis in atrio & ff de calũ. l. generaliter. §. aliud. Et idem tenet Alex. de Al. in 3. parte summæ in tractatu de pręceptis iudicalib⁹. Et talis iudex qui dat iniustã sententiã scienter quacunq; dã causa, siue, corruptus pecunia, siue amore, vel odio, tenetur de omni dnão & interesse parti lęse. Et si causa est ciuilis vltra prædictã in satisfactione punitur in triplo. Si autem est crimalis tenetur vt litigan. ex or. li. iu §. si quis autẽ. Ideõ dicitur Isa. 33. Beatus qui executit man⁹ suas ab omni munere. Si vero iudex iudex det sententiã iustam pro pecunia grauiter, peccat, quia nõ licet iudici vẽdere iustum iudicium, vt in c. nõ licet 11. q. 3. Et ideo inquit Greg. in c. qui recte. ea. questione. & causa. Qui recte iudicat & pręmiũ remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia iustitiã quã gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendidit. Bonis. n. male vtitur, quid tẽporali lucro iuste iudicant. tales quippe ad veritatem non iustitiæ defensio, sed amor pręmij prouocat, quibus si spes nummi subtrahitur cõfestim a cõfessione iustitiæ reticescũt, acceptio. n. munerũ ꝑuaricatio veritatis sententia hęc ille. Teneẽ ergo redere ꝙ accepetũt. Vt in d. c. exigit. de censi. li. 6. Et dicit Alex. de ales vbi supra ꝙ si dans talẽ pecuniam bonã habuit intentionẽ, vt sibi seruaret ius & redimeret vexationẽ suã debet ei restitui. Si vero dedit vt aium iudicis sibi inclinaret, & ita indirecte ipsum corrumpere intendebat, debet pauperibus erogari ar. in. c. cum tu. de vsu. Et talis dãs pecuniã hac intetione perdit ius prosequendi in iudicio ꝙ sibi debeẽ. l. 1 C. de pęna iu. qui male iudi.

Iudex dans sentẽtiã iniustam ex imprudẽtia, negligentia, vel ignorantia ad quid tenetur.

SEd iterum quæritur ad quid tenetur iudex qui ex imprudentia vel neglegẽtia seu ignorãtia iniustã dedit sententiã. Et respõdet Io. an. in c. cum eterni. de re. iudi li. 6 ꝙ tenetur satisfacere offenso ad arbitrium iudicis supioris. l. fi. ff. de act. & obli. & l. fi filius ff. de iudi. & insti. de obli. que ex qua. delic. nal. in princi. Et l. fi. C. de pac. Faciunt ad hoc notata per glosam in c. quoniã cõtra de proba. Si vero iudex sit deceptus per imprudentia assessoris qui reputabatur doctus, teneẽ ipse assessor secundum Hostien. & Ray. in summa de quo ex textus in. l. fi. quod quisq; iuris.

QVintum documentum ꝙ trado iudicibus dicitẽ equitatis. Nam sicut sol æqualiter stat in medio planetatum,

& lumen suum æqualiter diffundit inter eos sic iudex debet esse media persona inter reum & actorem, amicum & inimicum, paruum & magnum, pauperem, & diuitem. Inter quos æqualiter debet diuidere lumen veritatis & iustitiæ, dicente Domino Deute. 1. Siue ciuis sit, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum, ita magnus vt paruum iudicabis Debet ergo iudex seruare illud Isaiæ 11. Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate. Ideo dicitur quod iudex debet præ oculis semper habere æquitatem. ff. de eo quod certo loco. l. quod si Ephesi. §. fi. & C. de iudi. l. placuit. Non debet et iudex esse nimis seuerus vel clemens. Vt. C. ad l. iulia de vi publica. vel pri. l. seruos in fi. Et in auten. de iudi. §. oportet. col. 6 Iō portet eum seruare documentum Gregorij in moralibus quæ dicit, quod iudex debet stateram in manu gestare iustitiæq; & misericordiam simul portare. Ita quod per iustitiam puniat malos, & per misericordiam compatiatur fragilitatibus. Sequēs illud quod scriptum est in c. prodest. 23. q. 5. vbi dicitur. Plectendo & ignoscendo hoc solū bene agitur, vt vita hominū corrigatur. Non debet ergo iudex ita esse remissus, vt non audeat vel nolit punire peccantes. Scriptum est n. c. non est ea. q. & causa. Non est iniquitatis, sed potius humanitatis, cum quis propterea est criminis persecutor, vt sit hominis liberator, Tales timorati non debent esse iudices. Inquit enim Ecclesiastic. 7. c. suili. Noli quærere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis. Dicit etiam Philo. quod serui non prodeunt in publicum, nisi habeant cornua sua loco armorum. Cornua autem sapientum iudicum, & aliorum regentium sunt sapientia ad gubernandum, & potestas ad cōprimendum, sine quibus nemo debet se intromittere nec exercere facta publica, & maxime iudicia. Grauiter autem peccat iudex non puniens malos, quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi d. 23. q. 4. c. est iustitia. Debet tamen cum humanitate, & misericordia condemnare non prætermissa iustitia, & ita infundere oleum cum vino in vulneribus sauciati sicut bonus fecit Samaritanus, vt dicitur Lucæ 10. c. Nam dicitur in c. sunt nanq; 45. di. Vinum cū reliquo misceat & temperet, vt contumacibus i peccatis seueritatem. Pœnitentibus vero benignitaté ostēdat.

DE DOCVMENTIS datis notarijs.

TRIA vobis notarijs documenta trado, Primum dicitur obseruationis scilicet iuramenti quod suscepistis, quando ad officiū tabellionatus venistis. Vt. n. inquit Hostien. quem refert Ioan. an. in nouella super c. sicut te. extra ne clerici vel mo. Solet tabellio sex iurare: Primo quod de his quæ videbit, & audiet & requisitus fuerit, sine diminutione veritatis, vel cōmixtione falsitatis, conficiet instrumentum. Vnde & dicit Hostien. Solet requiri tabellio sub pœna amissionis officij sui, quod confiat instrumentum requirenti. Quod si non fecerit periurus videtur, & sic suis instrumentis postea nō credetur ar. in c. testimonium de testi. Et hanc requisitionem quisq; de populo facere potest ar. in c. relatū in. el. 2. de testa. Et propter hoc dicitur seruus publicus, vel persona publica. Secundo iurat quod secreta sibi iniuncta celabit. Tertio quod sub per contractu vsurario, vel in fraudem vsurarum inito, non conficiet instrumentum scienter. Quarto quod de omnibus instrumentis quæ tradet prothocolla retinebit. Quinto quod fidelis erit illi a quo cōstituitur. Et si sciret damnum suum tractari, per se vel per nuncium reuelabit. Sexto quod illud officium sic sibi iniunctum, cupiditate odio, amore, & timore remotis, per omnia secundum bonam conscientiam exequetur.

De sex quæ solet notarius iurare.

SEcundum documentum dicitur exactionis. Non. n. debetis exigere immoderata salaria pro officio vestro. Scriptū est enim in capitu. statutum. §. notarium de rescrip. lib. 6. Notarium vel notarios vices sibi commissas scribentes, qui vt plurimum in exigendo salarium metas rationis excedunt, prudenter refrenet. s. iudex. Vbi dicit glo. Quasi crimen concussionis est ratione officij vltra debitum exigere 1. q. 8. c. sancimus. Et C. ad

2 Documētum datū notarijs.

C. ad leg. in Iuliam repe.l. vltima. Officium vero iudicis & etiã delegati est moderari salaria assessorum, & notariorũ. Vt.n. inquit Specu. in ti.de sallarijs.§.2. ad officium iudicis pertinet a grauaminibus partes reuellare de. peni. di.1. c. nemo. & de officio. dele. c. cũ te.& cuncta quæ litigatores impediunt emendare 1.q.1.c. emendari. Et de offi. dele c. 1. Et tales improbos exactores punire. C.de offi. prefec. pre. afri.l. In nomine Domini. Moderabitur ergo quid detur pro qualibet scriptura inspiciendo conditionem personarum & causæ, & consuetudinem loci. Et si videbitur et per alios fideles notarios, vel aliquos viros & expertos faciet taxari.ff. de va. & extra. cogni. l.1. Et extra de simo.c. 1.& 3. q. 7.§ apud vrbem. hęc glo. Tertiũ documentum quod vobis trado dicitur vitationis.s. omnis fraudis. Nõ enim debetis conficere falsa instrumenta, nec occultare scripturis alijs necessaris, vel vtiles, vel alio modo, & vestris scriptoris proximo damnum inferre, quia ad satisfactionem omnis damni ex illis procedẽtis teneremini c.fi. de iniurijs & dam.da.

DE DOCVMENTIS datis consiliarijs.

SEPTEM quoq; documenta consiliarijs trado. Primum dicitur sagacitatis, & sapientię. Au n. Ambrosius in li. 2. de offi. Quis se committat ei quem non putat sapere quam ipse sapiat qui quærit consilium? Necesse est igitur vt præstantior sit a quo consilium petitur, quam ipse qui petit. Et Tobię. 4. dicitur, Consilium semper a sapiente perquire. Econtra vero dicitur Ecclesia. 8. Cum fatuis ne habeas consilium Nõ n. poterunt diligere nisi quæ ei placent. Debent igitur consiliarij prudentia fulgere, qua præteritorum recordantes ac præmeditantes futura pręsentia recte disponenda diffiniant. Et quia in antiquis est sapientia & prudentia vt dicitur Iob 12. Ideo antiqui & viri graues sunt maxime consulendi. Vnde Aristo. in 6.Ethi. ait Oportet cõsilio attendere expertorũ & seniorum prudentiam propter experientiam. Et in c. estote.1.q.1. dicitur. Experti grauesq; moribus pro consilio sunt requirendi, & in exameron Omelia 1. ait Ambrosius q; senectus est in consilijs vtilior quia maturius deliberat. quã iuuentus, q; patuit tertij Re. 12. in Roboam filio Salomonis qui relicto consilium senum & adhęsit consilio iuuenũ. Vnde a populo est derelictus, & amisit decem tribus. In historijs quoq; Romanorum legitur, quod Romulus conditor vrbe centum ex senioribus elegit quorũ consilio omnia ageret, quos senatores propter senectutem & patres ob curę sollicitudinem nominauit. Vnde tulius in 5. Philip. c. 8. inquit. Quid nobiliùs cætu senum, qui empti a vulgaribus officijs ad consilij & regiminis officium transeunt, eorum nanq; honor tantus extitit apud grecos vt duces reipublicæ nunquã procederent, nec egregium agerent quod senes iducerent aut approbarent, & quod magis est ab initio vrbis cõditę nomina eorum literis aureis scripta sunt. Ipsi quoq; patres conscripti ab omnibus appellati sunt qui alios sapientia,& ætate, ac affectu paterno præcedebant, pęnes illos consiliorum erat auctoritas & omnium publice gerendorum, hęc ille. Et Nume. 11. mandauit Dominus Moysi vt congregaret seniores ad consilium & di. 20. c. de quibus dicitur. Seniores puinciæ congrega & eos interroga. Facilius nanq; inuenitur quod a pluribus senioribus quæritur. Et idem habetur 11. q. 3. c. excellentissimus & 16.q. 2. c. visis & 1.q. 1. c. estote. Consilium namq; iuuenum solet esse ruinosum, vñ Martialis inquit. Consilio iuuenum fidis męlibex ruinam. Expectare potes.

SEcundum documentum dicitur maturitatis, de quo Calixtus Papa in c. põderet. 50. di. ait. Non præcipitemus cõsilia, sed opera nostra maturius agamus. Ait enim Seneca q; qui nimis citu facit, ad penitentiã properat. Prouer. 19. dicitur Qui festinus est pedibus offendit, & Socrates dicebat quod velox consiliũ sequitur pęni. Tertiũ documentum dicitur veritatis. Debent.n. consiliarij secũdum veritatem consulere, & non ad beneplacitum maiorum, vel Dominorum, vt facere solent adulatores qui libentius

2. ac 3. documentum consiliarijs elargitum.

vadunt Laudę vel Placentiæ, q̃ Veronę. De hoc Ber. Economia c. 13. inqt. Si cōsu lis amico nō q̃ras placere, ei, sed rationi.

4. Documētum eisdem datum.

QVartum documentum dicitur sinceritatis. Debent.n. consiliarij sincere consulere, & non moueri passionibus odij, vel amoris, spei vel timoris. Ait.n. Seneca ad Lucil. Perit omne iudicium cum res transit in affectum. Quintum documentum dicitur taciturnitatis. Debent.n. consiliarij esse secreti de his quę tractantur in consilijs propter scandala multa que possent euenire, & ideo dicitur. Ecclesiastici 39. In absconditis suis consiliabitur, Vnde Vegetius li.1. de re. militaria ait quod Metellus interroga⁹ qd postrema die facturus essent, respondit. Tunicā meam si eloqui posset coher cerem.s.ne diceret alijs. Purāt autē ali qui posse celare in alijs quid, in se occultare non possunt. Et isti assimilantur regi midæ, de quo Ouidius fabulose ait in 11. Methamor, quod inter Pan satirum deumq; pecudum secundum Paganos, & & phœbum qui de musica disputabant factus fuit iudex. Phœbus autem cum cithara, Pan vero pastorali instrumento sonabat. Sed cum omnes audientes magis probassent Phębi melodiam cithare- di. Ille solus Pan melius cecinisse iudica uit, propter quod indignatus Phæbus aures asininas sibi dedit. Quā cum crinibus, mitris & pannis rubeis diu celasset, tandem confidens seruo suo hoc reuellauit, firmato iuramento quod nunquam alcui aliter diceret sūme appetens ille seruus & celare non valens, fecit profundam foueam in cuius fundo illud qua si murmurando dixit, & postea terra operuit. Et sic se celare secretum Domini sui existimauit. Sed post paucos dies in illa fouea arundo orta est, ex qua cum quidam pastor fistulā fecisset, nihil aliud canebat nisi quod rex midas aures asininas haberet. Licet ergo sit bonū in agendis semper petere consilium, dicente Seneca in Proue. Nihil est quod tam bene deceat, quā in omni re vti consilio. Cui⁹ ratio potest assignari, in.l.dubium C. de rep. Vbi dicitur Omnia quę consilio re ctè gerunt, iure merito effectu & firmita te nituntur. Tamē quia pauci sunt secreti dicitur. Ecclesiastici 6. Consiliarius sit tibi vnus de mille.s.secretus. Vna enim ex principalibus conditionibus quas habere debēt cōsiliarij est, scire tenere secretum quod illis dicitur. Et in hoc laudat laudat Valerius maximus lib. 2. Romanos qui certissimi erant. Vnde refert q̃ accidit semel quòd Papilius paruul⁹ vna cū patre suo consiliū intrauit. Cunq; postea domū redisset, a matre requirebatur vt consilij secreta panderet. Qui vt decli naret matris importunitatē offitioso mēdacio vsus est dicens, ibi suisse, tractarū vt quilibet vir duas posse habere vxores. Quod illa credens alijs matronis retulit. Quapropter congregatæ simul plurimę mulieres, quadā die ad locū consilij accesserunt, postulantes a senatu posse & ipsæ duos accipere viros. Qnod illi admirantes, vnde hoc processerit inquisierunt. Inueneruntq; hoc processisse ex astuti a pueri talia caute referentis vnde Romani statuerunt illum puerum ad cōsilium admittendū, qui ita caute sciuisset occultare secretum. De hoc documēto inquit Horatius sermonibus li. 1. sermo. 3. Cōmissa tacere qui nequit hic miser est. Hunc tu Romane caueto.

SExtū documētū dicit̄ bonitatis. Ait.n. Ambro. in 2. de offi. Illi salutē nostrā bñ cōmittim⁹ q est iustus, & prudens. Facit.n iustitia vt null⁹ sit fraudis met⁹ Facit prudentia vt nulla erroris suspicio sit. Tuti⁹ tñ viro iusto quā prudenti nos cō mittimus, qa cōsiliū viri iusti frequenter sapientissimi ingenio prepōderat. Aduertimus enim quod in consilijs quęrendis plurimū adiūgat vitę probitas ac virtutū prerogatiua. Quis enim in feno fontem requirat? Quis ex turbida aqua po tū petat? Itaq; vbi iniustitia, vbi intemperātia vbi vitiorū cōfusio, qd inde sibi aliqs hauriendū exrimet? Quis vtilem animę sue iudice quem videt inutilem vitæ proprie? Quomodo potest iudicare cōsilio superiorem quem videt inferiorem morib⁹ Supra me debet esse, cui me cōmittere volo vel paro. Aut quomodo idoneū putabo q mihi dat cōsiliū quod nō dat sibi. Et mihi vacare credā q sibi nō vacat? hęc ille. Licet aūt cōsultor sit bon⁹ tamen nō debet qs petere cōsiliū de reb⁹ supuacuis Eccle. 3. Insupuacis reb⁹ noli scrutari multipliciter, nec de reb⁹ va

6. documentis consiliarijs largitū.

nis,

nis, psalmista dicente. Non sedi cum cõsilio vanitatis. Nec de prauis perpetrandis, quia sicut dicitur. Iob. 5. Consiliũ prauorum dissipat. Sed de rebus vtilib⁹ & necessarijs ita vt ipse consultor dicere possit tertij Regum. 1. Accipe consilium a me, & salua animam tuam. Semper ergo o consultores debetis dare consilium de re bona & laudabili, nõ autem de re turpi, & mala, quia talis consulens, vltra peccatum mortale, tenetur ad satisfactionem omnis dãni, quod ex suo consilio sequutum est, quãdo ille cui consuluit non erat alias facturus illud malũ vt dicit Ale. de Ales, in 3. parte summę. Et hoc probatur per ea quę habentur in §. interdum vero certe institutа de obli. quę ex qua. delic. nas. iuncta glosa. Et c. p nullus. de regu. iu. li. 6. & ibi per glo. Et in l. consilij & ibi glosa ff. eo. ti. & ff. de fur l. qui seruo, & de verbo. signi. l. spe. & instituta ad. l. aqui. §. cęterũ. & de acti. § in quadruplũ, & ff. de seruo corrũpto l. 1. §. persuadere. De talibus consiliarijs dicitur. Iob. 12. Adducit consiliarios in stultum finem.

7. Documẽtũ consiliarijs datum. Septimum documentum dicitur vtilitatis Debent. n. consiliarij magis attẽdere vtilitati reipublicę quam particulari c. licet. extra de reg. Ideo inquit Tullius in 1. de officijs. Omnino qui reipublicę pręsunt, duo seruare debent pręcepta Platonis. Vnum vt vtilitatem ciuiũ sic tueantur, vt quicunq; agunt ad eam referant suarum obliti commoditatum. Alterum vt totum corpus reipublicę curent, ne dum partem aliquam tueantur reliquam deserant, hęc ille. Cassiodorus quoq; libro 3. epistolarum ait. Nobilissimi ciuis est patrię suæ semper augmenta cogitare. Et talis bonus consiliarius est Deo valde gratus, & magnam p consilijs datis habebit remunerationem; nam dicitur in c. bone. 12. q. 2. Bonæ rei dans consilium, & præsentis habet vitę subsidium, & æternæ remunerationis expectat præmium. Petens aũt consiliũ debet esse mentis humilis & mansuetæ; vt scilicet suo sensui non nimis credat. Ait enim Ber. Illi omnia desunt qui sibi nihil deesse putat. Et Aug. inquit. Vbi dixisti sufficit ibi defecisti, & vbi tibi placuisti, ibi perijsti, & Prouer. 26. dicitur. Vidisti hominem sapientem sibi videri magis spe in illo habebit insipiens.

DE DOCVMENTIS datis medicis.

VOBIS quoq; medicis tria volo tradere documenta. Primũ dicitur cognitionis Debent enim medici esse periti in sua arte, aliter tenẽt de omni damno quod eorũ ignorantia infirmis euenit, vt in §. præterea institutа. ad. l. aqui. Et ibi Ioa. de Platea diffuse de hoc tractat. Imperitia enim medici culpę annumeratur vt in. l. si quis fundũ §. celsus. ff. locati. & l. imperitia. ff. de reg. iu. & per Dinũ in e. non est sine culpa. extra eo. titu. & ibi glo. & 1 q. 1. c. non ẽ putanda. in si. & 29. di. c. si. & extra. de eta. & qua. c. ad aures. & de homicidio. c. tua. Talium medicorum reperiuntur multi qui ex imperitia sua multos occidunt, vnde in si. de moribus medicorum c. & dicitur. Ignari medici demit medicina salutem. Dum prodesse putat semper obesse solet.

Medici, & quilibet alius debẽt esse periti in arte sua, aliter peccãt. Non solum aũt medicus, sed quilibet aliud afferens se peritum in arte sua ad satisfactionem, si aliquem ex ignorãtia sua lęserit. l. si. §. 1. & 2. ff. si mes. fal. mo. di. Similiter ille qui locat se pro iudice vel assessore, videtur asserere se peritum. Et ideo tenetur de omni dãno. vt in. l. si iudex. ff. de vari. & extra cogni. Et notat glosa in. l. 2. ff. qđ quisq; iuris. Quinimo ratione assertę peritię lata culpa ęquiperatur dolo. l. ad comentariensem. ff. de custo. & exhi. reo. Medicus ergo imperitus tenetur de sua imperitia, vt etiam in. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. presi. Quia imperitus medicus reputatur pro non medico, vt notatur in. l. q. si nolit. §. mãcipiũ. & ff de edili. edic. Et fauore publicę vtilitatis medicus semel approbatus potest reprobari si non est sufficiens. l. sed & reprobari. ff. de execu. tu. Et si propter suam ignorantiam aliquis moriatur ex sua medicina, ei imputabitur homicidium, quia volũtarie se exposuit ad illud ex quo secutum est homicidiũ. argumentum in c. merito. §. sed obijcitur. 15. q. 1. Imo etiam si sanitas sequatur,

non excusatur a peccato, quia exposuit se periculo peccati mortalis, ingerendo se operi ex quo sequi potuit notabile detrimentũ proximi vt inquit Archiepis. Florentinus in 3. parte summę ti. 7. De quibus hodie multi inueniuntur qui cũ non studerint se tamen ingerunt ad medicandum, & faciendum experientiã de aliquibus receptis pillularum siue pulverum, vel aquarum, siue alterius remedij, cuius nullam habent ratione. Sed tanquam ceretani se iactant mendaciter de multis curis, & quamplures occidũt, dantes idem remedium omnibus infirmitatibus.

Ergo medicum, confidentia ẽ habenda.

NOtandum est autem ꝙ aliquãdo qs habet bonum medicum nec tamẽ sanatur pro eo ꝙ non habet in ipso confidentiam. Et hoc patuit in quodam medico qui habebat patrem, & nouercã. Infirmato autem patre de quadã graui infirmitate, ille curauit ipsum. Infirmata vero nouerca de eadem infirmitate, ipsam curare non potuit. Sed accusatus apud iudicem ꝙ eam sanare non vellet. Ille respondit se non posse, dato ꝙ eadẽ infirmitate laboraret cũm patre, quia nõ erat talis affectionis & confidentię ergã ipsum qualis pater. Et ideo Auicẽna in quadam declamatione ait, ꝙ nihil magis prodest egris, quam confidere in eum a quo cupiunt curari. Est etiam sciendum ꝙ reperiuntur aliqui medici qui habent solum bonam scientiam theoricã, & isti sunt boni. Alij vero habent cum prædicta scientia etiam practicam & exercitationẽ longã, & isti sunt meliores. Ait .n. Vegetius 3. de re. mili. c. 10. Omnes artes, omniaq; opera quotidiano vsu, & vigili exercitatione proficiũt. Et ideo Cato inquit. Exerce studium quamuis perceperis artem. Vt cura ingenium sic manus adiuuat vsum. Alij autem medici cum scientia theorica & practica habẽt etiam experientiam infirmitatum quas probauerunt in seipsis. Et isti sunt optimi, & melius compatiuntur ęgrotis.

2. Documẽtum medicis elargitum.

EST quoq; notandum ꝙ peritus medicus medicinas adhibet prout infirmo magis expedire videt. Si enim videt infirmum malis humoribus plenum, dat ei medicinam purgatiuam, & si eũ videt debilem dat illi aliquam medicinam cõfortatiuam, & si videt in ipso aliqua infirmitatis accidentia remansisse dat ei medecinam meliorativam, quæ ipsi infirmo quotidie sanitatẽ augeat, donẽc ipsum præstinæ incolumitati restituat. Et nihilominus postquã fuerit sanatus dat ei medicinam, siue remedia pręseruatiua, quæ illum a casu, & infirmitate futura pręseruent ne ipsum recidiuare cõtingat. Ex quibus omnibus colligitur ꝙ secundum documentum dicitur curatiuis. Debetis .n. diligenter curam circa ęgrotum adhibere, quia si omittatis sollicitare infirmum in visitando, vel ex imprudentia, vel incõsideratione detis medicinam ex qua sequatur mors, vltra peccatũ mortale incurritis irregularitatem. vt dicitur archiepiscopus florentinus vbi supra. Et Hosti. ac Gosfredus in summa per ea que notantur in e. tua nos. De homicidio. De hac etiam negligentia dicit Imperator in §. pterea. Instituta ad l. aqui. ꝙ medicus curã ęgri relinquens vel male sanans ęgrum est in culpa. Et ideo lege aquilia tenetur ad extimationem quantum plus valuit infra annum. Concordat lex. qua actione §. si. cũ. l. se. ff. ad. l. aqui. Et dic. Io. de pla. in dicto. §. præterea. ꝙ culpa committitur ante factum non prouidendo, & in ipso facto vt male secando, & post ipsum factum, vt derelinquendo ęgrũ. Et idem notat glo. in. l. idem iuris. ff. ad. l. aqui. Si vero medicus ex industria cum medicamimibus protrahit infirmitatem vt amplius lucretur, grauiter peccat & furatur omne quod accipit. Vt inquit Archiepiscopus florentinus vbi supra. De quibus multi reperiuntur. Vnde in ciuitate Mediolani quidam medicus curabat quemdam piscatorem, qui omni sexta feria portabat sibi quandam piscium quãtitẽ. Cum vero semel absens esset medicus veniens ille piscator, locutus est cũ vxore medici. Quæ videns malum quod habebat ĩ digito dedit sibi ex practica quã habebat vnguentum curatiuum, quo ille sanatus est. Reuersus ergo Medicus expectabat in alia sexta feria ꝙ veniret piscator. Quo non veniente, & intellecto ab vxore de vnguento quod sibi dederat, ira

tus est valde. Ipse .n. dabat sibi vnguentum prorogatiuum infirmitatis, vt per totum annum non deficerent ei pisces.

3. documentũ medicis datum.

TErtium documentum dicitur obseruationis. Inquit enim Anto. de But. in c. tua nos de homicidio. & Hostien. in summa quod medicus debet obseruare traditiones artis. Quod si dubitat de medecina vtrum debeat ei nocere vel prodesse. In dubio potius debet dimittere infirmum in manu creatoris quam exponere periculo mortis. Extra de homicidio c. petitio. Item non debet consulere infirmo aliquod remedium pro salute corporis, quod sit in periculum animę, Hoc.n. ei prohibetur per ius canonicum sub pęna excommunicationis c. cum infirmitas de pęni. & re. Hoc.n. esset peccatum mortale infirmo & medico scienti, & consentienti, quia est contra ordinem charitatis, secundum quẽ præponenda est salus animę corpori c. ergo de pęni. dist. 2. c. faciat. 22. q 3. Et id dicit Io. an. post Vincentium in nouella super dicta decretali, quod medicus qui dicit infirmo, Non consulo, sed si facies tale quid sanaberis, transgredietur illam constitutione. Nam cum vendo tibi aliquid adijciens si vitiosum est vel lęsuum. Nolo teneri, cum sciam illud tale esse, teneor tibi de omni dãno dato. ff. de act. emp. l. 1. Non debet autẽ aliquis Christianus recipere a iudeo medecinã quia hoc est prohibitũ in c. null⁹ 28. q. 1.

Medici quomodo nõ debẽt psuadere aliquid quod sit cõtra animã alicuius & quomodo infirmis debẽt persuadere vt cõfiteantur.

ITem non debent facere medici cõsciẽtiam rotundam & grossam infirmis, asserentes quod tenentur ieiunare, vel quadragesimam facere pro qualibet minima infirmitate. Talibus.n. medicis imputabũtur omnes transgressiones quas homines faciunt ex sua pestifera persuasione. Argumentum in c. noli putare de pęni. di. 1. Tenentur quoq; medici obseruarę præceptum ecclesiæ in d. c. cum infirmitas de pęni. & re. vbi præcipitur omnibus medicis corporum, vt moneant, & inducant infirmos vt ante omnia medicos aduocent animarum. O quot medici sunt qui peccãt mortaliter cõtra hoc præceptum facientes. Dicunt .n. omnes Doctores super dicto ca. quod non excusat eos si dicant solum quando vident infirmitatem mortalem, & non aliter, quia expræsse faciunt contra constitutionem quæ vult vt eis dicatur a princi. Et nõ facit differentia de infirmitate mortali vel non mortali. Vnde dicitur Io. an. ibi dẽ quod si infirmi scirent medicos exhortari omnes infirmos ad Confessionem pro quacunq; infirmitate cessaret timor mortis, & periculum, quod dedit caussam edicto. Et dicit Hosti. quod tenentur inducere cũ effectu idest facere quantum possunt vt confiteantur & prouideant de salute animæ. Dicit tamen Petr⁹ de Palude quem sequitur Archiepiscopus florentinus vbi supra, quod licet infirmus nolet confiteri, tamen medicus si vedeat periculum mortis non debet desistere a medicamine, quia intelligendum est illud verbum decretalis. Moneant & inducant effectualiter quantum ex parte medici. Ar. in c. sicut de eo qui cognouit cõsan. vxo. sue. Et. 1. l. stipulatio ista. ff. de verbo. obli. Non autem ex parte infirmi, quia si dimitteret eum; forte moreretur desperatus, quia sanatus posset postea conuerti. Et sic pręceptum ecclesiæ videretur contra præceptum Dei de charitate proximi. Quod nullo modo credẽdum est. Facit pro hoc textus cũ glo. 83. di. in prin. vbi Simachus Papa inquit. Mortem probatur languentibus inferre, qui hanc cum potest non excludit. Prı⁹. ergo querite o medici vt sanetur anima, deinde per dei gratiam sanabitur corpus Et in vobis verificabitur illud Psal. 87. Medici suscitabunt & confitebuntur tibi. Quod facientes ad vitam peruenietis sempiternam. Amẽ.

DOMINICA IIII. POST PASCHA DE DIVITIBVS ET PAVPERIBVS ET DE CONSILIIS EIS DATIS.

SERMO TRIGESIMVS.

PRINCEPS mũdi hui⁹ iã iudicatus ẽ Io. 16 Inqt Salomõ Pro. 22. Diues pauperib⁹ imperat, sed sæpe accidit illi q́ ait sapiẽs Eccl. 8. d. Interdũ dominatur homo homini in malũ suũ. Vera est. n. sẽtẽtia Iuuenalis li. 4. satira 11. di. Quosdã præcipitat subiectat potẽtia magne inuidiæ. Et Lucani li. 8. q́ iqt. Virt⁹ ẽ sũma potestas. Nõ choeũt. Plerũq; etenim ruit homo in supbiã ꝓp multitudinẽ diuitiarũ & potẽtiæ. Vnde Ecclesiastici. 21. dicit Domus quæ nimis locuples ẽ dominabit superbia. Maxime aũt supbire solẽt, q́ de paupertate ad diuitias multas puenerũt Quo circa inqt Claudian⁹ li. 1 Asperius nihil est humili cũ surgit ĩaltũ. Et Gualterı⁹ de Castilione li. 1. dicit. Qui pluuiis lib⁹ vndis intumuit torrẽs fluit acrio amne phẽni. Sic partis opib⁹ & honoris culmine seru⁹. In Dñm surgẽs truculẽtior aspide surdi. Obturat ꝑcib⁹ aures, & mãsuescere nescit. Sed tales tirãni cũ se dominare aliis putãt ĩ miserabilẽ seruitutẽ ptrahũt. Ait. n. Aug. in epigrãmatib⁹ ꝓsperi, epigrãmate. 3. Mal⁹ ẽt si regnet seru⁹ ẽ nõ vni⁹ Dñi sed q́ grauı⁹ est tot dominorũ quot viciorũ. Taliũ quoq; arrogãtiã nõ sustinẽs Deus eos cito de alto statu cadere facit. Et Martialis poeta ait. Altior ascẽs⁹ grauior plerũq; ruina. Cito ergo verificabit illud Eccle. 21. c. Substãtia supbi eradicabitur. Et q́ deteri⁹ ẽ ad æternas detrahet miserias ĩfernalib⁹ ĩ ꝑpetuũ adiudicat⁹ ĩcẽdiis. Sicut dicunt verba ꝓposita, quæ licet ꝑncipaliter ĩtelligãt de ꝑncipe tenebrarũ diabolo, tñ de quolibet malo ꝑncipe, ac auaro diuite, & potẽte intelligi possũt. Sup q́bus verbis duas tñ cõsiderationes faciemus. Prima dicet disputationis, Secunda cõditionis. *Sermonis ĩtentio ac diuisio.*

QVo ad primã licet forte nõ esset malũ ĩtroducere vnũ diuitẽ, & aliũ pauperẽ simul disputãtes, quorũ q́libet conet approbare q́ stat⁹ suus ẽ bonus. Status vero alterius est dãnabilis. Et primo introducere diuitẽ allegãtẽ ꝓ suo statu, & reprobantẽ statũ paupertatis, deinde pauperẽ allegantẽ pro statu suo & damnantẽ statũ diuitiarũ, & vltimo ferre sententiã circa hanc quæstionem. Tñ alium modũ pro nũc tenẽtes. Primo arguemus cõtra statũ diuitum. Secundo pro statu eorũ. Tertio contra statũ pauperũ. Quarto in eorũ fauorem Quinto faciemus declaratione argumentorũ. *Dubium à melior sit paupertas an diuitiæ discutitur.* Quo ad primũ arguitur, q́ difficile sit diuitibus ad salutẽm pertingere. Scriptũ est. n. Eccle. 11. Si diues fueris, non eris immunis a delicto. Et Prou. 28. Qui festinat ditari, nõ erit innocens. Et 1. ad Thi. 6. Qui volũt diuites fieri incidunt in tentationẽ & laqueos diaboli, & desideria multa stulta, & noxia, quæ demergunt homines in interitũ & perditionẽ Aug. quoq; in li. 83. quæstionũ inquit. Charitatis venenũ est spes adipiscendorũ. Et Hiero. ad Eustochiũ, diuinis euangeliũ vocibus intonat. Nemo põt duob⁹ dñis seruire, & audeat

quisquã Chr̃m mẽdacẽ facere, Deo & mã monę seruẽdo? Vociferat̃ ille sępę q vult venire post me abneget semet ipm, & tollat crucẽ suã & sequat̃ me. Et ego onust⁹ auro arbitror me Chr̃m sequi? sic idẽ ad Iulianũ ait Diuitẽ purpuratũ gehẽnę sulcipit flãma. Lazar⁹ paup plenus vlceribus cui⁹ carnes putridas lābebãt canes, & vix de micis mensę diuitis miserã sustinebat animã, i sinu Abrahę recipit̃ & tãto patri archa parẽte lætat̃. Difficile imo ĩpossibile ẽ vt psentib⁹ qs, & futuris fruat̃ bonis, & hic ventrẽ, & illic mẽtẽ impleat. Vt de diuitijs transeat ad diuitias vt in vtroq; seculo primus sit, vt & in cœlo, & terra gloriosus appareat; hæc ille. At sanctus sanctorum Christus. Lucę. 6 c. ait. Veh vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Et idem Matthæi. 19 Facilius est camelum per foramen acus transire, q̃ diuitem intrare in regnum cęlorum. Genitrix vero eius virgo sanctissima. Lucæ. 1. c. sic cecinit. Esurientes impleuit bonis & diuitas dimisit inanes. Satis etiã damnabiles fore diuitias, Christus & sancti exẽplo pariter, & opere demõstrarũt. Paup siquidẽ Chr̃s ex paupere matre nat⁹, vsq; ad patibulũ crucis pauperẽ vitã duxit. In natiuitate. n. nõ habuit lectũ i quo requiesceret, sed i psepio requieuit. Non habuit pãnos qb⁹ mẽ eũ iuolueret nisi viles. Nõ seruitiores nisi bouẽ, & asinũ. In vita ẽt nõ habuit domũ ad habitãdũ. Matt. 8. Vulpes foueas habẽt. &c. Nõ habuit diuitias ad possidendũ. 2. ad Cor. 8. Propter nos egenus factus cũ esset diues. Nõ etiã habuit cibos ad comedẽdũ, qa sæpe esurijt. Matt. 21. In morte etiã nõ habuit sepulchrũ pprium, sed posit⁹ fuit i sepulchro alieno. Matt. 27. In cruce etiã nudus mori voluit vt statũ paupertatis approbaret. Vnde Bernar. in quodã sermone ait. Oĩũ bonorum æterna in cęlis affluentia supperat, sed paupertas non inueniebat̃ in eis. Hãc itaq; Dei filius concupiscens descendit, vt eam sibi assumeret ex sua extimatione illam faceret præciosam. Pauperes adhuc ipse voluit esse Apostolos suos. De quibus dicit Chrisostomus super Matth. Si bonũ esset aurũ, hoc vtiq; dedisset Apostolis Christus qui ineffabilia eis contulit bona. Nunc autem nõ solum non dedit, sed etiam habere prohibuit.

Vnde & Petrus in paupertate gloriatur dicens. Aurum & argentum nõ est mihi.

Philosophi insuper atq; gentiles suo modo damnabiles, & periculosas esse prædicant diuitias temporales, & illas fatentur noxias. Vnde Tullius in 1. de officijs ait. Pecuniæ fugiẽda cupiditas est. Nihil est enim tam angusti animi tãq; parui q̃ amare diuitias, nihil honestius magnificentiusq; q̃ pecuniam contemnere. Patent prędicta per exempla sapientum de diuitijs non curantium. Et primo Zenonis de quo inquit Seneca in lib. de tranquillitate animi, q cũ omnia sua audisset esse submersa inquit: Iubet me fortuna expeditius philosophari. Valeri⁹ quoq; maximus de Anaxagora dicit, q cũ post longam peregrinationem redisset ad patriã, omniaq; sua dissipata audisset ait: Non essem ego saluus nisi ista perissent. Tullius quoq; in paradoxis de Biante pęneo ait. Nec non illum laudo sæpe sapientem qui nominatur vt opinor inter septem cuius cum patriam cepisset hostis, cęteriq; ita fugerent, vt multa de suis rebus secum asportarent cum esset admonitus a quodã vt idẽ ipse faceret. Ego inquit sic facio. Nam oĩa mea mecũ porto. Ille hæc ludibria fortunæ, nec sua putauit q̃ nos etiã bona appellamus. Legitur quoq; de Platone q cum diues esset oĩa cõtempsit oẽsq; habitatores patriæ suæ induxit vt nemo in ea aliquid pprĩũ possideret, sed oĩa essent illis cõĩa. Cratonquoq; de Thebaida maximũ auri põdus in mare proijciens dixit. Abite pessimæ malæq; diuitiæ quia ego submergã vos ne submergar a vobis. Diogenes quoque philosophus oĩa sua abijciens & in maxima viuens paupertate, cũ reseruasset vas ligneũ ad potandũ videns quendã hominẽ manu bibentẽ statim vas suũ confregit dicens. Nesciebã q natura dedisset mihi Syphum. Hieronymus quoq; ad paulinũ de Socrate philosopho inquit licet quidam dicãt q loquit̃ de Crate siue Cratone, & ponit̃ 12. q. 2. c. Socrates, alias Crates. Socrates quoq; ille thebanus homo quondã ditissimus cũ ad philosophandũ athenas pergeret magnũ auri põdus abiecit nec putauit se posse virtutes simul, & diuitias possidere. Et Lactantius libro. 1. diui. insti. ait. Nã & abiecisse quosdã res fami-

Philosophorũ sentẽtia difficili etiã diuitib⁹ saluari ostenditur.

familiares suas, & renunciasse vniuersis voluptatibus constat vt solam nudamq; virtutem nudi expeditiq; sequerentur. Auarus enim similis est struthioni qui ex rapacitate, & caliditate stomaci ferrum deuorat. Vnde de auaritiæ dedito dicit Virgilius. I. Æneidos. Feruet auaritia nimiaque cupidine pectus. Licet autem struthio habeat pennas tamen ex grauedine corporis, & nimia plenitudine non potest se in altum eleuare. De auaro autem dicitur in c. Socrates. 12. q. 2. Onustus pondere auri Christum pauperem non sequi. Et ideo inquit Hieronymus ad Iulianum. Difficile intrant diuites regna cęlorum, quæ expeditos, & alarum leuitate subnixos habitatores desiderant. Et in epistola ad Elbidiam de 12. quæstionibus ait. Omnes nanq; diuitiæ de iniquitate descendunt, nisi vnus perdiderit, alter inuenire non potest. Vnde vulgata sententia mihi videtur verissima; quòd diues, aut iniquus est, aut iniqui hæres. Et contra pelagianos dicit. Diuites qui ingressi sunt regna cęlorū ipsis diuitijs ad bona vtentes opera diuites esse desierunt, & dispensatores magis Dei quàm diuites appellādi sunt. Potest quoq; addi ad prædicta quòd cum vt ait Apostolus. 2. ad Thi. 2. Nemo coronetur, scilicet in vita æterna, nisi qui legitime certauerit, omnesq; christiani habeant continuam luctam cum diabolo secundum Apostolū ad Ephe. 6. Videtur quasi impossibile q̃ diuites possint legitime cum ipso decertare, ac eum vincere qui nudus est bonis tẽporalibus. Ipsi vero sunt ex omni parte vestiti. Et hanc rationẽ tangens Greg. super Matthæum inquit. Qui ad fidei agonem venimus luctamen contra malignos spiritus sumimus. Nihil autem maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Nudi igitur cum nudo luctari debemus. Nā si vestitus quisq; cum nudo luctatur citius ad terram deijcitur quia habet vnde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia nisi quædam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolū ad certamen properat vestimenta abijciat ne succumbat. Hæc ille. Gratiorem quoq; esse Christo statum pauperum, & impotentum, atque vilium personarum quàm diuitum, ac potentum, atq; magnatorum, ex hoc argui potest quòd viuens in hac vita mortali de omnibus diuitibus quasi vnum solum habuit amicum, scilicet Zacheum. Lucæ. 19. de omnibus potentibus vnum, scilicet centurionem, Matth. 8. & de omnibus sapientibus vnū, scilicet Nichodemum. Ioannis. 3. Vnde 1. ad Cor. 1. ait Apostolus. Videte vocationem vestram fratres quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quę stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes.

Pro diuitibus arguitur, probando facili me posse saluari.

SED contra præmissa arguitur in fauorem diuitum. Scriptum est. n. Prouer. 13. Redemptio animæ viri diuitiæ propriæ. Ait enim saluator diuitibus. Date eleemosynam. Et ecce omnia munda sūt vobis. Lucæ. 11. Ecclesiastici. 18. Substantia viri robur eius, & quasi murus validus circundans eum, & c. 19. eiusdem libri habetur. Diuitiæ addunt amicos plurimos a paupere autem & hi quos habuerat separant. Fratres hominis pauperis oderunt eum. Insuper & amici eius procul recesserunt ab eo. Et Ecclesiastici. 13. scriptū est. Diues cōmotus confirmatur ab amicis suis. Pauper autem cum ceciderit expelletur & a notis. Diuiti decepto, multi recuperatores. Locutus est superba, & iustificauerunt illum, humilis deceptus est insuper, & arguitur, locutus est sensate, & non est datus ei locus. Diues locutus est, & omnes tacuerunt & verbum illius vsq; ad nubes perducent, pauper locutus est, & dicūt quis est hic? Et si offenderit subuertēt illum. Propter quæ inquit Aristo. 4. Ethi. Diuitiæ sunt vtilium, & iterum. 2. rethoricæ. Vnū aliquid necessariorum est substantia. Et primo politice. Res possessa organum est ad vitam, & secundo eiusdem libri. Confert multitudo substantiæ. Horatius quoq; in epistolis dicit. Et genus, & formam, regina pecunia donat.

Et Ouidius. 2. de arte amandi inquit.

Ipse licet venias musis comitatus homere.

Si nihil attuleris ibis homere foras.

Aurea nunc vere sunt secula, plurimus auro.

Venit honos, auro conciliatur amor. Et in pri-

in primo de tristibus.
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam.
Nullus ad amissas ibit amic⁹ opes. Et auctor qui dicitur Pamphilus.c.2.ait.
Dummodo sit diues cuiusdam vacca bubulci.
Eligit ex mille quemlibet illa virum. Et Ricardus poeta in lib.de nuptijs.c.4.
Denarius bonus est socius, quicquid petis illi.
Dat tibi, denario cuncta parere notes. Et auctor in lib. de moribus medicorum ait.
Bella mouet nummus, eadem sedare videtur.
Qui sunt discordes, vnanimesque facit.
Regibus, & ducibus generaliter omnibus ipse
Imperat, atque præest, & dominatur eis.
Si careat nummis sapiens quasi nullus habetur.
Et sapiens diues stultus habetur homo.
Nummus amicitias iungit, dat nummus honores.
Vix sine denarijs, vllus habetur honor.
Rex regum nummus, dominus manet, & dominatur.
Et cuncti reges subijciuntur ei.
Destruit ædificat, nummus facit omnia quæ vult.
Ius, & iustitiam cum ratione necat.
Salomon quoq; Ecclesiastes. 7. ait Sicut protegit sapientia, sic protegit pecunia, & eiusdem libri. 10. c. iterum ait. Pecuniæ obediunt omnia, vnde metrice dicit.
Nummus honoratur, sine nummis nullus amatur.
Nummus vbi loquitur Tullius ipse tacet.
Dominus quoq; Iesus. Matth. 26. dicit. Omni habenti dabitur & abundauit ei autem qui non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab eo: & Isidorus, soliloquiorum.lib.1.ait. Vbiq; pecunia vincit, omnes vero mendicitatem spernunt. Quantum etiam prosit facultas diuitiarum & potentia ostendit Salomon. Prouer. 19. dicens. Multi colunt personam potētis, vt enim dicitur in.l. 3.ff. de alie iu.mu. cau. fac. Potentioribus pares esse non possumus. Et ideo Aristo.3. Politicorum inquit. Rationabiliter præparantur honori nobiles & diuites, & Ouidius.1. de fastis. Dāt cēsus honores. Census amicitias, pauper vbiq; iacet. Et Martialis l. 1. Epigrāmatū. c.5. ait. Colligit ingratas pauper amicitias. Iuuenalis quoq; lib.1. satira.3. ostēdit quòd pauper cū difficultate ad excellētiam status venit dicens. Haud facile emergūt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi.

Arguitur contra pauperes.

EX prædictis igitur possunt inferri argumenta contra pauperes. Scriptum est enim Ecclesiast. 27. Propter inopiam multi deliquerunt. Ideo Aristo.2. Retho. inquit. Omnis indigentia mala est. Et Salustius in cathilinario. Semper in ciuitate quibus opes nullæ sunt bonis inuident, malos extollunt, vetera odere, noua exoptant, odio suarum rerum mutari omnia vellent. Et Boetius libro.3.de disciplina scolastica. Nouerca est disciplinæ ægestas.40. Melius est mori quàm indigere. Scriptum est enim Prouer. 13. Etiam proximo suo pauper odiosus est, amici vero diuitum multi. Et 15. Omnes dies pauperis mali. Et 18. eiusdem lib. c. Cum obsecratione loquitur pauper & diues effabitur rigide. Et Iuuenalis vbi supra inquit. Nil posest infelix paupertas durius se. Quam quòd rediculos homines facit. Et iterum. Libertas pauperis, hæc est Pulsatus rogat, & pugnis concussus adorat. Et ad hoc facit quod ait Salustius in Iugurtino. In omni certamine qui opulentior est etiam si accipit iniuriam, tamen quia plus potest facere videtur. Aristo.quoq; de pauperibus inquit. 2. Poli. Principari quidem non facile est pauperibus, semper enim conculcantur a diuitibus, dicente Ecclesiast.13. c. Pascua diuitum sunt pauperes. Et ideo inquit idē sapiens 8 eiusdem libri.c. Ne contendas cum viro locuplete ne forte econtra constituat tibi litem. Vera est enim Ouidij sententia in 3. lib. sine titu dicentis. Curia pauperibus clausa est. Eapropter idē poeta.2.de arte amandi ait. Pauper amet caute, timeat maledicere semp. Multaq; diuitibus non patienda ferat. Quæ confide

siderans Cassiodorus in lib. 1. epistolarũ dicit. Indigentiam nostram iuste fugimus quæ suadet excessus, pauperes enim leui dispẽdio vulnerantur, scilicet a diuitibus, & potentibus, de quibus Ouidius in epistolis inquit. An nescis lõgas regibus esse manus? Et ideo sapiens Ecclesiastes. 10. c. ait. In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti, quia etiam aues cęli portabunt vocem tuam.

Pro pauperibus argui tur.

SED præmissis obijci potest, & argui in fauorem pauperum. Ait enim Seneca ad Lucillum. Si vis vacare animo, vt pauper sis oportet, aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura, frugalitas autem paupertas voluntaria est. Et iterum ad eundem dicit. Diuitiæ inflant animas superbiam pariunt, inuidiam contrahunt, & insolentiam dant. Nihil autem aliud est insolentia quàm spes falsæ magnitudinis, & rursum in libro de remedijs fortuitorum. c. 13. ait. Multi diuitem comitantur, mel, muscæ sequuntur, cadauera lupi, frumẽta formicæ, prædam sequitur ista turba non hominem, & Eccle. 8. dicitur. Multos perdidit aurum, & argentum, & primo Ethic. ait Philosophus. Multis contingũt detrimenta ex diuitijs, & quidam perierunt propter illas, vnde & Isidorus libro secundo soliloquiorum ait. Multi propter opes periclitarunt. Multi propter diuitias in discrimen venerunt. Multis exitiales fuere diuitiæ, multis mortem generauerunt opes. Et ideo Seneca ad Lucil. inquit. Aude opes, contemnere opes, & te quoq; dignum finge Deo. Nemo. n. alius est Deo dignior, quàm qui opes cõtempsit. Et iterum ad eundem scribit. Quietissimam vitam agerent homines, si hæc duo pro nomina de rerum omnium natura tollerentur, scilicet meum, & tuum. Et ideo dicitur in. l. in honoribus. §. philosophis. ff. de vaca. mu. vere philosophantes pecuniam contemnunt. Ait enim Martialis poeta. Ardua res hęc est, opibus non tradere mores. Et ideo inquit Saluator Matth. 19. Si vis perfectus esse vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cęlo, & Cato in suis documentis.

Despice diuitias si vis animo esse beatus.

Quod nimium est fugito paruo gaudere memento.

Tuta mage puppis est modico quæ flumine fertur. & Boetius. 2. de consolatione dicitur. Diuitiæ possidentibus persępe nocuerunt. Ait enim Lucanus lib. 3. Certamẽ mouistis opes. Et ideo Dauid. Psal. 36. ait. Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas, & glo. in. l. si quis §. quis enim. C. de epi. & cle. inquit. Nota quòd paupertas prodest. Quã glosam licet postulet Azo dicens. A tali prodesse libera me domine, per hoc non concluditur quòd paupertas non sit bona, diligebat enim pecuniam sicut & Accursius glosator qui in. l. 1. ff. de iusti. & iu. super illa verba, veram nisi fallor philosophiam non simulatam affectantes dicit, quòd legistę sunt veri philosophi, sed subiungit. Non tamen pecuniam abijcimus.

Pro paupertate aliqua alia ponũt.

SED in laudem paupertatis ait Esopus. Pauperies sileta venit ditissima res est. Et ideo inquit Horatius in epistolis. Nam neq; diuitibus contingunt gaudia solis. Patuit hoc per exemplum illius pauperis, qui cum staret prope quẽdam diuitem semper erat lætus, cantans, & sonans, & exultans, diues vero auarus semper tristis, & mestus. Quapropter inuidens lætitiæ dicti pauperis, occulte proiecit in habitaculo ipsius sacculũ aureorum. Quos inueniens pauper statim deposuit cytharam, & omnia lætitiæ signa: cepitq; magnis anxietatibus inter se cogitare, quid de ipsis aureis faceret. Nunc cogitans emere domum postea deliberãs emere possessionem, deinde dicebat intra se, forte melius erit mercari. Et sic cogitationibus plenus, & curis non poterat in animo lætus esse. Cumq; videret diuitẽ de sua tristitia lætari, animaduertens dolum, proiecit ei aurum suum, & dixit. Accipe auare pecunias tuas. Ex quo enim illas inueni, nunquam potui gaudere. Sicque pecunijs depositis ad pristinum gaudium redijt.

Multa alia in paupertatis laudem.

DE paupertate autem interrogatus Secundus Philosophus quid esset, ait quòd

quòd est odibile bonum. Satrritatis mater, curarum remotio. Sine errore semita. Sapientiæ reparatrix, negotium sine dãno. Possessio absq; calumnia. Indetractabilis substantia, & sine sollicitudine felicitas. De ipsa quoq; loquẽs Albertus magnus in tractatu de virtutibus politicis, dicit q̃ paupertas est bonorum operum causatiua. Et ad hoc dat exemplũ de terra macra in qua melior efficitur vinea, & dulciora, ac fortiora nascuntur vina, & a corruptione amplius elongata q̃ in terra pingui. Montes etiam qui sunt macriores q̃ valles, & in eis minus est de humore q̃ fit in valle, fructus producunt meliores saniores, sapidiores, & amplius conseruabiles, quia humor si fit nimius ad putrefactionem disponit. Dicit quoq; idem doctor vbi supra, q̃ paupertas est diaboli fugitiua, dans exemplum, q̃ serpẽs fugit hominem nudum quem impetit vestitũ. Item dicit q̃ paupertas est suauis odoris flagratiua, dãs exemplum de cinamomo, quod tanto est melius quanto subtilius. Quod dum frangitur quoddam de eo ad modum nebulę spiramẽtum emittit. Sed stulti qui sola exteriora considerant, qđ est grossius melius esse putant cum quasi nihil valeat. Subtile. n. cinamomum est in sapore acutum & quadam dulcedine intermixtum est etiam notabile q̃ cinamomum nunq̃ de se odoré mittit nisi postq̃ arescit, quia tunc solum paupertas est vera, postq̃ omni humiditate mũdanorum consumpta remanet ab omni terrenorũ amore arida. Accipe etiam ad hoc exemplum de vite, quæ nisi putetur a superfluis, penitus sterilescit. Et quantum a vite de materia superflua tollis magis, tanto plures fructus adducit. Dat quoq; exẽplum præfatus doctor, de pinu quæ est arbor recta, pulchra, leuis, & alta dicens q̃ tanto plus crescit in altum quanto plures ramos inferius perdit. Vnde versus terram ramis eius abscisis, plus versus cœlũ in coma se erigit. Et sic per omnia in paupertate est dicendũ. Et est notabile q̃ diutius durat ista arbor si a suis corticibus fuerit spoliata. Nã corticibus nõ abiectis, fit vermiculosa, & vermibus pręparatur rodenda, hæc ille. Facit ad prædicta q̃ pastores pauperes de prope veniũt ad Christum. Lucæ. 2. Sed magi diuites, de longe. Matth. 2.

Similiter de paupertate dicitur. Isa. 48. q̃ est caminus purgans. Præterea de pauperibus Deus curam habet, vnde Ps. 9. dr̃. Tibi derelictus est pauper. In eos respicit. Psal. 10. Oculi eius in pauperẽ respiciunt. Eos exaudit. Psal. 33. Pauper clamauit & dñs exaudiuit eum, & Eccle. 21. Deprecatio ex ore pauperis, vsq; ad aures altissimi perueniet. Eis dat dulcedinẽ. Psal. 67. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Liberat eos. Psal. 71. Liberabit pauperem a potente, & pauperẽ cui nõ erat adiutor. Et Psa. 108. Astitit a dextris pauperis, vt saluam faceret a persequentibus animam eius. Non vult eos despici. Prouer. 17. Qui despicit pauperẽ exprobrat factori suo, vult eis subueniri. Prouer. 21. Qui obturat aurem suam ne audiat clamorem pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur. Nõ vult eos lędi. Prouer 22. Non facias violentiam pauperi, nec conteras egenũ in porta quia dñs iudicabit causam eius, & cõfiget eos qui afflixerũt animam eius. Roborat eos. Isa. 25. Fortitudo pauperis & factus est dñs. Erudit eos, vñ dicitur, Matth. 11. Pauperes euangelizantur. Ideo Hie. hæc considerans in quadam epistola inquit. Quamdiu versamur in rebus seculi, & anima nostra possessionum, ac redditúum procuratione deuicta est de Deo libere cogitare non possumus. Aug. quoq; ait. Quid est q̃ dicis. Ego sum diues ille pauper, nisi ego oneratus ille leuis? Sarcinam tuam commemoras, & pondus tuum laudas. O onerate. O ligate quid te laudas? quid te iactas. Solue vincula tua. Minue de sarcina tua. Da comiti tuo & illum adiuua, ac te releua, prædicta etiam confirmans dicit Greg in quadam homilia. Tanto vnusquisq; a superno amore disiungitũ, quanto inferi⁹ delectatur. Et Seneca ad Lucil. inquit. Multis ad philosophandum obsistere diuitiæ, paupertas autem expedita secura est. Ideo August. in lib. de verbis domini inquit. Non tibi displiceat paupertas. Nihil ea dititi⁹ poteris inuenire. Vis scire q̃ locuplex sit Cęlũ emit. Quibus thesauris cõterri põt, q̃ paupertati videm⁹ indultũ vt ad regnũ cęlorũ veniret. Bernar. quoq; in serm. de oib⁹ sãctis inqt. Vis obtinere regnũ cęlorũ? Paupertatis vilita-

Sequitur in laudẽ paupertatis alia adducenda.

litatem amplectere, & tuum erit. Regnū enim cęlorum pauperum est, propter cuius paupertatis vtilitatem Apostoli relictis omnibus secuti sunt dominum. Vt dicitur Matth. 19. & Lucæ. 5. Ad amorem quoque pauperum inuitat nos Iacobus Apostolus suæ canonicæ. c. 2. di. Fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi, etenim si introierit in conspectu vestro vir aureum annulum habens in veste candida. Introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est veste præclara, & dixeritis. Tu sede hic benè, pauperi autem dixeritis. Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nonne facti estis iudices cogitationum iniquarum? Attendite fratres mei dilectissimi. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide & heredes regni quod promisit Deus diligentibus se? Pro conclusione igitur huius argumentationis, dico quòd in die iudicij Deus faciet misericordiam pauperibus suis eis tribuens æterna gaudia paradisi. Et hoc est quod dicitur. Isa. 49. Pauperū suorum miserebitur Deus.

Respōsio ad dubitationem de paupertate, & diuitijs nota.

PRO determinatione huius quęstionis, dico quòd tam pauper quàm diues bene viuens intrabit in regnum cęlorum iuxta illud. Psalmi. 48. Simul in vnū diues, & pauper. Vnde Prouer. 22. dicitur Diues & paup obuiauerūt sibi, & vtriusque operator est dominus, scilicet vt eos saluet. Et in cōmuni prouerbio dicitur, quòd Deus fecit diuitem propter pauperem, & pauperem propter diuitem, vt vnus sit causa salutis alterius. Verum pro clariori intelligentia sciendum est quòd in triplici statu inueniuntur homines. Aliqui sunt pauperes, aliqui nec diuites, nec pauperes, scilicet non habentes superflua, nec indigentes necessarijs. Aliqui vero sunt diuites, primi, scilicet pauperes reperiuntur in duplici genere. Alij qui enim sunt voluntarij aliqui vero inuoluntarij. Pauperes voluntarij sunt illi, qui sponte propter Christum se pauperes faciunt. De quibus inquit dominus Matth. 5. Beati pauperes spiritu, idest voluntate, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Talis enim paupertas dicitur filia Dei. Vnde in figuram legitur de quodam rege qui habuit duas filias. Vnam pulcherrimā, & aliam turpem ad videndum, quarum pulchra ab omnibus appetebatur, de turpi vero nemo curabat. Quæ flens in conspectu regis, & patris, fuit ab eo consolata. Dixit enim ei. Noli flere, quia qui te accipere voluerit dabo ei regnum meum, & ipsum constituam hæredem omnium bonorum meorum. Qui autem acceperit sororem tuam nihil nisi pulchritudinem secum accipiet. Filia namq; pulchra est huius mundi abundantia. Filia vero turpis est paupertas attenuata, quam qui accipit in spōsam habebit pro dote vitam æternam, & regni cęlestis hæres, & rex efficietur. Et ideo de tali paupertate euangelica dicit Seraphicus pater Franciscus in regula sua. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimos fratres meos hæredes, & reges regni cęlorum instituit pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit. Hæc sit portio vestra quæ perducit in terram viuentium. Cui dilectissimi fratres totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine domini nostri Iesu Christi in perpetuum sub cœlo habere velitis. Et quàm sit digna ista paupertas apparet ex eo quòd Christus eam dedicauit, vt dicitur in c. Gloria Episcopi. 12. q. 2. Ait enim Ambrosius in quodam sermone. Reuolue omnem vitam saluatoris a partu virginis vsq; ad patibulum crucis, & non inuenies nisi stigmata paupertatis. De tali igitur paupere loquuntur principaliter argumenta in fauorem pauperum facta. Talis enim pauper dicitur ille qui amator Dei se in numero pauperum constituit, & ita tanquam pauper voluntarius viuit. 1. q. 2. c. sacerdos. Et ideo o pauperes voluntarij perseuerare in vocatione vestra, in qua consistit omnis perfectio dicente domino. Matth. 19. Si vis perfectus esse vade & vede omnia quæ habes, & da pauperibus & sequere me. Perfectius est enim omnia propter Christum cōtemnere, quàm pauperibus distribuenda seruare. 12 q. 1. c. expedit. & 2. q. 2. c. gloria Episcopi. §. Socrates. Ille igitur est verus pauper supernis diuitijs potiturus, qui nihil quærit præter Christum. 12. q. 1. c. clericus. Tales vero paupe

De triplici statu holū.

Argumēta in fauorem pauperū ad ducta quō intelligēda, & de quibus pauperibus.

eorum nihil possidebitis. Ego dominus pars & hæreditas vestra. habent cęlum ad largiendum. Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula, habent etiam regnum ad possidendum. Lucæ. 12. Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnū. Et ideo saluator. Matth. 5. dicit, quod ipsorum est regnum cælorum, & non dicit erit, quia iam habet ipsum in spe certa. Roma. 8. Spe salui facti sumus. Et ideo tales possunt appellari diuites. Tres enim sunt species hominum qui quamuis nihil adhuc habeant in re, tamen habent multa in spe, scilicet qui ad magnam dignitatem electi sunt, & q in loco tuto aliquem thesaurum reposuerunt, & qui sunt hæredes principum. Et tales sunt pauperes voluntarij, qui a Deo sunt ad altitudinem status euangelicæ paupertatis electi, & thesauros suos spirituales in cælo reposuerunt qui a nemine eis possunt auferri. Et facti sunt hæredes regni Dei, Iacobi. 2.

Sequitur ostendendo quibus pauperibus vtilis est paupertas.

SVnt vero alij pauperes sed inuoluntarij qui non sponte se fecerunt pauperes, sed necessitate compulsi in paupertate viuere coguntur. Et istorum aliqui habent patientiam amore Dei, nec propter paupertatem aliquid mali faciunt. etiam in istis paupertas vtilis est. Et propter hoc dicitur quod paupertas non est in numero malorum, sed bonorum computanda. 15. q. 1. c. illa. Paupertas enim coronat sustinentes. 47. di. c. sicut. Et ideo o pauperes nolite desperare in vestra egestate, sed patienter eam sustinere. Nam Gregorius in homilia de Lazaro, & diuite ait. Mala Lazari purgauit ignis inopię, & bona diuitis remunerauit fęlicitas transeuntis vitæ. Illum paupertas afflixit & traxit, istum abundantia remunerauit, & repulit. Quicunq; ergo in hoc seculo bene habetis, cum vos bona egisse recolitis, valde de eis pertimescite, ne concessa vobis prosperitas eorundem remuneratio sit bonorū. Et cum quoslibet pauperes iniquitas, calamitas paupertatis purgat, hæc ille. Sunt alij pauperes inuoluntarij, qui non patienter sustinent paupertatem, sed tanquam desperati in omnia corruunt scelera. Et isti ad æternam perpetuam damnationem. Et de talibus loquitur Seneca dum ad Lucillum dicit. Paupertas nulli mala est nisi recusanti. Inter illos autem sceleratiores sunt illi, q cum diuites essent ad inopiam deuenerunt, & patientiam non habentes, per fas & nefas, amissa recuperare contendunt, de quibus Andreas ad Gualterium lib. 3. de amore inquit. Qui plurimis consueti sunt abundare diuitijs, si ad inopiæ postmodum tenebras labuntur nullum veretur committere crimen, vt fortunam diuitiarum recuperare possint amissam.

De 2. statu hominum.

SEcundus status hominum est mediocrium, qui non sunt nec diuites, nec pauperes. Quorum statum desiderabat Salomon. Prouer. 30. rogans Deum, & dicēs. Paupertatē & diuitias ne dederis mihi, sed tantum victus meo tribue necessaria, ne forte saciatus alliciar ad negandum, & dicam quis est dominus? & egestate cōpulsus furer, & periurem nomen domini Dei mei. Talium status est bonus, si de rebus suis contenti sunt. Licet enim non habeāt multas diuitias possunt dici alijs diuitibus ditiores. Ait enim Tullius in paradoxis. Contentū esse suis rebus maximę sunt certissimęq; diuitiæ. Et Horatius in epistolis. Pauper enim non est cui rerum suppetit vsus. Et ideo ait Cato in suis documentis. Commoda naturæ nullo tibi tempore deerunt. Si contentus eo fueris quod postulat vsus.

De 3. statu hominum qui sunt in duplici genere.

TErtius vero status hominum est eorū qui habent diuitias qui sunt in duplici genere. Aliqui enim habent eas ex legitimo titulo, quia ipsi acquisierunt bono sua iusti lucri, de quibus dicit Seneca ad Lucillum. Illud vere possumus literum dicere quod constat diuina iudicia non punire. Et tales diuites habentes licite acquisita suis sudoribus, vel ab alijs sibi derelicta, vel legitime donata illisque

vten-

utentes moderaté non constituendo in eis vltimum finem, nec per ea offendentes Deum, aut proximum, sed superflua dãtes pauperibus, & opera pietatis exercentes peruenient ad vitam sempiternã. Non enim talibus diuitiæ sunt ad damnationem. Esse enim diuitem non est culpabile. Deus namq; diuites, & potentes non abijcit cum ipse sit diues, & potens, Iob. 36. Sed inordinata affectio, & iniuste acquisitis maculat possessorem. Et ideo inquit Seneca ad Lucillum. Neq; enim diuitiarum possessionem tibi interdico, sed efficere volo vt illas intrepide possideas, quod vno consequeris modo si te etiam sine illis beate victurum tibi persuaseris. Augu. quoq; in lib. 1. de ciui. Dei c. 10. exponens verba Apostoli superius allegata dicentis. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem &c. ait. Profecto in diuitijs cupiditatem reprehendit non facultatem quam præcipit alibi dicens. Præcipe diuitibus huius mundi superba non sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo qui præstat nobis omnia abũdanter ad fruendũ. Volens igitur ego imitari beatum Ambrosium qui in quadam homilia inquit. Cum diuitibus quoq; reuertamur in gratiam. Nolumus enim offendere diuites, sed volumus si possumus sanare omnes. Dico vobis o diuites ꝙ status vester non est reprobatus propter diuitias si in vobis sit illud quod dicitur Eccle. 13. Bona est substantia vbi non est peccatum in cõscientia. Ideo de tali diuite dicitur 14. eiusdem libri. c. Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris, quis est hic & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Talibus diuitibus conferunt opes ad salutem, dicente Ambrosio vbi supra. Diuitiæ sicut impedimenta in probis, ita probis sunt adiumenta virtutis. Patent prædicta exemplis. Nam Cõstantinus mundi imperator potentissimus & ditissimus in cathalogo sanctorum est ascriptus. Similiter imperator Sigismundus. Et sanctus Ludouicus rex Franciæ inclitus tertij ordinis beati Francisci. Similiter multi alij reges, & principes ad regna peruenerunt æterna. Nonne diues fuit beatus Iob, de quo dicitur libri sui primo c. ꝙ erat simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo. Cui erant septem millia ouium, & tria millia camelorum, ducenta quoq; iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis. Eratq; vir ille magnꝰ inter oẽs orientales. Zacheus quoq; diues fuit & princeps publicanorum, in cuius domo voluit Christus manere & cõuiuari. Et quia bene distribuit substantiam suã, de eo dixit dominus, hodie huic domui salus a Deo facta est, eo ꝙ & ipse filius sit Abrahæ Lucæ. 19. Diues quoq; fuit cẽturio sub se milites habens quẽ Christus non damnauit sed potius eius fidem approbauit. Matth. 8. c. dicens. Non inueni tantã fidem in Israel. Diues quoq; fuit Abrahã de quo dicitur. Gen. 13. Erat aũt diues valde in possessione auri, & argenti, & erat ei substantia multa, de qua loquẽs Hiero. in quadam epistola ad Saluiniam inquit. Nec diuiti obsunt opes si eis bene vtatur, nec pauperem egestas comendabiliorẽ facit si inter sordes, & inopiã peccata non caueat. Vtrumq; nobis testimonium, & Abraham Patriarcha, & quotidiana exempla suppeditant, quorum alter in summis diuitijs amicus Dei fuit. Alij quotidie in sceleribus deprehensi pœnas legibus soluunt. De Abraham insuper idem ad Pathmachium ita scribit. Diues erat Abraham auro, & argento, pecore, & possessione, multamq; familiam habebat ita vt ad subitum nuncium armare posset exercitũ iuuenibus electis. Et quatuor reges qui fugerant in Helan secutus occiderit, tñ post crebrum hospitalitatis officium dum homines non recusat, suscipere meruit Deum, hæc ille.

De alio genere diuitũ

Alij sunt diuites auari non seruantes illud quod scriptum est in. l si consti tetit. C fini. regun. vbi dicitur. Vnusquisque contentus suo rem non expectet iuris alieni. Et tales per vsuram vel alio modo illicito aliena vsurpantes ad æterna peruenient supplicia. Quibus dicit Isa. 33. Veh qui prædaris, nonne & tu prædaberis? Et Aug inqt tali raptori. Res quam capis muscipula est, dum capis caperis. Tenes alienum, detineris a diabolo. Similiter illi qui nimis afficiuntur diuitijs, ita vt ponant finem suum in eis tanq̃ auari dam-

damnabuntur. Scriptum est enim Abacuch secundo. Veh qui congregat auaritiam malam domui suæ. Talibus dicit Dauid in Psalmis. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere, quod non faciebat ille qui, Lucæ decimo octauo audiens a domino quòd si volebat esse perfectus debebat dare sua pauperibus, contristatus est valde, habebat.n. multas diuitias. Damnabuntur etiam illi diuites qui potius attendunt lucris temporalibus quàm animæ suæ, dimittentes spiritualia pro his miserabilibus terrenis. Quibus dicit dñs. Matth.6. Non potestis Deo seruire, & mammonæ, vt dicit glosa q̃ mãmona nomen est dęmonis qui præest diuitijs, non q̃ eas in sua ditione habeat, sed quia p̱ illas hoĩes tentat. Insuper qui male expendunt diuitias in dissolutionibus, & lasciuijs nõ sunt in bono statu.c.qui venatoribus.86.di. Sicut fecit filius prodigus qui consumauit oĩa sua bona viuendo luxuriose. Lucæ. 15. Necnon & crudeles pauperibus superflua sibi retinentes & eleemosynas non faciens.c. sicut hi 47. di. Sicut patuit de diuite qui. Lucæ. 16. Induebatur purpura, & bisso, & epulabatur quotidie splendide, & Lazarũ pauperẽ & mendicũ non reficiebat de suis superabundantijs. Ait.n. Ambro. in prædicto.c. Non minoris est criminis q̃ habenti tollere cum possis, & abundãs sis indigentibus denegare. Esurientium panis est quem tu detines, viduarũ indumentũ quod tu recludis miserorũ redemptio, & absolutio pecunia quam tu in arca fodis. Tot ergo te scias bona inuadere quod posses præstare. Damnabunt etiam aliena retinentes, & non restituentes, capitulo peccatum de regu.iu.lib.6. vbi dicitur, q̃ nõ remittit̃ peccatũ, nisi restituatur male ablatum. Ille quoq; est auarus de quo scriptum est. Eccle. 4. c. Vnus est & secundũ non habet non fratrem, non filiũ, & tamen non saturant̃ oculi eius diuitijs, nec cogitat dicẽs. Cui laboro & fraudo animam meam bonis? In hoc quoque est vanitas, & afflictio pessima. Illi etiam miserabiles auari a dño reprobantur, de quibus scriptum est Ecclesiastes. 5. Est alia infirmitas pessima quam vidi sub Sole, diuitiæ congregatæ in damnum domini sui. Sunt enim aliqui qui se seruos faciunt diuitiarum, quas etiam ad commodum proprium necessitate vrgente exponere nolunt familiam suam in maximis necessitatibus dimittentes. Et tales sunt in malo statu. Ait enim glosa super Matthæum 6.c. Seruire diuitijs Deum negare est. Huiusmodi autem erat vnus ciuis cuiusdam vrbis Italiæ ditissimus qui videns cinctorium sui equi valde frustatũ, & quasi ruptum nolebat expendere vnũ solidũ pro emendo nouum, dicens quòd illud sic antiquum poterat adhuc p̱ multos dies sic perdurare, vnde ascendens equum, cum ad villam pergeret fractum est sibi cinctorium, & ipse de equo cadẽs fracto crure ex illa infirmitate mortuus est. Isti auari sunt serui tot dñorũ quot in capsa denarios habent. Vnde legitur in cronica de nugis philosophorũ. 2. 24. quòd Bias philosophus de quodam miserabili auaro inquit. Nõ hic possidet opes sed opes eum, & Ecclesiast. 10. dicit. Auaro nihil est scęlestius. Et nihil iniquius quàm amare pecuniam, hic enim animã venalem habet, quoniam proiecit intima sua, vt etiam quis non damnetur. propter diuitias, non debet facere sicut ille qui dicebat Eccle. 11. Inueni requiem mihi. Manducabo de bonis meis solus. Non sic autem faciebat Alexander magnus q̨ cum per quandam siluam pergeret, & ipse cũ suo exercitu fere siti deficeret oblatum sibi p̱ magno munere cyatum aquę in terram effudit nolẽs solus bibere postquam potum suis militibus non potuit communicare. Debet autem quilibet diues reminisci quòd Chrisost. ait. Deus dispensatores diuitiarum suarum nos esse voluit non dominos. & Ambro. in capitulo sicut hi. quadragesimaseptima distin. inquit. Dicet forte aliquis, Quid iniustum est si cum aliena non inuadam propria diligentius seruo? O impudens dictu. Quid propria dicis? Quæ & ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti? Quando ingressus es in hanc lucem, quando de matris ventre existi, quibus, facultatibus quæso, quibus subsidijs stipatus ingressus es? Nemo ergo proprium dicat quod commune est, plusquã sufficit ad sumptũ violẽter obtẽtũ est. Nũquid iniquus est Deus vt nobis non equaliter distribuat vitę subsidia,

Multa contra diuites auaros.

Exemplum diuites cuiusdam.

vt tu quidem esses affluens & abundans alijs vero deesset, & egerunt? An iccirco magis q a & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare? Tu vero suscepitis Deum muneribus, & in sinum tuum redactis nihil te reputas agere iniquum si tam multorum vite subsidia solus obtineas. Quis enim tam iniustus est tanq̃ auarus quàm qui tam multorum alimenta non suum vsum sed abundantiam, & delitias facit? hæc ille. Dicit autem philosophus. 2. de animalibus ꝙ animalia magni corporis sunt paucæ generationis, & cito senescunt, ac moriuntur. Cuius ratio est quia cibus eorum transit incremẽtum corporis proprij, & nihil vel parum in materiam seminis, & ideo statim pinguescunt & faciliter suffocantur. Et similiter diuites voluptuosi omnem substantiam cõuertentes in abusum proprium, sic impinguati, sunt graues ad generandũ prolem boni operis. Suntq; debiles & steriles in virtutibus, ac fortes in vitijs. Grego. in c. omnes. 47. dist. Peiores tamẽ sunt illi qui nec ipsi vtuntur diuitijs quas habent, nec alios vti permittunt ex ardore auaritiæ. Contra talem auarum inquit Martialis poeta. Nec sibi nec alijs ꝓdest dum viuit auarus, vnde Philosophus. 2. Ethi. dicit. Prodigus multo melior videt̃ esse illiberali, quoniam hic quidem multis prodest. Ille autem nulli, sed nec sibi ipsi. Dicit quoq; Esopus in fabulis suis. Pauperis nihil est q̃ miser vsus opum. Tales credunt lucrari & conseruare, & magis expendunt. Vera est enim sententia Montanarij in Luna celeri. c. 46. Furari famulos dñs cõpellit auarus. Et Salomon Prouer. 15. inquit. Conturbat domũ suã qui sectatur auaritiam. Et Eccle. 10. dicitur. Viro cupido, & tenaci sine ratione est substantia. Aristotiles quoq; primo rethorice inquit. Diuitem esse est in vti magis quàm in possidere.

Diuites auari quibus assimilentur. SED tales stulti auari sunt similes serpentibus piper custodiẽtibus qui nec ipsi piper comedunt, nec alios accipere volunt, sed mira auiditate custodiunt, & vix cum igne expelli de montibus illis possunt, propter quam causam piper nigrescit. Et hoc exemplum ponit Albertus vbi supra. Vbi etiam dicit ꝙ auaritia est subiecti proprij consumptiua. Auari enim dum filios ditare quærunt, male comedunt, & male bibunt, ac vix dormiũt, & dum alijs consulunt seipsos consumũt. Et quantum ad hoc similes sunt gallinæ, quæ sic afficitur pullis suis vt nihil quasi comedat, & vitam suam negligat vt filijs relinquat cibaria. Vnde incedit tota ispida alis demissis, & voce rauca. Et tamen pulli quando sunt adulti, a parente discedunt, nec de ea aliquam curam gerunt. Et propterea miseri diuites sunt candelæ similes, quæ vt alios illuminare possit seipsam consumit. Subiungit quoq, prædictus doctor dicens. Nonne in hoc homines rationales, sunt auibus stultiores? Nam milui vultures, & accipitres nolũt filios impinguari. Imo ne impinguescant filios adultos de nido exire cogunt, & q̃rere sibi escam. Sunt quoq; auari similes griffonibus, & leonibus aureos montes custodiẽtibus in Indię partibus qui etiã ex auro nullam vtilitatem habent, & tamen alios ne tollant impedire nõ cessant. Dicit quoq; ibidem ꝙ in India sunt formicæ ad canum magnitudinem, quę tanta auiditate aurum amant ꝙ quãuis nullum fructum ex ea percipiant, prius tamen possunt occidi q̃ aurum ab eis auferri. Inquit quoq; ꝙ auari sunt similes talpæ quæ nunquã oculos aperit, sed quasi cęca incedit, terram continue fodit, & vsq; ad saturitatem de ea non comedit semper timens ne sibi deficiat. Et hoc est quod inquit auctor astrolabij. Est similis talpæ metuentis mãdere terram ne si deficiat, sic perit illa fame. Quamuis autem in vita nõ aperiat talpa oculos aperit tamen in morte. Quia auari qui in vita suæ cęci fuerunt. In morte cognoscunt quòd diuitiæ hominem iuuare non possunt, sed plurimum ad salutem impediunt. Et hoc est quod dicitur. Iob. 27. Diues cum dormierit nihil secum afferet. Apperiet oculos suos & nihil inueniet ni si peccatum. Apprehendet eũ inopia, &c. Et hoc sufficiat pro prima parte nostri sermonis.

PRO declaratione secundæ partis nostri sermonis, sciendum est scriptum esse Hieremiæ. 22. c. Terra, terra, terra, audi vocē domini. Quæ verba exponi possunt dupliciter. Primo qđ ter nominetur terra propter illos auaros, qui corde, ore, & opere, terrenis lucris semper insudant. Secundo quòd ter replicetur verbum terrę propter tres pessimas conditiones quas terrenæ habēt diuitiæ. Et in hoc sensu clamabat Angelus Apoc. 8. c. habens vocem vnius aquilæ volantis dicens. Veh, veh, veh, habitantibus in terra. De quibus tribus malis cōditionibus auaritię tractaturus dico q̄ prima dr̄ laboris, secūda timoris, tertia & vltima doloris. Prima cōditio opū mūdanarū dr̄ laboris. Affligūt. n. diuitiæ amatores suos triplici labore. Primus dr̄ mentalis, secūdus corporalis, tertius cōscientialis. Primus labor est mētalis, quia mēs eorū q diuitias amant nunq̄ pōt esse qeta, eo q̄ cum in diuitijs facietatē quærāt illā in eis nunq̄ inueniunt dicente Salomone. Eccle. 5. Auarus nō implebiť pecunia. Vñ Horatius in epistolis ait. Semper auarus eget. Et Hiero. ad Demetriadem virginē. Diuitiarū amor insatiabilis est. Et ideo exclamat Gualterius in Alexandriade lib. 8. Qđ tibi diuitijs opus est q̄ semper auaris Esuriē pariunt? Et Boetius lib. 2. de cōsolatione dicit. Sęuior ignibus Æthnæ feruens amor ardet habēdi. Et in lib. 3. eiusdē operis. Auaritiæ nihil satis est. Et iterū. Quamuis fluente diues auri gurgite. Non expleturas cogat auarus opes. Oneretq; baccis colla rubri littoris. Ruraq; centeno scindat opima boue. Nō cura mordax deserit superstitē. Defunctūq; leues nō comitanť opes. Et Ambro. in c. sicut hi. 47. di. dicit. Nec facietas vnq̄ nec finis adhæret cupiditati. Et Seneca ad Lucil. Vidisti aliquē canē missa a dño frusta panis, aut carnis, aperto ore captantem? Quicquid excipit protinus integrū deuorat, & ad spem venturi inhiat. Idem euenit nobis quicquid expectantibus fortuna proijcit, id sine vlla voluptate di-

Illud Hie. 22. dupliciter declaratur Terra, terra, terra audi vocem domini &c.

De 1. conditione opum mūdanarū q̄ afflictionis dicitur.

benefijs vltra priuatū pecuniæ modū fortuna te prouehat, auro tegat, purpura vestiat, & ad hoc modus delitiarū & opū te perducat, vt terrā marmoribus condas. Non tm̄ trahere sed calcare diuitias liceat. Accedāt statuę & picturę, & quicquid ars vlla luxuriæ elaborauerit maiora cupere ab his disces. Naturalia enim desideria infinita sunt, & falsa opinione nascentia vbi desinant nō habent. Et Boetius in 2. de consolatione ait. Si quantas rapidis flatibus incitus pontus versatur arenas, aut quod stelliferis edita noctib⁹ cęlo sydera fulgent. Tantas fundat opes, nec retrahat manum pleno copia cornu, humanum miseras haud ideo genus cessat flere querelas.

O Auarone stulte & insipiens audi qđ de te Hiero. in prologo principij biblie dicat. Auaro deest tam quod habet, q̄ quod non habet. Talis est similis igni cui quo plura imponunť ligna tāto plus ardet & maiorem efficit flammā. Ideo Iuuenalis inquit. Crescit amor nūmi quantum ipsa pecunia crescit. Et Horatius in epistolis. Quanto plura parasti tāto plura petis. Et idem dicit Gualterius, vbi supra prædictis verbis addēs. Et habendis acrius ardes. Sicq; famē faciens defectum copia nutrit. Et quidā versificator noster ait. Quo magis accumulat plus insatiabilis ambit. Et semper desinit ne sibi parta timet Audi o auare quid de te Cassiodorus dicat in suis epistolis. Idropici more qui plus bibendo plus sitit pecuniæ cupiditas auaro ex multiplicatione grandescit. Et hoc est quod inquit auctor astrolabij. Idropico similis nūq̄ faciat auarus. Ex lucro lucri multiplicando sitim. Et facit ad prædicta illud qđ legiť in fabulis poetarū. s. q̄ Mida rex petijt ab appoline Deo suo q̄ quicquid tāgeret aurū fieret, & cōcessum est ei. Cū ergo cibū vel potū manibus, vel labijs tangeret fiebat aurū. Et sic fame mortuus est. Quo dať intelligi q̄ auarus semper diuitias appetit quæ tñ sunt causa mortis suæ. Hanc aūt cupiditatē habebat ille Marcus Crassus Romanus de cuius morte facit mētionē Lucanus in principio sui operis dicēs. Cū-

Multa mala auaris eueniunt.

Multa in detestationem auaritiæ.

que superba foret Babilon spolianda tropheis Ausonijs, vmbraq; erraret Crassus inulta. Bella geri placuit nullos habitura triumphos. Prædictus.n. imperator auarus vnus ex tribus regētibus imperiū Romanū socius Pompei, & Cæsaris cū obsideret ciuitatem Babiloniæ a Parthis fuit delusus qui ei promiserunt maximam auri quantitatem, pro qua recipienda ingressus est ciuitatem Babilonię, & statim ab eis appræhensus, & ligatus est & liquefactum auarum ab ipsis in ore eius transfusum est dicentibus sibi Aurum sitisti aurum bibe. O maledictum vitium auaritię, tu es illud de quo Seneca ad Lucillum inquit. Cum cætera viria cum senescente homine senescant, sola auaritia iuuenescit. Et ratio est quia sicut in senibus deficit calor naturalis cum vita ita illis videtur semper q̄ debeant deficere necessaria, & semper timent ne sibi terra deficiat. Et in hoc quidā meus socius ęquiparabat auaros boui dicens, q̄ bos licet sit magnus corpore tamē ex naturali fortitudine est velox ad cursum, sicut etiam multi equi magni, & grandes velociter currunt. Sed ideo bos ita lente incedit, & mature, quia semper timet ne terra sibi sub pedibus deficiat. Dicit autē Tullius in lib. de Senec. Auaritia senis quid sibi velit nō intelligo. Quid enim absurdius esse potest q̄ quo minus restat viæ, eo plus viatici quærere. O sceleratissimum auaritię vitium, tu es illud quod pene totum orbem replesti. Scriptū est.n. Hiere. 6. A maiore vsq; ad minorem oēs auaritiæ student, & a propheta vsq; ad sacerdotem cuncti faciūt dolū. De hoc insatiabili desiderio diuitiarū loquitur Ouidi⁹ in 1. de fastis di. Tempore creuit amor qui nunc est summus habendi. Vix vltra quo iam progrediatur haber.

Auari lupis assimilātur, imo vāt lupis peiores.

O Auare profecto tu es lupus rapax. Nam inquit Albertus vbi supra. Lupus omne illud vrit & non viuit quod pede premit & est fera rapax, & crudelis q̄ rabie rapacitatis omne qđ pōt occidit, vnde quando gregem inuadit, si impeditus non fuerit oues omnes occidit, & quod deuorare non potest sub terra, si potest occultat vt postea comedat. Sed vtinam vsurarij & auari haberēt timorem lupi. Nam lupus valde ignē, & lapides timet. Vnde si quis duos lapides simul collliserit, lupus audatiam omnem perdit. Et fugit si quis post eum fortiter clamauerit. Isti autem lupi bipedes, & domestici nō mouentur ad clamorem prædicatorū contra eos vociferantium, nec timet lapidationem quæ nō finitur & ignem qui in perpetuum non extinguetur. Habet etiā lupus hanc cautelam. Nam timens periculum filijs nunq̄ prędatur in locis in quibus filios nutrit, sed sēp a remotis. Quare vsurarij si filios suos vt lupi amarent saltem a præda suæ conuicinitæ abstinerent vt filijs pacem vicinorum relinquerent. Isti autem lupi incipiunt vicinos suos ante oculos deprædari. Sed istas rapinas diu retinere non poterunt, nec filijs diu possidenda relinquere. Ait enim auctor in lib. de moribus medicorum. c. 27. Stare diu nequeunt quæ malè parta vides. Et Ouidius in lib. sine titu. inquit. Non habet euentus sordida præda bonos. Et Seneca ad Lucillum. Nulli cui rapina feliciter cessit gaudium rapti durabit in posteros. Tales relinquent rapinas extraneis possidendas, dicente Eccle. 14. sui libri. c. Qui aceruat ex animo suo iniuste alijs congregat & bonis illius alius luxuriabitur. Isti igitur q̄ proximos deprædantur ab alijs opprimentur, & spoliabuntur. Vnde dicitur Eccle. 11. Multi potentes oppressi sunt valide, & gloriosi traditi sunt in manus aliorum.

Res terrenas multū amare non debemus q̄a non sunt veræ diuitiæ.

NON debet ergo aliquis nimiū affectare res terrenas, quæ nō sunt verę diuitiæ, qđ patet in morte, & post mortem. Nam in morte deducunt hominem ad denudationem, & summam paupertatem. Iob. 1. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Et 16. c. eiusdē libri. Saccū consui super cutem meā. Mortui.n. sacco inuoluuntur. Post mortem vero deducunt ad æternā penuriā, sicut patuit. Luc. 16. de illo diuite q̄ ad tantā deuenit penuriā, q̄ non potuit habere guttā aque. Itē tēporalia non possunt aliquē fęlicitare, nec ditare veraciter. Nam secundū philosophū ab extrinseco, & alieno non fit vera denominatio. Nō.n. granū mihi magnum dicit magnitudine montis, nec Æthiops albus albedine niuis, nec qs diues pecunia aliena. Pecu-

Pecunia vero non est hominis sed mundi cum oībus alijs mūdanis rebus. Quod patet. Si enim canit duos hoīes sequitur, cuius sit ignoratur. Sed cum ab inuicem separantur, canis dñm suū sequit. Quasi duæ aūt personæ sunt homo & mundus. Sed cuius sint diuitiæ hoīs an mundi nō videtur in vita, sed in morte diuitiæ remanent in mundo, & homo nudus recedit a seculo. In super diuitiæ sunt nociuæ eas habentibus. Sicut enim carnes sūt nociuę ossibus, quia ideo a canibus roduntur & fructus sunt nociui arboribus, quia ideo discerpuntur. Sic diuites propter diuitias patiuntur insidias latronū, oppressiones principum, ac potentum, exactionesq; officialium.

De 2. afflictione, qua diuitiæ amatores suos affligunt.

Secūdus labor quo diuitiæ affligūt suos amatores est corporalis, de quo Horatius inquit in epistolis. Impiger extremos currit mercator ad indos. Per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes. Et Lucanus lib. 3. ait Ferrum mortemq; timere auri nescit amor. Et Eccle. 2. dicit Salomon. Cuncti dies eius pleni sunt laboribus & erumnis. Virgilius quoq; in georgicis inquit. Labor omnia vincit Improbus, & duris vrgens in rebus egestas. Et Cassiodorus in lib. de charitate sui & dilectione Dei. c. 4. Vbi copia diuitiarum maior exuberat, ibi se grauior molestia sollicitudinis totius turbatiua quietis intrudit. Et Eccle. 11. dicitur. Saturitas diuitis non sinit eum dormire. Et Montanarius in Luna celeri c. 1. ait. Mens semper varijs hebetatur dedita curis. Eapropter Salomon considerans labores auaritiæ nihil animæ saluti prodesse Eccle. 2. c. inquit. Cum me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerunt manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in oībus vanitatē, & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. O igit auare nequissime profecto tibi dici potest illud Senecæ ad Paulinum de consolatione. Omnis vita tua supplicium est.

De 3. afflictione qua diuites affliguntur.

Tertius labor diuitiarum de conscientialis, de quo Aug. in sermone de innocentibus ait. Lucrum in arca, damnū in conscientia. Quis enim explicet quot peccatis onerat auarorū misera cōscientia? Ob cupiditatē nāq; fiunt rapinæ, furta, symoniæ, violentiæ, deprædationes, vsuræ, fraudes, proditiones, iniustitię, & vt ita dicam omnia mala, atq; facinora. Vnde Virgilius in 3. Enei. ait. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? quasi dicat ad oīa mala. O voratrix aīarum auaritia. O ardens ignis cupiditatis. O pestiferū venenū diuitiarū? Magna si quidem incredibilisq; multitudo gentium propter auaritiā demergit in inferni profundū. O perditi auari vos estis similes cętæ quod dum cibum appetit, & paruulos pisces deuorare cupit, vt inquiunt philosophi naturales. Et etiā Albertus vbi supra quędam odoriferū fumū in mare ex faucibus mittit quo alios pisces qui odorifera amāt proditorie ad se trahit. Et stans aperto ore eos in ventrem recipit, nec vltra exire pmittit. Sic vsurarij dulcibus verbis ad se pauperes trahunt, quos tandem spoliant, & occidunt. Dicit etiam prædictus doctor vbi supra q auari sunt similes araneæ, quæ non cessant telas texere vt bestiolas inuoluere possint, & earum humiditatem sugere, & sic p consequens eas occidere. Nam & filij araneæ mox nati telas ascendunt & texere incipiunt quasi in ventre matris didicerint qūo decipere possint. Sic & p oīa auari, & maxime mercatores iniqui, & vsurarij, verbis duplicibus telas texūt quibus simplices, & idiotas inuolnūt, & totā eorū substantiā sugūt, nec sua pditione cōtēti mox natos docēt mēdacia dicere, fallacijs assuescere, & cōputis lucratiuis intēdere, nec attēdūt q̄ eis in futuro possint euenire. Narrat. n. Auicēna q sunt quidā lupi q appetūt naturaliter pisces, & illa vilia comedūt, q̄ de suis retibus piscatores eijciunt. Et q̄n ea non inueniunt ad retia accedunt, & oīa destruunt. Sic veniet tēpus q̄n diabolus destruet retia mercatorum, vsurariorū, prędatorum, & oium auarorum, in omnibus peccatis plaBentiū. Scriptū est. n. 1. Thi. 6. Radix oium malorum est cupiditas. Et ideo Ephe. 5. c. ostdit Apostolus grauitatē auaritię dicens auaritia est idolorū seruitus. Quod intelligendū est secundum Nico. de Lira per quandā cōformitatem, quia ita se habet auarus ad nummum, sicut idolatra ad idola, ponens omnem suam spem, & confidentiam in diuitijs. Et hoc respectu auaritia dicitur maximum

Auari multis assimilātur.

peccatorum, quia per illam contemnitur Deus, & summum bonum amore vilissimæ rei, vt in inquit.b.Tho.2.2.q.118.Nihil enim miserius q̃ Deum propter numerum contemnere.e.duo sunt.12.q.1. O auaritia iniquissima tu es illa quæ excæcas rationem.47.di.c sicut hi.Vbi ait. Ambro. Sicut hi qui per insaniam mente translati sunt, nõ iam res ipsas sed fantasias passionis suæ vident, ita etiã mens auari semel vinculis cupiditatis astricta semper aurum, semper argentum videt, semper reditus computat, & gratius intuetur aurum, q̃ solem. Ipsa quoq; eius oratio, & supplicatio ad Deum aurum quærit, hæc ille. O auare nequissime profecto tu agis cõtra legem naturalem, quæ dictat omnia debere, esse communia.§. differt.8.di.& c. dilectissimis. 13. q. 1. O sceleratissimum vitium cupiditatis propter tuam iniquitatẽ comburetur mundus. Ait enim sanctus Bona. in 4.di.47.ꝙ ideo Deus purgauit mundum aquis, illũ submergendo tempore diluuij, quia tũc maxime regnabat incendium libidinis. Verum quia in fine mundi maxime regnabit frigus tenacitatis & auaritiæ, dicente domino Matth.24. Quoniam abundabit iniquitas refrigescit charitas multorum. Cum medicinę habeant fieri per contraria.2. Ethi.ideo purgabitur mundus per ignis incendium.

De 2. conditione opũ.

SEcunda conditio pessima diuitiarum dicitur timoris. Cruciant nempe se diligentes timore continuo. Nam qui nimis ad diuitias afficitur, semper est pauidus timet inimicos, non minus formidat amicos. Non confidit in vxore, non in filijs, nec in fortissimis seris. Abscondit sępe, aut in terra, aut inter muros præ timore pecunias. Terretur ad sonitum venti, ad motum fenestræ, ad saltum muris, suspicando semper omnia latrones esse. In itineribus ei arborum vmbræ terrorẽ incutiũt, & vbiq; semper viuit suspectꝰ. Vnde Iob.15. dr. Sonitus terroris in aures eius. Et cũ sit pax semper insidias suspicatur. Et Leui.26. Terrebit eum sonitus folij volantis. Vnde Iuuenalis. Pauca licet portes argenti vascula port. Nocte iter aggressus gladium quemcunq; timebis. Et nocte ad Lunam trepidabis arundinis vmbram. Et Seneca in lib. tragedarum ait. O si pateant pectora ditũ Quantos intus sublimis agit fortuna metus. Pectora pauper secura gerit. Nec sibi fęlix pauper habetur. Nisi fęlices cecidisse videt. Boetius quoq; 2. de consolatione dicit. O præclara opum mortalium beatitudo, quam cũ adeptus fueris securus esse desistis. Ecõtra vero Lucanus de paupere lib.5. exclamat dicens. O vitæ tuta facultas. Pauperis. Et Iuuenalis. Cantabit vacuus coram latrone viator. Lucanus etiam lib.8. Mundi securius euũ. Vetus pauper agit. Diues vero auarus nũq̃ est securus. Vnde Gualterius de Castilione lib.1 inquit. Non murus, non arma ducem tutantur auarum. Ex quibus omnibus apparet ꝙ pauper qui viuit sine timore diei potest ditissimus. Ait.n. Esopꝰ fabula. 27. Omnes vincit opes, securam ducere vitam. At contra de diuitibus ꝗ semper in timore viuunt ait. Esopus.

Quam timor obnubit non est sincera voluptas.
Non est sollicitis dulcis in ore fauus.
Rodere malo fabum quàm rodi perpete cura.
Degenerare cibos cura diuina facit.

De 3. opum conditione.

TErtia cõditio pessima diuitiarũ dicię doloris. Afficiunt nempe dolore incredibili se diligentes, cum dimittuntur aut relinquuntur in vita vel in morte. Nam morientes nihil de illis secum ferre possunt. Vnde Dauid in Psal dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Et Greg. inquit. 3. moralium. Nunq̃ sine dolore perditur quod cum amore possideť. Gualterius quoq; in Alexãdria de canit. Citius torquẽtur auari. Amissi merores q̃ delectentur habendo. Vnde sciendum ꝙ mũdani homines quatuor maxime appetũt. Desiderant.n. primo diuitias multas accumulare, secundo super alios ascẽdere, tertio corpus delitiose pascere, quarto animam in voluptatibus nutrire. Quę oĩa eis rapiunt quatuor hæredes.s. parentes, bestię, vermes, & dæmones. Primo parentes diuitias rapiunt, & ideo stultum est cũ tãto labore diuitias quærere, quas oportet alijs dimittere & nihil secũ portarę. Scriptum est.n. Eccle.5 Sicut nudus egressus

Mundani 4. maxime appetunt, & quatuor hæredes rapiunt .s.

egressus est de vtero matris suę sic reuertetur, & nihil secū afferet de labore suo. Secundi hæredes sunt bestiæ quæ super foueam ascendunt, & stercora ibi faciūt, & ossa pedibusq̃ frangunt. Vnde dr Eccle. 10. Hæreditabunt eum bestiæ, & serpentes. Stultum est igitur super alios velle ascendere per honorem & excellentiam, eum postmodum bestiæ ascendant super eorum faciem.

De 3. ac 4. hærede mūdanorum.

TErtij hæredes sunt vermes qui corpus comedunt. Iob. 21. Simul in puluere dormient, & vermes operient eos. Stultum est igitur carnem suam inpinguare, quæ debet postmodum cibus vermium esse. Quarti hæredes sunt dæmones qui animam rapiunt. Sicut patuit de illo diuite qui animam suā in delitijs tenebat, cogitans multis annis gaudere qui mox audiuit vocem de cęlo dicentē. O stulte hac nocte animā tuam repetent a te, quæ autem congregasti cuius erunt. Lucę. 12. O igitur stultissimi auari quare a vobis non excluditis cupiditatem diuitiarū, quæ tantopere vos affligit? Ad hoc enim natura ipsa vos inuitat, dicente Seneca ad Lucillum. Nihil natura quo auaritiam nostrā irritaret posuit in aperto, pedibus aurum calcandum, ac premendum dedit. Et quicquid est ꝓpter quod calcamur, ac præmimur. Illa vultus nostros erexit ad superos, & quicquid magnificum mirumq; fecerat videri a suspicientibus voluit. Aurum quidem & argētum quasi male nobis committeret abscōdit. Nos fortunę mala nostra tradidim⁹. Nos in lucem per quæ impugnaremur extulimus, nec erubescim⁹ summa apud nos haberi quæ fuerunt ima terrarū, hæc ille. De hoc etiam Ouidius in primo Methamor. ait. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Quantum etiā noceant mūdanæ diuitiæ ostendit Lucanus lib. 4. dicens. Perdita tunc vrbi nocuerunt secula, postq̃ ambitus & luxus, & opum metuenda facultas transuerso metuens dubiam torrente tulerunt. O igitur auare stultissime, scito q̃ cito te oportebit diuitias illas relinquere, quas tantis sudoribus adunasti, tantisq; malignitatibus, & peccatis. Ait n̄ Fulgentius lib. 1. mitologiarum fabula. 9. Omnis rapina arida, est & sterilis, ac ad euolandum celerrima. Et Salomon. Prouer. 3. inquit. Subiecta festinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu fructificabit. Sed est alius auari dolor, quia sæpe etiam volens non potest diuitijs suis vti, & eis gaudere infirmitate impediente, vel alijs multis de causis, iuxta illud poeticum Æger habet nummos. De quo etiam loquitur Salomō Eccl. 6. di. Est malum quod vidi sub sole, & quidem frequēs apud homines vir cui Deus dedit amicitias, & substantiā, & honorem, & nihil deest animæ eius ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem vt comedat ex eis, sed homo extraneus vorabit ea. Ecōtra voluntarius pauper de omni modo gaudet, tanquam omniū diuitiarū possessor. 2. ad Corin. 6. Quod nobis facere concedat ille qui in æternum viuit & regnat. Amen.

EODEM DIE
POST PRANDIVM
DE VERITATE,
DE CVIVS QVALIBET
PARTE POTEST FIERI
VNA PRAEDICATIO.
ET SIC EST DE MVLTIS
ALIIS SERMONIBVS
HVIVS OPERIS.

SERMO TRIGESIMVS PRIMVS.

DOcebit nos omnem veritatem. Ioannis 16. & in euangelio occurrẽtis Dñicę. Cum omnia animalia proprietate aliqua naturali decorẽtur in cuius operatione gaudent, & plurimum delectantur secundũ Ari. sententia in 1. Poli. Non immerito philosophi & sapiẽtes magno studio quæsierunt quæ nam esset prima hominis proprietas ad quã creatus est. Vt sequens naturam ducem in ea versari posset, & lætari. Et mirabile est quòd tantus sapientum numerus in vna determinatione conuenerit, affirmaueritq; primam esse hominis prærogatiuã intelligere. Vñ cõmentator Auerrois in 2. de aĩa, inquit, ꝙ prima prima perfectio animæ est scientia. Oratores quoq; idem tenuerunt, quorũ præcipuus Quintilianus in principio primi libri de oratoria institutione dicit. Sicut aues ad volandum, equi ad cursum, ad feuiciem feræ gignuntur, ita nobis propria est mẽtis agitatio, atq; solertia. Vnde origo animi celestis creditur. Hebetes vero & indociles non magis secundum naturam homines dicunt, q̃ prodigiosa animalia & monstris similia. Et Lactãtius in 3. diui. insti. aduer. gen. ait. Naturam hominis Deus veri adipiscendi cupidissimam fecit. Aug. etiam in lib. Enchiridion, & ponitur in 2. sen. di. 1. inquit. Fecit Deus rationalem creaturã, vt summum bonũ intelligeret, &c. Quocirca Aristo. in 1. Metha dicit. Sicut bonum est voluntatis obiectum, ita verum intelligentiæ. Idem quoq; philosophus in 1. & 2. Poli. & 1. Phi. ac 7. Metha. ait ꝙ obiectum intellectus est verum. Cum ergo quælibet potentia naturaliter desideret obiectum suum a quo recipit perfectionem suam, vt dicitur 2. de anima, & 10. Ethi. Ideo omnis intellectus naturali inclinatione ad veritatis cognitionẽ at-

Prima hoĩs proprietas est intelligere.

trahi-

NDIVM

ATE,

VALIBET

T FIERI

CATIO.

E MVLTIS

ONIBVS

RIS.

VS PRIMVS.

dam cupiditas veri videndi Ea propter Aristo. in 1. Metha. dicit. Omnes homines natura scire desiderant. Tantæ autẽ voluptatis apud philosophos fuit inuestigatio veri, vt eam rebus omnibus antepouerent. Nam & cõmentator super 1. Metha. ait. Si quis extimauerit delectationem quę est in sciendo, omnem aliã prætermittet. Vnde & Socrates thebanus omnia bona sua abiecit, vt veritatẽ posset facilius perscrutari e. c. sochrates 12.q.2.Nullus.n.est animæ suauior cibus quam perfecta cognitio veritatis. Vt testatur Lactantius in prin. prædicti operis qui in 5. eiusdem li. concludiens ꝙ veritas est animę pabulum incredibili quadam iocunditate. Sed cum hęc veritatis lucerna necessaria sit omnibus ambulantibus in regione vmbræ mortis, maxime tamen illis expedire cognoscitur, qui non tamen seipsos sed etiam alios regere coguntur. Ideo theologi, & diuini doctores concludunt ꝙ principibus ac prælatis necessaria est scientia. Qua ex re Origines dicebat, quod per reginas & concubinas quas Salamon sibi assumpsisse describitur, de quibus habetur. Can. 6. significantur peregrinę scientię quib⁹ fraudauit veritatem quę est sponsa intellectus.

Quidã imperator sciens scientiam esse necessariã prĩcipibus habebat senatum sapientum.

QVę omnia attẽdens quidam christianissimus atq; sapientissimus imperator, sciensq; ipsam veritatem esse donum spiritus s-cti, vt patet ex verbis pro themate nostro assumptis. Volens fugere ignorantiam quę est mater cunctorum errorum c. ignorantia 38. di. habebat semper sapientum senatum sicut habere debet, vt dicitur in.l. humanum C. de legi cum etiam habere debeat omnia iura in scrinio pectoris, vt in l. omnium.C. de testa.& C. de his qui vt indi.l. penul. Sicut etiam Papa c. licet de const. li. 6. Et quotidie ipse imperator illos audiebat in omni facultate disputãtes. Dum ergo semel esset in quodam viridario & incidisset sermo de potentiã Alexandri, quem tamen modica veneni potio superauit, quęsiuit a sapientibus & antiquoribus qui ei assiste-

ta res oppugnatissima. Tertia quæ sit in præsenti seculo res omnium triumphatissima. De quibus erit sermo noster. Nã hęc valde vtilis scientia, vt sciamus cui adhęret, & a quo defendi debeamus.

PARS PRIMA

quod veritas in hoc mundo est omnium potentissima.

Quaeritur quę res in hoc mundo sit aliis potentior, & p. legiste assignatur responsio.

QVO ad primum quæsitum primus antiquorum sapientum qui erat legista respondit dicens. Mihi videtur quod imperator sit omnium potentissimus cum dicatur Dominus mundi.l. depræcatio.ff. ad.l. Ro. de iac. & l. bene a Zenone.C. de quadri. prescrip. & c. Adrianus el.2. vbi glosa.63. di. Quod intelligitur tamen secundum glo. & docto in principio proemij digestorum, ratione protectionis & iurisdictionis. Dominia vero rerum sunt singulorum, sed ipse est princeps totius orbis de iure 7.q.1.c.in apibus. Et ipsius est leges condere & tollere ac corrigere.l.1. & 2. C. de vete. iu. enuc. Vnde etiam dicitur pater legum cui sunt leges subiectę, vt in auten. de incestis nup.§. dubitatum, & appellatur pater & anima legum & nots. in auten. de fide. in princi. & dicitur lex animata in terris, vt in auten. de consu. §. vltimo. Item ipse imperator post Deum dicitur communis omnium pater, vt in auten. neq; virum quod ex dote. in fine colla. 8. in auten. de fide istru. §. 1 dicitur quod imperium Deus de cęlo constituit. Item ipse imperator ex causa potest transferre rerum dominia vt in natura in l. item si verberatum.ff. de rei ven. & c. pro humani. de homi. libro. 6. Et illi omnes obedire debent intemporalibus c. quo iure. 8. di. Item imperator coronatur triplici corona scilicet. Ferrea in aquis granis, quam accepit ab Archiepiscopo coloniensi & significat eius fortitudinẽ. Argentea ab Archiepiscopo Mediolanẽ si Modoecie, & significat eius munditiam & puritatem. Et aurea Romę a

Papa

Papa in ecclesia sancti Petri ad altare sā cti Mauricij,& significat eius superioritatem & excellētiam super omnes reges, principes, gentes, & nationes, de quibus coronis ponitur in pastorali, & etiā habetur per glo. in cle. Romani principes. de iu. iu. que etiam ait ꝙ Henricus imperator accepit argenteam coronam Mediolani in ecclesia sancti Ambrosij Ex his autem omnibus patet excellentia & fortitudo imperatoriç maiestatis.

Respōsio canonistæ ad dubitationem. SEcundus sapiens qui erat canonista dixit. Cum imperator sit potentissimus vincitur tamen a Papa cuius dicitur filius. 96. di. c. si imperator Papa igitur est excellētior princeps huius mūdi, qui debet magis quam quilibet terrenus imperator venerari c. Cōstantin⁹ eadem. di. Aurum enim non tamē est preciosius plumbo, quam regia potestate, est ordo sacerdotalis altior c. duo quippe sunt di. 96. Et cum imperator lunç cōparetur. Papa assimilatur soli, & tantum illum excedit, & quantum sol lunam c. solite. de. maio. & obe. Item potest imperatorem instituere & deponere c. ad apostolice. de re. iud. li. 6. & 15. q. 6. c. alius. & c. venerabilem. de elec. Vnde apparet ibi ꝙ ipse transtulit imperium de grecis in vltramontano. Papa quoq; Christi vicarius imperatorem & omnes prelatos, & subditos ligare potest & soluere in terris. 24. q 1. c. quodcunq;. Infideles etiam cum faciunt contra naturam vel contra leges diuinas puniec potest vt inquir Oldra. de lau. consilio. 21. Faciunt notat per glo. 17. q. 4. c. constituit. & 18. q. 1. c. sepe. & per Io. an. In c. christianos. de here. li. 6. & Innocen. c quod super his. de voto. & Archi. 2. q. 1. c. multi & per Baldum in proemio decretalium. Papa insuper condit. & corrigit leges ecclesiç, & habet potestatem supra omne ius positiuum. Vt in c. proposuit. de concess. preben. Et breuiter concludendo non est disputandū de eius potentia ac potestate. Ipse enim est summus inter omnes, qui solus habet plenitudinem potestatis 2. q. 6. c. qui se scit. Et propter suç dignitatis eccelentiā debet osculari in pede, secundum glo. in l. 1. C. de dome. & protec. lib. 12. Vbi etiam dicit predicta glo. quod in litteris ei scribimus. Post pedum oscula beatorum. Et dicitur Papa a Papç que est interiectio admirantis, quasi admirabilis in terris, gerens vicem dei secundum glo. in proemio cle. §. hęc lanę. in verbo. Papa vnde ei dicitur in papalista. Papa stupor mūdi. Et quoq; dicitur Beatissime pater. Et appellatur sanctissimus. 97. di. c. victor. & 11. q. 3. c. pęnul. *Papa vnde dicatur.*

respōsio militis. TErtius sapiens qui erat miles dixit. In diuersis scripturis res fortissima exercitui cōparatur? vnde de Beata Virgine Maria dicitur. Canti. 6. ꝙ terribilis est dæmonibus vt castrorum acies ordinata. In multis quoq; historijs patet, ꝙ exercitus multos reges, & imperatores, summosq; pontefices, & erexit & deiecti vnde Romani totum sibi orbem armata manu subdidere De quo loquens Vegetius li. 1. de re mili. c. 1. ait. Nulla alia re videmus populum Romanum orbem subiugasse terrarum, nisi armorum exercitio, ac disciplina castrorum, vsuq; militię. De excellentia etiam artis bellice inquit Iuuenalis li. vl. satira si.

Quis numerare queat fęlicis præmia galle.
Militiæ? nam si subeantur prospera castra.
Quisquis fortis erit sit fęlicissimus idē.

Respōsio philosophi ad dubium. QVartus sapiens qui erant philosophus naturalis dixit. Natura videtur mihi omnium fortissima quam mille leges corrumpere possunt. Insti. del legip. agna. tu. in fi. & l. iura. sanguinis ff. de regu. iu. Imo nulla lex. potest tollere ea quæ continent æquitatem naturalem. l. eas obligationes. ff. de capi. dimi. Ideo licet leges prohibeant spurijs filijs qui de adulterio, vel incestu, aut aliter damnato coitu nascuntur, aliquid a parētibus legaris vt in autē licet C. de naturali li. Et in §. primum quidem in auten. qui mo. na. effi. legi. col. 6. Et in autē. ex cōplexu. C. de incestis nup. Natura tamen cum iure canonico præualet, vt eis ratione alimentorum legare possint parentes, vt in c. cum haberet. de eo qui duxit in matri. quam pollu. per adul. Et dicit Cinus in. l. nō omni titulo.

titulo.C. de admi.tu. Et Ioan. de Imo, in.l.lucius la. 2.§.1.ff. de le.2.q etiã possunt dotare filias spurias, quod limitan dum est dummodo nõ fiat in nimia quãtitate in fraudem legis. Ratio autem quare hęc fieri possunt est, quia natoralis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem inducit.l. vnica.§.sed nec.C. de rei vxo. acti.&.l.1.§. ius naturale ff de iusti. & iure. & Insti. de iure naturali.gnn.& ci. in priu. & c. ius. naturale 1. di. Et idem inquit Tulius in 1. de offi. Reffert etiam Plutarchus quod Dionysius tirannus matri quæ ętate cõfecta volebat nubere ait. Ciuitatis legibus vim posse inferri, naturę aute haud posse. Natura ergo vincit omnia, nec vinci potest etiam a consuetudine, quia vt habetur 2. Ethi. Si aliquid violenter mouetur contra naturam, nonquam tamen assuescet sic moueri. Ex quibus videtur naturam omnibus esse fortiorem, com naturalia, sint immutabilia §. sed naturalia. Insti. de iure na. gẽ. & ci. Ad hoc autem adduci potest exemplũ Asculani poetę. Nam cum Dãtes teneret opinionem quod ars vincit naturam, & hoc probaret exemplo cuiusdam Cati, quia recte instructus ante eum tenebat lumen quando studebat, vel comedebat: Poeta Asculanus in quadam.scatula portauit duos mures, quos ante catum dimisit, at ille proiecto in terram candelabro, naturam sequens post mures cępit currere. Sicq; natura artem superauit.

Respõsio metaphisici.

QVintus sapiens qui erat metaphisicus dixit. Scientia mihi videtur esse omnium potentissima, quæ & reges & pontefices coronauit & exaltauit. De qua inquit Cassiodorus li. 10. epistolatum epistola. 3. Eruditio literarum viiã laudabilem, & ex mi a m reddit, ac ornatam. Inde prudens inuenit, vnde sapientior fiat. Ibi bellator reperit, vnde animi virtutem reparet. Iude princeps accipit quemadmodum sub æqualitate cõponat, nec aliqua in mundo potest esse fortuna quam litterarum nõ augeat gloriosa notiria, hęc illę. Iuristæ autem dicunt quod scientia facit homines nobilissimos.l. prouidendum. C. de postula. Aristo. quoq; in tractatu de bona fortuna c. 2. ait. Nihil melius est scientia & intellectum nisi Deus. Scientia enim est illa per quam catholica fides defensatur, vnde legitur quod cum magister sententiarum zelo humilitatis fecisset se seruũ & custodem porcorum cuiusdam abbatis. Accidit vt dum fieret disputatio solemnis inter fideles, & hęreticos, & cępissent succumbere fideles, ille incognitus cępit subtiliter disputare. Cum ergo omnes confudisset, dixit vnus hæreticorum. Certe vel tu es diabolus, aut Petr⁹ Lombardus. Cui ille ait Non sum diabolus, sed Petrus Lombardus, Concluditur itaq; inquit iste metaphisicos, q scientia est excellentissima & omnibus preualet. De qua sapientia loquens Salomon, Prouer. 3. ait. Beatus homo qui inuenit sapientiam. Melior est enim acquisitio sapientię, negotiatione argenti, & auri, & purissimi. Fructus eius præciosior est cunctis opibus. Et omnia quę desiderantur, huic nõn valent comparari. Longitudo dierum in dextera sapientię, & in sinistra illius diuitię gloria. Vię sapientię vię pulchræ, & omnes semitę illius pacificæ. Gloriam sapientes possidebunt. Et. 4. c. eiusdem libri iterum dicit. Dilige sapientiam & seruabit te, glorificaberis enim a sapientia cum eam fueris amplexatus, dabitq; capiti tuo augmentum gratiarum, corona inclyta proteget te.

Respõsio historiographi ad dubium.

SExtus sapiens qui erat historiographus dixit. Ambitio mihi videtur omnium fortissima quæ imperatores, ac põtefices, milites & philosophos naturales ac sapientes quosq; inquietat totumq; orbem, conturbat. Quid enim mouit Nabucdonosor contre tot populus bella assumere nisi vt omnem terram suo subiugaret imperio? Iudith 1. Quid impulit Alexandrum magnum vt aduersus tot reges insurgeret, nisi vt sileret omnis terra in conspectu eius, & omnes reges & tiranni fierent ei in tributum, primi Macha. 1. Quid induxit Pompeium magnũ contra Cęsarem & ipsum Cęlaré contra Pompeium socerum suum, & contra patriam, nisi quia vn⁹ nolebat altero inferior videri? Iuxta illud. Lucani in 1. Cæsarue priorem. Pompeiusue parem.

Quid

Quod facit veram esse. Lucani sententiã in 1. di. Nullas fides regni socijs omnisq; potestas Impatiens consortis erit. Non ne ambitio & cupiditas dominandi? Vera est .n. sententia Salustij in catinario di. Imperij & diuitiarum causa bella atq; certamina omnia inter morta les sunt.

Oratoris responsio.

SEptimum sapiens qui erat orator dixit. Amicitia mihi videtur esse omniũ fortissima, propter quam inueniuntur aliqui morem subijsse sicut de discipulis pithagoræ legitur. Vnde Salomõ Can. vi. c. inquit. Fortis est vt mors dilectio. De hac etiam loquens Aristo. 2. Politicorum ait. Amicitiam quidem putamus Maximum esse bonum ciuitatibus. Et Salustius in Iugurtino inquit. Non exercitus neq; thesauri præsidia regni sunt sed veri amici. Et Tulius in li. de amicitia dicit. Ego vobis hortari possum, vt amicitiam omnibus humanis rebus anteponatis. Et idem in 3. li. de fine bonorum & malornm ait. Epicurus quidem ita dicit. Omnium rerum quas ad beate viuendum sapientia comparauit, nihil est mains amicitia, nihil iocundius. Et Quintilianus li. 5. declamationum inquit. Non reperio quid in rebus humanis excogitauerit natura præstantius amicitia. Et idem ponit Cassiodorus in li. de amicitia. c. 3. Ex quibus videtur q̃ omnibus præualeat amicitia. De qua loquens Valerius maximus li. 4. ti. de amore & dilectione ostendit quantum sit homini necessaria di. Deserta est futura vita hominis nullius amicitię cincta pręsidio. Et auctor astrolabij inquit. Omnia dona Dei transcendit verus amicus. Et in. 5. illud. in au ten. quibus mo. nati esse. col. 6. dicitur. Nihil est amore vehementius. Vbi glo. inquit. Non frater fratri cum furor ille venit. Igneus ille furor nescit habere modum.

Responsio astrologi.

OCtauus sapiens qui erat astrologus dixit. Sicut ponit Ptolomeus astrologius maximus indagator in suo centiloquio. Ex cõstellationibus & planetarum influentijs, ea quæ in mundo accidunt causantur. Et ideo videtur mihi quod nihil melius aut potentius habere valeat homo, quam quod sub bonę influentiæ planeta natus, constellationes & influentias cęlestes sequi studeat. Fato .n. omnia fiunt. Vt inquit Tulius in lib. 1. de diuinatione circa finem. Vnde de potentia fati ait Ouidius 3. de Tristibus. c. 7. Ratio fatum vincere nulla valet. Ideo Lucanus li. 6. inquit. Præceps agit omnia fatum. Nec medij dirimunt morbi vitamq; necemq;. Et Seneca in li. trage. ait. Regitur fatis mortale genus. Et iuuenalis li. 3. Satira 1. dicit.

Distat .n. quę sydera te excipiant modo primos incipientem.
Edere vagitus, & adhuc a matre rubentem.
Ventidius quid .n. quid Tulius? anne aliud quam.
Sydus, & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt captiuis fata triumphos.

Respõsio cuiusdam curialis.

NOnus sapiens fuit quidam curialis dicens. Dicat Astrologus quicquid velit, quia ego contrarium per experiẽtiam sępe vidi, cognouiq; maiorem esse potentiam fortunę, quam stellarum. Ipsa nanq; est illa quæ de toto orbe derisum facit & duobus sub eadem constellatione progenitis, vnum in regno triumphare facit, alium vero in miserabili seruitute vsq; ad mortem vitiare constringit. Insuper eundem hominem modo vsq; ad sydera prosperitatibus extollit, statimq; vsq; ad inferos calamitatib⁹ prosternit. Et sic verificatur illa Iuuenalis sententia. Si fortuna volet fies de consule rhetor. Si volet hęc eadem, fies de rhetore cõsul. Et Ouidius in li. de tristibus ait. Nempe dat & quodcunq; libet fortuna rapitq;. Cirus & est subito qui modo cresus erat. Propterea fortunam alloquens Horatius in odis inquit. Te pauper ambit sollicita pręceruris colonus, te dominam equoris, quicunq; bithinia lacessit pelagus carina, te purpurei metuunt tiranni. Iuuenalis etiam dicit. Sed nos te facimus fortuna deam cęloq; locamus.

DEcimus sapiens qui erat quidam ciuis nobilis inquit. Consuetudo mihi videtur omnium potentissima, quæ ver

tit

tit amorum indulce, & e contra. Ipsam quoq; natura alterare, dicitur, vt osten dit. Aueroiscommentator super 3. Phisicorum dicens inter alia quod aliqui ita sunt assuefacti comedere venenum, vt esset eis pro cibo, & in nutrimentum cõuerteretur. Ipsa etiam consuetudo est illa quæ leges & statuta vel confirmat, vel infirmat. §. leges. 4. di. & l. de quibus. ff. de legi. Ideo inquit Tulius in tuscu. quæstio li. 2. Cõsuetudinis magna vis est. Et Ouid. in 2. de arte amandi demonstrãs potẽtiam eius dicit Fac tibi consuescat, nil consuetudine maius.

Responsio. mercatoris ditissimi.

VNdecimus sapiẽs qui erat quidam ditissimus mercator dixit Pecunia mihi videtur omnium potentissima. Inquit n. Salomon. Ecclesiastes 10. Pęcunię obediunt omnia. Et in libro de moribus medicorum dicitur. Rex regum nummus, Dominus manet & dominatur. Et cui cti reges subijciuntur ei. Vnde de ipso dicit potest hodie illud. Io. 1. Omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nũmus honoratur, sine nummis nullus amatur. Nummus vbi loquitur, Tulius ipse tacet. Itẽ videmus quod bella turbant quasdam regiones solum & aliquas gentes tantum aliquo tempore, sed pecunia extendit vexilla sua per vniuersum orbem. Nemini parcit, nullum quiescere permittit, die noctuq; affligit, terram & mare perturbat Air. n. Plato ĩ fedone Propter pecuniarum possessionem vniuersa bella nobis fiunt. Et Lucanus li. 3. inquit. Certamen mouistis opes.

Respõsio religiosi.

DVodecimus sapiens qui erat religiosus dixit Religio superat omnia, & a nemine dicitur posse superari. Vt. n. scriptum est in epistola inter claras. C. de summa trini. & fi. ca. Nihil est quod ita nequeat occasui subiacere, quam vera religio. Hæc est quę imperatores, & reges ac pontefices humiliauit. O quot delicate nutritos, quot bonis temporalibus ditissimos, quot lascivijs deditos, asperitatem vitę, strictissimamq; paupertatem atq; sanctimoniam castitatis commutauit. Et quæ sunt contraria naturę in votum legitur perduxisse. De quibus habetur in c. contraria de conse. di 5. Non enim est facilis mutatio a seculo ad religionem, vt dicitur imperator in auten. de mona. §. sancimus. col. §. 1. Qualis stupor fuit vbi videre regem frãcorum fieri monachum sancte Bernardi. Ludouicumq; eiusdem regni principem habitum tertij ordinis beati Francisci assumere, Ludouicum insuper regis Sicilię primogenitum fratrem minorum ordinem intrare. Et sic de alijs quam plurimis

Responsio poetæ.

TErtiusdecimus sapiens qui erat poeta dixit. Bona fama mihi videt om nibus rebus præponenda esse, quam omnes appetunt maximæ poetæ. Vnde Ouidius in 3. de arte amandi inquit. Quid petitur sacris nisi tantum fama poetis? Hoc votum nostri summa laboris habet. Et ibidem iterum dicit. Sed famę vigilare iuuat quis nosset homerũ, Ilios æternum si latuisset opus? Homo enim per bonam famam viuit in eternum vt nostro. ins. filij autem. Insti. de excu. tuto & ff. ad. l. aqui. l. qua actione. §. siquis ĩ collusione. Ideo inquit sapiens. Ecclesiastici. 41. Curam habe de bono nomine. Bonum. n. nomen permanebit in euo. Et Iacobus beneuentanus sui libri c. 2. ait. Ille beatus erit cui bona fama viget.

Responsio medici.

QVartusdecimus sapiens qui erat medicus inquit. Sanitas mihi videt omnibus humanis rebus dignior ac preciosior esse, pro qua recuperanda, & imperator imperium, & papa papatum, & diuites diuitias, & docti scientiam, & milites artem bellica omnesq; mundi delitias de relinquerent Vt enim inqui philosophus 1. Ethi. c. 4 Desiderabilissimum est sanum esse. Et li. eiusdem deperis. c. 31. iterum dicit. Viro sanum esse optimum est, vt nobis videtur. Quid. n. prodest homini habere omnia mundi imperia si infirmitate afflictus in eis consolari, gaudere non potest? Ideo inquit Ecclesiasticus 30. c. Non est census super censum salutis corporis. Qua ex re ait Iuuenalis li. 5 satira 1. Orandum est vt sit mens sana in corpore sano. Et Cato in suis documentis, hortatur. di. Corporis auxilium medico committe fideli. Sit tibi pręcipue q̃ primũ est cura salutis.

Horum

bum & viuit & obtinet in secula seculorum, nec est apud eam accipere personas, sed quę iusta sunt facit omnibus, & non est in iudicio eius quid iniquum. Ipsa est fortitudo regum, & potestas & maiestas omnium eorum. Benedictus Deus veritatis. Et desijt loquendo. Et omnes populi clamauerunt & dixerunt. Magna est veritas, & pręualet. Et surrexit rex, & osculatus est eum, & ait. Quia omnibus iuuentus es sapientior, proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis. Dedit ergo ei Dona plurima, & permisit ei ꝙ ascenderet in Hierusalem cum magno comitatu ad ędificandam ciuitatem ac templum, tribuens necessaria.

SEd hic sciendum est secundum Tho. in 12. suo quolibet. q. 21. ꝙ licet ista nō sint comparabilia quia non sunt eiusdem generis; quia tamen in hoc conueniunt ꝙ habent mutare cor hominis, aliqualiter comparari possunt. Vinum immutat vires corporales. Mulier vires sensitiuas. In practicis magnam potestatem habet rex. In speculatiuis vero potissima est veritas. Quia igitur vires coporales subijciuntur animalibus, & animales intellectualibus, practicę quoq; speculatiuis. Ideo simplex veritas est dignior & excellentior ac fortior. Spiritualiter autem & mortaliter per istorum iuuenum dicta intelligimus diuersas opiniones de beatitudine, quas Boetius ponit. in 3. de conso. & Aristo. 1. Ethi. Nam per vinum quod fumositates ad cerebrum mittit, representatur vanagloria illorū qui de fortitudine corporis, aut formositate vel de nobilitate generis, multaq; scientia, seu de honoribus ac diuitijs superbientes in illis beatitudinem esse dicunt quæ esse non potest.

Beatitudo nō pō ēi in bonis corporalibus nec ET primo in corporalibus bonis, q2 beatitudo est vltimus finis vt inquit Aristo. 1. Ethi. Bona autem corporalia non sunt vltima quia ordinantur ad bonū

se est fęlicitatem quę vt inquit Aristo. 1. Ethi est optimum, pulcherrimum ac delectabilissimum bonum, proqter seipsam desiderari, & non propter alia, vt ibidē Aristo. concludit. Et non ad alia referri, sed omnia alia ad ipsā vt declarat Aug. in epistola ad Dioscorum. Item secundū beatitudinē hoc excedit omnia alia animalia, quia ipse solus est beatitudinis capax, vt pulchre probat Lactantius in 3. diui. insti. & etiam habetur in 2. sen. di. 1. Cui igitur secundum bona corporis homo a multis animalibus superetur vt declarat. Aristo in li. de animalibus, sicut ab elephante in vitæ diuturnitate, a leone in fortitudine, a ceruo in velocitate, ab ansere in auditu, a balena in magnitudine, a cane in odoratu, ab aquila in visu. Et sic de alijs. Ergo animalia multa essent hominibus beatiora, si ī corporalibus esset beatitudo, quod est impossibile. Ideo Seneca ad Lucillum inqt. Si magnus es, & arbores, si fortis es, & leones, si pulcher es, & pauones, si velox es, & lepores. Ex quo concludit ꝙ in corporalibus potentijs non est felicitas. Et hoc etiam probatur alio modo sic. Fęlicitas est perpetua vt ostendit Aug. 22. de ciui. Dei. Fortitudo autem vigor corporis tandem deficit, iuxta illud. Ouidij in li. 2. de ponto. Omnia deficiunt tamen animus omnia vincit. Ergo &c. Non etiam esse potest fęlicitas in formositate corporali, Virgilius. 5. Eney. ait. Gratior est pulchro veniens in corpore virtus. Dicitur. n. Prouer. vlti. Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Probatur autem hæc veritas sic. Fęlicitas non potest stare cū peccato. Omnis n peccator est infęlix quo nihil infęlici vt inquit Aug. 33. q. 1 c. paratus Similitem beatitudo non potest esse causa peccati sicut nec Deus qui est vera fęlicitas vt ostendit Aug. in li. 83. questionū Sed formositas est causa superbiæ quia plerumq; formosi sunt superbi, iuxta illud Ouidij 1. de fastis Fastus inest pulchris sequiturq; superbia formam. Et *Alio medio idē ꝓbatur.*

Pamphilius

Pamphilus poeta sui lib. c. 2. dicit. Concipit ingentes animos fiducia formæ. Inq; modum dominam non finite esse suam. Item causa luxuriç, iuxta illud Iuuenalis lib. 4. Rara est concordia formæ Atq; pudicitiæ. Et Ouidius. in epistolis inquit. Lis est cum forma magna pudicitiæ. Item formositas est causa inuidię. Vnde 9. Methamor. Inquit Ouidius. Cupit formosa videri. Et si qua est illic formosior inuidet illi. Ergo &c. Item pulchritudo amittitur iuxta illud Ouidij de medicamine faciei. Formam populabitur ętas Et placidus rugis vultus aratus erit. Et idem in 2. de arte amandi ait.

Forma bonum fragile est, quãtunq; accedit ad annos.

Fit minor & spacio carpitur ipsa suo.

Nęc semper violæ, nec semper lilia florent.

Et riget amissa spina relicta rosa.

Et tibi iam venient cani formosa capilli.

Iam venient rugæ quæ tibi corpus arent.

Et in 3. de tristibus iterum canit.

Ista decens facies longis viciabitur annis.

Rugaq; in antiqua fronte senilis erit.

Cumq; aliquis dicet, fuit hęc formosa, dolebis.

Et speculum mendax esse querere tuũ.

Et Scalpurius in bucolicis ait.

Non hęc semper eris, perdunt & gramina flores &c.

Ex quibus patet ꝙ in formositate corporis non potest esse fęlicitas.

Felicitatẽ ĩ nobilitate nõ cõsistere ostendit.

NOn etiam nobilitate generis. Sicut putant aliqui se extollentes de sanguinis nobilitate, de quibus dicitur Oseę 9. Gloria eorum a partu & conceptu vera est. n. sententia vlixis quam dixit contra Aiacem, in oratione facta pro habendis armis Achilis, vt refert. Ouidius in 13. Metha. dicens. Nam genus & proauos & quæ non fecimus ipsi. Vix ea nostra voco. Et in 1. de ponto idem poeta inquit Non census nec clarum nomen auorum. Sed probitas magnum ingenuumq; facit. Et Seneca in li. trage ait. Qui genus laudat suum aliena laudatur. Ideo noster Iuuenalis li. 3. satira 2. canit.

Stẽmata quid faciunt, quid prodest põtice longo.

Sangnine censeri? pictosq; ostendere vultus.

Maiorum, & stantes in curribus emilianos.

Tota licet veteres exornent vndiq; cerę.

Atria, nobilitas sola est atq; vnica virtus.

Vsq; adeo miserum est alienę incũbere famę.

Malo pater tibi sit tersites, dummodo tu sis.

Eacide similis, vulcanaq; arma capessas.

Quam te tersite similem producat achiles.

Quidam tamen gloriantur de nobilitate cum sint ignobiles quibus dici potest illud Iuuenalis vbi supra. Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum. Aut pastor fuit, aud id quod dicere nolo. Quãto autem maiores alicuius fuerunt nobiliores, tanto maius est vituperium ei qui ab eis descendens per vitium se vilissimum facit, vt inquit Iuuenalis vbi supra. Et fuit sententia Gaij Marij prout refert Salustius in Iugurtino. Vnde Claudianus inquit. Degenerant homines vitijs fiuntq; minores, igitur generis sed vertutum nobilitas gratum Deo facit, & idoneum seruitorem c. venerabilis de præbem & di. Hęc est. n. indubitata nobilitas quę moribus comprobatur vt inquit Cassiodorus in epistolis. Et Hiero. ad Celantiam ait. Vera nobilitas est clarum esse virtutibus. Non potest igitur esse beatitudo in nobilitate sanguinis quam, & multi sceleratissimi peccatores habent, qui in eo statu sunt beatitudinis incapaces. Vnde Iuuenalis li. 1. satira. 4. ait Nemo malus fęlix. Beatitudo enim est præmium virtutis, vt ait Aristo 1. Ethi. qui etiam ibidem inquit quod felix est sine vituperio, quod non esset si habebat in se vicium quod est vituperabile secundum philosophum lib. 2. a magnorum moralium. Nullus ergo debet gloriari de generis nobilitate nec super alios extolli, se propter eam reputans

tans alijs meliorem. Inquit.n. Boetius 3. de conso.c. 12. Omne hominum genus in terris simili consurgit ab ortu. Quid genus & pro auos strepitus? si primordia nostra, Auctoremq; Deum spectes, nullus degener extat: Ni vicijs peiora fouens proprium deserat ortum, hęc ille. Solam ergo illam nobilitatem appetere atq; extimare debemus de qua inquit Ouidius in libro de vetulas.

Nobilitas hominis mens deitatis imago.
Nobilitas hominis virtutum clara propago.
Nobilitas hominis humilem releuare iacentem.
Nobilitas hominis mentem frenare furentem.
Nobilitas hominis nisi turpia nulla timere.
Nobilitas hominis terrenas temnere dotes.
Nobilitas hominis cęlestia carpere regna. Isti tamen versus dicuntur non fuisse Ouidij sed alterius poetę. Et Gualterius de castilione li. 1. ait. Nobilitas sola est animum quę moribus ornat.

Felicitas non potest consistere i mundana scientia, & probatur multipliciter.

IN multa etiam scientia hoīs mundi non potest esse fęlicitas ꝙ probat̄ multipliciter Primo per illud non pōt quis effici beatus p ꝙ efficitur malanconicus & subditus multis laboribus, quia est fęlicitas, ibi oportet ꝙ sit summa iocunditas sine aliqua afflictione vt declarat. Boetius 3. de conso.. Sed scientia facit hominē malenconicum, & cum labore affligit, quia vt Ait. Aristo. in li. pro blematum parte 30. Omnes excellentes viri secundū physicam, aut politicā, aut poesim, aut artes videntur malenconici esse. Salomon quoq; Eccl. 1. inquit. Qui addit scientiam addit & laborem. Ergo in scientia non est felicitas. Secundo sic arguitur. Illud non potest aliquem facere beatum ꝙ ab eo perfecte possideri nō potest, quia nemo est beatus donec ei aliquid de beatitudine deest vt ostendit Boetius 3. de conso. & Aug. li. de vera innocentia dicit. Beatus non est nisi qui habet omnia quæ vult. Sed scientia non potest in hoc mundo ab aliquo perfecti perfecte haberi, quia verum est illud Lactantij in li. de ira Dei dicentis. Mercurij termegisti extat illa famosa sententia.s. Minor pars eorum quę scimus est minima pars eorū quę ignoramus. Ergo in mūdana scientia felicitas. Tertio sic in eo nō potest esse beatitudo ꝙ tanta a malis quam a bonis percipi potest, vt declarat Aug. 22. de ciui. Dei vbi ostēdit quod beatitudo solū a bonis potest possideri, sed scientiā mundi tam mali quam boni habent. Imo multi mali sunt scientifici et scientia diuina, iuxta illud Mar. li. Vndiq; suscepro. c. 3. Sunt homines neq; bene de virtute loquentes Et multi sunt de quibus dicitur. Hiere. 4. c. Sapientes sunt vt faciant mala, benē autē facere nesciunt. Ergo non est fęlicitas in scientia, quia cum beatitudo sit ens per se bonum, non compatitur secū aliquod malum Tho. 2. 2 q. 2. Si enim esse beatitudo in ipsa scientia quę superbire facit dicente Apostolo 1. ad Cor. 8. Scientia inflat, sequeretur quod diabolus esset omnibus homioibus beatior, quia est sapiētior, & doctior. Vt.n. inquit Isido. in 8. Ethi. diabolus dicitur dęmon a sciētia, quia dæmon gręce, idem est quod sapiēs latine vt etiā inquit glo. in c. firmiter de summa tri. & fi. c. in verbo. diabolus. Quarto sic arguit, propter illud non fit homo fęlix quo adepto efficit̄ stultus, q2 ad fęlicitatē requiritur summa sapientia & pfectio intellect⁹ secūdū phylosphū 1. & 10. Ethi. & 1. Methaphy. Sed Hie. 51. dicit. Stultus fact⁹ est omnis homo a sciētia sua, & Seneca li. de trāquilitate animi ait. Nullū magnū īgeniū sine mixtura dementiæ fuit. Videm⁹ quoq; ꝙ aliq habēt magnā scientiā q tamen nō habent naturale p duob⁹ dieb⁹ vel horis in hebdomoda. Et iō cōmuniter dicit̄, ꝙ nō omnes scientes litterar sūt sapientes. Vnde quodā homine docto sed sine naturali dicebat qdā. Iste habet multū accidentale, sed naturale minus q̄ cucumer. Et ali⁹ dicebat. Iste multū studuit in li. de paruis naturalib⁹ Ergo &c. Quinto arguit̄ sic. Propter illud nō pōt fieri aliqs beatus cū quo potest ad æternam descendere damnationem, & infęlicitatem Aliter sequeret̄ cum fęlicitas sit stat⁹ æternus vt inqt Aug. 22. de ciui. Dei ꝙ i eodē tpe qs posset esse fęlix, & infœlix. Qđ ē ipossibile, q2 duo cōtraria nō possūt cōcurrere i

eodem subiecto 2. Topicorum & 2. Perie. Sed cum multa scientia potest quis descendere ad infernum. ergo sciẽtia nõ facit aliquem fęlicem vel beatum. Consequentia patet, & minor probatur per ea quę habentur in legenda beati Aug. ibi dicitur quod cum Pontianus ex Aphrica veniens narrasset vitam & miracula illius magni Antonij, exclamauit beatus Aug. aspiciendo Allipium socium suum & dixit. Surgunt indocti, rapiunt cœlũ, & nos cũ nostris doctrinis demergimur in profundum.

Fœlicitatẽ nec in mundanis honoribus consistere probatur.

IN honoribus etiam mundanis non potest esse beatitudo q̃ sic probatur. Nemo vitiosus & sine virtute potest beatitudinem consequi, quia sola virtus est ars perueniendi ad finem idest fęlicitatem, secundum Aug. in li. solilo. Sed multi vitiosi, & sine virtute habent honores. Ergo &c. Imo tales sunt miseri, & infęlices, quia ipsos honores indebite vsurpant, vel retinent. Malus enim honore non est dignus. 4. Ethi. Item vt inquit philosophus in primo Ethi. Beatitudo est in illo qui est beatus, honor autem secundum eundem ibi non est in honorato sed in honorante. In cuius arbitrio est honorem exhibere vel non, ergo in honoribus summũ bonũ non cõsistit. Et hęc ratio est phylosophi vbi supra. Præterea in eo non potest esse fęlicitas, quo habito homo subiacet multis laboribus & periculis atq; insidijs. Quia beatitudo est status quietissimus sine vllo labore atq; timore ac periculo, vt declarat beatus Augustinus 22. de ciui. Dei. Sed habitis honoribus huius seculi statim homo subijcitur multis laboribus, inquit Martialis vbi supra ca. secundo. Quęris onus magnum dum magnum quęris honorem. Et idem c. 3. ait. Sollicitudo grauis est præparatus honor. De insidijs autem ac periculis dicit Isidorus soliloquiorum. c. 52. Citius patet insidijs gloriosus, gloria enim inuidia parit. Inuidia vero pericula generat, hæc ille, Præterea illud non potest beatificare hominem quod non est stabile, quia fęlicitas est bonum stabilissimum. Vt ait Aristoteles. 10. Ethicorum. Sed honores mundi non sunt stabiles, quia hodie dantur vni, & cras ab eo auferuntur & dantur alteri, vnde verificabitur illud Prouerbiorum. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Sicut enim ille qui de diuitijs, & dignitatibus somniat, quanto magis gaudet in sommo cum se huiusmodi habere putat, tanto plus tristatur cum euigilans se prædictis carentem videt. De quibus ad modicum in somnis lęticiam habuit. Ita homo qui in prosperitatibus & dignitatibus fuit cum illas amittit. Valde contristatur, quia eas per modicum temporis, & quasi in somnis tenuit; quia omne mundanum gaudium quasi somnium transit. Item homo semper stat in timore illos amittendi. Imo de altitudine honoris sępe cadit in magnam ignominiam vituperationis, iuxta illud Martialis vbi supra capitulo secundo. Altior ascensus grauior plerunque ruina. Et Maximianus ait. Et grauius summo culmine celsa ruunt. Et Claudianus libro primo in Ruffinum dicit. Tolluntur in altum, Vt lapsu grauiore cadant. Et Horatius in epistolis inquit. Quem res plus nimio delectauere secundæ. Mutatę quatiunt. Ergo in eis non potest esse fęlicitas, Maxime quia honores mundani non sunt veri honores, quod patet in morte, & post mortem. Nam in morte deducunt ad suppeditationem, quia illi qui alios suppeditabant, tandem ab alijs suppeditabuntur, quando scilicet transeuntes homines, & bestiæ ac serpentes super eorum foueam gradientur. Ecclesiastici decimo. Cum morietur homo hęreditabit serpentes, vermes, ac bestias. Post mortẽ vero deducunt ad laci infernalis profunditatem Isaiæ. 14. Ad infernum detraheris in profundum laci.

Honores mũdani tria mala hominibus inducant.

Item honores inducunt homini tria mala. Primo obliuionem beneficiorum receptorum sicut patuit. Genesis. 41. in pincerna Pharaonis qui succedentibus sibi prosperis oblitus est Ioseph interpretis sui. Secundo inducunt elationẽ. Vnde Gregorius ait. Plerumque si ad regiminis culmen quis eruperit, in elationem

tionem protinus commutatur. Sicut Saul qui indignum se considerans regno prius fugerat sed mox vt ipsius regni gubernacula suscepit, intumuit. Tertio in ducunt in compassionem quia magnates parum vt plurimum sunt pauperibus compatientes. Vnde Amos. 6. dicitur. Optimates capita populorum ingredientes pompatice domum Domini, nihil compatiebantur super contritione Domus Ioseph. Ex prædictis ergo possumus etiam arguere, sic. Beatitudine non potest quis male vti secundum Augustinum. 22. de ciui. Dei. Sed honoribus sępe homines male vtuntur. Ergo &c. Item illud beatum non facit quod peiorem hominem reddit plerunq; hominem. dicente Aristotele in secundo magnorum moralium. Honor magnus factus peiores facit. Ergo &c. O igitur magnate qui stas in altitudine dignitatis scias quod tanto maiores in inferno patieris pęnas, quanto maiores in hoc seculo habueris dignitates, si propter illas insuperbieris. Potens enim potenter tormenta patientur. Sap. 6. trāsum ptiue in c. illud 8. quæstio. prima Scias etiam quod tibi deficit vnus clauus solus, quo teneas rotam fortunę ne te in profundum proijciat. Ideo inquit Gualfredus in poetria c. 30.

Sub meliore statu semper peiora caueto.

Nulla fides rerum, sequitur post mella venenum.

Et claudit nox atra diem, nebulęq; serenum.

Cum soleant homini fęliciciter omnia verti.

Maiori leuitate solent aduersa reuerti.

Omnis ergo potentatus vita breuis Ecclesiastico 10. ideo fęlicitas in eo esse nō potest.

Fœlicitatē nec posse esse in bonis, vt consolationibus tēporalibus pbatur nec etiā in diuitijs.

Quod autem in omnibus bonis temporalibus, & consolationibus seculi non possit esse fęlicitas, quia non durant in æternum & non possunt satiare appetitum nostrum quæ duo requiruntur ad beatitudinem, & diffuse probaui supra in sermone. 2. ferie post pasca parte tertia. Tamen quod diuitię non faciant hominem fęlicem etiam hic probo sic arguendo. In eo non potest esse fęlicitas, quod est impedimentum sapientiæ & virtutis; per quam acquiritur ipsa fęlicitas, quia illud impediens virtuti, & illi contrarians esset malum 2. Ethi. Beatitudo autem est summum bonum ut inquit Boetius tertio de consola. Sed diuitiæ plerunq; impediunt virtutem dicente Hiero. contra Iouinianum. Leguntur plurimi phylosophorum diuitias non tantū contempsisse, sed etiā abiecisse, quasi impedimentum sapientię & virtutis. Fecit hoc Socrates quē omnium phylosophorum sectę tanquā sapientię & virtutis vnicum fontem venerantur. Ergo in ipsis diuitijs esse fęlicitas non potest. Item inquit Aristo. 1. Ethi. fęlicitas est vltimus finis humanę naturę, & quod diuitiæ non sunt vltimum bonum quod queritur. Et ibidem ait quod acquisitio, & amissio diuitiarū subiacet fortunę, & ideo in eis non est beatitudo. Et maxime quia in morte deducunt hominem ad summam paupertatem & denudationem vt habetur. Iob. 27. Post mortem vero ad extremam inopiā, sicut patuit de illo diuitie de quo habetur. Lucę 16. quod ad tantam penuriā deuenit, quod vnam solam aquę guttā habere non potuit. De quibus etiam dicit Seneca ad Lucil. li. 2. epistolarum epistola secunda. Diuitię inflant animos, superbiam pariunt, & inuidiam contrahunt, & ideo non possunt proprie appellari bona, quia vt habetur in l. bonorum ff. de verbo si. Bona ex eo dicūtur quod beant. i. btōs faciant. Diuitię autem cruciant. vnde Seneca ad Lucil. ait Maiori tormento pecunia possidetur quā quæritur Et Aristo. 1. Ethi. inquit. Multis contingunt detrimenta ex diuitijs, & quidam perierunt propter illas. Licet ergo diuitiæ inquantum sunt creatæ Deo appellentur bonæ, tamen propter eas non potest dici homo fęlix. Vnde Au. in 1. sermone de innocentibus dicit. Esto bonus qui habens bona, bonæ sunt diuitię, bonum est aurum, bonum est argentum, bonę familiæ, bonę possessiones, omnia ista bona sunt, sed vnde facias bonum, nō quę te faciant bonum, hęc ille. Seneca autem contra diuitias loquēs ad Lucil. ait

in quadã epistola. Diues quẽ tu fęlicẽ cũ ctis admirantibus credis sępe dolet sępe suspirat, multi illum cõminanẽ, vel muscæ sequuntur, cadauera lupi Frumentũ formicę prędã sequitur turba ista nõ hominẽ, diues est quotidie potentũ violentiam timet, suspectã semper habet familiariũ fidẽ semper imminẽtes pauet insidias exterorũ hęc ille. Sed de malis pcedẽtibus ex diuitijs diffuse tractaui supra in sermone præcedẽti. Et ideo in eis nõ solũ nõ est fęlicitas, sed sũt obstacula ad cõsequẽdã ipsam beatitudinẽ dicẽte Domino. Mat. 19. Amẽ dic vobis quia diues difficile intrabit ĩ regno cęlorũ. Et sic patet reprobatio opinionis illius qui dixit vinum precellere omnibus, exponendo moraliter eius dictum.

Fœlicitatẽ nõ posse ẽẽ in regnis, plationibus vel Dominijs ostẽditur: et ideo nec talia eriunt fortiora.

QVi vero dixit regẽ omnibus fortiorẽ repræsentat eos qui crediderũt beatitudinẽ ẽẽ ĩ dominijs & plationib⁹ dicẽtes, ꝙ meli⁹ est regere stultos, quã regi a stultis, & esse caput lacertę quã cauda leonis, & ꝙ ẽ quædã fęlicitas posse viuere in spũ liberatis Vnde benedixit Moyses populũ Israel Deut. 28. dicẽs. Cõstituet te Dñs ĩ caput & nõ caudã, & eris sẽp supra & nõ subter. Quod exponit gl. i. plagus nõ subditus. Sed isti etiã errauerũt qa beatitudo ẽ perfectũ bonũ Boetius 3. cõso. Cũ igit potestas sit maxime imperfecta qa ad aliud ordinata est. s. ad pacẽ reipublicæ, & multis periculis & calamitatib⁹ est subiecta, ergo in ea non potest esse fęlicitas. Iõ Boetius 2. de cõso. air. Potestas humana sollicitudinum morsus expellere formidinumq; aculeos vitare neqbit. Et infra. Potestatem cencies cui satellites latus ambiunt, qui quos terret, ipse plus metuit? hęc ille. Qui. n. ptãtem sibi assumit odietur, vt scriptum est Eccle. 20. Licet ergo dicatur 1. ad Thi. 5. Qui bene præsunt duplici honore digni sunt, tamen sępius accidit & verificatur illud Eccl. 8. Damnatur homo homini in malum suum. s. pęnę temporalis, quia quanto grauis altior, tãto casus grauior est. Vnde in figura huius suspẽsi sunt principes populi Israel in patibulis contra solem, iubente Domino Numeri. 25. vbi dicit Gre. Hoc si homines atenderent prælationes non ambirent. Dominatur etiam homo homini in malum suum culpę mortalis, quia nõ solum habet culpã propriã, sed etiã participat de culpa subditorum ex sua negligentia commissa. Ideo dici. ur Eccl. 7. Non alliges tibi peccata duplicia, neq; s. n. eris in vno immunis. Damnatur etiã in malum suum pęna æternali, iuxta illud. Sap. 6. Iudicium durissimũ his qui præsunt fiet. Grauius. n. est peccatum prælati quã subditi. 40. di c. hõ Christianus Vnde Hiære. 5. dicit Magis hi simul confregerunt iugũ & ruperunt vincula. Prælati quoq; de pluribus reddituri sũt rationem quam subditi, iuxta illud. Lu. 12. Cui plus committitur, ab eo plus exigitur. Itẽ in exercendo offõ suo se ipsos condemnant, dum alios iudicant de his quæ ipsi committunt dicente Pau ad Ro. 2. In quo alium iudicas te ipsum condẽnas. Itẽ ab omnibus subditis iudicatur. Vnde dicere potest illud. Teren. 3. Posuit me Dominus tanquam signum ad sagittam. Maius etiam scandalum & damnum sequitur ex peccato & malo exẽplo pręlati quã subdit. Vnde Seneca ad Lucil. inquit. Grauissimus est morbus qui à capite diffunditur. Et Gre. in pastora li. Cum pastor per abrupta graditur necesse est vt in præcipitium grex labatur. Ideo dicitur ꝙ malus prælatus multo suo malo exemplo trait ad inferos 40. dĩ. c. si papa. Quapropter nihil apud Deũ miserabilius, tristius ac damnabilibus est quam malus prælatus, vt scriptum est in c. ante omnia eadem di. Ex quibus omnibus concludi potest ꝙ prælatio est ambitioso sicut gladius, quo seipsum occidit & proximum. Et sicut laqueus quo se per gulam suspendit. Et sicut venenũ dulci melle circundatum quo seipsum pernecat. Et sicut oleum suaue in quo dum sensualiter natare incipit suffocacatur & perit. Et sic patet ꝙ in prælationibus non est fœlicitas, sicut credidit ille qui regem dixit esse fortiorem.

QVi vero mulieres. dixit esse fortiores, representat illos qui posuerunt beatitudinem in voluptatibus, quæ etiam esse non potest quia ad beatitudinem sequitur delectatio perfectissima, & ex perfectissimo bono sibi adæquato, quia beatitudo est status omniũ bonorũ aggregatione pfect⁹, vt inqt

Boetius

Boetius 3. de conso. Delectationes vero voluptatũ sunt imperfectissimæ. Cuius signum est, quia bonum voluptatis non apprehendit nisi sensus, quorum delectatio in comparatione delectationis animæ quæ est vniuersalis boni apprensiua est minima. Vnde Sap. 7. dicitur. Omne aurum in comparatione illius arena est exigua. Hin Boetius in 3. de conso. inqt. Tristes esse voluptatum exitus, si quis reminisci libidinum suarũ volet intelliget, quæ si beatum efficere possent, nihil etiã esset quin pecudes beatæ esse dicerẽtur, hęc ille. Præterea corporales voluptates in morte corpus in delitijs enutritũ deducunt ad vermium comestionem. Iob. 21. In puluere dormient, & vermes operient eos. Post mortem vero deducunt animam ad æternam afflictionem Apoc. 18. Quantum in delitijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum, & consequenter in ipsis esse felicitas non potest. Aristo. quoq; 7. Ethi. de miseria & danno voluptatum loquens dicit. Concupiscentię carnales manifeste intellectũ obnubilant, & rationẽ impediunt. Et Seneca in 1. declamationum ait. Nihil est tam mortiferum ingenijs quam luxuria. Si quidem rationen perturbat, intellectũ hebetat, memoriam eneruat, obliuionẽ immittit, errorem infundit, ignorantiã inducit & hominem quasi bestiam facit. Hanc quoque opinionem ponentem beatitudinem in voluptatibus reprobaui supra in prima parte huius operis sermone 14. parte secunda.

Multæ aliæ opiniones de fælicitate. FVerunt & aliæ de beatitudine opiniones. Vnde recitat Augu. 19. de ciui. Dei ꝙ Marcus Varro notauit ducentas octaginta opiniones de fęlicitate, quas phylosophi diuersimode habuerunt, de quibus aliquas Lactantius in 3. diui. institi. refert dicens. Epicurus summum bonum in voluptate animi esse censet. Aristipus in voluptate corporis. Caliphon & Dinomacus cirenaici honestatem cũ voluptate iunxerũt. Diodorus in priuatione doloris summum bonum posuit, peripatetici autem in bonis animi & corporis & fortunæ. Thaleti summum bonum est scientia, & Zenonis cum natura congruenter viuere. Quorundam stoicorum virtutem sequi. Aristotiles in honestate, ac virtute summum bonum collocauit, hęc ille. Quibus opinionibus pro nunc dimissis ad opinionem illius reuertamur, qui dixit veritatem omnibus esse fortiorem, qui representat eos qui in cognitione summi & veri Dei dicunt cõsistere fęlicitatem. Et isti soli verum dicunt. Cum quibus cõcordat Auicena li. 9. suę Metaphysicę. c. 9. di. ꝙ fęlicitas est cognitio primę veritatis quę est Deus & coniunctio cum ipsa veritate. Istam ergo opinionem tenẽtes soli debent a rege cęli pręmiari, & beneficiari, quia sequũtur Doctrinam saluatoris. Io. 17. qui inquit. Hęc est vita æterna vt cognoscant te verum Deũ & quẽ misisti Iesum Christum. Ea propter Tho. in summa contra gentiles dicit. Oportet vltimum finem vniuersi esse bonum intellectus, hoc autem est veritas.

Concludit veritatem omniũ rerũ esse fortissimam. EX quibus omnibus ait ille theologus ego concludo o serenissime imperator, quod veritas sola est omnium fortissima & potentissima, sine qua imperator est tyrannus. Et cũ fęlix appareat veritas postremo ostendit eum miserum. Et non erubescit imperator inuenta veritate suas leges emendare, vt ipsa vt ipse confitetur in autentica de nupti. §. 1. ver. Non enim columna 4. vbi glo. dici ꝙ sapientis est mutare propositũ. Papa sine veritate est antichrist⁹, & illam defendere debet vsq; ad animam & sanguinẽ c. sunt quidam. 25. q. 1. Exercitus si pro veritate non pugnat confundetur, & si aliquando contra veritatem obtinuerit victoriam, non perseuerabit diutius in ea, quia nullum violentum durabile. Et cuncta imperia nemo continuit diu, vt ait. Seneca in libro tragediarum. Item exercitus ad hoc est ordinatus vt protegat veritatem, vt notat quędam glosa in clemẽtina pastoralis de sen. & re. iu.

Veritatem natura esse fortiorem. demõstrat. NAtura insuper cedit veritati, vt patet in religiosis qui amore veritatis vincunt seipsos abnegante suas naturales passiones, iuxta saluatoris consilium. Matthei 16. Et hoc augunt

amore Iesu Christi qui est veritas vt ipse testatur. Io. 14. Sciētia vero ad solam veritatem est ordinata, vt ostendit. Lactantius in principio diui. insti. Et ideo inquit imperaror in auten. vt defuncti seu funera. in principio colla. 5. quod qui causas examinant, debent veritate examinare si non volunt ad culpam venire.

Veritatem ambitionē etiam superare persuadet.

AMbitionem quoque veritas in omnibus superat demonstrans eam detestandam, tum quia quanto quis magis per eam ascendit tanto plus impugnatur, & damnabilius cadit, iuxta illud Senecæ in libro tragediarum. Feriunt celsos fulmina colles. Tum etiam quia tales ambitiosi nunquam habent pacem vel quietem, dicente Prospero, in libro epigrammatum. Nec pax sollicitis, nec modus est cupidis. Et Seneca in libro tragediarum ait. Nunquam placidam sceptra quietem. Certamue sui tenuere diem. Item quia omnia quæ ambitiosus acquirit cito relinquet. Vnde de ipso dici potest illud, Isa. 4. Omnis gloria eius quasi flos fęni. Exsiccatū est fœnum & cecidit flos eius. Et Propheta ait, psalm. 106. de ambitiosis. Ascendunt vsque ad cęlos, & descendunt vsq; ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Et psalmo trigesimoprimo item inquit. Vidi impium superexaltatum & eleuatum super Cedros libani. Transiui, & ecce non erat. Quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Amicitia vero cum sit potens ei tamen præfertur veritas, dicente Aristote. primo Ethic. Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas. Cuius ratio est, quia amicitia magis chara minus charę præferēda est. Sed amicitia veritatis est magis chara, quia vt dicit August. in libro de vera religione. Homo amatur propter veritatē vitæ & doctrinæ. Cū ergo propter vnū quodq; tale, & illud magis, 1. Poste. & in 19. di. capitulo 1. & in clementina. si Dominum. de reli. & ve. san. Ideo amicitię veritas est præferenda. Ea propter Philosophus in primo Ethico. ait. Sanctum est præhonorare veritatem. Veritas enim ita sancta & firma in bono, quod in nullo casu licet eam destruere mendacio voluntario, cum tamen in aliquo casu licitum sit homicidium voluntariū, quia homo dimissa innocentia potest esse conueniens materia iustę destructionis. Non sic autem est de mendacio.

Amicitiæ quoq; pfertur veritas.

Veritas fato præponitur, cū in ipso non sit fœlicitas.

QVo ad fatum vero, & constellationes respondetur, quòd vere sapiens Dominabitur astris. Vt in cōmuni prouerbio dicitur, & fuit sententia Ptolomei in centiloquio. Fortuna vero est causa per accidens secundo phisicorum. Vnde Lactantius in 3. diui. insti. dicit. Fortuna est accidētium rerum subitus atq; inopinatus euentus. De qua Claudian⁹ in principio libri in Ruffinum inquit.

Sępe mihi dubiam traxit sententiam mētem.
Curarent superi terras, an nullus inesset.
Rector, & incerto fluerent mortalia casu.
Sed cum dispositi quæ sissem fędera mundi.
Præscriptosq; maris fines, amnisq; meatus.
Et noctis lucisque vices, tunc omnia rebar.
Consilio firmata Dei, qui lege moueri.
Sydera, qui fruges diuerso tempore nasci.
Qui variam Phebem alieno iusserit igni.
Compleri solemq; suo porrexerit vndis.
Littora, tellurem medio librauerit axe.

hęc ille. Cum ergo fęlicitas sit causa per se, & perfectissima si dici liceat, pateat in fortuna non esse fęlicitatem. Iulius autem cęlsus contra fortunam inquit. Fortuna plerunq; eos quos pluribus beneficijs ornat, ad duriorem casum reseruat. Et Augustinus 4. de ciui. Dei c. 18. ait. Fortuna potest esse bona & mala, fęlicitas autem si mala fuerit fęlicitas nō erit. Præterea non curandum esse de fortuna, cum sępe sit nociua vt ostendit Seneca in prouerbio di. Fortuna quem nimis fouet stultum facit. Dicit quoq; Philosophus in libro de bona fortuna. Vbi plurimus intellectus, & ratio, ibi

ibi minima fortuna. Vbi autem plurima fortuna, ibi minimus intellectus.

Cõsuetudo veritati posponitur. COnsuetudo etiam postponenda est veritati capitulo. si. consuetudinẽ, &c. qui contempta & capitulo frustra 8. di. Vnde in capitulo consuetudo eadem distin. dicitur. Consuetudo sine veritate vetustas erroris est, propter quod relicto errore sequamur veritatem, hęc ibi. Talis consuetudo non minus quam perniciosa corruptela vitanda est capitulo mala. 8. dist. Pecunia vero misera est. Et illud Salamonis dictum. Pecuniæ obediunt omnia, prolatum fuit in persona stultorum. Sapientes enim non obediunt pecuniæ sed solum stulti. Vnde Seneca in libro de beata vita ait. Diuitię apud sapientem in seruitute sunt, apud stultum in imperio.

Veritas religiosis fortior. REligiosi quoq; nisi ambulent in veritate pessimi sunt omnium 47. distin. capitulo quantumlibet. Ideo Ioannes Euangelista inquit in tertia sua epistola Gauius sum valde venientibus fratribus, & test imonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas. Maiorem enim horum non habeo gratiam, quam vt audiam fratres meos in veritate ambulantes, propterea dicitur quod veritas magis debet inquiri a clericis quam verborum eloquentia 38. di. c. sedulo.

Veritas et præfertur bonæ famæ. BOna autem fama non habet durabilitatem nisi in veritate quis benefaciat. Iuxta illud Ouidij in secundo de fastis. Et memorem famam qui bene gessit habet. Et ideo Ioannes Solobriensis anglicus in policratone libro. 6. ait. Isocrates quærenti quomodo quis famam optimam compareret. Si gesserit inquit optima & locutus fuerit pauca. Licet ergo quandoq; aliqui magnam famam virtutis, falsis vulgi opinionibus habuerint, vt téstatur. Boetius in 3. de conso. tamen in fine per veritatem falsitas & illa gloria non perdurauit. Et hoc est quod inquit Iob. 20. sui libri. capitulo. Gaudium hipocritę ad instar puncti. Et ideo boni viri non curant de vana fama. Nec desperant de vulgarium falsis diffammationibus iuxta illud Ouidij in quarto libro de fastis. Conscia mens recti famę mendacia ridet. Sciunt enim veram esse sententiam Francisci petrarchę in libro de remedijs vtriusq; fortunæ dicentis. Nulla pronior ad errorem atque precipitium via est quàm, ire per vulgi vestigia. Nam quicquid pęne vulgus laudat vituperio dignum est, & quicquid approbat malum est, & quicquid improbat bonum est & quicquid loqnitur falsum est. Et ideo Aug. in epistola ad Dioscorum ait. Fęlicitas hominis pendere non debet ex hominum linguis. Nullus. n. sapientum philosophorum finem actionum suarum constituit in fama vulgi vel in lingua hominum, hęc ille Dicit enim beatus Thomas in summa contra gentilis li. 3. c. 28. & 1. 2. q. 2. articulo secundo, quod melius est esse dignum honore, quam honorari, quia esse honore dignum pręsupponit virtutem inesse, honorati autem non semper. Sępe enim verificatur illud psal mistæ dicentis. Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Solum ergo debemus appetere laudem, & honorationem cęlestem de qua ait Aug. 22. de ciuitate Dei c. penultimo. Ibi erit virtus honor qui nulli negabitur digno, & nulli deferetur indigno.

Sanitas veritati preponitur. SAnitatem vero corporis esse multotiens malam, & infirmitatem bonam veritas ostendit, quia multi sani ex corporis prosperitate in multis vicijs dilabuntur, qui infirmi ad Deum reuertuntur. Et infirmitate fortiores fiunt, iuxta illud Apostoli 2. ad Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Et in eodẽ capitolo idẽ inquit. Cũ infirmor tunc fortior sum transumptiue in c. nisi cum pridem § alia vero causa de renun. vbi dicitur. Nonnumquam infirmitas corporis fortitudinem cordis augmentat. Ideo Hiero. in epistola ad Palmachium & Occeanũ loquens de die iudicij ait. O quantis in die illa expedisset, si & sensũ corporis, & viscerum vigore caruissent.

1.Ethi. Debemus ergo habere veritatẽ in mente cognoscendo eam, vt hortatur dominus.Ioan.8 di.cognoscetis veritatem. Item amando ea quam etiam summopere diligit Deus,cui dixit Dauid.Psal. 50. Ecce enim veritatem dilexisti. Debemus etiam habere veritatem in sermone non augendo,nec diminuendo, sicut præcipitur Zacha.8.Loquimini veritatem vnusquisq; cũ proximo suo. Veritatẽ quoq; rei custodire debemus,sicut hortaĩ Apostolus. Ephe.4.di. Veritatem autẽ facientes in charitate crescamus, vt enim inqt dñs.Ioan.3.Qui facit veritatem venit ad lucem.

Multis sagittas veritas vulneratur. SED heu quia hæc regina nobilissima veritatis hodiernis temporibus multis sagittis quotidie vulneratur.Nam diabolus relicta veritate increata, quæ est Deus, statim cæpit persequi veritatem creatam, nec aliud intendit a principio suæ ruinæ ipse serpens antiquus qui est veritatis inimicus & mendacij pater.Io. 8. Sic enim decepit primos parentes di. Nequaquam moriemini.Gen. 3. Et inde apud omnes status machinatus est diuersimode veritatem vulnerare. Nã primo apud plebeos,& rudes vulnerauit eã falsitate, cum quis veritatem negat ignorãter,& est nimis periculosa, vt patet in c. sancta quippe rusticitas.2.q 7. Ignorantia enim est mater cunctorum errorum. c.ignorãtia.38.di. Talibus est veritas difficilis.Ideo exclamat Lactantius in 2. diui.insti.di.O q̃ difficilis est ignorantibus veritas,& q̃ facilis sapientibus.

De 2.sagitta veritatẽ oppugante. SEcundo vulneratur veritas apud consiliarios taciturnitate, cum quis audit falsitatem cuius oppositam veritatem defensare tenetur Nam secundum Inno. & Panor.in c.1.de his quæ fi. a ma. par. ca. Tacens habetur pro consentiente, quãdo ex officio tenetur consulere, & hoc tam quo ad peccatum,q̃ quo ad pœnam.Et facit textus in l.de etate.§. qui tacuit.ff.de inter.acti. Et in hoc casu verificatur illud quod scriptum est in c.qui tacet.de regu. iu.lib 6.vbi dicitur. Qui tacet consentire videẽ. Cuius ratio est, quia quisq; de vniuersitate debet votũ suũ exprimere, in concernentibus factum, & vtilitatem vniuersitatis. Vt in dicto c.1.Sed qui tenetur loqui & tacet, habetur pro consentiente, vel pro contradicente, quatenus tendit in eius præiudicium,vt in d.§.qui tacuit. Et c. si post præstitum,de confes. lib. 6.

De 3. 4. 5. & 6.sagitta veritatẽ vulnerãte. TErtio vulneratur apud milites duplicitate, quando infideliter vnum ostẽdunt, & aliud facere intendunt. De quo Vegetius in 3.de re militari inquit. Frequentius conuentiones pacisq; simulationes crudelius nocuere q̃ arma.Quarto vulneratur apud iuuenes lasciuos mẽdacio iocoso, quod est falsa significatio vocis causa danda solatiũ. Et hoc est peccatum veniale de sui natura, sanctus Bonauentura in 2.di.21.art. 3. q. 1. Quinto apud ciues mendacio officioso causa alicuius commodi sine alterius damno qđ tamen est peccatum, & iactura veritatis 22.q.2. c. 1. Sexto apud mercatores mendacio pernicioso, quando cum damno ꝓximi veritatem vulnerant, propter quod animam suam occidunt. Sapien.1. Et 22. q.2.c.nec artificioso. Et c.si quis adeo,& 22.q 5.c.iuramenti.

De 7. sagitta. SEptimo apud poetas,& oratores mendacio mendoso,quod fit solo appetitu mentiendi, quod proprijssime est mendacium. In quo vitio valde infecti sunt versificatores.Credunt enim sententiam illã Horatij in poetria esse veram. Pictoribus atq; poetis. Quodlibet audendi semper fuit æqua potestas. Et ideo implẽt libros suos adinuentionibus,& falsitatibus.Sed eorum mendacijs nõ est credendũ. Vnde Cato inquit. Nam miranda canunt, sed non credenda poetæ.

De 8. & 9. sagitta veritatem oppugnante. OCtauo vulneratur veritas apud artistas periurio quod est mẽdaciũ cum auctoritate.i.iuramento, quod est grande scelus vt dicitur in c. prædicandũ. 22. b. 1. Nono apud procuratores & aduocatos contentione,quod est mendacium cũ clamore. Dicit autem beatus Tho.2.2 q. 38. ꝙ si contentio fiat cum notabili impugnatione veritatis,vel iniuria,aut dãno ꝓximi, sicut facere solẽt quidã aduocati, & ꝓcuratores est peccatũ mortale.

De 10.et 11. sagitta. DEcimo apud principes, & prælatos iactantia quando per superbiam se extollunt plusquam sint, quibus inquit Apo-

Apostolus Iacobus. 3. suæ canonicæ. c. Nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. Non enim est ista sapientia desursum descendens sed terrena, animalis, & diabolica. Vndecimo vulneratur apud clericos ironia quando minus prætendūt de suis redditibus quàm sint, vt maiores cōsequi valeant præbendas, & decipiant simplices viduas, earum dotes sibi relinqui facientes pro dotanda capella, vel augenda præbenda. A talibus debent omnes cauere, iuxta illud Horatij in poetria. Non te decipiant animi sub vulpe latentes. Et isti procurantes superflua beneficia & sibi retinentes tales redditus superfluos peccant mortaliter, secundū Panor. in c. conquerente, de cle. non resi. Et glo. in c. dudum. el. 2. de elec.

De 12. sagitta.

DVodecimo vulneratur apud religiosos hipocrisi qua superficientenus ꝓtendunt abiectionem, vt magis exaltentur ab hominibus. Sed hipocritæ cum tēpore cognoscuntur. Ait enim Tullius in 2. de officijs. c. 17. Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt, nec simulatū quicquam poterit esse diuturnum. A tali autem hipocrita admonet Salomon quēlibet præcauere debere di. Prouerb. 26. Quando submiserit vocem suam ne credideris ei quoniā septem nequitiæ sunt in corde illius.

De 13. sagitta veritatem vulnerante.

DEcimotertio vulneratur apud curiales principum adulatione. Adulator autem est plus decētibus, & existentibus adijciens, Aristo. in libro. 1. magnorum moralium. c. 51. De qua adulatione loquens Tullius lib. vltimo artis nouæ inquit. Habet assentatio iocūda principia, sed exitus amarissimos affert. Adulatores nim ideo blandiuntur, & laudāt, vt laudatorū opes sibi attrahāt eosq; decipiāt atq; ad suam voluntatem in omnibus illos inclinent, vera est enim sententia glossæ in. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo. cor. dj. Qui laudat stultum facit ipsum currere multum. Hoc vitium maxime in curijs viget in quibus vt plurimum omnes adulari suis principibus student. Et raro aliquis inuenitur qui eis audeat dicere veritatem. Vnde Seneca in lib. de beneficijs ait. Demonstrabo cuius rei laborent inopia magnates, & quid omnia possidentibus desit. Et subiungit. Qui eis dicat veritatem. Sæpe tamen ipsi eam nolunt audire, iuxta illud. Iuuenalis lib. 1. Nec cuius erat qui libera posset verba animi ꝓferre, & vitam impendere vero. Et loquitur contra Neronem. Tales adulatores, & timentes dicere veritatem debent recordari quod scriptum est in c. nemo. el. 3. 11. q. 3. Melius est pro veritate pati supplicium quàm ꝓ adulatione beneficiū.

De 14. sagitta veritatem impugnante.

DEcimoquarto vulneratꝛ veritas apud auditores verbi Dei vanitate qui faciunt illud quod prædixit Paulus. 2. ad Thi. 4. inquiens. Erit enim tempus cum sanam doctrinam nō sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Istis dicebat Apost. ad Galat. 4. Factus sum vobis inimicus veritatem loquens. Vbi glo. inqnit illud Terrentij in Andria. c. 3. veritas odium parit, scilicet malorum qui dicentibus eis veritatem mala inferunt. Vnde legitur quòd Romæ scriptæ. P.P.P. S.S.S. R.R.R. F.F.F. nec in tota ciuitate inueniebatur qui sciret quid hoc significaret. Miserunt ergo ad venerabilem Bedam qui illo tempore erat famosus inter sapientes, rogantes eū vt huiusmodi litteras interpretaretur. Qui sic exposuit. Pater patriæ profectus est. Sapientia secum sublata est. Ruet regnum Romæ. Ferro, flamma, fame. Illi autem indignati eruerunt sibi oculos, propter veritatem quam dixit. Sed tamē eis euenit vt Beda prædixit. Est autem sciendum quòd contingit de veritate sicut de luce, odore, & sapore. Nam lux est amabilis oculis puris, Ecclesiast. 11. Dulce lumen, & delectabile oculis videre Solem. Sed habentibus oculos lippos est odibilis. Vnde August. Oculis egris odiosa est lux, quæ puris est amabilis. Et similiter veritas odiosa est superbis, maxime quando eis prædicatur de humilitate, quę est virtus tam clara, & fulgens. Dicitur enī Eccle. 13. Abominatio est superbo humilitas. Causa aūt huius est lippitudo superbiæ, quæ resistit ne ista lux fulgeat in mente. Grego. Tumor mentis obstaculū est veritatis. Eam quippe quam non inue-

Quibus assimiletur veritas, & nolentes eam audire.

nit

nit humilem veritas fugiementem. Sicut etiam odor est homini gratus quem recreat, & confortat, sed odiosus est luxuriosis, quæ grata est castis. Si enim lasciuis prædicatur de odore puritatis, & munditiæ verificatur illud Eccle. 21. Audiet luxuriosus, & displicebit ei. Tales. n. instar serpentum, & porcorum malunt stare in fœtore luxuriæ quàm in odore munditiæ. Vnde cum quidam luxuriosus audiente Pythagora diceret se malle cum mulieribus quàm cum philosophis conuersari. Et sues inquit libentius in cœno quàm in aqua clara morantur. Sicut etiam vt ait. Augu. Panis palato sano est suauis qui palato infirmo est insipidus, & pœnosus. Sic veritas auaris est odiosa, maxime de contemptu terrenorum, & appetitu cœlestium. Eccle. 13. Execratio diuitium pauper. Et ratio est quia habent palatum corruptum. Et ideo non possunt sentire saporem cœlestium. 1. ad Cor. 2. Animalis homo nõ percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Vnde Augustinus ait. Palatum febricitantis habet, cui mel cœleste insipidum est. De habentibus autem palatum sanum dicit Chrisosto. Vere non habet quod super terram amet qui donũ cœleste in veritate gustauerit. Contra tales ait in lib. de amicitia Tullius. Quorũ aures clausę sunt veritati, vt ab amico audire verum nequeant, horum salus despe randa est.

De 15. sagitta veritatem oppugnante.

QVintodecimo vulneratᷓ veritas apud prædicatores adulteratione. Quidam enim hodiernis temporibus reperiũtur qui adulterant verbum Dei, & non prædicant in veritate. Nec dicunt populis ad salutem necessaria. De quibus dicitur. Treu. 2. Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiunt iniquitatẽ tuam vt te ad pœnitentiam prouocarent. Viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones. Isti sunt proditores veritatis, quam prædicare cum debeant, nolũt. c. nolite. 11. q. 3. Sciendum tamen quòd vt notatur in c. qui scandalizauerit, de regu. iu. triplex est veritas, scilicet vitæ doctrinæ, & iustitiæ. Veritas vitæ ad omnes pertinet. Veritas iustitiæ ad prælatos. Vnde Exodi. 18. Moysi dicitur. Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum in quibus sit veritas. Veritas vero doctrinæ ptinet ad doctores. Ideo Exo. 28. etiam dictum fuit Moysi. Pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatem. Veritas vitæ nunquam omitti debet, sicut legitur de Tobia. 1. c. quòd in captiuitate positus viam veritatis non deseruit.

Aliud esse a veritate declinare, aliud veritatem tacere, aliud veritatem negare declaratur.

DE veritate vero doctrinæ, vel loquelæ est sciendum quòd aliud est a veritate declinare, aliud veritatem tacere, aliud quoq; veritatem negare. Circa primum sciendum est quòd a veritate per humilitatem declinare licet, occulrando virtutes, & gratias. Sicut Ioannes Baptista dixit. Non sum propheta. Ioannis. 1. cum tamen esset, sed ad eorum intentionem respondit. Habuerant enim Iudæi prophetatum, quòd ante Christum venturus erat Enoch, & Helias, ideo dubitabant an ipse esset vnus eorum. Iccirco ipse dixit. Non sum scilicet ille propheta de quo intenditis, & quæritis vos. Similiter sanctus Franciscus cum dicebat, Ego sum maior peccator totius mundi. Non mentiebatur sed decliuabat a veritate, abscondens thesaurum gratiæ quem habebat. Intelligebat autem sic sua verba quòd si alteri quamuis magno latroni Deus has gratias quas sibi dederat communicasset gratior se esset. Vel quòd esset maior peccator mundi si caderet a gratia sibi concessa, quod erat verum. Hieronymus quoq; ad Pathamachium, ait. Laudamus virginitatem sicut & columbas, laudamus licet pennis careamus. Et tamen vt scribit Cirillus beato Augustino Hierony. fuit virgo purissimus. Non ergo dixit mendacium, sed per humilitatem declinauit a veritate, verba enim ei etiam posito quòd dixisset non sum virgo, poterant intelligi de virginitate mentali, quæ amitti potest seruata corporali virginitate vt ait ipse Hieronymus in c. si Paulus, circa medium 32. q. 5. Vel poterant intelligi de virginitate generaliter dicta, quæ amittitur per quodlibet peccatum mortale, vt ait Augustinus in quodam sermone.

Quid sit a veritate declinare.

Quid sit veritatẽ tacere.

SEcundo contingit veritatem tacere, & non semper mentiri. Vnde Aug. in lib. con-

aliud est quàm fouere, néc caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obuiare. 2.q.7.c. negligere, & 11.q.3.c.qui cõsentit. & 83.di c.error. 28. di.c.facientis, & de sen.ex.c.ante.

In confessione audita non debent reuelari, & quãdo nec in secreto cõmissa declaratur.

DE his vero quæ in confessione audita sunt, quòd de necessitate salutis debeant nõ reuelari habetur in c.oĩs vtriusque sexus. §. caueat. de pe. & re. & c. si sacerdos de officio or. Et de hoc per theologos in 4. di.21. latius tractatur. Si autem sunt commissa in secreto, vt communiter dicit vnus alteri. Dico tibi in confessione, idest sub sigillo secreti, etiam debent secreta teneri. Vt declarat Tho. in primo quos.q.16. Et. Scotus in 4.di.21. Fallit tamen in duobus casibus secundum Bona. in ea. di. primo quando veritas id exigit, quia vergit in periculum aliorum. Vnde dicit Panor. in c.omnis, de pęni. & re. q̃ si talis assumitur in testem tenetur reuelare. Secundus casus est quando quis cogitur per obedientiam prælati, qui vult illud scire vt prouideat religioni vel alteri. Et in hoc concordat Henricus de Gandauo in 9. quolibet.

Prædicator quando põt aliquã veritatem prætermittere.

PRædicator etiam cum videt quòd prædicare aliquam veritatem est sine vtilitate populi, & ædificatione, imo cum perturbatione, & scandalo, ac impedimẽto diuini honoris, & fructus animarum, debet eam prætermittere non tamen dicere aliquam falsitatem. Vnde Augustinus in libro de mendacio ait. Licet prędicatori rerum æternarum ad ædificationem pertinentium occultare quicquid vi detur occultandum, mentiri autem non licet. Cum autem viderit opportunum tempus fructuose posse insistere, vsq; ad mortem pro veritate decertet. Et sic intelligitũ illud Isa.c.58. Clama ne cesses &c. Et illud 2. ad Thi.4 Argue obsecra increpa. &c. Sic etiam c. sit rector. 43. di. Illud etiam quod dicitũ, de reg. iu. e. qui scandalizauerit. Vtilius scandalũ nasci permittitur, q̃ q̃ veritas relinquatur intelligitũ de veritate vitæ, quæ nunq̃ delerẽda est vt dicit glosa ibi & in c. nisi cum pridem de renun. veritas aũt doctrinæ, & disciplinæ aliquando est intermittenda, quando scilicet ex hac maius inconueniens sequitur, & nulla correctionis spes habetur.

Veritatem quõ negare non liceat.

TErtio contingit aliquãdo veritatem negare, & consequenter falsitatem dicere. Et hoc nunquam licet etiam causa humilitatis. Cum humilitatis causa mẽtiris, si non eras peccator antequam mentireris mentiendo efficeris quod euitaueras, & idem habetur in c. non ita, & in c. incauti. ea. q. & causa. Sed hic notanda sunt tria documenta. Primum est q̃ nullus debet etiam venialiter mẽtiri, vt aliũ a mortali peccato liberet, ratio est quia si veniale peccatũ deberet aliquando cõmitti, tunc non esset malum, neq; culpa quod est falsum. Licet enim omnis pœna sit eligenda ad vitandam culpam, nunq̃ tamen culpa est committenda, propter suam vel alterius pęnam, vel culpam euitandam. 22.q.2.c faciat. Quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Roma.3. ad illud autem.5. Ethi. & 3. Topi. De duobus malis, minus est eligendum. Quod etiam habetur dist.13. c. 1. & l. quotiens. la.4. ff. de reg. iu. & l.1.§. penul. ff. de peri. & com. rei. ven. Respondetur q̃ sic debet resolui, minus est eligendum, idest maius malum præcauendum, quia nunq̃ est electio malorum. Et intelligitur de malo naturæ vel pęnæ. Vbi autem agitur de malo culpæ, potius moriendum est q̃ maius vel minus eligendum. 32.q.5.c. ita ne. Et si dicis q̃ charitas est liberare proximum a mortali peccato, rñdet Saluator. Matt. 16. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentũ patiatur? Et ideo incomparabiliter melius est mori q̃ mentiri Ad quod applicari potest illud Iuuenalis lib.3. satyra.2. dicentis.

Esto bonus miles, tutor bonus arbiter idem.
Inter ambigua, si quando citabere testis.
Incertæque rei falleris, licet imperet vt sis.
Falsus & admoto dictet periuria tauro.
Summum crede nephas animum præferre pudori.
Et propter vitam viuendi perdere causas.
Dignus morte subit. &c.

Nullus veritatẽ negare debet in

SEcundum documentũ est q̃ nullus in iudicio debet veritatem negare ad liberandum hominem a morte, quòd hoc est con-

indicio, licet hoīem a morte liberare posset.

contra charitatem, quæ primo præcipit dilectionem suprasius, postea proximi iuxta illud Eccle. 30. Miserere animæ tuę placens Deo. Quantum autem peccent negantes veritatem declaratur. 11. q. 3. c. vnicuiq;. Qui veritatē negat, vel falsum testimonium dicit Deum qui veritas est negare vel vendere conuicitur. Et ideo dicitur Ecclesiast. 4. c. Non contradicas verbo veritatis vllo modo.

Ad mortē condēnatus veritatē negare, vel falsitatem consiteri non debet vt saluetur.

TErtium documentum est quòd condemnatus ad mortem non debet veritatem negare, vel falsitatem confiteri vt euadat, quia nullus pro vita corporali tuenda, debet mortaliter peccare, cum magis teneatur Deum quàm seipsum diligere. Vnde Aug. in quodā sermone ait. Quicumq; metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat iram Dei super se prouocat, quia scilicet magis hominem quā Deum timet, & ponitur transumptiue in c. quisquis. 11. q. 3. Facit ad hoc c. lotarius rex. 31. q. 2. & c. non solum, & c. nolite. 11. q. 3. & illud quod inquit dominus. Matth. 14. Nolite timere eos qui occidūt corpus, animam autem non possunt occidere, magis autē eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehēnam. Facit ad hoc etiam illud quod scriptum est in c. ad Apostolus in causa de simo. vbi dicitur quòd sub prætexto pietatis, non est impietas committenda. Non enī licet facere rapinam, vt eleemosynæ fiant c. forte. 14 q. 5.

Contra hodierna tempora exageratio.

SED quid dicemus de temporibus hodiernis, in quibus non solum pro vitāda morte, sed pro minimo denario etiā cum periurijs multi veritatem negant? Quamplures namq; reperiuntur de quibus dici potest illud. Prouer. 28. Pro bucella panis deserunt veritatem. De talibus autem Deus magnam faciet vindictam. Nam si falsificans monetam principis secundum leges dignus est cōbustione. l. 1. C. de falsa moneta, multo magis est æterni ignis pœna qui veritatē, quæ est moneta Dei falsificat per mēdacium. Sed tamen quotidie a multis deprauatā. Et nihil sic ab omnibus impugnatur, sicut veritas. Omnis enim homo mendax, vt dicitur. Psal. 115. Vera quoq; est sententia quæ Oseæ. 4. scripta est. Non est veritas, non est misericordia in terra. Et multi sunt de quibus dici potest illud Psal. 5. Nō est in ore eorum veritas. Ideo dicit Dauid. Psal. 11. Diminutæ sunt veritates a filijs hominum, & Isa. 54. dicit. Corruit in plateis veritas, & æquitas nō potuit ingredi, & facta est veritas in obliuionem. O veritas beata, quot insultus, quot vulnera, quot fraudes ab omnibus sustines? Non in verbis solum, sed etiam in operibus. Sunt enim mendacia operū, & sermonum, vt inquit Ambrosius in c. cauete. 22 q. 5. sed licet veritas possit vulnerari non potest tamen occidi, vel anni hilari, imo sæpius exagitata magis splendescit in lucem, vt dicit textus in c. fi. 35. q. nona.

PARS TERTIA huius sermonis, quòd veritas est omnium triumphatissima.

TErtiam quæstionem etiam determinauit supradictus theolog⁹ di. Adeo veritas est omnium triumphatissima quòd omnes Romanorū triūphos excedit. Ipsa enim est illa, quæ vincit omnia vt habetur in. l. fi. ff. de proba. de qua per Inno. in c. nisi cum pridem. de renun. Primo enim triumphat de omnibus legibus, quæ non iustificantur nisi in sola veritate, vt in. l. illicitas §. veritas ff. de offi. præ. Nam licet dici soleat q̄ in foro conscientiæ sequimur veritatem, in iudicio præsumptionem. Vt in c. is qui. despon. Si tamen constaret legi de veritate illam sequeretur, aliter non esset lex ipsa honesta, & iusta quod requiritur ad essentiam bonæ legis. c. erit autem lex 4. di. Secundo triumphat de omnibus opinionibus quibus præfertur, vt in c. capellanus, de feri. & in l. 1. §. omnibus. C. de ve. iu. enuc. dicit imperator quòd sententia vnius etiam minoris, præferenda est multorum opinionibus, si magis habeant veritatem. Et de hoc tractat Ioannes An. in c. 1. de consti. Ideo si quærat vtrum antiquorum vel modernorū opinio magis sit sequenda, cum dicat glo. in c. sic viue. 16. q. 1. quòd scholares debent intrare sub antiquioribus doctoribus, &

Veritas de oībus legibus triumphat.

Triumphat etiā de oīb⁹ opinionib⁹.

ecun-

econtra. in l. gallus. ff. de lib. & posth. dicat alia glo. post Priscianum quòd quanto iuniores tanto perspicatiores. Et hoc notatur etiam in cle. vnica. de summa tri. Respondeo quòd illi fauendum est, quæ magis habet rationem, & veritatem, d. c. capellanus, & per Host. in c. quanto. de transa. Et facit ad prædicta capitulũ, si testes. 4. q. 3. vbi dicitur quòd illis argumentis, & testimonijs magis est credẽdum, quæ sunt rei aptiora, & veritati proximiora.

Veritas de omni cõsuetudine triũphat.

TErtio triumphat de omni consuetudine quia malam reprobat, bonam autem confirmat. c. fi. de consue. & c. veritate. 8. di. Quanto triumphat de omni errore, & falsitate, quia nihil potest in cõtrarium allegari quando veritas est notoria. l. imperator. ff. de sta. ho. Et doctores communiter dicunt in c. plerisq;. de immu. eccle. post Innocen. quòd nulla sententia iniusta potest præferri veritati in conscientia.

Iudex an possit iudicare contra veritatẽ sibi notã, falsa allegata sequendo.

SED hic quęritur vtrum iudex possit iudicare contra veritatem sibi notam, sequendo falsa allegata, & probata in cõtrarium? Ad quod respondent quidam maxime Tho. 2. 2. q. 9. ar. 2. & etiam q. 64. ar. 6. quòd iudex potest & debet iudicare secundum legitimas probationes, per instrumenta & testes, & huiusmodi, quæ sunt sibi nota vt iudici, & non secundum notitiam quam habet vt persona priuata. c. sacerdos de offi. iu. or. Ideo dicit Ambrosius. 3. q. 7. c. iudicet. Bonus iudex sicut audit ita iudicat. Præterea quòd hoc sit verum potest probari, quia iudex non videtur debere mutare iudicium ꝓpter illam notitiam propter quam non licet vitare in communione sacramentali excommunicatum, sed propter notitiam quam habet vt persona priuata non debet vitare excommunicatum. 6. q. 2. c. si tantum, & c. placuit. & 2. q. 1. c. multi. Ergo &c. Facit ad hoc quia quod lege permittente fit potest licite fieri. l. fi. & ibi glo. ff. qui satis. cog. facit. l. iuste possidet. ff. de acqui. pos. & l. 1. C. de his qui ve. eta. impe. Sed in lege determinatum est illum condemnari debere ad mortem, qui conuictus fuerit testimonio duorum vel triũ testium. Deutero. 17. Ergo iudex qui est lex animata poterit talem sic conuictum ad mortem condemnare. Præterea sicut bonum commune præfertur particulari tanquam melius, & diuinius. 1. Eth. sic ꝓbatio communis, quæ fit in forma iudicij, præferenda erit probationi particulari, quam habet iudex vt persona priuata. Et hanc opinionẽ tenuit Ioannes glosator. 3. q. 7. c. iudicet. Bernar. & Host. de offi. or. c. 2. Innocentius quoq; extra de censi. c. venerabili. Et Hosti. de postu. præla. c. bone. el. 1. quòd quando agitur in forma iudicij iudex debet iudicare secũdum allegata, & probata, potius quàm secundum veritatem. ff. de offi. præ. l. illicitas. §. veritas. & 11. q. 3. c. summopere. cũ si. quia aliud facit vt iudex, aliud vt homo, vt in d. c. 1. de of. or. & 23. q. 4. c. si ecclesia. Et ideo iudicabit secundum conscientiam quam habet vt iudex, non quã habet vt homo. Hostien. tamen quem sequitur Archi. in c. iudicet. 3. q. 7. & dicit quòd si imminet periculum animæ, vel læditur publica vtilitas, quòd tũc iudex de iure, & de facto supplere potest, & debet. Quo ad periculum animæ quòd possit. Facit extra de elec. c. cum nobis. §. his igitur, & de excep. c. exceptionem. Quo ad vtilitatem vero publicam. Facit. C. de procu. l. item, & ff. de postu. l. quos prohibet. Vgo vero quem refert glo. in d. iudicet, tenet quòd nullo modo debet iudicare contra veritatem, sed debet allegare causam. Et ad hoc allegat. l. prætor. ff. de iuris. om. iu. Sed hanc opinionem reprobat Giraldus odonis super 5. Ethi. quia omne opus malum, sicut est illicitum homini facere per se, ita esset peccatum facere per alium. Qui enim per alium facit per seipsum facere videtur. c. qui facit. de regu. iur. lib. 6. & l. quod vissu. ff. eo. & l. ita autem. §. gessisse. ff. de administra. tuto. Rostonensis autem in summa dicit ꝙ si innocentem condemnat iudex ad mortem, vel mutilationem membrorum, aut condemnandum exponat etiam ad præceptum superioris peccat mortaliter. Secus autem esset in alijs pęnis pecuniarijs, vel causis ciuilibus secundum eum, per ea quæ notat glo. in c. pastoralis. §. quia vero. de officio. dile. Sed Raymundus in summa tenet cum prima opinione dicens,

cens, quòd fere omnes doctores iuris canonici dicunt quòd iudex potest iudicare, secundum allegata. Subdens quòd si quis taliter iudicaret non auderet eum condemnare, quamuis ad cautelam aliquam pœnam iniungeret.

Propria responsio ad dubium.

EGO vero teneo opinionem Nicolai de Lira super Exod. 23. c. Et etiam Giraldi Odonis vbi supra, quòd iudex nullò modo potest iudicare contra veritatem quam pro certo scit, nisi cum peccato mortali. Et hanc opinionem tenet Reuerendus pater frater Angelus de Clauasio in angelica sua in c. quod incipit. iudicare. §. 7. & dicit quòd hæc opinio est tenenda, siue simus in criminalibus, vel in ciuilibus. Et hoc probatur quia habemus præceptum Dei. Exod. 23 di. Non suscipies vocem mendacij, nec sequeris turbam ad faciendum malum, neque in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ vt a veritate deuies. Constat autem quòd iudex acquiesceret plurimorum sententiæ, si ad multorum falsorum testium dictum ferret sententiam contra veritatem sibi notam, quia sic a veritate quam nouit deuiaret contra diuinum imperium. Præterea quòd hoc verum sit probatur, quia illa quæ confestim nominata sunt conuoluta cum malitia, & secundum se sunt mala nullo modo contingit bene fieri, sed in illis necesse est semper peccare, & nunquam recte agere secundū philosophū. 2. Ethi. c. 6. Et Augu. in libro de mendacio. Sed innocentem, & iustum condemnare scienter, est secundum se malum, & cum malitia conuolutum. Ergo nullo modo potest bene fieri qualiscunq; probatio intercedat. Quod autem istud sit secundum se malum probatur, tum quia est opus impium dicente domino. Exod. 23. Innocentem, & iustum non occides, quia aduersor impiū, quasi dicat quòd qui facit illud est impius. Et ideo illi aduertatur Deus, quia facit opus veritati, & æquitati naturali contrarium. Præterea si licet iudici cōdemnare innocentem conuictum per falsos testes, vel hoc licet amore Dei, vel amore sui, vel proximi. Non amore Dei quia vt ait Beda, in c. abijt. 11. q. 3. Qui veritatis, & charitatis iussa spernūt,

Pro negatiua rationes aliquas adducit.

Deum vtique qui veritas, & charitas est produnt. Maxime cum non infirmitate, vel ignorantia peccant, hoc autem esset in casu proposito. Item non amore sui quia. 11 q. 3. c. nemo. Melius est pro veritate pati supplicium quàm pro adulatione beneficium. Item nec amore p̄ximi, quia vnus damnificatur temporaliter, scilicet condemnatus. Et alter spiritualiter, scilicet falsus testis. Quare iudici ex nullo bono amore scienter licet condemnare iustum, & innocentē. Confirmatur hæc conclusio quia nullum ante iustam veramq; probationem iudicare, aut condemnare debemus. c. nullum. 30. q. 5. & c. si quid. 86. di. & c. eorum qui 11. q. 3. Sed iudex contra veritatem sibi notam nullam probationem veram, & iustam habere potest, quę constet sibi, quia nullum verum est contra verum cum omnia vera consonent veritati. Aristo. primo Ethic. Ergo contra veritatem sibi notam iudex iudicare, aut damnare non debet. Dicit ergo Giraldus vbi supra, q̄ talis iudex si habet superiorem potest remittere causam superiori cum relatione proprię scientiæ, & probationis opposítæ. Et si non admittatur remissio, sed ipse cogatur ferre sententiam, sententiam pro veritate pronunciet. Nam si contra probationes ipsas sententiat facit contra ordinem iustitiæ. Si vero pronunciat contra veritatem, facit contra rem iustitiæ, quod est maius inconueniēs. Sicut maius peccatum est ex genere quàm ex circunstantia. Debet ergo semper iudex iudicare pro veritate. Cum enim iudicet loco Deo. Deutero. primo. Debet iudicare sicut facit Deus, qui semper iudicat in veritate, & pro veritate, iuxta illud. Tobiæ. 3. Iustus es domine, & omnia iudicia tua vera sunt. Facit ad prædicta capitulum, postulatus. 3. q. 7. vbi dicitur, quòd non debemus ante iudicare q̄ ad conscientiam nostram reuertamur, & quid placeat Deo siue displiceat dirimamus. Et in c. tunc vera. 11. q 3. scriptum est. Tunc vera est absolutio præsidentis cum interni sequitur arbitrium iudicis: Ergo a contrario, nec absolutio, nec condemnatio erit vera, nisi secundum voluntatem Dei fiat. Et in capitulo summopere vndecima quæstio. tertia; di-

Quid tunc facere debeat iudex.

dicitur, quòd secundum constituta in lege diuina, & humana est iudicandum. Et quod ex præcepto diuino condemnationis sententiam proferre debemus. Et in c. cū æterni. de sen. & re iudicata. lib. 6. præcipitur vt in ferendis sententijs habeāt iudices præ oculis solū Deum. Item textus clarus est in præfato c. cum æterni. vbi Innocentius. 4. inquit. Si quis autem iudex ecclesiasticus ordinarius, aut delegatus famæ suæ prodigus, & proprij persecutor honoris, contra conscientiam, & iustitiam in grauamen alterius partis in iudicio quicquam fecerit, per gratiā, vel per sordes, ab executione officij per annū nouerit se suspensum, ad æstimationem litis parti quam læserit condemnandus, hæc ille. Ecce quod non dicit contra conscientiam, & per sordes, scilicet falsorum testium. Non ergo excusari potest iudex cōdemnans innocentē dicens quia aliud non potuit, quia officium iudicentis latissimum est, vt dicitur in. l. 1. ff. de iurisditio. omnium. iudi. Vnde iudex potest vt in pluribus iudicare prout suæ conscientiæ rationabili videtur. Vt patet in l. appellari. ff. quis & a quo. ibi. & quod optimum est statuere. Facit. ff. de arbitris. l. qualem. vbi dicitur. Omnino dicat quid sibi videtur. Facit capitulum ad nostram, de consuetudine vbi scriptum est. Post quam tibi de meritis causæ constiterit, sententiam proferre valeas, sicut ordo postulat rationis non obstante contraria consuetudine &c. Facit etiā. l. rem non nouam. C. de iudi. vbi dicitur, quod iudices iurent omnino sese cum veritate iudicium dispositiuros. Item in. l. placuit. eo. tit. scriptum est. Placuit in omnibus rebus, præcipuam esse iustitiæ æquitatē quàm stricti iuris rationem. Et ad idem facit capitulum finale, de transac.

Sicut ergo iudices sæpe quādo volunt, sciunt inuenire colores pro iniustitia defensanda ita in isto casu tenentur vt cōtra veritatem nō iudicent diligentissime facere, quod falsitas nobis detegatur, vt 2. q. 1. c. Deus omnipotens. Et si nullo modo detegere falsitatem possunt, tunc vt ait Nicolaus de Lira vbi supra, potius debent officium resignare, quàm contra iustitiam, & conscientiam sententiare. Fa-

Quid facere debeant iudices, cū falsitatē nullo modo detegere possunt.

cit pro hoc quod notat glo. in c. pastoralis, de officio delega. di. Quod merus executor si scit sententiam latam auctoritate litterarum falsarum, vel per falsa instrumenta, vel per dolum aduersarij non debet exequi eam sed remittere ad superiorem. Vt in c. de cętero. de re iudi. Et in c. si quando, de offi. dele. & C. si ex falsis instru. l. iudicati. & ff. de iudi. l. si pretor. §. marcellus, & ad textum dicti capituli pastoralis qui dicit, quod si dictus executor sciat sententiam esse iustam, tenetur eam exequi si non potest aliter absolui a mandato superioris. Respondet glosa quòd hoc intelligitur de iniustitia solemnitatis iuris. Et ita exponit iniustam, idest contrarius litigantis latam: Secus si esset iniqua. Et dicitur iniqua quando est contra veritatem lata, quia tunc non debet exequi. Item glosa in dicto. c. assignat rationem quare sententia contra ius litigantis lata debeat executioni demandari a mero executore; quia cum non sit ab ea appellatum debet de rigore iuris elapso decennio executioni demandari. Argumentum. C. vt lite pendente. l. si. Spontanea enim appellationis omissio turpitudinem purgat quę sententiæ inerat. Ar. ff. de condi. ob tur. cau. l. si ob turpē, vel si appellauit secundo, & succubuit, etiam de rigore iuris & interdictum vt executioni demandetur, vt aliquis sit litium finis, de dolo, & contu. c. finem, & c. venerabilis. Si vero per iniuriam iudicis sit damnatus conqueratur de ipso. Extra de emp. & ven. c. si venditori. & C. de euictionibus. l. emptor fundi. & ff. eodem. l. si per imprudentiam, & instituta. de obliga. quæ ex quasi delic. nas. in principio. Hæc glo. vbi supra. Ex quibus patet quod dictum capitulū non facit contra conclusionem nostram, quæ confirmatur per ea, quæ habentur in. l. absentem. ff. de pœnis, vbi dicitur. Sanctius est nocētem impunitum relinquere quàm innocentem condemnare.

Responsio ad id quod contra adduci posset.

ET sic concludo quod nullo modo licet iudici aliquē condemnare contra veritatē, de qua ipse certus est. Absoluere aūt bene potest si probationes non sunt legitimæ quāuis iudex sciat pro certo ipsum

Eee esse

Iudex pōt absoluere reum si non sunt legitimæ probationes quāuis sciat ipsum esse culpabilem, & ideo soluuntur quæ in oppositū videntur probare.

esse culpabilem, quia iura præcipiunt vt nemo publicet peccatum alterius, quod non potest probare, vt in c. si sacerdos, de offi. iu. or. Et. l. illicitas. §. neque licita. ff. de offi. pre. Et l. eadem ratione, in fi. iuncta glo ff. de furtis. Et capitulo si tantum sexta quæst. secunda. Nec obstat c. iudicet tertia quæst. 7. quia non dicit secundum allegata, sed inquit iuxta leges, & iura pronuncient, quod est dicere. Iuxta quod statuerunt leges, & iura procedat in discutiendo, & det sententiam. Quæ quidem leges & iura volunt vt vnicuiq; reddatur quod debetur. ff. de iusti. & iure. l. iustitia. Nec etiam obstat c. eorum qui. cum capitulo sequenti. 11. quæst. 3. quia loquuntur quomodo in examinatione testium debet parcitari, & ordo iuris seruari in eorum discussione. Non autem dicit ibi textus quòd detur sententia secundum eorum dictum. Imo innuit contrarium si bene attendatur. Nec obstat capitulum, nos inquam, cum capitulo. Deus oipotens. 2. quæst. 1. cum aliquibus alijs capitulis, quia licet dicant neminem condemnandum nisi conuictum. Non tamen sequitur quod omnis conuictus sit condemnandus. Ex quo iudex est certus de falsitate. Imo cap. iudicantem. 30. q. 5. demonstrat oppositum, dum dicit. Tamdiu actio ventiletur, quousq; ad rei veritatem perueniatur. Nec similiter obstat dicta lex illicitas. quia ibi dicitur. Præses prouintiæ id sequatur quod eum conuenit sequi ex fide eorum, quæ probabuntur. Et breuiter respondendo dico, quòd non inuenitur ius quod dicat iudicem teneri sententiare simpliciter secundum allegata, & probata, sed bene secundum ordinem iuris, scilicet in procedendo, examinando, & sententiando. Sed ius non vult quòd aliquis innocens puniatur contra veritatem. Ergo &c. aliter non esset ius. Sed posito quod inueniatur lex præcipiens iudicari secundum allegata, & probata, debet intelligi secundum Giraldum odonis vbi supra, scilicet si verum concludunt. Quod si obijciatur quia talis iudex qui iudicabit secundum allegata & probata scandalizabit? Respondet c. qui scandalizauerit, de regu. iuris. Vtilius scandalum nasci permittitur, quàm quòd veritas relinquatur. Facit etiam ad prædicta quòd vbi de bona fide agitur, non est de apicibus iuris disputādum. l. si fideiussor. §. quędam. ff. mandati. vbi dicit, ꝙ debet tantū inspici quod verū est. Et allegat glo. C. si contra ius vel vtili. pu. l. & si non cognitio. Non obstat quod dicunt canonistæ, ꝙ iudex non iudicat vt homo, sed vt iudex quia hoc verum esset, si essemus extra, quæ sunt contra legem Dei, quæ non sunt peccata, sed in præuaricatione mandatorum Dei non habet locum illa distinctio, quia non iudex punitur, sed homo licet fecerit vt iudex. Ad illud quod obijcitur de excommunicato, respondet Giraldus Odonis vbi supra, quòd aliud est excommunicatum non vitare, & aliud innocentem condemnare, quia illud est contra ius positiuum, idest contra ius naturale, & diuinum. Et ideo per ius positiuum est sancitum in illo casu excōmunicatos nō vitari. Sed per nullum ius sancitum est in aliquo casu innocentem dānare imo, nec statui potuit. Et cum diceret ꝙ damnatio innocentis propter allegara, & probata per falsos testes est bonū commune, negādum est expresse. Imo est malum commune consistens in impijssima falsitate, quod non est præferendum bono consistenti in verissima pietate, hęc ille. Licet ergo Alexan. de Ales in 3. parte summæ, & Ricardus de Media villa in 3. quol. q. 25. sequantur communem opinionem canonistarum, tamen hæc vltima opinio videtur verior. Et sic patet ꝙ veritas triumphat de omni errore, & falsitate.

Triumphat etiā veritas de oībus cōscientijs.

QVinto triumphat de conscientijs, quia serenat eas præbens confidentiam. Vnde 4. Reg. 20. dicebat Ezechias rex Iuda. Memento quomodo ambulauerim coram te in veritate, & Psal. 14. loquens Dauid de eo qui ascendet in cęlū inquit. Qui loquitur veritatem in corde suo. Ex serenitate autem conscientiæ propter veritatem sequitur serenitas faciei, oculorum & frontis, & ex ea fit homo audax. Nam si quis accusatur contra veritatem ipsa conscientiæ serenitas ex veritate proueniens, ipsum animosum facit ante iudicē, non trepidum, nō pal-

palpitãtem. Econtra vero est de illis qui non habent secum veritatem. De quibus Ouidius in epistolis inquit. O quàm difficile est crimen nõ prodere vultu, quod notatur in. l. obseruandum. ff. de offi. prę. Veritas autem seipsam defendit, quę verborum adminicula non desiderat, vt dr. C. si vt se ab hære. absti l. 1. vnde Seneca in libro tragediarum ait. Veritas nunq̃ latet, & Grego. in pastorali dicit. Nihil est ad defendendum puritate tutius, nihil ad dicendum veritate facilius, & Ricardus poeta in libro de nuptijs. c. 37. canit. Vera loquuturus non labor vllus inest. Prædicta autem affirmat Lactantius lib. 3. diui: insti. c. 1. di. Deus hanc rei voluit esse naturam, vt simplex, ac nuda veritas esset luculentior, quia satis ornata per se est. Ideoq; ornamentis extrinsecus additis fucata corrumpitur. Mendacium vero specie placet aliena, quia per se corruptũ est ineicit nisi ornatu aliunde quæsito cõditum fuerit, atq; politum. Tanta vero est potentia veritatis, vt seipsam quamuis in rebus exiguis sua claritate defendat. Veritas enim lumine suo clara semper & illustris apparet, hæc ille.

Triumphat de calũnijs quoq; veritas.

SExto triũphat veritas de omnibus calumnijs, qa licet mali semper quęrãt calumniari, ac vituperare bonos falsis adinuentionibus. Vera est enim sententia Chrisostomi in sermone decolationis sancti Ioannis Baptistæ di. Innocentiæ inimicis odiosa fit semper libertas. Nam virtus contraria est vitiosis, sacrilegis exosas sanctitas. Inimica castitas impudicis, corruptis integritas pœna, luxuriosis aduersa frugalitas, crudelibus dura semper misericordia, impijs pietas non ferenda. Tamen veritas tandem defendit bonos iuxta illud. Psal. nonagisimi. Scuto circundabit te veritas eius, non timebis a timore nocturno, & Ioannis. 8. inquit dñs. Veritas liberabit nos. Verũ est enim illud quod dicĩ in communi Prouerbio. Quicquid dicatur? veritas non mutatur l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præ. & l. falsa. C. de iuris & fac. igno. Exemplum huius habemus in Ioseph iniuste accusato, & incarcerato, quem veritas defendit. Gen. 39. In Susanna etiam falso accusata. *Danielis.* 13. In Marino in vitis patrum iniuste calumniato. Quia vero multi iniuste accusantur, ideo vt eorum innocentia defendatur inquit imperator, in l. singuli. C. de ac. Singuli vniuersique iudices cognoscant in publicis criminib' non oportere emendicatis vti suffragijs decretorum, aut relationibus a publicis personis destinatis credere, sed veritatẽ requirere. Plus enim valet quod est in veritate, q̃ qđ in opinione, institutta de lega. §. si quis rem. & ff. de manu. vin. l. si pater. §. quotiẽs, & ff. de iuris & fac igno. l. regula. §. qui ignorauit.

Triumphat de prædicatoribus veritas.

SEptimo triumphat in prædicatoribus quorum laus est vt prædicent veritatẽ. Vñ Act. 28. dixit Paulus. Veritatis & sobrietatis verba loquor. Summus quoq; magister prædicatorũ dñs Iesus dixit Pilato se venisse in mundũ, vt testimonium perhiberet veritati. Ioan. 18. Licet ergo Christus prædicauerit veritatẽ in scripturis di. Zacha. 8. Veritatẽ & pacẽ diligite. Et Iob. 6. repræhẽderit falsiloquos di. Quare detraxistis sermonibus veritatis? tñ quia testis nõ debet deponere suũ dictum per scripturã, sed voce viua, vt notatur in c. a nobis iuncta glo. qui matri. accu. pos. Et de hoc habeẽ in c. testes. 3. q. 9. licet quidã cõtrariũ dixerint, in l. theopompus. ff. de dote. præ. Ideo voluit verbo testimoniũ perhibere veritati. Sciebat eñ scriptũ esse. Hiere. 42. Dñs inter vos testis veritatis. In prædicatoribus ergo sacri euangelij debet esse veritas, vt alijs illã possint audacter prædicare. Vñ dux verbi Paulus de seipso dicebat. 2. ad Cor. 11. Est veritas Christi in me. Ideo de ipso cantaẽ. Prædicator veritatis, & doctor gentiũ. Et de sancto Antonio nostro de Padua egregio prædicatore diciẽ in eius officio. Loquens magnis paruulis veritatis iaculis æque feriebat.

Triumphat etiã in martyribus veritas.

OCtauo triũphat in martyribus. Martyres. n. Dei facti sunt, quia ꝓ veritate passi sunt, vt in c. vide. 1. q. 1. Ideo Ioã. 14 dicebat dñs Apostolis. Aliũ paraclitũ dabo vobis, quem mundus nõ põt accipere. Ille vos docebit oẽm veritatẽ qua. s. cognita nõ timebitis minas hoĩum, nec mortem. Nono triumphat de oĩbus operibus quæ licet bona qñq; appareant, tñ veritas postmodũ in contrariũ apparet, & facit

Triumphat veritas de omni iniquitate.

eit q falsitas seipsam accusat dicente Lactantio in 2. diui.insti. Veritas ipsa cogẽte natura, etiam ab inuitis peccatoribus erumpit. Decimo triũphat de omni iniquitate, q a sola est, quæ discernit veros prophetas a falsis, & bonos religiosos a fictis, & simulatis. Et sic de mercatoribus & alijs statibus, quorũ quidã in veritate ambulant, quidã falso, & mẽdaciter, similes diabolo, de quo dicit dñs Ioan. 8. Ille homicida erat a principio, & in veritate nõ stetit, quia veritas non erat in eo. Iudas quoq; in ampliatu nõ stetit, quia in veritate nõ ambulabat. Multi etiã religiosi præuaricati sunt, & velut canes ad vomitũ sunt reuersi, quia in veritate nõ ambulabant. Non.n.prędicatio feruens, nõ austeritas vitæ, nõ oculorũ submissio, nõ ieiuniorũ inedia, nõ humilis vestitus, non exterior patientia, nõ castitas corporalis, & multa alia faciũt hoĩem sanctum & verum religiosum, cũ hæc oĩa sæpe magni latrones faciant. Sed sola veritas est illa q̃ religiosum coronat, videlicet si opera sua nõ ad plausum hoĩum, sed ad Dei honorẽ, & ędificationẽ proximi in veritate faciat. Quia tñ inquit Ari. 10. Ethi. Veritas animi in vita, & operibus discernitur. Non est negandum q prædicta bona opera sua signa intrinsecæ veritatis, licet quandoq; sint simulata.

Trinmphat etiã veritas de mundi ꝓsperitatib⁹.

VNdecimo veritas triumphat de mundi prosperitate, de qua Chrisost. in quodã homilia ait. Nam quantũuis erescat dicta prosperitas, victoriosa tñ veritas ostendit quia vanitas vanitatũ, & oĩa vanitas. Eccle. 1. Duodecimo triumphat de omni vita humana. Veritas enim saltem in die iudicij ostendet qualis fuerit vita omnium bonorũ q̃ malorũ licet nũc non sint cogniti. O igitur latrones proditores, o falsarij, & hipocritæ, o mendaces simulatores, o adulteri secreti, nõ credatis, vos sepelire veritatem, quia modo non sciantur vestra facinora. In die æterni iudicij coram toto mundo manifestabuntur. e. nunc aũt. de pęni. di. 1. Tunc veritas triumphabit de vobis, ostendendo quod nunc non videtur. Sola tamen pęnitentia potest peccata vestra in carcere tenebroso sepelire. Econtrario quoque ostendet veritas multorum innocẽtiam, quorum opera nunc temerarijs quorundam iudicijs vituperantur. Quis dicere sufficiat quot mulieres honestæ, adulteræ dicantur? quod virgines corruptæ? veri religiosi hipocritę? quorũ sanctitatem veritas tandem declarabit. Sicut fecit de Abbate Vitale, q vt in legẽda Ioannis Patriarchæ habetur ob zelum animarum in Alexandria pernoctabat cum meretricibus dans eis precium, ne illa nocte peccarent, & cum adulter, & fornicarius crederetur moriens fecit multa miracula & meretrices conuersę cum lachrymis testatæ sunt eius honestatem. O igitur veritas fęlicissima, o regina inuictissima, o imperatrix triumphatissima, o dominatrix victoriosissima, tu es illa de qua inquit Chrisostomus super Ioannem. Nihil est veritate apertius, nihil fortius, q̃ neq; latere vult, neq; periculum formidat, neq; insidijs præmitur, nec gloriam, quæ a multis optatur desiderat. Tu es illa quæ cultores, & amatores tuos gloriosos facis, dicente Grego. in mora. Bonorũ mens quo duriora pro veritate tollerat eo veritatis præmia certius sperat.

Veritas laudatur.

TV es illa de qua dñs custodiam habet, dicente Daud. Psal. 146. Dñs custodit veritatem in seculum seculi. Tu es illa quæ stabilis in omnibus aduersitatibus permanes, dicente Seneca lib. 7. epistolarum epistola. 4. Veritas in omnẽ sui partem semper eadem est, qui vero decipiunt, nihil habẽt solidi. Tenue enim est mendacium & perlucet si diligenter inspexeris. Tu es illa quam semper Deus defendit, vnde Eccle. 2. dr. Protector est oĩbus innocentibus eũ in veritate. Tu es illa quã offendere nõ potest diabolus, cui præcipit Deus illud. Eccle. 7. Non lædas seruum in veritate ambulantem. Tu es illa quæ firma perduras, nec mutari vales, iuxta illud. Prouer. 11. Labium veritatis firmum erit in perpetuũ. Tu es illa quæ ab oĩbus desideraris, & a principio mundi vsq; in finem illius laboribus perquireris. Nã Thales milesius, Solõ, Chilõ, Pittachus, Bias, Cleãtes, Cleobolus, Periãder, Crates, Anaximander, Diogenes, Sortes, Plato, Sochrates, Aristotiles, Isocrates, Theophrastus, Demostenes, Cicero, Quintilianus, Anaxagoras, Zeno, Empedocles, Epicurus, Demo-

eritus,

critus, Heraclitus, Leucipus, Corinthus, Haliagrabel, Albumasar, Algazel, Ptolomeus, cæterique philosophi, ac sapientes viri in sola veritatis inquisitione faticati sunt, & illa inuenta quieuere, si tamen ab eis inuenta est. Nulla est enim scientia quę non tendat ad veritatem, tanquam ad vltimum finem. Nam grammatica versatur circa congruitatem sermonis, vera, & iusta compositione litterarum, & sillabarum, vnde vocabula deriuentur, quæ sint eorum præpositiones, quid regens rectum, & quomodo scribantur. Logica figuris, argumentationibus, sillogismis tendit ad veritatem. Rethorica, exordio, narratione, confirmatione, confutatione, conclusione, inuentione, dispositione, elocutione, memoria, pronunciatione, coloribus, locis, & argumentis, teste Tullio habet persuadere veritatem. Arismetica numerando, multiplicando, diminuendo, & sumendo, considerat veritatem. Geometria mensurando punctos, & lineas, figuras sphericas, triangulares, & quadrangulares, latitudinem, & altitudinem, tendit ad veritatem. Astrologia considerando stellas, polum articum, & antarticum, vrsam maiorem, & minorem, boetem, currum, septem planetas, & duodecim signa, cum septuaginta duabus constellationibus, nihil aliud quærit quàm veritatem. O igitur beatissima veritas tu es illa cui propitius est Deus dicente Dauid. Psalmo. 114. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate, scilicet vt det illis in præsenti gratiam suam, & in futuro vitam æternam. Amen.

✠

DOMINICA V. POST PASCHA

DE DOCVMENTIS DATIS OPERARIIS, ET ARTIFICIBVS, AC MERCATORIBVS.

SERMO TRIGESIMVS SECVNDVS.

HIC beatus facto suo erit. Iacobi primo. c. & in epistola occurrentis Dñicæ. Tria tantum sunt quç nostra appellari possunt. Primum est tópus iuxta illud Senecæ ad Lucillum. Omnia mi Lucille aliena sunt, tantum autem tempus nostrum est. Secundo nostræ sunt virtutes, vnde Bernardus in quodam sermone dicit. O filij Adam genus auarú, & ambitiosum, audite, quid vobis cum diuitijs temporalibus, quæ nec sunt diuitiæ, nec opes, sed virtutes quas secum conscientia portat vt in perpetuum diues fiat veræ diuitiæ sunt, & Ambrosius super Lucã ait. Neq; nostra sunt, quç non possumus afferre nobiscum, solum virtus comes est defunctorum. Tertium quod nostrum est, vita est çterna, quam cum adepti fuerimus nunquam amittemus, vnde Ambrosius vbi supra dicit. Bonum atq; salutare, ac idoneum est prçceptum quod etiam auaros potest animare, quo studeant corruptibilia perennibus, terrena ecclestibus commutare diuitijs, faciendo amicos de iniquo mammona iniquitatis qui eos recipiant in æternaá tabernacula. Ideo Augustinus super Psal. 90. sermone. inquit. Si auari esse volumus, vitæ æternæ esse debemus auari, & illam vitam quærere, quæ nunquam habet finé, hic extendatur auaritia nostra, argentum vis sine fine, vitam æternam desidera sine fine. Nó vis vt habeat finem possessio tua vitam perpetuam quære, scilicet per bona opera vt de te dici possint verba thematis nostri. Super quibus tres considerationes faciemus. Prima dicetur operationis Secunda promissionis. Tertia vero offensionis.

Tria sunt tantũ quæ sunt nostra.

Sermonis intentio, ac diuisio.

PARS PRIMA huius sermonis de documentis datis diuersis operarijs & artificibus.

PRimo in hac parte in generali consiliũ dabimus omnibus operarijs, idest hominibus qui operarij appellãtur. Deinde ad particulares status operariorum veniemus. Quod autem homines operarij nuncupenſ, patet. Ná Gen. 2. dſ. Posuit Deus hominem in paradiso voluptatis vt operaretur. Ista autem operatio erat principaliter spiritualis s. contemplandi, & meditandi diuina, quo modo etiam nos operari debemus, iuxta illud Ioannis. 6. Operamini nó cibum qui perit,

Qui non sint holes operarij.

perit, sed qui permanet in vitam æternam, vt inquit Aristo. 1. & 10. Ethic. Vltima fęlicitas hominis consistit in operatione eius per optima. Eiecto etiam homine de paradiso dixit Deus. Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, idest vt possis viuere oportet te in aliquo licito exercitio laborare. Ideo Eccle. 9. ait. Sapiens. Quodcunq; potest manus tua instanter operare, & Psal. 103. inquit David. Exibit homo ad opus suũ, & ad operationem suam vsq; ad vesperam. In quibus verbis tria tanguntur circa operationem. Prima bona conscientia ibi, exibit homo ad opus suum. Secundo debita cõuenientia ibi, & ad operationem suam. Tertia perfecta permanentia ibi, vsq; ad vesperam. Primo ergo requiritur in opere bona conscientia, vt sit rectum in intentione, vt finis vltimus sit Deus, iuxta illud. 1. ad Cor. 10. Omnia quæcunq; agitis in verbo, vel opere, in gloriam Dei facite. Finis vero propinquus sit aliquod rationale, vt pro sustentatione propria, qa dignus est mercenarius mercede sua. Lucæ. 10. Vel pro subuentione aliorum, secundum illud. Pauli ad Ephe. 4. Operetur manibus suis, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Item debet esse bona conscientia, vt opus sit licitum in executione, vt non sit opus prohibitum. c. fornicari. 88. distin. Ideo ait Apostolus ad Galat. 6. Probet autẽ vnusquisq; opus suum, idest examinet si bona conscientia in opere, vt sit discretum in aggressione silicet vt discrete, & cum debito modo, & alijs circunstantijs loci, & temporis fiat, & taliter ꝙ ex eo fructus bonus sequatur, iuxta illud. Colo. 1. in omni opere bono fructificantes.

De 2. requisitio in bono opere, & tacto a David in prædicto Psal.

SEcundo tangit David in prædictis verbis debitam cõuenientiam circa opus fiendum dicẽs, & ad operationem suam. Quia enim diuersarum sumus cõplexionum sicut ad diuersas virtutes magis inclinamur, scilicet vnus magis ad liberalitatem, alter ad humilitatem, alius ad castitatem, alter ad miserationem, & sic de alijs, vnde Iob dicebat sui libri. 31. capitulo. Ab infantia creuit mecum miserario, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Sic ad diuersas artes, & exercitia inclinamur naturali instinctu, & diuina prouidentia ita disponente ad pulchritudinem vniuersi, & ostensionem suæ sapientiæ quę tam varias operationes artificum inspirauit mentibus hominum. Quia ergo dicit Arist. primo Poli. cap. quinto. Non idem vnicuiq; delectabile est secundum naturam, sed altera alterius est delectatio, debet homo illi bono exercitio, vel arti siue studio operam dare cui est magis inclinatus, vt facilius possit ad illius perfectionem venire. Ait enim Phi. octauo Ethico. cap. quarto. Coauget operationem propria delectatio, magisq; singula iudicant, & certius exquirunt cum delectatione operantes. Propria enim delectatio confirmat operatiuos, & diuturniores, ac meliores facit. Et decimo eiusdem libri c. quinto idem dicit. Vnusquisq; circa hæc & in his bene operatur quæ maxime diligit. Exeat ergo homo ad operationem suam, idest ad eam artem quam iudicat sibi melius conuenire, & complacere.

De 3. requisito in bono opere, & tacto a David in prædicto Psal. 103.

TErtio in verbis supradictis tangit David perfectam permanentiam di. Vsque ad vesperam, idest vsq; ad vitæ terminum, non superueniente causa legitima mutandi artem. Quod est contra aliquos instabiles qui omni die mutant vnã artem, hi sunt sunt similes filio inconstantiæ, de quo dicit Boetius in lib. de scolastica disciplina, quòd cum pater suus posuisset eum ad opera diuersæ artis, ille subito atediebatur cum vnã incipiebat. Vnde finaliter omnes renuens interrogatus a patre quid facere vellet, respondit se velle fieri asinũ ad salinam portandã. Et ideo dr̃ Eccle. 5. Non te vẽtiles in oẽm ventũ, & in omni via nõ eas, sed esto firmus in via dñi. Debet etiam exire homo ad operationẽ suã vsq; ad vesperã, idest vsq; sero cõtinuando, nõ parũ operãdo, & subito dimittendo. Cum. n. quis perseuerauerit in aliquo bono exercitio vsq; in finem, tunc facto sero hora vespertina, idest deficiente vita dñs dicet procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedẽ suã. Matth. 10. Opera enim illorũ sequuntur illos. Apocal. 14. s. si in illis finaliter perseueretur & constanter. Ait enim Anacletus Papa. 83. dist. c. nihil. In vnoquoq;

quoq; artium opere mater inuenitur in ſtantia. Nullus ergo debet otio vacare, ſed ſemper alicui bono operi vel exercitio inſudare. Ait enim Seneca ad Lucillum. Demetrius vitam otioſam mare mortuum reputabat. In otio enim iacere non eſt tranquillitas, ſed malitia, malo ergo vt me fortuna in caſtris ſuis, quã in delitijs habeat, hæc ille.

Otio nõ eſſe vacandum.

Sequitur oſtendendo nemine otio vacare debere.

COmmentator quoq; Auerois ſuper 2. Methaphi. dicit. Qui aufert operationes a rebus aufert eſſentias rerum. Ait enim Ariſt. 1. Metha. Vnaquæq; res habet eſſe per ſuam operationem. Et in libro de cauſis, & dicitur. Non eſt dare ſubſtantiam otioſam. Et primo Ethi. c. 5. inquit Philoſophus. Iuſtum & vniuerſale bonum virtutis laudamus propter opera & actus. Et Temiſtius ſuper primo de anima dicit. Nihil otioſum in natura, ſed vnicuiq; enti eſt aliquod opus attributum. Ideo. 6. de animalibus dicit, quòd rectores apum otioſas apes a ſe eijciunt. Ad operandum ergo hortantur nõ ſolum ſacri doctores, & philoſophi, ſed etiam poetæ. Vnde Ouidius in 3. de arte amandi canit. Dum vires animi ſuppetunt, tollerate labores. Iam veniet tacito curua ſenecta pede. Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ. Sic nullum vobis tempus abibit inhers. Et ibi ponens multa exempla quibus oſtenditur, quòd perſeuerans in opere tandem obtinebit intentum ait. Capta vides ſero pergama capta tamen. Prouer. quoq; 13. dicitur. Anima operãtium impinguabitur. Et ideo Eccle. 31. inquit ſapiens. In omnibus operibus tuis eſto velox, & infirmitas non occurret tibi. Non debet tamen homo tantum corporalibus operibus inſudare, vt quandoq; non requieſcat aliquantulũ. Ait enim Ouidius in epiſtolis. Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Hæc reparat vires, feſſaque membra nouat.

In ſpiritualibus exercitijs debemus eſſe ſolici.

SVper omnia autem exercitia debemus eſſe ſolliciti in ſpiritualibus operibus, iuxta conſilium Apoſtoli. Roma. 12. dicentis. Sollicitudine nõ pigri ſpiritu feruẽtes, dño ſeruiẽtes. Iccirco. 2. Pet. 1 dr. Satagite vt per bona opera certam vocationem veſtram, & electionem faciatis.

Ad particulares deſcẽder operarios.

SED iad particulares operarios, & artifices veoire volentes præmittendũ videtur, ſecundum ꝙ inquit Vgo de ſancto Victore in quodã ſermone, ꝙ operationum mundanarum exteriorum multiplex eſt differentia Aliquæ eñ deſeruiũt vt plurimum vanitati, & iactãtiæ. Vt ars recamaturæ & ornamentorum auri, & argenti, ac gemmarum & ſimilium, quæ pro maiori parte deſeruntur ad pompã & vanam gloriam, iuxta illud. Hiere. 51. Opera eorum vana, & riſu digna. Et talium fabricatio, & ars licet ſit multum periculoſa, tamen quia non omnibus eſt prohibitus talis ornatus, ſed aliqui precioſis veſtibus & ornamenti, poſſunt vti plus & minus, ſecundum eorum ſtatum, & dignitatem, ac officia, & conditiones, ſecundum ꝙ declarat beatus Tho. 2. 2. q. 169. Ideo non eſt ſimpliciter prohibita. Et idem dicendum eſt de fabricatione, & negociatione aliarum rerum, quibus poſſunt homines bene & male vti, vt puta gladiorum, & baliſtarum, & ſimilium. Si enim quis bona intentione, & cauſa talia faciat, aut vendat non peccat, vt inquit Innocentius in cap. 1. ne cleri. vel mona. Si tamen quis ſciret vel probabiliter, ac veriſimiliter dubitaret, ꝙ ille cui talia vendere vel donare intendit, male eis vtetur, eadem pęna puniendus eſt, qua ille cui talia tribuit, per c. fina. de iniuri. & damno dato. Et ideo talium ars in hoc caſu eſt prohibita. Vnde concludit Reuerẽdus pater frater Angelus de Clauaſio in angelica ſua in verbo. ars, ꝙ qui faciũt chartas, taxillos, aleas, & huiuſmodi, quibus vt frequenter homines vtuntur ad peccatũ mortale nõ poſſunt abſolui, niſi a tali arte abſtineant. Ait. n. Greg in c. ne gocium, de pęni. di. 5. Sũt pleraq; negocia, quæ vix vel nunꝗ ſine peccato exerceri poſſunt. Ad ea ergo poſt conuerſionem neceſſe eſt vt animus non recurrat. Ex quibus etiam apparet, ꝙ prohibita eſt ars, & negociatio earum rerum, quibus ad nihil vti poſſunt hoies niſi ad malũ, vt dicit Innocen. in d. c. 1. ne cle. vel mo. Flagitioſæ enim rei, nec emptio, nec mendacium, nec ſocietas valere poteſt. Vt dicitur in l. quod ſæpe. §. veneni mali. ff. de contrahen. emp.

vitiis meretricum, & pyratarum artes sunt prohibitæ.

SEcundo reperitur exterior operatio deseruiens iniquitati, vt est ars vsurariorum, meretricum, pyratarum, & huiusmodi, de quibus inquit Dauid ps. 5. loquens Deo. Perdes omnes qui operantur iniquitatem. Talium ergo ars est maledicta.

Quid de sonatoribus ad correas, & de docentibus corrizare.

SEd hic quæri potest quid de arte sonatorum qui ostendunt sonare correas; & quid de exercitio eorum qui docent corrizare. Cuius quidem exercitij permissionem vel prohibitionem, melius intelligere poterimus si vtrum corrizare liceat videamus. De quo inquit Chriso. super Mat 14. c. Vbi saltatio, ibi diabolus, & precipue diebus festinis. Neque n. Deus ad hoc nobis dedit pedes vt cũ camelis saltemus, sed vt cum Angelis chorum faciamus. In saltibus & correis lętantur dęmones, & exultant ministri dęmonum, hęc ille. Tulius quoq; in li. de officijs dicit. Non ita natura generati summus, vt ad ludum, vel ad iocum facti esse videamur sed ad se veritaté potius, & quædam studia grauiora atq; maiora. Sed pro meliori horum declaratione, tria de correis videnda sunt, primũ dicitur conditionis, secũdũ, dissuasionis, tertium vero detestationis. Quo ad primũ est sciendũ secũdũ doctrinã Alberti Magni in 4. di. 16. Frãcisci de mayronis in expositione decalogi precepto 3. expositione 2. Et Tho. in suo quol. Et 2. 2. q. 168 ar. 3. Et Ray. in sua sũma φ ad hoc vt sine peccato corrizari possit requĩrũtur multe cõditiones, ex qb⁹ colligo septé. prima est personalitas. s. vt sit p̃sona secularis, quia clericis, & religiosis est prohibitũ 46. di. c. cle. & de cõle. di. 5. c. nullos presbyterorũ. & c. non oportet, el 1. & 34. di. c. presbyteri. & c. 1. extra ne cle. vel mo. Vnde expresse dicit Rodonẽsis in sũma, φ credit eos peccare mortaliter. Et idem inquit pater frater Angelus de clauasio in Angelica in verbo corea. addens nisi forte modicitas, & qualitas corrizandi excusaret, puta in secreto, & huiusmodi. Similiter solemniter penitentibus est prohibitum. 33 q. 2. c. admonere. Deo enim dicati vanis seculi spectaculis interesse nõ debent de vita & hone. cle. c. clerici officia. Sed quid

Clerici quomodo non licet corrizare.

dicemus de quibusdam clericis & religiosis, qui quando cantant missam nouã ducũt correas & faciũt fieri tripudia in eorum ecclesijs, vel monasterijs? Heu misсri, & sine verecũdia, nõ serui Dei sed diaboli, de tali presbytero socio proditoris iudę consequęritur Christus Psal. 40. dicens. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. Seruate ergo o clerici illud quod precipiẽ vobis in dicto c. presbyteri 34. distinctis. vbi dicitur. Presbyteri, diacones, & subdiacones, & cęteri quibus ducendi vxores licentia modo non est etiam alienarũ nuptiarũ euitent cõuiuia, nec his cętib⁹ misceantur, vbi amatoria cantantur & turpia, aut obsceni motus correis & saltationibus efferuntur, ne auditus, & obtuitus sacris misterijs deputati turpium spectaculorum, atq; verborum contagione polluantur.

SEcunda conditio dicitur intentionalitas, scilicet vt non corrizet, vt se vel alios ad concupiscentiam vel aliud malum prouocet, nec propter vanagloriam. Intentio enim operi nomen imponit. vt inquit Ambrosius in li. de officijs. Et omnia iuste denominantur a fine 2. de anima. Vnde opus indifferens dicitur bonum aut malum secundum intentionem argu. in c. vide 1. q. 1. & prima c. noli. & c. militare.

2. Conditio ad hoc φ corrizare liceat requisita.

TErtiam conditionem ponit Rodonẽsis vbi supra, quę appellatur raritas dicens, φ credit peccare mortaliter ducentes correas ex consuetudine, Corrizãtes autem raro & sine corrupta intentione dicit non audeo dicere φ peccent mortaliter, sed nec audeo excusare a morrali cum ingerant se periculo alios pronocandi ad libidinem, & exemplo suo alios ad similia facienda prouocandi. Licet ergo consuetudo & frequentia alicuius, φ de se non est peccatum mortale non faciat illud mortale, vt declarat Rica. no ster in 4. di. Tamẽ secũdũ hui⁹ opinionẽ in tali casu ei videt mortale ratione picu li φ ex tãta frequẽtia quasi impossibile ẽ nõ incurri. Quarta conditio dicit stabilitas scilicet corrizantis. Nam qui ita fragi-

3. & 4. conditiones.

fragilis est, ꝙ licet bona intentione corrizare incipiat, tamen non exijt quin ad libidinem mortalem prouocetur, peccat mortaliter aduertens de tali sua fragilitate, & se ingerendo correis. Qui.n. amat periculum peribit in illo Eccl. 3. Vnde inquit Hieronymus in quadam Omelia. Non credo viro qui dicat se illesum euasisse a talibus spectaculis, cum Dauid ex eo ꝙ vidit Bersabeā lauantem se prouocatus sit ad libidinem, hęc ille.

QVinta conditio dicitur temporalitas.s. ꝙ non fiant tempore deuotionis, pęnitentię. Vt a septuagesima vsq; ad octauam pascæ, quo etiam tempore prohibetur nuptiarum solemnitas 33.q. 4.c. non oportet & tribus capitulis sequentibus ab aduentu vsq; epiphaniam Et a feria 2. ante Ascensionem Domini vsq; ad secundam feriam post octauam Pentecosten exclusiue extra de ferijs.c. Capellanus. Et rationem assignat Tho. in 4. di. 32. quia nimis nimis in talibus dissoluuntur. Similiter nec tempore ieiuniorum, & letaniarum, nec festiuo tempore. Vnde secundum Ricar. in 3. di. 37. ar. 2. q. 4. in responsione ad tertium argumentum die festo corrizare ē est mortale. Sicut enim persona sacra prohibetur, sic & tempus sacrum. Sciendum est ergo secūdum Alber. vbi supra, quod tempora quibus corrizando quis excusatur sunt tria, scilicet nuptiarum, victorię, habitę de inimicis, & Domini aduenientis cum salute de terra, longinqua.

6. Conditio requisita ad hoc ꝙ corrizare licet.

SExta conditio est modalitas, scilicet, ꝙ seruetur modus honestus, & nō fiāt vanę ac dissolutę gesticulationes & act⁹ ad libidinem incitantes. Dicit enim iurisconsultus in li. filius. ff de condi. insti. quæ enim ledunt pietatem, æstimationem, & verecundiam nostram, & vt generaliter dixerim contra bonos mores fiunt, nec nos posse facere credendum est. Honestas enim est vnum iuris præceptum insti. de iusti. & iu. §. iuris præcepta. Et ideo est peccatum mortale corrizare cum gesticulationibus prouocantibus ad lasciuiam, vel cum tactibus impudicis aut ornamentis lasciuis, & inhonestis. Honestius autem corrizant sarraceni, quàm Christiani. Nam in terris eorum corrizant separatim viri cum viris, & fęminę cum mulieribus.

7. cōditio.

SEptima conditio est localitas. Loca enim Deo dicata, pia & religiosa, ab his præseruari debent. Mat. 21. Domus mea Domus orationis vocabitur. Vnde videtur mortale peccatum corrizare in loco sacro ar. in c. decet. de immu. eccle. li. 6. Scriptum est enim in c. oratorium 42. distin. Oratorium hoc sit vt nec ibi quicquam geratur, nisi quod diuinis laudibus conueniat.

Correæ sūt dissuadēdæ propter periculum.

QVamuis autem secundum prędictos Doctores in aliquo casu correę sint permissæ, tamen quia multorum peccatorum sunt inductiuæ, totis sunt virib⁹ dissuadendæ, ne pareatur via demonum fraudibus, dissolutionibus, lasciuijs, & animarum periculis. Licet enim homo sit fortis, & durus tanquam ferrum, vel naturaliter frigidus tanquam lapis, aut candidus tanquam murus dealbatus, tamen non debet confidere de sua fortitudine, nec de sua frigiditate, nec de sua sanctitate. Siquidem ferru in igne positum emollescit, & similiter homines firmos in suo proposito ignis concupiscētiæ emollescit. Vnde Hiero. ait. Ferreas mentes libido Domat. Ex concussione etiam duorum lapidum frigidorū ignis excutitur, & similiter ex nimia familiaritate virorum & mulierum, licet à principio videantur frigidi, tamen per concupiscentiam sępe inflammantur. Quis enim frigidior esse potest quam qui in extremis laborat. Et tamen refert. Gre. in dialogo qdā sacerdos labors in extremis, dum ei quędā mulier facie pulchra appropinquasset vt sciret si adhuc spiraret illa voce qua potuit, exclamauit. Recede mulier, recede. Tolle paleam adhuc viget igniculus. Murus etiam dealbatus quamuis ex candela non comburatur, tamen denigatur. Et similiter quamuis aliqui non comburantur ex cō cupiscientia, tamen ex nimia mulierū familiaritate denigrantur in fama, vel aliquo modo in conscientia quam non

habent

habent apud Deum sic sinceram. Aie.n. Hiero. Crede mihi non potest cum deo toto corde ambulare qui fęminarum accessibus copulatur. Ideo dicitur. Eccle. 9. Cum saltatrice non sis assiduus, nec audias illam ne forte pereas in efficacia illius. Et ibidem. Auerte faciẽ tuã a muliere cõpta, & ne circunspicias mulierem alienam, propter speciem enim mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Concludendum est ergo ex prædictis quod si correę fiunt a personis ecclesiasticis, vel religiosis præcipue publice cum mulieribus, vel si fiant temporibus non concessis, aut in locis sacris, vel religioni dedicatis vel modis inhonestis, dissolutis & libidinosis, cum cantibus, & sonis ad libidinem incitantibus, vel intentione corrupta, vt ad vanãgloriam & ostentationem personæ, vel propter libidinem & concupiscentiam sine peccato exerceri non possunt, multo minus frequentari, quæ certe omnia nunc vt plurimum locum habent in correis hodierni temporis.

SEcundum principale dicitur dissuasio. Nam multa dissuadent correas. Primo loci consideratio. Summus enim in exilio, & ideo nobis est flendum non gaudendum, vt ait Aug. & in hac valle miseriæ omnis mundana lętitia debet nobis esse importuna. Eccle. 22. Musica in luctu importuna narratio vnde dicere debemus cum psalmista. Quomodo cantabimus in terra aliena? Secundo consideratio temporis præsentis vitæ quod non est nisi quidam cursus ad mortem, vt Ber. ait. Ad quam omnes vt dicit Au. pari motu vrgentur. Stultus enim ille esset qui ad mortis supplicium cum gaudio, & solatio ire vel duci vellet. Tertio consideratio status nostri periculosi & & dolorosi, quia quocunque nos vertimus periculum & dolorem inuenimus, & de omni vana lęticia districtã Deo rationem reddituri sumus, vnde vt habetur in vitis patrum quidam sanctus pater vni vanæ & dissolute ridenti dixit. Reddituri sumus rationẽ de vita nostra coram Deo & omnibus Angelis & hominibus & tu rides? Item quia correę mundi ducũt ad correas inferni dicente Aug. Quilibet saltus qui fit in correa est salt⁹ in profundum inferni. Cuius ratio est quia sicut deuoti diebus festiuis intrando ecclesias cordis humilitate Christum adorant genibus flexis. Sic isti de terra alte saltando deludunt Christo, qui alte de terra ad Crucem pro eis moriendo saltauit. Item deuoto manus complectuntur Christum, collaudando, & isti in opprobrium Christo deludunt brachia late extendendo, qui pro eis expansis manibus, & brachijs in cruce fuit clauatus. Item deuotis nudatis capitibus vel vellatis Christo humiliter inclinant. Et isti in derisũ capita seruatis, & coronis ac peplis adornant, qui pro eis spinea corona fuit coronatus. Et ideo omnes debent se subtrahere à talibus spectaculis sicut faciebat beatus Tobias dicens sui li. c. 3. Nunquam cum ludentibus miscui me, neq; cum his qui in leuitate ambulant participem me præbui. Illi.n. qui talibus correis delectantur se priuant correis paradisi de quib⁹ canit eccle. Domino Iesu. Qui pascis inter lilia septus correis Virginum. Vnde refert Gre. in dialogo de quadã puella Romana nomine musa, quæ cum correis nimis dedita essent, apparuit ei in nocte Beata Virgo Maria cum choro Virginũ pulcherimarũ, & dixit ei quod correas dimitteret, quod cum ipsis Virginibus ad correas cęlestes trigesima die perueniret, quod & factũ est. Insuper euitandas esse correas potest probari multipliciter. Et 1. ratione auersionis, sic Omne ilud per quod a creatura rationali tollitur dilectio Deo debita est malum, & iniquum Hoc patet, quia illud quod tollit charitatem aduersatur Deo & hoc est peccatum. Mat. 12. Qui non est mecũ contra me est Quod dicitur etiam a legistis in l. cælicolarum in fi. C. de iudeis Sed per corream homo vt plurimũ auertitur a Deo. Nam cum illud teneatur super omnia diligere. Mat. 22. & consequenter tenetur omnia vitare per quæ impediatur a tali dilectione. Cum homo vel fęmina se exponit correis Maxime frequentando, adeo in eis nascitur quidã rabiosus amor & libidinosus, vel luxurię, vel saltẽ illius delectationis quæ est in correzando, vt frequenter obliuiscatur

tur Dei, & amorem quem debet habere erga creatorem, applicet creaturę, ita vt plerunq; pro amata plura paratus sit facere, & pati, quam pro Deo, vel anima. Item a Deo his temporalibus gaudijs delectatur, plerunq; fiat hereticus, non credens vitam æternam, nec maius bonum siue delectationem reperiri. Vnde sępe dicit. Ego nosco pulchriorem paradisum isto. Ego sic permanere vellem perpetuo, vt mihi semel dixit quidam iuuenis dissolutus inquiens. Teneat Deus paradisum suum ego.n. in hoc mundo habeo paradisum meliorem. O stulte & insensate, quid te hoc facit dicere nisi vanum huius mundi gaudium Ergo ex his concluditur vitandas esse correas quia hominem a Deo auertunt, & deuotionem prosternunt. Vnde Ouidius in 2. de remedio amoris, ait. Eneruant animos citharæ, litesq; iociq; Et vox & numeris brachia mota suis.

2. Ratio correas diffua dens. Secundo ratione punitionis. Omne illud quod punitur pęna ęterna est peccatum mortale, sed inordinatum & dissolutum gaudium punitur pena æterna ergo &c. Et hoc est quod dicit sapiens. Prouer. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. vbi dicit glosa. Luctus s. perpetuus. In correis autem est disolutum gaudiū, & risus dissolutus. Ergo &c. Et hęc ratio colligitur a beato Tho. 2. 2. q. 168. ar. 3. vnde notandum secundum Alexa. de ales in 2. parte summæ in tractatu de diuisione peccati, vbi ait de ioculationibus ar. 1. q. quod multiplex est risus. Quidam prouenit ex serenitate consciētiæ, & dulcedine spiritus Sancti & ille non tantum est sine peccato, sed pertinet ad fructum spiritus, qui est gaudium vt dicitur ad. Gal. 5. Quidam risus cedit in præmium. Prouer. vl. Ridebit in die nouissimo, gloia idest gaudebit in retributione regni cęlestis, qui dolebat in certamine vitæ p. æsentis, Quidā ex ipsa naturæ mansuetudine, & bonu naturæ determinat, nec habet meritum, vel contra. Quia in his quę a natura sunt, nec laudamur, nec vituperamur. 2. Ethic. Quidam prouenit ex stultitia, vnde dicitur vulgariter. Per risum multum poteris cognoscere stultū, & Eccl. 21. Fatuus in risu exaltat vocem suam vir autem sapiens vix tacite ridebit. Quidam procedit ex immoderata & inepta lętitia & sic est in peccato. Et de hoc intelligitur quod supra dicitur. Iacobi 4. Risus vester conuertetur in luctum, & Prouer. 27. Risus illorum in delictis peccati. Erit tamen mortale, vel veniale peccatum, secundum excessum secundum Tho. & Alexander vbisupra, vnde Dominus. Lucę. 6. ait. Veh vobis qui redetis nunc quia lugebitis, vbi Nicolaus de lira exponit. Ridetis s. per ineptam lęticiam, ad peccatū mortale declinantem. De. qua propheta. Lętantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, hoc autem fit in correis, ergo sunt deuitandæ.

Tertio ratione comminationis. Ait.n. Dominus. Amos 8. Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum, & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super caput vestrū caluicium hinc Iob. 21. dicitur Tenent timpanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Faciunt enim illud quod ait Arist. in lib. de naturis animalium de Philomena existente in arbore, quæ si viderit serpentem existentem in radicis arboris sibillantem, allecta sibillo illo, cantando per ramos descendit, & sponte se deuorandam tradit in os serpenti. Sic isti allecti suauitate talium dissolutionum, se traddunt in potestate dęmonis. *3. Ratio ad idem.*

Quarto ratione maledictionis dicit Dominus. Mat. 18. Veh. s. in ęternum homo illi per quem scandalum venit. Sed videte modicum, o sonatores o tibicinæ, o ballarine galucinæ, o ceruelori dissoluti, quod scandala propter correas eueniunt? Quot homicidia, discessiones quæstiones, odia blasphemię Dei & sanctorum? O sentina malorum o apotheca peccatorum, o origo inquinatum, quot ebrietates. O tabernarij qui facitis corrizare, vt vendatis vinum. Quot crapulę, quot zelosiæ, quod talia terribilia *4. Ratio correas esse vitandas ostē dens.*

terribilia scãdala oriuntur? O sonatores vos reddetis rationem de omnibus malis ex causa vestra procedentibus. Quia qui causam damni dat damnum dedisse videt c. si culpa de in iu. & dã. dato. Et ideo inquit deo. psalmista; Constituet super eum peccatorem, & diabolus stet a dexteris eius. Ducens enim correas habet super se peccatorem, idest sonatorem, qui est peccator, & dux peccatorũ, cum sit causa omnium malorũ. Antiquitus enim sonatores forte stabant in aliquo loco magis eminenti quam corizantes. Diabolus vero stat a dextris corizãtis, idest mulier vana, & pomposa, quę ex omni parte sui emittit sagittas diaboli in corda hominum. Vnde Hie. ait. Gladius igneus est species mulieris quę ex omni parte sagittas emittit & percutit. Si autem intelligatur proprie de diabolo, dico quod tribus modis vulnerat hominem. s. sagitta visionis a longe lãcea collocutionis magis prope, & gladio siue pugione tactus propinquissime. Quę omnia in coreis concurrunt vbi dicunt verba lubrica & modulationes fiunt cantuum, & sonorum. Ibi etiam est fixa visio facierum & tactus manuum ignitarũ, & ideo plurimi vulnerantur, & mala cõcupiscentia inflammantur.

3. Ratio coreas esse dimittendas persuadẽt.

QVinto declaratur correas esse dimittendas ratione peruersionis. Nam inquit Ray. in summa. Qui scienter, vel etiam probabiliter existimans aliquid vendit quo ementes abutantur peccat mortaliter. Et omnia peccata quæ inde sequuntur venditori imputantur, etiam si talia de se non essent prohibita. Vt si ego vendo tibi gladium quo scio, vel probabiliter existimo propter signa præcedentia quæ vidi, te aliquem occisurum. Et prædicta probantur per ea quæ habẽtur in c. si. de iniu. & dã. da. Sed habemus regulam quod nihil de vno dicitur qn de alio similiter dictum esse videatur c. tractato. de cõsti. l. non possunt. l. & ideo. ff. de legibus. l. a ticio ff. de verbo. ob. Ergo &c. De artibus autẽ quãuis de se nõ sint illicitę quando tamẽ illis homines abutuntur dicit Tho. 2. 2. q. 169. ar. 2. q sunt extirpandę, & allegat Chriso. super Mat qui dicit. Eas solas oportet vocare artes quæ nutrimẽtorũ, & eorũ quę cõtinent vitã nostrã sunt nutritiuę, vel conseruatiuę, si tamẽ operibus alicuius artis, vt plurimũ male homines vterent quãuis de se nõ sint illicitę sunt tamen p officiũ principis de ciuitate extirpãdæ secundum documenta Platonis, hęc ille. Quauis ergo vt supra dictũ est aliquãdo correę possint fieri sine peccato tamẽ qa nunc vbiq; videmus eas verti in abusũ, & inde tot mala oriuntur sunt summo studio euitandæ.

6. Ratio p eadẽ adducta.

SExto ratione causationis. Illud q est causa mala, & peccati est prohibẽdũ. Vnde dicit Alex. de ales in. 2. parte summę q quędã sunt prohibita nõ qa de se mala, sed qa sunt causa mali & ruinę. Facit illud q dicit in c. & si Christus extra de iureiurã. vbi glo. notat q quędã phibẽtur nõ quia sint mala, sed qa inde potest sequi malũ at 21. distinctis c. denıq; 37. di. c. ideo. 11. q. 3. c. nolite. & 2. q. 7. c. præsumunt. Vnde Dominus Mat. 5. Prohibet iurare dicens. Nolite iurare omnino. Nõ quia iurare sit peccatũ, sed quia assidua iuratio frequenter inducit ad periurium. Hinc. Ecclesiastici 23. dicitur. Iurationi non assuescas os tuum, multi enim casus in illa. Et infra. Vir multũ iurans implebitur iniquitate, & non discedet a domo eius plaga, hæc ibi. Facto hoc fundamento, dico q correę sunt quasi innumerabilium malorũ causatiuæ. Vnde sanctus Ephren. in sermone de iudicio ait. Vbi citharę choriq; prestrepũt, ibi mulierũ, ac virorũ obfuscatio diaboliq; celebratis est. Quid prodest dilectissimi ad monimẽtũ tẽporis hic coreas ducere ac festa celebrare illuc vero in ęternũ cruciari? Neq;. n. possibile ẽ in psenti gaudere tẽporaliter, & i futuro regnare, hęc illę. Sciẽdũ est aũt q sicut a Deo numerãt & pmiãt oẽs passus quos Christiani faciũt ad bonũ op9 peragẽdũ, vt habet i vitis patrũ. Vñ Iob. 21. c. fuit li. dicebat. Nõne ipse cõsiderat vias meas, & cũctos gras(s)9 meos dinumerat? Ita omnes pass9 quos faciũt corizãtes nõ solũ i tripudiãdo, sed ẽt eundo ad coreas, & reuertẽdo ab eis, numerãt a diabolo ad puniẽdũ. Et iõ dicit Aug. i li. de cõflictu viciorũ. Cõptime sepiã, & inanẽ lętıciã qa mũdũ euasisti pęnalẽ erũnã. Nescim9. n. quo fine claudamur i exilio isto. Scimus

autem

autem quòd Dominus inquit. Veh vobis qui nunc ridetis &c. Signum est autem quòd vir siue mulier habet parum grauitatis quando vadit ad corizandũ, quia corizare est actus stultorum. Si quis enim a longe positus aspiciat tripudiantes & sonum non audiat, non tantũ dementes sed inspiritati videbuntur ei. Ad corizandum etiam plerunq; pergunt illi qui habent caput plenum vino, & superfluis epulis. Vnde Exo. 32. dicitur. Cępit Populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Et ideo non est mirum si postea ibi faciunt puerilia & stulta. Quis autem enarrare poterit mala quæ fiunt in coreis? Ballarinus relinquit Domum & vxorem & vadit ad festa, frequentur bibit propter calorem & saltus ac cursũ, generanturq; propter ea multę infirmitates adeo, vt multi sępe mortui sint.

CVm ballarinus reuertitur domum sępe est turbatus irascitur cum vxore, vel matrę vel sororibus pro quocunq; minimo quod accidit quod sibi non placeat, blasphemat, & post verba sępe venit ad verbera, & sic tota familia turbatur. Bonum responsum ab eo haberi non potest, nescit respondere nisi cum opprobrijs, & si alicubi oportet eum ire per necessitate domus recusat di. quod est adeo lassus vt se mouere non possit. Tota septimana cogitat quomodo possit ire die Dominico ad festa. Et si aliquid lucratur expendit circa meretrices. Taceo q̃ sępe diẽ Dominico perdit missam prædicationem & alia diuina officia. Heu sgratiatæ populę vt quid tantorũ malorum causam sustinetis? Nam ludus noxius in culpa est. l. nam ludus. ff. ad. l. aqui. O Ioannes Baptista nonne propter coreas caput perdidisti, Marci 6. & Matt. 14. Puellę saltanti imperauit mater. &c. Et propterea Io. surget in iudicio contra corizantes, & caput eius expectet vindictam dei eis.

7. ratio coreas esse cui tandas ostẽdens.

SEptimo deuitandę sunt coree ratione expositionis. Nam secundũ Bona. in 2. di. 7. ar. 1. q. vltima & in 4. di. 17. & Tho. ibidem. di. 21. & Sco. in 4. di. 15. Quicunq; exponit se vel proximum ad aliquid ex quo euidenter vel probabiliter possi sequi periculum mortis corporalis sine necessitate peccat mortaliter. Cum igitur anima sit nobilior corpore 24. q. 3. c. si habes in fi. Multo magis peccat mortaliter quicunq; se exponit periculo mortis spiritualis idest peccati mortalis. Sed in coreis nulli dubium sane consideranti quod quotienscunq; vadis, vel corizas vel obseruas euidenter & expresse te exponis periculo peccandi cum ibi conueniant puellæ ornatu meretricio ornatę ad capiendas animas, ergo peccas si eas non deuitas. Vnde Alexa. de ales in 4. parte sũmę in tractu de eucharistia inquit. Si etiam mulier aliquando raro cum simplici intentione, ignorans omnino aliquod peccatũ ex tali ludo prouenire se inuitã immisce ad huiusmodi coreatricibus, non audeo illam assecurare a peccato mortali cum ingerat se sę periculo prouocandi assistentes ad libidinem & videatur sua præsentia vitium & consuetudinem corizandi approbatum. Nam & si cantus correarum non sit malus de se, est tamẽ malus ratione concurrentium quę sunt excitatio ad lasciuiam, prouocatio ad libidinẽ, impedimentũ cultus Dei, inobedientia sabbati, & alia huiusmodi, hęc ille.

Auctoritates hoc idẽ dissuadentes.

ET ideo inquit Aug. in li. de pęnitentia. Cohibeat se a ludis, & spectaculis seculi qui perfectam vult consequi gratiam remissionis. Nam si domina se cohibuisset. Si inter suos remansissem ab extraneo amatore corrupta non esset. Et ad prædicta potest dari exemplum de stipula quę si igni aproximatur comburitur. Vnde Eccle. 21. dicitur. Stupa collecta synagoga peccantium, & consumatio illorum flamma ignis. Ait quoq; propheta Ps. 17. Si cum peruerso peruerteris. O quot fuerunt euntes ad coreas simplici intentione quæ & qui reuersi sunt corrupta intentione, ac voluntate. Taceo de matribus quæ sępe sũt lenonissę filiarum quas sępe ducunt ornatas, vt videantur ad correas. O scelerata mater quando satisfacies pro tanto periculo filię? O quot balestratas patietur quę penetrabunt animam adeo vt illa filia exinde semper maneat tenta-

ta

ra, verificabitur enim illud Hieremiæ 9. Mors intrat per fenestras nostras. Visus namq; & auditus ac cęteri sensus sunt fenestrę per quas in coreis intrat mors peccati in animam, vt ait Aug. in sermone de familiaritate extranearũ mulierum. Sępe tamen etiam ipse luxuriosę & ceruesinæ filiæ dicunt matribus, deh ducite me ad coreas, deh facite me modicum corizare. O filiæ diaboli, o sfaciatę dia bolicę. Nullum peius signum vestræ in honestatis & impudicitiæ haberi potest. Et ideo Alex. de ales in 4. parte summę, in tractatu de eucharistia dicit, ꝙ correatrices quibus innotescunt mala quæ ex vsu corearum proueniunt vel propria industria, vel experientia, vel prædicatione & nihilominus exercitium huiusmodi habent in consuetudine, dum perseuerãt in proposito exercendi huius modi officium non debẽt accedere ad sacram communionem quia dum sibi & alijs laqueos peccati mortalis voluntarie præparant mortaliter peccant, hęc ille.

Octauo dissuadẽtur ratione violationis. Nam quicunq; violat aliquod præceptum Dei vel ecclesiæ mortaliter peccat. 14. q. 1. c. quod præcipitur. Sed præceptum habemus de sanctificatione sabbati. Exo. 20. & in c. 1. de ferijs. Correa vero est expressa violatio festorum, ergo est peccatum. Quod autem per correas violetur festum patere potest ꝑ illud quod ait Ioannes and. in nouella. in c. alma de senten. exco. li. 6. dicens. Festi dies sunt religionis & otij, sola enim res diuina his diebus fieri debet. De quo est textus in c. ieiunia. de conse. di. 3. vbi dicitur. In die Dominica nihil aliud agendum est nisi Deo vacandũ, nulla operatio in illa die sancta agatur, nisi tantum hymnis, & psalmis & canticis spiritualibus dies illa trãsigatur. Sed in coreis totum oppositũ fit, ergo &c. Propterea inquit Gre. in quadam Homelia Melius est arare & fodere die Dominico, quam ducere. Et Aug. in li. de decem chordis ait. Melius esset quod fęminæ in festo lanam filarent, quã quod toto die in coreis impudice saltarent. Hinc contra eos qui dicunt se hoc modo sanctos honorare ait ecclesia de conse. di. 3. c. irreligiosa. Irreligiosa est consuetudo quam vulgus per sanctorum solẽnitates agere consueuit, populi qui deberent officia diuina attendere saltationibus perstrepunt. Quę omnia vt ab omnibus prouincijs depellantur sacerdotum, & iudicũ cura a sancto Concilio cõmittitur, hęc ibi. Ex quibus patet peccant curati animarum non auferentes pro posse has dissolutiones, quia vt dicitur in c. error. 83. di. Error cui non resistitur approbatur. Ecce popule mi ꝙ euidentissimis rationibus conuinceris correas deuitandas esse & fugiendas.

Quod si forte diceres. O tu qui vis defendere qui non peccatum corizare, permissum est aliquando pꝰ labo rem aliquam capere recreationem, iuxta illud. Interpone tuis interdum gaudia curis. Vt possis animo quemuis sufferre laborem. Vt inquit Cato in suis documentis. Præterea que pertinent ad decorẽ ciuitatis possunt fieri. l. 1. C. de spe cta. li. 11. Imo ea impedientes puniuntur. l. nemo. eo. ti. sed hęc cedunt ad honorem ciuitatis, & decorem ergo &c. Vnde autẽ. de dignitatibꝰ col. 6. in prin. inquit imperator. Quicquid ad vtilitatem, & ornatum respicit a Deo traditę nobis reipublicæ ad effectum semper deducere festinamus. Ecce quod concedit ludos & recreationes. Vnde ẽt in. l. vnica C. de maiuma. li. 10. dicit. Clementię nostræ placuit vt maiumę prouincialibꝰ licentia reddatur, ita tamen vt seruetur honestas & verecundia castis moribus perseueret, hęcibi. Vbi dicit Accur. Maiuma est licentia siue ludus qui fit in maio, quando fiunt Reginæ cum sertis, vt Bononiæ, & alibi. Ecce ergo quomodo permittitur recreatio. Respon. secundum Tho. 2. 2. q. 169. ar. 2. ꝙ in ludis & recreationibus licitis tria requirũtur. Primo quod fiant debito loco, tempore, modo personis, & intentione recta, ac alijs circunstantijs. Secundo quod recreatio non capiatur in his ex quibus anima, & conscientia maculari possit. Tertio ne sit talis recreatio quod totaliter animæ grauitas dissoluatur. Sed ex coreis animæ maculantur & crimina

fiunt

funt vt fupra ergo funt euitandæ. Quis n. eos ludos applabit, ex quibus crimina oriuntur. §. illud vero in proemio.ff. Præterea 1. 2. q. 96. ar. 2. quęrit an lege lege humana prohibeantur omnia vitia & dicit quod non, quia lex huamana ponitur multitudine hominum, in qua maior pars eft imperfectorum. Et ideo per ea non prohibentur omnia vitia a q bus virtuofi abftinent, fed folum grauio ra a quibus poffibile eft maiorem partē multitudinis abftinere, & præcipue quæ funt inocumentum aliorum & homicidia, furta, & fimilia. Nam lex humana non refpicit conferuationem fpiritualem, fed ciuilem & politicam. Vnde dicit texius in l. ita vulneratus. in fi. ff. ad l. aqui. Multa in lege ciuili contra rationem difputandi pro vtilitate communi recepta effe in numerabilibus reb° probari poteft, hęc ibi. Sed lex confcientiæ aliter graditur, principaliter. n. intendit vt anima feruetur illefa etiam cū danno rerum temporalium. Et fic non obftat oppofitum. Si autem quęratur quis adinuenit coreas refpōdet Chrifo. quod fuit diabolus pater, dux, ac inuētor omnium malorum, vt poffet facilius & apti° adducere homines ad opera car nalitatis. Nam ibi eft tempus, & commoditas loquendi, palpandi, & multa alia lafcina faciendi & inde fequuntur matrimonia clandeftina, fornicationes & adulteria, diffamationes mulierum, virorum, partialitates, contentiones, fępe propter coreas deftruuntur amplę familiæ, caftra, ciuitates, prouinciæ, ac regna, & ideo corizanti ait Dauid Pfa. 108. Conftitue fuper eum peccatorem, & diabolus ftet a dextris eius.

Correæ lege humana deteftātur.

TErtium principale de coreis videndum dicitur deteftatio. Lege. n. humana, canonica, prophetica, & exemplificatione pratica deteftantur. Et primo lege humana. Nam lex ciuilis propter honorem Dei fefti diffolutiones prohibet. O diffolute mundane qui fuperius allegabas pro te legem ciuilem. Audi qd dicat imperator in l. dies feftes. C. de feri. Dies feftos dies maieftati altiffimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari. Et infra. Nec tamen hęc religiofæ diu otia relaxantes, obfcenis quemquam patimur voluptatibus detineri. Nihil die fefto fibi vendicet feu tetralis fedes, aut circenfe certamen, aut ferarum lachrymofa fpectacula. Et fi in noftrum ortum natalis noftri celebranda folennitas incederit, differatur. Amiffionem militiæ profcriptionemq; patrimonij fubftinebit. Si quis vnquam hoc die fefto fpectaculis intereffe & hęc quæ lege ftatuta funt crediderit temeranda, hæc ibi.

Canonica lege correa prohibētur.

SEcundo idem prohibet lex canonica in capitulo mulieres, extra de iudi. li. 6. di. Mulieres vagari non conuenit, nec virorum cętibus immifceri. Ergo multo minus coreas frequentare. Nec retrahant malę focietates. Sed multos ad corizandum attrahunt mali focij, de quibus Salamon. Sapientiæ 2 inquit. Dixerunt impij apud fe non recte cogitātes. Venite fruamur bonis quæ funt, vino precιofo, & vnguentis nos repleamus, & prætereat nos flos temporis, coronem° nos rofis anquam marcefcant, nullum pratum fit quod non pertranfeant luxuria noftra. Vbiq; relinquamus figna lętiticę, quoniam hęc pars noftra eft. Tu vero popule mi ferua confilium Salamonis. Prouer. 1. di Fili fi te lactauerint peccatores, ne acquiefcas eis. Si dixerint fortem mitte nobifcum, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum femitis eorum, pedes. n. eorum ad malum currunt & feftinant.

Prohetica lege etiam deteftantur correæ.

TErtio lege prophetica deteftantur corεę. Scriptum eft. n. Ifa. 3. Pro eo quod eleuatæ funt filię fion, & ambulauerunt extenfo collo, & nutibus oculorum ibant & plaudebant, & ambulabant compofito gradu, decaluabit Dominus verticem filiarum fion, & crinem eorum nudabit, & auferet ornamentum calciamentorum, torques & monilia, olphatoria, anulos, & gemmas in fronte pendentes, mutatoria, acus, & fpecula, vittas & mitras, & erit pro fuaui odore fetor, pro Zona funiculus, pro crifpanti crine caluitium, & pro fafcia pectorali cilitium, męrebunt atq; lugebunt, & defolata terra fedebit hęc ibi.

Item

Eze. 25. dicitur pro eo q plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es toto affectu super terram, iccirco extendam manū meā super te, & tradam te in dereptionem gentium & perdam te de terra. Itē Sophonię 1. inquit Dominus. Visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina. s. in correis.

Exemplis quoq; practici correæ dissuadetur.

QVarto exēplificatione pratica ostēditur detestandas esse correas. Nā legitur. Exodi. 32. q cum Moyses descendisset de mōte Sinai, & appropinquasset ad castra filiorum Israel, videns vitulū aureū, & correas iratus est valde, & proiecit de manu tabulas testimonij, deinde assumptis secūde filijs leui interfecit. 23. milia hominū. Itē legitur in cronicis ordinis minorū, q volēte prędicare quodā nostro prędicatore in quadā villa, tanta fuit populum indeuotio & lasciuia, q eū audire noluerunt, sed alienati ob omni sensu Dei in quodā pratū irruerunt & ibi corizare ceperūt. Mirabile dictu. Ecce corizātib' illis audite sunt terribiles e cęlo voces di. Veh vobis miseris qui despicitis nuncios di. Veh vobis dissolutis qui perditis animas vestra in his lasciuijs. Veh vobis qui cōsumitis tempus iuuentutis vestrę in temporalibus delectationibus. Quibus illi territi semianimes remanserunt. Et siccū lachrymis reuertentes ad prędicatorem rogauerunt vt oraret pro eis. Et tunc de populo illo tulerunt correas.

Ostēdit non esse mirum si De' aspere corizantes puniat.

NEc mirum si Deus punit sic aspere hoc peccatum, quia impugnat omnia ecclesiastica sacramenta Deus. n. ipsa sacramenta ad medicinā, & salutē animarū instituit. Diabolus vero coreas adinuenit ad earū pditionē. Tāta. n. est malignitas ipsarū q p eas offendūt omnes sācti, quorū solēnitates vt supra visū ē violāt p coreas. Itē p ipsas fit contra omnia ecclesię sacramēta. Et 1. cōtra baptismū. Quia cū in ipso promiserint oēs abrenūciare, & abrenūciauerint, diabolo, ac pōpis eius, & similiter mundo ac eius pōpis, per correas frangunt promissum sequentes diabolum, ac pompas eius etiā mundi vanitates. Secūdo contra sacramentum confirmationis quia cum ipso susceperint signum crucis in signum q sunt redempti sanguine Christi effuso in cruce. Ipsi ponunt sibi in capite, & in corpore signum diaboli, ornamentum. s. varium, & lasciuum instigatione diabolica. Tertio cōtra sacramētū ordinis, quia ordināt cle. ad cātandū diuinū officiū in tēplo Dei, & pręcipue in festis ad consolationem spirituale populi. Ipsi aūt officiant in ecclesia diaboli cantando in coreis cantilenas inhonestas, & dicēdo verba lasciua, per quæ multi auertūtur ab officijs diuinis, & prædicationib'. Quarto contra sacramētū matrimonij q multa mala desideria concipiuntur contra sidem datā in ipso, nō contentādo de vxore propria, & ecōtra. Quīto cōtra sacramentum pęnitentię, quia totā contritionē & conpunctionē euacuant in huiusmodi vanitatibus quā sibi inquadragesima acquisierunt. Sexto contra sacramētū eucharistię, quia cum susceperint Christum in communione paschali, ipsum eijciunt extra ciuitatē animę ad eru cifigiendū eū in sua conuersatione mundana. Septimo contra extremā vnctionē, quia pedes qui vncti sunt oleo sancto quo ad illos qui iā receperunt, vel vngendi sunt si adhuc non receperunt, & similiter manus mouent ad offensā Dei & sanctorum. Vnde ipsi corizantes non habebunt Deum propitiatorem nec aliquem sanctorum intercessorem.

ECce ergo popule indomite. Ecce gens lasciua quā graue atq; detestabile est peccatum tuū q in his dissolutis correis cōmittis. Ideo Dominus in cruce cōqueritur dicens secundū Bernar. in quodam sermone. Tu homo habes seruitū de floribus, & ego habeo coronā spineam. Tu geris rosas ī manu, & ego clauos defixos, tu in albis vestibus tripudias, & ego in veste alba pro te derisus fui. Tu exultas & saltas cum pedibus, & ego pedibus meis salutē tuā operās laboraui, tu in correis brachia extendis in gaudium, & ego ea extensa habeo in cruce in opprobriū. Ex quibus omnibus apparet offensio peccati corizationis, & illam artem ostendentem & correas sonantiū, aut sonare ostendentium cum diebus istis prædicta crimina ex correis perpetrentur.

Tertio reperitur operatio exterior deseruiens vtilitati, & necessitati, vt est opus agriculturę quod est ad vitã humanam vtile,& necessarium. Vt enim dicitur. Prouer. 28. Qui operatur terram suam replebitur panibus. Et ibidẽ scriptum est. Egestatem operata est manus remissa.s.ad laborandum. Et Eccl. 7. inquit sapiens. Non oderis labriola opera & rusticitatem creatam ab altissimo. Nam Deus eam instituit. Dicitur enim. Gen. 3. Emisit Dominus Adam de paradiso voluptatis,vt operaretur terram de qua sumptus est. Et post diluuiũ vt habetur Gen.9.Noe vir agricola cępit exercere terrã & plãtauit vineã vt vinũ colligeret,quod prius ignorabatur.Sed vt ait Amb. Nec vinum suo peperett auctori, sed ebrietas illius inuasit sobrietatẽ di. 36. c. 6. dic. Agricolę autem tẽpore agricluturę nullo modo debent molestari.l. nunquã C. de agri.& cen.li.11.Imo lętari debent congrua securitate e. innouam⁹. de tregua & pace in vsi feu.& hoc q̃a de eorũ sudorib⁹ viuim⁹,& ipsi vitã nostram sustentãt.Vos aũt agricultores ita colligite fructus vestros, vt non rapiatis alienos nec in festis laboretis, neq; fructus vestros nimio pręcio,aut diminutis mensuris,aut viciatq́s pro sanis vẽdatis. Et si alienã terrã colitis, partem suam integram patroni reddere, & ita de terra illorum curam habere,ac etiam ita bene cultiuarę, sicut propria esset studeatis. Quę si feceritis verificabitur de cultoris vestris illud psalmiste. De fructu operum tuorum, saciabitur terra. Aliter autem facientibus accidet illud quod minatur Dominus. Genesis. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. Et illud. Isaiæ.5.Triginta modij sementis facient modios tres. Et Aggei primo. Seminastis multum & intulistis parum. Et Hieremiæ duodecimo. Seminauerunt triticum, & messuerunt spinas. Et si alios damnificabitis, Deus faciet possessionem & vineam vestram deuastari, iuxta illud psalmistæ. Et vindemiabunt eam omnes qui propter gradiuntur viam. Et quod Iudicum 6. dicitur, scilicet cum seminasset Israel ascẽdebat Madian & Amalech & sicut erant in herbis cuncta vastabant. Et illud psalmistæ. Exterminauit eam aper de silua & singularis ferus depastus eam.

Deseruit etiam humanæ necessitati officium pastorum.quod est licitum & vtile. Ideo primus homo a Deo laudatus.s. Abel iustus, fuit pastor Gen 4. Item Abraham, Isaac,& Iacob cum filijs suis pastores fuerunt. Vnde dicitur Ge. 47. cũ interrogasset Pharao rex Egypti fratres Ioseph, filios Iacob patriarchæ de exercitio suo responderunt. Pastores ouiũ sumus nos & patres nostri. Moyses etiam vt scriptus est Exodi. 3. pascebat greges Ietro soceri sui, quando a Deo constitutus est dux populi Dauid quoque propheta cum vnctus fuit in regem Israel, & electus a Domino super populum suum, pascebat oues & erat pastor, vt habetur primi Regum. 16. Iob etiam a Deo tantum laudat⁹ erit pastor & ei⁹ possessio erat in ouibus, bobus atq; in alijs gregibus animalium,vt dicit. Iob 1. *P[...] esse licitum, ac vtile.*

Licet autem bonum sit exercitium pastorum tamen hodierna die plerũq; deprauatur dum ipsi pastores non habent tantam curam de alienis animalib⁹ quę habent sub custodia sua quantam, habent de proprijs, quantum habere tenentur ar.1. §.penu. isti.locati. & dũ ex negligentia vel ex certa scientia ac malicia permittunt animalia sua depascere ĩ agris pratis ac bladis alienis aliorumq; pascua deuastant. Sępeq; animalia vitiosa pro sanis vendunt vel cõmutant. Ideo inquit Dominus Za. 10. Super pastores iratus est furor meus. *Pastorum exercitum quomodo hodiernis temporibus sit deprauatum.*

Exercitium etiam facientium pannos de lana, vel lino, deseruit hominum necessitati. Vnde dicitur. Prouer. vl. de forti muliere. Quęsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarũ. Et subditur. Stragulatam vestem fecit sibi. Dicit ergo Archiepiscopus Florentinus in 3.parte summę suę,tit.8.q. si lani fex deductis omnibus expensis factis puta lanę, manufacturæ ministrorum, pẽsionum & huiusmodi, & deductis etiam omnibus alijs expensis extraordinarijs pro panno factis lucratur pro pecia quinq; aut sex vel, circa, videtur licitũ

lucrũ

lucrum secundum commune artis iudicium. Pelliparij quoquam satis sunt necessarij ad arcendum frigus. Et ideo primas vestes fecit Deus homini de pellibus, vt dicitur Gen. 3. vbi habetur q fecit Adam & Euæ quando emisit eos de paradiso terrestri tunicas pelliceas. Vbi ait Ambro. Fecit tunicas non sericas, sed pelliceas. Hiero. s. humiliatis & pęnitentię, non vanitatis & iactantiæ. Variarij autem vt dicit idem Archiepiscopus vbi supra videntur in multis deseruire vanitati & pompæ. Verum quia etiam deseruiunt condecendę, possunt i arte sua tollerari dummodo & ipsi abstineant a fraudibus. Et idem dicendum est de sutoribus cerdonibus, & calligarijs ac similibus artificibus. Ars etiam sericum seu setaiolorum, licet secundũ q idem doctor vbi supra non sit illicita, tamen in multis deseruit vanitati, cum sericis vtantur hodie, & velutis preciosissimis, non solum milites ac doctores, proceres ac principes & vxores, eorumq; sed etiam artifices, ac plebi cum vxoribus suis, quibus manicas argenteas & quandoq; aureas faciunt deportare, q est valde detestabile. Ideo in signũ grauitatis talis peccati, legitur. Lucæ 16. quod diues æpulo qui induebatur quoti die purpura, & bisso sepultus est in inferno. Illud autem quod legitur in c. quisquis 41. di. s. qđ vt in huiusmodi debet se quisq; conformare mori patrię, intelligitur salua semper honestate & decentia. Dicit ta men prędictus doctor supra quod ad sericos, vel setaiolos nõ spectat discernere si velutum vel brocacatum emat quis ad decentiam sui status vel ad vanitatem & excessum dummodo iusto precio vendant, & bona intentione, ac sine aliqua fraude.

De aromatorijs, & barbitonsoribus.

ARomatorium etiam ministeriũ quo ad medicinalis deseruit humanę vitę, & est necessarium eius conseruationi quo ad esse. Quo ad alia vero est vtile quo ad bene esse Sed vt inquit supra dictus doctor ibidem in hac arte fiunt multæ sophysticationes, & fraudes. Et ideo quidam dicebat, quod quinq; exercitia quæ desunt licita. Inter alia sibi videtur valde periculosa scilicet medici, iudicis, militis, confessoris, & aromatarijs. Barbitonsorum quoq; officium humanæ vtilitati deseruit, non solum in radendo sed etiam in diminutione sanguinis & flobotomia, quæ communiter per barbitonsores fieri solet. Eorum autem maiores defectus quos in suo officio faciunt sunt violationes festorum. Quandoq; .n. quidam ex eis laborant vsq; ad mediam noctem in vigilia festorum maxime magnarum solemnitatum. Et quãdoq; in mane festi aliquos iuuenes radunt, vel tondunt, vt pulchiores appareant, & vtriq; violant festum. Argumentum. 2. q. 1. c. notum in fi. Et alqui in eorum apothecis tenent congregationem iuuenum dissolutorum, & scolam lusorum quod est detestabile.

De architectoribus.

ARchitectorum quoq; & edificatorũ ars humano generi est valde proficua, ad domos ædificandas pro vitandis pluuijs, frigoribus, caumatibus & in quibus quiescere valeat homo & secrete operi quæ expedit. Licet enim a Domino reprobatus primus cępetit ędificare ciuitatem. Genesis 4. Et post diluuium Nembroth primus tirannus ędificauit ciuitatem vt dicitur. Gen. 10. Similiter volentes ædificare turrim Babel, vsq; ad cęlum pertingentem a Domino confusi sunt distinctione linguarum, & opportuit eos relinquere ædificium imperfectum. Gen. 11. Ex quo datur intelligi q ædificacia excessiua vltra conuenientiã status sui, & nimis curiosa vel ad ostentationem facta Deo non placent.

De fabris.

FAbrorum autem ferri, & aliorum metalorum diuersę sunt species & varia exercitia. Cuius artis inuentor fuit Tubalcaim, de quo dicitur. Gen. 4. q fuit maleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Et hęc ars est vtilis pro faciendis necessarijs pro fabricis, & ędificijs, & pro agricultura, & pro victu & conseruatione hominum, & iumentorum. Et ideo est licita dummodo aliqua nõ fiant, quę quis sciat in malum debere exerceri. Et ita intelligitur c. 1. extra de sagitta.

De carpentarijs. CArpentarij etiam, & artifices lignorum licet quandoq; in vanis & osten tationibus occupentur vt in tarsijs & similibus, tamen eorum exercitium vt plurimum est valde humanis vtilitatib⁹ proficuum. Et ideo de se licitum. Vnde sanctus Ioseph sponsus gloriosę virginis, vt refert Chrisostom⁹ in sermone de Epiphania carpentarius lignorum fuit.

De pictoribus. PIctorum etiam ars licita est & possūt rationabiliter petere salarium, nō solū secūdū qualitatē laboris, sed magis secūdū industriā, & maiorē peritiā artis, vt ait idē Archiepiscopus vbi supra. Reprehensibiles autē sunt quando aliquas figuras ad libidinem prouocantes depingunt, vel aliquid contra fidem, aut etiā curiosa, & vana, ac risu digna in ecclesijs, vel in historijs sanctorum faciunt.

De musicis. MVsicorum vero exercitium in sonando & cantando de se videtur esse licitum. Hec autem ars inuēta est a Tubal, qui fuit filius Lamech, de quo dicitur Gen. 4. Ipse fuit pater canentiū in cithara, & organo. De cantu autem firmo in diuinis officijs non est dubium ꝙ a sanctis est inuentus. s. Ambrosio & magno Gre. s. ad prouocandam deuotionem in animos auditorum c. cler. 21. di. & c. non mediocriter. de conse. di. 5. Biscantus autem in ecclesiasticis officijs a quo sit repertus ignoratur, tamen non est reprobādus, quia etiā ex eo deuote mētes fructum reportant. Videant tamen qui huic operi insistunt ne dum blanda vox quæritur, congrua vita negligatur, & Deum irritent contra se dum populum delectant, vt ait Gre. 92. di. c. in sancta. Redarguendi autem sunt plurimum illi qui balatas seu cantiones diuinis officijs immiscent, vel in ecclesia decantant seu sonant. c. cantantes ea. di.

De organis ac similib⁹ instrumentis. PVlsatio vero organorum & aliorū instrumētorum ad diuinam laudem initium videtur habuisse a Dauid propheta, qui non solum cantores instituit in cultu templi siue tabernaculi, sed etiam ipse ante archam Domini pulsabat in psalterio vel organis, vt dicitur secundi Reg. 6. Non est ergo malum sonare ad honorem Dei aut ad suam vel proximi con fortationē. Vnde vt habetur 1. Reg. 26. cū Saul a spiritu malo vexabatur, ipse Dauid sonabat citharam, & recedebatur spiritus malignus. Populus quoq; Dei obtenta de inimicis victoria sonabat, vt patet. Exo. 15. submerso Pharaone, & Lucę. 15. reuerso filio prodigo sonatū est. Et psa vlti. dicitur de Deo. Laudate eum in timpano & choro, laudate eū in chordis & organo. Laici etiam extra diuina officia pulsantes musica instrumēta, vel in nuptijs vel in conuiuijs Dominorum, vt tibias vel alia instrumenta ob recreationem non videnē debere condēnari, & possunt salarium sui laboris recipere. Et similiter cantores dummodo canent honesta, locis, & temporibus debitis obseruatis, ac alijs circunstantijs vt ait prædictus Archiepiscopus vbi supra Musica. n. est vtilis ad mouenda tędia, & confortandam naturam. Vnde Aristo. 8. Poli. c. 2. dicit. Habet musica delectationem naturalem, propter quod omnibus ętatibus, & moribus vsus ipsius est amicus Et sapiens Eccl. 4. ait: Vinum & musica lętificat cor, tibiæ & psalteriū suauem faciunt melodiam. Et Phylosophi dicūt ꝙ homo naturaliter delectatur in simphonia. Vnde etiam in cęlo secundum non nullos theologos in 2. & 4. sen. sonatur diuersis instrumentis. Si ergo ibi sonatur vbi sine sono est omnis delectatio, sine aliqua tristitia ergo in hoc mundo in quo sunt tot homini aduersantia & eum attediantia non est illicitum per sonum recreari. Vnde dicit beatus Tho. 2. 2 q. 168 ꝙ sicut homo indiget refocilatione corporali, nam non potest continue laborare. Ita ex parte animæ indiget quiete & solatio de quo phylo. 4. Ethi. ait. In huius vitę conuersatione quædam requies cum ludo habetur. Et Alanus in 4. di. 16. inquit ꝙ talis sonus si fiat ad bonum finem, vt ad excitandum se vel alios ad celestia, non est vituperandus. Phylosophus quoq; in li. de secre. secretorum ad Alex. ait c. 13. Decet imperatoriam maiestatem priuatos habere fideles, cum quibus delectetur cum varijs instrumentis & generibus organorū cū fuerit tedios⁹. Anima n. humana talib⁹ delectaē, sens⁹ vigescūt, solicitudo & curiositas euanescūt, & totū cor vigoraē, hęc ille. Debet tñ semꝑ seruari cōsilium Ambro. in li. de offi. qui ait.

ait. Caueamus ne dum relaxare animum volumus soluamus omnem armoniam quasi concentũ quendã bonorũ operũ.

3 AVrificum etiam qui operantur in auro, & argento ars est de se licita, & si iuxta ordinem artis & statutorum regionis, & sine proximi deceptione operantur, possunt lucrũ debitum sui laboris reportare. secundũ ingeniũ & industriam facientis, & laborem ibi habitũ, ac morem patriæ. Nam in quacunq; arte attenditur nobilitas materiæ, & industria facientis & periculum etiã, puta si lapidem preciosum includendo, vel laborando circa eum esset periculum fractionis, & emendare haberet, plus licite potest recipere, quàm si ibi non esset periculum. Et maius etiam decet lucrũ operando in argento, & auro, quam in corio, vel ferro. Et plus ei debetur qui melius opera artis exerceret. Sicut etiam in pictoria arte in faciendo vnam figurã plus petet in duplo vel in triplo magnus magister quam rudis, hęc omnia archiepiscopus florentinus vbi supra.

De cambia exercẽtib⁹, & quomõ cãbia sint licita & quo modo non.

ARs vero campsorum non est de se illicita si debito modo fiat. Sed vt inqt prædictus Archiepiscopus vbi supra diuersa sunt genera cambiorum. Quoddam enim dicitur cambiũ minutum, & reale solum, vt quando quis habens ducato in auro vellet monetam, vel habẽs monetam velle aurum aut alterius generis pecuniam. Campsor vero vult tantum pro ducato. Et hoc est licitum vt dicit Archidiaconus & omnes Doctores si accipit secundum rationabilem patrię consuetudinem. Potest enim aliquid accipere pro labore suo in numerando, & ratione expensarum quas facit pro pensione & ministris. Ratio namq; laboris & expensarum habenda est c. magne extra de voto. Et licet aliqui dicant hoc lucrum solum licere campsoribus facientibus illam artem, tamen pater frater Angelus de clausio in sua angelica in vsura. I. c. 52. tenet q etiam alijs sit licitum, aliquid pro labore numerandi accipere licet non tantum quantum illi qui tenent banchum ad istam artem. Secundũ cambium dicitur etiam reale sed per litteras, q sic fit. Quidam indigens pecunia Romę, nec eam volens secũ portare propter periculũ dat cãpsori centũ aureos hic, vt sibi fac at dari totidẽ Romæ vbi nõ valẽt tãtũ, itaq cãpsor lucraŕ qnq; vel sex ratione huius valoris, vel si Romę tãtũdẽ valenti ipse cãpsor facit litterã alter cãpsori Romę, vt illi det nonaginta quinq; Et dicit Archiepiscopus pdictus sequens alios doctores cõmuniter q iste est cõtractus innominatus do vt des, deseruiens vtilitati hominũ rationabiliter institut⁹ & potest licite accipi lucrum & probat Baldus in c. I. de pl⁹ peti. Et hoc ra. laboris in scribendo, & alijs expensis pensionis & ministrorum periculisq; multis quibus subiacent campsores. Argumentum in. l. periculi. ff de nauti. feno. Et in. l. traiectitie. in t. ff. de acti. & obli. Et i. l. qui Rome. §. I. ff. de vrbo. ob. vnde licitũ ẽ lucrũ, cũ industria eccę dat dat rei licite. l. si hęres. ff. ad. l. fal. Nemo n. cogiť de suo facere beneficiũ II. q. 2. c. præcarie. vel suis stipendijs militare, vt ait Apostolus I. ad Cor. 9. Præterea numeranti mihi decem, licet pacisci q non reddã nisi nouem, cũ nõ possit esse vsura minuere sortem sed bene augere. l. rogasti §. si tibi dedero. vbi est text⁹ no. ff. si cepeta. Posset bene esse iniustitia si peteref immoderatũ lucrũ. De cãbijs autem siccis quæ diuersimode fiũt, & dicuntur sicca, eo q in veritate sunt sicca a charitate proximi, & siccãt animã gratia Dei. Et ideo sũ prohibita secũdũ cõmiter doctores causa breuitatis ptráseo, de qbus vide patrẽ fratrẽ Angelũ vbi supra. c. 54.

PRo conclusione ergo huius partis, dico q bonũ est homini potius aliquã licitã exercere quam otio vacare. Ait. n. auctor li. qui dicitur facetus. Est pecus vt brutum pęnitus quisquis caret arte. Ars hominem firmat nec finit esse malũ. Et pamphilus sui libri. c. I. ait. Nã solet ars dominum sępe iuuare suum. Et ideo c. 3. inqnit. Quod donare tibi minime potuere parentes, hoc exercenti iam dabit officium. Exiguo pulchram ducit solertia vitam. Artq; vigil nobis sępe ministrat opes. Maxime autem congruit pauperibus arẽ aliquã facere cuius ministerio viuere possint vt enim dicit prædictus poeta vbi supra. Sę

Aliquam artẽ potius esse exercendã, quã otio vacandum.

pe suo pauper pascitur officio. Verum licet inueniantur aliqui ita torpori dediti, vt potius miseria consumi velint q̃ alicui exercitio insuadere tamen paupertas plerúq; facit hominem laboribus se subdere iuxta illud Virgilij in 1. Geor. di. Labor omnia vincit. Im probus & duris vrgens in rebus ęgestas. Et Pāphilius c. 3. sui operis canit. Concipit ingentes animos inanis egestas. Et facit hęc hominem sępius artificem.

PARS SECVNDA huius sermonibus quę dicitur permissionis scilicet quòd ars mercantiæ de se est licita, & a lege permissa.

PRo expeditione 2. partis sciendũ est secundum doctrinam Alexandri de Ales in 3. parte summæ in tractatu de præceptis iudicialibus, & Inno. ac Panor. in c. 1. ne cleri. vel mo & Io. Andrę in eadem rubrica. Et sācti Bonauenturæ insua apologia, & magistri sententiarum in 2. di. 28. & ibi etiā sancti Bonauc. & Scoti in 4. di. 15. q tria sunt operę humanorum genera. Quędā quæ non possunt male fieri sicut diligere Deum, & virtuose viuere. virtutes.n. non possunt esse male, quia ait philosophus 3. Ethico. c. 5. Virtus est habitus mentis bonus, qui habentem perficit, & opus eius bonum reddit. Quædam sunt opera mala quæ bene fieri non possunt, sicut blasphemare Deum, odire proximũ, fornicari, & huiusmodi. Vn 2. Ethi. c. 6 Arist. inquit. Quodā sunt quæ confestim nominata conuoluta sunt cum malitia, & exemplificat de furto & similibus. Et 4. Ethi. dicit quod secundum seipsum prauum est mendacium & fugiēdum. Quædam vero sunt opera indifferentia quę possunt benę, & male fieri, & inter ista est mercantia quæ potest esse iusta & iniusta, ratione diuersarum circunstantiarum. Ideo Aug. li. 4. quęstionum noui & veteris testamenti ait. Fornicari hominibus nunquam licet negociari, autem aliquando non licet, hæc ille

Artē mercantiæ esse licitā, lege naturæ probantur.

QVod autem ars mercantię de se sit licita proba tur legę naturæ, scripturæ, & gratiæ. Primo est concessa lege naturæ, secundum q dicit Scotus in 4. di. 15. Et hoc patet quia diuersis necessitatibus hominum per mercantiam subuenitur, & multis rei publicæ commodis per illam prouidetur. Constat enim vni patriæ vel vrbi multa deficere, quæ in altera superabudant. Qui autem in colendis agris, & in cęteris artibus mechanicis occupantur, vel reipublicę regimini, aut iustæ militiæ operam dant, ad res quibus egent emendas & deferendas commode ire nō possunt Nec super hoc omnes industriam habent, & peritiam. Qua ex reipublicæ satis expedit, q huic officio aliqui idonei mancipentur, quib⁹ vtiq; rationabiliter pro emolumento aliquid lucri debetur. Omnis enim labor iustus requirit suum præmium. §. ne autē in auten de iudi. Quod igitur reipublicæ vniuersaliter & particulariter vtile est id quoq; fieri potest & debet. Imo non parum laudandi sunt, qui hac intentione huic operi seruire intendunt, licet inde aliquid lucrentur, cum industriam solicitudinem & labores pro bono communi ponant, & multis se periculis exponant.

Artē mercantiæ licitā ēē p scripturas ostēditur.

SEcundo le e scripturę ostenditur esse licita mercantia. Si enim esset mala in aliqua parte veteris, vel noui testamenti prohiberetur, q factum esse non reperitur, nisi ī festis vel locis Deo dicatis, & huiusmodi Sicut patet. Mat. 21. de vendentibus in templo a Domino eiectis. Vnde 1. Esdre vlt. c. prohibentur negociatores vendere in die sabbati, ex quo arguitur quod alijs temporibus licitum est negociari.

Hoc idē lege gratiæ ostēditur.

TErtio ostēditur licita mercantia lege gratię. Nam auctoritas vniuersalis ecclesiæ mercatores sub congrua mēsura lucrantes minime damnat. Imo in c. p vestras de dona inter virum & vxo. mercatores approbare videtur dum dici pro cuiusdam vxoris cautela dotem reponi debere in manu cuiusdam mercatoris. Non obstat autem huic illud quod dicit Chri. super Mat. Et habetur in. c. eijciens. 88. dist. q nullus Christianus debet esse mercator, quia mercator nũq̃

potest

potest Deo placere, quod si quis voluerit esse mercator debet eijci de ecclesia, quia secundum Tho. 2. 2. q. 77 est intelligendũ de his qui ponũt finẽ suũ vltimũ in acquisitione lucri seu pecunię, vel de illicitas negociationes exercẽtibus.s. cũ vsuris, periurijs, fraudibus & huiusmodi. Aliter eius dictũ non esset sequendũ. Et ideo multa decreta illud capitulũ non habent, hanc autẽ limitationẽ uidetur probare Cassiodor⁹ sup illud Psa. Quia non cognoui negotiationes introibo in potentias Domini. di. Negociatores illi abhominabiles existimantur, qui iustitiã die minime considerantes, per immoderatũ pecunię ambitũ merces suas polluunt, plus operantes periurijs quã precijs & tales eijcit Dominus de tẽplo, hęc ille. Quę verba habentur in c. quid aliud. 88. di. possunt ergo mercatores saluari si recte artẽ suam exerceant. Vnde legitur in vitis patrũ de quodã mercatore, de quo reuelatũ fuit beato Pãnutio ꝙ erat tãti meriti apud Deum quãti ipse sanct⁹ Pãnutius. Sed verũ ẽ quod ille mercator totũ lucrũ suũ dabat pauperibus, & abstinebat ab omnibus illicitis, & tẽpore suo cũ magna deuotione vacabat diuinis officijs. Sed quis est hic & laudabimus eum? Eccle. 31.

De triplici causa licitæ mercationis

SCiendum est ergo secũdũ sententiam Alex. de al. & beati Tho. vbi supra ꝙ triplex causę reperitur licitę mercationis, quarũ prima dicitur propria satisfactio. s. vt sibi ac familiæ suę possit secũdũ status sui cõdecẽtia satisfacere. Secunda causa dicitur pietatis operatio. s. vt lucretur ad distribuẽdũ pauperibus, & vt in alia pia opera lucrũ expendat. Tertia causa dicitur reipublicæ auxiliatio. Ne s. res necessariæ ad vitã desint patrię & proximus, licet. n. velit sui laboris debita stipendia. Licita est negociatio vt ẽt dicit Inno. & Pano. in dicto c. 1. Nẽ. cle. vel mo. Et hoc innuit saluator dñ. Mat. 13. assimiliat regnũ cęlorũ homini negociatori quęrenti bonas Margarithas. Licet autẽ mercantia sit permissa tamẽ est periculosa. Ideo ait Leo Papa in c. qualitas lucri. de pęniten. di. 5. Vtilius est dispendia pati, quam periculis negociationis astringi, quia difficile est inter vendẽtis ementisq; cõmertiũ non interuenire peccatũ, hęc ille. Maxime autẽ hoc verũ est hodiernis tẽporibus in quib⁹ mercantię fiunt cũ innumerabilibus fraudulentijs proximorũ cõtra illud Apost. 1. ad Thessa. 4. Ne quis in negocio circunueniat fratrẽ suum, hoc. n. peccatũ est.

PARS TERTIA huius sermonis de offensione quæ sępe cõmittitur in artibus & mercantijs.

De multis causis ꝑ quas redditur illicita negotiatio.

MVLTIS de causis redditur illicita negociatio, ita quod ꝑ eã offenditur Deus. Primo ratione causæ siue finis. s. quando propter cupiditatem, & auaritiam congregandi diuitias quis negociatur, vel propter alium malum finẽ. Cuius enim finis malus est ipsa quoq; operatio mala est secũdũ philosophum. 2. de anima. Et taliũ mercantia est a Deo reprobata, vt ait Alex. de ales, & sanctus Tho. vbi supra. Illi ergo qui sunt diuites & habent ea quæ sibi, & familiæ suæ condecentia sunt non possunt mercari causa congregandi maiores diuitias. Et tanto minus si sunt, diuites vltra statum sui conditionem, & habent superflua quæ tenentur pauperib⁹ erogare c. sicut hi. 47. di. Et ita intelligitur illud dictum Aluari nostri ordinis, in libro de planctu ecclesiæ qui inquit. Vendere carius, quam emere, cupiditatis causa turpe lucrum est, & graue peccatum. Item illud quod scriptum ẽ 14. q. 4. c. quicunq;. Vbi Iulianus Papa ait. Quicunq; tempore messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem comperat annonam, aut vinum, & conseruat vsque quo vendatur carius hoc turpe lucrum dicimus.

SEcundo reprobatur mercantia ratione nimiæ occupationis, quando aliqs licet non ponat vltimum finem in lucro tamen nimis occupatur circa negociationes temporales, ita vt dimittat spirituales, vel principalius attendit pecunijs cõgregandis quã animæ saluti, & virtutibus acquirendis, iuxta illud Oratij in epistolis. O ciues ciues quęrenda pecunia primum est. Virtus post nummos:

Tales auari mercatores nunquam habēt requiem, sed semper cruciantur non solum in acquirendo, sed etiam in conseruando pecunias, iuxta illud Iuuenalis.

Magnis parta malis cura maiore metuq;
Seruatur, misera est magni custodia cen sus. Sed talibus sępe accidit illud quod inquit Marti. poeta di.

Callidus afflata nummos fur auferet archā.
Prosternet patrios impia flamma lares.
Debitor vsuram pariter cum sorte negabit.
Non reddet sterilis semina iacta fruges.
Dispensatorem fallax spoliabit amica.
Mercibus obstructas obruet vnda rates.
Extra fortunam est quicquid donatur amicis.
Quas dederis solas super habebis opes.

3. Causa qua mercātia redditur illicita.

TErtio reprobatur mercantia ratione personalitatis. Non enim licet clericis, & vtris religiosis mercantiam exercere. Ait.n. Apostolus 2. ad Thi. 2. Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus. De hac autem prohibitione habetur extra. ne cleri. vel mo. per totum.& 88.di. c. Epis. & c. negociari. & c.negociatorem. Vbi Hiero. scribens ad Nepotianum dicit. Negociatorem clericū,& ex inope diuitem, & ex ignobili gloriosum effectum qua si quandam pestem fuge. Aug. in c. fornicari ea. di. ait. Antequam quis ecclesiasticus negoctari licet, facto iam non licet. Simile habetur 21.q. 3. c. credo & c. placuit & c. ciprianus & c. hi qui. Pęna autem clericorum qui negocijs secularibus se immiscent est, q; si se non correxerint debent deponi. Vnde 91. di. c. clericus dicitur. Qui vero proemendo aliquid in nundinis vel in foro deambulant, ab officio suo remoueantur, vel degradentur. Et extra ne clerici vel mo. c. secundum scriptum est. Secundum instituta prędecessorum nostrorum, sub interminatione anathema tis prohibemus, ne clerici vel monachi causa lucri negocientur. Si quis autem oppositum huius constitutionis fecerit deponi debet, ita tamen quod religiosi strictius quam cęteri puniantur. Vnde in c. sed nec. eo. ti. dicitur. Si qs autem aduersus hoc venire tentauerit, ab ecclesiastico fiat ministerio alienus. Et infra. Strictius autem decernimus puniendos, & religiosorum, quisquam aliquid prędictorum ausus fuerit atentare. Et ratio prędictorum est, secundū Tho. 2. 2. q. 77. ar. 4. quia clerici abstinere debent non solum a malis, sed etiam ab his quæ habent speciem mali. Hęc autem contingunt in negociatione tripliciter. Prim quia negociatio est ordinata ad lucrum cuius clerici debent esse contemptores. Vnde Hieronymus in quadam epistola ait. Contemnis aurum, contempserunt & philosophi, quanto magis debent contemnere clerici, & religiosi? Secundo quia difficulter potest sine aliquo peccato exerceri mercantia, maxime delicto labiorum vt dicitur. Ecclesiastici. 26. Sed clericus debet multum cauere a peccatis, iuxta illud psalmistę. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Tertio quia negociatio multum implicat mentem curis secularibus, & per consequens a spiritualibus retrahit habent enim frequenter vacare diuinis. Nemo autem potest spiritualibus simul & terrenis insistere, vt ait Ambrosius in quadam epistola. Licet tamen clericis vti prima commutationis specie, quæ ordinatur ad necessitatem vitæ emendo, vel vendendo & si emerint aliqua eis necessaria vt victualia, libros & huiusmodi, deinde in processu temporis indigere illis desiernt, possunt ea vendere etiam carius quam emerint, si per temp⁹ cariora facta sunt. vt dicit Hostien. in summa. Similiter licitum est eis aliquam materiā emere, & postea ex ea artificialia facere, sicut ferrum vt inde faciant ligones, & alia huiusmodi, dummodo ex hoc nō dimittant ecclesiastica officia. Argumentum in c. clericus. 91.di. Et hoc concludit panor. in c. clerici officia. de vita & hone. cle. Facit capitulum primum de cele. missuarum. Vnde inquit glosa in c. canonum. 14. q 4. quod emere chartam pro libro conscribendo vel corium pro tutulari faciendo & huiusmodi, vt

sic

sic clericus aliquid lucretur pro victu nõ est negociatio, sed artificium quod clericis non prohibetur, dummodo sit circa honesta, & pro necessitate.

4. *Causa reprobationis mercantiæ.* QVarto redditur negociatio illicita ratione temporis. s. in diebus festiuis. Quilibet. n. debet talibus diebus abstinere ab operibus seruilibus, iuxta præceptum domini. Exo. 21. di. Omne opus seruile non facietis eo. Sed mercantia computatur inter opera seruilia, ideo diebus festiuis fieri nõ debet. Eapropter in c. 1. de feri. præcipitur, vt mercatum in eis minime fiat, atq; placitum. Similiter in diebus rogationum, & quadragesimalibus, condecet prius ad prædicationem, & ad officia cõuenire diuina, quàm mercata facere. Argumentum in c. rogationes, de conse. di. 3. Vtrum autem in nundinis liceat emere, vel vendere in festis, respondet Petrus de Palu. in 4. Et Franciscus de May. in tractatu decem præceptorum, quòd si auditis missis propter necessitatem faciunt, puta quia non alio loco vel tempore talia possent vendere, vel emere pro bono cõmunitatis, aut vt ex lucro prouideant sibi, & familiæ suæ, vel vt dent pauperibus, ex quo prælati sciunt, & tollerant excusantur a mortali peccato sic ementes, & vendentes. Secus si a prælatis, fuerit interdictũ, vel si fiat solum vel principaliter ex lucri cupiditate, per dictum c. 1. de feri. Limitat tamen hæc pater frater Angelus vbi supra, in verbo. feriæ. §. 21. debere intelligi in festis minoribus dñica, quia talis tollerantia prælatorum videt derogare illi festo. Secus in maioribus, quia in illis non licet nisi pro necessitate, vel pietate. Vt in c. fi. de feri. quamuis prælati non interdicant, quia tunc locum habet illud. Multa per patientiam tollerantur quæ si in iudiciũ deducerentur cassarentur. c. cum iã dudum de præben. Et illud quod permittimus nõ approbamus c. hac ratione. 31. q. 1. Sed minime mirandum est si mercatores hodiernis temporibus ad nundinas euntes verbum Dei, missas & officia sacra dimittant, cum Eccle 27. scriptũ sit. Qui quærit locupletari auertit oculũ suũ. s. a iustitiæ via. Et sicut in medio compaginis lapidũ palus figitur, sic inter mediũ emptionis, & venditionis angustiabitur peccatis.

5. *Causa, qua negociatio illicita redditur.* QVinto redditur negociatio illicita ratione loci. s. cum fit in loco cultui diuino dedicato. Ideo dominus. Matth. 21. de templo vendentes & ementes eiecit. Eapropter scriptum est in c. decet de immu. eccl. lib. 5. Decet domum domini sanctitudo. Decet vt cuius factus est in pace locus eius, cultus sit debita veneratione pacificus, sitq; ad ecclesias humilis & deuotus ingressus, sit in eis deuota cõuersatio, Deo grata, & inspiciẽtibus placida. Et infra. In ecclesia nil inhonestũ, nilq; incongruũ fieri debet, & recte illa loca veneranda sunt quibus aliquem inhonorẽ impendere maxima Dei ꝓditio reputaẽ. Hæc ibi. Et Bernar. in quodã sermone ait. Omnino ꝓditorẽ se esse nouerit quicunq; est ille, qui vitia qualibet in hãc domũ conaẽ inducere, & tẽplũ Dei speluncã vult facere dæmonum. Ad hoc adduci põt exẽplũ Pompei magni de quo refert Horosius in cronicis suis, q cũ vigintiduos reges imperiales superasset, sæpeq; in rebus bellicis triũphasset, ad vltimũ hierosolimã veniẽs tẽplũ obsedit, cõfugientesq; ad illud cæpit, & interemit, & ibidẽ velut in suis atrijs equos collocauit. Ex quibus diuino iudicio factum est, vt q ante in oĩbus victor erat, post hoc cõfusibiliter atq; infœliciter vinceret. Nec immerito. In tẽplis. n. res sacræ collocanẽ, sacramenta ministranẽ, beneficia postulanẽ, & impetranẽ. Et quid plura? Sacra tẽpla diuina maiestas inhabitat, iuxta illud psalmistæ. Deus in tẽplo sancto tuo. Vñ Dei tẽplũ basilica dicit, a Baseleon quod est rex, vel imperator. Vñ basilica idẽ est quod palaciũ regis. Sic. n. ecclesiã b. Ambrosius nominat in c. conuenior. 23. q. 8. Sed quorsum hęc iã longo repetita principio, nisi vt intelligamus mercantias, & secularia negocia minime in ecclesijs debere exerceri. Vnde in dicto c. decet. subinfertur. Cessent in ecclesijs, & eorum cimiterijs negociationes, & præcipue nundinarum, & fori cuiuscunque tumultus, omnis in eis iudiciorum secularium strepitus conquiescat. Et in capitulo in oratorio. 43. distinct. Gratianus inquit. In oratorio ꝑter orandi

di, & psallendi cultum penitus nihil agatur, vt huic nomini, & opera iugiter impensa concordent. Ad idem quòd in ecclesijs negociari sit illicitum est textus in c. ad hæc. 16. q. 7. & in. l. nemo. C. de sacro san. eccle. Et ibi Baldus.

6. Causa reprobationis mercantiæ.

SExto redditur illicita negociatio ratione appræciationis. Pro quo sciendũ est secundum Tho. 2. 2. q. 77. ar. 1. quòd emptio videtur introducta pro communi vtilitate vtriusq; dum vnus indiget re alterius. Et econuerso. Sicut patet p philosophum. 1. Polit. Quod autem pro communi vtilitate introductum est, non debet esse magis vnius quàm alterius. Et ideo debet inter eos secundum qualitatem contractus institui. Quantitas autem rerum, quæ in vsu hominũ veniunt mensuratur secundum precium datum, ad quod est inuentum numisma, vt ait Aristo. vbi supra. Et ideo si precium excedat quantitatem valoris rei, vel econuerso, res excedat precium tollitur iustitiæ æqualitas. Pro cuius meliori declaratione est sciendum secundum doctorẽ subtilem. Ioannem Scotum in 4. di. 15. q. 2. quòd valor alicuius rei tripliciter considerari potest. Primo respectu virtuositatis. Et hoc modo illa res, quæ est nobis vtilior, & preciosior in se dicitur maioris valoris, sicut bonus panis triticeus quàm ordeaceus. Et fortis equus quàm asinus, & huiusmodi. Secundo ratione raritatis, quando res venales ex raritate, & inueniendi difficultate nobis magis sunt necessariæ pro quanto ex earum penuria maiorem ipsarum indigentiam, & minorem facultatem habendi habemus. Vnde Hieronymus inquit. Omne rarũ charum. 93. di. c. legimus, &. §. hęc omnia. in auten. de consu. coll. 4. idem habetur. Econtra est de his quorum abundantia inuenitur. Ideo ait Martialis lib. vndiq; suscepto. c. 3. Sic plerumq; premit preciosa frequentior vsus. Et Esopus fabula 22. dicit. Omne boni precium nimio vilescit in vsu. Et quod est rarum charius esse solet. Et hac ratione plus valet bladũ tempore caristiæ quàm abundantiæ. Sic quatuor elementa vilioris, precij apud nos æstimantur propter eorum copiam, quàm aurum, vel balsamum, quamuis illa de se sint nobis magis necessaria magis que vitæ nostræ vtilia. Tertio extimatur valor rei ratione complacibilitatis, vt q a magis nobis placet, sicut apprę ciatur equus ab armigero, & monile a muliere. His præmissis dico quòd licet fuerint variæ opiniones pro quo precio possit res vendi, & emi, maxime legistarũ in l. 2. C. de Epis. audi. & canonistarum in c. cum dilecti de emp. & ven. Tamen saluo meliori iudicio tenenda est opinio theologorum in 4. di. 15. scilicet quòd res debet vendi vel emi pro precio, quo reputari potest valere secundum communem extimationẽ, vt dicitur in l. precia rerum, in principio. ff. ad. l. fal. & notat glo. in c. hoc ius. 10. q. 2. & quòd dicitur res tantum valet quantum vendi potest. l 1. §. si nauis. ff. ad l. rodi. de iac. l. 1. §. si hæ res. ff. ad trebe. l. quærebantur. ff. ad l. fal. & l. si qui vxori. §. vlti. ff. de furtis. Intelligitur de iure & non de facto, & secundum æstimationem communem, vt ait Antonius de Butrio in dicto c. cum dilecti. de emp. & ven. Si tamen res communiter extimatur valoris decẽ ducatorum, & vendenti esset chara duodecim, vel vtilis pro dicto valore, ita quòd potius vellet rem sibi dimitti, quàm pro illo precio dare, potest appræciari etiã in illo plus, secundum Scotum in 4. di. 15. & b. Tho. 2. 2. q. 77. Si vero res est vtilis emptori pro duodecim, sed non valet nisi decem, & venditor non damnificatur ex carentia ipsius rei nisi in decem, non potest vendere nisi pro decem, quia vtilitas superueniens emptori non est ex conditione vendentis, neç est conditione rei in se, sed ex conditione emptoris. Vnde vẽditor non debet illi vendere quod suum non est, aliter si attenderetur vtilitas quam habet emptor ex re, herba medicinalis valeret centum ducatos, vt ait Scotus vbi supra. Si tamen emptor sua mera liberalitate vult aliquid plus dare, q̃ res in se valeat quia inde multum iuuatur, potest recipi. Argumentum. 1. q. 2. c. sicut Episcopus dummodo sit talis persona, quæ possit donare. Facit ad hoc capitulum secundum de dona.

Nota pro mercantijs, quod valor alicuius rei tripliciter condemnari potest.

Quo precio res sint vendendæ.

Si res ematur pro minori

SI autem res ematur pro minori preçio in medietate quàm valeat, reputa-

ta,

nori precio quam val.t talis contractus non est licitus, & de multis alijs contractibus illicitis.

ta, cum valeat duodecim emitur pro quinq; cum dimidio, talis contractus non solum per legem canonicam reprobatur, sed etiam ciuilem, l. 2. C. de rescin. vẽd. & capitulo cum dilecti. de emptio. & vendi. Est tamen in potestate emptoris vel iustum precium supplere, vel a contractu recedere, vt dicitur in dicto capitulo cum dilecti. Similiter illicita est negociatio, quando licet inæqualitas precij in medietate, est tamen in precio multum excessiuo, vel defectiuo, vt inquit Scotus vbi supra, & b. Tho. 2. 2. q. 77. Quãuis enim dicat lex ciuilis quòd contrahentibus licet se decipere in precio. l. in causæ cognitione. §. idem Pomponius. ff. de mino. Et l. item si precio. §. si. ff. locati. Tamen ecclesia in contractibus dolum fieri non permittit, vt dicit textus in c. per tuas, de dona. dicit tamen Tho. & Scotus vbi supra, & Durandus in summa sua, ꝙ modica additio, vel diminutio precij æqualitatem iustitiæ tollere non videt, maxime quia proprius valor rerum non potest ita punctualiter sciri. Si quis autem habens liberam suarum rerum administrationem, ita quòd potest non solum vendere, sed etiam donare, & nõ coactus violentia aliqua, nec necessitate, vendit rem minori precio quàm valeat, & non est in aliquo deceptus quia est prudens, & sciens valorem rei, dicendum est quòd emi potest sine peccato. Quia vt dicit iurisconsultus in l. nemo videtur ff. de reg. iur. Nemo videtur frangere eos qui sciunt & consentiunt. Et ita intelligitur illud quod dicitur in l. in re mandata. C. mandati, scilicet quòd in re sua quilibet est moderator & arbiter, ita quòd potest eam vẽdere minori precio quàm valeat. Concludo ergo hanc particulam dicendo secundum Hostiensem in summa, quod licet nemo possit cogi ab initio rem suam vendere vel alienare. l. dudum. C. de contrahen. emptio. Si tamen exposuit rem venalem, & precium offeratur, si pro iusto precio vendere nou vult, cogi potest per iudicem quòd iusto precio vendat. ff de officio præfec. vrbis. l. prima. §. cura carnis.

7. Causa, qua nego-

SEptimo redditur illicita negociatio ratione communis damnificationis. Vnde dicit Scotus in 4. di. 15 q. 2. quòd tria sunt hominum genera, qui cum vtilitate reipublicæ commode in mercationibus exercentur. Primi sunt mercium portatores de vna patria in qua abundant, in aliam in qua necessaria sunt. Secundi sunt mercium cõseruatores, qui illarum non modicam quantitatem emunt, vt illas postea suis congruis temporibus in totum, vel paulatim vendãt. Nam mercantias de longinquo portantes, nõ sine magno discrimine suo possent semper illa vẽdere & ibi expectare. Tertij sunt merciũ immutatores, seu melioratores, qui suo labore, & industria illas meliorant, vt de lana faciendo pannum, de corio sotulares, de cera candelas, & huiusmodi, qui omnes possunt licite lucrari, & sunt maxime vtiles reipublicæ eorum negociationes. Alij autem mercatores vt plurimum possunt potius appellari stramazatores, quia cum damno proximorum & reipublicę mercantur, maxime illi qui inter se conueniunt, vt vnus solus vẽdat, vel quòd non vendatur, nisi sub certo modo, vel precio. Nam tales hoc facientes ex auaritia, & in damnum proximi, vel reipublicæ, valde peccant vt inquit Inno. in c. significante, de appel. & debent priuari omnibus suis bonis, & perpetuo exilio puniri. l. vnica C. de mono. Similiquoq; modo valde peccat qui oẽs merces, quæ in terra aliqua sunt comperat, vt ipse solus in ea postea vendat suo modo, quod in dicta lege prohibetur dum monopolium detestatur.

ciatio redditur illicita.

OCtauo redditur illicita negociatio ratione circumuentionis, quando. s. aliqua fraude circumueniunt ementem, vel vendentem. Inter quos sunt illi qui terã seuntibus, & ignorantibus valorem rei, carius vendunt quàm discretis, & permanentibus viris. Contra quos dicitur in c placuit. de emp. & ven. Præsbyteri moneant plebes suas, vt hospitales sint, atq; nou carius transeuntibus vendant, quàm in mercato vendere possent. In hoc defectu multi reperiuntur qui videntes simplices transeuntes iuxta apothecas suas, postulant pro precio alicuius rei triplũ plusquam valeat, vt postea eos saltem

8. Causa prohibitionis mercantiæ.

in

in duplo decipiant, ficut faciunt quidam burfinarij. De quibus dicitur. Ofee. 11. Circuiuenit me in negociatione Ephraim. Ephraim autem crefcens interpretatur, & fignificat fraudulentum mercatorem, qui decipiendo proximos in diuitijs crefcit. Tales quoq; mali mercatores diffamant aliorum merces mendaciter, quod eft graue peccatum. Auguft. in libro de mendacio. Tales etiam fraudulenter loquuntur, ita vt verba eorum ad plures fenfus poluit applicari, vt melius decipiant ementes, qui non folum Deo, fed etiam hominibus odibiles funt. Scriptũ eft enim Eccle. 37. Qui fophiftice loquitur odibilis eft. Et hoc faciunt plerumq; prolonetæ qui oftendunt velle feruire ambobus partibus, & tandem vnum decipiunt, & quandoq; ambos. Sicut legitur de vno qui nunc ementi, nunc vendẽti innuebat ictu oculi vel pedis, vt contractus emptionis, & venditionis omnino concluderetur. Et expedito negocio, fi alter eorum de cara emptione, vel de vili venditione lamentabatur, refpondebat. Propterea clam innuebam tibi. Cõtra hoc vitium dicitur. Eccle. 2. Veh duplici corde, & labijs fceleftis & peccatori gradienti fuper terram duabus vijs. Et tertio eiufdem libri. c. fcriptum eft. Cor ingrediens duas vias, non habebit fucceffus. Circumuenientes enim & ipfi ab alijs tandem circumuenientur.

9. Caufa illicitæ mercationis. NOno illicita redditur mercantia ratione occultationis, fcilicet quando res quæ venditur habet talem defectum, quòd emens fi illum fciret non emeret, vel faltem non pro illo precio. In quo defectu funt illi qui aliquod animal infirmum vendunt pro fano, aut pannum defectuofum in colore, vel aliter vendũt pro perfecto, ficut faciunt aliqui qui feneftras claudunt ne defectus pannis pateat ementi, & in loco obfcuro oftendũt illum, de quibus dicitur. Ifa. 5. Veh qui dicitis malum bonum &c. tranfumptiue. in c. veh vobis. 11. q. 3. Tenentur enim manifeftare illum defectum, aliter tenentur ad fatisfaciendum ementi de omni damno, vt determinat Angelus in l. fi quis cũ aliter. ff. de act. em. Et Panor. in c. iniuftũ. De rerum permu. & Sco. in 4. di. 15, & b. Tho. 2. 2. q. 77. Et hoc probatur per legẽ primam in prin. ff. de edil. edic. vbi dicitur quòd qui mancipia vendit, tenetur certiorare emptorem de moribus, ac vitijs eorum, alias tenetur ad fatisfactionem damni. Ad idem eft lex. 1. §. venditor. ff. de act. emp. vbi habetur, quòd fi venditor fit feruitutem deberi a prædicto venditore, emptore hoc ignorante, tenetur emptori ad intereffe, ideft ad omnia damna quæ occurrunt ex tali celatione. Deceptus ergo a venditore fciente defectum, habet actionem contra eum. l. iulianus. ff. de acti. emp. Sed hæc actio non datur nifi per annum a tẽpore venditionis, & morbi cogniti. l. fciendum, & l. cum fex. ff. de edil. edic. Et hoc fi velit tenere rem emptam, & fibi fatisfieri de damno. Si vero velit reddere rem defectuofam, habet folum fex menfes vt in dictis iuribus. Si quis tamen venderet rem habentem defectum patentem, vt equum carentem oculo, & huiufmodi, non tenetur manifeftare illum l. quæritur. §. fi. ff. de edi. edic. Sed pone quòd quis volens vẽdere equũ dicit emptori. Vendo tibi hunc equum pro vmbrofo, cæco, infirmo, & cum omnibus malis quæ habere poteft aliquis equus, oculus pafcat te, vide eum, equus autem habet vnum defectum fecretum, quem fi emptor fciret non emeret, vel non daret dimidietatem precij, fed venditor fub his verbis generalibus, & fub nomine multorum defectuum, voluit celare illum defectum, vel etiam nominauit illum defectum cum alijs, fed de ipfis defectibus nominatis aperte conftabat emptori quòd aliquos ille equus non habebat, ex quo poterat credere quòd nec iftum habebat. Quæritur fi talis venditor excufatur, quia dixit illum defectum in genere, vel in fpecie fraudulenter? Et refpondent Scotus & Tho. vbi fupra quod non. Imo valde peccauit. Et hanc effe veritatem probatur per legem, veteribus. ff. de pac vbi dicitur, quòd pactiones obfcuræ, vel ambiguæ debent nocere venditori. Et ibi dicit glo. quòd obfcuritas caufatur ex generalitate fermonis. Et hoc eft in cafu noftro. Similiter in. l. ediles. ff. de edi. edic. præcipitur venditoribus vt palam dicant emptoribus fingulos defectus notabiles iumenti venditi *Dubiũ pulcherrimũ.*

aliter

aliter teneantur emptoribus satisfacere. Et ideo cum in casu nostro quando sub quadam generalitate dixit illum defectũ secretũ, & non reuelauerit palam, debet teneri. Quod si expressit in specie sed fraudulenter. s. dicendo aliquos defectus quos patebat equum non habere, vt & istum habere non crederetur non minus tenetur ad restitutionem. Quia non dicitur palam dixisse quod ita dixit vt nõ crederetur. Quocunq; enim modo vel fraude venditor deceperit emptorem occultando defectus rei venditæ, habet locum illud edictum. vt dicitur in l. 1. §. causa huius edicti. ff. de edi. edic. Et maxime si deceperit emptorem non pronunciando palam, & recte defectus ipsius rei venditæ, vt inquit iurisconsultus in dicta. l. 1. in principio, quod fuit factum in casu nostro, quia nõ recte pronunciauit, sed cum magna fraudulentia.

10. *Causa, qua mercãtia redditur illicita.* Decimo redditur mercantia illicita ratione alterationis. s. quando vendit vna re, pro altera vt auricalchum pro auro, & huiusmodi. Et hæc alteratio substantiæ, rei, & materiæ reddit contractum nullum etiam de iure ciuili. l. in venditionibus. ff. de contrahen. emp. Et in hoc defectu vendendi vnam rem pro alia reperiuntur aliqui macellarij, qui vẽdunt quandoque vnam carnem pro alia, vt carnes hirci pro carne castrati, vel carnes bouis pro carne vitulæ.

11. *Causa illicitæ mercationis.* Vndecimo redditur illicita negociatio ratione corruptionis, quando scilicet res corrupta venditur vel mixta, & falsificata. In quo defectu reperiuntur quidam aurifices, & zoelerij, qui lapides vitreos, & falsos, pro preciosis vendunt. Et similiter torques artificiatas. quæ videntur aureæ, vel argenteæ. Et ideo contra tales dicit dominus. Isa. primo. Argentum tuum versum est in scoriam. Vinum tuum mixtum est aqua, excoquam ergo ad purum scoriam tuam, & auferam omne stagnum. Scoria autem est fex metallorum. Deus ergo quod illicite acquiritur per tales corruptores cito facit amitti. In hoc etiam delinquunt aromatarij quidam, qui res corruptas, vel ita veteres quòd amiserunt virtutẽ suam in medicinis, sirupis & electuarijs ponũt. Et si aliquando nõ habent ea quæ ad confectionem rei medicinalis requiruntur, alia ponunt cum maximo infirmorum detrimento, & aliquãdo sunt eis causa mortis. Temporibus quoque nostris in quadam ciuitate Italiæ quidam aromatarius vendebat aquam putei pro aqua communi, vel saltem cum aqua cõmuni magnam partem aquæ putei permiscebat, quod est grande facinus, & tales tenentur ad restitutionem de omni damno dato. ar. in l. in rebus. §. item qui sciens. ff. commo.

12. *Causa illicitæ mercationis.* Duodecimo est illicita negociatio ratione ponderationis, vel mensurationis, aut numerationis iniquæ. Et contra tales mercatores, & artifices dicitur in c. mensure, de emp. & ven. Si quis iniustas mensuras, & iusta pondera mutare præsumpserit, triginta dies in pane, & aqua pœniteat. Et in l. annonã. ff. de extraor. crimi. describitur quõ Adrianus imperator eum qui falsas mensuras habuit in insulam relegauit. Et ideo. ff. ad l. cor. de fal. l. hodie. dicitur. Si venditor mensuras publicas probatas frumenti, aut vini, vel cuiuslibet rei, aut emptor corripuerit dolo, & venalem fraudem fecerit, quanti ea res est eius dupli cõdemnetur. Decretoq; diui Adriani præceptum est, eos in insulam relegari, qui põdera falsa fecerint, aut mensuras. hęc ibi. Sed grauis est offensio quando mercatores, vel artifices vnam mensuram tenent ad vendendum, & aliam ad emendũ, contra illud quod dicitur. Leuiti. 19. s. Nolite facere iniquum aliquod in iudicio, in regula, in pondere, in mensura, & in statera. Iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, equusq; sextarius. Ego dñs Deus vester præcipio vobis. Et Deutero. 25. Non habebis in sacculo tuo diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor, põdus habebis iustũ, & verum, & modius æqualis & verius erit tibi. Dauid vero de talibus falsarijs ait in Psal. Verũtamen filij hoĩũ mendaces in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Et Salomon. Prouerb. 20. dicit. Pondus & pondus, men-

mensura,& mensura, vtrunq; abominabile est apud Deum. Et ibidem inquit. Statera dolosa non est bona, scilicet ad salutem animæ. Et Amos.8.dicitur. Audite hoc qui contemnitis pauperem, & deficere facitis ægenos terræ dicentes. Quando transibit messis & venundabimus merces, & aperiemus frumentum vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum,& supponamus stateras dolosas, & possideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamentis &c. Sequitur. Iurauit dominus si oblitus fuero vsq; ad finem opera eorum. Et Micheæ.6.scriptũ est. Adhuc ignis est in domo impij,thesauri iniquitatis, & mensura minor, ire plena,& statera impia,& pondera sacelli dolosa, in quibus diuites ei⁹ repleti sunt iniquitate,& habitantes in ea loquebantur mendacium,& lingua eorum fraudulenta in ore ipsorum. Ecce ego cæpi percutere te perditione,super peccatis tuis. Tu comedes & non saturaberis, apprehendes,& non saluabis, seminabis & non metes, calcabis oliuam, & non vngeris oleo, calcabis mustum & non bibes vinum.

De multis alijs defectibus, qui in alijs negociationibus sunt.

IN his quoq; defectibus sunt illi,qui ad decipiendos proximos merces humectant sicut fit de pipero, zinzibero,croco,lana,& similibus,ponendo illa in locis humidis, vel aliquo modo humectando, vt ex maiori pondere maius lucrum reportent. Contra quos dicitur Ezech.22. Quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem & perdẽdas animas, & auare sectando lucra. Ea propter ad extirpandum hunc defectum falsitatis ponderis,dicit Hieronymus in c. non afferamus.23.q. 1. Non afferamus stateras dolosas, vt appendamus quod volumus pro arbitrio dicentes,hoc graue, hoc leue est. Sciendum tamen est secundum Tho.22.q.77.ar. 1. quod quia vbi res abũdant consueuerunt esse maiores mensuræ.Et econtra, pertinet ad rectores terrarum determinare de modo mensurarum, secundum diuersitatem copiæ, & penuriæ, ac alijs circunstantijs legitimis pensatis, quas seruare postea debent omnes & nullatenus fraudare. Et similiter dicendum est de numeratione.

13. Causa illicitæ negociationis.

DEcimotertio redditur mercantia illicita ratione mendacij, & periuratio nis. Adeo enim hodierna die corrupta est ars mercantiæ, vt nemo videatur scire vendere,vel minutum cuiuslibet mercis absq; multiplicibus mendacijs, iuramentis, atq; periurijs. Vnde Augustinus super illud psalmistę. Quoniam non cognoui negociationem ait. Negociator auidus acquirendi pro damno blasphemat,pro precijs rerum mentitur,& periurat, sed hæc vitia hominis sunt non artis, hæc ille. Ait ergo mercator auarus qui iuste,& iniuste lucrari desiderat, per fidem, meam tantum res ista mihi constitit. Imo per Deum tantum de ea habere potui, ita saluet Deus animam meam sicut veritatem dico, per corpus Christi tantundem huius simile venditum fuit. Ideo Chrisostomus super Matth. & habetur.88.di.c.eijciens dicit. Mercator sine mendacio,& periurio esse non potest. Et loquitur de auaro mercatore, qui finẽ suum posuit in lucro. In qua quidem iniquitate multi hodie offendunt. Et ratio huius est,quia vt ait psalmista. Non est timor Dei ante oculos eorum. O insania nimia hominum auarorum qui sine aliquo lucro, quod sæpe contingit tam iniqua offendunt Deum de talibus ait psalmista. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum. Et Prouer. 20. Malum est, malum est,dicit omnis emptor & cum recesserint tũc glo riabitur, scilicet decepisse proximum duplicitatibus,& mendacijs suis. Refert autem venerabilis Beda in gestis angelorũ lib.3.c.18.quòd quidam sanctus Episcopus nomine Forseus, semel in spiritu raptus vidit quandam vallem tenebrosam in imo positam habentem tres ignes grandes accendentes eam, & cum interrogasset Angelum quid hoc significaret. Ille respondit. Tres ignes sunt tria iniqua vitia quæ habent negociatores accendentes & consumentes totum mundum. Primus ignis est mendacium & periuriũ quod frequenter committitur in venditione, & emptione. Secundus est auaritia,& cupiditas vendentium,& ementiũ. Tertius vero est impietas fraudis, & doli. Recitat etiam Cęsarius in suo dialo-

go, quòd in colonia duo ciues mercatores venerunt ad confessionem, & inter alia dixerunt quòd cum multis mendacijs, & periurijs vendebant, quia aliter vendere non poterant. Quibus confessor ait ꝙ maximum erat peccatum, & contra Dei præceptum, & imposuit eis ne de cætero facerent, quod cum illi se agere nõ posse affirmarent nisi vellent a mercantia deficere totaliter. Confessor rogauit eos vt saltem vno anno experientiam facerent. Factum est autem procurante dæmone ꝙ cum illi hoc seruarent, ipso anno nihil lucrati sunt. Vnde post annum reuersi ad confessorem dixerunt ei. Pater obedientia tua nobis multum fuit nociua. Homines enim a nobis fugiunt, & sine mendacio, ac periurio nihil bene vẹdere possumus. Quibus sacerdos ait. Nolite timere. Tentauit vos Deus, sed perseuerate quia in breui habebitis gratiam Dei, & bene vendetis merces vestras. Illi ergo credentes ei deliberauerunt potiùs velle pati omnem paupertatem q̃ vendere cũ mendacijs, vel aliquid facere contra Dei præcepta. Vnde in breui disponẽte Deo cæperunt eos homines plus cæteris frequentare vti bonos, & iustos, ac sanctos mercatores, factiq; sunt valde diuites. Qui ad confessorem pergentes, & gratias egerunt de salutari consilio, eo ꝙ peccatũ maximum eius monitis euitauerunt, & Dei gratis diuites effecti sunt.

14. *Causa illicitæ mercationis.* DEcimoquarto redditur illicita negociatio ratione diminutionis. Ad cuius intelligentiam est sciendum quòd licet ante lapsum primi parentis. s. in statu innocentiæ, oĩa oĩbus essent cõia, vt inquit clemẽs in c. dilectissimis. 12. q. 1. tñ post lapsum eius, diuisio rerũ rationabiliter facta est ꝓpter tria. Vt inquit Scotus in 4 di 15 q. 2. Primo ad excludendã negligẽtiã co ꝙ agri, & terræ in solitudinẽ verterenẽ, si essent cõmunes nã etiam *Rerum diuisio propter tria est facta.* essent cõmune colere, & seminare. Videmus. n. parenti experimento ꝙ de cõibus nulli vel pauci curãt. Et sic necessaria hominum sustentatio cito deficeret. Secundo facta est rerũ diuisio ad excludẽdã inimicitiã. Nã si oĩa essent cõmunia, sæpe pax rumperetẽ. Accideret. n. ꝓ eadem re, eodem equo, eadem domo, eodẽq; agro plures vellent eodẽ tẽpore vti, & sic magis cupidus plura super alios occupare vellet, sicut de Nembroth. Gen. 10. Legitꝰ ꝙ cæpit esse robustus venator, idest hominũ oppressor, & extinctor, secundũ glosam. Tertio facta est diuisio rerũ ad excludendã malitiam, eo ꝙ aliter via fraudibus aperiretur. Nã tunc malitiosi puniri non possent, quia allegarent se non rapere aliena, sed sibi cõmunia. Et ꝓpter hoc in 2. Politi. Aristo. redarguit. Socratem & Platonem de cõi vsu omniũ rerũ. Non ergo licet alicui tollere rem alterius in totum nec in parte, sicut faciunt quidã mercatores, & artifices maxime sutores, qui pannum vestiụm minuunt, & ipsas vestes strictiores faciunt, ac illud superfluũ retinent, nec restituunt, qui proprie fures appellari possunt. Quidã alij diminunt pecuniã illius cuius est, false numerando maxime cãpsores, qui aliqñ studiose in terram dinariũ aliquẽ cadere faciunt, vt inclineẽ ille cui numerant ad capiendũ denariũ, quo inclinato capite cãpsor subripit clam quatuor solidos, aut quinq; de pecunia numerata. Cõtra hos & similes exclamat propheta. Isa. 33. di. Veh qui prædaris, nonne & tu prædaberis, cum consumaueris depiæcationem deprædaberis. Et Aug. in quodam sermone ait. Veh illis qui viuunt vt augeant res perituras vnde amittunt æternas.

15. *Causa reddens negociationẽ illicitam.* QVintodecimo redditur illicita negociatio ratione terminationis, quando s. mercatores auari nimia cupiditate capti tempus nõ suũ vendere præsumũt propter terminũ datũ ad soluendũ precium rei venditæ augẽtes. Sciendũ tñ est secundũ Scot. vbi supra & Ricar. in suo quolibet q. 23. ar. 3 ꝙ extimatio rerum non potest fieri a nobis, nisi per cõiectu- *Rerũ extimatio quõ nobis fieri possit.* ralem, & probabilẽ opinionem, & debet fieri secundũ iudiciũ cõmune, iuxta illud quod scripsũ est in. l. prætia rerũ ff. ad l. fal. s. prætia rerũ non ex affectione singulorũ, sed cõmuniter extimantur &c. Verũ quia variæ sunt hominũ voluntates, & opiniones. l. quia poterat ff ad trebe. Et c. quia diuersitatem. de conces. præ & c. cum in sacris de conse. di. 4. Ideo eadem res potest diuersis precijs extimari. Exẽpli gratia, pecia panni ab aliquibus extimatur

matur decem. Et ita est extimatio pia ꝑ emptore, ab alijs extimatur vndecim. Et ista extimacio discreta pro emente, & vendente, ab alijs vero extimatur duodecim. Et ista est extimatio rigida pro emptore, & fauorabilis pro venditore, quia se extendit vsq; ad vltimũ valorem. Et quolibet horũ preciorũ potest quis vendere dictam peciam, quia non transit limites sui valoris, siue terminos iusti precij & latitudinis æqualitaté. licet.n. venditor si ei darentur pecuniæ statim venderet pro decem, volens se de pecunia adiuuare, volenti auté indutias non vult vendere nisi pro duodecim, nõ cõmittit vsuram. Et ratio est, quia venditor talis nõ vendit terminũ, quãuis non faciat gratiam non soluenti statim, sicut illi qui soluit cui pro minori precio vendit, q̃ illi qui vult indutias, nõ aũt debitũ valorem excedit. Si vero de dicta pecia vellet tres decim, vel quatuordecim ratione termini sic cõmitteret vsuram, sicut multi faciunt qui illud quod valet decem ratione termini, per tres menses, vel per annum vendunt pro quindecim, & quandoq; ꝑ maiori precio. Quod reprobatur per ecclesiam in c. consuluit, de vsu.

16. *Causa reddens negociationẽ illicitam.* Decimosexto redditur negociatio illicita ratione inobseruationis.s. fidei, & promissionis, qñ in termino constituto ad quem se quis obligauit promissione, vel pro scriptura seu iuramento, non soluit. Et talis tenetur satisfacere creditori de omni damno. quod propter hoc incurrit. Sicut ꝓbatur per.c. salubriter, de vsu & per c. constitutus & c. peruenit. de fideius. Grauiter ergo peccant nõ seruantes fidé, quæ etiã hosti seruanda est, c. noli extimare. 23. q. 1. Quãtũ vero offendant Deũ inobseruatores fidei, & promissionis maxime iuramento firmatæ, ostendit Horosius lib. 6. di. ꝙ cũ Romani ad quasdam prouincias quas ibi nominat, legatos misissent pro pace firmãda, illiq; a gentibus dictarũ prouinciarũ recepti essent. Facta pace, & iuramento firmata illę gentes proditorie irruentes in eos, il los occiderũt. Qua ꝓpter in detestationẽ periurij, & violationis fidei factum est, vt panis qué tales gentes incidebant sanguinem emitteret per scissuras. Anima- *Exemplis ostenditur quãtũ Deo displiceat iuramenti fractio.*

lia vero domestica, & inter hoies assueta fugerent ad siluas & ad montana, mugientia, & vlulantia, canesq; velut lupi dolorosis latratibus oberrarent. Ipsiq; infideles cum eorum imperatore a Lucio, & Pompeio Romano ↄés in cãpo deuicti occisi sunt, exceptis quatuor milibus qui simul ad montis cuiusdam cacumen fugientes, diuinũ iudiciũ non euaserunt. Nam admodum lapidis congelati & immobiles facti ita obriguerunt, ꝙ erecti stantes videbantur viui, dentibus & oculis decidẽtibus super terram. Legitur etiã de quodam vsurario, qui in fine vitæ pęnitẽtia ductus duos amicos ad se vocãs, ꝙ essent sui fideles executores ab eis exegit fidem & iuramentũ, ꝙ restituerẽt quicquid male lucratus fuerat. Cui vnus ex eis promittens cũ iuramento impræcatus est, ꝙ si hoc nõ adimpleret geennali igne succenderẽ. Alius vero subdit, ꝙ nisi fidem seruaret, irremediali lepra cruciaretur. Cum ergo illo mortuo pecuniã retinerent, nec promissa seruarent, sicut sibi impræcati sunt diuino iudicio miserabiliter perierunt. Tales ergo iuramentorũ inobseruatores incurrunt diuinã inimicationem, & odiũ. Ideo. Iaco. 5. dr̃. Iuramentum mendax ne diligaris, hoc.n. odit dñs. Et Iosue. 9. dicit. Ne contra nos ira Dei concitetur, si periurauerimus eis, dicit.n. dñs. Ezech. 17. Iuramentũ quod spreuit ponam super caput eius.s. in hora mortis eum damnando, & æternis deputando supplicijs. Perfidi quoq; sunt illi mercatores qui fidem non seruant suis operarijs, dando eis mercedé suã facientes contra præceptum Tobiæ. 4. sui libri. c. di. Quicunq; tibi operatus fuerit aliquid, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij omnino non remanet apud te. Item contra illud. Leuiti. 19. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane Quia Eccle 34. dicit. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario fratres sunt. O igitur deuote mercator omni sero fac illud quod pręcipitur. Matth. 20. s. Voca operarios, & redde illis mercedem suam. Et sic a Deo bonorum operum tuorum retributionem recipies sempiternam. Amen.

EODEM

EODEM DIE
POST PRANDIVM
DE CONSCIENTIA
BONA,
ET DE EIVS CONSERVATIONE, ET CONTRARIATIONE.

SERMO TRIGESIMVS TERTIVS.

RElIgio munda & immaculata apud Deũ hæc eſt, immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Iacobi. 1. vt in epiſtola occurrẽtis Dominicæ. Dicit Seneca in libro de remedijs fortuitorũ. c. 2. Peregrinatio vita eſt, cum multum ambulaueris tunc demum redeundum eſt. Quapropter vt inquit Franciſcus de may. in ſermone ſecundæ feriæ poſt Paſcha, quælibet anima fidelis debet ſeruare duodecim leges peregrinorũ in hac vita. Debemus namque eſſe tanquam peregrini, & aduenæ in hoc ſeculo, vt ait beatus pater noſter Franciſcus in ſua regula. Nos enim ſumus illi ſpirituales Abrahæ filij, de quibus dictum fuit ipſi Abrahæ Gen. 15. Scito prænoſcens quòd futurum ſit peregrinum ſemen tuum in terra non ſua. Prima lex peregrini eſt, ꝙ a ſua patria & regione ſponte diſcedit. Et per hoc diſtinguitur a fugitiuo vel exule. Ideo dicitur de Abraham Gene. duodecimo, quòd deſcendit in Ægyptum vt peregrinaretur ibi. Sic anima debet ſponte diſcedere a regione propria carnis, in qua eſt orta, quia dum crearetur a Deo fuit in carne infuſa. Eggreditur autem a regione carnis, dum ab eius inclinationibus, & incitamentis diſcedens, motu animi, & affectione ad ſuperiora conſcendit iuxta illud ad Collo. tertio. Quę ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terram. Qui enim in carne ſunt Deo placere non poſſunt ad Roma. octauo. Et ideo inquit Dauid. Pſalmo quadrageſimoquarto. Obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. Domus enim patris noſtri eſt caro, quam a patre noſtro recepimus, vt in ea quamdiu hic viuimus habitemus. Ea propter Gene. duodecimo ait dominus. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in terram quam monſtrauero tibi. & Iſai. 48. iterum inquit. Egredimini de Babilonæ, fugite a Chaldeis.

Quælibet aĩæ debet ſeruare duodecim peregrinorũ leges in hac vita.

SEcunda lex eſt quòd peregrinus per rectam viam incedit, non quærens diuerticula, ne forte non attingat terminum per errorem viæ. Et ideo ſæpe inquirit de recta via vt non prolonget iter ſuum. Cum igitur via peregrinationis noſtræ ad cœlum ſit longa, iuxta illud tertij Reg. decimonono. Adhuc grandis via

De 2. lege peregrinorũ quæ ab aĩa in hoc mundo exiſtente ſeruari debet.

via restat tibi. Et Isa. 23. dicitur. Ducent eum pedes eius longe ad peregrinandū, debemus per rectam viam virtutum incedere, nō eundo per obliqua viciorum itinera. Sed per viam mandatorum Dei qua peruenitur ad cęlū: Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Vt possint dicere Deo cum psalmista. Viā mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum, seruantes illud. Deute. 5. Nō declinabitis neq; ad dexteram, neq; ad sinistram, sed ibitis per viam, qua præcepit vobis dominus Deus vester, vt viuatis & bene sit vobis.

De 3. lege peregrinorum.

Tertia lex peregrini est ꝙ non retrocedit cum ceperit peregrinari. Sic nos qui a patria carnis, & vitiorum discessimus, non debemus retrocedere, quia vt ait saluator. Lucæ. 9 Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciēs retro aptus est regno Dei.

De 4. lege peregrinorum.

Quarta lex est ꝙ peregrinus in terra suæ peregrinationis non subsistit, quia si ibi notabiliter, & vltimate subsisteret, non peregrinus, sed indigena reputandus esset, & non aduena. Cum tñ oīs peregrinus sit aduena, iuxta illud psalmistæ. Aduena sum ego apud te, & peregrinus sicut oēs patres mei. Et ideo quia in terra peregrinationis suæ nō subsistebat, subdit. Remitte mihi, vt refrigerer priusq̄ abeā & amplius nō ero. Sic ergo & anima fidelis non debet subsistere in delectatione rerum huius mundi, in quo est peregrina, sed ad patriam festinare, quia vt dicitur ad Hebræ. 13. Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus.

De 5. lege peregrinorum, ab aīs in hoc mundo existēte seruanda.

Quinta lex est ꝙ peregrinus amicitias non quærit, quia ad amicos pertinet pariter conuersari, & sibi inuicem cōmunicare, quod nō potest facere peregrinus. Aliter eorum amicitia & per consequens cōuersatio foret ei nociua. Et ideo quia peregrini auxilio sunt humano destituti, eos singulariter Deus respicit. Vnde Deuter. 10. dicitur ꝙ dominus amat peregrinum, & dat ei victum & vestitū. Sic ergo & nos non debemus in hac peregrinatione quærere amicitiam hominū mundanorū, & huius seculi voluptatibus deditorū, ne nos ab itinere nostro retardent, quia qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Eccle. 13. Et inimici hominis domestici eius. Matth. 11.

De 6. lege peregrinorum.

Sexta lex est ꝙ peregrinus in terra peregrinationis delectationes non appetit, quia impossibile est aliquem perfecte delectari in motu existētem. Sic ergo & nos in hac vita delectationes sensuales non debemus appetere, quæ extinguunt spiritualia charismata. Ideo in huius figura dicit Hiere. 35. ꝙ Ionadab filius Rechab præcepit filijs suis vt vinum non biberent in terra peregrinationis suæ, nec in ea domum ædificarent, aut plantarent vineam, vel alijs delectationibus insisterent.

De 7. peregrinorum lege.

Septima lex est ꝙ peregrinus in terra peregrinationis suæ non quærit hęreditatem, quia est terra aliena, & ibi non vult habere requiē. Sic anima nostra cū pater eius non sit de terra sed cęlestis, non debet quærere hæreditatem terrenā sed cęlestem, de qua psalmista inquit. Et enim hæreditas mea præclara est mihi. Et iterum. Dñs pars hæreditatis meæ. Qui autem vult in terris hæreditatem habere, ponens in terrenis spem suam, iuste priuatur hæreditate sibi debita in excelsis. De quo. Eccle. 4. dicitur. Homo cū mortuus fuerit hæreditabit serpentes, idest dæmones, quorum vnus in specie serpentis primum decepit parentem.

De 8. lege peregrinorum.

Octaua lex est ꝙ peregrinus in terra suæ peregrinationis de negocijs ciuium non se intromittit, quia sicut est ignotus ita ei aliena patria facta sunt ignota. Nullus autem bene potest de ignota causa iudicare, & ideo peregrini non cōstituuntur iudices. Vnde Gen. 19. dicebant sodomitæ ad Loth. Ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? Ita ergo, & nos non debemus de alienis factis multum curare seu nos intromittere, sed peregrinationi nostræ attendere. Quia vt ait Ambrosius in quodam sermone. Qui curis terrenis se implicat, a domino se separat.

Nona

De 9. peregrinorũ lege, ab aĩa in hoc mundo existẽte seruanda.

NOna lex est ꝙ peregrinus q̃uis nobilis sit, tamen in terra aliena non extollitur, nec superbit, ne indigenas contra se prouocet, sed humiliter loquitur. Sicut Ruth dicens sui libri. 2. c. Vnde mihi hoc vt nosceme dignareris peregrinã mulierem? Sic anima nostra licet sit nobilissima, quia a nobilissimo opifice Deo creata, debet humilis esse in peregrinatione huius seculi, in quo est corruptibili corpori colligata per quod aggrauat. Sapien. 9. Et multis miserijs affligitur. Iob. 13. Et ideo debet humiliari sicut mulier nobilis ignobili viro sociata, maxime quia sequens vitia ipsius carnis est bestijs comparata, iuxta illud psalmistæ. Homo cũ in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis est factus est illis.

DEbet autem peregrinus esse astutus, & sibi præcauere diligenter a periculis, quia sæpe proditur socio, occidiť ab hospite, & spoliatur a latronibus. Et similiter anima nostra facere debet quæ a socia carne proditur, & ad mortem æternam ducitur a mũdo in quo hospitatur, gladio peccati perimatur, & a latronib⁹, idest dæmonibus oĩbus virtutibus spoliatur. Solent aũt peregrini aliqñ cantare in itinere ad reuelandum tediũ peregrinationis. Et similiter quilibet nostrũ debet facere laudando Deum, & dicere cum propheta. Psal. 118. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Item portant argentum in scarsella, siue aurum, pro faciendis expẽsis in via, & quotidie cõputant sumptus ne sibi deficiat, & considerant quantũ expenderunt. Et similiter nos in hac peregrinatione debemus semper habere in anima nostra, & nobiscum portare gratiam Dei, de qua dicitur. Prouer. 22. Super argentum, & aurũ gratia bona. Ipsa enim nobis faciet expensas in itinere. Vñ Paulo inquit Christus. 2 ad Cor. 12. Sufficit tibi Paule gratia mea. Debemus insuper sumptus computare, idest qualiter vitam nostram expenderimus quotidie cogitate, iuxta illud Senecæ in 3. de ira dicentis. Quotidie animus noster ad rationem reddendam vocetur &c. Solent etiam peregrini insignia quædam deferre, vt homines prouocent ad sibi benefaciendum, & sint securiores ad ambulandum. Et similiter nos debemus deferre insignia deuotionis, & sanctitatis, quibus & homines nobis afficiantur, & dæmones ab offensione nostra repellentur, quibus inquit Deus Ezech. 9. Super quẽ videritis Thau non occidatis.

De 10. lege peregrinorum ab aĩa nostra imitanda

DEcima lex est ꝙ peregrinus in domo recipiť aliena. Ideo dicebat Iob. 31. c. Foris non remansit peregrinus, & domus mea viatori patuit. Sic ergo & anima nostra debet reputare domum corporis in qua habitat alienam, & seipsam ibi peregrinam, & hospitem. Quod esse verum patet, quia de domo sua nemo expellitur inuitus, ac violenter. Anima vero nostra postq̃ in corpore fuerit modico tempore hospitata expellitur cũ violentia, tanq̃ de domo aliena. Et ideo sicut filia regis in domo ignobili desponsata, cupit ad domum patris redire soluto vinculo matrimonij. Ita anima debet desiderare ad domum patris cęlestis accedere post corporis solutionem, iuxta illud Eccle. 12. Reuertatur puluis in terrã suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui fecit illum.

De 11. lege peregrinorum.

VNdecima lex est ꝙ peregrinus sustinet iniurias & incommoda multa in peregrinatione sua, & portat capellum atq; mantellum, vt se defendat a sole, & aquis. Sic nos in hac vita peregrini debemus sufferre opprobria & quascunq; tribulationes temporales, habentes capellũ charitatis quæ operit multitudinem peccatorum. Iacobi vltimo. Et mantellũ patientiæ cõtra omnes aduersitates. Et esse de illis de quibus dicit glo. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. testa. ꝙ habent mantellum ad omnem vẽtum. Vt autem possimus perseuerare in itinere, debemus sicut peregrinis baculũ in manu portare. i. in Deo spem nostrã ponere, & dicere cũ Dauid. Psal. 17. Diligam te dñe fortitudo mea, dñs firmamentum meũ, & refugiũ meũ, & liberator me⁹. Possumus quoque dicere ꝙ sicut peregrini vtunť baculo ad sustentationẽ, ad fluuiorũ transuadationẽ, & ad malarũ bestiarũ percussionẽ. Ita nos debemus vti baculo crucis ad sustẽtandũ nos in afflictioni-

bus tribulationũ, quia vt ait. Greg. in mora. Si passio Dñi ad memoriã reuocetur, nihil est adeo durum ꝙ non æquo animo tollerẽ. Ideo Hebræ. 12. inquit Apostolus. Recogitate eũ qui talẽ sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Secundo debemus vti baculo crucis ad tentationũ huius mundi, & carnis transuadationem, vt possimus dicere Gene. 32. In baculo meo transiui iordanem istum. Tertio debemus eo vti ad bestiarum, idest dęmonis percussionẽ, quia Isa. 30. dicitur. A voce dñi pauebit Assur virga percussus, & Chriso. ait. Vbicunq; dæmones baculum crucis vident territi fugiunt timentes baculum, quo plagam acceperunt.

Solent autem peregrini tribus vicibus intrare hospitium in die s. mane ad prandendum, vespere ad cęnandũ, & dormiendum, ac quiescendũ, & meridie ad collationandũ, & similiter nos saltem ter in die debemus intrare hospitium orationis, in qua reficiẽ aĩa. Primo mane dicendo Deo cũ psalmista. Mane astabo tibi, & videbo. Secundo vespere dicendo Deo cũ eodẽ. Dirigatur dñe oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuũ mearũ sacrificium vespertinum. Itẽ In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Tertio debemus intrare hospitium orationis in meridie, & dicere Christo. Can. 1. Indica mihi quem diligat anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Ista autem tria hospitia intrabat Dauid tanq̃ peregrinus expertus, qui inquit. Psal. 54. Vespere, mane, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocẽ meã.

De 12. lege peregrinorum.

Duodecima lex est ꝙ peregrinus in terra peregrinationis semper ad patriã redire anhelat, quia oĩa naturaliter appetunt locum suum. Et ideo dr̃. Gen. 31. ꝙ Laban dixit Iacob. Ad tuos redire cupiebas, & desiderio tibi erat domus patris tui &c. Sic ergo & aĩa nostra in hac lachrymarũ valle conclusa, debet semper ad patriã cęlestem anhelare dicens cum Paulo ad Philip. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Quia vero has peregrinorum leges pauci obseruant, & solus dñs Iesus factus pro nobis per incarnationẽ peregrinus illas perfectissime obseruauit. Ideo ei dictum fuit. Luc. 24. Tu solus peregrinus es in Hierusalem? Cui si placere volumus debemus nos immaculatos custodire ab hoc seculo, vt dicunt verba ꝓposita. Super quibus verbis de mundicia animæ & bona conscientia tractare volentes, tres considerationes faciemus. Prima dicetur declarationis. Secunda cõseruationis. Tertia contrariationis.

Sermonis intentio, ac diuisio.

PARS PRIMA de qualitatis conscientiæ declaratione.

Primo in hac parte videnda est conscientiæ diffinitio. Pro cuius declaratione est sciendum secundũ Tho. in 2. sen. di. 14. ar. 4. ꝙ conscientia habet ortum ex naturali iudicio rationis, quod dicitur lex intellectus, & ab eo est deducta, & deriuata vt quædã cõclusio, verbi gratia. Fit. n. in anima, vel in mente hominis quidã sillogismus, cuius maiorem præmittit sinderesis dicens. Omne malũ est vitandũ. Minorem vero assumit ratio superior dicẽs. Adulterium est malũ quia Deo prohibitũ, ratio autem inferior idẽ affirmat esse malum, quia est iniustum, & inhonestũ. Et tunc conscientia infert conclusionem di. Ergo adulterium est vitandum. Propterea dicitur conscientia quasi concludens scientia, eo ꝙ consciẽtia ratione prædictorum. s. sinderesis, & rationis superioris, & inferioris conclusionem infert.

Conscientia vnde habeant ortum.

Sinderesis quid sit.

EST autem sinderesis vt diffinit Aug. in lib. de baptismo paruulorum lumẽ innatum, & animæ concreatũ, quo dirigimur, & mouemur ad faciendum ea quæ pertinent ad vitationem culpæ, & pęnę, & adeptionem gloriæ, hæc ille. Est ergo sinderesis quidam generalis habitus siue connaturale lumen, cuius actus, vel officiũ est a peccato retrahere hoĩem murmurando contra peccatũ & inclinare ad bonũ, vt ait b. Tho. in 1. parte summæ. q. 16. ar. 1. & in quæstionibus disputatis de veritate. q. 16. de sinderesi ar. 1. in corpore quæstionis. Et Alex. de Ales in 2. parte summæ, in tractatu de sinderesi. Ratio vero superior, & inferior non sunt diuersæ potentiæ, sed vna eadeq; poten

tia, quæ secundum diuersa officia, & diuersos actus distinguitur, vnde appellaẽ superior in quantũ discernit aliquid per respectum ad superiora, & æterna. Vt ait Aug. 12. de ciui. Dei. Dicitur autem inferior in quantum discernit per respectũ ad inferiora, vt declarat b. Tho. 1. parte summæ. q. 79. ar 9. in cor. q. & in quæstionibus disputatis de veritate. q. 15. de ratione, ar. 2. & 5. Quando ergo sinderesis aliquid in mente præponit, & ratio per respectum ad Deũ seu superna, vel etiam inferiora illi assentit, tunc conscientia cõcludit. Vnde Vgo de sancto Victore. 2. de anima dicit. Conscientia est cordis scientia & ideo dr̃ quasi cum alio scientia. Papias aũt ꝓut refert Archi. in c. statutũ. §. assessorem, de rescri. in 6. ait, ꝙ conscientia est cogitatio cordis sui ipsius.

Conscientia quid sit.

De triplici actu conscientiæ.

SEcundo de conscientia videnda est eius operatio. Pro cuius declaratione est notandum secundum Tho. in 1. parte summæ. q. 79. ar. 13. & iterum in quæstionibus disputatis de veritate. q. 17. & 1. 2. q. 19. art. 5. ꝙ triplex est actus conscientiæ. Primus est testificari de præterito, in quantum conscientia prohibet testimonium sicut illud in quo est scriptum aliquid testificaẽ de eo siue sit bonum, siue malum. Vnde Apost. Roma. 2. ait. Testimonium illis reddente conscientia eorum. Et Aug. 11. q. 2. c. custodi. dicit. Quando Deus iudex erit alius testis q̃ conscientia tua non erit. Inter iustum iudicem, & conscientiam tuam noli timere, nisi causam tuam. Et Eccle. 7. Scit cõscientia tua quòd tu crebro maledixisti alijs. Et Seneca in libro de moribus ait. Tuta scelera esse non possunt, quia etsi latendi facilitatem habeant, fiduciam nõ habent. Et ideo ibidem aterum dicit. Nullum consilium peccatorum tuorum magis timueris, q̃ teipsum. Alienum enim potes fugere te nunquam. Concupiscẽtia enim est velut speculum quoddam, in quo rationis oculus tam quod indecens, q̃ quod decens est potest speculari.

De 2. actu cõscientiæ.

SEcundus actus conscientiæ est accusare, & excusare, ac reprehendere, & remordere de malo cõmisso, & bono omisso, iuxta illa. Ro. 2. Inter se inuicẽ cogitationũ accusantiũ, aut defendentiũ in die iudicij, cũ iudicabit dñs occulta, & Aug. 11. q. 3. c. in cũctis. Quẽ cõscientia defendit liber est inter accusationes, & liber sine accusatione esse nõ põt, si sola cõsciẽtia intus accuset. Iste actus põt dici examinatio cõscientiæ inquantũ cõscientia examinat ea q̃ iã facta sunt, an sint bene facta, vel non vt dicit Tho. vbi supra.

De 3. actu, seu officio cõscientiæ.

TErtius actus cõscientiæ est ligare vel soluere. Vnde inquit beatus Th. vbi supra, ꝙ sicut ligatus corporaliter habet necessitatẽ cõsistendi in loco vbi est ligatus, & auferẽ ei potestas ad aliũ locũ diuertendi, quia alioqui nõ põt ire, sic conscientia ita obligat voluntatẽ ad aliquid faciendũ, vel nõ faciendũ ꝙ nõ põt aliud sine peccato facere, vel omittere q̃ illud ꝙ sibi dictat ipsa cõscientia. Vñ Rom. 14. ait Apostolus. Omne qđ non est ex fide peccatũ est. Super quo verbo Ambrosius in glo. dicit. Omne quod fit etiam si in se & de se sit bonũ, & tñ nõ sit ex fide. i. contra conscientiã, vt. s. credamus esse malũ peccatũ est, hæc ille. Cuius dictum intelligitur de eo qđ fit contra cõscientiã peccati mortalis, vt quia est præceptũ facere vel prohibitũ. Sicut dicit glo. in c. oẽs. §. ex his. 28 q. 1. vñ si cõscia dictaret aliquid faciendũ solũ ꝑ modũ cõsilij, vel ꝑsuasionis, nõ obligaret ad mortale, vt inquit Tho. in 2. di. 39. ar. 3. Dicit ergo beatus Bona. in 2. di. 39. ar. 1. q. 3. qđ cõscientia aliqñ dictat aliqd faciendũ, qđ est secundũ legẽ Dei, ad qđ homo teneẽ ex debito. Et hoc est clarissimũ, ꝙ eũ astringit. Aliqñ dictat qđ est cõtra legẽ Dei, vt facere vindictã, & hmõi, & tunc nõ obligat ad faciendũ sed simpliciter ligat ad se deponendũ, quia talis erronea cõscia contraria diuinæ legi, tenet hoiem extra statum salutis. Si. n. facit illud quod cõscientia dictat peccat mortaliter, quia facit cõtra legẽ Dei. Si facit cõtra cõscientiã mortaliter etiã peccat, quia credit qđ illud facere sit mortale peccatũ, & Deo displicere, & sic facit in contẽptũ eius, q̃uis illud forte Deo placeat in se. Deus. n. non attendit factũ solũ, sed quo animo fiat. Aliqñ vero cõscientia dictat aliquid qđ est præter legẽ Dei, vt leuare festucã de terra, & huiusmodi, & talis teneẽ, aut ipsam cõsciã deponere, aut illud facere aliter peccatũ mortale incurrit. Et ita intel

ligitur illud extra de simo.c. per tuas.el. 2.& de restitu.spoli a.c. litteras,& de præ script.c.finali.& 28.q.1.c.omnes.§. ex his scilicet omne quod fit contra conscientiã ædificat ad gehennam. Et hanc etiam sententiam tenet beatus Thomas, vbi su pra. Et in quæstionibus disputatis de ve ritate.q.17.& 1.2.q.19.ar.6.

De multis boñum con scientijs.

Tertio de conscientia videnda est eius variatio. Pro cuius declaratione,sciẽ dum est secundum Alexandrum de Ales in secunda parte summæ, quòd multæ sunt differentiæ hominum circa cõscien tiam suam diuersimode opinantium seu credentium. Dicebat autem quidam prædicator, quòd caligarij nõ habent tot formas sotularium, quod reperiũtur for mæ conscientiarum suo modo. Sed de prædictis conscientiarum diuersitatibus tantum aliquas referemus. Primo enim sunt aliqui qui sciunt certitudinaliter se non habere bonam conscientiam, vt hi qui sciunt se esse in mortali peccato actu, vel in proposito non pœnitentes.

Quot nomi nibus voce tur consciẽ tia, existen tium in pec cato morta li.

Et istorum mala conscientia aliquando dicitur coninquinata, iuxta illud Thi. 1. Coinquinatæ sunt eorum mens, & con scientia. Aliquando dicitur cauteriata, primæ ad Thi. 4. Habentes cauteriatam conscientiam, id est corruptam praua co gitatione, & adustam malæ concupiscen tiæ igne. Nam cauterium est corruptio carnis ex igne vel per ignem facta. Ali quando appellatur perturbata conscien tia. De qua Sapientiæ. 17. dicitur. Sem per enim præsumit seua, perturbata con scientia, scilicet malum super se venire debere. Sicut fecit Caim Gen. 4. dicens antequam puniretur a Deo præ timore. Vagus & profugus ero super terram, om nis qui viderit me occidet me. Et Gre gorius in moralibus inquit. Dum nulla bonorum operum confidentia fulcitur anima, intueri in summa trepidat quia ipsam conscientiam accusat. Nam ti mor qui in desperationem inducit, ex mala conscientia prouenit. Ideo Chris. super Matthæum dicit. Qui malæ con scientiæ est, semper pusillanimis,& timi dus est. De conscientia ista in qua dicit Aug. in libro de vera innocentia. Nullæ sunt grauiores cruces in vita ista, quàm mala conscientia, & Chris. super Mat thæum ait. Conscientia rei semper in pœna est. Mens enim mala semper con scientiæ propriæ stimulis laceratur.

De consciẽ tia erronea, et vnde pro cedat.

Secundo aliqui putant se habere bonã conscientiam, & gratiam seu charita tem,& neutrum habent. Sicut sunt qui dam christiani tepidi, qui non lustran tes conscientiam suam putant se esse in bono statu,& sunt in peccato mortali. Et hæc dicitur conscientia erronea. Et pro cedit aut ex ignorantia crassa de his quę nõ tenetur scire, quòd sunt peccata mor talia,& illa committendo non excusatur, licet putet esse licita vt declarat Tho. 1. 2.q.78.ar.3. & probatur per legem libe rorum.§. notatur.ff. de his qui no. in fa. Aut procedit ex negligentia addiscendi necessaria ad salutem, de qua Aug. in c. si.37. di. inquit. Illis omnino ignosci non poterit, qui habentes a quo discerẽt ope ram non dederunt. Aut prouenit ex in ordinata affectione, cum scilicet quis de siderat aliquid facere, & victus inordina to affectu format sibi suo modo consciẽ tiam, iuxta illud Senecæ in Prouerbijs. Perit omne iudicium, cum res transit in in affectum, aut accusatur ex superbia, quando quis non humiliat intellectum suum ad credendum melioribus, & sapiẽ tioribus, maxime superioribus suis in dubijs,sed vult sequi suas ceruicositates, & proprias opiniones faciens legem de suo capite,ac spernendo consilia,& opi niones aliorum contra capitulum,ne imi taris, de consti. Quandoq; etiam causa tur talis erronea conscientia ex obstina tione, sicut infideles & hæretici in sua se cta obstinati persequentes veros christia nos,putant,se bene facere, & habere bo nam conscientiam iuxta illud saluatoris dictum. Ioannis. 16. Venit hora vt om nis qui interficit vos, arbitretur se obse quium præstare Deo. Aliquando pro uenit ex temeritate,& præsumptione, si cut aliqui præsumptuosi reperiuntur q cum mali sint, æstimant se bonos, & cre dunt quòd liceat furari, vel ad vsuram mutuare siue rapinas facere, vt eleemosy ne fiant. Et cũ sint pleni peccatis, dicunt singuli, habeo ita bonam conscientiam, si cut tales fratres, vel religiosi. De quibus

Eccle.8. dicit. Sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorũ facta habeant. Et isti dicunt habere conscientiã largam, & rotundã, non habentes stimulũ de peccatis vel habẽtes tm̃ de minimis, & de magnis nihil timentes. Quæ quidẽ cõscientia assimilatur aranearũ telis capientibus paruas muscas, & magnas dimittentibus isti sunt similes pharisæis, de quibus dicitur. Matth.23. q decimabãt mentã, & anetũ, ac rutã, & omne olus sed grauiora legis prętermittebãt. Quidã quoq; reperiunt stimulati in ecclesia spuere, qui postea nullum, aut paruum habent stimulũ de proximi detractione. E contrario vero reperiũtur aliqui qui solũ ponderãt peccata valde enormia, de alijs vero licet mortalibus parũ curant, & multo minus de venialibus, & istorũ conscientia est sicut rete habens larga foramina in quo nõ comprehenduntur nisi maiores pisces, sed minores semper euadunt.

De scrupulosa conscientia.

TErtio aliqui sunt qui non bene sciunt vtrum habeant bonã, aut malã conscientiã, & isti sunt scrupulosi, qui timẽt non timenda, secundũ rectũ iudicium rationis, & semper videtur eis peccare, siue quid faciãt, siue illud omittant, & semper sunt perplexi & vacillantes, & de facili dictis scrupulositatibus astringuntur. Et isti bestiales stimuli vel procedunt ex leuitate cerebri, vel ex cordis pusillanimitate, vel ex diaboli suggestione, & tentatione. Et istorum conscientia est valde periculosa. Nam facit festucam videri trabem, & bonum malum, & leue peccatum apparere graue. Et quandoq; inducit ad desperationẽ. Ideo clamabat Psal. Non me demergat tempestas aquæ, idest desperationis. Hæc scrupulosa conscientia facit omittere multa bona opera, propter timorem peccandi iuxta illud psalmistæ. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Et ideo hortatur Apostolus.1 ad Cor. 10. dicẽs omne quod in macello venit manducate, nihil interrogantes propter conscientiã. Nam scrupulosa sunt. ff. de excusa. tu. & per duo. in c. tua de simo. & in c. inquisitioni. de sen. ex. tales scrupulosi sępe se permittunt ab inimicis suis dæmonibus sub specie stimuli quo ad animam vulnerari, vnde in huius figuram legitur primi Macha.2. q quidã de societate Machabeorum videntes cõtra se venire hostes in die Sabbati, scrupulum habentes ne violarent festũ se defendendo & pugnando permiserunt se ab hostibus occidi. Debent ergo tales scrupulosi rogare Deum vt eis adiet intellectum eorum infundens eis veram cognitionem agendorũ, & ipse dabit illis sapientiam, si deuote inuocauerint eum. Sicut fecit Salomoni, qui de seipso inquit. Sap. 7. Inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ. Debent etiam secundum consiliũ sapientũ illas scrupulositates deponere, vt dicunt Theo. in 2. d. 39. q si fuerint inter eos variæ opiniones, seruent illud quod inquit Hostien. in e. si vir. de cogna. spiri. di. q vbi sunt diuersa iura, vel diuersę opiniones, humanior, & ęquior est præferenda. Facit ad hoc. C. qui bonis ce. pos. l. si. & ff. de pęnis. l. maiorem, & C. de fideicom. liber. l. cum inter. in fi. & de vsuris l. cum antiquitas, & ff. de reli. & sum. fu. l. sunt personæ. Et l. semper in dubijs. l. in re dubia. l. in obscura & l. quotiens dubia ff. de reg. iu. Imo securior & tutior pars semper debet eligi. c. ad audientiam, de homi. c. iuuenis. de spon. & c. Matthæus, de simo.

Timorata conscientia est peroptanda.

LIcet autem deuitanda sit scrupulosa conscientia, ita desideranda est timorata. Dicitur autem quis timoratã habere conscientiam quando non est præsumptuosus sed omnia cũ timore dñi facit, & astute præcauet ne Deũ offendat. Et ita intelligitur illud Gregorij in c. ad eius s. e. di. scilicet bonarum mentium, est ibi culpam timere, vbi culpa non est.

De bona conscientia.

QVarto reperiuntur aliqui qui habẽt bonam conscientiam vel saltem eã habere verisimiliter opinantur, quando scilicet in amore Dei, & proximi radicati, mundam habent animã a mortali peccato. De qua conscientia.1. ad Thi. 1. ait Apost. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona. Super quæ verba dicit Augu. Ille se ad id quod diligit peruenturum esse desperat, cui malæ conscientiæ scrupulus inest. Ille autem sperat qui bonam conscientiam ge-

rit. Debemus ergo taliter operari vt nõ offendamus conscientiam, & tunc operationes nostræ erunt bonæ, iuxta illud Eccle 13. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia. Et ideò debemus imitari Paulnm qui dicebat. Actuū. 24. Studeo sine offendiculo conscientiā bonam semper habere ad Deum & ad homines. De hac etiam loquens Seneca in libro de moribus inquit. Conscientiam magis quàm famam intende, falli namq; poteris fama, cōscientia vero nunquam. Bernardus quoq; in libro de consideratione inquit. Magnæ diuitiæ sunt bona, & tranquilla conscientia. Et 2. ad Cor. 1. ait Paulus. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.

PARS SECVNDA huius sermonis de bonæ conscientiæ conuersatione, quæ fit per gratiam Dei.

Sicut supra declaratum est sermone 6. parte vltima, sine Dei gratia adiuuante non potest homo resurgere a peccato, nec bene operari. Ex quo sequitur q; necessaria est ipsa diuina gratia ad conseruationem bonæ conscientiæ. Pro cuius meliori explanatione decem considerationes de gratia Dei faciemus. Prima erit de eius quidditate. Pro cuius declaratione est sciendum, quòd duplex est gratia Dei, scilicet gratia gratis data, & gratia gratum faciens, vt dicunt theologi in 2. di. 28. Gratia gratis data ideo sic dicitur, quia si non gratis daretur nō esset gratia. 1. q. 1. c. gratia & originaliter fuit dictum Apostoli. 1. ad Cor. 11. Et secundum Alexan. de Ales, in secunda parte summæ, & theologos vbi supra, est donum infusum rationali naturæ sine meritis quantum in se est disponens ad salutem propriam, vel alterius. Et hæc gratia potest stare cum peccato mortali. Et est omne bonum additum bonis naturalibus, sicut gratia prædicandi, prophetandi, faciendi miracula, & huiusmodi, vt dicunt theologi vbi supra. Gratia autem gratum faciens est duplex. Vna increata, & hæc est spiritus sanctus secundum theologos in 1. di. 10. Alia est creata de

Duplex est gratia Dei scilicet gratia data, & gratum faciens, et qd vtraq; sit optime declaratur.

Gratia gratū faciēs est duplex, & qd vtraq;.

qua theologi in 1. di. 17. & in 2. di. 28. & beatus Tho. 1. 2. q. 113. & Alexan. de Ales in 3. parte summæ, in tractatu de gratia, dicunt q; est quidam habitus de nihilo a Deo creatus, & in anima infusus per quem anima fit filia, amica, & sponsa Dei dilecta. De qua gratia dicitur. Psal. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Bernardus autem in quodam sermone de gratia ait. Gratia est quædam lux sole splendidior, animæ iustæ infusa tanq; radius a sole iustitiæ descendens, animam circumquaq; purgans, illustrans, & deificans, hæc ille. August inus autem in libro de trini. dicit q; gratia est excellentius Dei donum qđ solū diuidit inter filios regni æterni, & perditionis æternæ. Vnde dicit Fran. de mayro. in 1. sermone purificationis beatę virginis Marię. Sicut militia cuiuslibet principis distinguitur a militia sui hostis per solum illius principis signum. Ita gratia est signum in anima nostra per quod perfecte discernitur quis sit de militia regis æterni, vel de militia hostis eius qui est rex super omnes filios superbiæ sicut dicitur. Iob. 41. Dicit quoq; idem Franciscus mayro, in 2. sermone Ioannes Baptistæ, q; gratia est vita spiritualis animæ rationalis. Sicut. n. anima dat vitam corpori ex sua præsentia, & ex sua absentia moritur. Sic præsente gratia anima viuit, & ea absente moritur. Et ideo in sacra scriptura viuentes sunt qui habent gratiam, & mortui qui sunt in culpa, dicente domino. Apoc. 3. Nomen habes q; viuas & mortuus es. Quod autem gratia probatur per Apostolum. 1. ad Cor. 15. dicentem. Gratia Dei sum id quod sum. Et hoc confirmat Vgo de sancto Victore in lib. de arra sponse di. Scias anima mea q; gratia est vita tua. Hoc quoq; probatur per locum ab oppositis. Vita. n. & mors sunt contraria, & gratia & culpa mortalis habent contrarietatem secundū theologos in 1. di. 17. Sed peccatum mortale est mors animæ vt ait. Hiero. per illud. Eze. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, & Sap. 16. Homo per malitiam occidit animam suam, ergo gratia est vita ipsius animæ. Vnde quidam dicunt quòd anima est sicut carbo ignitus cum habet gratiam. Carbo enim ignitus habet essen-

essentiam, splendorem & calorem, quod si ponatur aqua super ipsum carbonem, statim recedit calor, & splendor ab ipso, & remanet simplex essentia carbonis tenebrosa, & tunc dicitur carbo non viu' & ignitus, sed mortuus. Sic itaq; fit de anima quę cū est in gratia habet in splẽdorem ipsius gratię & calorẽ & amoris diuini. Adueniente autem peccato recedit totus splẽdor & calor charitatis. Et remanet sola essentia animæ tenebrosa & obscurata, & dicit anima talis mortua propter defectum & priuationẽ ipsi' gratię. Clarum est.n. ꝙ anima est immortalis quo ad essentiã, vt probaui supra in sermone 40. parte 2. Mors ergo spiritualis ipsius animæ est ablatio gratię diuinę. Cū ergo animo sit preciosior omnibus corporibus & tẽporalibus bonis.l. sancim'.C. de sacro sanc. eccle. & c. cū infirmitas de peni. & re. & c. solite. de maio. & obe. & c. sedulo. 38. di Sequitur ꝙ minus malū esset destructio totius mundi, & omniū cęlorum, & quod omnes homines morerentur corporaliter, quam quod vna anima amittat gratiam Dei, propter quam amissionem ipsa anima moritur spiritualiter. Vnde dicitur in c. si habes 24. q. 3. ꝙ innumerabilium mors corporum morti vnius animæ non potest comparari.

Nemine sine gratia Dei posse saluari probatur.

SEcunda consideratio de gratia est de eius necessitate. Ad quam adduci possunt ea quę dixi supra in sermone 6. parte vltima. Quibus hic non recitatis, dico ꝙ sine gratia Dei nemo potest saluari. Quod sic probatur. Finis animę est summum bonum & fęlicitas æterna, secundum theolo. in 2. di. 1. & in 4. di. 49. Vnde Augu. in li. de verbis domini ait. Finis noster est summum bonum omnem naturam excedens. Tunc sic. Finis nō potest haberi nisi per medium vt inquit philosophus 2. Phys. & 3. de regi. prin. Si ergo anima nostra debet finem suum consequi, oportet eam habere medium ipsum. Hoc autem medium non est aliqua res mundana, aut naturalis, quia vt ait phylosophus 11. Metha. ea quæ sunt ad finem debent esse proportionata ipsi fini. Et ideo cum finis animæ sit supernaturalis, necesse est & medium ad illum esse supernaturale. Hoc autem medium est gratia creata quæ est similitudo glorię, vt dicit Alex. de ales in 3. parte summę, in tractatu de gratia. & Tho. 1. 2. q. 113. & sanctus Bona. in 2. di. 28. Vt etiam dicunt quod ista gratia habet virtutem supernaturalem. Et ideo eleuat potentiam animę supernaturaliter. Ex qua eleuatione anima potest acquirere finem illum supernaturalem. Ergo necessario est concludendum prædictis gratiam Dei esse necessariam ad salutem.

Gratiæ preciositas, & desiderabilitas ostẽditur, ex preciositate 4. bonorum, quæ reperiuntur.

QVo ad tertiam considerationem, de gratiæ pręciositate & desiderabilitate est videndum. Vnde dico ꝙ istius excellentis doni preciositatem, & desiderabilitatem declarant, quatuor genera bonorum desiderabilium, vt ait Fran. de mayro. in 1. sermone purificationis beatę Virginis. Quorum primū est bonorū temporalium, sicut sunt diuitiæ, amicitię, honores, & cęterea huiusmodi. Quibus omnibus gratia est magis preciosa, & desiderabilis. Et ideo Apostoli & alij sancti pro diuina gratia obtinenda, Christo vocante omnia temporalia reliquerunt dicente Petro. Matthei. 19. Ecce nos relinquimus omnia &c Secundum est bonorum naturalium qualia sunt corpus, & anima cum suis sensibus, & potentijs, quibus omnibus est magis preciosa, & desiderabilis gratia. Et ideo sancti Martyres tradiderūt sua corpora propter diuinā gratiā. Secundū. n. Aug. plus est eligendum Christo dilecto mori, quam offenso viuere. Et ideo dicebat Dominus Matt. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Animam vero non possunt occidere, quia.s. non possunt eam gratia priuare. Ipsius gratiæ preciositatem cognoscebat beatus frater Leo socius beati Francisci qui cum lachrymis, & suspirijs quotidie rogabat Dominum Iesum vt sibi gratiā suā daret. Cui apparẽs Christus dixit. Quid vis mihi dare pro ipsa gratia mea? Ille autẽ respondit. Dabo tibi lumẽ oculoū meorū. Erat enim contentus priuari vtroq; oculo & sẽp esse cęc' corporaliter, dūmodo gratiā Dei habere, & cōseruare meretur. Nō solum autem gratia est plus diligenda quam

quam corpus, sed etiam plus quam anima vt dicit Ansel in li. cur Deus homo & Fran. de mayro. vbi supra Vnde Apostolus Paulus vt habetur. Actuū. 20. dicebat. Non enim facio animam meam preciosiorem quam me, dummodo consummem ministerium quod accepi a Domino Iesu Christo testificari euangeliū gratiæ eius, quasi diceret. Si me totū expono pro diuina gratia obtinenda qui sum melior quam anima sola, multo magis exponere ipsam animam debeo pro gratia. Quapropter dicit Franciscus de mayro. vbi supra ꝙ qu libet iustus secū dum rectum iudicium rationis potius vellet non solum corpus suum, sed etiā animam annihilari, quam gratiam in ea existentem per mortale peccatum ab ipsa auferri. Tertium genus est bonorum supernaturalium, quæ dicuntur esse spiritualia, sicut sunt virtutes cardinales, theologicæ, & morales, & huiusmodi, quibus omnibus est gratia tanquam preciosior magis desideranda. Quia illo omnia bona spiritualia sine gratia sunt inutilia. Secundū Apostolum 1. ad Cori. 13. Gratia vero sine illis est optima. Quartum genus est bonorum æternaliū, quæ consistunt in fęlicitate æterna, quasi sunt fruitio, & visio diuinæ essentię. Quibus omnibus videtur esse amabilior gratia vt inquit Franciscus de mayro. vbi supra Quia vt videtur sentire Ansel. Quilibet sanctus qui est ī patria potius vellet esse in inferno, cum diuina gratia, quā esse in paradiso sine illa vel in mortali peccato cum tota illa felicitate quā habet. Propter quod Eleazarus scriba in lege di doctissimus potius volebat in infernum descendere quam legem diuinam transgrediendo Dei gratiam dimittere, vt habetur secundi Macha. 6. Et ideo qa gratia Dei est bonum super omnia bona creata desiderabile. Apostolus ad Roma. 6. ait Gratia Dei vita æterna. Quia habet rationem vltimi finis desiderabiles. Ea propter cum tantum bonum sit gratia valde est miserabile quod pro minima delectatione peccati mortalis ipsam quis voluntarie perdat.

Gratiæ pulchritudo

Qvarta consideratio est de gratiæ for*m*tate. Pro cuius declaratione est sciendum secundum. Fran. de mayro. in 2. sermone beati Ioannis Baptistæ quod quatuor sunt creata a Deo secundū ordinem decoris admiranda. Primū est sol ab inferiori, qui est pulchrior nobis omnibus visibilibus. Secundum est cœlum empireum quod transcendet pulchritudinem solis, sicut sol pulchritudinē stellarum &c. Tertium est anima rationalis quę transcendit pulchritudinem solis quando videtur in sua natura plusquam cœlum empireum solem &c. Quartum est natura angelica cuius decor excedit animam sicut sol lunam. Sed gratia est pulchrior sole in sua natura si respiciatᷓ Quia sicut oculus noctuæ respicit stellas, & non potest respicere solem propter nimiam eius claritatem. Sic nec oculus noster potest cernere naturā gratiæ propter pusilanimitatem suam. Vnde cum sol sit minus clarus, anima ipsam illustrare nequit. Sed bene gratia quæ est pulchrior cœlo empireo, quia cœlum empireum secundum sanctos ornabitur corporibus beatorum, & corpora ab animabus, & animæ a gratia quæ est pulchrior anima rationali, quia anima sine gratia deformis est & cū gratia formosissima, vt patet in canticis Salomonis. Et est pulchrior angelica natura. Et minimus Angelus bonus est pulchrior quam lucifer, quia diuisi sunt boni Angeli à malis sicut lux a tenebris Gen. 1. Et tamen secundum naturam pulchrior erat lucifer omnibus aliis. Igitur gratia trāscendit animam nostram in pulchritudine, cum naturalia remanserint splendida, & ideo pro gratia accipi potest illud Sapientie 7. Hęc est speciosior sole. Et ad intelligendam gratiæ pulchritudinem adducit Fran. de mayro. vbi supra tale exemplum di. quod aliqua puella diceretur pulchra si propter suam formositatem cum parua dote vellet eā aliquis diues assumere in vxorem, sed pulchrior cum nulla dote. Sed pulcherima, si eam emeret. Tanta autem est speciositas animę gratia plenę quod rex eternus eam concupiscit, & desponsat confœderando ei totum regnū suum pro dote. Et ideo ei dicit propheta Psal. 44. Audi filia & vide &c. sequitur. Et concupiscet rex decorem tuum. Et pro eius decore

ostenditur.

decore ait sapiens Eccle. 43. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Ber. autem in sermone de gratia inquit, quod talis gratia adeo pulchrificat, & decorat animam, quod si posset talis anima videri in tali gratia adoraretur ab omni humano genere, nec vix vllus posset vnquam cogitare Deum esse pulchriorem illa anima in qua est talis lux gratiæ de nouo creata de nihilo.

De gratiæ nobilitate.

QVinta consideratio est gratiæ nobilitate. Pro cuius declaratione dicit Fran. de mayro. in sermone 2. Io. Baptistæ, quod magna nobilitas est esse de sanguine regio, & maior esse de cognatione deorum. Et ideo reges Persarum dé excellentia suæ nobilitatis vocabant se consanguineos deorum. Anima autem nostra secundum naturam non solum est consanguinea, sed soror deorum. i. Angelorum. Hoc tamen non est nisi ipsa anima sit in gratia, quia tunc se eiusdem matris supernæ patriæ conciues. Dicit enim Aposto. ad Gala. 4. quod illa quæ sursum est Hierusalem est mater nostra. Vbi est intelligendum secundum eûdem Fran. vbi supra quod tres sunt nobilitatis gradus animæ. Primus quorum est quod sit soror Angelorum. Sed maior est quod sit filia Dei, per gratiam enim fit quod sit filia regis eterni, quia secundû Apostolorum ad Roma. 8. Omnes animæ in gratia existentes sunt heredes Dei. Cohæredes autem Christi, & consequenter Dei & filiæ. Vt enim ait Apostolus ad Gala. 4. Si filius & hæres per Deum. Hereditas nanq; paterna primo & principaliter debetur filijs §. sed sui. Instituta de here. quali. & dif. & auten. in successione. C. de suis & legitimis. Et predicta confirmantur per dictum saluatoris Io. 8. vbi ait. Seruus non manet in domo, sed filius. Secundus gradus & maioris nobilitatis est quod sit soror Christi qui est verus Deus, & hoc fit gratia vocat sororem suam. Can. 4. 5. 8. c. Quia ambo sugunt vbera fœlicitatis æterne matris. Tertius gradus quod est per gratiam efficiatur mater Dei spiritualiter. Quia sicut mater Domini in corpore, suo concipiendo verbum est facta mater Dei. Ita anima nostra quando est in gratia, ipsum habet in mête conceptû, iuxta illud Apostoli ad Gala. 4. Filioli quos iterum parturio. Vnde Isa. 26. dicunt existentes in gratia. Concepimus & parturiuimus spiritum salutis. Eapropter de ipsis ait Christus Matt. 12. Quicunq; fecerit voluntatê patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater & soror & mater est. Dicit quoque idem Franciscus quod si ponatur nobilitas luciferi, & omnium Angelorum cum ipso ruinatorum ab vna parte. Et ab alia nobilitas & bonitas vnius animæ habentis talem gratiam. Maior erit incomparabiliter dignitas & excellentia atq; nobilitatis ipsius animæ, iuxta illud. Ecclesiasti, 16. Meliorem vnus timens Deum quam mille viri impij vbi glosa dicit quod ibi ponitur numerus determinatus pro I determinato, & confirmatur hæc veritas per Tho. in 4. di. 17. & 1. 2. q. 113. vbi ait, quod nobilius est esse gratiæ quâ naturæ, quia vbicunq; est esse gratiæ. s. gratum faciêtis, ibi est semper acceptatio apud Deum. Sed non e conuerso, licet ergo Angeli Damnati sint nobiliores natura quam ipsa anima. Quia tamen nô sunt Deo grati sicut anima habens gratiam. Ideo ipsa anima est omnibus Angelis prædictis incomparabiliter nobilior ratione ipsius gratiæ. Et ideo 1. ad Thi. 4. & in c. legimus 93. di. & in c. ecce ego di 95. dicit. Noli negligere gratiâ quæ data est tibi. De qua ait Aposto. ad Ephe. 1. Deus gratificauit nos in dilecto filio suo. Omnis enim gratia a Deo prouenis Psa. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. In quibus verbis innuitur quod quantum in hoc mundo habuerimus de gratia Dei gratum faciête tantum habebimus in cœlo de gloria.

De multiplici vtilitate gratiæ.

SExta consideratio est de gratiæ vtilitate quæ est multiplex. Primo dicitur viuificationis, quia animam per peccatû mortuam viuificat. Vt enim supradictû est. Sicut corpus viuit per animam ita anima per gratiam. Et ideo sicut discedente anima moritur corpus, ita discedête gratia moritur anima, quæ discessio fit per peccatum, & consequenter mors spiritualis animæ. Et ideo Christus inquit iudei Ioan. 8. In peccato vestro

ſtro moriemini quia per pececcatum moritur anima. Et omnia opera quę facit talis anima ſine gratia ſunt mortua. Sicut autem redeunte anima in corpore, illa viuificatur. Ita redeunte gratia, anima ad ſpiritualem vitam reſurgit, vnde Apoſtolus ad Ephe. 2. ait. Cum eſſem⁹ mortui peccatis cõuiuificauit nos Chriſto cuius gratia ſaluati ſumus & cum reſuſcitauit nos cum eo.

De 2. gratiæ vtilitate. SEcunda vtilitas dicitur adornationis. Gratia enim ponitur a Deo in anima per modum indumenti honeſtantis vt ait Fran. de mayro. in 1. ſermone purificationis Virginis Mariæ. Sicut enim verecundia eſt videre vnam puellam nobiliſſimis ortam Natalibus nudam, & in medio virorum ſolemnium. Ita eſt videre animam carentem diuina gratia in medio Angelorũ eã cuſtodientiũ, quinn ditatem eius decernunt. Et ideo de tali anima dicitur. Eze. 16. Tranſiui per te & vidi te, & eras confuſione plena, iſtã confuſionem non timet anima in conſpectu Dei, & Angelorum in peccato indurata, quia ſeipſam non conſiderat, & nudam ſe eſſe in conſpectu Dei & Angelorum non cogitat. Cur dicitur Hiere. 3. Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Sed quando habet gratiam; tunc eſt inſtar Virginis veſtita candidis veſtitibus ſuis. Et ideo Apoc. 19. dicitur de ſponſa agni. Qualis eſt anima exiſtens in gratia, quod datum eſt illi vt cooperiat ſe biſſino ſplendenti, & cãdido. Ille autem biſſus eſt innocentia ſiue iuſtificatio ſanctorum quę non niſi ꝑ gratiam haberi poteſt. Et icciſcò inquit Aug. in li. de verbis Domini quod anima ſaluanda debet eſſe ſicut ſponſa temporalis quę vadit ornata ad ſponſum ſuum. Veſtimentum autem animæ eſt gratia de quo ait cęleſtis eius ſponſus Apo. 3. Suadeo tibi veſtimentis albis induaris i. gratię ne appareat confuſio nuditatis tuæ, & Eccle. 9. dicitur. Omni tempore candida ſint veſtimenta tua. Et ideo rogabat Dauid Pſa. 50. Deum di. Lauabis me & ſuper niuem dealbabor. De illo etenim qui habet gratiam de potest dici illud. Danielis. 7. Veſtimenrum eius album ſicut nix. E tales ſic veſtiti erunt ſocij Chriſti in cęlo, ſicut ipſe inquit Apoc. 3. di. Ambulabunt mecum in albis quia digni ſunt.

De 3. gratiæ vtilitate. TErtia vtilitas dicitur decorationis. Sicut enim aliqua Domicella dicitur tota deformis, quia caret aliqua conditione corporali, vel moralis ad eius decorem neceſſaria. Ita anima quando caret gratia eſt tota deformis. Quia ſecũdum Gre. Omnes virtutes quæ ſunt anima ſine gratia ſunt informes, & ſimiliter eorum actus. Vnde de anima ſe ſpõte gratia ſpoliãte dicitur a Domino. Iſa. 47. Denudaſti turpitudinem tuã. Quãdo autem habent gratiam eſt valde pulchra & clara & delectabilis. Vnde ei dicit eius ſponſus cęleſtis. Can. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula nõ eſt in te. Et non ſolum Deus eius pulchritudine delectatur, ſed etiam omnes Angeli, ei amoris glutino copulantur. Et verificatur illud. Sap. 8. in amicitia illius dilectio bona.

De 4. animæ vtilitate. QVarta vtilitas dicitur ſanationis. Gratia. n. ſanat animam, Homo. n. exiſtens in peccato dicitur eger, ſed in gratia dicitur ſanus & ita intelligitur illud. Matt. 9. Non egent qui ſani ſunt medico, ſed male habentes. Sicut ergo bene ſanus optime iudicat de ſaporibus, vt non placeant ſibi amara, nec diſpliceant dulcia. Ita homo deo gratus habens animam ſanam, & rectum iudicium rationis, iudicat ſpiritualia eſſe optima, & delectabilia, & mundana, ac temporalia & corporalia eſſe vana, iuxta illud Eccle. 1. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Item ſicut homo ſanus non conturbatur a contrarietate humorum ipſum moleſtantium, ita anima exiſtens in gratia non multum inquietatur ab impugnationibus paſſionũ ipſam moleſtantium. Sed quando caret gratia, tunc exiſtens quaſi infirma moleſtatur multipliciter a paſſionib⁹ ipſam vexantibus ad modum febrium, vtpote ab ira, concupiſcentia. &c. De qua infirmitate dicit Apoſtol⁹ 1. ad Cor. Inter vos multi infirmi & inbecilles. &c. Sed quando aduenit gratia, tunc anima efficitur ſana. Vnde animæ ſe diſponenti ad gratiã dicit

dicit Deus Isa. 58. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Eapropter dicit Eccle. 41. Gratiam, & spem desiderabit oculus.s. animę rationalis tantas gratię vtilitates intuentis.

De 5. gratiæ vtilitate.

QVinta vtilitas q̃ ponit Frã. de may. ĩ 1. sermone purificationis beatę Virginis Mariæ dicitur excitationis, q̃a gratia habet animã a somno negligentię excitare. Illi.n. q̃ sunt in gratia dicuntur ĩ scriptura diuina vigilantes, & illi q̃ sunt sine gratia, dormiẽtes, de q̃bus ait Apostolus 1. ad Cor. 11. Inter vos dormiunt multi. Sicut.n. dormiẽtes nõ negociantur nisi circa somnia quę sunt figmenta. Ita homo sine gratia occupaĩ circa figmẽta sensibilia, & vanitates huius mundi quę delectãt admodũ somni nõ saluãtis, iuxta illud Ps. Dormierũt somnũ suũ, & nihil inuenerũt omnes viri diuitiarũ ĩ manibus suis. Quia tamẽ anima existẽs in gratia licet sit in mũdo cõsopita, est tamen vigilans ad æterna. Ideo dicit Canticorũ 5. Ego dormio, & cor meũ vigilat.

De 6. gratiæ vtilitate.

SExta vtilitas diciĩ munitionis siue roborationis. Quia gratia habet animã munire, & roborare admodũ armaturę ꝓtegentis, vt dicit Fran. vbi supra. Sicut enim homo metuens, & inermis nõ potest resistere inimicis, ac eos superare, ita nec homo sine gratia, imo sẽper in tentatione succumbit. Ecõtra vero existẽs in gratia faciliter potest aduersarios dęmones superare, vt ait Aug. in li. de libero ar. Et ideo dęmones super primo quærũt animã gratia priuari facere, & sic armatura sua spoliare, vt possint ducere hominẽ quocũq; velint. Propter ꝙ hortaĩ Apostolus ad Ephe. 6. di. Induite vos armatura Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.

De 7. gratiæ vtilitate.

SEptima vtilitas diciĩ fęcũdationis, siue fructificationis. Gratia n. habet animã fæcundare. Sicut enim terra est sterilis, nisi irrigeĩ aqua, ita anima nostra nisi roreĩ gratia. Quicq̃d enim anima agit sine gratia existens, totũ ẽ infructuosũ ad vitã æternã. Vnde talis homo põt dicere Deo cũ Psal. Aĩa mea sicut terra sine aqua tibi. Quãdo aũt habet gratiam est ita fęcũda vt singula ei⁹ opera sint meritoria, & cõdigna vitę æternę 2. ad Co 11. Potẽs ẽ aũt De⁹ omnẽ gratiã abũdare facere in vobis, vt in omnib⁹ omnẽ sufficiẽtiã habentes abundetis in omne opus bonũ. Et ideo quilibet debet charipẽdere gratiã que est adeo ꝓciosa, ꝙ magis meretur q̃s operãs cũ ea in quolibet actu virtuoso, etiã minimo ꝓ momẽtũ tẽporis, quã alius in peccato mortali, & cõmuniter sine gratia in omnib⁹ virtuosis & moralibus actibus qui sunt informes, etiam si in eis perseueraret ꝑ millia annorum. Nã minim⁹ actus virtuosus factus cũ gratia de cõdigno mereĩ vitã æternã, vt dicit Fran. de may. in 1. sermone purificationis Virginis Mariæ, & Theologi ĩ 2. di. 27. Si q̃s autẽ haberet nũmũ ita ꝓciosum, ꝙ cũ eo posset de condigno emere vnũ regnũ æternũ, certe illũ cũ maxima diligentia custodiret. Et ideo summa cura custodienda est gratia quę tãtũ est preciosa, vt acquirere possit vitã ęternã, & fęlicitatẽ ꝑpetuã. Dicit etiã Fran. de mayro. vbi supra ꝙ sicut arbor siluestris sibi ipsi relicta facit fructus insipidos. Si vero ei inseratur ramusculus arboris domestice facit fructus sapidos. Ita anima nostra si in puris naturalibus dimittatur fructus eius sunt insipidi, quia ad fęlicitatẽ non proficiunt, cũ per solũ liberum arbitrium non possimus gratiam mereri errante pelagio. Si autem ei gratię ramusculus inseratur faciet fructus optimos & saluberrimos. Vnde de gratia potest dici illud Prouer. 3. Fructus eius preciosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, huic non valent cõparari.

De. 8. gratiæ vtilitate.

OCtaua vtilitas dicitur refrigerationis. Nam secundum Frã. de mayro. in 2. sermone Io. Baptistæ. Gratia assimilatur vento refrigeranti. Sicut.n. spiritus dat refrigerium ardoribus corporis, Sic gratia habet refocillare ardores mentis qui sunt secundum concupiscentiam nostram ne extinguant animam. Vnde anima quæ est in gratia non sentit taliter ista incendia. Et ideo in figuram habetur tertij Reg. 19. ꝙ in spiritu animæ tenuis veniebat Dominus ad Heliam.

Nona

NOna vtilitas dicitur extinctionis. Secundum enim Fran vbi supra gratia assimilatur aquę viuæ refocillanti. Quia sicut aqua habet ignis ardorem extinguere. Ita gratia habet mentes sitientium refocillare. Tam enim sitibundus est appetitus noster, vt non possit quietari in hoc mundo, cum semper plus appetat naturaliter. Quia ista non sufficiunt ei sicut nec terra ad implendum cęlum maius se. Vt patuit de Alexandro Magno quando audiuit opinionem Demetrij de infinitate mundorum. Nam doluit quia non poterat subiugare nisi vnum de quo Iuuenalis ait. Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis; Gratia autē refocillat hūc appetitum in nobis. Quia homines a Deo accepti siue in gratia cōstituti sunt in vita contenti, vnde Paulus 1. ad Thimo. 6. dicebat. Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti sumus, & ad Hębre. 13. ait, Sint vestri mores sine auaritia cōtenti pręsentibus. Ideo de gratia sua sub nomine aquæ inquit saluator. Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum.

De 10. gratiæ vtilitate.

DEcima vtilitas dicitur inflammationis. Vt enim ait Franci. vbi supra. Gratia assimilatur flamme ardenti. Quia sicut flamma consumat omnem rubiginem auri & purgat ipsum ab omni macula, sic gratia quando anima inflammatur quæ auro propter excellentem suæ naturæ perfectionem comparatur, ab omni inquinamento, purgatur. In cuius figuram fuit præceptum Leuitici. & Numeri 31. vt quandocunq; vas auri esset contaminatum purgaretur per flammam.

De 11. gratiæ vtilitate.

VNdecima vtilitas dicitur eductionis, scilicet a peccati amaritudine. Vt.n. pisces de mari nunquam intrant dulcem aquā, nisi prius percipiant ipsius aquæ dulcedinem. Qua gustata, statim relicta amaritudine maris, intrant dulcem aquam, & ibi morantur. Si peccato qui dicitur morari in mari propter amaritudinem, & inquietudinem proprię conscientię. Isa. 57. Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, Nunquam ex hoc mari euadere potest, postquam in eo semel submersus est nisi diuina gratia illum eduxerit, vnde Isid. ait in libro de summo bono. Postquam peccato obligauimus nos in operibus diaboli, iam nostra virtute surgere non valemus. Sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur vbi venti tempestas eam deuoluerit, sic homo diuinę gratię auxilio perdito, non quod vult agit, sed quod diabolus persuadet. Et nisi manus Christi ipsum inde extraxerit vsq; ad mortem in peccatorum suorum sordib⁹ & vinculis permanebit, hęc ille. Sed gustata dulcedine gratię statim anima recedit ab amaritudine peccati. Hęc autem est illa dulcedo de qua dicitur. Prouerbio 16. Dulcedo animæ sanitas est cordis.

De 12. gratiæ vtilitate.

DVodecima vtilitas dicitur illustrationis. Gratia enim vt ait Franciscus de mayro. vbi supra & etiam in sermone 1. Purificationis beatæ Virginis assimilatur luci refulgenti, & manifestanti atq; ostendenti. Vnde de ipsa dici potest illud Io. 1. Et lux in tenebris lucet. Vnde sicut lux est causa cognitionis mutuæ inter amicos ita gratia reddita animā familiarem, & cognitam Deo & Angelis. Et econtra est de non habentibus gratiam quibus dicet Christus in iudicio illud Matthei 25. Amen dico vobis, nescio vos. Sicut enim luna quando est totaliter opaca non videtur nec cognoscitur a nostro sensu, nec aliqua res posita in obscuro quantum ad visum, ita anima quando est sine gratia, est a Deo spiritualiter incognita. Quando autē est in gratia est ei notissima per approbationem. Vnde illi dicit illud Exodi. 33. Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Sicut etiam existens in tenebris ignorat quæ circa se sunt. Et potest esse iuxta serpentes, & in rebus sedis nec illas videbit. Sed luce aduenientes visis periculis in quibus prius erat inuolutus magis pauet quam prius. Ita existens in tenebris peccati non præcipit eius aculeos, nec fętores. Sicut simia dormiens iuxta stipitem, seu pilam ligneam aut saxeam cui alligata est, non sentit eius pondus donec elongetur ab ipsa,

ipsa, quia eam post se trahit. Et similiter peccator non precipit quãta sit peccati miseria nisi ipse diuina illustratus gratia elongetur a peccato. Considerat enim tunc ipsius peccati grauedinem, & miseriam, vnde Aug in soliloquio inquit. Conuersus vidi tenebras meas in quibus fueram, & abyssum tenebrosam in qua iacueram, & dixi. Veh veh tenebris meis in quibus iacui, veh cęcitati illi in qua verum lumen cœli videre non poteram. Veh preteritę ignorantiæ in qua nõ cognoscebã te Domine, hęc ille.

Gratia assimilatur soli in multis effectibus, et primo in illuminatione.

SEd pro maiori declaratione prędictorum dico q̃ gratia est luci solis similima. Quia ergo vt dicunt phylosophi naturales, sol habet multos effectus, ideo aliquos ex eis pręcipuos contemplabimur ipsius gratiæ gratum facientis effectibus proportionatos. Primus dicitur illuminationis. De quo dicitur in c. nec quenquam de conse. di. 4 Sicut sol æquali luce super omnes irradiat sic gratia Dei sine acceptione personarum æqualiter in omnibus diffundit scilicet si ipsi se disponant vt infra videb.tur. De sole etiam inquit Ambrosius in quodam sermone. Sol est oculus mundi, iocunditas diei, pulchritudo cęli, mensura temporum, virtus & decor omnium nascentium, Dominus planetarum, & perfectio omnium stellarum. & Plato in Thimeo dicit. Iussit Deus rerum conditor lucem esse clarissimam, quam solem vocamus cuius splendore cęlum illustratur, & animantia drriguntur, hęc ille. Hanc proprietatem illuminandi animã nostram, habet gratia Dei. Cum enim homo est in peccato mortali dicitur esse totus obscurus, & tenebrosus, iuxta illud Prouerbiorum 4. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruunt & Sapientiæ 2. Exęcauit eos malicia eorum, & Sopho. 1. Ambulabunt vt cęci, quia Domino peccauerunt. Quando superuenit in eum gratia Dei totus illuminatur, vnde glosa super illud psalmi vt exhilaret faciem eius in oleo air. Gratia est nitor animę ad reconciliandum sanctum amorem & Bernar. in sermone de gratia inquie. Gratia illuminat intellectum ad benefaciendum inflammat affectum, & cor roborat ad virtutem. Item gratia Dei dat fidem, & facit remissionem peccatorum de conse. di. 4. c gratia. Et non solum facit vitare malum, sed etiam facere bonum de conse. di. 4. c. placuit & c sequenti. De ipsa etiam sanctus Bona. vbi supra dicit Gratia est spiritualis influentia quæ mentes rationales fonti lucis assimilat, & conformat. Secundus effectus solis dicitur viuificationis. Sol enim cuncta quæ in hyemę sicca videbantur, & mortua, in vere & ęstate pulchrescere, & ridere facit. Sic gratia in hieme peccati aridam animam & priuatam omnibus bonis operibus, in vere & æstate diuinę charitatis renouans viuificat, & ad pristinum decorẽ reducit amissosq; per peccatum bonorum operum fructus & flores restituit, eamq; mirabiliter floridam, & decoram facie, & de morte reuocat ad vitam. Ideo glo. super epistolas Pauli quam refert sanctus Bona. vbi supra dicit. Gratia est perfecta iustificatio impij & remissio peccatorum. Vnde Paulus ad Ro 3 dicit. Iustificati gratia ipsius. Et ad Ro. 7. & ad Thi. 3. ait. Gratia Dei iustificamur transumptiue in c. placuit, de conse. di. 3.

de 3. Ratio solis effectu.

TErtius solis effectus dicitur purgationis. Sol enim radiorum suorum immissione subtiliat aerem, disgregat, & consumit vaporem inficientem & pestilentem. Vnde quando tempus est nebulosum multo tempore dicitur. Iste aer est morbidus. Sed inualescentibus radijs solis cessat talis dispositio. Sic gratia omnem peccati fętorem ab anima expellit, eamq; gratam, & odoriferam Deo, & hominibus facit. Vnde Alex. de Ales in 3. parte summæ, in tractu de gratia eam diffinit di. Gratia est quædam forma a Deo data, gratum faciens habentem, & opus eius bonum reddens.

De 4. effectu alis, p quem ipsi assimilatur gratia.

QVartus solis effectus dicitur decorationis. Vt enim dicit Macrobius in lib. saturnalium. Solis constellatione homines fiunt pulchri, & agiles. Vnde antiqui pingere solebant solem in forma adolescentis ceruleis crinibus, flammeisq; oculis, ac rubentibus labijs, & genis lacte, & vino compositis. Ideo apud

apud poetas appellatur Phebus, idest pulcher Deus. O gratia venustans, o gratia pulcherrima, o ornamentum animæ Christianæ, o vestimentum auro contextum, o gratia speciosissima. Tu flãmeis oculis ad amorem tuum cunctos attrahis, tu vestita charitate regis æterni thalamum intrare, ad libitum vales. Ideo ad Hæbrę. 4. Pau. dicebat. Adeamus cum fiducia tronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur & gratiam in auxilio opportuno.

De 5. solis effectu.

QVintus solis effectus dicitur conciliationis. Nam sol virtute sua conciliat in corporibus animalium quatuor elementa, quæ propter contrarietatem, & repugnantiam quam habent inter se subiectum destruerent, nisi solis influentia cęlesti adinuicem conciliarentur. Si gratia diuina conciliat, & pacificat conscientiam ab interiori bello, ne possint inualescere contra eam insidię dęmonũ, carnis, & mundi, nec eam valeant á statu salutis deijcere. Vnde Eccle. 27. dicitur. Homo sanctus in iustitia manet sicut sol. Vel alio modo gratia dicitur conciliare, quia vnit diuersa corda, & facit vnam esse mentem in diuersis compaginibus corporum. Ideo super prędicta Eccle. verba inquit glo. Sanctus in iustitia manet, dum gratia vestitus propter Deum, & ꝑximũ diligit, cui vnus factus est. Eapropter in huius figuram, Naum 3. scriptũ est. Ortus est sol & auolauerũt locustæ, quia orto sole gratię in anima auolant cogitationes immissę a dęmone contra proximos.

De 6. solis effectu.

SExtus effectus solis dicitur demonstrationis. Per irradiationem namq; ipsius, colores, & rerum species & figuræ quę in tenebris sunt confusę discernunt, & illius pęnitentia ignorata cognoscent. Sic gratia docet nos cognoscere, & probare verũ spiritus ex Deo sint quia sępe malus angelus in bonum se transfigurat secundæ ad Cor. 11. Et ideo quia gratia quodam supernaturali lumine demonstrat homini ad salutem necessaria, dictũ fuit Paulo 2. ad Cor. 12. Sufficit tibi pau le gratia mea.

De 7. effectu solis, in quo gratia sibi assimilatur.

SEptimus effectus solis dicitur fortificationis. Sole namq; ascendente super nostrũ orizonté, virtutes animaliũ fortiores fiunt, & vsq; ad mediũ cęli augmẽtantur. Sed in eius declinatione vsq; ad occasum propter eius elongationẽ debilitantur corpora suis virtutibus, & qua si i somno resoluũt, vt patet etiã in floribus, qa in ortu solis aperiunt & in occasu marcescũt, vel palmitant. Sic gratia Dei dũ ẽ i anima omnes virtutes roborat, & auget. Vnde ad Hebrę. vltimo dicit Paulus. Optimũ est gratia stabilire cor. Ideo Isi. in li. de summo bono inqt. In omni opere tuo auxilium Dei posce, omnia diuinę gratię ascribe nihil meritis tuis attribuas, deq; virtute tua nihil pręsumas. Nam vt dicitur in c. vl. de cõse. di 4. Sine gratia Dei mandata eius impleri non possunt. Ideo Pau. 1. ad Cor. 15. dicebat. Gratia Dei sum id ꝙ sum, & gratia eius in me vacua non fuit. Et ibidem inquit. Abũdãtius his omnibus. s. Apostolis laboraui, non autem ego, sed gratia Dei mecum.

De 8. solis effectu.

OCtauus effectus dicitur delectationis. Delectabile enim est videre solis radios, ac eius lucem, iuxta illud Ecclesia. 11. Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem, gratia, vero est illa quæ delectat animam. Vnde in quodam sermone Chrisostomi ait Gratia est sanitas mẽtis, & delectatio cordis. Ideo Dauid Ps. 4. inquit. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lętitiam in corde meo.

De 9 effectu solis.

NOnus effectus dicitur immutationis. Sol enim tẽpora immutat quia descẽdens ꝑ signa australia, & septentrionalia, Dies efficit breuiores, & ascẽdens ꝑ eadẽ signa facit longiores. Itẽ existens in nostro emisperio diem facit sed existẽs in alio noctem inducit. In ariete existens facit ver, in ascensu ad cancrũ æstatem, ad libram autumnum, ad scorpionẽ vero cum venerit hiemẽ inducit. Et hoc in simili facit gratia. Nam mutat totum hominẽ, quia facit de peccatore iustum, de homine Angelũ, de terreno cęlestẽ, de sensuali austerũ, de luxurioso castũ, de superbo humilẽ, & de seruo diaboli filiũ

Dei,

diuinæ gratię immutatione loqués psal mista inquit. Hæc mutatio dexteræ excelsi. Decimus solis effectus dicitur variationis. Sol etenim experiētia teste vario modo in die se ostendit. Nā mane rubet, tertia lucet, meridie feruet, & vespere pallet. Vnde secundum poetas sol fingitur habere quatuor equos. Primus est ericeus, idest rubeus, secundus athaticeus, idest splendens, tertius, lampas idest ardens, quart⁹ philogeus, idest amas. Et hos quatuor equos habet gratia, quę primo rubet in aduentu, quia confunditur peccator ex recordatione proprię iniquitatis. Secundo lucet per conscientię serenitaté. Tertio feruet pro donatā charitatem. Quarto pallet per crucis meditationé. Vnde quasi relinqtur corpus in terra mortuū, & anima sursū ferí p cótéplationé. Et hoc est q inqt Dauid ps. 83. loqués Deo & dicés. Beat⁹ vir cuius est auxiliū abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco quem posuit.

De 11. solis effectu, in quo ipse gratia similis est.

VNdecimus effect⁹ solis dicit̄ fructificationis. Aliquādo.n. reperiuntur aliquæ valles ita profundę, q ad ipsas non potest radius solis attingere, & ideo beneficio solis priuatę, aut totaliter sūt steriles, aut eorū fruct⁹ sunt insipidi. Et similiter anima existēs in profunda, & tenebrosa vallę peccatorū, ac radijs solis iustitię Christi priuata.s. eius gratia, efficitur sterilis, aut saltē ei⁹ fruct⁹, idest operationes sunt inutiles. Sapientiæ 4. Fructus ei⁹ inutiles, & ad nihilū apti. Sed si lux ista solaris, & vera q̄ illuminat omné hominé venienté in hunc mundū terram aspiciat oculo suæ gratiæ, statim sublata sterilitate producet fructuū abundantiā, scilicet meritorū. Et ideo in huius figurā legit̄, q terra erat inanis, & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi. Et dixit Deus. Fiat lux, & facta est lux. Et statim sequitur q Deus præcepit vt terra germinaret herbā virenté, & ligna pomifera secundū genus suū, vt patet. Gene. 1. Est igitur vna proprietas solis inter alias, quod terræ poros aperit, & latenté virtutem in radicibus producit ad actū, & cūctis germinantibus virtutem fructificandi tribuit. Vnde ait Arist. 2. de generatione, quod si sol inferioribus virtutem suam non infunderet, terra non fructificaret. Et hoc idem facit gratia Dei sine qua opus aliquod meritoriū, ac fructuosum homo facere non posset. Vnde Sapiētiæ 8. dicebat Salamon. Scio quod cótinens esse nó possum, nisi Dominus dederit. Et Iere. 10. dicit̄ Scio Domine quod nó est hominis via eius, nec viri est vt dirigat gressus suos. Et ad Romanos 9. ait Paulus. Nó est volentis neq; curré tis, sed miserantis est Dei. Et Berna. in li. de libero arbitrio dicit. Conatus liberi arbitrij cassi sunt a diuina gratia non adiuuantur, & nulli si ab ea nó excitantur. Et ad Romanos 12. iterū inqt Pau. Gratia salui facti estis per fidem non ex vobis. Et Ansel. in li. de gratia & libero arbitrio dicit. Sicut terra spinas, & tribulos, & quasdā herbas non necessarias per se germinat, vitæ vero necessarias nó nisi semine. Sic homo per se potest cogitare vana, & noxia. Ea vero quæ sunt salutis nó potest sine gratia. Quod dictum originaliter fuit Pauli, secūdæ ad Cori. 3. Et subdit idem Anselmus vbi supra. Gratia, & liberum arbitrium ita se habent ad ea quę sunt salutis, sicut pater & mater ad prolem. Vnde sicut sine patre, & matre proles non potest nasci, ita sine gratia, & libero arbitrio homo non potest saluari, hanc autem gratiam paratus est Deus omnibus elargiri, si ipsi se disponant. Vnde Cyprianus in epistola ad Donatum ait. Profluens largitor spiritus nullis finibus præmitur, nullis metarum spacijs frenatur, manat iugiter, exuberat affluenter, nostrum tantum pectus sitiat vt pateat. Quantum enim fidei capacis afferimus, tantum gratiæ inundantis haurimus hæc ille.

GRatia ergo diuina omnes suscipit. §. hinc autem nobis in auten. de mona. Sed multi sunt qui nolunt eam recipere, & se præparare. Et ideo si eam non habent non prouenit ex defectu gratię largitoris, sed indispositionis suscipere debentis. Quia actus actiuorum non sunt nisi patiéte bene disposito 2. de aīa. Nā forma ignis introduci nó pōt i ligno nisi p caloré prius disponatur. Et anima nó

Si quis non habet gratiā, defect⁹ nō ē ex parte largientis eam, sed ex parte recipientis.

infunditur antequam corpus liniamenta habebat 32. q. 2. c. sicut fęmina. Item oportet prius domũ cõpaginari quã habitatorem introduci. c. ꝙ vero eadẽ q. & causa. Et similiter oportet animã prius bene disponi vt recipiat gratiã spiritus sancti. Nã naturaliter remissio peccatorũ pręcedit infusionẽ gratię de peni. di. 2. si autẽ. Vnde oportet animã illã peccatis mũdari, quæ vult diuina gratia repleri. de pe. dist. 1. §. alij ecõtra. Licet autẽ gratia Dei nõ sit in potestate hominis, tamen si q̃s eã non receperit, ei imputabitur qa potuit illã habere si voluisset se dispo nere, & potest dari exemplũ de Sole q̃ nõ est in potestate nostra, tamen si q̃s est in domo totaliter clausa, sed radijs solis vndiq; circũdata si ipsa dom⁹ nõ illuminatur merito ei imputat̃ ꝙ potuit si voluisset fenestras, & ostiũ operire, quo actu facto illustrata esset solari radio. Itẽ nõ est in potestate agricolę ꝙ crescãt semina & fruct⁹ qa hoc est a virtute cęlesti, tamen si ager nõ fructificauerit ei imputabit̃ si eũ nõ excoluit, & bene purgauit ac dispo nit. Itẽ quãdo Papa dat indulgẽtiã visitãti ecclesiã aliquã. Quæ indulgẽtia non est in potestate mea. Quia tamẽ actus. s. ire ad ipsã ecclesiã que sequitur indulgẽtia est in potestate mea. Si ipsã indulgentiã nõ habuero, merito mihi imputabit̃, & nõ Papę Et similiter est dicẽdũ de gratia quã De⁹ paratus est omnib⁹ dare qui ait Io. 7. Siquis sitit veniat ad me & bibat. s. aquas gratiarũ, de q̃bus etiã Isa. 55. dicit̃. Omnes sitiẽtes venite ad aquas. Et Zacha. 13. dicit̃. Erit fons patẽs domui Dauid & habitãtibus Hierusalẽ in ablutionẽ peccatorum & mẽstruatę, ꝑ Dauid enim qui interprętatur manu fortis intelliguntur actiui, per Hierusalem vero quę interprætatur visio pacis intelligũtur cõtemplatiui. Nomine autẽ peccatoris intelliguntur illi qui habent peccata spiritualia. Per menstruatã vero illi qui habent peccata carnalia. Omnes enim prædicti in fonte gratiæ diuinæ bibere debent. Actiui vt amplius roborentur, cõtemplatiui vt dulcius contemplentur. Et omnes peccatores vt a sordibus mundentur. Quia autem aliqui vel non volunt de isto fonte bibere, vel nolunt se ad bibendum pręparare, ideo eius dulcedinem nõ possunt degustare. Et potest ad prædicta dari exemplum de sole, qui licet vniformiter se habeat in se quo ad operationes suas, tamen ratione diuersæ cõplexionis inferiorum diuersos causat effectus. Nã aliqua soli apposita liquescunt. Alia vero indurescunt. Similiter licet sol lumen suum in omnes stellas vniformiter diffundat, tamen vna stella est minus clara, quam alia, ꝙ non procedit ex defectu solis, sed propter inęqualem dispositionem ipsarum stellarũ. Gustus autem gratiæ diuinę est tãtæ virtutis, quod extinguit sitim omnium mũdanorũ, & tãtę dulcedinis ꝙ in dulcedinem conuertit supplicia tormentorum, ac tantæ suauitatis quod animam excitat ad desideria supernorum. Quod. n. eius virtus extinguat sitim mundanorũ patuit in Magdalena, in qua extinxit sitim carnalis concupiscentiæ, & in Matt. ac Zacheo, in quibus extinxit sitim auaritiæ, & in Paulo sitim superbię, & mundanæ gloriæ, ac in Iacobo & Io. in quibus extinxit amorem domesticum & proprium. Nam audita voce gratiosi magistri vocãtis eos statim relictis omnib⁹ & etiam relicto patre in naui vt patet Matt. 4. Secuti sunt Dominum Iesum, non seipsos aut proprias voluntates, vnde Aug. inquit. Qui biberit de fluuio paradisi cuius gutta maior est occeano, restat vt in eo sitis munda penitus extinguatur. Quod autem dulcedo ei⁹ tormenta, & supplicia vertat in dulcedinem patuit in Stephano, de quo canit ecclesia. Lapides torrẽtis illi dulces fuerunt, & in Andrea cui supplicium crucis conuertitur in gaudium. Vnde crucẽ alloquens dicebat securus, & gaudens venio ad te. Item in Laurentio qui dixit Decio. Disce miser quia carbones tui mihi refrigeriũ ꝑstãt. Et ĩ Apostolis de q̃b⁹ dicitur Act. 5. Ibãt Apostoli gaudentes a conspectu concilij quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. Quod vero eius suauitas faciat desiderare cęlestia patuit Matt. 17. vbi Petrus aqua spiritus sancti potatus, & quo dammodo ebrius effectus dixit. Domine bonum est nos hic esse. Si vis faciam⁹ hic tria tabernacula. Dicitur autem tabernaculum a taberna. Volebat enim Petrus

trus ꝙ ibi essent tres tabernę, in quibus vinum spiritus sancti venderetur. Ita ꝙ pater haberet suā tabernā fili⁹ suā, & similiter spiritus sanct⁹. In taberna autē patris vēdit̄ vinū potēs, idest gratia corroborā q̄ habet animā in bonū confirmare. In tabernā filij venditur vinū clarū.i. gratia illuminās quę habet, animā in agēdis dirigere, & illuminare. In taberna autem spiritus sancti vendit̄ vinū dulce. gratia dulcorās quæ habet animā cęlesti dulcedine adimplere. Duodecimus effectus gratiæ quem nō habet.s. in vita ęterna. Ait.n. propheta Psal. 83. Gratiā & gloriā dabit Dominus, vnde Alex. de ales in 3. parte sūmę, in tractatu de grata inqt quod gratia est similitudo gloriæ. Nā ad Ro. 6. dicit Pau. Gratia Dei vita æterna, & Pro. 8. Gratia increata inqt. Qui me inuenerit īueniet vitam.s. æternā, & Io. 4 Saluotor ait. Qui bibe rit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitā æternā. Aquā n. quātū descendit tātū & ascendit. Et ið gratia Dei de cęlo descendens, & ad nos veniens, perducet & salire nos faciet in cęlū. Siqs autē haberet aqueductū perducere valentem eū ad cęlū, valde charipenderet illū ac ipsum reparatū teneret. Et ideo gratiā Dei ad cęlū nos perducentē charipendere debem⁹, ac omni diligētia cōseruare. Nam dicitur. Ecclesia. 40. Gratia sicut paradisus in benedictionib⁹, misericordia in seculum permanet. Et ad Titū. 3. dicit Paulus. Vt iustificati gratia ipsius hęredes simus secundū spem vitę ęternæ.

De septem personis inuenientib⁹ gratiam in conspectu domini.

QVo ad septimā cōsiderationē de gratiæ acquisibiliate dico quod septē personę scribūtur in sacra scriptura quę septēpliciter inuenerunt gratiā in oculis Domini. Prima fuit mater Dei quæ eā inuenit per via humilitatis, & obedientiæ. Vnde ait Lu. 1. Respexit humilitatem ancillæ suæ, &c. Et Angelus Gabriel ei dixit. Inuenisti gratiā apud Deū. Secunda est persona Pauli cui dictum fuit a Domino. Sufficit tibi Paule Gratia mea 2. ad Cor. 12. Et ipse inuenit eam per viā charitatis & amicitiæ, quia Christum ardentissime amabat dicens ad Ro. 8. Quis me separabit a charitate Christi, &c. Tertia persona est Noe de quo dicitur. Gen. ꝙ inuenit gratiam corā Domino. Et ipse inuenit eā per viā puritatis & Innocentię, quia solus inuētus est sine labe peccati, tempore diluuij vt patet in eodem c. Quarta persona fuit Abraham qui inuenit gratiam corā Domino in valle mambræ per viā veritatis, & beneficientiæ, vt patet Gen. 18. Quinta persona fuit Loth qui inuenit eam per viam honestatis & mundicie a peccato sodomorum, vt patet Gen. 19. Sexta persona fuit Moyses q inuenit gratiam coram Deo vt patet Exo 33. & hāc inuenit per viam benignitatis, patientię, quia fuit vir mansuetissimus omniū qui erant in terra. Numeri. 12. Septima pesona fuit Phinees q inuenit eā per uiā æquitatis, & iustitię, vt patet. Numeri 25 quādo Zelodei interfecere sacrilegos, & delinquentes vt ibidē habetur, ꝑ quas vias & nos debemus ambulare si volum⁹ gratiam Dei habere, & dicere ei cū psalmista, vias tuas Domine demonstra mihi. &c. Hęc autem gratia augetur in vobis multipliciter secūdum Fran. de may. in 1. sermone purificationis Virginis Marię Maxime per bonorum operum exercitationem, quia vt ait Aug. Charitas meretur augeri vt aucta mereatur & perfici. Mereri autem nulli conuenit nisi ꝑ bonos actus. Item per sacramentorum diuinorum frequentationem, maxime in confessione & communione, vt patet per Dionisium 3. c. cęlestis Hierarchię. Itē conseruatur multipliciter secundū Fran. Ibidem. Maxime per pugnationem patiētiæ etiam a paruis peccatis, quia sicut in in vase Argenteo paulati rubigo contrahitur quando macula non statim, abstergitur. Ita paulatim contrahitur in anima nostra si non abstergatur ab ea venialis macula, quia successiue dilatatur, & quandoque transit ad rubiginem peccati mortalis. Nā sicut dicebat beatus Frā. Si diabolus potest habere capillum de homine, cito facit crescere in trabem. Et ideo dicitur. Prouer. 25. Aufer rubiginem de Argento, & egredietur vas purissimum. Cōseruatur etiam per virtutē humilitatis, quia vt ait Gre. in mora. Humilitas est omnium virtutum custos. Item per custodiā cordis & mundiciam.

titur ne ambulet obligatur. De secūdo autem s. de dānatione capitis ait Aug. Peccator seru⁹ est tot dominorū quot vitiorum. Vnde legit de Diogene philosopho, q cū Alexāder Magnus diceret se dominatorē orbis, dixit ei. Nequaq̄ es Dominus sed seru⁹ seruorū s. vitiorū quę ego suppeditaui, sed ipsa vicia dominantur tui q sequeris eorum instinctus. Item sicut lepra super sequtur leprosum vt notatur in .l. frater a fratre. ff. de cōdi. inde. Ita peccatum peccatorē maxime in morte, & ad iudiciū vniuersale. Vnde ei dicit secundum Ber. Tu me fecisti. Opus tuū sum sequar te quocunq; ieris. Itē lepra est cōtagiosa, alios inficiendo. Et ideo secundū le. Leui 13. Tāgens leprosū efficit immund⁹. Et similiter facit peccatum, iuxta illud psalmi 17. Si cū malo malus eris. Quod etiā notatur in. §. cogitādum. in auten. de mona. & in .l. ediles. l. 2. §. qd ergo. ff. de edil. edic. & in c. sępe 28. q. 1. dici. q sępe malorū cōsortia etiā bonos corrūpunt, & Ecclesia. 13. scriptū est. Qui cōmunicauerit superbo induet superbiā. Et ideo moralis Cato inqt. Cū bonis ambula. Nā sicut leprosus generat leprosum. Ita vn⁹ peccator facit alium peccatorem ex cōsortio. Dicit. n. Eccl. 13 Qui tetigerit picem inqnabitur ab ea. Propter q prohibuit Domin⁹ iudeis familiaritatem cum Eueis, Iebuseis, & Cananeis. Deut. 7. Ne accideret illud q postea euenit. De quo squit Ps. Commisti sunt inter gentes, & didicerūt opera eorum. Et ideo inqt Pau. 1. ad Cor. 5. Ne cōmisceamini fornicarijs hui⁹ mūdi, aut auaris vel rapacibus. Item leprosus habet anhelitum fętidum, & inficientem. Et peccator est fętid⁹ p verba scurrilitatis, detractionis, & adulationis. Ecclesia. 12 Sicut eramentum eruginat neqria illius. Et Prouer. 15. Cor stultorum ebullit stulticiā. Et 1. ad Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et Ecclesia. 9 Colloquium eius exardescet quasi ignis.

Sequitur ostendendo peccatū lepræ assimilari.

Item leprosus sitim patitur Isaię 5. Multitudo eorum siti exaruit. Nunq̄ vero est satietas in peccato. Prouerbiorum 13. Venter impiorum insaciabilis. Vnde Hieronimus in quadam epistola. ait. Libido tamen patitur sui. Et Prouerbiorum 27. dicitur Infernus & perditio nunquam replentur, & Ecclesiastes 5. Auar⁹ nō implebitur pecunia. Sicut etiā lepra facit hominem æstuare Sic peccatum, Ecclesiastico 23. Anima calida sicut ignis ardens. Nō extinguetur donec aliqd glutiat. Estuauerunt Iudith. 13. dicit Estuauit anima eius, & Apoc. 15. Estuerunt homines ęstu magno. i. diuersis cōcupiscentijs ppter peccatum. Item lepros⁹ abominabilis est sanis, & peccator bonis inquantum talis. Vnde Psal ait. Iniquitatem odio habui, & abominatus sum. Et iterum. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis &c. Et Vgo i li. de bono cōscientię ait. Tollerabilior est canis putridus fetens hominib⁹, quā anima peccatoris Deo. Et Oseę. 9 dicit. Alienati sunt in confusione peccatorum & facti sunt abominabiles. Item sicut leprosus fętet, sic peccator p infamiā, Iob 20. Quasi sterquilinium in fine perdetur. Et Deuteronomij 32. Peccauerūt & non filij eius in sordibus. Et Iohelis 1. Cōputruerunt iumenta in stercore suo. Item lepra viciat, & corrumpit omnes sensus corporis. Et peccatum impedit omnes animę virtutes, & sensus spirituales. Nam debilitat virtutem operatiuā quæ est quasi manus animæ, facit. n. eā esse pigrā ad bene operandum. Prouer. 46. Abscondit piger man⁹ suas sub assella sua. Et eiusdē li. 11. Man⁹ in manu nō erit innocens man⁹. Oportet nāq; eos q volunt saluari, facere sicut illi de quib⁹ dicitur Neemię. 4. q vna manu faciebāt opus, & alterā tenebāt gladium, debemus enim vna manu contra diabolum pręliari, & alia benē operari, quod qa nō faciunt pigri. Ideo in inferno habebunt manus ligatas. Matt. 22. Ligatis manibus & pedib⁹ &c. Sicut ergo leprosus amittit manus & pedes. Ita peccator bonas affectiones & operationes. Et in figura huius Iudicum 1 quod Adonizedech qui interpretatur doctor tempestatis, vel diabolus fulgurans suos per pœnam æternam, & ducens eos in præsenti ad egestatem spirituale, amputauit septuaginta regibus summitates, manuum, & pedum. Et secūdi Re. 19. habetur de Misiboseth, qui claudus vtroq; pede voluit venire ad Dauid, & non potuit. Item

ſicut lepra aufert oculus. Sic peccatum peccatoribus, dicente pſalmiſta. Super-cecidit ignis, ſcilicet peccati, & non viderũt ſolẽ.ſ.iuſtitię Chriſtũ, Aufert.n. oculũ fidei, & cognitionis. Dei Sapientie 2. Excęcauit eos malitia. eorum. Itẽ amittere aures facit lepra. Et eodem modo peccatum tollit aures ne legem Dei peccator audiat,& ne mãdatis obediat, & nares ne odorem Chriſti, & Paradiſi ſentiat. Eze. 23. Naſũ tuũ & aures tuas præcident tibi.ſ. ne ſentias illum odorẽ virtutũ, & charitatis Dei. De quo Eccleſiaſtici 24. dicit ſapientia diuina Ego quaſi libanus non inciſus euoporaui habitationem meã. Peccator.n. horret ſpiritualia. Eccleſiaſti. 12. Audiet luxurioſus, & diſplicebit ei. Item peccatori tollit lepra peccati odoratũ ne poſſit eſſe de illis qui dicunt Chriſto. Canticorũ primo. In odorem vnguentorum tuorũ currimus. Cum.n. deberet odorare ſuauitates diuinas, odorat fętentes carnalitates. Iſaiæ 3. Erit pro ſuaui odore fętor. Itẽ tollit ei guſtum alterando palatum, quia nõ ſapiũt illi ea quę Dei ſunt 1. ad Cor. & Prouer. 27. dicitur. Anima ſaturata, ideſt amore terrenorum repleta, calcabit fauum,ideſt dulcem amorẽ cęleſtiũ. Et Iſa.5. Veh qui dicitis bonum malum, & malũ bonũ, ponentes lucẽ tenebras & tenebras lucẽ, & amarũ in dulce & dulce in amarum. Item leproſus barbam amittit. Et peccator vtilitatem bene agendi, & operandi. Cui inquit Pſalmiſta.Sicut noua cula acuta feciſti dolum. Et Iſa. 7. dicitur. In die illa radet Dominus in nouacula acuta caput & barbam, ideſt gratiam, vel cogitationes, & viriles operationes. Item maculatur leproſus varijs coloribus. Et peccator diuerſis vicijs. Quia vt ait Greg. in mora. Peccatum ꝙ per pęnitentiam non diluitur mox ſuo pondere ad aliud trahit. Itẽ lepra quanto reprimitur ſtrictius, tanto magis nocet. Et ſic facit peccatum abſconditum. Oſeæ 13 Peccatum eius abſconditũ, dolores parturientis venient ei. Et Proue. 28. Qui abſconderit ſcelera ſua non dirigetur. Item leproſus iubetur eijci extra caſtra. Leuit. 13. & numeri 5. Et ſic peccatoris oblatio reſpuitur a Deo c. in grauibus 3. q. 7. Vnde in figuram huius Leui. 23. de hoſtia quæ debet offerri in ſacrificio dicitur. Omnis macula nõ erit in ea. Item leproſus portabat veſtimẽta diſſuta,ideſt facilia ad induendum, & caput nudum & os veſte contentum, & ſeparatus ab alijs habitabat, & ſe contaminatum & immundum clamabat, vt patet Leui. 13. Et ſimiliter exiſtẽs in peccato mortali dicitur habere veſtimẽta diſſuta, ideſt facilia ad induendum,quia de facili ſe relaxat ad omnia peccata Sapie. 5. Laxati ſumus in via perditionis. Item caput nudum, ideſt animam nudam veſtimento gratię Dei. Anima enim dicitur caput hominis,quia eſt eiꝰ pars principalis, ſicut caput corporis. Cui dicitur Ezechi. 18. Nuda eras, & confuſione plena Item habet os contectum,quia nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Eccl. 15. vnde pſalmiſta inquit. Obſtructum eſt os loquentiũ iniqua. Item contaminatum & immundum ſe proclamare debet dicens De ille Iob. 18. Reputati ſumus vt iumenta,& ſorduimus coram te. Item habitat ſeparatus.ſ. a ſanctorũ, & iuſtorum participatione, quia de eorum meritis non participat ſicut membrũ putridum, & ſicvm non recepit corporis nutrimentum, & æternaliter erit ſeparatus a conſortio beatorum. In cuius figuram dicitur ſecundi Parali.26. ꝙ Ozias rex fuit leproſus vſq; ad diẽ mortis ſuę, & habitauit in domo ſeparata, plenus lepra. Obquam eiectus fuerat de domo Domini. Item lepra mutat pellem,ꝰ ſic peccatum hominis vitam, & conſcientiam Treno. 4. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? Item lepra moribus eſt incurabilis, ſic peccatum quantum in ſe eſt. Vnde Hier. 30. Inſanabilis eſt fractura tua dicitur peccatori. Sicut ergo lepra non curatur niſi per miraculum. Sic nec peccatum. Iſa. 43. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. dicit Dominus. Vnde Aug. ſuper Io. inquit. Maius eſt de impio facere pium, quam de nihilo creare cęlum & terram.

QVo ad ſecũdum de variatione lepræ eſt ſciendum ꝙ dicit Archiepiſco. florentinus in proemio ſecundę partis ſummę ſuę ꝙ peccatũ mortale eſt quędã

lepra

Per septē leprosos in sacras scriptura, dessignant septē peccata mortalia capitalia, ꝙ de omnibus sigillatim ostenditur.

lepra spiritualis quæ inficit, & maculat animā tollitq; decorē gratiæ. Et ideo in sacra scriptura designātur septē peccata capitalia ꝑ septē leprosos. Nā superbia figuratur ꝑ leprā. Oziç qui propter superbiā & ꝑsūptionē cū esset rex voluit officiū sacerdotū vsurpare incensū offerē do in templo, propter ꝙ effectus est leprosus, vt dicitur secūdi Para. 26. Auaritia figurāt per leprā giezi qui propter auaritiā effectus est leprosus. 4. Reg. 5. & 1. q. 1. c. cū ordinaret. Luxuria figuraretur in lepra imprecata Ioab, secūdi Reg. 3. cui dictū est. Non deficiat de domo tua patiens fluxū seminis, & lepros⁹ &c. Potest etiā figurari ꝑ decem leprosos mundatos a Christo. Lucę. 17. quia sunt decem species luxurie secūdū eum. Item qa dictū fuit illis. Ite ostēdite vos sacerdotib⁹, qa nullū viciū ita abscondit ab hominibus in cōfessione sicut peccatū luxuriç. Inuidia figurāt ꝑ leprā Mariæ. Numeri 12. quæ ex inuidia murmuraue rat cōtra Moysen. Et ideo leprosa facta est. Accidia figurāt ꝑ leprā Moysi qui cū in sinu manū misisset, effecta ē leprosa. Exodi. 4. Sic accidiosus manum tenet in sinu idest nō bene operatur. Ira figurāt ꝑ leprā Naaman cui cū dictum fuisset ex parte Helisei ꝙ iret ad Iordanem, & lauaretur septies, & ita mundaretur a lepra, iratus est & indignatus recedebat quarti Reg. 5. Gula figuratur ꝑ quatuor leprosos qui manebāt iuxta portā Samariæ, q accesserūt ad tentoria inimicorū ad comedendū, & bibiendū quarti Regū. 7. Quia quatuor sunt modi gulæ vt dicit Ioannes Cassianus in collationib⁹ suis. Quia igitur genus humanū erat infectū omni ista lepra. Ideo di. Matt. 8. ꝙ ascendente Iesu de mōte idest de cęlo, primo occurrit ei leprosus quem sanauit. Vera est enim sententia psalmistę dicentis. Omnes declinauerunt, simul inutiles fact sunt. s. per leprā peccati. Aliqui namq; declinauerunt per nominatiuum, idest ꝑ superbiā, querentes in nominari, & exaltari. Alij per genitiuum, idest per luxuriā. Alij vero per datiuum verberantes, & offendentes proximum ex ira. Alij ꝑ accusatiuum, idest per inuidiam accusantes & iniurijs afficientes proximum. Alij autem per vocatiuum idest per gulā ꝑ quā emittitur vox, & organizatur. Alij per ablatiuum, idest ꝑ auaritiā aliena rapientes, & iniustitie auferentes. Alij vero in vtiles facti sunt per indeclinabilitatem, idest per ociositatem, q sunt hethe rocliti, & anomali, & effecti sunt leprosi, & marcidi per ignauiam, & tepotē.

Ostenditur quod modis curātur supradictæ lepræ, tot etiā modis curantur peccata mortalia.

VTergo hanc leprā peccati mortalis bonæ conscientiæ aduersariam valeamus totaliter eradicare est videndū tertio de eius curatione. Vnde notandum ꝙ leprā multipliciter curatā legimus. Primo ꝑ ablutionem, vt patet quarti. Regi. 5. in Naamā, Et significat lachrymarum effusionem, vnde psalmista dicebat. Lauabo per singulas noctes lectum meum lachrymis meis stratum meum rigabo Secundo ꝑ ostensionem vt in decem leprosis Lucę 17. quibus Christus dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus, & significat purā confessionem. Sed tamen in via mūdati sunt, quia Deus virtute contritionis peccatorē mundat interius, priusq̄ a sacerdote absoluat exteri⁹ ꝙ ē patuit in Lazaro quē Dñs suscitauit priusquā a discipulis solueretur. Ideo inquit Dauid Psal. 3. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiā meā Domino & tu remisisti impietatē peccati mei. Dixi idest firmitur status, vbi Aug. ait. Magna est Dei pietas, vt ad solam promissionē peccata dimittat. Non dum pronunciat ore, & tamen Deus iam audit in corde Tertio per seperationem sicut patuit Numeri 12. in Maria sorore Moysi quæ septem diebus separata fuit & significat excōmunicationem quæ instar cauterij debet esse medicinalis, sicut patet 1. ad Cor. 5. de illo fornicario quem Apostolus excōmunicauit Vt autem quisq; leprosus possit sanari debet se separare a lepra, idest a peccato, seruās illud Ecclesiastici 21. Quasi a facie colubri fuge peccatū. Dentes leonis dentes eius, interficientis animas hominum & quasi romphea bis acuta omnis iniquitas. Et illud Hiere. 50. vbi Dominus ait. Recedite de medio Babilonis, vt saluet vnusquisq; animam suam; Qui n. nunc non se separabit a peccato Deus eum separari faciet a sanctorum collegio Mat. 13. Exibunt Angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mit-

De quinq; prioris modis quibus curātur lepra peccatum.

tent eos in caminum ignis. Quarto per inclusionem sicut patuit Exo. 4. in manu Moysi quę de sinu extracta apparuit leprosa.s. in sinum reposita munda fuit. Et significat quod multi qui in seculo le prosi erant per peccatum viuentes carnaliter mundantur spiritualiter quando religionem ingrediūtur. Quinto per tactū vt in leproso a Christo mūdato Mat. 18.

De triplici tactu, qbus etiā Deus leprosos, ac peccatores sanat.

Est autem triplex tactus vn⁹ pure corporalis.s. quando q tangit, & q tangitur est corpus, & iste fuit in Christo valde virtuosus. Lucę 7. Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat & sanabat omnes. Secundus est partim corporalis, & partim spiritualis, quando quod tangitur est corpus, & quod tangit est spiritus. Et iste tactus tribulationis inflictę Iob 2. Tange os ei⁹ & carnem &c. Tertius est pure spiritualis quando quod tangit & quod tāgitur est spiritus, & iste est tactus inspirationis internę, primi Re. 10. Abijt cum Saul pars exercitus quorum tetigit Deus corda. Deus ergo aliquos leprosos sanat tactu corporali, sicut prędictum leprosum quando manus Christi eius carnem tetigit, & mundauit. Notandum tamen q isti leproso mundato per tactum, Christus mandauit, vt sacerdotibus se repræsentaret, & offerret munus quod præcepit Moyses in testimonium illis spiritualiter ad cōfirmationem prædictorum, de confessione sic potest exponi, videlicet quod tunc leprosus tangitur, & mundatur, quando peccatoris cor cōpungitur, & tunc sacerdoti se repręsentat quando sua peccata cōfitendo manifestat, & tunc sacrificiū offert quando satisfactionem complet. Secundo aliqui sanantur partim corporali, & partim spirituali.s. p tribulationem & aduersitatem, quia in tempore tribulationis peccata dimittuntur Tobię 3. Alij vero per tactum pure spiritualem, quādo Deus salubre propositum eis infundit per internam inspirationem. Sap. 16. Sermo tuus domine sanat omnia.

De 6. modo curandi lepram, ac peccatum.

Sexto lepra curatur per humilem sui recognitionem, quod significatum est Lucę. 17. in decem leprosis a Christo mundatis qui steterunt a longe. Secundum n. legem non audebant leprosi stare cum sanis. Et ideo a longe steterunt. Similiter & humilis peccator non audet Deo appropinquare, sicut dicitur. Lu. 18. q publican⁹ a longe stās nō audebat oculos ad cęlum leuare. Sed talis humilitas Deo appropinquare facit, dicente psalmi. Respexit in orationem humiliū &c. Et iterum, Cor cōtritum & humiliatum Deus non despices, & Iacobi 4. dicitur Appropinquate Deo.s. p humilitatem, & appropinquabit vobis.s. per benignam exauditionem.

De 7. modo quo curatur lepra, et peccatū.

Septimo curatur lepra per accēsum desiderium & clamorosā oratione, vnde dicitur Lucę 17. q prędicti leprosi leuauerunt vocem dicentes, Iesu præceptor miserere nostri. Ille autem ad Deum clamat qui sua desideria ad Deum leuat, vt sicut prius desiderauerat terrena, sic postmodum desideret cęlestia. Quod desiderabat fieri beatus Aug. dicens, O si possemus excitare homines, & cum illis pariter excitari, vt tales essemus amatores vitæ permanentis quale sunt homines vitę fugientis. Cum tali etiam desiderio clamabat psalmista dicens. Clamaui in toto corde meo exaudi me Domine. Aliqui enim clamant cum nullo corde, qui nullam habent deuotionem nec attentionem. Isa. 20. Populus hic labij⁹ me honorat, cor autē eius lōge est a me. Et isti nō sonātur a lepra sua. Alij autē clamāt cū medio corde, q habent attētionē sed nullā deuotionē. Oseæ 10. Diuisum est cor eorū, & tales perfecte non sanantur. Alij vero clamant cū toto corde, qui ī suis orationibus habent intellectū, & affectum, attentionē, & deuotionē, sicut faciebat Apostolus dicens 1. ad Cor. 14. Orabo spiritu, orabo & mente, & isti perfecte sanantur.

Notandū est etiā q priusquā leprosi sanarentur clamauerūt, & post sanationē ille qui reuersus est ad Iesum iterū clamauit. Nā dicitur vbi supra q vn⁹ ex illis, vt vidit qa mūdatus est reuersus est cū voce magna magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Per hoc autem significatum est quod ad Deum clamare debemus vt sanemur,

neemur,& vt in sanitate conseruemur, & merito. Quatuor enim de causis homo aliquando clamat.s. a facie ignis, a violentia furis, ab impetu aquarum, & a terrore hostium. In nobis autem adhuc est ignis concupiscentiæ. Iob. 13. Ignis est vsque ad consumationem deuorans. Sed felix qui dicere potest illud. Ecclesi. 15. In medio ignis non sum æstuatus. Contra hunc ignem debemus ad Deum clamare. Iohelis. 1. Ad te domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti. Debemus etiam petere aquam lachrymarum quæ hunc ignem extinguit. Eccle. 3. Ignem ardentem extinguit aqua. In nobis etiam sunt fures, id est oculi lasciui, iuxta illud Trenorum. 3. Oculus meus deprædatus est animam meam. Et ideo debemus ad Deum clamare, & eorum custodiam petere, & dicere cum psalmista. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. In nobis etiam sunt aquæ multarum tribulationum, vnde psalmista clamabat dicēs. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerūt aquæ vsq; ad animam meam &c. Ideo debemus clamare, & Dei consolationē petere, sicut fecerunt discipuli, dicentes. Matth. 8. Dn̄e salua nos, perimus, & facta est tranquillitas magna. In nobis est etiā continuum bellum. Iob. 7. Militia est vita hominis super terram. Ideo debemus ad Deum clamare & eius adiutoriū postulare, sicut clamauit Moyses, cui ait dominus. Exo. 14. Quid clamas ad me? & tunc dominus Pharaonem cum suo exercitu in mari submersit. Quia ad clamorem nostrum dominus vires diaboli, & totius exercitus sui frangit, & concedit nobis sanitatem a lepra peccati mortalis. Quam vt possimus euitare nouem regulas in eius cognitionem nos ducentes contemplabimur.

Nouem regulas dat, quibus cognoscemus peccatum mortale.

PRimæ aut tres sunt per respectum operationis extrinsecæ, quarum prima dicitur charitatis oppositio. Et ista est beati Tho. 2. 2. q. 59. ar. 4 & q. 132. ar. 3. qui ait quòd peccatum mortale illud esse dicitur quòd proprie de se virtuti charitatis opponitur. Cuius ratio in aperto est, quia secundum omnes theologos. Nulla gratia, aut virtuosa operatio sine charitate ad salutem prodesse potest, vt supra probatum est sermone. 5. parte tertia. Omne igitur quod est contra charitatem Dei, vel proximi est mortale peccatum, nisi esset adeo leue, quòd quasi pro nihilo extimari possit. Quod enim minimum est pro nihilo a legibus reputatur. Quod dictum etiam ponit beatus Tho. 2. 2. q. 66. ar. 6. vt puta, si quis acciperet quid modicum nesciente illo cuius est, putans quòd pro paruitate rei nec damnum, nec etiam molestiam illi inferat. Et exemplificat ibi beatus Thomas de acceptione vnius acus. Et ad cōfirmationem huius potest adduci lex, eleganter. §. vltimo. ff. de dolo. Vbi dicitur quòd pro minima re nō datur actio. Et in c. etsi quæstiones, de simonia dicitur, quòd in modico non committitur simonia. Si tamen quis contra patroni voluntatem aufferre putabat, vel causa furandi abstulit, propter paruitatem rei non excusatur a peccato, vt ait Augustinus in libro de vero cultu. Nam furtum committitur etiam in vno ouo, vt dicit glosa in. §. gallinarum. insti. de rerū diui. Et hoc probatur per textum in c. vlti. 14. q. 6. Vbi dicitur. Furtum non solum in maioribus sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim quid furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Vnde quantumcunq; quis abstulerit, furti crimen incurrit, hæc ibi.

2. Regula qua cognoscitur peccatum mortale.

SEcunda regula est præcepti diuini trās gressio, quæ est mortale peccatum. Vt enim dicit Ambrosius in lib. de paradiso, peccatum est præuaricatio legis diuinæ, & cœlestium inobedientia mandatorum. Et Augustinus in libro contra Manicheum inquit. Peccatum est dictū, aut factum, vel concupitum contra legem Dei. Sanctus quoque Bonauentura in secundo di. 23. dicit quòd triplex est lex. s. naturæ, scripturæ, & gratiæ. De prima habetur. Lucæ. 6. & Matth. 7. Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Quod etiam habetur in cap. humanum genus prima distin. Contra quod faciens peccat mortaliter, vt ait Alexander de Ales in tertia parte summæ in tractatu de legibus. Negatiuè quoque ponitur hoc præceptum, scilicet quæcunque non vul-

De præcepto legis naturæ.

tis, & faciant vobis homines hæc nolite facere illis. Tobiæ.4.& Act.15. & 50. dist. capitulo, ponderet & 3.q.6.c. decreto. & 10.q. prima.c. placuit.

De præceptis legis scripta.

SEcunda lex est scripturæ vnde sciendũ est secundum quod dicit Vgo in libro de sacramentis quòd ea quæ in lege naturali duobus præceptis clausa fuerant, per legem scriptam postea septem præceptis secundæ tabulæ expressa sunt. Decẽ itaque sunt præcepta diuinæ legis, scilicet tria primæ tabulæ, quę ordinant nos ad proximum, de quibus diffusius tractauimus in prima parte huius operis, sermone.16. cum quatuordecim sermonibus sequentibus. Et ideo hic pertranseo.

De præceptis legis euãgelicæ.

TErtia est lex gratiæ, scilicet euangelica. Quicunque ergo transgreditur mãdata voius ex his tribus legibus mortale peccatum incurrit, & quotidie ab ecclesia chatolica maledicitur, dum dicitur in officio diuino illud psalmistæ. Maledicti qui declinant a mandatis tuis domine.

3. Regula, qua cognoscere possumus peccatũ mortale.

TErtia regula cognoscendi peccatum mortale dicitur superiorum contemptio, scilicet non adimplendo honesta, & licita eorum præcepta. Secundum enim dominum Bona. in 2. di. vlti.art.3.q.1.tenetur christiani obedire suis iustis principibus temporalibus, in his quæ nõ sunt contra Deum, vel ecclesiam, quæ sunt secundum rectam consuetudinem rationabiliter statuta. Sicut sunt tributa, & vectigalia iusta, & consimilia. Vnde dominus. Matth. 22. dixit. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari Et Apostolus Roma.13. ait. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et infra. Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Et iterum ibidem. Subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Et primæ ad Thi. vltimo etiam dicit. Quicunque sunt sub iugo seruitutis, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini blasphemetur. Si quis autẽ aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, superbus est nihil sciens &c. Quilibet ergo subditus debet obseruare obedientiam sui superioris, vt religiosus prælati, seruus domini, vxor viri, & discipulus magistri, in rebus tamen licitis, & honestis tantum aliter transgrediens obedientiã sui superioris factam per modum præcepti, vel æqualentis, & de his quæ potest præcipere incurrit mortale peccatum, vt declarat beatus Bonauen. vbi supra. Et hoc probatur per c. quisquis.14.q. 1. vbi dicitur. Quisquis præceptis non obtemperat reus est & debitor pœnæ, præcepto enim domini non obedire peccatum est. Et c. sequenti dicitur. Quod præcipitur imperatur, & quod imperatur necesse est fieri, si non fiat pœnam habet, vbi consi lium datur offerentis arbitrium est. Vbi præceptum, necessitas seruientis. Et c. si dominus. 11.q.3. dicit Hiero. Si dominus iubeat ea quæ nõ sunt cõtraria Deo, nec aduersa sacris scripturis subijciatur domino seruus. Si vero contraria præcipit, magis obediat Deo spiritus, quàm corporis domino. Et infra. Si bonum est est quod præcipit, imperatur iubentis exequerre voluntatem. Si malum respõde. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus, hoc ipsum, & de seruis apud dominos, & de vxoribus apud viros, & de filijs apud patres, quòd in illis tantũ debeant dominis viris, & parentibus esse subiecti, quæ contra Dei mandata non sunt, hæc ille. De muliere quoq; Gen. 3. dicitur. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et 1. Petri. 1. Mulieres subditæ sint viris suis, de alijs vero subditis dicit b.Tho.2.2.q.154.ar.2. quòd de lege naturæ est vt quilibet seruus subijciatur domino suo, & minor maiori. De hoc etiam contemptionis prælati vitio ait Apostolus Roma. 3. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Qui autem Deo resistunt, damnationem sibi acquiruntr. Ideo Ray. in summa in tit. de sententijs præcepti, dicit quòd subditus tenetũ de necessitate obedire iusto pręcepto prę lati sui, aliter peccat mortaliter. Et hoc est verum etiam si in præcepto fuerit apposita pena temporalis, vel corporalis, vt ait dominus Ioannes de Anania doctor Bononiensis in quodam suo consilio. Nisi forte excuset eum ignorantia, extra de consti.c. vt animarum lib.6. Maxime

xime autem est obediendum prælatis spiritualibus propter præceptum domini. Matth. 23. di. Omnia quæcunq; dixerint vobis seruate, & facite, propterea dicit Scotus in 4. di. 15. quòd non adimplens pœnitentiam sibi a confessore iniunctam peccat mortaliter, quia agit contra mandatum ecclesiæ, & confessoris qui est Vicarius Dei in illo actu. Ex quo infert b. frater Michael de Carchano in quadragesimali de peccato, in sermone Dominicæ in ramis palmarũ parte prima, quòd totiens quis peccat mortaliter, quot sunt confessoris mandata quæ prætermittit. Quæ tamen intelligenda sunt quando confessor intendit obligare ad peccatum mortale, & mandatum eius est rationabile.

Verum multo grauius peccat qui prætergrediuntur mādata sanctæ matris ecclesiæ, quia Matth. 18. dicit dominus. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. Mandata autē ecclesiæ sunt vt confitearis saltem semel in anno, & iniunctam pœnitentiam studeas pro viribus adimplere. Et vt in paschate recipias eucharistię sacramētum. De quibus præceptis habetur in c. omnis de pœni. & re. Item quòd diebus festiuis audias missam. De quo mandato habetᷣ in c. missas & in c. omnes fideles, de conse. di. 1. & in c. vt dominicis extra de paro. Item vltimas voluntates defunctorum tuorũ exequaris. c. vltima. 13. q. 2. Et maxime soluēdo legata facta ecclesijs. c. qui oblationes. ea. q. & causa. Item vt obserues festiuitates sanctorum, capitulo, pronunciādum, de conse. di. 3 & c. primo de fer. Item quòd ieiunes totam quadragesimam, de consecra. dist. 3. c. non licet, & c. non oportet, & c. placuit, & c. quadragesima. de consecra. dist. in. 5. Item quatuor tempora. 76. di. c. Ieiunium & c. statuimus, & c de ieiunio. Item vigilias omniū Apostolorum, excepta vigia Philippi, & Iacobi, & Ioannis Euangelistę. c. consiliū de obser. ieiu. Item in vigilia natiuitatis Domini. c. 1. de obser. ieiu. quæ si venerit 6. feria possunt hi qui nec voto, nec regula ad abstinentiam carnium astringuntur ipso die natiuitatis carnibus vti, secundum consuetudinem ecclesię generalem, c. explicari. eo. ti. Item in vigilia Penthecostes. c. nosce credo. 76. di. Item in vigilia Assumptionis virginis Mariæ, de obser. ieiu. c. 1. Et in vigilia beati Ioannis Baptistæ, & beati Laurentij, ac omnium sanctorum, secundum Inno. & communiter doctores in dicto c. 1. Et hoc ratione consuetudinis approbatæ quæ ligat. c. cō suetudo. 1. di. & c. ecclesiarum, & c. in his 11. di. vnde dicit Ricardus in 4. di. 15. ar. 3. q 8. quòd si in aliqua religione est aliquod ieiunium consuetum, quod tamen non est præceptum per ius positiuũ, nihilominus est obseruandum ab existentibus ibidem. Dicit quoq; glo. in c. illa autem. 12. di. quòd viatores tenentur sequi consuetudinem loci ad quem veniunt, per textum dicti capituli. In omnibus ergo ecclesiæ præceptis, tam quo ad ieiunia, quàm quo ad alia, quilibet non rationabiliter excusatus non obediens mortalis peccati lepram incurrit, quod probatur per capitulum, nulli fas, & capitulum sic omnes. 19. di.

Quæ nam sint ecclesiæ præcepta ostenditur.

Alijs quoq; tribus regulis venire possumus in cognitionem peccati mortalis, per respectu ad considerationem operationis intrinsece quarũ prima quæ est quarta in ordine dicitur deliberata cōsentatio. Non enim actus tantum, & operatio culpæ mortalis, sed etiam sola intentio firma peccandi, est mortale peccatum. Vnde Matth. 6. ait dominus. Si oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosum erit. Vbi dicit glosa quòd per oculum intelligitur intentio. De hoc etiam oculo dicitur. Eccle. 31. Memento quoniam malus est oculus nequam, nam nequius oculo quid creatum est. Matth. quoq; 5 iterum inquit saluator. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eā in corde suo. Quod intelligitur de consensu deliberato, de quo Augustinus in primo de doctrina christiana, ait. Cogitatio cum consensu etiam sine opere nephario tanquam peccatum mortale diuina lege damnatur. Et Sap. 1. dicitur. Peruerse cogitationes separant a Deo, vbi glosa dicit. Nihil a Deo animam separat præter peccatum mortale Matth. etiam 15. & Matth. 7. ait dn̄s. De corde exeunt cogi-

4. Regula, qua in cognitionem peccati mortalis deuenire possumus.

cogitationes malæ, furta, homicidia, rapinæ, & hæc sunt quæ coinquinant animam idest gloria priuant. Licet etiam quis aliquod peccatum per impotentiã committere non valeat actualiter, tamẽ propter malam voluntatem illud perpetrandi peccat mortaliter. Voluntas enim etiam in maleficijs pro operę iudicatur. c. omnis iniquitas, de pœni. di. 1. Sciẽdum tamen est quòd vt ait Augustinus de pœni. di. 2. c. sicut tribus. Et Grego. in e. testamentum. §. sed pensandum 6. di. tribus modis omne peccatum cõpletur, scilicet suggestione, delectatione, consensu, in suggestione non contrahitur peccatum, si illi tentationi non consentiatur, & non prouenit ex culpa tentati. Imo sæpe per illam quis valde meretur, scilicet quando viriliter resistit. Hanc autẽ suggestionem habent etiam viri sancti, sicut Paulus qui 2. ad Cor. 12. dicebat. Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus sathanæ qui me collaphizet. Et Hieronymus ad Eustochium, refert quomodo in illa vasta solitudine maximas patiebatur tentationes. Et subdit. Quia impossibile est in sensu hominis non irruere motum medullarũ calore, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui statim vt ceperit cogitare interficit cogitatus. In delectatione vero sine consensu deliberato communiter solum est peccatum veniale. In consensu autem deliberato cõtrahitur mortale peccatum. Vnde tot sunt peccata mortalia, quot fuerunt mali consensus.

Tribus modis omne peccatũ cõplectitur, suggestione delectatione, & consensu.

5. Regula cognoscẽdi peccatum mortale.

Quinta regula dicitur morosa delectatio. Pro cuius declaratione quæritur, nunquid homo mortaliter peccet in quacunq; delectatione? Et respondet beatus Bonauen. in 2. di. 24. parte. 2. ar. 2. q. 2 & beatus Thomas. 2. 3. q. 154. ar. 4. quòd sex sunt delectationes. Prima naturalis, vt libentius videre creaturam pulchram quàm turpem, & hoc non est peccatum. Secunda est diuinalis, vt visa re pulchra, Deum laudare in creatura sua, iuxta illud psalmistæ. Delectasti me domine in factura tua. Sicut faciebat beatus Ambro. qui cum obuiam habuisset quandam formosissimam mulierem, stupefactus irreuerberatis oculis illam aspiciebat. Deinde flere cępit di. O quã formosus es Deus meus, a quo processit tanta pulchritudo. Tertia delectatio est venialis, vt recordatio mulieris absq; consensu deliberato Quarta est semiplena, vt videndo, & imaginando de turpi cogitatione, opus tamen perficere nolendo. Et hoc est mortale, secundum Durandum nostrum in summa. Quinta est plena, scilicet non solum delectari in turpi cogitatione, sed etiã appetere opus perficere, & hoc est mortalissimum. Et si centies in hora tali intentione delectaberis, centies peccares mortaliter. Sexta est delectatio morosa etiam absq; consensu cũ cognitione periculi in quã scienter perseueret peccat mortaliter, puta si agnito periculo aspectus mulieris non desinat ab illo, maxime cognita inclinatione, & fragilitate sua, vt enim dicitur Eccle. 3. Qui amat periculum peribit in illo. Et ideo quamuis quis nollet vllatenus peccare actualiter, tamen si delectatur cogitare, loqui, vel audire, vel aliter quomocunq; delectetur de eo quod est peccati mortalis, vt in tactibus impudicis, vel aspectibus, aut gestibus inhonestis, non excusatur a mortali peccato. Et ratio est secundum Tho. 2. 2. q. 154. ar. 4. quia non potest esse sine graui offensa diuinę charitatis quando quis delectatur in eo quod Deus abominatur. Vnde Homilia 23. inquit Grego. Qui adhuc per illicita desideria defluit Deũ, pfẽcto nõ diligit, qa ei in sua actione cõtradicit. Abominatur autem Deus peccati mortalis cogitationem cum delectatione iuxta illud, Prouer. 15. Abominationes domini cogitationes malæ.

Sex sunt delectationes.

Sexta regula cognoscendi peccatum mortale dicitur periculosa expositio. Quotiescunq; enim quis se exponit periculo peccati mortalis, peccat mortaliter, vt declarat b. Tho. in 4. di. 21. & sanctus Bona. eo lib di. 17. verbi gratia, mercator contrahit cum aliquo de re licita quam dubitat illicitam, peccat mortaliter contrahendo durante tali dubio. Itẽ vadens ad confessionem cum dubio peccati mortalis, & non confitens illud, non potest excusari a mortali etiam si ipsa res de qua dubitat non sit mortale peccatum.

6. Regula qua cognosci põt peccatum mortale.

ctum. Huius autem regulæ rationem ponunt prædicti theologi vbi supra: & Scotus in 4. di. 20 quia si de quo minus videtur inesse, & inest, ergo & de quo magis. 2. Topi. Sed siquis sine iusta necessitate scienter, & ex ꝓpria culpa poneret ꝓximũ in periculo mortis corporalis, multũ offenderet charitatẽ, & cõsequenter peccaret mortaliter, ꝑ primã regulã. Et fortius delinqueret si aĩã ipsius ꝓximi periculo mortis æternæ exponeret, quanto aĩa preciosior est corpore. c. cũ infirmitas, de pœni. & remis. Cũ ergo quis magis obligeť aĩæ suæ q̃ ꝓximo de pœni. di. 3 c. qui vult iuxta illud Eccle. 30. Miserere aĩæ tuæ placẽs Deo. Sequiť ꝙ mortaliter peccat, q̃ se periculo peccati mortalis exponit. Vñ dicit b. Tho. 2. 2. q. 150. ꝙ dũ quis aduertit vinũ potens ad inæbriandũ, & bibit, & inæbriat se peccat mortaliter, quia volũtariæ, & sciẽter priuat se vsu rõnis qua virtutes operať, & deuitat peccata, & discrimini peccandi mortaliter se exponit. Cõfirmať etiã prędicta regula, quia si ille qui vadit ad periculũ mortis corporalis sine legitima necessitate cõmittit peccatũ mortale. Et iõ ecclesia ꝓhibet torneamenta, & hastiludia. Et ipsa exercentes, ac in eis morientes priuat ecclesiastica sepultura. c. 1. de tornea. Multo magis peccat exponẽs aĩã suam discrimini mortis spiritualis.

7. Regula cognoscendi peccatum mortale.

SVnt quoq; aliæ tres regulæ cognoscendi peccatum mortale per respectũ ad considerationem cooperationis alienæ, quarum prima quæ est septima in ordine dicitur culpæ auxiliatio. Non solum eñi facientes mala principaliter, sed cooperatores, vel auxiliatores & consentientes peccant, iuxta illud Roma. 1. Digni sunt morte nõ solũ q̃ faciunt ea, sed etiã qui cõsentiunt facientibus. Quod etiam habeť. 2. q. 1. c. notũ sit, & 17. q. 4 c. oẽs, & extra de offi. dele. c. 1. vbi dř, ꝙ agentes, & cõsentientes pari pęna puniunť. Qđ etiã notať in. l. itẽ mella. § si alius. ff. ad l aqui.

De quadruplici consensu.

Est aũt quadruplex cõsensus. s. cordis, vt cõtentũ esse de aliquo peccato mortali cõmisso. Cõsilij, vt aduocati qui docet tutelã causarũ falsis legibus agi. Auxilij, vt cõmodãdo aleas ludere volẽti, aut fornicare volentẽ comitari. Medij, vt ꝑ aliã ꝑsonã faciendo malũ. Qui. n. ꝑ aliũ facit ꝑ seipsum facere videť. c. qui ꝑ aliũ, de re. iu. lib. 6. Ideo præcipiens seruo vt percutiat sacerdotẽ, vel ratũ habẽs nomine suo factã ꝑcussionẽ est excõicatus. c. cũ quis, de sen exco. lib. 6. Tanto aũt amplius q̃s peccat, quãto maiorẽ causam peccato tribuit, maiorẽq; fauore dedit, atq; magis incitauit, ac animauit delinquẽtẽ. Et grauius si aliquẽ peccare ꝑcepit vel coegit. Imo tales dicuntur magis peccare q̃ ipsi agentes. 11. q. 3. c. qui consentit. & 24. q. 3. c. qui aliorũ, & extra de offi. dele. c. 1. Glo. in verbo. pari. hoc adducit, & declarat qualiter intelligatur.

8. Regula, qua cognosci põt peccatum mortale.

OCtaua regula dř proximi scandalizatio. Licet enim mortali culpæ quis nõ cõsentiat, nec ipsa sibi placeat, tñ si ex indiscretione, ac lasciuia loquendo, aut aliquid agendo causam, & occasionẽ peccãdi ꝓximo dat, peccat mortaliter, ꝑ illã regulã. Qui causam dãni dat. dãnum dedisse videť, de iniu. & dam. dato. c. si culpa. Et l. si occidit. §. in hac. ff. ad. l. aqui. Et ideo sæpius ab eo quod sibi licitũ est q̃s abstinere teneť ne suæ causa ꝓximus peccet, vel scãdalizeť. Vñ ad Rom. 14. ait Paulus. Si ꝓpter cibũ frater tuus scandalizať, iã nõ secundũ charitatẽ ambulas, noli cibo tuo illũ ꝑdere ꝑ quo Christus mortuus est. Et iterũ. Noli ꝓpter escã destruere opus Dei, oĩa quidem mũda sũt. Sed malũ est hoĩ q̃ ꝑ offendiculũ manducat. Bonũ est nõ mãducare carnem, nec bibere vinũ in quo frater tuus offendiť, aut scãdalizať, vel infirmať. Imo qđ forte difficilius videť secundũ Tho. 2. 2. q. 43. ar. 7. Et Alexandrũ de Ales in 2. parte summæ in tractatu de scãdalo, ar. 6. Et Ricar. in 4. di. 38. ar. vlt. q. 2. Ne ꝓximus scandalizeť a bonis operibus nõ q̃dem necessarijs ad salutẽ, q̃nq; abstinendũ est, donec videlicet rõnibus ostdať, ꝙ de illis operibus scãdalizari nõ debet. Qđ verũ est nõ scãdalũ ꝓxi. mi ꝓuenit ex infirmitate, vel ignorantia. Tũc. n. si verisimile est, ꝙ scãdalizeť mortaliter, omissio eius erit sub præcepto. Sin autem ꝓbabile est ꝙ scãdalizeť venialiter, sic omissio eius erit in cõsilio. Vñ Hieronymus in quadã epistola ait. Dimittendũ est ꝓpter scãdalũ, omne quod prætermitti põt. Quia inquit dñs. Matth. 18. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei

ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et Deute. 27. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere suo. Si ergo ille qui occidit aliquem a casu ex culpa sua proueniente homicida reputatur c. Ioannes. & c. fi. extra de homici. multo magis reputabitur homicida ille qui occidit per scandalum animam alicuius. Quod faciunt mulieres vanæ suis inhonestis ornamentis, ac pompis, & actibus impudicis. Quamuis autem proximus ex alterius scandalo non peccaret, tamen ille qui causam peccati, vel scandali dedit iam peccauit, quia quantum in se fuit venenum effudit, licet eum nemo absorbuerit. Sed de hac regula hic breuiter pertranseo, quia supra in prima parte hui^9 operis, sermone. 30. parte 1. de scandalo actiuo, & passiuo sufficienter dixi.

9. Regula cognoscendi peccatum mortale.

NOna & vltima regula cognoscendi peccatum dicitur negligens extirpatio. Nam qui peccato vt conuenit non resistit, quãdo potest mortaliter procul dubio peccat. Vnde Augu. in homilia 3. feriæ post tertiam Dominicam in 40. super illud. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. ait. Mihi non sufficit vt iniuriam proximo meo domine, sed si quoad possum, iniuriantis salutem fraterna correctione non procuro, in peiori & grauiori sua damnatione incurro, hoc idem probatur per c. facientis. 86. distin. & extra de homi. c. sicut dignum, & c. quid prodest. 83. di.

An oĩs teneantur ad faciẽdã correctionem fraternam?

SED pro clariori huius regulæ declaratione quatuor de correctione fraterna videnda sunt. Primũ eius obligatio. s. vtrum omnes teneantur ad illam faciendam. Et ad hoc responderunt quidam solum prælatos, & superiores ad corrigendum alios teneri, scilicet suos subditos per c. sed illud. 45. di. vbi Hiero. ait Sacerdotes studeant adimplere, illud euangelij. Si peccauerit in te frater tuus &c. Sed nomine sacerdotum consueuerunt significari prælati, qui curam habent aliorũ. Ergo prælati tantum ad correctionem faciendam teneri videntur. Sed Tho. 2. 2. q. 33. dicit quod Hieronymus nõ intendit dicere quòd soli sacerdotes, seu prælati teneantur ad illud, sed quòd magis illi quàm cæteri. Vnde inquit ipse Tho. ibidem quòd magis illi quàm ceteri. Vnde inquit ipse Tho. ibidem quòd correctio fraterna omnibus est in præcepto. Nam in cap. tam sacerdotes, 2. q. 7. dicitur. Tam sacerdotes quam reliqui fideles summam debet habere curam de his qui pereunt: quatenus eorum redargutione aut corrigantur, aut si incorrigibiles appareant ab ecclesia separentur. Et ratio huius obligationis est fraterna charitas, propter quam vnusquisq; tenetur proximi sui periculis temporalibus, corporalibus, ac spiritualibus obuiare, iuxta illud Eccle. 17. Vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo, & 8. q. 1. c. in scripturis dicitur. Qui potest iuuare proximum suum, & nõ iuuat, conuincitur summum non amare pastorem. Ad hoc etiam propositum adduci potest illud Tulij dictum in libro de amicitia, qui ait. Monendi sæpe sunt amici & obiurgandi, sic tamen vt admonitio acerbitate, & obiurgatio contumelia careat. Et iterum ibidem. Monere, & moneri, proximum est verę amicitiæ, & alterum libere facere, non aspere alterum, sed patienter recipere. Et Cato in suis documentis dicit.

Cum moneas aliquem, nec se velit ipse
  moneri.
Si sit tibi charus, noli desistere cœptis.
Quod nosti factum non recte, noli silere.
Ne videre malos imitari velle tacendo.
Vulnera dum sanas dolor est medicina
  doloris.

Disserit de 1. 2. ac 3. circunstantijs, quæ requiruntur ad hoc, vt quis obliget aliquẽ corrigere fraternaliter.

QVia vero præceptum de correctione fraterna est affirmatiuũ, licet obliget semper non tamen obligat ad semper sed pro loco, & tempore, & cum debitis circunstantijs, vt ait b. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 2. Ideo sciendum est quòd quinq; requiruntur ad hoc vt quis aliquem corrigere fraternaliter. Primo culpa mortalis in proximo. Propterea dixit Christus. Matth. 18. Si peccauerit frater tuus scilicet mortaliter secundum glo. Nam quamuis fraternaliter corrigere delinquentem etiam in venialibus sit charitas quando inde speratur vtilitas, non tamẽ omit-

omittere illud ex negligētia est mortale. Secundo requiritur certa scientia. Vnde Aug. in libro de verbis domini ait. Admonet nos dominus noster non negligere inuicem peccata nostra, non quærendo quid repræhendas, sed videndo quid corrigas. Facit c incerta. 30 q. 5. & Eccl. 11. vbi dicitur. Priusquam interroges de veritate rei non iudices quemquam. Tertium est spes correctionis, scilicet quòd peccans sit corrigibilis, aliter si nō sit verisimilis correctio, sed potius desperatio, vel odium, aut scandalum, vel corrigendi deterioratio, cessandum est a correctione. Inquit enim sapiens. Prouer. 9. Noli arguere derisorem, ne forte oderit te. Qui etiam eiusdem libri. 13 c. ait. Non amat pestilens eum qui se corripit, qui autē acquiescit increpationibus possessor est cordis. Et Hiero. in prologo super Esdram dicit. Frustra niti, & nihil aliud quàm odium quærere, summa dementia est. Quæ verba fuerunt primo Salustij in Iugurtino.

De 4. ac 5. circunstantijs requisitis ad hoc qd quis corrigere fraternaliter teneatur.

QVarto requiritur aptitudo, scilicet quòd quis aptitudinē habeat, qua possit corripiendo fratrem emendare. Ne verificetur in eo illud Esopi. Displicet imprudens vnde placere studet. Aliter potius omittere debet vt ait Tho. in 4. di. 19. ar. 2. Quinto opportunitas loci temporis, ac modi. Non enim debet cum trabe eijcere festucam ab oculo proximi, Ioannes Climachus in suis documentis. Quod faciunt qui nimis rigide, & sine modo corrigere volunt proximos. Ideo Ambro. in 4. de offi. c. 16. dicit. Neq; monitio aspera sit, neq; obiurgatio contumeliosa. De tempore autem. Eccle 3. dicitur. Omnia tempus habent, & suis spacijs transeunt vniuersa, tempus loquendi, & tempus tacendi &c. Vnde Macrobius. 3. saturnalium ait. Nihil tam congruum sapientiæ, quàm locis & temporibus aptare sermones. Seneca quoq; in prouerbijs dicit. Crudelis est in re aduersa obiurgatio, obiurgationi semper aliqd blandi admisce. Quæ circunstantiæ si desinūt, præceptum illud non obligat, ne que peccat qui correctionem omittit. Vnde Augustinus libro. 1. de ciui. Dei. c. 10. ait. Nam si propterea quisq; obiurgandis, vel corripiendis male agentibus parcit, quia opportunum tempus inquirit, vel eisdem ipsis metuit ne deteriores efficiantur, vel ad bonam, & piam vitam erudiendos alios impediant, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis, hæc ille. Et ad hoc adduci potest illud Hieronymi ad Pathmachium, Occeanum dicentis. Aiunt medici grandes morbos non esse curandos, sed dimittendos, ne medela langorem exasperet.

Peccator an corrigere teneatur peccatorē?

SED hic quæritur. Vtrum peccator debeat corrigere peccatorem? Et respondet b. Tho. 2. 2. q. 33. quòd correctio delinquentis pertinet ad aliquē in quantum viget in eo iudicium rationis, peccatum autem non tollit totum bonum naturæ, quin remaneat in peccante aliquid de iudicio recto rationis. Et secundum hoc potest sibi competere, alterius delictum arguere. Sed tamen per peccatum præcedens, impedimentum quoddam correctioni affertur, quia per illud redditur indignus alterius delictum corrigere, qui idem commisit, & forte maiori est crimini obnoxius. Videmus enim quòd manus inquinata quod tangit non mundat, sed magis maculat. Volens ergo aliquid manibus mundare, debet prius eas lauare. Et similiter vitiosus debet prius seipsum iustificare, & emendare, quando vult alium peccatorem corrigere. Quia vt habetur in l. altius. ff. si serui. ven. Qui tenetur de alijs iustitiam facere, multo magis debet iustitiam facere de se. Et hoc expresse declarat Ambro. super beati immaculati, & habetur 3. q 7. c. iudicet di. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in seipso condemnet. Iudicet ille qui non agit eadem quę in alio putauerit punienda, ne cum de alio iudicat, in se sententiam ferat, hæc ille. Ideo dicebat saluator. Matth. 7. Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Et Martialis lib. vndique suscepto. c. 3. canit. Cur maculas alios maculosior omnibus albi? Et carpi dignus carpere non metuis? Et c. 5. Fratris verrucas mordaci dente refellis. Ad tua cum scelera nulla, vel orba feras. Et moralis Cato ait. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Et Paulus Ro. 2. inquit.

num, hac charitatiua correctione tenetur adiuuare eum viderit posse prodesse, vt probat b. Tho. in 4. di. 19. ar. 2. q. 3. Et idē ponit Ricar. ibidem per omnia.

Aliud esse corrigere, et aliud corripere, & aliud monere, declaratur.

SED hic sciendum est q aliud est corripere, aliud monere. Correptio enim propriè est actus charitatis, & misericordiæ, & est respectu parium ad inuicem, vt ait beatus Tho. in 4. di. 19. ar. 2. Et ad hanc omnes tenentur quando adsunt debitæ circunstantiæ locique, ac temporis opportunitas, vt etiam declarat. Ricar. in 4. di. 19 ar. 2. q. 1. Non corrigens autē facit contra præceptū illud. Matth. 22. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ideo dicit glo. super illud. Matth. 18. Si peccauerit &c. Ita peccat qui fratrē suū peccare videt & tacet, sicut qui peccanti non indulget. In prædicto n. c. dñs præcipit vnicuique vt corrigat proximum, dū loquitur per verbum imperatiuū, dicens. Vade & corripe eum &c. quod aūt imperatur necesse est fieri e. in his, de ver. si. & quisquis præceptis non obtemperat reus est & debitor pœnæ c. si. 14. q. 1. & talis non adiuuans p fraternā correctionē proximum suum, ostendit, se non amare dñm nostrum Iesum Christum qui pro animarū salute incarnatus, & passionatus est. Scriptum est. n. in c. in scripturis. 8. q. 1. Qui potest iuuare proximum suum & non iuuat, conuincitur summū non amare pastorem. Tempus autem quo quis tenetur corripere peccatorem est triplex secundum Tho. vbi supra q. 1. Primo cum peccator est præsens. Non enim tenetur quærere peccatores ad corripiendū eos, quia, non debet esse explorator, vel inuestigator omnium malorū. Prouer. 24. nisi sit prælatus vt infra patebit. Solum ergo quādo peccator occurrit tenetur eū corripere. Secūdo qn prelatus eius est absens, ita q ad eum nō pōt haberi recursus. Tertio qn prælatus licet sit præsens, est negligens in corripiendo subditum suū, ita q de eius salute, & correctione parum curat. Si vero prælatus appareat diligens in corrigendis subditis, & si præsens, excusatur subditus ab hoc præcepto secundum Tho. vbi supra. Deberet tamen secrete intimare prælato defectum subditi, vt possit illi prouidere quando prelatus verisimiliter ignorare creditur defectum subditi sui. Et talis sciens non pōt bono modo delinquentem admonere fraternaliter. Et hoc sufficiat dixisse de correptione. Correctio autem propriè est actus iustitiæ, & pertinet prælatis erga subditos, vnde Thi 2. ait Apostolus. Argue cum omni imperio. vbi glo. dicit. i. cum auctoritate potestatis. s. increpando & puniendo. Ait enim Greg. super Ezech. vbi subditus ex culpa prælati moritur, ibi is qui præest quonia tacuit, reus mortis tenetur. Et ideo vt possit melius subditos corrigere debet prælatus diligenter suorum vitam cōsiderare. Prouer. 27. De hac autem correctione quomodo fieri debeat dixi satis copiose supra, sermone. 8. parte. 1. & sermone. 26. parte. 5. & sermone. 29. parte. 2. Admonitio autem est actus charitatis, & propriè est inferioris respectu superioris. Vnde Ber. ad Eugenium Papam ait. Moneo te non arguo. Et hoc humaniter fieri debet, vt ait Augu. super epistolam Pauli ad Thi. Ne senior ætate vel officio, & dignitate vel moribus indigne ferat corripi a iuniori, & magis exasperetur, q̄ proficiat. Dulciter autem admonitus faciliter accipiet admonitionem.

Fraterna correctio cum tribus conditionibus fieri debet.

SEcundo principaliter de correctione fraterna, videnda est eius modificatio. Debet enim fieri eum modo. s. eum trib⁹ conditionibus. Prima dicitur sollicitudinis quam ostendit dominus dum dixit: Matt. 18. Vade. i. sollicite q̄ citius poteris admone. Vnde ait Cassio. in epistolis. Cito succurrendum est, ne tractu temporis impunita mala conualescant. Malum enim cum perseuerat augetur, & remediabile bonum est peccato accelerata correctio. Hoc autem maxime conuenit prælatis, iuxta illud Apostoli Roma 12 Qui preest in sollicitudine. Nam sicut videmus q arbor in stipite multos inordinatos, & superfluos ramūculos pducēs nō multū fructificare pōt, nisi resecindant ramūculi supflui. Cuius rō est, qa humor viscosus vñ fructus generant ibi superflue emittit. Ex quo arbor fructibus priuat, & tandē sterilis efficit. Sic homo dictus arbor versa nisi corrigatur, & gladio correctionis purget a noxiis, & malis operibus, affectum cordis nunq̄ bene ponit ad productionē virtutis. Sed semp in er-

rore permanens sterilis efficitur, & tandẽ flammis infernalibus deputatur. Et ideo quilibet debet statim eum potest proximum corrigere, & ab erroribus suis reuocare, quia vt habetur extra de here. c. qui alios. Qui alios ab errore non reuocat cum potest, seipsum errare demonstrat, & in l. vnica c. de emendatione propinquorum dicitur. Quos ad bonum decora exempla non reuocant, saltem correctionis medicina compellat. Secunda cõditio dicitur mansuetudinis. Ideo subdit dominus vbi supra. Corripe idest corrape. vt blande & dulciter arguas delinquentem. Nam Prouer. 15. inquit sapiẽs. Lingua placabilis lignum vitæ, quæ autem immoderata est conteret spiritum. Ideo Gal. 4. ait Paulus. Vos qui spirituales estis instruire huiusmodi in spiritu lenitatis, & mansuetudinis. Vbi Augu. inquit. Quicquid lacerato animo dixeris punientis est impetus, non charitas corrigentis; dilige, & dic quicquid voles. Et psalmista ait. Superuenit mansuetudo, & corripiemur. Hiero. quoq; inquit. Sicut leuis flatus acẽdit ignem, & nimius extinguit. Sic & correctio lenis hominẽ suauiter instruit. Nimis aspera vero deteriorem reddit. Nam leniter castigatus reuerentiam exhibet castiganti. Asperitas autem & nimia increpatio, nec correctionem inducit, nec salutem, hæc ille. Quod etiam habetur in c. beatus. 45. di. Sicut ergo nimia benignitas non debet resoluere subditos ita nec nimia asperitas exartare. 45. di. c. disciplina quæ sincera, & c. licet, non nunquam, & c. sunt namq;. Idcirco inquit. Ioannes Cassianus. lib. 6. de institu. mona. c. 5. Delinquentem fratrem si necesse est, ita curare festinet, vt dum medelam liuori forsitam febricula laboranti procurat inferre, non semetipsum iratus deteriori morbo excitatis inuoluat, hæc ille. Sanctus vero Franciscus in regula sua c. 7 ait. Cauere debent ne irascantur, & conturbentur propter peccatum alicuius, quia ira & conturbatio in se, & in alijs impediunt charitatem. Et Seneca inquit ꝙ iratus nihil nisi criminis dicit. Et ideo oportet ꝙ corrigere volens proximum habeat animũ quietum, & non turbatum, vel furibundum. Inquit enim Cato. Ira impedit animum

De 2. conditione fraternæ correctionis.

ne possit cernere verum. Debet ergo seruari consilium Apostoli ad Gala. 6. dicentis. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Tertia conditio dicitur solitudinis, vnde subdit Christus. Inter te, & ipsum solum. Et hoc fieri debet ne peccator publicè correptus cum se viderit infamatum deterior fiat, & ne peccato eius publicato alij exemplo ipsius ad simile prouocent. Item ne alij infamentur. Ait enim Aug. ad Hipponenses. Cum de his qui sanctũ nomen profitentur, aliquid criminis, vel falsi insonuerit, instãt, ambiunt, satagũt, vt de omnibus id credatur. Ex hoc autẽ trahitur argumentum ꝙ fraterna monitio debet præcedere denunciationem, vt ponitur extra de iudi. c. nouit, & de simo. c. licet. & extra de accu. c. 2. Et c. cum dilecti. & 2. q. 7. c. accusatio, & c. siquis & 2. q. 1. c si peccauerit, & 12 q. 2. c. indigne. & 16. q. 7. c. omnes decime. Nec est contra ꝙ Ioseph accusauit fratres suos apud patrem de crimine pessimo, & tamen nõ legitur ꝙ præmiserit denunciationem secretam, quia secundum Tho. in 4. di. 19. licet non sit scriptum, tamen credendum est ꝙ prius eos monuerit, vel dici potest quòd publicum erat inter fratres peccatum. Quod autem Petrus Ananiam, & Saphiram occulte defraudãtes precium agri venditi, publice denunciauit detegendo peccatum eorum sine monitione præmissa, Actuum. 5. Hoc fecit vt executor Dei, cui omnia peccata etiam occulta sunt nota, cuius reuelatione Petrus peccatũ illud cognouit, & puniuit. Christus etiam cum peccatum Iudæ haberet vt publicum in quantum Deus, vnde & manifestare poterat, tamen non publicauit, sed verbis obscuris de peccato eum admonuit, vt nobis exemplum præbere 2. q. 1. c. vnus.

De 3. conditione fraternæ correctionis.

SCiendum tamen ꝙ triplex potest esse peccatum in proximo corrigibile, vt ait Ricar. in 4. di. 19. Primum est publicum, & hoc non indiget secreta monitione, quia vt dicit Isidorus in libro de summo bono. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda, palam. n. sunt arguendi qui palam nocent. Vnde

Triplex est peccatũ, in primo corrigibile, & in quibus indigeat monitione, & in qbus correctione

1. ad

1. ad Thi 5. ait Paulus. Peccantem corã omnibus argue, vt cęteri timoré habeãt. Secundum peccatum est perniciosum, quod vergit in multitudinis damnum vt hæresis, proditio, & similia, quæ reuelari debent superioribus & cũ damno sic peccantis, quia vt scribitur. 7. q. 1. c. sciat. Generalis vtilitas vtilitati particulari sẽ per est præponenda. Tertium peccatũ est occultum, quod scilicet cedit in damnum solius peccantis, & in hoc debet fraterna monitio præcedere denunciationem, quando verisimile est, ꝙ ex hac monitione non debeat sequi maius malum, sed ꝙ admonitus debeat emendari, vnde Hier. super Matth. dicit. Corripiẽdus est seorsum peccator ne si publice correptus verecundiam, ac pudorem amiserit permaneat in peccato. Et Aug. in lib. de verbis domini inquit. Studens correctioni parcas pudori. Forte enim præ verecundia incipit defendere peccatum suũ, & quem vis facere meliorem facis peiorem. Et Orige. super Leui. ait Solus vidisti, solus inter te, & ipsum corripe. vbi enim seruari sibi misterium viderit, seruabit, & ipse emendationis pudorem, si vero eum diffamaueris, illico ad negandum in duriciam conuertetur. Et non solum peccatum non emendabis sed etiam duplicabis, hæc ille.

Circa correctionem fraternam declarat, quãdo debet delinquens denunciari, et quãdo accusari.

Tertio principaliter de correctione fraterna, videnda est eius denunciatio, vnde sciendum est secundum Tho. 2. 2. q. 68. ꝙ est differentia inter denunciationem, & accusationem, quia in denunciatione attenditur correctio fratris, in accusatione vero punitio criminis. Qñ ergo peccatum vergit in detrimentum reipublicæ, debet homo habens sufficientes probationes, & aliter non valens tali inconuenienti obuiare, ipsum delinquentem accusare. Ait enim Hierony. super Matth. Non est misericordia parcere vni & omnes in discrimine adducere. Si vero peccatum vertitur in solum detrimẽtum peccantis, tunc si non prodest secreta monitio inter monentem, & monitũ solum, si est spes correctionis debet adducere vnum, vel duos testes, & coram eis illum monere vt ait saluator. Matth. 18. Est iste vnus debet esse prælatus eius in secreta denunciatione. Si autem se non correxerit, debet dici ecclesiæ. s. prælatis per denunciationem publicam. Quod si ecclesiã non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. Ethnicus autẽ vt ait glo. in c. quinta vallis, de iure iu. idem est quod gentilis. Debemus enim talium incorrigibilium vitare consortium. Vnde Aug. in lib. de verbis domini ait. Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, id est noli eũ illum iam deputare in numero fratrum tuorum. Licet autem dicatur Eccle. 7. Nemo potest corrigere quem Deus despexit, tamen quia non possumus scire quis sit prædestinatus, & quis præscitus ad æternam damnationem, quamdiu hic sumus non debemus cessare a fraterna correctione, vt dicit Aug in lib. de correctione & gratia, & b. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 7. seruatis tamen his quæ dicta sunt supra requiri ad correctionem.

Prædictis modis proximũ corrigens, tres fructus consequitur.

Quarto de correctionis fraternæ fructificatione est vidẽdum, vnde breuiter dico ꝙ talis corrigens proximum consequitur tres fructus inter alios. Primus est magni thesauri acquisitio, cuius consideratione debet quilibet animari ad corrigendum proximũ. Si enim mercator crederet posse lucrari de pecunia sua centum pro cẽtenario in aliqua mercantia, profecto non tardaret illam mercantiam facere. Vis ergo vt doceam te facere mercantiam in qua lucraberis plus quam mille pro centenario? Corrigere fratrem tuũ, quia vt dicit saluator. Matt. 18. Si te audierit lucratus es ipsum, & consequenter vt dicit Aug. animam eius ab inferno liberasti, & saluari fecisti. Anima vero est preciosior omni thesauro mundi, & omnibus corporalibus. l. sancimus. C. de sacrosan. ec. c. si habes. 24. q. 3. & c. solite, de maio. & obe. Maximum ergo thesaurum lucratur qui sua correctione acquirit animam proximi, quæ tanti precij, & extimationis est, ꝙ Christus filius Dei pro ea saluanda mori voluit. Si autem te non audierit, non perdes præmium essentiale, ac si eum emendasses, quia talis bona voluntas apud Deum ꝑ facto reputatur §. similiter de pœni. di. 1. cum si. Ex quibus patet q̃ graue sit peccatum illius, qui cum possit corrigendo

luctari animam fratris sui, permittit eũ cadere in peccato mortali nolens eũ adiuuare suis monitis ne caderet, vel cum cecidit non curat eum subleuare cũ potest, quod quidem est grauius peccatum, q̃ si quis aliquem mori permitteret quẽ posset a morte corporali iustè præseruare, vel q̃ si aliquem infirmitate mortali laborantem curare nollet cum posset eũ sanare. Et ideo dicitur. Prouer. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem & eos qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses, quod intelligitur non tantũ de morte, & interitu corporali, sed etiã & multo magis de spirituali. Secundus fructus est gratiæ diuinæ infusio. Dicitur enim Prouer. 28. Qui corripit hominem gratiam postea inueniet. Ille enim qui sua correctione est causa vt proximus conuertatur, & consequenter inueniet gratiã, ꝑpter hoc diuinã & ipse meret gratiam obtinere. Vnde Hiero. ait. Pro salute alterius, scilicet a nobis procurata, nobis quoque acquiritur salus. Tertius fructus est æternæ vitæ adeptio. Quia enim inquit. Iacobus suæ epistolæ vlt. c. Si quis errauerit & conuerterit quis eum, scire debet quòd qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum. Ideo talis exercens tam magnum opus pietatis, potest sperare se habiturum magnam remunerationem non tantum in præsenti vita, sed præcipue in cęlesti gloria, quia vt scriptum est. 1. ad Thimo. 4. Pietas ad omnia valet, promissioné habens vitæ quæ nũc est, & futuræ. Contrafacientes autem scire possunt se non esse in charitate, & non habere bonam conscientiam hæc enim est vna regula cognoscendi peccatũ mortale dimissio correctionis fraternæ, quod a nobis auertat Deus noster. Amen.

IN ASCEN-

IN ASCENSIONE DOMINI

QVOMODO CHRISTVS ASCENDIT IN COELVM,

PER VIAM QVADRAGINTA VIRTVTVM, QVAS NOBIS OSTENDIT EXEMPLO SVO.

DE QVO PRAEDICARI POTERIT PER TOTAM HEBDOMADAM.

SERMO TRIGESIMVS QVARTVS.

AScendit Deus in iubilatione & dominus in voce tubę. Psal.46. Inquit philosophorum princeps Aristo.c. Methaphy. In omnib' generum speciebus est deuenire ad vnum, quòd sit metrum & mensura omnium quæ sunt in eodem genere. Patet hoc in Angelis inter quos creatus fuit excellentior lucifer. Inter planetas autem Sol, in elementis ignis, inter metalla aurum, in quadrupedibus leo, in auibus aquila, in piscibus sirena. Et sic de alijs, de quibus dicam in prima parte principa'i nostri marialis, sermone.7. parte 1. in penul. col. In humana autem specie dominus noster Iesus Christus princeps & caput nostrū super omnes præclarior extat. Cui vt inquit sanctus Bonauentura in lib. de imitatione Christi. Quanto magis assimilamur, tanto perfectiores sumus, qui ea propter inter homines venit, vt salutis viam nobis demonstraret, vnde ipse, Ioānes 14. inquit. Ego sum via, veritas, & vita. Et ideo eius vitam imitari debemus iuxta illud Apostoli Ephesi.5. Imitatores Dei estote sicut filij charissimi. Dicit namque August. in libro de vera religione. Summa religiositas est imitari quòd colis. Ipse & enim est lucidissimum speculum, & exemplar pręfulgidū, ad qđ semp inspicere debemus, de quo dr. Sap.7. Cādor est lucis ęternę, & speculum

lum sine macula. Et ideo nos hortatur Deus pater loquens Moysi per figuram. Exo.25.& ostendés qd facere debet quilibet fidelis dicés. Inspice,& fac secundum exéplar qđ tibi in mõte mõstratũ est, s.in Christo qui dicitur mons ratione altitudinis & excellentię, de quo psalmista ait. Mons Dei, mons pinguis, mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Ipse & enim dominus noster ostendit nobis viam, qua peruenitur ad vitam in monte virtutis suæ in quo docebat Apostolos suos. Matth.5. Et ideo cum vellet ascendere in cęlum discipulos suos in monte ascendere fecit. Matth. vltimo vt scilicet ostenderet eis quadraginta vias quibus peruenitur ad cęlum, per quas ipse perrexit.

DE PRIMA VIA DVcente ad cęlum, quæ dicitur humiliationis.

Primo quia humilitas est conseruatio omnium virtutum vt ait Alex. de Ales in 3. parte summæ in tractatu de fide informi.q.1.dominus Iesus ostendit nobis viam humiliationis di. Matt. 11. Discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Quæ verba exponẽs Aug. in quodam sermone plurium martyrum inquit. Non dixit dominus. Discite a me mortuos suscitare, super aquas siccis pedibus ambulare. Sed quia mitis sum, & humilis corde. Quod vt magis mentibus hominum imprimeret in omnibus suis gestis, humilitatẽ sequi & amplexari voluit. Nõ enim voluit de regina nasci, vel imperatrice, sed de paupercula virgine, quæ licet nobilibus esset orta natalibus, paupertatis tñ penuria vilis habebatũ, vt ostenderet neminem se debere iactare de nobilitate generis, vel potentia parentũ. Nobilitas enim non consistit in parentibus, vel consanguineis, sed in virtutibus. Hier. in epistola ad Celantiã. Similiter ad ostendendũ humilitatẽ noluit Deus nasci in epistola ciuitate Niniuæ, Romę, vel Babiloniæ, sed apud paruã & exiguã ciuitat. m Bethlẽ. Mat.2. Non voluit etiã nasci in atrio regio, sed sub vili diuersorio. Nõ reclinari in lecto aureo, vel eburneo, sed in præsepio. Noluit inuolui linteaminibus preciosis, sed vilibus panniculis. Non habere multitudinem seruorum sibi ministrantium, sed calefieri flatibus duorũ aĩalium. Lucæ.2. Et ideo exclamat Bernardus in epistola ad Adã monachũ dicẽs. Erubesce superbe qui es puluis, & cinis. Deus se humiliat, & tu te exaltas. Adipiscamur ergo humilitatem, de qua inquit Hie. in quadẽ epistola. Nihil est q̃ hoĩbus ita gratos, ac Deo faciat q̃ si vitę merito magni, humilitate simus infimi. Dñs autem noster. Matt.18. ad humilitatem nos exhortãs ait. Nisi humiliati fueritis & efficiamini sicut paruuli nõ intrabitis in regnum cęlorum.

Christus in oĩbus ostendit humilitatem.

DE SECVNDA VIA QVÆ dicitur obeditionis.

Secundo ostendit nobis dñs viã obeditionis. Vnde de ipse dicitur Philip.2. Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem, mortem autẽ crucis. Quod quidã fecit vt oẽs pro eius amore obediremus superioribus nostris, serui dñis, filijs parentibus, discipuli magistris, subditi prælatis, in oĩbus licitis & honestis, iuxta illud Apostoli Hebræos vltimo. Obedite præpositis vestris.

DE TERTIA VIA QVÆ dicitur dilectationis.

Tertio ostendit nobis viam dilectationis di. Hiere.31. In charitate ppetua dilexi te. Quapropter tenemur eum diligere toto corde & affectu. Deut.6. & Matth.22. Ipse.n.dñs noster amore suo erga nos superauit oẽm amorem mundanũ. Et primo superauit amorem fraternalem, & socialem. Sgnũ est.n. maximi amoris qñ frater mortem suscipit pro fratre, vel socius ꝓ socio dicente dño-Ioannis.15. Maiorem dilectionem nemo habet vt aĩam suam ponat qs pro amicis suis. Sed licet aliquis forte inueniaẽ aliqñ paratus mortem sustinere ꝓ fratre suo, vel socię, aut amico, nullus certe inuenitur qui hoc facere velit pro inimico. Hoc autem peregit noster amore succensus saluator noster, de quo Paulus. Roma.5. ait. Cum adhuc inimici esse-

Christus in nos dilectione superauit oẽs amores.

essemus Christus pro nobis mortuus est. Secundo amor Christi in nobis superauit amorem paternalem, licet.n. dicatur quod nullus affectus vincit paternũ.l.cũ furiosus C.de cura. furiosi tñ nullus inuenitetur pater, qui si haberet filiũ leprosum permitteret totũ suum sanguinem extrahi a corpore suo, vt de ipso balneum fieret filio in quo lauatus curaretur a lepra. Sed dñs noster Iesus Christ⁹ aĩas nostras cernens peccato leprosas, pro oobis sanguinẽ suũ fudit, vt in eius piscina a victorum oĩum maculis mũdemur. De quo Apoc. 1. ioquit Ioannes Apostolus. Ipse dilexit nos, & lauis nos a peccatis nostris in sanguine suo. Tertio amor Christi superauit amorem matrimonialẽ, licet.n. fit maxima dilectio matris erga filiũ, vt dicit glo. in l. videamus. ff. de in lite iurando tñ oul la mater iouenitur q̃ tantũ amet filium, vt pro eius habenda memoria cõtinua, nomen ipsius scriptũ deportet in manibus suis. Hoc aũt egit dñs noster, qui inquit Isa. 49. Nunquid obliuisci põt mater infantuli sui? Et si illa oblita fuerit, ego oõ obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te Scriptores fuerũt iudæi, & crucifixores eius, charta vero eius purissima caro, atrameotũ illius sanguis pciosus, calami horribiles claui, litteræ huius scripturæ plagæ, & liuores, psalmi principales eius cicatrices. Quarto superauit amorem matrimonialem, licet.n. fit tantus amor viri erga vxorem suam quod dicitur Geo. 2. Relinquet homo patrem, & matrẽ suã, & adhærebit vxori suæ, & erũt duo in carne voa, tñ si mulier cum alio viro adulterauerit, & ad dedecus viri sui turpitudinem operetur, eã nunq̃ sicut prius diliget. Nos vero q cælestem sponsum nostrũ offeodimus cum vitijs fornicantes nunq̃ ab eo derelicti sumus, sed semper ad eũ reuertentes io præstinã eius grãm acceptamur. Ipso dño dicente. Hiere. 3. Si dimiserit vir vxorem suã, & recedens ab eo duxerit virũ alterũ, nunqd reuertetur ad eã vltra? Nunquid nõ polluta & cõtaminata erit mulier illa? Tu aũt fornicata es cũ amatoribus multis, tñ reuertere ad me, & ego suscipiã te. Quæ oĩa agit saluator noster vt nos ad eius dilectionem amoris stimulo incitet, & vt pro illius amore proximos nostros sicut nos ipsos diligam us in charitate, & pace, ac cõcordia cum ipsis viuentes vñ ipse ait. Ioao. 15. Hoc est præceptum meum vt diligatis iouicem sicut dilexi vos.

IDeo inquit Dauid. Psal. 33. Inquirere pacem & psequere eã. Saluator.n. noster in hoc mundo veniens pacem attulit mũdo, vñ in eius natiuitate decantabãt Angeli. Gloria in excelsis Déo, & in terra pax hoĩbus boo æ volũtatis. Luc. 2. Prædicari quoq; eã præcepit di. Matth. & Lucæ. 10. In quacunq; domũ intraueritis primũ dicite pax huic domui. Pacem etiã tenuit io sua cõuersiooe m etiã cũ rixosis. Psal. 119 Cũ his qui oderunt pacem erã pacificus &c. Cum patre suo nos pacificauit. Ephe. 2. ipse.n. ẽ pax nostra q fecit vtraq; vnũ. Et ideo Greg. 9. in plogo decretaliũ appellat eũ regem pacificum. Quotidie etiã inspirat oobis pacem, ac concordiã. Psal 84 Audiã qd loquatur in me dñs Deus, qm loquetur pacem in plebem suã. Vñ 1. ad Cor. 7. ait Paulus. In pace vocauit nos Deus. Eam quoq; mandauit Apostolis di. Marci. 9. Pacem habente inter vos. Eã nãq; venerat docere. 23. q 1. c. nisi bella. Et migraturus ex hoc muodo ipsam suis discipulis, & fidelibus p modũ testamẽti pro magno thesauro reliquit di. Ioã. 14. Pacẽ meã do vobis, pacem relinquo vobis. Vñ etiã appellatur princeps pacis. Isa 9. Et Aggei. 9. Loquetur pacem gentibus. In sua quoq; resurrectione ante oĩa alia eam Apostolis nnnciauit di. Ioannis. 20. & Lucæ. 20. Pax vobis.

Christ⁹ sem per ideo pacem attulit mundo.

DE qua quinq; considerationes facere possumus. Prima quarũ dicetur obligationis. Secunda fructificationis. Tertia commendatioois. Quarta inductioois. Quinta vero oppositioois. Quo ad primã quæritur vtrum teneamur habere pacem cum inimicis nostris, & amare illos. Et primo videtur quod non, quia Matth. 5. dr. In lege dictum est antiquis. Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicũ transumptiue in c. cum in lege. 23. q. 4. Et super illa verba dicit. Aug. Omnis qui inimicum persequitur, Christi amicus effici tur ergo &c. Præterea ad impossibile nemo tenet. l. impossibilium. ff. de re. iu. Sed impossibile est verã esse amicitiã erga il-

Cum inimicis an teneamur habere pacẽ et illos diligere.

Auctoritates p vtraq; parte.

lum qui meus est inimicus, & me odit, quia ait philosophus.9 Ethi. q impossibile est verã esse amicitiã inter eos q non eisdé gaudét, ergo &c. Itẽ malitia debet odio haberi, vt ait philosophus in lib. de regi.prin. Qui aũt me odit est malus. Ee go eũ debeo odire. Exẽplo prophetę Dauid dicentis Psal. 125. Iniquos odio habui qnimo exemplo Dei, cui inquit idem propheta. Psal. 5. Odisti omnes q operãt iniquitatem. Vñ Malac. 1. ipse Deus inquit. Iacob dilexi, Esau aũt odio habui. Sed cõtra pdicta adduci põt dictũ Aug. in 2. de doctrina christiana dicentis. Cũ præcipitur q proximus diligatur, etiam sub hoc præcepto inimicus intelligi debet.

Respõsio ad dubium.

Solutio huius dubij datur p Tho. in 3. di. 25. & 2.2. q. 25. ar. 6. & Ricar. in 3. di. 31. & sanctum Bona. in eodem lib. di 28. qui dicunt, q in hoĩe cõsiderãtur duo. s. culpa & natura, secundũ naturã debet diligi oĩs homo etiã inimicus, & malus. Sed odire debemus eius malitiã, & culpam. c. odio 86. di. vbi dicit Leo Papa. Odio habeantur peccata nõ hoĩes. Et ibi glo. allegat ad hoc c. duo ista. 13. q. 4. & capitulũ. quãobrem. de pę. di. 1. & capitu. sunt nãq; 45. di. Aug quoq; in lib. de vera innocen. ait. Sic diligendi sunt hoĩes, vt eorum nõ diligantur errores. Et sic patet solutio ad argumenta cõtraria, quia loquuntur de odio respectu malitiæ nõ naturæ, vel per inimicum odiendum intelligitur diabolus. secundum Aug. Quãuis autem impossibile sit inter me, & inimicũ meum esse verã amicitiã mutuã, donec ille pseuerat in odio. Tñ ex parte mei põt esse erga illũ beniuolentia, & charitas. 11. q. 3. c. inter verba. & debet esse nõ solũ affectu sed etiã in effectu. Nã secundũ Ricar. in 3. di. 31. Si quis inimicũ suũ videat in extrema necessitate, obligatur ei subuenire de necessarijs si põt. Et hoc præcipit dñs Matth. 5. Diligite inimicos vestros. Benefacite his q vos oderunt trãsumptiue, in. §. ex hijs, & in d. c. cũ in lege. 23. q. 4. Item Prouer. 25. & ad Roma. 12. & in d. §. ex hijs dr. Si esurierit inimicus tuus ciba illũ. Si sitierit potũ da illi. Hoc eñ faciens carbones ignis cõgeres super caput ei⁹. Vbi exponit glo. carbones ignis. s.

Ad argumẽta in oppositum adducta.

charitatis, quia vt dicit. Ouidius in 2. de arte amandi. Munera crede mihi placant hoĩesq; deosq; &c. & iterũ. Aurea nunc vere sunt secula, plurimis auro, Venit honos, auro cõciliatur amor. Dicit etiã Paulus vbi supra transumptiue in d. c. inter verba. Si fieri põt qđ ex vobis est, cũ oĩbus hoĩbus pacẽ habentes, nõ vosmet ipsos defendentes charissimi, sed date locũ iræ. Vñ dicit Vgo in lib. de claustro aiæ, q qdam philosophus inquit quatuor esse bono viro necessaria. Primũ vt oẽs hoĩes sibi amicos faciat si põt. Secũdũ si nõ põt facere amicos, saltẽ non faciat inimicos. Tertiũ si hoc nõ põt, quia volunt eũ omnino lædere, fugiat. Quartũ si læsus fuerit, se nõ vindicet. Cõcluditur ergo q de necessitate salutis est, pacem habere, & facere etiam cum inimicis. Vnde Apostolus ait ad Hebr. 12. Pacem sequimini cum oĩbus. Sed pro declaratione prædictorum est sciendũ q tenemur diligere inimicos tripliciter, scilicet corde, ore, & opere. Corde scilicet non habendo contra eos odiũ, vel rancorem, sed eos amãdo. Dicit tamen sanctus Bona. in 3. di. 30. q. 1 q licet de necessitate salutis teneamur optare bonum æternum, scilicet beatitudinem inimicis nostris, optare tamen eis bonum temporale, & transitoriã prosperitatem non est necessitatis, sed pfectionis, & supererogationis, & ita intelligitur illud Ambrosij dicentis. Sufficit q inimicos odio nõ habeamus, loquitur enim de mundana prosperitate quã eis appetere non tenemur de necessitate. Tamen de eorum malis gaudere non debemus. Vnde Prouer. 35. dicitur. Cũ ceciderit inimicus tuus non gaudeas, & Ecclesiastici 9 Noli de mortuo inimico tuo gaudere. Secundo tenemur eos diligere, ore scilicet orando pro eis. Vnde saluator post illa verba Matth. 5. Diligite inimicos &c. ait, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cęlis est, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Si eñ diligitis eos tantum qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum quid amplius facietis? Nonne & ethnici hoc faciunt.

Inimicos diligere tenemur tripliciter. s. corde, ore, & opere.

Estote

Estote ergo perfecti sicut & pater vester qui in cœlis est perfectus est, hęc ille. Vnde Gre. ait. Conditoris auribus illa oratio maxime commendatur, quæ pro inimico intercedere nititur. Eodem autem modo tenemur orare quo tenemur eis bonum appetere. Optime autem saluator nos hortatur ad pacem, & inimicorum amorem ac subuentionem ex similitudine Dei, quia sicut parentibus carnalibus est maxima consolatio quando filij eis assimilantur, ita ęterno patri valde placitum, est si pietate fuerimus conformes dulcedini suę. Vnde Chriso. dicit. Nihil ita assimilatur Deo sicut iniuriam facientibus indulgere. Licet autem carnales filij culpabiles non sint, si parentibus non sunt similes, quia in potestate eorum nō est suum figurare corpus. Spirituales tamen filij nisi Deo similes fuerint, illorum est culpa, quia in potestate sua fuit effici virtuosos, & sua culpa patris similitudinē pdiderunt, hęc ille. Tertio tenemur diligere inimicos opere, iuxta illud 1. Io. 3. Non diligamus verbo neq; lingua. s. tantum modo, sed opere, & veritate. Dicit tamen sanctus Bona. vbi supra q. 5. ꝙ diligere in effectu exteriori pōt esse dupliciter, aut quandocunq; offert se opportunitas temporis, & sic non est de necessitate semper inimicis subuenire, sed solum est perfectionis. Aut quando incūbit eis necessitas, sic est de obligatione. Aliter nō sumus in charitate. Quia siquis videt ꝓximum necessitatem habere, & claudit ab eo viscera misericordię non est charitas Dei in illo 1. Ioa. 3.

SEd notandū est ꝙ triplex pax reperitur s. inquinata, simulata & ordinata. Prima est illorū qui sunt in malo concordes, vt adulteri, & raptores inuicē, qui nō habent verā pacē secūdū ꝙ dicit Aug. 19. de ciui. Dei Itē illi qui cū malis conuersantur ac malo consentiūt vt pacem habeant exteriorem, sed amaritudinē interiorem habeot conturbatæ conscientię, & de hac Isa. 38. dicitur. In pace amaritudo mea amarissima. Et in hoc numero etiam computantur illi qui cum malis confęderant quorum vitā prius detestabantur, & hoc quādo vidēt eos ꝑualuisse. Dicūt. n. Viuat qui vincit. Et more cicon aurū sēper sequūtur bonorū tēpus, & cōtinue querunt nauigare ad secūdā, & sequi vētū qua ex parte flauerit. Et sic multa cōtra honorem Dei supportātes dicūt ꝙ hoc agūt vt pacifice viuāt, ꝙ tamen faciūt vt suas ambitiones & sensualitates adimplere possint. Hæc autē est pax diaboli nō Dei; qa etiā demones sunt in malo cōcordes, vt dicit sanctus Bona. in 2. di 7. Et hāc malam pacē venit Christus dissipare, q ait. Mat. 10. Nō veni pacē mittere in terram, sed gladiū. Hęc quoq; pax inquinata est quando aliq simul conspirāt, & cōiurationes faciūt atq; cōuēticula cōtra bonos, & virtuosos, maxime cōtra prælatos suos quę tamen prohibēt nō solū lege diuina & canonica, sed etiā ciuili vt patet in. l. denūciam⁹. C. de hijs qui ad eccle. confu. & in §. cōuenticulas & ibi glo. de pace iura. firma. in vsi. feu. Quia vero pax inquinata malorū est cōtra ttia bonorū, ideo secūdū Aug & Hiero. Sicut desiderādū est ꝙ boni habeant pacē, & cōcordiā inter se, ita est affectādū ꝙ mali habeāt inter se discodiā. Et malā eorū concordiā, & pacē dissipare peccatū nō est sed meritū dicente prophetas Ps. 72. Zelaui super iniquos pacē peccatorum videns. Vnde Paulus posuit discordiā inter Phariseos, & saduceos, & sic euasit manus illorū vt patet Actuū. 23.

SEcunda pax est simulata, de qua Iere. 9. dicitur. Ore suo pacē cū amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias: & psalmista ait. Loquuntur pacē cū proximo suo, mala autē in cordibus eorū. Et Esopus fabula 64. ait. Pacis amatorem simulat se perfidus hostis. Cauti⁹ & vuln⁹ exitiale ferat. Et ista fuit pax iudę q pacis osculo filiū Dei tradidit. Mat. 26. De hac etiā pacet dicit̄ Hiere. 8. Dicentes pax pax, cū nō esset pax. Et ideo scriptum est inter c. nō omnis 2. q. 7. quod non omnis qui dicit nobis, pax vobis est sicut columba audiendus, & in c. quia ergo eadē q. & causa dicitur ꝙ illę quia dicit pax vobis, plerunq; nō columba sed coruus reputantur.

TErtia pax ordinata est illorum q amicos diligunt in Deū, & inimicos diligūt ꝑ Deū, & hāc qlibet hr̄e tenet̄. Qđ proba-

& 1. ad Cor. 12. qui ait. Multi vnũ corpus sumus in Christo. Singuli autem alter alterius membra, quorum caput est Christus, vt dicitur ad Col. 1. Sicut esset inconueniens ꝙ vnum membrum persequeretur reliquum membrum, & ꝙ manus præciderent, vel vulnerarent pedes, pro eo quòd impegerunt casu, in via, ex quo offensæ sunt, vel extraherent dentem pro eo quòd casu momordit linguã, sicut etiam stultus & crudelissimus censeretur qui sibi manũ abscinderet, pro eo quia eum læsit panẽ incidẽdo. Sic quoq; reputandus est ille qui de proximo suo se vindicare vult pro eo ꝙ eum læsit. Et inquit iurisconsultus in. l. 3. ff. de iusti. & iu. Cum enim inter nos cognitionem quandam natura constitueris, consequẽs est hominem homini insidiari nepha ẽẽ. Maximum ergo est inconueniens, & peccatum, quòd vnus christianus alium persequatur, & cum illo sit in discordia, & non in vnitate pacis. Et ideo non solum lex diuina præcepit pacem seruari, & custodiri, sed etiam lex canonica, ponẽs pęnas infligendas illis qui eam non seruant, sed conturbant vt patet in c. qui contra pacem 24. q. 1. vbi dicitur. Qui contra pacem ecclesiæ sunt, si dignitatẽ aut cingulum militiæ habent nudentur eis. Si autem priuati siquidem nobiles sunt suarum substantiarum proscriptionem patiantur. Si autem ignobiles, non solum in corpore verberentur, sed etiã exilio perpetuo castigentur. Lex etiam ciuilis idem mandat. Vnde Fedricus imperator Romanorum scribens omnibus principibus, comitibus, ducibus & Marchionibus dicit in vsi. feu. in ti. de pace tenenda in prin. Nos tam diuinas quam humanas leges in suo vigore manere cupientes, & omnibus personis ius suum constituare volentes pacem diu desideratam toti orbi terrę per vniuersas regni partes habendam regia auctoritate indicimus, hęc ille qui ibidem magnas pęnas violatoribus pacis imponendas esse decernit secũdum exigentiam delictorum. Dicitur quoq; in. l. omnia §. quies. ff. de offi præfec. vnde quòd ad officium prętecti vrbis pertinet quietem populi tueri. Cassiodorus quoq; li. 1. epistolarum ait epistola 22. Decet regalis apicis curã generaliter custodire concordiam, quoniam ad laudem regnantis trahitur, si ab omnibus pax ametur. Quid enim est ꝙ principem melius prædicet quam quietus populus concors seruatus, & tota res publica morum honestate vestita? & li. 2. epistola. 29. etiã inquit. Regnantis est gloria subditorum otiosa tranquilitas, & li. 3. epistola 39. dicit. Principis opinionem longe lateq; distendat subditorum custodia tranquilitas, & li. 5. epistola 29. ait. Quies suauissima populi & dispositio tranquilla regionum, præconium probatur esse regnantium, Anchises quoniã dixit filio suo Eneę vt refert Virgilius 6. Eney. Hę tibi erunt artes pacisq; imponere morem &c.

QVo ad secundam cõsiderationem pacis quæ dicitur fructificationis dico quòd inter alias sunt duodecim eius vtilitates, quarum prima dicitur benedictionis Aut. n. Augu. in libro de verbis Domini. Si quis habet pacem cum proximo suo, cogitur ei tota trinitas & cęlestis curia dare benedictionem suam. Et ideo ps 132. inquit Dauid. Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum, Quoniam illic Dominus mandauit benedicti onem, & vitam vsq; in seculum. *Duodecim sunt pacis vtilitates.*

SEcũda vtilitas dicitur cohabitationis, vt. n. scriptum est 1. Io. 4. Deus charitas est & q. manet in charitate in Deo manet & deus in eo transumptiue in c. abijt 11. q. 3. vnde Greg. ait vbi charitas & amor Deus ibi est Et Mat. 18. dicit Dominus. Vbi fuerint duo vel tres congregat in nomine meo ibo in medio eorum sum, & Ps. 75. dicitur. Factus est in pace locus eius. Ideo 1. ad Cor. 13. dicitur. Pacem habentes & Dominus pacis erit vobiscum. O igitur magna pacis capacitas, quæ semper Deum tenet & recipit in suo habitaculo. *2. pacis vtilitas.*

TErtia vtilitas dicitur gratificationis. Pax n. est gratissima Deo, ita ꝙ dicitur eius dilecta, & de ipsa libenter cogitat vnde ait Hiere 9. Ego cogito cogitationes pacis & 1 ad Cor. 14. dicit Paulus. Non est dissensionis Deus, sed pacis *3. pacis vtilitas.*

cis, & ecclesiastici. 25. dicit Sapiens. In tribus beneplacitum est spiritui meo quæ sunt probata coram Deo & hominibus, amor proximorum, concordia, fratrum, vir & vxor sibi bene consentiẽtes. Et Prudentius in li. de sichomachia. Pax plenum virtutis opus, pax summa laborum, Pax belli exacti prætium preciumq; pericli, Sydera pace vigent, consistunt terrea pace. Nihil placitum sine pace Deo, non munus ad aram. Cum cupias offerre probat si turbida fratrem. Mens impacati sub pectoris oderit antro, hęc ille. Qui etiam de volente facere sacrificium Deo gratum subdit. Offerat in primis pacem. Nulla hostia Christo dulcior, hoc solo Deus oblectatur odore.

4. pacis vtilitas. Quarta vtilitas dicitur delectationis. Nam vt ait Ber. Propter hominum pacem Angeli summę delectantur & gaudent, & hoc est propter tria. Primo pp conformitatem quia pacifici sunt conformes angelicę conuersationi. Angeli.n. in cęlo sine odio viuunt in summa pace ac mutua dilectione, vnde dicuntur Angeli pacis Isa. 33. Et ideo Cassiodor⁹ super psalmistam, ait Habeatis vnitatem spiritus in vinculo pacis. Neq;.n. inueniri potest forma expræssior conuersationi angelicæ quam vnitas socialis. Secundo gaudent propter charitatem Gaudium est.n. Angelis Dei super vno peccatore pęnitẽtiam agente. Lucę 15. Et ideo lętantur cum aliquem de discordia & odio, vident ad pacem venire. Tertio propter contrarietatem, quia pax contrariatur diabolo & omnibus malignis spiritibus. Lętantur ergo Angeli cernentes per virtutem pacis confundi dæmones, de quibus dici potest illud Sapientię 14. Magna mala pacem appellant & illud Hiere. 33. Pauebunt, & turbabuntur in omni pace. Pax.n. est valde odiosa demonibus qui sunt charitatis inimici. O igitur miseri partiales, o diabolici discordantes, quare Angelos paradisi tãto gaudio priuatis? Ecce in prãte vestra est illos facere amatores & socios vestros si diligatis inimicos, & cum eis ad pacem veoire festinetis, quia similitudo est causa dilectionis, & omne simile diligit suum simile, vt dicitur 8. & 9 Ethi. & vnusquisq; libenter associatur suo simili, vt inquit sapiens. Ecclesiastici 13.

Quinta fructificatio dicitur consolationis.s. spiritualis. De qua inquit Aug. in li. de verbis Domini, Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis. Hęc est quæ simultates tollit, bella compescit, iram comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placita, nescit extolli, nescit inflari, hanc qui habet teneat, & qui perdidit repeta, qui amisit requirat, quoniam qui sine ea inuentus fuerit a patre abdicatur, a filio execratur, & a spiritu sancto efficitur alienus. 5. pacis vtilitas.

Sexta dicitur quietaionis.s. corporalis, & securationis. Nam pacific⁹ non laborat defferendo arma pro sua securatione, quia a nemine timet offendi non timet atoxicari, aut vulnerari, sed semper est securus. Secure ambulat, & secure, ac quiete dormit. Vnde dicere potest cũ prophã Ps. 4. In pace in idipsum dormiam & requiescam, habet ergo pacificus arram paradisi quia de beatis dicit Isa. 32. Sedebit populus meus in multitudine pacis, in requie opulenta & in tabernaculis fiduciæ, & eiusdem li. c. 55. dicitur. In lętitia aggrediemini, & in pace deducemini, & eiusdem li. 9. c. etiam dicitur. Et pacis non erit finis, & Sapiẽ. 3. de Mayrtiribus dicitur. Illi autem sũt in pace. Sicut autem iracundi & discordes sunt semper malenconici, & parum viount, ita e contrario est de pacificis. Vnde Prouer. 17. dicitur. Spiritus tristis exsiccat ossa. Animus autem gaudens ętatem floridam facit, & secura mens quasi iuge conuiuium. Et Mat. poeta in li. Tobiæ c. 40 ait. Esto pacificus, fuge iurgia, vincula pacis Cęlica sunt animæ pocula, corpus alunt. Prosper quoq; in li. epigra. canit. Insontem vitã magis amator agit. 6. pacis vtilitas.

Septima dicitur multiplicationis.s. temporalium. De qua Cassiodorus inquit li- 7. Pacis vtilitas.

li. 1. epistolarum epistola 1. Omni quippe regno desiderabilis debet esse pacis tranquillitas, in qua populi proficiunt & gentium vtilitas custoditur. Hęc siquidem bonarum artium mater, mortalium genus successione multiplicans, facultates protendit, & mores exollit, hęc ille. Aug. quoq; 19. de ciui. Dei ait. Tale est bonum pacis ut in rebus creatis nihil gratiosius soleat audiri, nihil delectabilius concupisci, nihilq; vtilius inueniri.

At lupus, & turpes instant morientibus vrsi.

Et quæcunq; minor nobilitate fera.

Et statius in 6 theba. canit Pulchrum est donare minori. & li. 8. Si decidat hostis ire supra satis est, vitamq; relinquere victo. Et Seneca. li. 2. de ira ait. Quid gloriosius quam iram in amicitiam commutare? Salomon quoq; Pro. 16. inquit Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium.

8. pacis vtilitas. Octaua fructificatio dicitur magnificationis. Ille enim est magnificus qui scit facere tria. s. contentiones fugere, iniurias paruipendere, & iniurantibus indulgere. De primo dicitur. Proue. 20. Gloria est homini qui separat se a contentionibus. Sunt. n. pleriq; qui nesciũt viuere sine cõtentione. Clamãt contradicunt ad omne verbum more muliebri. Vnde Seneca ad Lucillũ scribit. Muliebre. est litigare. Ideo ad Ephe. 4. ait Paulus estote, supportantes inuicem in charitate Secundo homo magnanimus cognoscitur in paruipensione iniuriarum. Vnde Seneca in li de clementia dicit. Magni animi proprium est, iniurias atq; offensiones spernere & in li. de quatuor virtutibus inquit. Si magnanimus fueris nunquam iudicabis tibi iniuriam fieri. De inimico dicens. Non nocuit mihi, & cum illum in potestate tua videris, vindictam putabis vindicare potuisse. Recitat quoq; Aug. in epistola. 5. ad Marcellinum de Iulio Cęsare, quod nihil obliuisci solitus erat nisi iuriarum. Tertio cognoscitur magnanimus iniurias indulgendo. Ait. n. Seneca in libro de quatuor virtutibus Scito honestum esse, & magnę vindictę genus ignoscere. Et ad hoc facit illud quod ait. Ouidius in 3° de tristibus epistola. 5.

Quo quisq; est maior, magis est placabilis irę.

Et faciles motus mens generosa capit.

Corpora magnanima satis est prostrasse leoni.

Pugna suum finem cum iacet hostis habet.

Nona fructificatio dicitur honorationis. Nam per remissionem iniuriarum honoratur Deus. Sunt. n. tria quæ sibi reseruat. s. gloria, iudicium, & vindicta. De primo ipse ait Isa. 42. Gloriã meam alteri non dabo. De 2. habetur Psal. 7. vbi dicitur. Deus iudex iustus &c. Hie. 29. ipse ait. Ego sum iudex & testis. Vnde Malachie. 2. appellatur Deus iudicij. Et ideo dicit Apostolus 1. ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare quoad vsq; veniat Dominus &c. De tertio ipse ait Deut. 32. Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, & ad. Hębre. 10. ad Roma. 12. dicit Paulus quod Deus inquit, mihi vindictam, & ego retribuã. de eadem quoq; sententia habetur. 23. q. 1. in prin. Quia ergo faciens pacem cum inimicis & remittens iniurias, honorat Deum, ideo & ipse honorabitur a Deo qui ait pri. Re. 2. Qui honorificauerit me glorificabo eum. *6. pacis vtilitas.*

Decima fructificatio dicitur remissionis. s. suarum culparum pęnarum, & amicorum. Quo ad culpas proprias dicit saluator. Mat. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, & pater vester cælestis remittet nobis peccata vestra. Et ideo Prosper in lib. epigramarum, epigramate 35. ait. Det peccatori veniam peccator, & equa. Conciliet dominum conditione sibi & ibid. epigramate 36. iterum inquit. Offensas sibimet parcentia corda remittãt. Nã nemo est qui nõ indigeat venia. Cassiodorus quoque lib. 11. epistolarum epistola. 41. ait. Remittendo aliis nobis parcimus. Secunda *10. pacis vtilitas.*

pacis non cognouerunt. Econtra vero delectis dicitur Psal. 36. Delectabuntur in multitudine pacis & 121. Rogate quę ad pacem sunt Hierusalem & Psal. 147. Posuit fines tuos pacem & Psal. 28. Dominus benedicet Populo suo in pace. Et Prouerbio. 12. inquit Salomon. Qui pacis ineunt consilia, sequetur eos gaudium. Et Isa. 52. dicitur. Quam pulchri sunt pedes euangelizantis & anunciantis pacem, & eiusdem li. c. 27. Veniat tibi pax, & quiescas in cubili tuo. Et Hiere. 16. Abstuli pacem a populo isto dicit Dominus, & morientur grandes & parui. & 29. c. Quærite pacem ciuitatis, & orate pro ea ad Dominum, qa in pace illius erit pax vestra & Ezechiel. 11. Dabo eis cor vnum, & animam vnā &c. Baruch. 3. Si in via Dei ambulasses, habitasses vtiq; in pace & secūdi Macha. 1. Aperiat Dominus cor vestrum, & faciat pacem, exaudiat orationes vestras, Et primi Regum 27. Sit pax domui tuę, & omnibus quę cunq; habes & Sapientiæ 3. Donum & pax est electis Dei & Isa. 72. Opus iustitiæ pax. Et Aggei. 8. Veritatem tantum & pacem diligit, & Hester. 13 Pax optata cunctis mortalibus & ad Roma. 1 ait Paulus. Gratia vobis & pax Deo patre, &c. & 5. c. Iustificati per fidem habemus pacē. & 14. c. eiusdem episto. Regnum Dei est iustitia, pax & gaudium, ibidem. Quæ pacis sunt sectemur & ad Col. 3. Pax Christi exultet in cordibus vestris. Et ad Gala. 5. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium pax &c. ad Philip. 3. Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra & intelligentias vestras, & ad Epe. 4. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis & primæ ad Thes. 5 Deus pacis sanctificet vos & 2. ad Thesauro 3. Deus pacis det vobis pacē. & Iacobi 3 dicitur Fructus iustitiæ in pace seminatur, & 1 Pe. Gra. vobis & pax multiplicetur & eiusdem episto. c. 3. Satagite immaculati esse in pacē. Et 2. Pe. 1. Gratia vobis & pax adimpleatur & Apoc. 1. Gratia vobis & pax ab eo qui ē, & qui erat &c. Hāc quoq; pacem desiderabat sanctus Zacharias pater Ioannis Baptistæ dicens, vt habetur Lucę 1. Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis & sanctus Simeon petens dimitti in pace, vt ibidem habetur. Dominus etiam Iesus dixit Magdalenę vt dicitur Lucę. 7. Vade in pace, & idem dixit mulieri in adulterio deprehensæ, vt habetur. Ioannis 8.

Sancta quoq; ecclesia ad idem hortatā in c. 1. de treuga & pace. & in c. præcipimus. 90. di. vbi ait. Præcipimus vt episcopi ad ad solum Deum, & salutem populi respectum habentes omni trepidatione semota, ad pacem firmiter tenēdam mutuum consilium sibi, & auxilium impendeant. Neq; hoc alicuius munere vel odio prætermittant, quòd si quis in hoc di opere trepidus inuentus fuerit, dānum propriæ dignitatis incurrat. Et iterum eadem di. in c. placuit. dicitur. Placuit etiam vt quicunq; odio, aut longinqua intra se lite dissenserint, & ad pacē reuocari diuturna obstinatione nequiuerint a sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur, quòd si inimicitias deponere pernitiosa intentione noluerint, de ecclesiæ cętu iustissima excommunicatione pellantur, hęc ibi. Et ad prædicta facit dictum Cassiodor. in 1. li. epistolarū, epistola. 4. dicentis. Cogi debet vt sit quietus qui suo vitio renuit esse pacificus. Vt. n. idem ait in li. 11. epistola 9. Furoris genus est in seculo pacato, turbulento studere proposito. Et in c. studendum ac in c. dissidentes 90 di. etiam præcipitur episcopus vt discordantes quantum possunt ad concordiam reuocent, & simul reconciliari faciant. *Ecclesia nos etiā ad pacem hortatur.*

Et in c. nouit. §. licet autem de iudi. dicitur quòd procedere potest ecclesia contra eos qui peccant cōtra pacem, quæ est vinculum charitatis, & 3. q. 6. dicitur ꝙ prædicantes pacem debent eā seruare inuicem, & in omnes, & in c. tolerādi, & c. ecce, & c. quisquis 23 q. 4. dī ꝙ tollerati sunt mali ꝓ bono pacis, ꝙ tamē intelligi debet ita ꝙ per hoc non fiat contra Deum, & in cap. aliquid noli 23. q. 1 ait Aug. Non enim pax quæritur vt bellum exerceatur: sed bellum quæritur vt pax acquiratur. Esto ergo bellando pacificus, vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Si enim *Alia autoritate ecclesiæ ad pacē persuademur.*

pax

pax nostra tam dulcis est pro ipsa salute mortalium: quantum dulcior est pax ęterna salute angelorum? Iraque hostē pugnantem necessitas deprimat non voluntas, sicuti bellanti & resistenti violentia redditur, ita victori capto misericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur, hęc ille. Qui etiam ibidem in c. apud veros ait. Apud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt quæ nō cupiditate, aut crudelitate sed pacis studio geruntur, vt mali coherceantur & boni subleuentur.

Alia auctoritas a Iudē adducta.

ITem de conse. di. 2. in c. pacē mandat ecclesia pacem dari ante cōmunionē. Prętermitto autē multa alia capitula recitare exortantia ad cōcordiā & pacē, vt in c. teneamus 1. q. 1. & in c. nulli dubium 3. q. 1. & in c. loquitur & c. alienus 24. q. 1. & de conse. di. 2. c. quia passus. & c. qui manducat vbi dicit. Qui manducat misterium vnitatis, & nō tenet vinculū, pacis, non misterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Ad prædicta etiam confirmanda adduci posset textus in c. cū nō liceat. de pręscrip. & in c. ad singula. 85. di. & in c. nō decet. 12. di. & in c. scima. 24. q. 1. & in c. in apibus. 7. q. 1. Quorum caitulorum verba causa breuitatis non refero. Dicit autem Aug. 12. de ciui. Dei, & magister in 2. sen. di 18. c. 1. q̄ ideo ex vno homine omnes homines esse voluit Deus, vt dum cognoscerent se ab vno, esse omnes se quasi vnum amarent. Aug. quoq; in 15. de ciui. Dei c. 4. & li. 19. c. 2. & 12. ac. 13. nos ad pacem inuitat. Qui etiam in sermone de pace sic ait. Tempus est hortari charitatem vestrā ad pacē amandam. Sit ergo pax dilecta vestra & amica, cū qua sit castum cubile vestrum, cū sit fida requies, non amara consortia, cū qua sint dulces amplexus & inseparabilis amicitia. Pacem autem laudare difficilius est quam habere. Si n. laudare eā volumus, vires optamus, sensus quærimus. Si autem eam habere velimus, sine aliquo labore habemus, & possidemus, hęc ille. Qui etiam ibidedem inquit. Laudandi sunt qui pacem amant. Et iterum. Verus pacis amator inimicorū est miserator.

Pax est multiplex.

DIstinguit autem idem Aug. in 19. de ciui. Dei multiplicē pacē di. Pax corporis est ordinata temperantia partium. Pax animę irrationalis est ordinata requies appetituum. Pax animę rationalis est cognitionis actionisq; consensio. Pax corporis & animæ est ordinata vita, & salus animantis. Pax hominis mortalis est Dei ordinar in fine obedientia, pax hominū est ordinata concordia, pax domus ordinata imperandi, atq; obediē di concordia habitantium, pax cęlestis ciuitatis ordinatatissima, & concordissima societas fruendi inuicem Deo, pax omnium rerum, tranquillitas ordinis, pax ciuitatis ordinata imperandi, atq; obediendi concordia ciuium, hęc ille.

Omnia appetunt pacē, quā peccator non potest habere.

DIonysius vero 9. de diui. nomi. dicit q̄ omnia cęlestia, terrestria, spiritualia ac corporalia appetunt pacē Sed tamen mali nunquā habent veram pacem quæ est pax cū Deo, & cū propria conscientia. Vnde Isa. 48 ait Deus. Nō est pax impijs & Iere. 12. dicit. Nō est pax vniuersę carni. i. hominib⁹ carnalitates sequentibus quorū qlibet dicere potest cū propheta Psa. 37. Nō est pax ossibus meis a facie peccatorū meorū &c. Et ideo inquit Aug. in li. de vera innocentia c. 191. Quęrens a Deo pacem sit ipse paratus, nec aliud in professione oris, & aliud habeant in arcano cordis & super illud Psal. 84. Iustitia & pax osculatæ sunt iterū ait. Fac iustitiā, & habebis pacē qa osculanē se. Duæ.n. sunt amicę. Et ideo si iustitiā amicā nō amaueris nō te amabit ipsa pax.

QVo ad quartā cōsiderationē pacis. s. de eius inductione dico q̄ ad ipsam pacē & cōcordiā multa nos inducūt. Primo exēplū naturalū. Triplex. n. natura reperit nos ad pacē inuitās. s. natura naturās, & natura naturata, & natura propria; Natura naturās. s. Deus cui⁹ vt canit ecclesia propriū est misereri semper, & parcere. Vnde milies offensus & blasphematus semper est indulgere paratus. Ezec. 18. Itē natura naturata. Nam maxima vnione ac cōcordia vigēt omnia elementa, omnesq; celi, Angeli, vnde Boetius inqt. O fęlix hominum genus si

nostros

nostros animos amor quo cęlũ regitur regat. &c Natura quoq; irrationaliũ aĩalıũ idẽ facit. De quo Aug. 19. de ciui. Dei c. 12. ait. Ipsę enim seuissimę feræ genus ꝓpriũ quadã pace custodiũt, coeũdo, gignẽdo, pariẽdo, fętus fouẽdo atq; nutriẽdo, cũ sint plerũq; insatiabiles & saluaticę, vt leones, vulpes, aqlę noctuæ, & similes. Quæ etiã tigris nõ filijs suis mitis in murmurat, & pacata feritate blanditur. Quis miluus quãtũlibet solitarius rapinis circunuolet nõ cõiugiũ copulat, nidũ cõgerit, oua fouet pullos alit, & quasi cũ sua matrefamilias societatẽ domesticam quanto potest pace conseruat. Quanto magis homo fertur quodãmodo naturę suę legibus ad ineundam societatem pacẽq; cum omnibus quantum in ipso est omnibus obtinenda? hęc ille. Videmus quoque volucres cęli, & pisces maris & oĩa eiusdẽ generationis animalia ad pastũ simul pacificè currentia, nec se interficere, vel inuicẽ offendere vt hoĩes faciũt. Quin imo si aliquãdo inuicẽ irritẽt vt equi, aues, galinę, passere, grues & cũctæ aliæ bestię, tñ statim deposita ira ad pastũ cõcorditer ꝓperãt, ac pacifice simmul habitãt abitrãri Sol⁹ aũt hõ omnib⁹ bestijs crudelior ad pacẽ redire recusat. Et iõ dicit Iob 12. Interroga iumẽta & docebũt te, volatilia, cęli & ĩdicabũt tibi & narrabunt pisces maris. Itẽ ad hoc nos ĩduci natura ꝓpria. s. similitudo ac cõformitas eiusdẽ generationis quo ad vnũ primũ parẽtẽ, eiusdẽq; fidei, & baptismi, & eiusdẽ redẽptionis. Quia eodẽ precio oẽs redẽpti sum⁹. s. precioso sanguine Iesu Christi, vt dicit 1. Pe. 1. & ad Ephe. 6. Vnde ait Ioã. Apo. 1. ipse dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sãguine suo. Quare ergo homines nõ diligam⁹ quos Christus tãtum dilexit? qui ait Io. 13. Diligite inuicem sicut ego dilexi vos. Dilexit autem ipse nõ solũ amicos, sed etiã inimicos ꝓ quibus mortu⁹ est, vt dicitur ad Ro. 5. Cũ ergo nos dicamur christiani Christo, quia eius vitã debemus imitari c. vnico. §. quia vero versi. a Christo de sacra vnct. & ponit Aug. in li. de Doctrina Christiana dicẽs quòd ille nomen christiani frustra sortitur q Christũ minime imitatur. Iõ eius exẽplo debem⁹ inimicis indulgere & cum eis ad pacẽ venire, & nõ indurati stare.

Secundo nos inducunt ad pacem exempla sanctorum & proborum virorum, & primo exemplũ ipsius sancti sanctorũ Iesu Christi; de quo ait Pau.⁹ ad Ephe. 5. Estote inuicem benigni, & misericordes donantes inuicem sicut & Christus. Cuius exemplum imitabat beatus Ber. socius prim⁹ sancti Francisci q nunquã aliquo offendebatur, qn ampliori dilectione eũ amare conaret. Tripliciter autẽ nobis dedit exẽplũ pacis. Primo nascẽdo, qa nasci voluit quando tot⁹ mũdus erat in pace, quæ durauit duodecim annis tempore Octauiani imperatoris ut refert Innocenti⁹ 3. Secũ viuendo. Vñ inc. tu bonus. 23. q. 4. ait Aug. tu bonus tollera malũ. Nã & Christus cũ sciret iudã furem esse tollerauit eũ, & ad prædicãdũ misit, eiq; cũ alijs eucharistiam dedit, in c. quid ergo idem dicit. Quid ergo voluit Dominus noster Iesus Christus fratres charissimi admonere ecclesiam suã, quãdo vnum perditum inter duodecim habere voluit, nisi vt malos tolleremus ne christi corpus diuidamus. Tertio dedit exemplum pacis moriendo. Intuere igitur rationalis anima Dominum Iesum in cruce pendentem, & in eo tria cõsidera quæ etiam lapides mouerent. s. affectum cordis, verbum oris & actum operis. Primo contemplare affectũ cordis. Tanta. n. flamma dilectionis ardebat vt se voluntarie etiam pro inimicis morti tradiderit, licet sciret multos propter eorum culpam fructum suæ passionis non habituros. Vnde Ioannis 12. ait. Nemo tollit animam meam, sed ego pono eam. s. pro amicis & inimicis. Secundo considera verbum oris. s. quòd rogauit patrem vt parceret crucifixoribus suis Lucę 23. di. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. O verbum dulcissimum, o vox suauissima, o pietatis inextimabile opus, o exemplar præfulgidum omnimodę charitatis de quo Bernardus super canticã, ait Flagelis cęsus, spinis coronatus, clauis confossus, patibulo affixus, opprobrijs saturat⁹, omniũ tamẽ dolorũ immemor inqt pater ignosce, pater amantissime, pater desideratissime. A paterno nomine mo-

Exẽplis sanctorũ ad pacem inducimur & primo Christi

rosus filius cępit, & suo blãdiẽs genitori, tali filio nihil debere negari cõludit. Deniq; efficacissime petit. di. Ignosce, nec ait. Examina, considera, sed ignosce; vt nos doceat omnes iniurias obliuioni tradere, & toto corde, ac pleno ore, atq; efficaci opere indulgere. Insuper ostẽdẽs cõpassionẽ super cruci figentes ait addit, qa nesciũt q̃d faciãt qa.i. ignorãt Dei beneficia erga se & pęnã quã ex hoc incurrunt, ac gloriã quam perdunt, hęc ille. Tertio. cõtẽplare actũ operis, qa omnis actus Christi pẽdentes in cruce clamat pietatẽ, & misericordiã. Caput.n. haber inclinarũ ad osculãdũ, man⁹ perforatas, & extensas ad largiendũ, latus apertũ ad amãdũ, pedes cõfixos ad tecũ commorandũ, totũ corp⁹ extensum ad se largiendũ, vt & tu discas iniurias remittere eius amore qui pro te tanta dignatus est perferre. Quis ergo tã crudelis est vt nolit inimicis suis parcere? Oẽs ergo p̃stẽt inimicis veniam, secundũ consiliũ Chrisostomi dicentes. Tu iniuriatus debes iniuriantem diligere, & eius amicitiam quęrere vt duplicem coronam consequaris scilicet quia iniuriam passus es, & indulsisti, & quia prior rogasti.

Multo exẽpla sãctorũ ac sanctarũ nos ad pacẽ inuitantia.

MVltorum quoq; exempla proborum virorum ac mulierum, & ad idem vos inuitãt. Nã in ciuitate eugubij, cum quidam interfecisset filiũ cuiusdam viduæ, tandem adductus est ille homicida nudus coram ipsa vidua, quæ videns illum cecidit præ dolore, sed postmodũ ad se reuersa osculãta est manum eius, & amore Dei ei pepercit. In quadã quoq; ciuitate italiæ rusticus cuiusdam medici nolens ei soluere debitum fictum cum ab eo requireretur ad solutionem, ex indignatione incidit eius vites, & vniuersa blada vastauit, propter quod dictus medicus quatuor filios suos ad villam misit vt tanto malo meliori modo quo possent prouiderent. At ille rusticus nocte sequentes eos ingulauit, & occidit. Deinde ad ciuitatem properans & clam domum medici ingrediens, infantem qui eidem medico solus remanserat cum eodem gladio intermit. Tandem dictus rusticus compunctus de tanto scelere, per intercessionem beati fratris Iacobi de marchia ordinis nostri Indulgentiam ab ipso medico & vxore eius obtinuit. Nam prędicante ipso beato fratre pręsente dicto medico, qui nigris vestibus indutus barbam habebat longam vsq; ad cingulum. Venit dictus rusticus coram toto populo licentia tamen secure veniendi prius obtenta a rectoribus ciuitatis, habebatq; chordam ad collum, & illum gladium in manu quo filios ipsius medici interfecerat, ac genuflexus ante illum & vxorem eius dixit. Ego sum ille proditor qui cum isto gladio occidi filios vestros. Accipite eum & in pectore meo transfigite. Vel me vt merui cum chorda hac per gulam suspendi, facite, q̃ si vos vindicare non vultis, rogo vt amore Dei mihi indulgere dignemini. Volo enim semper esse seruus vester. Ad hęc autem verba illi in terram ex dolore corruerunt amaras lachrymas effundentes. Lachrymante etiam præcompassione quasi toto populo, tandem resumptis viribus, ipsum rusticum amplexantes dixerunt. Nos amore Domini nostri Iesu Christi tibi ex corde indulgemus, teq; in filium nostrum recipimus & adoptamus. Et sic eum semper vt dilectissimum filium tenuerunt. Ille vero fidelissimus atq; obsequentissimus filius semper fuit atq; eis vsq; ad illorum mortem incessanter deseruiuit. O charitas grandis, o pietas maxima, o indicibile meritum talium iniurias remittentium, & pacem cum inimicis facientiũ. Tales sunt imitandi, & prorsus reprobandi qui nolunt indulgere, & seruare illud quod hortatur Deus di. Leui. 19. Non quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum, quod quidem obseruabant sancti patres veteris testamenti. Nam sanctus Ioseph fratres suos qui eum vendiderant & prodiderant benigne suscepit, & eis indulsit. Vide historiam Genesis 43. 44. 45. & 46. Similiter Iacob indulsit Esau eum persequenti, David Sauli, Daniel illis q eum in lacum leonum miserant, & multi alij quos breuitatis causa omitto. Noui quoq; testamenti viri pręclari idem fecerunt, vt Petrus qui de crucifixoribus suis nullam quęsiuit vindictã,

dictam, nec similiter Andreas frater eiꝰ, Paulus decapitatus, Laurentiusq; assatus de occisoribus suis, quin potius pro eis rogauerunt, sicut & Stephanus lapidatus, de quo dicitur Actuū. 7. ꝙ positis genibus clamauit voce magna dicens. Domine Iesu Christe dimitte illis hoc peccatum quia nesciunt quid faciunt. In ciuitate quoq; florentina cū quidam ciuis occidisset alium ciuem frater occisi quotidie quęrebat illum interficere. Quadam autem die veneris sancti ipsum homicidam solū & inermē extra vrbem inuenit, cū ipse esset multorum sociorum armatorū comitiua sociatus. At ille eū videns cōtra se euaginato gladio venientē, ad terram se prostrauit & genuflexꝰ rogauit vt amore Iesu Christi & passionis eius ipsi indulgeret. Ille vero ad clementiam conuersus ei pepercit amore ipsius Domini, & illū loco fratris suis accepit, atq; ad brachium ipsū apprehendēs ad sancti Amuniati ecclesiā ibi vicinā accessit. Mirabile dictu, crucifixus in cruce lignea ibi existens aduenientē eo qui amore suo pepercerat inimico statim se inclinauit, eiq; reuerētiā fecit, & sic vsq; in hodiernā diem permansit, & ego cum oculis proprijs aspexi. In Aprutio quoq; in ciuitate theatina cū occisus esset quidam ciuis, soror eius interfectorem fratris occidi facere continue quærebat. Tandem exhortatione beati fratris Ian. de capistrano ordinis nostri ad pacē inducta perrexit ad illum occisorem, & manus illius osculari cępit, ac lachrymosis singultibus dicere. Istę sunt illę manus quæ fratrem meū crudeliter interfecerunt. Sed ego illis parco amore illarum manuum, quæ pro me crudeliter crucifixę fuerunt. Mirabile dictu. Statim de manibus ipsius mulieris tantus odor suauissimus erupit, vt omnes astantes mirarentur. Et nō tantum tunc, sed quotiēs de illa remissione iniuriarum gaudebat totiens odor renouabatur, & odorare volentibus præ stupore patebat diuinū opus. E contra vero in quodam castro aquilano, cum quidam pacem facere nollet cum inimico, sed tamen quotidie more solito ad missam accederet, quindecim diebus quibus in tali odio & animo vindictæ permansit quotidie in missa videbat in manibꝰ sacerdotis eleuantis missam hostiā nigerrimā, & in ea scorpionē horribilem. Quapropter cognoscens ꝙ propter odium, & discordiam erat priuatus gratia Dei, & lumine animæ, & ꝙ erat in potestate diaboli, statim cum inimico pacem fecit, & die sequenti hostiā albissimam & pulcherrimam vidit, & gaudio plenus ac consolatissimus remansit & hoc vni fratri nostro ipsemet retulit. In quadā etiā alia villa aquilana cū ex partibꝰ inuicē insurgētibꝰ multiplex homicidiū factū esset, pro pace iādē praticatū ē, ꝑ vnum prædicatorē. Cunq; post multa pax inter duos fieret ī cōspectu imaginis Virginis Marię, dixit ille ꝓdicator. Rogo te dulcissima virgo Maria, vt ille qui primo cōtrauenerit huic paci suspendatur. Mirādū certe, post aliquos annos cępit iterū alter eorū peiora prioribus machinari. Vnde diuina iustitia faciente captus est, ac in terra illa suspensus, vt intelligant omnes quātum Deo displiceat non obseruare pacem quam Deus & beata Virgo & Angeli tantum amant. Legiē etiam in cronicis ordinis nostri, ꝙ cū inter regem marrochiorū & alium regem sarracenorū bellum crudele versaretur, tres ex fratribus nostris qui marrochij morabanē Deo inspirante pacē inter eos tractare cogitauerunt. De voluntate ergo regis marrochiorum, & aliorū qui cū ipso erant, datis ductoribus ad alterius regis pręsentiā accedebāt. Verū qa multa occurrebāt pericula in via, qbus accessus illorū ad regē impedirꝰ fuisset, & cōsequenter pax. Volēs Deꝰ prouidere ne bonū pacis impedireē, statim fecit de vmbrosis nemoribꝰ exire leonē ferocissimū, ac illis itinerātibꝰ obuiare, quo territi nihil aliud nisi deuorari expectabāt, leo autem vt se non inimicum sed defensorē ostenderet, auribus, cauda, gestibusq; velut canis illis applaudere cępit. Quo confortati, signo crucis se munientes illum pręcedentem sequuti sunt. Procedētibus ergo illis, ecce ex insidijs 25. prædones sarraceni ad prędam parati cōtra eos insurgūt, quos vt leo vidit ferocitatem exacuens erectis comis contra illos accingitur, & irruens in eo breui mora omnes occidit. Liberato ergo accessu, leone domestico comitati, tandem post

aliquos dies ad ciuitatem regalem perueniunt, & videntes in suburbijs paratam saracenorum militiam timuerunt vt incogniti illo transire. Leo autem ac si esset rationis capax, volens auferre timorem fratrũ, strepitu maximo irrugiens sarracenos equos ita perterruit vt fractis funibus hinc inde aufugerent, nec minus ipsi sarraceni leonina feritate timidi terga dederunt. Et sic fratres intrantes ad regem, ab illo vt mos est sicut ambasiatores sunt benigne suscepti. Leo autem extra ciuitatem remansit. Cum ergo ipsis fratribus de necessarijs prouideretur, rogauerunt vt etiam socio suo leoni prouisio daretur, narantes quanto illis fuerit in periculis auxilio, quòd intelligens rex. Vere ait non potest esse quòd vos non sitis sancti homines, quibus sic animalia ferocia subduntur & seruiunt. Vnde ego volo facere quicquid vultis. Et roganribus illis vt faceret pacem cum rege marrochiorũ, respondit. Amore Dei & vestri id quod nunc vsq; facere nolui nunc factum sit. Et sic celebrata pace solemniter inter eos, seruatus est humanus sanguis effundendus. In quo miraculo ostendit Deus q ipse est auctor pacis & ma tor.

Aliorũ non lancflorũ ad pacẽ, & iniurias remittendas hortamur.

AD pacẽ etiã faciendã & ad remittendas iniurias inducimur exẽplo Theodosij imperatoris, de quo refert diuus Ambro. in li. de obitu ipsius, q beneficium se putabat accepisse cum rogaretur ignoscere. Refert quoq; Lucanus poeta q cũ quidã Cęsari se opponeret importune, ille ait. Dignum te Cęsaris ira nullus honor faciet. Et Seneca in li. 3. de ira narrat de Philippo rege macedonum quòd cũ venissent ad eum legati athenieñsium, audita eorũ legatione dixit. Quid possum quod gratũ sit athenienfibus. Vnus autem illorum respondit. Te suspendere. s. esset eis gratum. Circunstantes autem indignari volebant eum interficere. Rex autem iussit eum dimitti incolumẽ & sanum. Vespasianus etiam imperator sicut narrat historia Romanorum in iuriarum immemor factus, nunquam cõtra aliquem inimicum fecit vindictam. Nam & Vitellij inimici sui qui eum in imperio praecesserat, & omnem domum eius incendio, & morti tradiderat filiam quae ex illo superarat alte maritauit ampleq; dotauit. Pitacus quoq; phylosophus vt ait Laertius, cum quidam filium suum interfecisset, homicidam illum ad ipsum missum ligatum absoluit dicens, indulgentiã esse supplicio potiorem. Eidem etiam Pitaco antequam principatum Mitelenensium obtineret, quidam Alceus nomine amaritudinem odij magnam persecutionem fecit. Sed ipse Pitacus principatum adeptus alceum pauentem accersiuit & dixit. Mihi pro vindicta tibiq? pro pęna sufficiat quòd auxilij, vel fugę deficiente praesidio, posses nunc iniuriarum praemia reportare. Parcentem igitur iniuste persequi desine quem iuste pati vales vltorem.

Humanarũ legũ phylosophorũ moraliũ ac poetarũ auctoritatib⁹ ad pacẽ persuademur.

AD praedicta etiam confirmanda multas adducere possumus auctoritates, maxime legum humanorum, phylosophorum moralium, & poetarum gentilium. Et primo auctoritates humanarum legum. Nam in l. 1. C. de his qui. vt indi. dicitur. Non enim bonę fidei possessores sunt qui scienter debitum pietatis officium amiserunt. Et in l. fi. C. de dona. dicitur quòd instabile est regnum quod non clementia firmat, quod dictum ponit etiam Gualterius poeta libro primo sui operis & in l. manicheos. C. de here. ait imperator. Delicti veniam petentibus damus. Auctoritates quoq; phylosophorum ad hoc sunt plures. Vnde Seneca in libro de clementia inquit. Clementia alieno sanguini tanquam suo parcit nephas enim homini est non hominem, nam humanitas vetat aduersus socios esse superbum. Et Tulius in secundo rethorico veteris dicit. His qui impudenter laeserunt ignoscere conuenit. Et in oratione pro quinto ligurio ait. Homines ad deos nulla re propius accedunt quam salutem hominibus dando, & idem dicit Terentius in adelphis. Inquit quoq; idem Tulius in I. de offi. Nihil laudabilius, nihil magno viro

viro, & pręclaro dignius, placabilitate ac clementia. Et Pithagoras philosophus dixit. Fuganda est a ciuibus sedicio, a domo discordia, & a cunctis rebus intēperantia. Et iterum. Gloriosa laus est ignoscere, maxime vbi copia potuit abūdare vindictæ. Et Sixtus Pithagoricus ait. Sententiam qui misericordiam vetat non solum tenere sed etiā audire recusat. Et Quintilianus declamatione 8. in quit. Hęc est celeberrima virtus, hęc animi suscipienda moderatio, vincere irā, & inter simultates quoq; meminisse hominis. Et Socrates dixit. Si pacem vis belli mentionem ne feceris. Ad poetas etiā venientes adducere possumus vltra superius allegata illud Ouidij in 2. de tristibus. Si quotiens peccant homines sua fulmina mittat, Iupiter, exiguo tempore nullus erit.

Qui etiam in eodem libro ait.

His præcor exemplis regum mitissime eęlar.

Fiat ab ingenio mollior vnda tuo.

Si nil peccassem, tu quid concedere posses?

Materiam venię sors tibi nostra dedit.

Et in 3. de arte amandi etiam canit.

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Et in 2. eiusdem operis dicit.

Dextera pręcipue rapit Indulgentia mētes.

Asperitas odium, seuaq; verba mouet.

Et Esopus ait. Vincere posse decet, vincere crimen habet.

Et Claudianus canit.

Sic pius in primis, nam cum vincamur in omni.

Munere, sola deos æqueat clementia nobis.

Prospi. in li. epigra. dicit.

Moribus in cunctis pulchra est concordia pacis.

Spernuntur mundi prælia pace Dei.

Et prudenti⁹ poeta in li. de sicomochia canit.

Meritorum clausula pax est.

Non inflata tumet, non inuidet æmula fratri.

Omnia perpetitur patiens, atq; omnia credit.

Nunquam lęsa dolet, cuncta offendicula donat.

Occasum lucis venia pręcurrere gestit.

Rationibus ad pacē faciendā & ad remittēdas iniurias persuademur.

RAtionibus quoq; ad pacē faciendā & ad remittendas iniurias inducimur. Et 1ª ratione naturali. Ipsa.n. natura nos ad hoc inducit quadrupliciter.1. pp naturale præceptū, naturale desideriū, naturale exemplū, ac naturale iudiciū. O vtinā omnes adessent q̄ iniurias retinēt malefacti in mortē, & diligēter audirent verba spirit⁹ sancti, credo.n. q̄ crudelitatē, ac feritatē suā deponerent. Quid dicis tu q̄ nō vis remittere iniurias? Ecce q̄ lex naturæ, ei⁹ & ratio te cogit, te inuitat, teq; omnino cōpellit ad ignoscēdū. Sed quomodo hoc probam⁹? Audite, lex naturę est Tobię. 4. scripta, quę etiā habet i c. humanū gen⁹ 1. di. & 74. dist. c. quorūdā & 2.q.6.c. decreto. de maio.& obe.c. dilecti. & 22. q. 1. c. super omnia dicens, q̄ non vultis vobis fieri alteri nolite facere, & econtrario, quęcunq; vultis vt faciant vobis homines, hęc & vos facite illis, vt habet Mat. 7. Hoc autem lex naturæ docet, suadet, & præcipit, & quare non vult vt alteri facias q̄ tibi ab alio nō velles fieri, nisi qa hoc esset con tra humanitatem, atq; cōtra omnē pietatē. Cur ergo o dilectissimi nō remittitis iniurias à proximis vobis factas, cū oportetis iniurias per vos alijs irrogatas vobis remitti? Ecce ergo quòd iniuriam remittere nolentes facitis contra pręceptum legis naturalis.

Alio quoq; naturali p̄cepto ad idem inducimur.

ALiud quoq; est præceptum naturale vt ab aliquo extorquere non velim⁹, q̄ nobis pręstare non potest, quia ad impossibilia nemo est obligatus.l. impossibilium.ff. de regu. iur. & c. nemo eodē ti. li. 6. Cū ergo impossibile sit iniuriam illatam non fuisse illatā, quare tu vis q̄ est impossibile? Vis autem q̄ est impossibile, quando non vis iniuriam remittere, qa hoc est velle quòd nunquam fuerit factū q̄ non potest Deus facere s. q̄ illud q̄ semel est actū nō sit factum vt ait Hiero. in c. cum Paulus 32. q. 5. O igitur monstrum insolitum, o inaudita nouitas, o cęcitas tenebrosa, homo puluis, & vermis, ac in breui futurus putredo & ver-

mis, homo vilis creaturā non erubeſcit exigere quod impoſſibile eſt pręſtari. O infęlix & miſer homuntio, quare expetis te vindicare de inimicis tuis, cū De⁹ hoc: ibi prohibuerit? Nō eſt tua vltio, ad te nō pertinet vindicta, ſed ad Deū q. ſibi hanc particulariter reſeruauit, vt habetur. Prouer.25. Ecce ergo infęlix creatura quòd dū non vis remittere iniuriā, maxime recognſcenti culpā ſuā, agis impie contra naturā diuinam ſibi vſurpando ſuam propietatem ac pręrogatiuam, & contra naturam humanam quia plus ab altero exigis quam illius natura præſtare ſufficit. Natura in ſuper ſemper eligit quod melius eſt, ac illud deſiderat vt ait. Phylo. 2. de anima, & nos hortatur eligere de duobus malis illud q eſt min⁹ 3. Topie. Cū ergo ſumere vindictā non ſit melius quam remittere iniuriā, imo peſſima res, quia additur malū malo Neq; enim ſi interfectus eſt pater, vel frater tuus, tu interficiendo ipſum homicidiā poſſe illū reſuſcitare, ſed aliud peccatum facis propter cuius rei conſiderationem quidam vir ſapiens pepercit illi qui filium ſuum occiderat. Ideo natura clamat & dicit. Noli vindictam ſumere de inimicis tuis, quia quod factum eſt non poteſt non factum eſſe, & multiplicare in conueniens non eſt ſoluere. Cum etiam pati iniuriam ſiue contumeliam aliquā ſit minus malum temporale, quam facere vindictam, q eſt peccatum mortale, ſecundum Tho. 2. 2. q. 27. & q. 108. & Alexā. de ales in 3. parte ſummę, in tractatu de præceptis legis euāgelicę in ſpeciali. Profecto natura clamat dicens. Parce inimicis tuis, & ignoſce tibi iniuriantibus, & noli te vlciſci ne deterius malum incurras.

Natu deſiderij pacē etiā dictat.

SEcundo hoc idem dictat naturale deſiderium ſcilicet pacis, & quietis. Vt enim dicit Phyloſo· in 1. de cęlo & mundo, omnis motus eſt ad quietem. Et vt concludit Aug. in 9 de ciui. Dei, & Tho. 2 2. q. 29. ar. 2. Nemo eſt qui non appetat quietem, & pacem & ſicut nemo eſt qui gaudere noli, ita nullus eſt qui pacē nolit Et ratio eſt, quia vt ait. Phyloſo. 8. Ethic. Natura ſemper fugit triſte ap petit autem delectabile, imo vt ibidem habetur nullus bene diſpoſitus eligeret ſine amicis viuere, quia nihil precioſius, nihil dulcius, nihil ſecurius, nihilq; iocundius habere poteſt in hac vita citra Deum fideli amico, vt habetur Eccleſia. 6. Hoc ergo præſuppoſito, tunc ſic. Cū appetis vindictam & odio habes eū qui te offendit, cor tuum perturbatum eſt, quia vt dicitur Iſa.57. Cor impijeſt quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Cum igitur totum ſit in motu & cōmotione vehementi, dubium non eſt quòd naturaliter appetit quietē & pacem. Cum igitur pax & animi tranquilitas non poſſit haberi ab eo qui odium in corde habet, & appetitum vindictæ ſecundum Auguſtinum in quodam ſermone ad here. ſequitur quòd natura quę nos quotidie ad bonū inuitat & incitat, vt ait Boetius in 3. de conſo. non deſinit exhortari & inducere, vt iniuriam remittamus, & pro bono pacis habendo cum inimicis ad concordiam veniamus, atq; eis parcamus.

TErtio ad hoc nos inducit naturale exemplum animalium irrationalīū, quę vt ſupra dictum eſt licet ſint ferę immites vt leones, tigres, & lupi, tamen vt ait Augu. in 19. de ciui. Dei. Pacata feritate cohabitant ſimul & ſi aliquando compellent ſpiritu congrediuntur, illico manſueſcunt & iniuriarum oblita, illa tam ſeua animalia ſimul pacifice viuunt & ad inuicem aſſociantur. Et multo magis hoc agunt animalia manſueta. O igitur homo qui es nobiliſſim⁹ omnium creaturarum vt dicitur in.l. iuſtiſſime cum gloſa ff. de edili. edic. Qui omnibus creaturis ſublimior es, nunqd beſtijs peior effici vis? Nunquid immitior & crudelior illis eſſe deliberas? Ecce. n. quòd ſi ad illorum exemplum non deponis furorem & iram erga proximū tuum qui te offendit, peior, immitior, inferiorq; illis proculdubio exiſtis, quia vt ait philoſophus in 1. Poli. Sicut homo viuens lege melior eſt omnibus animalibus, ita carens lege eſt deterior. Quod confirmat Lac. in 5. de iris Dei c. 12. di. Religione iuſtitiaq; derelicta vel ad ſtultitiam pecudum amiſſa ratione deuol-

Irrationaliū exēplo ad pacē inducimur.

deuoluimur, vel ad immanitatem belluarum. Imo vero amplius. Siquidem bestiæ sui generis animantibus parcunt. Quid ergo erit homine truculentius? quid crudelius? quid immitius? si dempto metu superiore vim legum euadere potuerit, aut contemnere? hęc ille. Qui etiam in 6. diui. insti. c. 18. ostendens quam sit a ratione alienum, & ab humanitate hominis non ignoscere, maxime recognoscenti culpam suam ait. Quid ergo bono viro potest esse tam calamitosum, tanq; contrarium, quam irę frena laxare, quę illum non modo boni, sed etiam hominis appellatione dispoliat? Siquidem nocere alteri non est secundum hominis naturam. Nam & pecudes si lacescas, aut calce, aut cornu repugnant, & serpentes ac feræ nisi persequaris vt occidas negocium non exhibent. Et vt ad hominum exempla veniamus. Imperiti quoq; & insipientes si quando accipiunt iniurias, cęco & irreuocabili furore ducuntur, & his qui sibi nocet vicem retribuere conant. In quo igitur sapiens & bonus vir a malis & insipientibus differt, nisi q habeant inuictam patientiam qua stulti carent? Nisi quia regere se ac mitigare pęnam suam nouit, quam illi qui virtute indigent ferre non possunt? hęc ille. Pudeat ergo te o homo qui non vis ignoscere, ratione spoliari, brutis assimilari, ac diuinā in te imaginem fędare, & ab amenitate iocundissimæ pacis tam feraliter separari.

Ratio naturalis nos ad ignoscēdum, sine ad pacē inducit.

QVarto ad ignoscendum nos inducit naturale iudicium, idest ratio naturalis. Vt enim ait Grego. in mora. & Nicolaus de lira super Gen. Deus creauit hominem, & sibi dedit corpus vt animę obediret & rationi. Quod confirmat sanctus Bona. in 2. di. 38. ar. 2. q. 2. dicens. Sicut tota dispositio familię dependet ex consensu patris familias & matris familias, sic tota dispositio agendorum in domo animæ dependet ex consensu voluntatis & rationis, hęc ille. Domus autem animæ est corpus. Ergo. &c. Et hoc idem tenet Phyloso. 1. Politi. Anima rationalis in homine debet esse regens, corpus vero rectum. Hoc autem est nobilior corpore 28. distin. c. sedulo. & de maio. & obe. c. solite. & c. cum infirmitas de pęni. & re. Imo est p̄stantior omnibus cœlis dicente Ouidio in 3. Methamor. Cœloq; animus præstantior omni. Et ideo anima nobilior corpore debet ipsi dominari, & ad hoc est instituta secundum theologos in 2. sen. & consequenter debet ipsius corporis siue carnalibus præsidere easq; refrenare si sint irrationabiles. Et hinc est q appellatur homo animal rationale non sensuale, vt bruta animalia. Hoc autem præsupposito, tunc sic, vnaqueq; res vtitur actione sibi propria secundum Phyloso. 1. Metthaphi. & 4. Ethico Vn de commentator 9. Metaphy. sice. dicit q vnumquodq; sicut se habet ad entitatem, ita se habet ad operationem, vt patet in sole lucido relucente. In melle dulcorante, & in igne calefaciente. Cū igitur homo sit animal rationale, debet vti ratione in viuendo. Nam operationes hominis si ratione carent, operationes quidem hominis dici possunt, sed nō humanę, vt dicit beatus Tho. 1. 2 q. 1. ar. 2. Cum ergo ratio semper deprecetur ad optima, vt ait Phylo. 1. Caro vero e cō trario vt ait Paulus ad Gala. 5. Concluditur q homo debet reprobatis suggestionibus carnis & sensualitas sequi instinctum rationis, vt merito possit dici animal rationale, quia nomen debet esse consequens rei. 5. est & aliud. institu. de dona. cum si. Quid autem dicit cato & sensualitas quando homo offenditur, certe clamat & dicit. Vindicta vindicta, moriatur, occidatur. Volo fit ei factum quòd mihi fecit, vel facere voluit. Nunquam quiescam donec me vindicauero de hac iniuria. Quid autem dicit ratio & spiritus & iudicium rectū rationis? Profecto non cessat clamare Parce, parce parce, ignosce, indulge. Et quare? quia vt inquit Lactantius in 6. diuinarum insti. c. 18. Non minus mali est iniuriam referre quam inferre. Clamet ergo ratio cum psalmista. Desine ab ira, & relinque furorem & cum Apostolo ad Ephe. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram, quia ira huius secu li mortem operatur. 2. ad Cor. 7.

& tunc veniens accipies quicquid postulas. Aliter autem nunquam a me aliquam gratiam impetrabis.

Ostendit qd nō remittēti iniurias, peccata nō possint dimitti.

QVod autem non possint illi peccata dimitti, qui iniurias proximo non remittit, probatur ratione formationis, & oppositionis. Secundum enim commentatorem in lib. de substantia orbis, materia non potest simul recipere plures formas essentiales, quia forma est quæ dat esse rei. 7 Methaphy. & 1. de cęlo, & mundo, & nihil potest habere plura esse sed vnius rei vnum est esse tantum. 2. de anima, vnde aliquid non potest habere formam ignis & aquæ. Item duo contraria non possunt in eodem subiecto concurrere in eodem tempore. 2. Topi. & 2. Perier. & hoc patet in pariete, qui non potest simul esse albus & niger. Similiter ferrum non potest simul esse calidum, & frigidū. Cum ergo odium & peccatum discordię sit in anima tanquam forma in subiecto, nō poterit in ea simul existere charitas, & gratia Dei quâ remittuntur peccata.

3. Ratio nobis pacem suadens.

TErtia ratio principalis dicitur acceptionis. Deus. n. nunq̄ acceptū habet aliquod bonū opus quod aliquis faciat, donec remiserit iniuriam proximo, vnde ait saluator. Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris q̄ frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tūc veniens offeres munus tuum quasi dicat. Aliter non erit gratum Deo. Nō solum autē semel debet iniuriā remitti, sed totiens quotiens illata fuerit. Nam Matt. 18. Petro a saluatore interrogāti & dicenti. Si peccauerit in me frater meus, dimittā ei vsq; septies? Respōdit ipse dn̄s. Nō solum septies, sed septuagies septies, vbi dicit Nicolaus de Lira, secundū q̄ etiam prius dixit Hie. & Aug. q̄ posuit numerū finitū p̄ infinito. Quia si infinities vt dicā quis iniurijs afficeretur, infinities deberet parcere.

4. Ratio nos ad iniurias remittēdas inducens.

QVarta ratio dicitē renouationis. Ille enim qui nō vult remittere iniuriā nōsolū stat in cōtinuo peccato mortali, tanto grauiori quāto diutius p̄manet in illo odio, sed semp q̄n actualiter recordatur de inimicitia, & deliberat facere vindictā, vel nō parcere, cōmittit nouū peccatum mortale, vt tenet Archiepiscopus Florētinus in summa sua, vbi tractat de odio. Sciendū tñ secundū Durandū nostrū in summa sua, q̄ licet odio, & rancorē iniuriæ remittere, quilibet teneat, pōt tñ iuridice petere satisfactionē dāni illati ex ipsa iniuria, & ad eius remissionem q̄s nō tenet nisi de p̄fectione. Dicit etiā Alexan. de Ales, in 3. parte summæ, in tractatu de præceptis legis euāgelicæ in speciali. q. vlt. q̄ iniuriatus, ex debito necessitatis sine quo nō est salus, nō tenet quærere reconciliationē secundū Augustinū in sermone dñi in monte dicentē. Nō venia postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriā, sed tñ dimittas sicut tibi a dño dimitti cupis qđ ipse cōmiseris. De debito aūt p̄fectionis, tenet secundū Chrisosto. super Matthæū, propter duplicē gratiā. s. iniuriæ supportatæ, & humilitatis, hæc ille. Ad remissionē igit iniuriarū exhortatur Aug. in sermone pluriū martyrū di. Rogo fratres charissimi quid dulcius diei pōt? In potestate nostra posuit Deus qualiter in die iudicij iudicemur. Nō. n. dixit Vade in orientē, & quære ibi iustitiam, nauigaq; in occidentē vt accipias indulgentiā. Sed qd ait? Dimitte inimico tuo, & dimittet tibi. Indulge & indulgebit tibi. Nihil a te extra te quærit. Ad teipsum & ad cōscientiam tuam Deus te dirigit, hæc ille.

Nota circa remissionē iniuriarū.

De his quæ opponūtur paci, & primo de induratione.

QVo ad quintā considerationē quæ dr̄ oppositionis, habemus videre de his quæ opponuntur paci, scilicet de discordia, iracundia & partialitatibus, & de eorum malignitatibus. Quæ inter alias sunt sedecim. Quarū prima dr̄ induratio. Cū. n. hoies ad odia & seditiones, ac discordias se cōuertunt, cōfessiones dimittūt, ecclesias vix intrāt, prædicationes deuitant, & oīum bonorū obliuiscunt. Siāt sic indurati pertinaciter p̄ menses, & annos, quia vt ait Cato. Ira impedit animū ne possit cernere verū. Et oīa spiritualia exercitia eis in abominationē veniūt, ita q̄ de talibus adimpletur illud quod ait propheta Psal. 106. Omnem escam. s. spiritualem abominata est anima eorū, transierunt vsq; ad portas mortis.

Secun-

Secunda dicitur exultatio, scilicet dæmonum, qui summopere lætantur de discordijs, & seditionibus. Vnde propheta ait Psal. 122. Exultabunt, scilicet dæmones, cum motus fuero, scilicet ad iracundiam & seditionem atq; partialitatem. Et hoc patuit per illud quod habetur in legenda sancti Francisci, vbi dicitur quòd cum ipse sanctus cum beato Siluestro suo socio venisset Aretium inuenit totam ciuitatem bello intestino quasi satam & prope vltimum excidium. Cũ autem essent hospitati in suburbio vidit sanctus pater exultantes dæmones super muros ciuitatis ad mutuam cędem homines prouocantes. Quapropter sanctus Franciscus dixit dicto socio, quòd iret ad portam ciuitatis, & ex parte omnipotentis Dei in virtute obedientiæ præciperet dæmonibus vt festinanter discederent a ciuitate, ad quod præceptum omnes recesserunt, & statim ciuitas ad pacem reducta est.

De 3. malignitate inducitur in discordia.

Tertia malignitas dicitur inductio. Nam cum diabolus induxit homines ad partialitates, & discordias faciliter eos ducit ad omnia alia scelera horręda, vnde in huius figuram dicit. Apoc. 13. Vidi bestiam ascendentem de mari, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua decem diademata, hæc enim bestia secundum sensum tropologicum significat odium, & iram bestialium hominum quæ ascendit de mari, idest de eorũ amaricato corde, & habet septem capita, quia ex tali odio septem capitalia peccata, imo vniuersa vitia generantur siue causantur, habet quoq; decem cornua, idest transgressionem decem præceptorum decalogi, & super cornua decem disdemata, idest gloriationem de transgressione ipsorum præceptorum iuxta illud Sap. 2. Qui lætantur cum male fecerint & exultant in rebus pessimis. Quis autem explicare posset quot peccata ex discordijs procedant, quot detractiones, susurrationes, contumeliæ, blasphemiæ, depopulationes, proditiones, oppressiones bonorum, percussiones, vulnera, & cedes, &c. De quibus inferius aliqua tangemus.

De 4. malignitate in durationis in discordia

Quarta malignitas dicitur dissipatio, scilicet bonorum. Nam sicut pax est causa multiplicationis bonorum temporalium, & spiritualiũ vt supra patuit, ita econtrario discordia est causa dissipationis omnium, contrariarum enim causarum contrarij sunt effectus. 7. Methaphy. Sicut ergo per experientiam videmus omnia naturalia quamdiu sunt in pace mutua, & concordia permanent, sed pace deficiente omnia deficiunt. Corpora namq; elemẽtata quamdiu sunt in ipsis elementa pacifica, & adequata ad inuicem tamdiu manent, proportione autẽ huiusmodi & pace cessante ex aliquo elemento prædominante, & in aliud agẽte necesse est ipsum mixtum corrumpi paulatim & tandem totum deficere, quia contraria sunt corrupta inuicem. 2. de cęlo, & mundo, & ad destructionem partis sequit destructio totius, Philo. 1. Perier. Quapropter non inepte quidam philosophorum vt dicitur in phisicis posuerunt pacem, & amorem esse principium omnium rerum naturalium. Et similiter est de corpore politico congregationeseu communitate, scilicet de hominibus eiusdem regni, vel ciuitatis seu domus qui si pacem habeant, & concordiã semper de bono in melius proficiunt, & vnus ex alio fortior redditur, quia virtus vnita fortior est dispersa, in lib. de causis, & in. 11. Meth. Et ad hoc potest dari exemplum illius patris qui habens tres filios qui volebant ab inuicem separari accepit tres virgas quas simul iungens dedit singulis eorum vt frangerent, quas cum non possent rumpere simul iunctas, diuisit eas, & dedit eis ad frangendum, quibus statum ab eis ruptis, ille ait. Sic erit de vobis. Si enim simul vniti fueritis non poteritis frangi ab aduersarijs vestris sed bene separati, & diuisi. Et ad hoc facit illud quod ait Ricar. in. 4. di. 14 ar. 5. q. 1. f. quòd duorum concordantium in actione, quodlibet fortius redditur per sui coniunctionem cum alio, & Chriso. super Io. inquit, ꝙ si decem homines vnanimes habitauerint, vnus est in decem, & decem in vno, & vnusquisq; eorum, decem animas habere censetur, ac viginti manus, ac viginti brachia, viginti oculos, & viginti pedes. Dicuntur

autem

autem decem animas habere quia communicant sibi sua desideria, & suas orationes, vigintiq; oculos, quia communicant sibi sua consilia, & suas prouisiones, viginti manus, quia communicāt sibi sua opera & suas defensiones, & viginti pedes, quia communicant sibi sua onera, & suas supportationes. Econtrario vero est, si inter eos fuerit discordia, & defecerit pax, ac vnitas, quia vt ait Philoso. in 1. Priorum. Quando plura requiruntur ad vnius constructionem, vnum sufficit ad eius destructionem. Nam plures vniti construunt patriam, & vnus discordans destruit eam. Et ad prædicta adduci potest sententia Salustij in Iugurtino dicentis. Concordia paruæ res crescunt, discordia maximę dilabuntur. Qđ quidem esse verissimum conspicere possumus si consideremus infortunia, & calamitates multarum vrbium, ex discordijs, & partialitatibus destructarum. O Italia quis tuarum ciuitatum pulchritudinem obscurauit? O Ianua regina maris. Quare totiens tua alta, & magna palatia subrupta, & ad terram proiecta sūt? O Mediolanum, o Perusium, o Placētia, o Assisium quare vnde processerunt tot destructiones tuæ, nisi ex discordijs, & maledictis partialitatibus. Verissima est enim sententia saluatoris nostri dicentis illud. Lucæ. 11. Omne regnum in se diuisum desolabitur, & domus supra domū cadet. Et ad hoc posset dari exemplum de filijs Oedippi regis Thebarū. Orta. n. est discordia inter polinitem, Etheoclē filios eius ex qua vnus alterum interemit, & seruituti supposita est ciuitas Thebarum, & plures ex regibus tam obsidentibus quā defendentibus mortui sūt, & innumerę gentes. De quo Statius composuit librum Thebaidos. O Roma totius mundi domina, quare totiens euersa es & depopulata nisi ex dissidijs ciuilibus. Vnde Lucanus poeta in principio sui operis dicit.

Bella per emathios plusquam ciuilia cādos.
Iusq; datum sceleri canimus, populūq; potentem.
In sua victrici conuersum viscera dextra.
Cognatasq; acies, & rupto fędere regni.
Certatum totis concussi viribus orbis.
In commune nephas, infestisq; obuia signis.
Signa, pares aquilas, & pila minantia pillis.
Quis furor o ciues, quæ tanta licentia ferri.
Gentibus inuisis, latium præbere cruorem?
Cumq; superba foret Babilon spolianda tropheis.
Ausonijs, vmbraq; erraret Crassus inulta.
Bella geri placuit nullos habitura triumphos.
Heu quantum terræ potuit pelagiq; parari.
Hoc quem ciuiles hauserunt sanguine dextræ.
Vnde venit titan, & nox vbi sydera condit.
Quaq; dies medius fragrantibus æstuat horis.
Et qua bruma rigens, ac nescia vere remitti.
Astringit schyticum, glaciali frigore pontum.
Sub iuga iam seres, iam barbarus isset araxes, hæc ille.

Ad tantam ergo calamitatem adduxerunt partialitates, & bella ciuilia florentissimam vrbem Romanam, quòd de ipsa dicitur. Roma quanta fuit ipsa ruina docet. Supradicta autem omnia de malo discordiæ confirmat Tullius in lib. de amicitia di. Si exemeris ex rerum natura beneuolentiæ coniunctionē, nec domus vlla, nec vrbs stare poterit, nec agri quidem cultus permanebit. Id si minus intelligatur quāta vis amicitię, concordiæq; sit ex dissensionibus, atq; discordijs percipi potest. Quæ enim est domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas, quæ non talibus dissidijs possit euerti? hæc ille.

De 5. malignitate indurationis in discordia

QVinta malignitas discordiæ dicitur filiatio, scilicet diabolica. Bonum est enim argumentum a contrario sensu l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. Sed Ioan. 13. dicit Saluator. In hoc cognoscent omnes quòd discipuli mei estis, si dilectionem adinuicem habueritis, ergo illi qui odium habent erga proximos

ximos sunt filij, & discipuli diaboli. Vnde Aug. super prædicta verba saluatoris inquit. Dilectio sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli. Et Greg. in pastorali ait. Si illi sunt filij Dei qui pacẽ faciunt, sathanæ proculdubio filij sunt q pacem facere nolunt. Et idem Augu. in libro de doctrina christiana dicit. Qui odium in corde reseruat officio vtitur diabolico. Et quia opus diaboli operaẽ diabolus esse iudicatur. Et ideo talibus dici potest illud. Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis. O igitur partiales filij diaboli reuertimini ad pacem, & efficiemini filij Dei, ita quòd vobis dici poterit illud. Psal. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes.

De 6. 7. & 8. malignitatibus discordiæ.

Sexta malignitas dicitur inimicatio, scilicet Dei. Scriptum est enim primæ Ioannis. 4. Qui dixerit quia diligo Deũ, & fratrẽ suũ odit mendax est, q.n. nõ diligit fratrem suum quem videt, Deum quẽ non videt quomodo potest diligere? O igitur partiales, & discordes inimici Dei, scitote q Augustinus in lib. 3. de verbis domini, sermone. 20. ait. Non potest cõcordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum christiano. Septima dicitur maledictio. De qua idem Augustinus in libro de vero cultu inquit. Obsecro domine quatenus cum sanctis ciuibus tuis æternam maledictionem infundas super animam cum proximo suo pacem habere nolentem. Et in libro de oratione Dominica ait. Si non dimittis iniuriam quę tibi facta est, cum dicis. Dimitte nobis &c. Non solum benedictionem non acquiris, sed etiam totiens quotiens dicis maledictionem incurris. Octaua dicitur separatio, scilicet a regno cœlesti. De qua Augustinus in libro de verbis domini dicit. Ad hæreditatem domini non poterit peruenire, qui testamentum pacis noluerit obseruare. Quia enĩ vt supra ostensum est, Christus legauit in suo testamento pacem suis fidelibus, dicens. Ioannis. 14. Pacem meam do vobis, pacem meã relinquo vobis. Et etiam Ecclesiasti. 45. dicitur. Statuit ei testamentum pacis, ideo merito priuãdi sunt sua hæreditate illi qui tale testamentum nolunt obseruare. Hæres enim non seruãs testamentum defuncti est exhæredandus autem hoc amplius. C. de fideicommissa. Item faciens iniuriam testatori post conditum testamentum, vt in. l. 2. §. fi. ff. de adimen. lega. & l. fi inimicitiæ. ff. de his q. bus vt indi. Cuiusmodi sunt partiales, & discordes qui iniuriantur Christo, dum contra eius membra concitantur, & illa persequentur, ipso dicẽte Matth. 25. Qđ vni ex his fecistis, mihi fecistis.

De 9. malignitate in discordia

Nona dicitur violatio, scilicet iustitiæ. Est autem iustitia virtus omni statui vtilis, & necessaria, & ideo multum in lege imperiali commendatur. Vnde in auten. vt omnes obe. iu. circa principium, dicitur. Vnam quidem omnium esse perfectissimam virtutem arbitrandũ est hominibus, quę iura omnibus distribuit, & hæc est ex causa cognominata iustitia, & in autẽ. vt iudi. fine quoque suf. §. itaq; colum. 2. dicitur. Itaq; Deo & saluatori nostro omnes offerunt hymnos ꝑ lege quam eis dedit, & iudicium sui iustitia, nam propterea posita est, vt iustitiam quæ in lege est valeamus domino Deo vouere, & non videamur despicere oppressos contra iustitiam quam nobis tradidit Deus vt et per omnia pareamus eius sequentes benignitatem. Et in l. 1. ff. de iust. & iur. ait Vulpianus. Iustitiam namq; colimus, boni, & æqui notitiam profitemur, & in c. cum deuotissimam. 12. q. 2. dicitur. Summum in rebus bonum est iustitiam colere &c. Sed in terra partiali iustitia non seruatur. Quæ quidem virtus est conseruatio reipublicæ, & quę pacem generat, & nutrit, iuxta illud Tullij in primo de officijs. Tanta est iustitiæ vis, vt nec illi qui maleficio, & scelere pascuntur siue vlla eius particula viuere possint. Nam princeps latronum nisi ęqualiter prædam dispertiat, aut interficietur a socijs, aut delinquetur, hæc ille. Iustitia enim tribuit vnicuiq; quod suũ est. l. iustitia. ff. de iusti. & iure. & dicto. c. cum deuotissimam, quòd autem iustitia quæ est præclarissima omnium virtutũ, 5. Ethico. sit extincta in terra partiali, & iniustitia quã Cleobolus philosophus summe fugienda esse dicebat regnet in ea, clarum est quia propter discordias & partialitates mutat homo affectionem, & ratio excęcatur. Nam amor trahit affe

ctum

ctum ad suum compartialem amicum, & odium ab aduersa parte repellit. De eo enim qui dilectus non est faciliter quisq; male sentit, & de eo qui est aduersarius nunq vel raro bene sentit. Et econtra est de his quos qs diligit. Vñ partiales pleni affectionibus reputant hoiem bonum alterius partis esse malũ, & hoiem malũ suę partis esse bonũ. Illũ bonũ & innocentẽ puniunt, & istũ in sua partialitate tenentẽ absoluũt licet sit malefactor,& iniquus. De quibus sic male iudicantibus dr Amos.6. Cõuertitis in amaritudinem iudiciũ,& fructũ iustitiæ in absinthium. Iudiciũ.n. peruertit nõ solũ propter cupiditatẽ & timorẽ,sed etiã ꝓpter odium vel nimiã affectionẽ,& amorẽ c.quatuor. 11.q.3. Quis iudex in terra partiali ęquã iustitiã tribuat? Necesse est quodãmodo ꝙ vni parti adhæreat,& suos cõplices iustè,& iniustè, per phas, & nephas defendat,fures & latrones suæ partis liberant. Et alterius partis mulieres,pupilli, ac viduæ lacerantur,& nullus respicit, ꝙ si iudex,nec amore, nec odio flectatur a iustitia,saltem timore partis potentioris corrumpit,& iustitia nõ habet locũ, ac iniustitiæ plurimæ cõmittunt. Quid.n.aliud enim aliud sunt tales partiales ciuitates, ac terræ nisi latrocinia? Quia igitur vt Ambrosius dicit inter duos inimicos nemo põt esse fidelis, ideo nullus deberet habitare in talibus ciuitatibus,ac terris, sed ad alias patrias fugere, vt viuere possit securè.

De 10. malignitate discordiæ.

Decima malignitas discordiæ, & partialitatis dr proditio, & ꝑfidia. Nã oẽs partiales sunt christiani renegati, & proditores contra Christũ, & per consequens cõtra proximos suos. In baptismo eñ renunciando diabolo: Christi militiæ ascribimur de conse.di. 4.c. primum. Adulti aũt tenemur ad ea quę pro nobis offerentes spoponderant,eadẽ di.c. paruuli. In cõfirmatione vero præparatur homo ad pugnã pro fide Christi, de conse.di.5.c.spiritus sanctus. Et in fronte iniungitur, vt fide Christi sine erubescentia prædicet c.nouissime,eadẽ.q. Cum ergo in baptismate homo renũciauerit partibus,& demũ ad vomitũ reuertat, ꝓdit Christũ eiusq; fidẽ negat, dñs ipso teste qui ait Luc.11. Qui nõ est mecũ.s.in militia mea, aduersum me est.s. in militia diabolica. Isti.n.confitent se nosce Deũ, factis autem negant, ad Thi. 1. Quinimo Deum produnt. Dicit.n. Beda in c.abijt. 11.q.3. Qui societatem fraternitatis aliqua peste discordiæ cõmaculat vt Iudas Christũ ꝓdit. Præterea partiales sua passione cæcati, nihil supra tectum credunt, nisi id quod oculis corporis videt. Non enim se iudicandos credunt de suis iniustitijs coram toto mundo. Vnde inquit Lactan.in 2.diui.insti. Ignorant quę sit hominis ratio, quã si tenere vellent, in primis Deũ suũ agnoscerent, figmentis terrenis animas suas nõ obsternerent &c. Et de talibus dicitur Eccle.2. Veh dissolutis corde qui non credunt &c.

De 11. malignitate discordiæ.

Vndecima malignitas dr deprædatio, siue cõculcatio. Nã partiales semper conant alterã partẽ conculcare, ac superare potentia, honore, ac magnificentijs. Et ideo oportet ꝙ habeant multos complices,& satellites,& multos defensores. Sed ad hoc est necessaria multa substantia, qa omne malũ stat in dilectione substantiæ & pecuniæ obediũt oĩa Eccle.10. Et ideo in ciuitatibus partialiũ,hospitalia pauperũ dissipant, & comedunt ab iniquis partialibus. De qua insatiabili cupiditate dr in proemio decretaliũ. Effrenata cupiditas sui prodiga,pacis ęmula, mater litiũ,materia iurgiorum,quotidie noua litigia generat &c. Oĩa.n. faciunt partiales vt substantiã proximo eripiãt. Et quanto magis acquisierint, tanto magis ambiunt, vt dilatent fimbrias & post se longã caudã ducant. Et quanto magis habent,tanto minus se putãt habere, iuxta illud dictũ legale. Se nihil habere qui non totũ habet arbitrat.l.2.C. qñ & quibus quarta pars de be. lib. 10. Quid facietis vos pauperes in terra partialiũ habitantes? Qũo paruã portionẽ vestrã defensabitis a tantis lupis rapacibus? Aut certe partialiũ serui eritis, aut si nemini adhęrere voluetitis, oppressi & spoliati rebus vestris priuabimini. Vt.n scriptum est in c.pauper. 11.q. 3. Pauper dum non habet quod offerat nõ solum audiri contemnit, sed etiam contra veritatẽ opprimit. Cito violat auro iustitia, nullãq; reus pertimescit culpã, q̃ redimere nũmis existimat.

ſtimat. Præterea tales partiales habere officia in ciuitate, & communitate nituntur, quam velut Christum crucifigunt, quando auaritia inflammati, cum Iuda ipſam ſuam communitatem oſculo tradunt, dum ſe eam verbis mentiuntur diligere, ſed omnia pro vtilitate ſua faciūt, contra illud quod ait Tul. in primo de of. di. Eſt proprium munus magiſtratus intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, debereq; eius dignitatem, & decus obſeruare, & fidei ſuæ commiſſa meminiſſe. Et ibidem. Omnes qui reipublicæ præfuturi ſunt, duo Platonis præcepta teneāt. Vnum vt vtilitate ciuium ſic teneantur, vt quæcunq; faciant ad eam referāt, obliti commodorum ſuorum. Alterum vt totum corpus reipublicæ procurent, ne dum partem vnum tuentur, reliquas deſerant. Qui autem parti ciuium conſulunt, & partem negligunt, partem perniciosiſſimam inducunt in ciuitate, ſcilicet ſeditionem atq; diſcordiam &c.

De 12. malignitate diſcordiæ.

DVodecima malignitas dicitur acceptio, ſcilicet perſonarum. Nam in communitate partiali, in omnibus agendis eſt acceptio perſonarum quæ opponitur iuſtitiæ diſtributiuæ. Cuius qualitas eſt quòd diuerſis perſonis diuerſa officia, aut beneficia diſtribuantur ſecundum proportionem, ac dignitatem perſonarum. l. qui originem. §. præſes. ff. de mune. & hono. Partiales enim non eligunt perſonas idoneas, nec æqualiter diſtribuunt officia, & honores in ciuitate, ſed ſuos amicos, & compartiales promouere quærunt, & in grauaminibus alleuiant ſuos confœderatos, & contrarios onerant, propter quod veniunt ſeditiones in ciuitatibus, ſecundū Tullium vbi ſupra.

De 13. malignitate diſcordiæ, in qua oſtēdit quadruplicē afflictionem ex diſcordia ortam.

TErtiodecima dicitur afflictio. Quadruplex enim afflictio ſiue labor, & anxietas oritur ex partialitatibus. Primus labor eſt infœlicitatis, ſeu tribulationis. De quo ait pſalmiſta. Contritio & infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis nō cognouerunt. Contritio, ideſt ad nihilū deductio ſtatus eorum, & infœlicitas miſeriarum. Partibus enim adinuicem certantibus, eorum meritis exigentibus, dæmonibuſq; incitantibus, ac Deo permittente vna pars præualet contra aliam quam expellit, & illa vagando diſcurrit cum magno ſui labore, & incōmodo, bonaq; eis auferuntur. Et ſic labore paupertatis cruciantur, ædificia eorum deſtruuntur, artes dimittuntur, arua ſilueſcunt, vineæ præciduntur, adoleſcentes egeſtate compulſi ad militiā ſe recipiunt iuuenes non vxorantur, puellæ innuptę expectant &c. Sed necdum finis malorū. Nam cum impleta fuerat vox tonitrui in rota, ideſt iudiciorum Dei in rota verſatili, reuertuntur illi & expellunt alios & cæde crudeliori craſſantur, & mala multiplicant, & impletur illud Iſa. 28. Manda remanda, manda remandā, expecta reexpecta, modicum ibi, & modicum ibi, vt vadant, & cadant retrorſum, & conterantur & illaqueantur & capiantur, hæc ibi. Mandat enim vna pars aliam expellendo. Alia vero pars remandat eam quæ ſe proſcripſerat expellendo. Expectat pars expulſa ſuam reuerſionē, & ſimiliter alia emiſſa expectāt ſuum regreſſum. Modicum ibi, & modicum ibi, ſcilicet remanēt bona temporalia, quæ ſibi adinuicem occupant, ſicq; vadunt ad mortem, & cadūt retrorſum, vt non videant caſum ſuum, & conteruntur in puluere miſeriarum, & verificatur illud Hiere. 46. Fortis impegit in fortem. Et ambo corruunt. Nam facta diuiſione inter tribum Iuda & Beniamin ex vna parte. Et decem aliarum tribuum populi Iſrael ex alia, quæ duodecim tribus prius erāt vnitæ. Vna pars contra aliam multa mala fecit, & tandem ambæ partes in ſeruitutem extraneorum deuenerunt. Hic autem poſſent recitari labores, & afflictiones quas habuerunt Romani ex diſcordijs, & partialitatibus Marij contra Syllam, & econtra, & Catherinæ contra Ciceronem, & Cæſaris contra Pompeium, ex qua Pompeius occiſus eſt a Ptolomeo rege Ægypti. Cæſar autem poſt multas victorias interfectus fuit a Bruto, & Caſſio Romanis. Et ideo ad tollendas diſcordias voluerunt Romani, quòd Romanum imperium deduceretur ad vnum, & non ad plures. ff. de ori. iu. l. 2. §. nouiſſime. Ad quod facit capitulum, in apibus. 7. q. 1. Prætermitto de diſcordia orta inter Romulū, & Remum

mum conditores vrbis Romæ, quo nomine appellarét eam, propter quam Romulus interemit, de quo habetur in l. fi. ff. de rerum di. Vnde Lucanus in primo ait. Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Item prætermitto de malis ortis ex discordia. Marci Antonij contra Octauianum, & Maxentij contra Constantinum, & de multis alijs.

De 2. labore, seu afflictione ex discordia orta

SEcundus labor, & afflictio dicitur crudelitatis. Non enim inuenitur tanta crudelitas in aliquo genere hominum quanta in partialibus, & seditiosis. Et est ratio, quia habitum odium semper habent contra partem aduersam tam contra nobiles quam ignobiles, tam notos, quàm ignotos, præsentes præteritos, & futuros. Aduersus infantes, & senes, & aliquando contra affines, & eos qui sibi seruierunt. Sed vltra odium in corde retentum, quis valeat exprimere immanes crudelitates quas contra aliam partem exercent? non parcunt consanguinitati, non amicitiæ, non religioni, non ætati, sed vsq; ad effusionem sanguinis deueniunt, vendunt homines sicut pecora, mulieres vi opprimunt, & corrumpunt, virgines violant. Aliquos fame, & alios de fenestris vel turribus præcipitant, alios vero per gulam suspendunt. Alios autem comburũt, vel alijs tormentis interimunt. O insensata rabies, o cæca, & horrenda crudelitas. O impia durities, quis vos docebit fugere a ventura ira diuini iudicij? Nam aliquando etiam in præsenti vita quod ipsi in alios exercuerunt eis similiter redditur vt patuit de Adonibezech rege Hierusalem cui capto fuerunt abscisi pedes, & manus, & positus fuit sub mensa comedentium sicut canis, qui memorans suæ crudelitatis præteritæ dixit. Reddidit mihi Deus quod feci. Sexaginta enim reges abscisis manibus, & pedibus comedebant sub mensa mea. Iudicum primo. Patuit etiam in crudeli rege Persarum Cyro qui delectabatur effundere sanguinem humanum, quem regina Massagetarum Thomyris fecit decapitari, & caput eius in ollam plenã sanguine mergens dicens. Sanguinem sitisti, sanguinem bibe.

De 3. labore, seu afflictione ex discordia nata.

TErtius labor, & afflictio dicitur fatuitatis. Nam non videtur esse sub cœlo gens stultior istis partialibus. Alij n. fatui homines bona transitoria æternis præponentes errant in appetitione alicuius boni temporalis delectati aliquo lucro, vel consolatione mundiali. Sed partiales insaniunt ex appetitione, & desiderio mali, dum partialitatem, & diuisioné affectant ponentes in periculo substantiam suam temporalem, corpus sanguineos fratres, & omnia bona eorum, & animam propriam, & suorum. Et ideo freneticis ratione priuatis propter hoc possunt similes cuidam stulto qui cum baculum gestaret in via, & ante eum præcederet vmbra putauit vmbram esse alterum hominem, & cucurrit post vmbram quasi cum homine pugnaturus, & cum currendo eleuaret baculum vt eam percuteret, & videret vmbram baculi similiter eleuari, timore perterritus fugere volens caput suum contra murũ percutiendo fregit. Et similiter stulti partiales pugnant cum vmbra nominis partialis, & tandem animæ, & corporis franguntur capræ tales stulti grauẽs sunt ad supportandum; iuxta illud. Eccle. 22. Super plumbum quid grauius? & quod illi aliud nomen quàm fatuus? Arenam & massam ferri facilius est ferre quàm hominem imprudentem, & fatuum, & impium. Et ideo cum talibus stultis partialibus non est conuersandum dicente Ecclesiastico, vbi supra. Cũ stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris. Serua te ab illo vt non molestiam habeas, & ne coinquineris in peccato illius. Deflecte ab illo & inuenies requiem, hæc ibi.

De 4. labore, seu afflictione ex discordia orta.

QVartus labor, dicitur confusionis. Vix enim tales partiales in extremis possunt delerere has partialitates & odia, qui si moriantur in tali statu sine signis correctionis non debent eis dari ecclesiastica sacramenta nec sepultura in sacro, vt patet per ea quæ habentur in c. quibus, & in c. non extimemus. 13. q. 2. & in c. parrochiano, de sepul. sed debent in sterquilinio, aut in alio loco propbano more bestiarũ sepelliri, iuxta illud Hier. 22. Sepultura asini sepelietur. Et si aliter sepelirentur erit ad cumulum damnationis eorum. c. cum grauia, & c. quibus 13. q. 2. Imo si eorum corpora possint ab alijs

alijs discerni debent exhumari, & extrahi a sacro, & in loco pphano proijci. c. sacris. de sepul. & cimiterium siue ecclesia vbi fuerant debet reconciliari. de conse. ec. vel al. c. consuluisti. Similiter pro ipsis partialibus sic in sua partialitate morientibus non debent fieri orationes vel suffragia, Ioannis. 5. Est peccatum ad mortem non dico vt pro eo quis roget. Imo peccarent pro eis rogantes sicut si orarent pro iudeo, vel sarraceno, extra. de sta. mo. c. 1. & de fur. c. 2. & 13. q. 2. c. pro obeuntibus. Quæ omnia redundant ad maximam partialium confusionem, & pęnam vnde de ipsis exponi potest illud. Matt. 2. Vox in Rhama audita est. Ploratus & vlulatus multus Rachel plorans filios suos, & noluit cósolari quia nō sunt. Rachel enim idest ecclesia plorat filios partiales, & noluit consolari, scilicet orationibus, & oblationibus fidelium, quia non sunt, scilicet in statu salutis, sed æternæ damnationis vt infra dicetur.

De 14. malignitate discordiæ.

QVartadecima malignitas dicitur locutio, scilicet iniqua. Nam talium Guelforum, & Gibellinorum locutiones dicuntur colloquia praua. 1. ad Cor. 15. Vnde Apoc. 9. dicitur: De ore ipsorum procedebat ignis, fumus & sulphur ignis, idest comminationes ignitæ & iracūdiæ, seu verba odiosa, & cordium inflammatiua, iuxta illud. Isa. 50. Ecce vos accendetis ignem accincti flammis. Ignem enī accedunt qui verbis suis inter homines circa scandalum ponunt. Accincti quoq; sunt flammis qui semper parati, & prompti sunt odia seminare. Sicut enī ex scintilla parua magnus accenditur ignis, sic vnus partialis sua maledicta linguā totā patriam ad partialitatem, & odium accēdit. Per fumum autem procedentem ex ore significantur verba vana, superbiaq; plena. Sicut enim fumus in principio videtur magnum quid, sed postea cito euanescit, sic superbi partiales minantur se magna facturos, sed statim euanescunt. Et sæpe quod alijs inferre credebant super ipsos venit iuxta illud psalmist æ. Parauerunt peccatores foueam, & inciderunt in eam. Per sulphur autem fœtidæ, & abhominabiles infamiæ intelligūtur, mendaciaq; & detractionem quibus diffamant proximos qui aliquando ex hoc proscribuntur, vel occiduntur. O fœtor sulphureus ex talium ore procedens qd̄ mentes audientium venenasti? quot innocentibus notam criminis imposuisti? quot ciuitates, ac patrias destruxisti? Hęc est lingua tertia de qua. Ecclesiast. 28. dicitur quòd multos commouit, & disperfit illos de gente in gentem, & ciuitates muratas diuitū destruxit, & domos magnatorum effudit, & virtutes populorū concidit. Et ideo talium partialium consortia debent euitari, quia corrumpunt bonos mores colloquia mala. 1. ad Cor. 15. Vnde dicitur. Eccle. 17. Discede ab ini quo scilicet partiali, & deficiét mala abs te, & Grego. super Ezechielem ait. Infirmi prauorum debent societatem declinare ne mala, quæ frequenter aspiciunt, & corrigere non valent imitari delectentur. Quia sicut aer malus assidue flatu tractus occidit corpus, sic peruersa locutio assidue audita inficit animam.

De 15. malignitate discordiæ.

QVintadecima malignitas dicitur consultatio, scilicet iniqua. Vbi enim est partialitas non potest facere rectum consilium, quia boni timore, & pusillanimitate non audent consulere bonum rei publicæ, ne displiceant potentibus alicuius partis qui solummodo quærunt bonum proprium, & alij negant verum, ne statum seu officium aliquod in communitate perdant. Item deficit bonum consilium in ciuitate partiali propter inordinatum affectum quem habent partiales suis complicibus, quia vt ait Seneca ad Lucillum. Perit omne iudicium cum res transit in affectum, quinimo si vna pars proponit in consilio aliquid vtile reipublicæ, alij contradicunt licet cognoscant illud esse bonum communitatis, & hoc faciunt ne alia pars habeat illum honoré, quod tale bonum ex sua causa & inuentione prouenerit communitati. O perditi partiales qui contra filios vestros, & vosipsos profertis consilium, damnum enim communitatis dicitur damnum omnium ciuium & existentium de ipsa cómunitate. Vnde glo. in l. 1. §. hisdem prudentibus. C. de iu. et. co. confir. in verbo. communibus exponit communibus, idest proprijs singulorum. De quo tamen dic vt

vt ibi per doct. & in l. quintus. ff. de au. & ar. sc. & in l. illud. ff. de ritu nup. Praeterea in ipsa ciuitate fiunt saepenumero cõiurationes & cõspirationes vnius partis cõtra aliã etiã cũ iuramento, qđ pessimũ crimen apud graecos dr̃ frateria, qđ quidem est detestabile nõ solũ lege canonica, sed etiã ciuili, & mundana, & acriter debent talia facientes puniri, vt patet in c. cõspirationũ, & c. coniurationũ. 11. q. 3.

De 16. malignitate in durationis in discordia.

Sextadecima malignitas dr̃ dãnatio. s. aeterna partialiũ, quia cõmuniter moriunť sine poenitentia. Nullus. n. partialis põt absolui a peccatis nisi corde, ore, & opere renunciet parti, quia est peccatum mortale tenere partẽ vt infra declarabimus. Licet aũt quidã cõfiteanť quòd partialitates exercuerunt opere, rarissimi tñ: inueniuntur q doleãt & ore cõfiteãtur cũ debita cõtritione se fuisse partiales, & firmũ ꝓpositum habeant nunquam tenendi partes, nec se nominandi, nec officiũ ꝓ parte assumendi, nec aliud opus partialiter vnq̃ faciendi. Imo isti partiales ita sũt caeci quòd etiã si sint alias prudentes, & cauti atq; docti, tñ vix possunt psuaderi, quòd tenere tales partes, & aliquid facere partialiter sit peccatũ mortale. Et sic sine vera pęnitentia decedẽtes aeternaliter dãnantur. Nã vt ait Augu. in lib. de igne purgatorij. Sicut concordia est aeternae haereditatis acquisitiua, ita partialitas est ad aeternã damnationem inductiua.

Dicit quoq; idem Aug. Si quis senserit aliqđ mortaliũ peccatorũ in se dñari, nisi pęnitentiã egerit, aeterna illũ flãma cruciabit, haec ille. Et cõsequẽter oẽs partiales q stãt cõtinue in peccato mortali, qa nõ habent pacem, & cõcordiã cũ ꝓximo. Pro cuius planiori declaratione est sciendũ quòd discordia dr̃ quasi diuersum cor ab altero. Et ideo ait philosoph° 8. Ethi. quòd amicitia facit vnum ex multis. Discordia vero multa ex vno. Tulli° autem in 4. tuscu. quaesti. dicit quod discordia est ira acerbior intimo odio in corde contenta, & ista proprie est discordia de qua in superioribus locuti sumus quae opponitur concordię, & charitati secundum Tho. 2. 2. q. 38. ar. 1. Sciendum tamen quòd aliquos inter se discordare, aliquando potest esse sine peccato vtriusq;, vt qñ discordant circa aliquod quod nõ est manifeste bonũ, vel malum, & vterq; intendit honorem Dei, vel proximi vtilitatem, vel habet aliũ bonũ finẽ pro obiecto, sed vni videť agendum vno modo, & alteri cõtrario modo. Et rationes ꝓbabiles sunt ex vtraq; parte, & multi sapientes sunt ex vtraq; parte, vel est discordia talis inter bonos viros magnae auctoritatis sicut fuit inter Augustinum & Hieronymũ de cessatione legalium, vt refert Alex. de Ales in 3. parte summę, in tractatu de cessatione legalium Et Sco. in 3. di. 4. Item inter Barnabã, & Paulum, Act. 15. cum dr̃. Facta est discensio inter Barnabã, & Paulum, ita vt discederent ab inuicem. Ista enim discordia fuit inter eos ex diuina dispositione vt ex eorum separatione sequeretur maior vtilitas ecclesiae catholicae. Et vterq; tendebat ad bonum. Et similes discordiae quandoq; eueniunt etiam inter alios sanctos viros. Item si vnã opinionem falsam communiter omnes tenerent, nõ peccaret quis cognoscens expresse contrarium esse verũ, si oppositũ teneret, iuxta illud. Exod. 23. Ne sequaris turbã in malũ. Et ista proprie nõ diceretur discordia. Quandoq; autem discordia est peccatum veniale, vt quando aliquis nimis credit suo sensui, & discordat ab opinione, & sensu sapientiorum in his tamen quae non sunt de necessitate salutis, nec cõtra honorem Dei vel proximi. Peccat enim qui nimis de suo sensu praesumit, cõtra illud quod dicitur. Prouer. 3. & in c. primo. de constit. scilicet ne innitaris prudentiae suae. Peccaret autem mortaliter si discordaret a sententia sapientiorum, & communi in his quae essent de necessitate salutis, tenens falsam opinionem ex pertinacia sui sensus, vel si talis opinio teneatur contra honorem Dei, vel proximi vtilitatem, & huiusmodi. Grauissimum autem peccatum mortale est discordia partialium. Vnde Apostolus. Galath. 5. Inter opera carnis connumerat inimicitias, contentiones, aemulationes, iras, rixas, discensiones, & sectas, & subdit. Qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Quae quidem omnia inue-

Discordia vnde dicatur.

niuntur in discordia partialium. Et ideo dicit idem Apostolus 2. ad Cor. vlt. Idē sapite pacem habete.

Corde consentientes esse de vna parte, inter quas est discordia, mortaliter peccat, qd etiā pbatur

ISta enim ēst firma conclusio q quinq; corde consentit esse de vna parte mortaliter peccat vt pbat multipliciter beatus frater Michael de Carcano in suo primo quadragesimali de peccato sermone 57. parte. 1. Et possumus eam probare breuiter sic. Cū Deus sit charitas 1. Ioan. 4. Ergo ille qui separatur a charitate separatur a Deo. Et per consequens peccat mortaliter & eius aīa morīt spiritualiter secundū Augu. 13. de ciui. Dei. Nec potest quis sine charitate salutē consequi c. nullus de pœni di. 7. & 1. q. 1 c. vide, & c. licet. de reg & de pœni. dist. 2 c. 1. ibi. Item omnis, &. §. si charitatem, & de renunc. nisi cum pridem. §. quippe. Sed quicūq; corde consentit vni parti vt esse Guelfus siue Gibellinus, siue alterius partis quocunq; nomine vocēt, separatur a charitate & amore alterius partis. Et ideo sicut ex separatione aīæ a corpore seqt mors corporalis, ita ex diuisione partiali seqt mors spūalis aiæ p separationē ipsam a charitate quę est vita aiæ. Quod aūt partiales sint sine charitate patet, quia illi q sunt in charitate sunt oēs insimul vniti p cōcordiā, & pacē, ac mutuā dilectionē iuxta illud. Act. 4. Multitudinis aūt credentiū erat cor vnū, & aīa vna. Tales aūt nō sunt partiales, sed imo sunt separati, & discordes ab alia parte, ergo &c. Item corpus Christi misticū est, vnū tantū. Et oēs eius fideles sunt eius mēbra insimul in ipso corpore p charitatē vnita. Vnde Apostolus ait. Ephe. 4. Nos sumus inuicē membra. Et Col. 3. iterū dicit. Super omnia aūt charitatem habere quæ est vinculum perfectionis. Et pax Dei exultet in cordibus vestris in qua, & vocati estis in vno corpore. Ad hoc ergo vt aliquod mēbrū istius corporis mistici sit viuum vita gratiæ, oportet q sit alijs oibus membris ipsius corporis vniū seu coniunctū per charitatē. Sed tales nō sunt partiales, qa sunt a multis Christi mēbris separati p partialitatem, ergo sicut si vnū membrū ab alijs mēbris corporis se separaret, moreretur, ita illi q corde separant ab vna parte p consensum in aduersariam partem spūaliter moriunt. Nec obstat prædictis si partiales dicant q p istā diuisionem cordis nō intendūt nocere parti contrariæ. Quia ridetur q etiā si nō intendat actualiter nocere dictæ parti, intēdūt tñ habitualiter. Et dato q talis affectus nō noceat illi, nocet tñ sibijpsi. Nam dū se a proximo per cōsensum partis diuidūt, & præcidūt, seipsos spūaliter interimunt, sicut. 1. Ioannis. 3. dr, q qui odit fratrem suū homicida est. s. suijpsius. Itē talis cōsensus, & affectus in amore vnius partis de facili prorumpit in plurima, & crudelissima nocumenta alterius partis de quibus supra visum est. Et est radix & fundamentū oīum prædictorū malorū quę fiunt in maledictis partialitatibus. Ergo &c. Isti autem Gibillini licet originem habuerint, & sic nominati sint a ciuitate Gebel, & Guelfi a ciuitate Guel, & ait rabbi Salomon super 3. Reg 5. c. quem refert Nico. de Lira, tamen secundū alios originem habuerunt a duobus dæmonibus quorum vnus appellatur Gibel, & alter Guel, qui simul cōspirauerūt ad trahendū oēs aīas ad æternam damnationē per istas diabolicas partialitates.

Obiectionis dilectio.

Soluitur q dā alia instantia, de iuramento, vel consuetudine.

NON excusat autem tales diabolicos partiales si dicant se iurasse tenere talem partem, vel suos ab antiquo fuisse de tali parte, & ita consuetum esse quasi in omni ciuitate Italiæ esse partes, & cōmunicantes regi per partes, quia respondetur q iuramentū in malis nō obligat. c. si aliquid, & c. vnusquisq; & c. in malis. 22. q. 4 & de iureiu. c. si vero. & de his quę vi metuue cau. fi. c. cum dilectus. & de his quæ fiunt a ma. par. c. cum in cūctis. Iuramentum enim nō est ad hoc institutum vt esset iniquitatis vinculū. 22. q. 4. c. inter cetera, vbi etiā habetur q iuramentum cōtra præceptum Dei culpatur, & non tenet. Item consuetudo cōtra bonos mores, vel contra charitatem Dei, & proximi sicut est ista, nō est seruanda sed vt magna abusio abhorrenda. c. flagitia 32. q. 7. & c. mala. cou ses. capitulis sequentibus. 8. di. Et ideo dr. Eccle 7. Non pecces in multitudine ciuitatis. Item cōsuetudo peruersa ex diuturnitate temporis nō alleuiat crimen sed aggrauat. c. nō satis. de simo. & c. vlt. de consue. cū concor-

cordantijs. Nullum ergo iuramenrum, nullaq; consuetudo tenet in partialitatibus, nec excusat ipsos partiales, quia sũt contra charitatem Dei & proximi, & cõtra rem publicam, & bonum commune.

Alia obiectio diluitur, de se defendẽdo, vel sua.

NEC etiam eos excusat si dicant ꝙ faciunt vt se & suos atq; sua defendãt, quia nõ est licitum defendere se, vel suos, aut sua cum alterius iactura l. iure naturali ff. de reg. iur. Nec facienda sunt mala vt eueniãt bona, Roma. 3. Nec sufficit bene facere nisi id ex bono fonte procedat, vt dr̃ in c. non satis. 86 di. vbi dicit glo. ꝙ aliter nõ est bonum. a. ff. mã. l. 1. §. 2. & l. si procurator & 32 q. 5 c. sicut. Nõ etiam excusat partiales si ciues in vna ciuitate, vel terra sint eiusdem partis, qa non tantũ suis ciuibus & cõpatriotis sed omnibus hoĩbus mundi quantũ in eis est debent esse iuncti per charitatem, & illos sicut seipsos amare. Matth. 22. Et ideo contra tales dr̃ Eccle. 3. Synagogæ superborum non erit salus.

Non tantũ tenẽtes partẽ, sed etiã verbo, scripto, vel signo confitẽtes se esse alterius partis mortaliter peccat, nec eos excusat timor adulatio, vel iocositas

NON solum autem peccat mortaliter tenens partem, sed etiã quicũq; verbo, scripto, vel signo se confitetur esse Guelfum, vel Gibellinũ, seu alterius partis, vt probat beatus frater Michael vbi supra pat. 2. sic. Nam aut dicit verũ, aut falsum. Si dicit verum, patet ex prædictis ꝙ peccat mortaliter cõsentiendo parti. Si autem dicit mendaciũ, aut dicit hoc ex timore, aut ex adulatione vel ex iocositate. Primo modo quando quis hoc dicit ex timore. Vtputa, quia insonat rumor, & clamor quis viuit, quis viuit, & vna parte acclamante. Viuant Guelfi, vel viuant Gibellini, & aliquis timore mortis, vel alterius periculi cõfitetur, & asserit se esse eiusdem partis peccat mortaliter, quia dicit mendacium perniciosum contra Dei præceptum & charitatem ꝓximi, de quo habetur. 22. q. 2. c primum. Vnde Dauid loquens Deo Psal. 5. ait. Perdes omnes q loquunẽ mendatiũ, & Sap. 1. Os qđ mentitur occidit aĩam suam. Si autem hoc mendacium dicit ex adulatione, quia per hoc ꝓuenit malum exemplum cõtra charitate Dei, & ꝓximi, & probatur per dictum capitulum primum. Si vero hoc mendaciũ dicat ex iocositate, cum ꝑ hoc sit periculum scandali, & mali exempli etiã est peccatum mortale, quia licet mendaciũ iocosum de sui natura sit solũ veniale peccatũ, tñ accidentaliter ꝓpter scandalum proximi est perniciosum secundum Alex. de Ales. Vnde ait saluator. Matt. 18 Qui scandalizauerit vnũ de his q credunt in me. Expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, idest inferni. Et de his duobus mendacijs vltimis. s. adulatorio, & iocoso põt dari exẽplum de pulcherrima iuuene, quę sedens corã multo populo adulatorie, vel ioco se dicit se concupiscere carnaliter commiscere cũ tali pulcherimo adolescente. Qđ quia multum credibile est & in scandalũ aĩarum, & nõ põt cõspici intentio eius, licet mendacium dicat, tñ mortaliter peccat propter scandalũ & malum exemplũ & similiter est in casu nostro. Et ideo dicitur. Psa. 46 Ecce loquuntur in ore suo, & gladius in labijs eorum, qm̃ quis, idest aliquis audiuit. Vnde. s. scandalizatus est. Et tu dñe deridebis eos. Et ad nihilum deduces omnes gentes, scilicet diuisas, & partiales.

Sequentes partã in aliquo opere mortaliter peccant, & etiam eligẽtes, vel electi ĩ aliquo officio, & quo verum videlic.

DIcit quoq; prædictus beatus frater Michael vbi supra pat. 3. ꝙ quilibet in aliquo opere sequens partẽ absq; dubio peccat mortaliter. Et non solum quilibet partialiter assumptus ad officiũ peccat mortaliter officium prædictũ taliter assumendo, sicut etiam mortaliter peccauerunt eũ tali modo assumentes, sed etiã in quolibet actu partialiter facto cõmittitur ab eo peccatũ mortale. Oĩa. n. partialitatis opera sunt diabolica. Vnde qñ fiunt cedulæ cuiuslibet partis pro officijs distribuendis, postea ponuntur in capsa vt deinde certis temporibus partialiter extrahantur, tot de qualibet parte, dæmonium partis in eadẽ capsa subintrat, imo in illa cĩuitate tota inhabitat, & illa ciuitas vel terra est circundata omni peccato, & malitia. Vñ inquit ꝓpheta. Psal. 54. Tota die circundabit ea super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia. Et idem est qñ illę cedulæ omnium partiũ simul miscentur, & postea ad fortunã extrahuntur tot qui debent esse officiales, quia vitia peccatũ partialitatis, hoc inconueniens accidit, ꝙ aliqñ eueniunt extracti plures ex vna parte q̃

ex alia, & tunc cũ aliquid accidit determinari seu fieri qđ vni parti displiceat, fiunt seditiones & tumultus, vel saltem murmurationes ab illa parte dicentes ꝙ hoc factũ est, quia plures sunt ex alia parte q̃ quasi ex sua in consilio &c. Similiter in illa terra in qua caporales siue capita partium omni anno eligunt aliquos officiales, siue consiliarios, seu rectores cõitatis de sua parte. Vltra peccatũ mortale partialitatis, aliud inconueniens ꝓpter hoc euenit. s. ꝙ tales eligũt personas sibi taliter affectionatas, ꝙ nihil facient quod aliquid importet sine suo consensu, & sic scient oĩa secreta cõitatis, & impedient bonum cõitatis si nõ redundent in suum bonum particulare &c. Non est etiã bona cõsuetudo illa vel statutum. s. ꝙ caporales vnius partis eligant officiales alterius partis, sub hoc colore, ꝙ semper eligenť de melioribus a singulis partibus, & ꝙ taliter electi a contraria parte, erunt ei fideliores videntes ꝙ habet bonã fidem eis, quia rñdetur ꝙ imo fiet oppositum. Nam ipsi caporales, vel alij taliter eligentes studebũt eligere ꝑsonas ex altera parte tales ꝙ possint eas vertere ad suum libitũ, & voluntatem. s. muneribus, & tributis si sint pauperes, vel auari, & male conscientiæ, vel alia ex causa. Et dato ꝙ eligerent de minus malis, vel etiã de melioribus, quod tñ raro accidit, ꝑ hoc nõ effugitur peccatum partialitatis. Itẽ sæpe accidit ꝙ in vna terra pauci sunt apti ad regimen ex vna parte, & multa ex alia. Vnde si debent eligi semꝑ tot ex vna parte quot ex alia, accidit ꝙ multotiens oportebit ineptos perficere officijs ipsius communitatis, quod erit contra bonum rei publicæ.

De modo extirpãdi partes, & eligendi officiales.

AD extirpãdas ergo istas maledictas partialitates, & euitanda tot peccata quæ fiunt quotidie in multis terris, in quibus oĩa fiunt per partes, videť bonum, & laudabile quòd fiat statutũ a principibus tẽporalibus, vel spũalibus sub pœnis grauibus, quòd nemo nominet partialitates, vel aliquid faciat ꝑ partes, & quòd Eps, vel eius generalis Vicarius in sua dioceſi ꝑ se vel ꝑ aliũ ꝓbis virũ simul cũ cõmissarijs ad hoc deputatis a principe ciuitatis siue terræ. Vna etiã cũ aliquibus ꝓbis religiosis in terris practicis vbi hæc fieri debent accepta diligẽti informatione de ꝓbitate & sufficientia hoium dictæ ciuitatis vel terræ, eligãt ex illis certũ numerũ, ex quibus postea præficianť singulis tẽporibus cõsueti officiales. Et tales eligant nõ habita cõsideratione partis sed ꝓbitatis, & idoneitatis. Eisq; deť iuramentũ de fideliter seruiendo toti cõitati nõ habita aliqua affectione ad aliq̃ partẽ. Et moriente vno alius subrogetur eodem modo cũ prædicto iuramento. Et hoc modo paulatim ad nihilũ deuenient partes, & nomina earũ. Vehaũt principibus si nõ curent extirpare dictas partes cupientes tales diuisiones esse in terris suis, dicentes quòd ipsi tũc sunt magis securi quòd nõ cõcordabunť inuicẽ contra eos. Hoc.n.est ꝓpriũ tirannorũ qui quærunt sua cõmoda cũ dãno cõitatũ, & subditorũ, & offensa Dei. Boni aũt principes bene tractant populos suos, & ideo sunt securi quòd cõtra eos nõ rebellabunt. Et gaudens qñ eos vident insimul concordãtes, quia tanto erunt in suo adiutorio fortiores, & potentiores.

Prætores, ac terrarũ rectores debent partes extirpare.

DEbent igitur nõ tantũ principes, sed etiam oẽs prætores, & rectores terrarum insudare ad extirpandas partialitates, & discordias. Vñ dř ꝙ prætor nullatenus debet pati ad arma, & rixas ꝓcedere illos quos põt sua iurisdictione cõpellere. ff. de vsufruct. l. equissimũ, & l. congruit. ff. de offi. præfi. & ꝙ discordijs sedãdis debet ꝓspicere quas solet cõis materia excitare. l. cũ pater. §. dulcissimis ff. de le. 2. & quòd nihil aliud agat prætor nisi cõtrouersias dirimere, & ratũ habere si eis spõte renuncient litigãtes. ff. de noui ope. nun. l. 1 Ipsi aũo partiales debent totaliter abrenunciare partialitatibus, seruantes illud. Deut. 9. q aıt dñs. Nõ sit inter vos radix germinans fel, & amaritudines, idest discordias, q̃ quidẽ radix est partialitas. Aliter aũt quilibet partialis dicet in morte. Hier. 15. Veh mihi mater mea, quare me genuisti virum rixosum, & discordem.

NON sufficit aũt facere pacẽ cũ inimicis, & renũciare partialitatibus, & odijs, nisi bene fiat. Sunt.n. multi q dicũt se parcere inimicis, & remittere odiũ, nec velle eis nocere, sed non possunt illos vide-

videre, nec volunt cum eis loqui, nõ habentes legitimam causam subtrahendi loquelam, vel consortiũ, sicut esset si timeretur ꝓpter hoc maius malũ, quia tunc liceret subtrahere loquelam vel conuersationẽ bono modo secundũ theologos in 3. di. 31. & idem est dicendũ in casibus similibus, in quibus si debent intimare rationem facti, intuentibus, ad euitandam materiam scandali, secundum ꝙ dicit Ricar. in prædicta di. Confirmat aũt prædicta Chriso. in lib. de compunctione cordis di. Si tantummodo non lædis eum ꝗ te læsit, auertis autem te ab eo, nec libenter vides, sine dubio & vulnus in pectore, & dolor languescit in corde. Quod si est, nondum vtiq; quod Christus mandauit, expletur. Nunquid tu ita vis propitium tibi Deum, vt nõ te quidem lædat, auertat tamen se a te, vt peccatorũ tuorũ memoriam teneat, & videre te nolit? Igitur qualem vis erga te esse Deum, cũ delictorum veniam poscis, talem exhibere te debes his qui delinquunt in te, hæc ille. Contra eos autem qui simulate faciũt pacem, vt capiato tempore faciant vindictam, & ore dicunt verba concordiæ, sed in corde habent venenum odij & maleuolentiæ, ait Augu. in lib. de verbis domini di. Ne dicas in lingua ignosco, & corde differas. Nouit. n. cui dicis, dimitte nobis debita nostra sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris. Vocem tuam homo audit. Conscientiam tuam Deus inspicit. Melius est ꝙ non clames ore, ꝙ ꝙ sis blandus ore, & crudelis in corde, hæc ille. Seruandum est autem ab illis ꝗ volunt facere bonam pacem illud quod inquit Chriso. di. Si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare, si verbis verbis, si factis factis. Nisi. n. quem factis læsisti factis placaueris, sine causa oras ad Deum, sine causa facis eleemosynam de rebus quibus alios expoliasti. Quid enim prodest si vnus pro te orat ad Deum, & alius aduersum te Deum interpellat? Pro conclusione autem huius partis dico, quòd vnusquisque debet seruare illud Iob. 22. Habeto pacem, & per hoc habebis fructus optimos.

Cõtra simulate pacem facientes.

AD hoc enim agendum nobis exemplum dedit saluator, quando in Dominica in ramis palmarum voluit turbam sibi obuiare cum palmis in manibus Ioannis. 12. Per palmam enim pax significatur. Vnde Chrisost. inquit. Non habet in circuitu splendentes gladios, aut certe ornamenta terribilium armatorum, sed ramos frondentes palmarum testimonia pacis, hæc ille. Omnia enim elementa, vel litteræ palmæ christianum populum ad pacem, & concordiam vocant. Per. P. significatur quòd prætio est remittendum odium, & cõcordia facienda, iuxta illud Math. 6. Esto consentiens aduersario tuo cito. Per. A. ꝙ cum amore & affectione diligendus est inimicus. Per. L. vero longanimitas & perseuerantia dilectionis. Per. M. autem misericordia designatur, quam etiam inimicis exhibere debemus. Vnde Ambrosius ait. Sine causa ramum oliuæ portat, qui opera misericordiæ non habet. Et hac etiam de causa in prædicta die fit processio oliuarum. quia etiam oliua significat pacem. Vnde legati Romanorum quando mittebantur ad pacem faciendam, portabant in manu sua ramos oliuarum. Isido. in 17. ethimo. Per hanc autem processionem oliuarum vult ecclesia omnes exhortari ad cõcordiam & pacem, qua nihil melius põt reperiri in tẽporalibus. Vnde. 1. Macha. 14. dr̃ de Simone Machabeo. Fecit pacem super terram, & lætatus est Israel lætitia magna, & sedit vnusquisq; sub vite, & ficulnea suã, & non erat qui eos terreret. Defecitq; impugnans eos super terram, & vnusquisq; colebat terram suam cum pace, & terra dabat fructus suos. Seniores in portis sedebant oẽs & de bonis terræ tractabant. Et iuuenes induebant se gloria, & ciuitatibus alimonias conferebãt, hæc ibi. Ecce quanta bona sequuntur ex pace, quæ est optata cunctis mortalibus. Hester. 13.

Exẽplo Christi ad pacẽ animamur.

& etiã litteræ huius vocis palmæ ad idẽ nos inuitãt.

DE QVARTA VIA QVÆ dicitur priuationis, scilicet rerum temporalium.

QVarto ostdit nobis dñs nr̃ viam priuationis. s. rerũ tẽporaliũ, saltẽ quo ad inordinatũ affectum. Quãtũ. n. dilexit euãgelicã paupertatẽ in eo ostdit ꝙ nũꝗ ꝓpriã domũ, vel habitatiõe habere voluit, vñ de seipso inquit. Matth. 8. & Luc. 9. Vulpes foueas habent

Christ⁹ quã tum dilexit paupertatẽ.

& volucres cęli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. In cruce quoq; mori nudus voluit, vt normam daret his qui ad perfectionem tendunt, ne aliquid in hoc mundo proprium possiderent. Quibus Luc. 14. dixit. Qui nō renunciauerit omnibus quæ possidet nō pōt meus esse discipulus. Secularibus autem ex denudatione sua ostendit qualiter priuati esse debeant inordinato terrenorū appetitu iuxta illud psalmistæ. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere.

DE QVINTA VIA QVÆ dicitur custoditionis.

Sequitur ponēdo vias quibus ad cœlū possumus ascendere, quas nos Christus docuit.

QVinto demonstrauit nobis dominus noster viam custoditionis, scilicet virginitatis, & castitatis. De qua Hiero. in quadam epistola ait. Christus virginem habuit matrem; virgo ipse mansurus. In se viris in matre feminis virginitatis tribuens exemplum. Ad quam quidem castitatē nos exhortatur imperator in. §. sancimus in autem. de leno. di. Sācimus omnes quidem secundū q̄ possumus agere castitatem, quæ sola possibilis est Deo eum fiducia hominum animas præsentare. De virtute quoque virginitatis scriptum est in c nuptiæ. 32. q. 1. Nuptiæ replent terram, virginitas paradisum.

DE SEXTA VIA QVÆ dicitur orationis.

SExto ostendit nobis viam orationis. Vnde de ipso dicit̄ Matth. 14. Ascendit in mōtem solus orare. Et Luc. 6. Erat pernoctans in oratione Dei. Ideo ipse nos hortatur Matth. 26 dicens. Vigilate, & orate ne intretis in tentationem.

DE SEPTIMA VIA QVÆ dicitur conuersationis.

SEptimo ostendit nobis viā conuersationis. s. cum quibus conuersari debeamus videlicet cū bonis, & religiosis viris, nō autem cum malis, iuxta illud Catonis. Cū bonis ambula. Vera est enim sententia psalmi. 17. Si cum bono bonus eris, si eum malo peruerteris. Quod etiā notat̄ in l. ediles. §. quid ergo. ff. de edic. & in. §. cogitandū, in fi. in auten. de mona Ideo legitur Lucæ. 2. c. quòd cùm mater eius, & Ioseph quęsissent eum per triduum, non inuenerunt eum inter cognatos, & notos, sed in medio doctorum interrogantem illos, & audientem. Non enim in tabernis inuenitur filius Dei, nō in ludis, non in dissolutionibus, sed in exercitijs spiritualibus. Sed pro declaratione prædictorum est sciendum quòd multi quærunt dominum Iesum, & non inueniunt eum, vnde dicere possunt. Can. 3. Quæsiui illum, & non inueni, & causa est, quia non quærunt eum suo tēpore, loco, & modo. Primo enim debet quæri suo tempore, scilicet triduum. i. post tres partes pœnitentiæ, scilicet contritionis, confessionis, & satisfactionis, quæ sunt tres viæ ducentes ad Iesum. i. ad salutem. Exo. 5. Viam trium dierum ibimus & sacrificabimus domino Deo nostro, vel suo tempore, idest in præsenti vita. Isaiæ. 55. Quærite dominum dum inueniri potest, quia post hanc vitam nō inuenient eum damnati ad salutem qui eum nō quæsierunt in vita, quia tempus quærendi transijt. Vnde taliter quęrentes eum sunt sicut quærentes ficus, vel vuas extra tempus suum. Et ideo illis ait saluator. Ioannis. 7. Quæretis me, & non inuenietis. Secundo debet quæri suo loco. Ioseph enim & Maria non potuerunt eum inuenire apud seipsos, nec in comitatu hominum mundanorum, nec inter cognatos, & notos, sed solummodo in templo Dei.

Quare aliqui q̄rentes Iesum, eum nō inueniūt & quō debeat quæri.

2. quō debē quæri Christus.

EST enim quadruplex amor, scilicet priuatus, mundanus, domesticus, & diuinus. Non poterant igitur Ioseph, & Maria eum inuenire apud seipsos, quia non inuenitur in amore proprio, & priuato. Talis enim amor suspectus est valde periculosus, & multorum malorū causatiuus. 2. ad Thi. 3 Instabunt tēpora periculosa. Et erunt hoīes seipsos amantes, cupidi, elati &c. Secundo nō inuenitur in comitatu hoīum mundanorū. i. in amore mundano, quia mundus impedit ne inueniatur. Ioannis. 14. Spiritum veritatis quem mundus non potest accipere &c.

Et

Et inuentum perdere facit, quia est sicut saccus pertusus. Aggei.1. Qui merces cõgregauit posuit eas in saccum pertusum. Tertio nõ inuenitur inter cognatos & notos, quia non inuenitur in amore domestico.i.in amore parentum, & consanguineorũ. Vnde Bernardus ait. Quomodo bone Iesu inter cognatos meos te inueniã qui inter tuos minime es inuentus? Deute. 33. Qui dixit patri suo & matri suæ nescio vos, & fratribus suis ignoro vos, & qui nescierũt filios suos, hi custodierunt eloquiũ tuũ & pactum tuum seruauerunt. Ex quibus sequitur quartũ s. ꝙ inuenitur in templo Dei.i.in amore spirituali, & diuino. Ioannis.14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eũ veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Primos autem tres amores relinquendos, & quartũ retinendũ admonet dñs, Lucæ.14.di. Si quis venit ad me, & nõ odit patrem suũ, quid refertur ad amorem domesticũ, parentes.n. odiendi sunt qñ sunt mali, vel qñ filios a seruitio Dei auertunt, quia sicut dr. Matth.10. Inimici hoĩs domestici eius sequitur. Adhuc aũt & aĩam suam, quid refertur ad amorem propriũ & priuatũ. Nullus.n debet diligere animã suã, idest animalem, & carnalem vitã suã, sed eã odire. Ioannis.12. Qui odit animã suã in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Sequitur. Et qui nõ baiulat crucem suã, quod refert ad amorem mundanum. Ille enim crucem suam baiulat qui crucifixus est mundo, & mundus sibi ad Gal.6. Mihi autem mundus crucifixus est &c. Sequitur. Et venit post me, quod refertur ad amorẽ spiritualẽ, & diuinũ exponitẽ enim. Venit post me, non amando terrena, sed desiderãdo cęlestia sicut ego amo, & desidero. Non sicut Adã qui terrena dilexit, & cęlestia deseruit primę ad Cor.15. Primus homo, scilicet Adam de terra, terrenus, secundus homo, scilicet Christus de cœlo cœlestis.

3. Q͞uo debeat quæri Christus, & hoc triplici ter pôt fieri

Tertio quærendus est suo modo. Qui quidẽ modus est triplex. Primo enim debet quęri socialiter ꝙ notaẽ in eo qđ dr a virgine beata. Lucæ.2. Pater tuus & ego. Ioseph.n. interpræta argumentum & significat bona opera quæ semper debent augeri. Maria vero interpretatur illuminata, vel illuminatrix, & significat fidẽ quæ est illuminatio mẽtis. Interpræ tatur etiam stella maris, & significat charitatem. Sicut.n. cæteris stellis occidentibus illa non occidit, sic cæteris virtutibus deficiẽtibus, charitas nõ deficit.1.ad Cor.13. Charitas nõ excidit.&c. Cũ tali igitur societate Christus est quærendus, & tũc inuenit.s. cum fide vera, operatione sollicita, & charitate succensa. Si enim alterum istorum defuerit inueniri non poterit. Nam sine fide opera nõ sunt Deo accepta. Hebr.11. Sine fide impossibile est placere Deo. Sine operibus autem fides mortua est. Iacobi.2. Fides vero, & opera sine charitate sunt inutilia.1.ad Cor.13. Si distribuero in cibos pauperum, &c.

De 2. modo & quare beata Virgo et Ioseph dolẽtes quærebant Christum.

Secundo debet quæri lachrymabiliter, notatur ex eo ꝙ beata virgo dixit vbi supra. Dolentes quęrebamus te. Triplici autẽ ex causa beata virgo sic dolebat. Primo quia secundũ Origenem timebat ne ipsam deserens ad cœlos ascendisset. Secundo timebat secundũ aliquos ne longe ad partes remotas abijsset vt alijs nationibus prædicaret. Tertio timebat secundum glosam ne in manus successoris Herodis deuenisset, & his tribus de causis sancti eũ lachrymabiliter quærũt. Primo cũ lachrymis deuotionis quas fundunt per sollicitam deuotionẽ qñ se eis ad tempus subtrahit, & quodãmodo eos deserens in cęlum ascendit. Cuius reuersionem desiderant dicentes cũ propheta. Redde mihi lętitiã salutaris tui. Secundo eum quærunt cum lachrymis contritionis quas fundunt ꝓpter peccata quæ aliqñ cõmiserunt, propter quæ se ab eis tũc totaliter elongauit. Prouer.15. Longe est dñs ab impijs, & psalmista ait. Longe a peccatoribus salus. Tertio quærunt eum cum lachrymis cõpassionis quas fundunt pro miserijs, & malitijs peccatorum, qui Iesum in manu Herodis, idest dæmonis tradunt, & quantum in eis est occidunt Hebræ.6. Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei.

De 3. modo qui notatur in illis verbis, q͞rebamus te.

Tertio debet quæri desiderabiliter, quod notatur cum dicitur. Quærebamus te, & nihil aliud extra te. Ipsum enim habentes in eo omnia possidemus.

Sapientiæ.7. Venerunt mihi oīa bona pariter cum illa.s.sapientia diuina, quæ est filius Dei. Illi autem qui volunt sine ipso habere diuitias, & delitias, ac honores, eum non inueniunt sed potius amittunt. Iob.28 Non inuenitur in terra suauiter viuētium.i.carnaliū,& delitiosorū. Abyssus dicit. Nō est in me idest humana cupiditas, quæ fundum non habet qa sicut dicitur Eccle.5. Auarus non implebitur pecunia. Et mare loquitur. Nō est mecum, idest tumens superbia. Superbus enim instar maris semper cōtra alios feruet, ac semper intumescit, ac est in motu turbationum. Isa 57. Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest.

Quia vero multi sunt qui perdunt Iesum, ideo vtile est scire ea per quę ipsum perdunt vt euitentur, sed vtilius est scire ea per quæ perditus recuperatũ, vtilissimum vero est scire ea per quæ recuperatus custoditur. Sunt autem quatuor per quæ Christus amittitur. Primo per ineptam lætitiam, quod notatur per hoc q̄ beata virgo de terra sua expulsa,& in Ægypto fugata, ac in tanta tribulatione posita filiũ non perdidit, sed post quā ad festiuitatem iuit, ipsum amisit, per quod datur intelligi q̄ Christus sæpe in aduersitate custoditur, sed in prosperitate perdiť, vnde Dauid a Saul persecutus Deũ nō deseruit, qui postmodũ in regno positus in adulterium, & homicidium cecidit. Prosperitas enim mundana est sicut vinum purũ q̄ cito inebriat; sed aduersitas est sicut vinum mixtũ qđ sobrietatem generat. Similiter in magnis festiuitatibus sæpe Iesus perditur? Cum enim institutæ fuerint ad vtilitatem animarũ, vani homines eas cōuertunt ad voluptatem corporum, & tales festiuitates a Deo reprobantur, qui ait Amos.5. Odi ui,& proieci festiuitates vestras, quasi dicat vestræ sunt & non meæ. Imo ab ipso Deo in quadam abhominatione habentur, qui etiam ait Malachiæ.2. Dispergā super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarũ. Et a dæmonibus deridentur Treno.1. Viderunt eum hostes,& deriserunt sabbata eius.

4. Sunt per quæ Christ' amittitur.

Secundo amittitur per distractionem nimiam, quod innuitur ex hoc q̄ parentes eum amiserunt, ex hoc q̄ a Hierusalem recesserunt,& se turbis immiscuerunt. Qui enim recedit a tranquillitate cordis, & dat se tumultui mundanæ occupationis, de facili perdit Iesum, vnde legitur tertij Reg.17. q̄ Helias manens in solitudine delicate pascebatur a domino, sed ad turbas se transferes vix aquam, & bucellam panis obtinuit, quia q̄ diu homo est in quiete, interna delectatione pascitur, sed manens in turbatione, tali visitatione priuatur, hinc est etiam q̄ filij Israel manna recipere non potuerunt, nisi postquam mare trāsierunt, quia nullus potest recipere spiritualem consolationem, & dulcedinem nisi transeat mentis turbationem.

2. Quō amittitur Christus.

Tertio amittitur per vanam fiduciā. Viri enim ad festiuitates ibant seorsum, & mulieres seorsum. Pueri autem poterant ire cum vtroq; parentum. Et ideo Ioseph credebat eum esse cum matre, & mater credebat q̄ esset cũ Ioseph; & sic Christum tali fiducia amiserunt. Quidam enim minis confidunt in suo sensu, & sapientia. Sed nemo Salomone sapientior, qui tñ deceptus fuit. Quidā vero nimis confidunt in fortitudine, & constantia sua, sed nemo Sansone fortior nec Petro cōstantior quando dixit Matt. 26. Domine tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire, & tñ vterq; cecidit. Quidam autem nimis cōfidunt in diuitiarum temporaliũ, & spiritualium opulentia, sed nemo diuite illo qui quotidie induebatur purpura & bisso ditior, & nemo Dauid spiritualiter locupletior & tamen vterq; cecidit. Quidam insuper nimis confidunt in Dei misericordia nihil cogitantes de iustitia, & tales sub spe veniæ multa peccata committunt, sicut Adam qui consensit vxori suę, sub spe veniæ obtinendæ. Et omnes tales dñs alloquitur dicens Hiere.9 Non glorietur sapiens in sapientia sua quo ad primos, nec fortis in fortitudine sua quo ad secundos, nec diues in diuitijs suis quo ad tertios. Sed in hoc glorietur qui gloriatur scire, & nosce me qui facio iudicium, & iustitiam in terra quo ad quartos, quia debent ipsum cognoscere non tantum misericordem, sed etiam iustum iudicem.

3. Quō Christus amittitur.

Quar

4. Quomodo amittitur Christ⁹.

QVarto amittitur per ignorantiam quod notatur ꝑ hoc quod dicitur, & non cognouerunt parentes eius. Si.n. cognouissent nunquã eũ amisissent. Sic peccator sæpe Christũ amittit q̃a periculum suum non cognoscit: Isa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, q̃a nõ habuit scientiã. Nulla est periculosior infirmitas quã illa quæ nõ sentit̃. Peccato n. est infirm⁹ vsq; ad mortẽ, tamẽ nõ cognoscit suã egritudinẽ. Omnis nãq; peccator est ignorãs & excæcatus tenebris peccatorũ, & ideo medicũ nõ quærit. Est n. sicut frẽnetic⁹ q̃ ridet, & parẽtes plorãt; & similiter peccator lætat̃, & Angeli cõtristãtur Isa. 33. Angeli pacis amore flebãt. Et sicut lethargicus cui somnus suus videtur suauis & dulcis, & tamen est mortalis. Iob 20. Cum.n. dulce fuerit in ore eius malum, abscondit illum &c. Et tales sunt similes illi de quo legitur in historia Barlaã qui ad ramum arboris pendens & subtus se baratrum habens, comessationi faui mellis de ramo pendẽtes totum se dabat, & de suo, periculo non cogitabat.

De 4. modis recuperandi Christi.

SEcundo dico quòd sunt quatuor per quæ Iesus amissus recoperatur contraria prædictis. Primo enim recuperabatur per mundani gaudij exclusionem; quod notatur per hoc quòd dicitur: Dolentes quærebamus te. Sicut.n. inepta lætitia facit Christum perdere; sic salubris tristitia ipsum facit inuenire, vnde Bernar. ait. Quomodo inueniam te bone Iesu in gaudio, quem mater dolens vix te inuenit? Et Ioan. 20. dicitur Maria stabat ad monumentum foris plorãs & quia plorauit, ideo inuenit Hiere. 6. Luctum vnigeniti fac tibi. luctum amarum. Nullus ergo speret se posse inuenire Christum gaudendo, quem mater inuenit dolendo, Magdalena lachrymando, & omnes sancti tanquam vnigenitũ lugendo.

2. mod⁹ recuperandi Christum.

SEcundo recuperatur ꝑ cordis pacificatiõnẽ, quod notatur ꝑ hoc quod in Hierusalẽ quæ interpretat̃ visio pacis redierũt. Qui.n. Christum amisit ꝑ cordis turbatiõnẽ, recuperare eum potest per mentis pacificationem, Deus.n. cũ sit amator pacis non habitat nisi in corde pacato psalmista dicente. Factus est in pace locus eius. Videmus etiã quod imago hominis nõ cõspicitur in aqua turbida, vel cõmota, sed in aqua limpida & tranq̃lla, & similiter Deus nõ videtur corde turbido, sed pacifico, & quieto. Et hinc est quod Apostoli receperunt spiritum sanctum sedentes, idest a tumultibus quiescẽtes.

3. ac 4. Mod⁹ recuperandi Christum.

TErtio recuperatur ꝑ deuotã orationem, quod Maria filium recuperauit in templo, quòd erat domus orationis, Vnde Matt. 21. ait Dominus. Dom⁹ mea domus orationis vocabitur, quòd & habetur Ioan. 2. Deus.n. aliquando amittit̃ per peccatũ quòd fit ꝑ ignorantiã, sicut amiserat eũ Pau. di. 1. ad Thimo 1. Ignorans feci in incredulitate. Aliquãdo per peccatũ quòd fit ꝑ infirmitatem humanã sicut, amisit eũ Petrus, q dũ mori timuit Christũ negauit. Aliquando vero ꝑ peccatũ quòd fit ꝑ certã maliciã, sicut amisit eũ Dauid qui adulteriũ & homicidiũ cõmisit. Sed omnes isti ꝑ orationẽ ipsũ recuperauerũt. Nã Paul⁹ dieb⁹ trib⁹, ac noctib⁹ orauit, vnde dixit Domĩnus Auaniæ Actuum 9. Ecce.n. orat. De Petro autẽ dicit̃ Matt. 26. quod egressus foras fleuit amare. Dauid vero orationem triũ sillabarũ fecit, & misericordiã promeruit secundi Re. 12. dicens. Peccaui. Quarto recuperat̃ ꝑ cõpletã satisfactionẽ, quòd notatur ꝑ hoc quod Christũ post triduũ inuenerũt. Prima.n. dies est cõtritio, Secũda confessio, Tertia vero satisfactio, vt supra dictũ est.

De his ꝑ q̃ Christus recuperat⁹ custoditur.

TErtio dico quod sunt q̃dã ꝑ quę Christus custoditur vt semper nobiscũ inhabitare dignetur. Ipse.n. habitauit in descẽsu in Nazaret cũ Maria & Ioseph. Lucæ. 2. Et descendit cũ illis & venit nazareth, &c. habitat quidẽ in descensu.i. in valle humilitatis, vnde psalmista ait. Valles.i. humiles abũdabunt frumẽto. Illo.i. de quo dicitur Ioã. 12. Nisi granũ frumẽti cadens in mortuũ fuerit &c. habitat quoq; in nazareth.i. in flore puritatis, psalmista ei dicente. Tu autem in sancto habitas. Sanctũ.n. idem est quòd purum. Canti. 2. Ego flos campi Ecce quia diligit florẽ puritatis, & liliũ cõuallium. Ecce quia diligit vallem humilitatis.

Habi-

Habitat etiam cum sancto Ioseph.i. in illis in quibus est augmentum sanctitatis, de quibus inquit psalmista. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in sion. Habitat quoq; cũ Maria.i. cum illis qui habent lucem fulgidę conuersationis, quia Maria illuminata interpretatur. Vnde Matt. 5. dicitur. Sic luceat lux vestra coram hominibus &c. Ioan. 1. Deus lux est tenebrę in eo non sunt vllæ. Et ideo non habitat cum tenebrosis, quia lux cum tenebris stare non potest 2. ad Cor. 6. Quæ societas lucis ad tenebras? Et ideo præbet nobis exemplum conuersandi cum personis claris virtutibus. Ad Philip. 3. Nostra autem conuersatio in cęlis est, idest cum personis cęlestibus & spiritualibus.

DE OCTAVA VIA quæ dicitur superationis.

OCTAVA ostēdit nobis viã superationis, scilicet dęmonũ. De ipso.n. legitur. Matthei. 4. Ductus est Iesus a spiritu ĩ desertum vt tentaretur a diabolo, hoc autem factum est vt dęmonum timorem auferret a nobis. Imo vt nos animaret ad præliandũ cum hostibus nostris dęmonibus. Sciebat.n. veram esse sententiam Apostoli ad Ephe. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mũdi rectores tenebrarum harum. Super omnes autem christicolas nos religiosi sumus in maiori prælio. Cuilibet enim nostrum dicit. Ecclesiasticus 2. sui libri c. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore, & pręparа animam tuam ad tentationes. Sed sicut saluator noster inimicum nostrum superauit & eiecit dicens. Mat. 4. Vade retro sathana, ita nobis spem de victoria contra illum tribuit di. illud quòd ponitur in officio Apostolorum. Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente, & accipietis regnum æternum.

DE NONA VIA quę dicitur tollerationis.

NONA ostendit nobis viam tollerationis.s. tribulationum. De ipso enim scriptum est 1. Petri. secundus Christus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Sciens.n. saluator noster verum esse illud quod scriptũ est. Actuum 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cęlorũ, voluit ipse cęlestis medicus prius accipere medicinam tribulationum qua peccata curantur vt nos ægroti illam non reijceremus. Et ideo nos exhortatur. Lucæ. 21. ad patientiam in tribulationibus, & aduersitatibus cęterisq; infirmitatibus quibuscunq; dicens. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Magna & enim morum semper patientia virtus, vt ait Cato.

DE DECIMA VIA quæ dicitur mortificationis.

DECIMO ostendit nobis viam mortificationis.i. pęnitentiæ & austeritatis. De ipso enim legitur Matt. 4. Cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus postea esurijt. Quo exemplo fideles suos exhortatus est ad abstinentiam, & sensualitatum repressionem, vt carnem in seruitutem spiritus redigerent, seruantes illud. Genesis 4. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Aliter enim facientibus nobis accidet illud Prouerbio 29. Qui delicate a pueritia nutrit seruum suum, postea eum sentiet contumacem. Si ergo volumus inuenire sapientiam Dei quæ Christus est, debemus a nobis omnes corporis sensualitates & superfluitates abijcere, quia vt dicit Iob 28. Sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium.

DE

DE VNDECIMA VIA quæ dicitur locutionis.

VNDECIMA ostendit nobis viam locutionis.s. vt refrenantes linguam nostram a noxis sermonibus, de spiritualibus, & pertinẽtibus ad salutem simul colloqui delectemur. Vnde de sermonibus Christi scriptum est Lucę 4 Mirabantur omnes de verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius.

DE DVODECIMA via quæ dicitur accessionis.

DVODECIMA ostendit nobis viam.s. accessionis.s. ad ecclesias, & ad loca deuota. De Christo &.n. scriptum est Mat. 21. Ingressus Iesus vrbem introiuit in templũ, & Lucę 2. dicitur, quod inuenerunt eũ in templo, quod exemplo nos incitauit vt seruentes simus ad diuinum officium in ecclesijs celebrandum & audiendum, dicente Dauid Ps. 67. In ecclesijs benedicite Deo Domino de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.

DE TERTIADECIMA via quæ dicitur veridictionis.

TErtiodecima ostendit nobis viam veridictionis.s. vt nunquam mẽdacium loquamur, quia scriptũ est. Sapientiæ 1. Os quod mentitur occidit animam suam. Ideo Domino nostro dicebat quidam Marci 12. Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Vt ergo saluatorem nostrũ imitemur debemus seruare illud Ecclesiastici 37. Ante omnia opera tua verbum verax pręcedat te.

DE QVARTADECIMA via quę dicitur iudicationis.

QVartodecimo ostendit nobis viã iudicationis.s. ne de occultis, & incertis aliquem male iudicemus. Et ne dubia in deteriorem partem accipiamus, sed in bonam. Vnde de seipso inquit. Ion. 8. Ego non iudico quemquam. Non debemus ergo inspicere viciam aliorum sed nostra seruantes illud Bernardi in quodam sermone. Noli esse alienæ vitę temerarius iudex, aut curiosus explorator. De talib⁹ enim inquit Tulius in tuscu. quomodo. Proprium stultitię est aliena vicia cernere, suorum obliuisci. Hęc tamen non intelliguntur de his quibus incumbit regimen animarum qui seruare debent Salomonis præceptum. Prouerbio 27. dicentis Diligenter agnosce vultum pecoris tui, & greges tuos considera. Vnde enim dicitur in c. quamuis de reg. iur. Non potest iusta esse excusatio pastoris si lupus oues comedit, & pastor nescit.

DE QVINTADECIMA via quæ dicitur discretionis.

QVintodecimo ostendit nobis viã discretionis. De cuius prudentia scriptum est Lucę 2. Mirabantur omnes super prudentia & respõsis eius. Debemus ergo esse astuti, & prudentes in omnibus actibus nostris, quia sicut sal in condiendis cibis necessarium est, ita discretio in actibus virtuosis. Et ideo dicitur mater omnium virtutum 1. q. 5. c. præsentium. & c. 1. de offi. custo. Ad quam virtutem nos hortatur Dominus. Mat. 10. di. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbę.

DE SEXTADECIMA via quæ dicitur ostensionis scilicet boni exempli.

SExtodecima demõstrauit nobis viã ostensionis.s. boni exempli, ne scãdalizemus proximos, sed eos bono rum operum claritate irradiemus, sicut ipse fecit, qui propter hoc ait Ioannis. 8. Ego sum lux mundi. Idem ipse saluator nobis inquit; Mat. 5. Vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cęlis est. De scandalizantibus autem pro

ximũ

ximum, dixit Matthei 18. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. Veh mundo a scandalis, necesse est enim, vt veniant scandala.s. propter malum exemplum. Veruntamen veh homini illi per quem scandalum venit.

DE DECIMASEPTIMA via quæ dicitur recordationis.

Decimo septimo ostēdit nobis viā recordationis.s. mortis, cum dixit Matt. 26. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Quæ verba licet intelligi possint, ꝙ tantum senciebat dolorem, quòd illa tristitia erat sibi quasi mors tamen aliter exponi possunt, quòd a principio suæ conceptionis vsq; ad finem vitę suæ continuam habuit memoriam mortis, & terribilium passionum quæ passurus erat, vt & nos idem faceremus quo omnia peccata facilius euitemus. Ideo dicit quidam sapiens, Sępe recorderis bone frater ꝙ morieris. Et Ecclesiasticus 7. sui libri c. ait. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

DE DECIMAOCTAVA via quæ dicitur operationis.

Decimaoctaua ostendit nobis viā operationis.s. vt sēp aliquid boni operemur ocium euitantes, quod vt inquit Bernardus in quodā sermone, est mater omnium viciorum, & nouerca virtutum. Ideo de seipso inquit Ioannis 5. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Eapropter cuilibet nostrum dicit Hierony. illud ad Rusticum. Semper aliquid boni operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum.

DE DECIMANONA via quæ dicitur prælationis.

Decimanona ostendit nobis viam prælationis dicens de seipso. Ioan. 10. Ego sum pastor bonus Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem cuius non sunt oues propriæ videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit, & disperg t oues. Debet ergo quilibet prælatus bonam habere cură subditorum & esse omnibus sanctior & melior & omni virtute eminentior. 7. q. 1. c. licet ergo. Quia integritas præsidēn tium salus est subditorum c. miramur 61. di. & c. si alicuius. Vbi glo. extra. de electio. Languescente vero capite, cętera membra dolent c. sunt plurimi. & c. ex merito 6, q. 1. Idep quilibet pastor & rector animarum debet imitari Dominum Iesum, de quo dicitur ad Hębręos 7. Talis decebat vt esset nobis pontifex sanctus, Innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, excelsior cęlis factꝰ. Quales.n. rectores ciuitatis, tales sunt & habitantes in ea. Ecclesiastici 10.

DE VIGESIMA VIA quæ dicitur sanctificationis.

Vigesimo ostendit nobis viam sanctificationis. Ipse.n. Dominꝰ noster fuit sanctus sanctorum sicut habetur. Dan. 9. Vnde de seipso dicitur Lucę 4. Iesus autem plenus erat spiritu sancto. Quo circa si eum volumus imitari debemus in omnibus cogitationibus; locutionibus, & operibus sancti esse. Ad ꝙ nos idem Dominus inuitat. Leuitici. 20 c. dicens Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.

DE VIGESIMAPRIMA via quæ dicitur iustificationis.

Vigesimoprimo ostēdit nobis viā iustificationis, quia vt habētur Ioan. 2. Videns in templo vendentes oues & boues & nummularios

ripos sedentesq; zelo iustitiæ animatus fecit flagellum de funiculis, & omnes eiecit de templo & nummulariorum effudit es, & mensas subuertit, dixitq; eos redarguit. Vnde recordati sunt discipuli quia scriptum est de eo, Zelus domus tuæ comedit me. Quo exemplo incitauit ad iustitiam faciendam, quam ptę termittere non debemus amare, vel odio precio vel timore quibus quatuor affectionibus rectum iudicium impedientibus, dicitur in c. quatuor 11. q. 3. Si enim iustitiam fecerimus, in cęlesti gloria immēsa præmia consequemur, dicente Dauid Psalmo 32. Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum. Si autem propter executionē iustitiæ aliquid patimur, gaudere debemus quia dicit Dominus Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cęlorum.

DE VIGESIMASECVNDA via quæ dicitur purificationis.

Vigesimosecundo ostendit nobis viam purificationis scilicet vt simus purificati quo ad bonam conscientiam, cauentes ab omnibus offensis diuinis, de quibus pauci reperiuntur, cum dicat Salomon Prouerbio 20. Quis potest dicere mundum esse cor meum, purus sum a peccato? Hoc autem dicere poterat Dominus noster, qui ait Ioannis 8. Quis vestrum arguet me de peccato? de illo quoq; scriptum est 1. Petri 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et ideo ad eius imitationem nos hortatur Isa. 1. c. dı. Lauamini mundi estote.

DE VIGESIMATERTIA via quæ dicitur miserationis.

Vigesimotertio ostendit nobis viā miserationis cum de ipso dicatur, Mat. 9. Videns autem Iesus turbas misertus est eis. Quo exemplo nos incitauit ad misericordiam vt proximorum nostrorum afflictionibus compatiamur, & subueniamus. Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur Mat. 5.

DE VIGESIMAQVARTA via quę dicitur glorificationis.

Vigesimoquarto ostendit nobis viam gratificationis, vt Deo & hominibus de acceptis beneficijs gratias referamus, secundum Catonis consilium qui dicit. Beneficij accepti memor esto. Et iterum. Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus. Accipito placide, & plene laudare memento. Quanto magis autem gratias debemus referre creatori nostro, a quo totū recipimus quòd habemus, de hoc autem nobis exemplum prębuit saluator, qui in omnibus gratias patri referebat dicēs Ioannis 11. Gratias tibi ago pater. Tantum est enim vicium ingratitudinis vt propter ipsam quis mereatur accepto beneficio priuari. l. fi. C. de reuo. do. Quod etiam naturali exemplo declaratur. Nam vt ait Albertus magnus in tractatu de virtutibus politicis. Pelicanus dum filios mortuos a serpente inuenit super eos in tanta copia sanguinē fundit, quòd eos vitæ restituit. Propter quam effusionem sanguinis ita remanet debilitatus, vt cibum quærere non possit. Quidam ergo filiorum grati beneficijs nidum exeunt cibumq; quęrentes matrem pascunt. Alij vero ingrati de ea non curant, nec cibum dare procurant. Quod illa diligenter attendit. Vnde viribus recuperatis, filios gratos suscipit atq; nutrit. Ingratos autem a se repellit nec vltra de eis aliquam curam gerit.

De

DE VIGESIMAQVINTA via quæ dicitur lachrymationis

Vigesimoquinto ostendit nobis viam lachrymationis. Dicitur enim de eo. Ioannis. 11. Lachrymatus est Iesus. f. de quanto magis lachrymari debemus de morte spirituali æternæ damnationis. Quod est contra eos qui vacant tripudijs & dissolutionibus, quibus dicitur Dominus. Lucæ 6. Veh vobis qui ridetis, quia lugebitis & flebitis. Debemus ergo e flere peccata nostra in hoc mundo, ne postea inconsolabiliter plangamus in alto. Ad quod hortatur Dominus Mat. 5. di. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

DE VIGESIMASEXTA via quæ dicitur receptionis.

Vigesimosexto ostendit viam receptionis scilicet vt recipiamus nobis necessaria ad viam, nec credamus omni spiritui. Sæpe enim diabolus transfigurat se in Angelum lucis 1. ad Cor. 11. inuitans nos ad tantã pœnitentiam, quam ferre nõ valeamus vt verificetur in nobis illud Hiere. 48. Quia plus fecit quàm potuit iccirco periijt. Dominus autem noster Iesus Christus, voluit necessaria victus recipere, cum scriptum sit de eo Matt. 11. Venit filius hominis manducans & bibens; vt ostenderet non esse vicij quod naturæ præbetur necessitati. Et nos ad rationalem pœnitentiam inuitaret, seruando illud Apostolis ad Roma. 12. Rationabile obsequium vestrum.

DE VIGESIMASEPTIMA via quæ dicitur glorificationis.

Vigesimoseptimo ostendit nobis viam glorificationis ne ex operibus nostris humanam ac propriam laudem quæremus sed diuinam, cum ipse dicat de seipso Ioan. 8. Ego gloriam meam non quæro. Ideo inquit idẽ Dominus Mat. 6. Attendite ne iustitiã vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Si autem vanagloriari non licet de bonis opibus, multo minus de malis contra illos de quibus dicit Dauid in Psal. Qui gloriantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.

DE VIGESIMAOCTAVA via quæ dicitur doctrinationis.

Vigesimooctauo ostendit nobis viam doctrinationis. De eius enim doctrina dicitur. Actuũ 1. c. Cæpit Iesus facere & docere vt ostẽderet prædicatorem seu quemlibet alium docentem prius debere facere quam docere. Magis n. mouent exempla quã verba. Vt in quadam Omelia inquit Greg. Qui etiam contra male viuentes prædicatores seu magistros in li. Homeliarum inquit. Cui vita despicitur restat vt eius quoq; prædicatio contemnatur. Et ideo inquit Cato in suis documentis Quæ culpare soles ea tu ne feceris ipse. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Qui ergo bene vult erudire filium, discipulum, vel subditum, debet suo bono exemplo magis instruere illum, quam verbo, quia inquit fabulosus poeta. A boue maiori discat arare minor.

DE VIGESIMANONA via quæ dicitur ministrationis.

Vigesimonono ostendit nobis viã ministrationis. Ipse enim Dominus dicitur dixit. Mat. 20. Non veni ministrari, sed ministrare vt ostenderet christicolis ne verecundarẽtur abiecta officia pro sui nominis amore exercere atq; infirmis, & abiectis hominibus seruitia præstare, vt possint audire in die iudicij illud Matthei 25. Esuriui & dedistis mihi manducare &c. In hoc quoq; exemplo repræhendit eos, q̃ artem aliquam, vel exercitium operari dedignantur. Non enim verecundia est serua-

seruare illud præceptum. Gen. 3. c. In sudore vult⁹ tui vesceris pane tuo. Ideo hortatur Apostolus 2. ad Thimo. 2. Maxime religiosos, vt pro cōmuni vtilitate, & religionis onerib⁹ debitis se subijciāt, dicens cuiq; nostrum. Labora vt bonus miles Iesu Christi qui enim non laborat non manducat. Vt idem Apostolus inquit 2. ad Thesa. 3.

DE TRIGESIMA VIA quæ dicitur adimpletionis.

Trigesimo ostendit nobis viā adimpletionis mandatorum scilicet Dei, & consiliorum eius cum dixit Mat. 5. Non veni soluere legem sed adimplere. Et ideo pro eius imitatione debemus, & nos diuinis mandatis adhęrere, & illa integre obseruare. Dicit enim saluator. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata.

DE TRIGESIMAPRIMA via quę dicitur separationis.

Trigesimoprimo ostēdit nobis viā separationis. s. affectus inordinati, & pacis iniquæ, ac concordiæ in malo. Ipse. n. ait Mat. 10. Veni seperare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam &c. Potius enim debet quisq; separari ab amore, & concordia cuiuslibet hominis, q̄ Dei. Nec debet pro seruanda pace, & beneuolētia cum a. iquo offendere Deum, quia inquit Dominus Mat. 10. Qui amat patrem aut mat em plusquam me non est me dignus. Et ideo nemo debet propter affectum pa entum remanere, quin pergat a d diuinum seruitium intrans o religionem vt ait. Hie. ad Heliodorum.

DE

DE TRIGESIMASECVNDA via quæ dicitur attentionis.

Trigesimosecundo ostendit nobis viam attentionis siue contemplationis, scilicet vt non tantū attendamus alijs, quòd curam de nobis dimittamus. Vnde de ipso dicitur Mat. 5. Videns Iesus turbas ascendit montē, scilicet contemplationis, sequestratus a turba, idest a tumultibus secularibus. Et Mathei 15 scriptum est de eo. Dimissa turba ascendit in nauiculam, per quā significatur contemplatio. Sicut enim nauis inferius est clausa, & aperta desuper. Ita nos debemus esse clausi quo ad superfluas occupationes in terrenis. Et aperti ad contemplationem cęlestium. Vt possumus cum Paulo dicere ad Philippenses 3. Nostra autem conuersatio in cęlis est. Contra quod quidam faciūt qui magis attendunt aliorum saluti quā propriæ, & temporalibus occupationibus, & spiritualibus, quos detestatur Dominus Matthei 16, dicens. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suę detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua.

DE TRIGESIMATERTIA via quæ dicitur vitationis.

Trigesimotertio ostendit nobis viā vitationis, scilicet honorum huius seculi. Vt enim scriptum est Ioan. 6. Cū cognouisset quòd iudei volebant eum facere regē, fugijt. Vt ostēderet quòd non debemus de his honoribus curare, sed potius eos vitare 1. q. 1. c. sicut is. Quod quidem exemplum qa pauci imitantur, non mediocriter Dei ecclesia lęditur. Vnde dicitur in c. nihil de electis. Nihil est quòd ecclesiæ Dei magis noceat, quam quòd indigni assumantur prælati ad regimen animarum. Debemus ergo seruare illud Apostoli ad Hębręos 5 Nemo assumat sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Et tunc cum humilitate iniuncta nobis officia exercere, iuxta illud. Eccl. 32.

Rectorē

Rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi vnus ex ipsis.

DE TRIGESIMAQVARTA via quæ dicitur confessionis.

Trigesimoquarto ostendit nobis viam confessionis, dum dixit. Mat. 11. Confiteor tibi pater, Domine cęli & terræ. In qua confessio ne laudis diuinæ, non peccati quòd in eo esse non poterat, nos animauit ad integram confessionem nostrorum crimi num. Ad quam etiam hortatur propheta Psalmo 105. di. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniã in seculum misericordia eius.

DE TRIGESIMAQVINTA via quæ dicitur communionis.

Trigesimoquinto ostendit nobis viam communionis dum comedit agnum pascalem vt habetur Mar. 14. per quem figurabatur sui corporis sacramentum. Et ideo ipse ait discipulis suis Lucę 22. Desideraui hoc pasca manducare vobiscum, vt nos inuitaret ad sui corporis cum deuotione, & desiderio, ac feruore suscipiendam cõmunionem. Ad quam etiam hortatur Dauid Psalmo 33. di. Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus, beatus vir qui se patat in eo.

DE TRIGESIMASEXTA via quæ dicitur abnegationis.

Trigesimosexto ostendit nobis viã abnegationis dum inquit patri suo Matei 14. Fiat non sicut ego volo sed sicut tu. In quo incitauit nos ad abnegandas proprias voluntates, & refrenandos appetitus bestiales seu sensuales, & abnegandos nos metipsos. Quod etiam fecit. Matthei 16. dicens. Qui vult venire post me, abneget semetipsũ & tollat crucem suam, & sequatur me.

DE TRIGESIMASEPTIMA via quæ dicitur reuersionis.

Trigesimoseptimo ostendit nobis viam reuersionis. s. vt nunquam aliquod peccatũ committamus, & si aliquando per pęnitentiam resurreximus a peccato amplius non reuertamur ad illud, vnde ad Roma. 6. ait Paulus Christus iesu rgens ex mortuis iã nõ moritur. Mors illi vltra non dominabitur, quòd enim mortuus est peccato mortuus est semel, quòd autem viuit, Deo. Et similiter nos debemus semper viuere in gratia Dei, vnde ibidem dicit Apostolus. Quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam Dei patris. Ita & nos nouitate vitæ ambulemus.

DE TRIGESIMAOCTAVA via que dicitur perfectionis.

Trigesimooctauo ostendit nobis viam perfectionis. s. quòd debemus quotidie proficere in virtutibus. De Christo enim dicitur. Lucę 2. quòd quotidie proficiebat sapientia, ætate & gratia apud Deum, & homines. Et hoc ideo quia vt inquit Ber. in quadam epistola. In via Dei non progredi retro redi est. Debemus ergo in nobis verificare illud Psal. 83. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Syon.

DE TRIGESIMONONA via quæ dicitur saluationis.

Trigesimonono ostendit nobis viã saluationis, & correctionis fraternæ. De ipso enim scriptum est Lucę 19. Venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Cuius exemplo debemus, & nos salutẽ proximorum procurare, qui ait Grego. super Ezechielem. Nullum omnipotenti Deo tale offertur sacrificium sicut zelus animarum. Similiter charitatiue corrigere, & admonere debemus proximos nostros, quia inter opera charita-

tis non minimum est errantem corrigere. & ab erroris sui semita reuocare c. in to pera de spon.

DE QVADRAGESIMA via quæ dicitur perseuerationis.

Quadragesimo ostendit nobis viã perseuerationis, dum patri suo dixit Io. 15. Opus consumaui quod dedisti mihi. In quo admonuit nos debere perseuerare in bonis operib⁹ vsq; in finem. Finis quippe rei cantica laudis habet vt ait auctor astrolabij. Et omnis laus in fine canitur, vt dicitur in communi prouerbio. Non enim sufficit incipere nisi duret & perseueret. l. nã & si parentibus. ff. de inoffi. testa. l. si pro patre §. versũ. ff. de i rẽ verso. l. itẽ eorũ. §. q̃ si. ff. qd̃ cuiusq; vni. no. l. aliã. C. de his q vt i di. & l. pęnul. in finem eodem tit. & §. sed hoc præsenti. in autem de san. episcopis col. 9. & l. stipulatus es in fi. ff. de fideiuss. & l. i. §. illud. ff. de here. vel acti. ven. & l. sequitur. §. tunc in potestatẽ. ff. de vsu. ea. Et ideo inqt saluator Mat. 10. & 24. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Transumptiue in c. sugge stiũ. 7. q. 1. & de pęni. di. 2. c. non reuertebantur. & c. Apostolus & c. si ex bono. de pęni. di. 4. Est autem perseuerantia secundum Theologos quędam virt⁹ specialis, ad quã pertinet ĩ operibus virtuosis diuturnitatem sustinere prout necesse est, vt ait Thomas 2. 2. q. 137. ar. 1. dicens quòd aliquando etiam accipitur perseuerantia pro virtute generali consequente omnes virtutes. Et ita eã diffinit Tulius li. 2. artis veteris c. 19. dicens. Perseuerantię est in ratione benè considerata stabilis, & perpetua permãsio. Sicut igitur Dominus noster Iesus Christus nobiscum perseuerat per gratiam suam omnibus diebus vsq; ad consumationem seculi, vt ipse testatur Mat. vltimo. Ita & nos debemus secum perseuerare per amorem & bonam operationem ac virtutem. Quod esse necessarium ad salutem probatur auctoritatibus, rationibus, figuris, similitudinib⁹, & exemplis. Primo auctoritatibus. Ait enim Bernar. ad quadam epistola. Vnũ tibi ad vltimũ ad mentem reduco, per seuera, perseuera, perseuera. Nam non coronabitur nisi q legitime certauerit. Ille quidẽ legitime certat, q vsq; in finẽ in sancto proposito perseuerat, quia teste Domino. Non qui inceperit, sed q perseuerauerit vsq; in finẽ, hic salu⁹ erit, hęc ille. Qui etiam in quadam alia epistola inquit. Scias diabolũ Christi miles soli perseuerantiæ inuidere, & semper ei insidiari, quã solam nouit a Domino virtutem coronari. Stude igitur perseuerantię quæ sola tibi contribuet palmam victoriæ. Et iterum idem vbi supra ait. Nunquam iustus arbitratur se cõpræhẽdisse. Nunquam dicit. Satis est, sed supra esurit supra sitit iustitiam, & de bono in melius proficere, & perseuerare conatur. Quia vt idem Bernar. ad Ianuenses scribit. Ablata perseuerantia, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Si autem cautela Sansonis, & Salomonis deuotio perseuerantiam tenuisset, nec is profecto priuaretur sapientia, nec ille viribus, hęc ille. Et Lactantius in 7. diui. insti. ait Nemo Deo pauper est nisi qui iustitia & virtutum perseuerantia indiget, & nemo perfectissimus est nisi qui iugiter omnes virtutum gradus impleuerit. Et Seneca ad Lucillum epistola 7. inquit. Necesse est vt virtutum initia exitusq; conueniant. Et Hiero. ad Furiam. In christianis non quæruntur initia sed finis, Paulus male incępit sed benefiniuit. Iudæ laudantur exordia, sed finis proditione dãnatur. Et idẽ super Matt. ait. Docet saluator virtutem longanimitatis, & patientię vsq; ad mortem fore necessariam. Non enim cępisse virtutis est, sed perfecisse. Cępisse enim multorum est, ad culmen autem venisse paucorum. Et Gregorius de pęniten. dist. 3. capitulo incassũ dicit. Incassum bonum agitur si ante vitę terminũ deseratur, qa, & frustra velociter currit, q priusquam ad metas perueniant deficit, hęc ille. Quapropter cursores paulatim in mane procedunt, & sẽper plus, & plus proficiũt, & sic cõtinuãdo, ad terminum optatum pueniunt. Sed qdã sunt si cut

Perseuerantia quid sit.

Perseuerantiam esse necessariã ad salutem auctoritatib⁹

ostenditur de perseuerantia.

cut Leena quę in principio parit multos catulos, deinde pauciores, & in fine sterilis efficitur Sic.n. in principio operis quidam sunt valde feruentes, deinde tepescunt, & in fine totaliter desinunt, & deficiũt, hoc autẽ valde placet diabolo q super omnia conatur facere, ne homo in bono opere perseueret, vnde Gen. 3. dictum est. Tu insidiaberis calcaneo eius.i. fini. Scit enim finem esse optimum in vnaquaq; re. 2. Metha. vbi ait commentator, quòd qui destruit finem destruit omne bonum. Item scit ꝙ magis valet vna hora in fine bone vixisse, quam centum annis, & in fine male finisse, & ꝙ vt dicit Bernar. Sola perseuerantia est singularis filia summi regis, & hæres regni æterni. Derisionem autem magnam facient dęmones de eo qui cæpit bene facere, & postea non perseuerauit, dicentes illud Lucę 14. Iste homo cępit ædificare & non potuit perficere.

De vtilitatibus perseuerantiæ.

SVmme autem dolent cum vident nos in cęptis bonis operibus perseuerare quia perseuerantię sunt multę vtilitatis. Prima dicitur impetrationis, sed diuinarum gratiarum, sicut patet Lucę 11. de eo qui perseuerauit pulsans, qui tandem obtinuit quicquid petabat, scilicet sibi commodari tres panes, ꝑ quos significantur bona corporalia, spiritualia, & temporalia, quæ perseuerantes in orationibus a Deo impetrabunt. Dixit quoq; Dominus. Matt. 15. Misereor super turbam quia iam triduo sustinent me &c. De Magdalena etiã ait Gre. Quę fuit Magdalena prius, & minime inuenit, perseuerauit vt quæreret, vnde contigit vt inueniret. Tobię quoq; 3. habere, Sara Deum orans, & in orationibus persistens exaudita fuit.

2. vtilitas.

SEcunda vtilitas dicitur custoditionis. Sicut enim se habet oppositum in opposito, ita propositum in proposito 4. Topi. & contrariorum causarum cõtrarij sunt effectus 7. Metha. Sicut ergo im perseuerantia destruit omne bonum, qa siquis haberet merita Beatę Virginis Mariæ & omnium sanctorum, & non perseueraret in eis, omnia amitteret, iuxta illud Iacobi 2. Qui totam legem seruauerit, offenderit autẽ in vno, factꝰ est omnium reus, scilicet, quo ad pęnam priuationis gratiæ, meriti & gloriæ. Ita per locũ ab oppositis, perseuerantia est causa custoditionis omniũ bonorum. Vnde Aug. inquit. Perseuerantia est magnum Dei donum quo cetera dona conseruant. Et Bernardus dicit. Perseuerantia est cõsumatio virtutum, totiusq; boni operis repertorium, sine qua nullus videbit Deum.

3. perseuerantiæ vtilitas.

TErtia vtilitas dicitur dispositionis. Quia via spiritualis in principio difficilis, per assuefactionem, & perseuerantiam in bonis operibus fit facilis, & semper sic perseuerãdo disponitur homo ad melius. Diuersi enim actus parui, & male operationes disponunt ad malã consuetudinẽ & quãdam quasi necessitatem malefaciendi, vt ait Aug. 8. confess. Et Isido. li. 1 sollo. c. 9. inquit. Assidua cõsuetudo in naturam vertitur, & ad peccandum constringit. Ex frequentatis.n. actibus generatur totus de difficili mobile a subiecto 2. Ethic. Et ita econtrario bonæ operationes continuatæ disponũt ad faciliter, & suauiter operãdũ vnde Ber. in quadã episto. ait. Subito procedenti de vmbra ad solẽ, de ocio ad laborẽ, graue videtur omne quod incipit sed postq̃ ab his disuescere, & ad illa paulisper assuescere cepit, vt vsus tollit difficultatẽ, inuenitq; facile esse quod difficile ante putauit, dicente Phylo. ꝙ ab assuetis nõ fit passio, scilicet tanta. Et Ouidius poeta inquit. Fac tibi consuescat, nil consuetudine maius. Quarta vtilitas dicitur pręmiationis. Magnum enim pręmium datur virtuti perseuerantiæ, quia virtꝰ est circa bonum & difficile, 2. Ethicorũ. Et ideo quãto difficilior est operatio bona, tanto est maioris præmij meritoria. Cum ergo multo sit difficilius perficere quam velle, & quam incipere. Cũq; sit difficilius bene operari per vnum annũ continuum quam per vnum diem tãtũ, & per decem annos quam per vnum solum, & multo magis operari bene vsq; ad vltimum vitæ, patet maximum dari præmium sic perseueranti. Vnde Seneca in epistola 66. ad Lucillum ait. In excelso

excelso es o vita beata perseueranti penetrabilis. Sicut ergo tanto grauiora sűt peccata, quanto diuitius in eis perseueratur c. fi. consuetu. & c. cum in ecclesia. de Simo. & c. cum haberet de eo qui du xit in ma. quam pol. per adul. Ita econ trario tanto sont perfectiora, & maioris præmij opera bona, quanto in eis diti⁹ perseueratur. Tanto.n. bonű est maioris perfectionis quãto est permanẽti⁹, vt dicitur in 3. Phy. Dicit quoq; Isi li. de summo bono, ꝙ salus solű perseuerantibus dať, nő. n. beatus erit qui bonű facit sed q perseueranter facit Et Chriso. ait, ꝙ sicut nulla vtilitas est seminű in principio florẽtiű, nisi maturescãt. Ita nihil valet ad saluté bene incipere si nő consumeť, & in eo pseueretur. Et Remigi⁹ ait, ꝙ nő inchoãtib⁹ sed pseuerãtibus præmiű tribuiť. Et Gre. super Ezechielé, & poniť 17. q. 1. c. qui bona air. Qui bona agunt & meliora agere deliberant, & post deliberata nő faciunt, licet in bonis prioribus perseuerẽt in cőspectu tñ Dei ceciderűt. Ité extra. de renű. c. 1. Alexan. 3. dicit. Indecẽs omnino probatur, prius soluere militię cingulű, quã cędat victori aduersitas præliorum Aug. quoq; de pęni. di. 3. c. inanis inquit. Inanis é pęnitentia quam seques coinquinat culpa. Vulnus iterarű tardius sanatur. Frequẽter peccans, & lugẽs, vix veniã meretur, nihil prosont laméta si replicantur peccata, nihil valeat veniã de peccatis poscere, & velle denuo mala iterare, persiste ergo in cőfessione, esto in patiẽtia fortiter cőfirmatus, vitã bonã quã cepisti tenere nő desinas, propositű bonę volűtatis cőserua, hęc ille. Et Isi. in li. de sűmo bono ait. Nő inchoãtib⁹ pręmiű promittitur, sed pseuerãntib⁹ dať, vnű quéq;.n. De⁹ de suo fine, nő de vita pręterita iudicat. Perseuerantia ergo in bono est vtilis & valde necessaria, & est donű Dei de pęni. di. 2. § euidẽter. De quo Bernar. in quadam episto. dicit. Absq; perseuerantia, neq; q pugnãt victoriã neq; palmã victor cőseqtur. Perseuerãtia est dutrix ad meritű mediatrix ad præmium, soror pacientiæ, filia constantiæ, amica pacis, amicitiarum nodus, vnitatis vinculum, perfectio sanctitatis. Tolle perseuerantiam & virtus præmium non habebit. Aug. etiã ad hęremitas scribit di. Fratres mei sicut Apostolus ait. Non potest coronari nisi qui legitimè certauerit. Nullus autẽ legitimè certat, nisi qui in cãpo vsq; in finem perseuerat. Non est igitur magnű bonű quod bonum est, sed continuare, hoc solum perfectű est. Multi enim magna aggrediuntur, sed deficiűt in via. Multi exeunt in desertum sed pauci deueniűt ad terrã promissionis. O fratres mei nő tedeat vos incepire magna, nec fastidiat tenere inchoata scienres ꝙ perseuerantia informat meritum, & corroborat boni propositű, remunerat currentem, coronat pugnantem, ducit ad brauiű, cőducit euntes ad portű hęc est tunica talaris sancti Ioseph, vsq; ad finé contigens; hęc Tunica sacerdotalis vsq; ad cedes perueniens, hęc est cauda hostiæ quã tenemur Deo offerre & reddere hęc est calcaneum bonæ voluntatis ꝙ cőtra serpentes morsum debemus obuiare. Hęc est virtus quę Deum ligat. Hęc est quæ omne bono confirmat. Hęc est perseuerantia qua laureantur Martyres, qua Virgines coronantur, qua sacerdotes limantur & confessores, hęc est vestis sine ruga, Tunica sine macula, bonitas sine malitia. O monache qui bene cępisti, caue ne cadas, caue ne ad tẽpus virescas, & in tempore afflictionis marcescas, hęc ille. Ad quã virtuté inuitamur multis auctoritatibus sacre Scripturę. Nã Gene. 32. dicitur. Iacob abijt itinere quo cęperat, fuerűtq; obuiã Angeli Dei. Et Deute. 33. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. Et Iob. 17. Tenebit iustus viam, suã, & műdis manib⁹ addet fortitudiné. Et Prouerbiorű. 27. dicitur Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir q relinquit locű suum. Et Ecclesia. 11. Confide in Domino & mane in loco tuo. Et 18. Cum consumauerit homo tunc incipiet, & 31. c. Scultus vt luna mutabitur, & 1. ad Corinthios 3. Cui⁹ opus manserit mercedem accipiet, cuius vero opus arserit detrimétum patietur. Et ad Philippé. 1. Confido in vobis ꝙ qui incepit in vobis pus bonum perficiet vsq; in diem Iesu Christi. Et secundæ ad Thesal. 2. Qui tenet nunc teneat donec de medio fiat, & ad Hębreos 3. Praticipes Christi effecti sumus, si tamen

Multæ auctoritates

Ad perseueranti multis auctoritatibus sacræ scripturæ inuitamur.

men initium substãtię eius vsq; ad finẽ, firmum teneamus. Et Apoc. 3. ait Dominus. Ecce venio cito. Tene quòd habes vt accipias coronam. tuã. Sed heu quia vt dicitur in §. euidẽter de pęni di 2. Multi sunt qui in via sanctitatis quã ceperunt non perseuerant & idem scriptum in c. si ex bono. de pęni. distin. 4. Et ideo Bernardus in quadam epistola hortatur nos ad perseuerandum in bono dicens, quòd per perseuerantiam æternitati homo redditur, & saluti. Et Hier. in epistola ad Cellentiam ait. Beati sunt qui expectant, ita illum speculantur diẽ vt se ad eum quotidie præparẽt, qui nõ de præterita sibi iustitia blandientes, se cundum Apostolum per dies singulos in virtute renouantur. Iustitia.n. non proderit ei a die qua iustus esse desierit, sicut etiã iniquo non nocebit iniquitas a die qua se ab iniquitate conuerterit. Nec sanctus ergo securus esse debet quandiu in vitæ huius agone versatur, nec desperare peccator qui secũdum prædictã sententiam Prophetæ vna die iustum se efficere potest. Totum ergo quo tenditur spaciũ vitæ tuę sic dispensa vt peragere possis iustitiam, nec de pręterita vita confidens remissior efficiaris, sed sicut dicit Apostolus anteriora obliuiscens ad ea quæ posteriora sunt me extẽdens ad destinatum prosequor brauium supernę vocationis sciens scriptum esse cordis inspectorem Deum, qui satagit vt animã mundam habeat a peccato. Et idcirco age vt ordines reliquum tempus vitę tuæ sine offensa, vt possis secure canere cum Propheta. Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meę, quia non inchoasse sufficit, sed perfecisse iustitia, est, hęc ille. Seneca autem in epistola. 50. ad lucillum ait. Non est vir fortis, ac strenus qui laborem fugit. Et Quintilianus libro quarto de oratoria. insti. dicit. Perseuerandum est postquã cępimus, & si vires deficiunt, animo tamen perseueremus. Nihil longum videri necesse est, in quo quid vltimum sit certum est. Est autem habenda perseuerantia in bono proposito conseruando 16. questio. prima c. nos autem. Et ne mala præterita redeant sollicite cauendo de pęniten. distin. 2. §. quærendum circa medium. Dicitur autem quod illud perseuerat quòd fit voluntarie, quod vero necessitate cito soluitur de cõse. di. 5. c. quicquid. Habenda est etiam perseuerantia in tolleratione tribulationũ vsq; in finem 7. q. prima capitolo suggestum. Vnde inquit Bernar. Bona. vitam ego puto mala pati, & bona facere, & sic vsq; ad mortẽ perseuerare. Dicit quoq; Aristo. lib. 2. magnorum Mora. c. 18. Perseuerantia maxime in sustinendo tristitias, & afflictiones commẽdatur. Et ideo vt legitur in Cronica de Nugis Physicorum c. 6. Bias vnus de septem sapiẽtibus dicebat. Quicquid proposueris firmiter seruans perseuera. vt enim ait Phylosophus li. 3. Poli. c. 7. In omnibus scientijs & artibus, bonũ maximũ est finis. Ideo Ouidius in epistolis dicit. Exitus acta probat. Et 3. Metamor. iterum canit, vltima super. Expectanda dies homini, diciq; beatus, Ante obitum nemo supremaq; funera debet. Valerius quoq; Maximus dicit li. 7. Solon neminem dum adhuc viueret beatum dici arbitrabatur, eo quòd ad vltimum vsq; fati diẽ ancipiti fortunæ subiecti essemus. Ea propter Gualfredus in poetrica capitulo 3. inquit. A casu describe diem, non solis ab ortu. Cum totum fecisse putas late anguis in herba. Et Isido. libro secundo soliloquiorum capitolo 43. inquit. In omni re finis attenditur. Ideo Martialis libro vndiq; suscepto capitulo secundo. Deridet quendam non perseuerantem in bono opere di. Incipit acundius vutuei sæpæ studere. Sed fine fine parum proderit incipere. Ait enim Prosper in libro Epigrãmatum. Epigrãmate 20. Palmam qui capitur gloria finis habet. Et Cassiodorus in epistolis perfectum opus suum laudat auctorem. Sed quam plures reperiuntur qui non valent vel per modicum in incepto bono perdurare. In talibus falsificatur sententia Phisicorum secundo Methaphysicę, dicit. Nullus conabitur aliquid facere ad terminum non credens venire. De tali non perseuerante inquit Dominus Lu. 9. Nemo mittens manum ad aratrũ, & aspiciẽs retro aptus est regno Dei. Ille autẽ dicitur retro post aratium respicere, qui in incepto bono

non

non perseuerans ad ea reuerti: quę reliquit de pęni. di. 2. §. querēdū. Nō sicut faciūt boni de qbus scriptū est Sapiētię 5. Iustorū semita quasi lux splēdēs procedit,& crescit vsq; ad perfectum diem. Ideo di. Apostolus 1. ad Cor. vnumquēq; ambulare oportet sicut vocauit De⁹, & vnusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea semper permaneat. & eiusdem epistolę c. 9. iterū inqt. Nescitis, q hi q in stadio currunt, omnes quidam currunt, sed vnus accipit brauium, sic currite vt comprehendatis. Omnis enim qui in Agone contendit ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam, & ad Gala. 5. State semper firmi, & nolite iterum iugo seruitutis detineri. & 6. eiusdem epistole. c. Bonū autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes, & prime Ioan. 2. ait Apostolus. Vnctio quam accepistis a Deo maneat semper in vobis. Et Apoc. 2. inquit Dominus Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

2. Ratio perseuerantiæ necessitatē ostendit.

SEcundo rationibus ostenditur necessariam esse perseuerantiam ad salutē. Prima ratio dicitur bonifactionis. Fundamentum cuius ponis Scotus in 3. sen. di. 27. dicens. Bonitas rei est mensura amoris eius, patet hęc regula. Si enim paruo, vel longo tempore durat bonitas alicuius rei tanto etiam tempore durat amor noster ad eam, vnde dicit Phylo. 9. Ethi. quòd amicitia circa bonos debet esse stabilis quousq; boni reperiantur. Et Theoprastus dicebat, quòd cum amicis rationes breues, sed amicitias longas esse oportet. & Phylosophus ait 8. Ethicorum quòd perfecta bonorum amicitia est immutabilis, nec vlla vi excluditur, nulloq; tempore, aboletur, sed durante bonitate semper firma perdurat. Quo pręsupposito certum est q bonitas rei sequitur essentiam eius, vt inquit Phylosophus 1. Ethicorum quia ens & bonum conuertuntur. Cum igitur essentia Dei sit æterna a parte ante, & a parte post, carens principio, & fine. Ergo bonitas eius est æterna & sine tempore, propter quòd auctor in libro de causis ait. Prima causa omnium canticorum ē æterna, & sine tempore & iterum. Prima causa est pura æterna, & inuariabilis bonitas. Et Plato i Thimeo dicit. Sūmus Deus infinitus est, non solū loci exclusione, sed etiam ęterna naturæ bonitate. Cum igitur quęlibet bonitas tantū debeat amari quantum durat, concluditur necessario q quilibet debet cōtinue Dei bonitatem diligere, etiam si in æternum viueret in hoc mundo. Sed cum probatio dilectionis exhibitio sit operis. Vt dicit Grego. in Homelia penthecosten. Sequitur quòd vnusquisq; pro amore Dei debet in bono opere perseuerare vsq; ad mortē. Ideo Scotus vbi supra ait quòd cū bonitas Dei sit infinita intensiue, & extensiue tenetur quilibet Deum diligere, & pro eo operari modo infinito, si possibile esset. Aduertant igitur mundani insensati, qui nec per horam eum diligunt, nec pro eo aliquid boni operātur quam grauissimam pęnam, & iudicium sunt a Deo recepturi.

SEcunda ratio dicitur augmentationis Fundamentum cuius ponit Phylo. 2. & 4. Topi. dicens. Si de quo minus videtur inesse, & inest, ergo de quo magis patet hęc regula exemplificando ad propositum nostrum. Si enim vbi videtur minor causa seruiendi, vsq; ad mortē scilicet Dominus temporalibus, tamen ab eorum famulis eis perseueranter seruitur. Ergo multo fortius regi regum, & Domino dominantium indesinenter seruiendum est. Item si quis curam habebit de ipso. Quibus præsuppositis certum est quòd multi mundani maxime cubicularij & seruitores principum continue vsq; ad mortem Dominis suis seruiunt eis faciendo omnia opera, & seruitia possibilia. Qui tamen Domini plerunq; post multa accepta ab eis beneficia, pro vno verbo quod eis trufatorie dicant contra ipsos, vel ex alia leui causa illos expellunt. Et quod peius est, aliquando eos per gulam suspendi faciunt vel decapitari. Ergo a fortiori tenetur quilibet christianus seruire Deo creatori suo omnibus diebus vitæ, qui seruitores suos non occidit

Rationibus etiam perseuerātia necessitas ad salutē ostendis.

sed beatificat, non a se expellit, sed infinito præmio remunerat.

3. Ratio ad idem. Tertia ratio dicitur dedicationis. Fundamentum cuius habetur in c. semel de reg. iu. li. 6. vbi dicitur Semel Deo dicatum non est vlterius ad vsus humanos transferendum & in c. mancipia. de rerum permuta. idem scriptum est. Quod etiam habetur in c. vestimenta & in ligna. de conse. di. 1. & in c. que semel 19. q. 3. Quo præsupposito dico q cum quilibet christianus in Baptismo sit Deo dedicatus, & consecratus, nũquam debet corpus suum a Dei seruitio subtrahere, aut cor suum a diuino amore amouere, vel alienare, seq; mundanis delectationibus exponere. Si ergo magna abusio esset q aliquis calicem sacrũ in quo sanguis Christi consecratur ad lupanar portaret, & manibus pollutis tangens, in eo biberet. Vel planetam benedictam induens, in ea correas duceret Multo peius est corpus suum & animam Deo dicatam diabolo tradere. Ea propter Salomon. Prouer. 5. ad perseuerantiam diuini amoris hortatur quemlibet fidelem dicens. Verba eius. s. Dei inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter.

4. Ratio. Quarta ratio dicitur perfectionis. Fundamentum cuius ponit saluator. Mat. 5 di. Estote perfecti sicut & pater vester celestis perfectus est. Cum igitur secundum Phylo. 5 Metha & 3 Physi. Perfectum simpliciter sit illud cui nulla suarum partium deest. Cunq; illud dicatur perfectum quod habet principium medium, & finem vt ait Phylo. 2. Icono. Concluditur q si quis haberet omnes virtutes & omnia merita, & non haberet perseuerantiam cum tales virtutes sint inperfectę non prodessent ei ad æternam vitam. Cum Deus qui est perfectissimus non accepter opera imperfecta. Perseuerantia. n. inquantum est virtus generalis est pars omnium virtutum. Et ideo nulla virtus sine ea potest dici perfecta.

5. Ratio. Quinta ratio dicitur gratificationis. Fundamentum cuius donit Seneca in li. de beneficijs. di. Beneficiatus vt sit gratus debet æqualis esse in beneficio erga benefactorem suum. Quę regula confirmatur in. l. sed & si lege. §. contoluit. ff. de peti. here. & in. l. Aquilius Regulus ff. de dona. & in c. cum in officijs de testa. & in c. de forma. 22. q. 5. Cum igitur vt inquit sanctus Bonauentura in 3. distin. 32. Deus ab æterno amauerit quamlibet creaturam rationalem. Et etiam perpetuo sine vllo fine, & termino perseuerante amet sine interpollatione aliquorum annorum, mensium hebdomadarum, dierum, horarum, vel etiam alicuius momenti temporis. Cum ipse dicat Iere. 31. In charitate perpetua dilexi te. Vnde Dionisius in li. de diui. nomi. ait. Amor Dei est quasi quidã circulus principio, & fine carens. Cunq; non tantũ perseueret in amore, sed etiam continue cuilibet viuenti beneficia tẽporalia, corporalia, & spiritualia incessanter administraret, Maxime faciendo moueri cęlos si ne quorum motu omnis creatura inferior corrumperetur, & deficeret. Ergo ratione gratitudinis quilq; tenetur vsq; ad mortem Deum diligere, & ei iugiter famulari maxime cum hoc redundet in suã vtilitatem, vnde Boe. in 2. de conso. ait. O fęlix hominum genus, si nostros animos amor quo cęlum regitur, regat.

6. Ratio. Sexta ratio dicitur perditionis. Fundamentum cuius ponit Phyloso. 12. Methaphy. dicens Quanto aliquod principium perfectius cõsistit, tanto perfectius stant in eo ex sui effectus, & principiata. Et quanto idem principium citius corrũpitur tanto citius corrumpuntur in eo sui effectus & principiata. Et idem in li. de longitudine, & breuitate vitę dicit. Corruptis animalibus statim corrumpitur omnis scientia, & omnis sanitas in eis patet hęc regula. Nam si corrumperetur anima alicuius artificis simul statim corrumperentur, & omnes ideę idest formę rerum artificialium in ea existentes, & ab ea dependentes. Quo præsupposito certum secundum Bona. in 2. distin. 27 & in 3. distinctis 37. articulo 2. q. prima quod meritum omnium virtutũ atq; bonorum operum dependet a gratia Dei, charitate. Cum ergo charitas

& gratia secundum Thomam 2. 2. q. 24. articulo 12. Et sanctum Bonauenturam in 1. distinctis. 17. articu. 2. q. 3. Per solum peccatum mortale corrumpatur, & annihiletur, quia peccatum mortale directe opponitur gratię & charitati, concluditur quòd deficiens a perseuerantia bonorum operum per peccatū mortale commissum, cum amittit gratiam, & charitatem, priuatur omnibus meritis. Ita quòd si prius habuisset omnes virtutes Angelorum atq; sanctorum omnium, & Virginis Mariæ, & perseucrasset in eis centum mille annis, & postea deficeret perseuerantia eorum & in peccato mortali cadere, statim talis perderet totum præmium omnium prædictarum virtutum, & ex amico Dei inimicus efficeretur. O igitur bestialis anima. O ceca & infęlix creatura quæ multo tēpore multa bona opera egisti, & postea ad vomitum peccati reuersa es, & a bono opere cessasti. Scias quòd in puncto omnia tua merita amisisti, & spiritualiter mortua es, iuxta illud. Ezechi. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Sicut enim adueniente morte corporali, moriens amittit in vno pūcto omnia bona temporalia per ipsum acquisita etiā in mille annis, ita adueniente morte spirituali in anima, quæ prouenit ex defectu perseuerantiæ in bono & propter peccati perpetrationem simul perduntur in eodem instanti omnia merita spiritualia iam multis temporibus acquisita. Ideo Ezechi. 18. dicit Dominus. Si auertit se iustus a iustitia sua & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ ci⁹ quas fecerat non recordabuntur. Et Eccl. 9. dicitur. Qui offendent in vno multa bona perder. Et in c. defleat. de reg. iu. scriptum est. Defleat peccator, quia offendens in vno, factus est omnium reus. Et Aug. in li. de moribus ecclesię dicit. Etiam si perseueraueris in omnibus bonis & deficias in vno, iustitia Dei iudicabit te, ac si nullum vnquam bonum fecisses. Ideo super illa verba saluatoris. Lucę 18. Oportet semper orare & nunquam deficere, ait Chrisostomus. Non cessat orare qui non cessat benefacere. Quibus verbis concluditur ꝙ necesse est vsq; ad mortē in bono opere pseuerare.

Septima ratio dicitur remunerationis. *7. Ratio.* Fundamentum cuius ponit Phylo. 2. Physi. di. Finis imponit necessitatem omnibus quę sunt ad finem, ita ꝙ ad habendum finem, necesse est facere omnia quę necessario requiruntur ad consecutionē ipsius finis. Patet hęc regula. Nam si infirmus desiderans sanitatem reciperet simul omnia remedia, & consilia medicorum ad sanitatem perducentia, & deficere in solo vno remedio necessario, talis profecto nō obtineret sanitatem. Ita a simili. Si quis haberet omnes virtutes, & deficeret in sola perseuerantia quæ est consumatio & perfectio virtutum cui soli ęternitas conceditur, vt ait Bernar. in quadam epistola, profecto non obtineret finem optatum vitæ eternæ. Et confirmatur hęc ratio per dictum Augu. in li. de verbis Domini vbi ait, quòd meritum debet correspondere premio. Cū igitur Deus quemlibet suum seruitorem remuneret præmio infinito & sine termino, vt dicunt Theo. in 4. di. 49. Ergo quilibet tenetur perseuerare in diuino amore, & bonis operibus quorum in se est, sine termino ac fine, a quo si quis deficiat, cum meritum non correspondeat præmio, nunquam poterit æternę vitæ præmium adipisci.

O Igitur stulti amatores huius seculi, dicite mihi si vobis promitteretur vna sola gemma quæ in se simul omnia bona desiderabilia contineret, nunquid non multis annis laboretis, vt talem lapidem consequi valeretis? Profecto certum est quòd sic. A fortiori igitur o mirabilis creatura debes omnia bona tibi possibilia incessanter operari, vt acquirere valeas gemmam illam preciosissimā quę Deus est, qui in se realiter continet omnia bona vt inquit Augu. in li. de vero cultu. Sicut enim est aliquid quòd continet omnes sensus in se. s. caput. Et aliquid quòd continet omnia membra sicut corpus. Et aliquid ꝙ continet omnes potentias. s. sensitiuam, vegetatiuā, & rationalem, sicut essentia animæ. Et aliquid quòd est contentiuum omnium aquarum ad quòd omnes aquæ tandem defluunt. s. mare vt dicitur Eccle. pri. Et aliquid ꝙ continet omnia corpora, s. cœli- *Exageratio contra non perseuerantes.*

cet cęlum empireum secundum Bonauẽturam in 2. disti. 6. in questionibus circa literam. Et aliquid quòd per misericordiam & aduocationem in se recipit omnes gentes, sicut beata virgo Maria. Et aliquid quòd continet omnes pęnas sicut infernus. Ita est aliquid quod continet omne bonum desiderabile. Et hęc est æterna fęlicitas, quæ est status omnium bonorum aggregatione perfectus, vt ait. Boetius in 3. de consolatis. Et est quodam pręmium infinitum. Et ideo vt meritum correspondeat præmio, necesse est nos Deum amare, & pro amore illius bene operari si possibile esset fine fine. Si enim Iacob vt haberet Rachel vxorem, seruiuit laban patruo suo septem annis & videbantur ei dies pauci pre amoris magnitudine vt dicitur Genesis 29. Multo magis nos vt consequamur æternam Paradisi beatitudinem, quæ cõsistit in clara visione Dei qui erit præmium nostrum in cęlo. Cum ipse dicat Genesis 15. Ego sum merces tua magna nimis, debemus bonis operibus incessanter Deo deseruire, & in eius amore perseuerare.

Figuris perseuerantiæ necessitas ad salutem ostẽditur.

TErtio probatur figuris perseuerantiam necessariam. Nam Dominus Leuiti. 3. figuratiue pręcepit Moysi, ꝙ filij Aaron offerent in sacrificio totum adipem cum cauda. Quę cauda cum sit finis animalis denotat quòd homo tenetur iugiter vsq; in finem vitę suę in bono opere perseuerare. Quòd si quis forte obijciat dicens. Quomodo est possibile perseuerare in bono opere omni tempore? respondit Tho. 2. 2. q. 104. dicẽs, quòd duplex est perseuerantia. Vna quæ est continuatio in bonis operibus, & ad hanc nullus tenetur, quia impossibile est hoc agere. Et ad impossibile nemo tenetur. l. impossibilium. ff. de reg. iur. & c. nemo potest eo. ri. li. 6. Aliã est perseuerantia quæ est quodam propositum perseuerandi in bono opere pro loco, & tẽpore. Et ad hanc quisq; tenetur. Et de hac intelligit Dominus cum dicit Matt. 10. Non qui inceperit sed qui perseuerauerit vsq; in finẽ hic saluus erit. Quia secundum præparationem animi quisq; semper debet esse paratus bene operari, & pro loco, & tempore bona opera exercere. Precepta enim affirmatiua cuiusmodi est præceptum de perseuerando, licet obligent semper, non tamen obligãt ad semper, sed pro loco, & tempore opportuno secundum sanctum Bona. in 2. di. 29. in questionibus circa literam, & Alexã. de ales in 3. parte sũmę, in explanatione decalogi. c. 1. Alia figura habetꝰ Gen. 19. de vxore Loth, quæ ideo in statuam salis versa est, quia post egressum de societate malorũ. s. sodomitarũ, nõ ꝑseuerauit in pręcepto Angeli sed retro aspexit. Qua figura datur intelligi ꝙ q cępit Deum amare & pro ipso bene operari. Et deinde retro aspicit ad mũdanũ se conuertẽs amorẽ a Deo reprobatꝰ. Tertia figura habetur Apoc. 4. de quatuor animalibus quæ erant plena oculis ante, & retro, quæ non habebãt requiẽ die ac nocte, sed iugiter clamabãt. Sanctus. sanctus, sanctus, Dominꝰ Deus omnipotẽs, qui est & qui erat & qui vẽturus ẽ. Qua etiã figura datur intelligi ꝙ quilibet Dei verꝰ amator no debet habere requiẽ die ac nocte in operibus virtuosis, vsq; in finẽ vitæ suæ.

Similitudinibus perseuerãtiæ necessitas declaratur.

QVarto declaratur similitudinibꝰ necessitas perseuerãtiæ. Licet enim vt ait Philoso. in li. de cęlo & mũdo cęli inferiores iugiter diuersis motibꝰ agitẽtur, cęlum tamen supremũ ꝙ nos dicimus empireũ, in nullo mouetur, nec à sua quiete perturbatꝰ, sed semper in sua immobilitate perseueranter persistit. Vt declarat sanctus Bona. in 2. di. 2. ar. 2. q. 1. Sic ergo a simili, quamuis potẽtiæ inferiores & sensitiuæ perturbentur, vel inordinate moueantur, & agitentur ad bona sensitiua capescenda, tamen ratio cauere debet ne vnquam moueatur, & discedat a desiderio supernorum, & ab operibus virtuosis, quin potius in eis vsq; ad mortem immobilis perseueret. Aliam similitudinem habemus de stellis. Nam quantũcunq; stellę circa cęli axem, & cardinem moueantur, cardo tam ipse a sua quiete nullatenus perturbatur, sed semper immobilis perseuerat. Sic a simili quantũcunq; pars sensualis, vel aliud vtputa, mundus seu diabolus obuicit rationi, illa tamen continue

nuc vsq; in finem debet frui sua quiete, videlicet diuini amoris. Item quātumcunq; terra, & aer inferior corporaq; inferiora pluuijs & tempestatibus perturbentur, nunquam tamen eorum perturbatio peruenit ad cœlum vel ad superiorem partem aeris. Quæ licet pars inferior sit plena vaporibus, seu imbribus, ipsa tamen semper serena, & clara perdurat, eo ꝙ nullas nebulas vel vapores ascēdere permittit. Quod hoc modo philosophi probauerunt. Nam mons Olimpus tantæ altitudinis esse fertur, vt nullis ventis, vel pluuijs, nullis terrenis exhalationibus perturbetur. In hunc ergo montem philosophi pro tempore ascendebant, vt possent ibi de astris aliqua cōtemplari. Sed propter nimiam aeris puritatem quo vegetari non poterant, spongias aqua plenas ad nasum ferebant. Dū autem in monte essent ea quæ de stellis videbant digito in puluere terræ scribebant. Quas litteras sequenti anno cum illuc accedebant, inueniebant in nullo mutatas. Ideo a simili ipsi philosophi asserebant ꝙ in superiori parte rationis nulla debet vnquam libido, vel concupiscentia ascēdere, sed iugiter vsq; ad mortem virtutibus moralibus adherere.

Alia similitudo ad idem.

ALiam similitudinem habemus in arte oratoria, Nam vt dicit Tullius in secunda rethorica. Si quis in sua oratione faceret optimum exordium, optimam inuētionem, dispositionem, eloquentiā, narrationem, ac pronunciationem, & nō haberet bonam, ac solidam cōclusionem, talis oratio omnino priuatur merito laudis humanæ. Et ratio est quia conclusio, vt dicit ipse Tullius in prima rethorica, quæ ars vetus dicitur, est totus orationis exitus, ornatus, determinatio, atq; perfectio. Sic ergo a simili. Si quis haberet omnes virtutes, & non haberet finem perseuerantiæ, priuabitur sine dubio merito cęlestis gloriæ.

Exemplis ꝑseuerantiæ necessitas ꝓbatur.

QVinto idem probatur exemplis. Et primo exemplo naturali omnium creaturarum, quæ omnes perseuerant in eo ad quod sunt ordinatę. Nam cœlum, & singuli orbes planetarum a suo motu & influentia, nec per momentum cessant. Sol, & Luna, & Stellæ illuminare non desinunt. Et vt dicitur. Iudicum. 5. semper in suo cursu, & ordine permanent. Ignis calefacere, & lucere non desinit, & aer humectare, flumina quoq; ac fontes aquarum currere non desinunt, donec ad suum terminum perueniant. Et terra fructus suis temporibus producere non cessat. Cæteræ quoq; omnes creaturæ suis semper funguntur officijs. De leone quoq; refert Albertus magnus in tractatu de virtutibus politicis, quòd postquā cepit prædam quærere, a quærendo non cessat donec quod quærit inuenire contingat. Sed multi sunt hodie similes leopardo, qui ad prædam dimissus strenue aggreditur, sed si in tribus, vel in quatuor saltis quod intendit non assequitur, amplius currere post illam dedignatur. Falco etiam si mox de aue quā impetit non triumphat, dedignans vix illa die ad manus redit, sed per aera vagus incedit. Cui similes sunt qui in bonis operibus non perseuerant, maxime in orationibus si statim quod volunt nō consequuntur. Sed vtinam tales attenderent quod Chrisostomus in quodam sermone inquit & experiētia nobis ostendit. Non enim periculosum, & insolitū est in bello aliquando cadere, sed est valde malum, magnumq; periculum, post casum nolle resurgere. Nō est insolitum bellantem aliquando vulnerari, sed valde malum est nolle vulneri medicamentū adhiberi. Ad perseuerantiam quoq; nos inducit exemplum nautæ, qui postquam in mari naufragium pertulit, & omnia bona sua amisit, non tamen quiescit, sed iterum se mari committit quousq; recuperet quod perdidit. Exemplum etiam habemus artificum, qui iugiter in opere artis suis laborant, quoadusque ad complementum deueniant. Dicit quoque Albertus, vbi supra, quòd licet sit bonum & laudabile fundamentum domus sub terra facere, & super terram firmare, atque parietes super fundamento positos coniungere, optimum tamen esse constat tectum parietibus copulare. Tecto ēn non posito sed omisso, totum est perditum quod est laboratum in domo. Nam si tectum omittunt quáuis cętera habean-

habeantur finis tamen minime obtinetur. Fit enim ad hunc finem domus vt docet philosophus, vt per eam ab imbribus, & caumatibus defendamur, quæ per tectum tantum vt docet experientia obtinemus, hæc ille. Qui etiam ibidem subdit. Quid prodest homini vineam plantare, & in ea palos erigere, si antequam fructus faciat, desinat eam excolere, ita vt non possit de ea fructum percipere? Et quid prodest bobus terram sulcando scindere, & frumenta modo debito seminare, si postea negligat tempore messis fructum colligere? Quid iuuat militi fortiter arma adueniente hoste accipere, & viriliter pugnare, si postea nondum obtento fine victoriæ contingat arma proijcere? Quid prodest nautæ prospere vela erigere, & flantibus ventis mare sulcare, & nauem mercibus onerare, ac fœliciter nauigare, si postea contingat nauem in portu perire, vel ad portum vltimo non venire? Constat ergo certissime quòd rei laus, & bonitas omnis dependet a fine, hæc Albertus vbi supra. Exemplo quoque gentilium ad perseuerantiam animamur, præcipue Fabricij Romani cuius virtutem Boetius in secundo de conso. commemorat di. Vbi nunc ossa fidelis Fabricij manent? De hoc enim Fabricio refert Eutropius libro secundo, quòd cum Pyrrus rex Epirotarum venisset in subsidium Tarentinorum contra Romanos, comperto quòd Fabricius qui erat legatus Romanorum pauper esset, obtulit ei quartam partem regni sui, vt ad se transiret, & simul cum hoc magnam auri quantitatem illi dare voluit si Romanam proderet ciuitatem. Cui Fabricius dixit. Regnum tuum simul cum auro tuo tanquam lutum despicio, extimans perseuerantiam fidei erga patriam esse nobiliorem, & meliorem omnibus regnis & auro mundi. Tunc rex Pyrrus admirans dixisse fertur, quòd ille Fabricius difficilius a perseuerantia suæ honestatis, & fidei quàm sol a suo cursu posset auerti. Refert quoque Valerius maximus quòd cum Horatius flamen ædem Ioui dedicaret, nunciatum ei fuit, mortuum esse filium suum, qui hoc audito, nec ab incepto opere cessauit, nec vultum a publica religione ad priuatum dolorem deflexit, sed immobilis perseuerauit. Quanto ergo magis nos christiani in bonis operibus perseuerare debemus.

Gentilium exemplis ad perseuerantiam inducimur.

SED omissis multorum paganorum exemplis qui potius voluerunt perdere vitam, quàm bonorum operum perseuerantiam, veniamus ad exempla sanctorum. Et prætermittendo exempla quasi innumerabilium martyrum propter eorum multitudinem, capiamus exemplum beati Iob. qui capitulo vigesimoseptimo, dixit. Donec deficiã nunquam recedam ab innocentia mea, & iustificationem quam cępi tenere non deseram. Exemplum etiam habemus Pauli, qui secundo ad Thimo. quarto ait. Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidem seruaui, &c. Et iterum dicebat. Actuum vigesimo. Non facio animam meam preciosiorem quàm me, dummodo consumem cursum meum, & ministerium quod accepi a domino Iesu Christo. Et Roma. octauo. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an periculum, an gladius? Et concludit quòd nihil eum poterat separare. De Apostolis etiam dicitur. Actu. primo, quòd erant omnes vnanimiter perseuerantes in oratione, psalmista quoque dicebat. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem. Optimum etiam exemplum est illorum quadraginta martyrum, qui pro fide Christi in stagnum frigidissimæ glaciei proiecti fuerunt, quorum vnus non perseuerauit cum eis. Et exiens de stagno vt in balneum intraret, statim vt tetigit balneum mortuus est. Ianitor autem stagni aspiciens supra capita martyrum vidit 39. coronas aureas de cœlo descendere, & miratus dixit. Quadraginta sunt, vnius corona vbi est? Deinde intelligens vnum ex illis tepidum effectum propter imperseuerantiam perdidisse coronam, reiecit vestimenta sua, & dixit intra se. Ego quadragesimam coronam obtinebo. Et statim ingrediens stagnum cum feruore quadragesimam coronam quam alius

Sanctorum exemplis ad perseuerantiã animamur.

qui

qui perseuerare noluit perdiderat habuit.

Exemplum Christi ad idem adductum.

Vltimo habemus exemplum saluatoris nostri Iesu Christi qui triginta tribus annis noluit unquam desistere a perseuerantia nostræ redemptionis; nec cessauit propter diabolicam tentationem, non propter iudæorum persecutionem, nec propter ipsorum inuitationem, qui vt habetur Matthæi vigesimoseptimo, hortabantur eum vt de cruce descenderet, & crederent ei; non etiam voluit cessare propter animæ, & corporis multimodam afflictionem, non denique propter horribilem, ac vituperosam crucis passionem, sed perseuerauit vsque ad mortem, donec dixit. Ioan. decimonono. Consumatum est, scilicet opus humanæ redemptionis. Et tunc emisit spiritum dicens. In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Quo exemplo datur intelligi, quòd solum illorum animas cœlestis pater suscipit in regno æternæ vitæ, qui perseuerant vsque ad mortem in eius amore, ac bonis operibus. Ecce ergo popule mi, quòd benedictus saluator noster ascendit in cœlum per viam istarum quadraginta virtutum, vt ostenderet quòd per eandem est nobis incedendum. Hæc est illa scala quam vidit Iacob patriarcha. Gene. vigesimooctauo, quæ vsque ad cœlum pertingebat, per quam ascendebant Angeli, idest angelicam vitam ducentes. Quod agere concedat nobis ille benignus saluator noster, vt post huius vitæ transitum ad æterna polorum guadia cum illo ascendere valeamus. Amen.

✠

EODEM

EODEM DIE POST PRANDIVM DE SACCHOMANO PARADISI.

SERMO TRIGESIMVS QVINTVS.

PRincipes populorũ congregati ſunt cũ Deo Abraham. Scribuntur hæc verba iterum ſibi ſupra. Vana hominum cõſilia mortalium omne eorum ſtudium, ac diligentiam exhibent in ſpeculandis, & imitandis exemplis hominum perditorum, & damnatorum, quos ſibi in duces aſſumunt, ac principes, & rectores, atq; magiſtros. Nos autem ad altiorẽ ſtilum extollentes oculos ingenij noſtri non vt idolorum cultores ardua geſta, atq; ſapientiam infidelium perſcrutemur, ſed filij Dei qui eſt ſapientia patris, exemplum nobis proponamus, illũque ſequamur, illi iungamur, & in eius exercitu aſcribi feſtinemus. Sicut enim philoſophi duces ſuos ſequuti ſunt. Videlicet Socratem, Platonem, Theophraſtum, Pithagoram, & Ariſtotelem. Romani autem milites, ſuos principes habuere Camillos, Fabricios, Scipiones, Claudios, Metellos, Cæſares, & Auguſtos. Carthaginenſes vero Aſdrubalem Amilcarem, atq; Annibalem. Græcis autem Themiſtocles, Milciades, Cymõ, Xantippus, Epaminundas, Philippus, Alexander magnus, Achilles, & Ambo aiaces, ſcilicet Oyleus, & Thelamonius. Agamẽnon, & Menelaus in bellis & certaminibus rectores fuere. Troianis vero, Hector, Paris, Troilus, Deiphobus, Antenor, & Eneas. Ita nobis ſequẽda ſunt illuſtria, & præclariſſima geſta ſaluatoris noſtri ducis inclyti: De quo pſalmiſta. Pſalmo. 23. Inquit. Dominus fortis & potens dominus potens in prælio. Ipſe. n. eſt ille qui propria virtute tanquam rex gloriæ ſupernæ Hieruſalem altiſſima mẽnia penetrauit. Vnde cum in aſcenſione eius Angeli illum comitantes ianitoribus paradiſi dicerent illud quod in prædicto pſalmo habetur, ſcilicet. Tollite portas principes veſtras, & elenamini portę æternales, & introibit rex gloriæ. Interrogantibus ipſis ianitoribus & dicentibus, quis eſt iſte rex gloriæ? Reſponderunt ipſi Angeli vt ibidem habetur. Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Iſtũ ergo inuictiſſimum principem nobis capitaneum faciamus, ſi paradiſum arripere & vt ita dixerim Sacchomanare volumus. Cum ipſo nanq; vt dicunt verba thematis noſtri, omnes glorioſi principes terræ qui cęleſte regnum debellauerunt congregati ſunt, & illius militiæ aſcripti fuere.

Sicut oẽs antiqui ſibi ꝓponebãt aliquem illuſtrem, ita et nos Chriſtũ nobis vt exẽplũ ꝓponere debem⁹.

DE quo paradiſi Sacchomano, tria mi ſteria contemplabimur. Primum dicetur monſtrationis. Secundum dimicationis. Tertium vero appellabitur pacificationis, ſeu triumphationis. Quidem partes eliјciunt ex verbis Dauid prophetæ. Pſal. 27. di. Sedebit dominus rex in æternum. Dominus virtutem populo ſuo dabit. Dominus benedicet populo ſuo in pace. Sedebit enim rex æternus ad reſpiciendum per approbationem electos

Tria miſteria de paradiſo contemplanda proponuntur.

ctos milites suos fient Psal. 33. dicitur. Oculi domini super iustos.s. ad ascribendum eos tanquam aptos ad militiã suã. Et de hoc etiam dicitur Psal. 32. De cœlo respexit dñs, vidit omnes filios hominũ. De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. Ecce monstra. Deinde de pugna subdit. Dominus virtutem populo suo dabit.s. ad fortiter dimicandum, quia vt ait Apostolus. 2. ad Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est. Et ideo inquit Dauid Psal 3. Domini est salus. Tertio pacificatio siue triumphatio post pugnam ostẽditur cum dicitur. Dominus benedicet populo suo in pace. Ad hoc enim dat Deus militibus suis virtutem, & fortitudinem in bello, vt post pugnam pertingant ad triumphalem pacem. Nam vt inquit Tullius in 1. de offi. c. 37. & Aug. in c. noli. 23. q. 1. Ideo bellum suscipitur, vt nihil aliud nisi pax quæsita videatur, & Aristo. 10. Ethic. c. 7. ait Bellamur vt pacem ducamus. Et Vegetius. 3. de re militari in proemio dicit. Qui desiderat pacem, præparet bellum. Eapropter Psal. 33. dicit Dauid cuilibet militi Christi. Inquire pacem & persequere eam.

PRIMUM MISTERIUM quod dicitur monstrationis.

CIrca primum misterium, ad contemplandum, mẽtis oculos sustollamus, & huius exercitus electorum respiciamus monstram. In quo primo videbimus descriptionem electorũ. Secũdo secretariorũ, & tubicinũ, & vexilliferi, tertio capitaneorum, quarto militum, quinto armorũ, sexto autem equorum. Circa electorũ descriptionem quęritur, an oẽs hoĩes sint apti ad hoc bellũ, & sacchomanum, & esse milites Christi? idest an Deus velit oĩbus hoĩbus paradisum dare, secundum illud, Deus vult omnes hoĩes saluos fieri. 1. ad Thi. 2. De quo hic pertranseo, quia exposui supra, sermone. 23. Pro præsenti autem speculatione dico, q̃ filius æterni regis a patre missus in mundum ad colligendum exercitum, venit tanquam dux de fortuna, seu vt vulgariter dicitur de ventura, qui vult in patriam introducere partem electam, & quantum in se est vult omnes ad suam militiam ascribere, sed multi non sunt apti. Vnde post suam passionem cũ vexillo crucis victor hostium suorum descendit ad inferos, & ibi inuenit quatuor carceres.s. sinum Abrahæ, limbum, purgatorium, & infernum, & assumpsit aliquos bene dispositos. Alijs indispositis, & ineptis ad bellum ibi dimissis. Vt enim dicit Vegetius in lib. de re mili. Repudiandi sunt inutiles ad militiam, & in locum eorum strenuissimi subrogandi. Deinde venit ad superos, & ibi constipatus Angelis primis militibus suis, fecit ipse dux, & capitaneus noster generalis dominus Iesus Christus per suum cancellarium eos qui ab æterno descripti erant in libro vitæ, idest in æterna prædestinatione diuina ascribi in alio libro vitæ, scilicet in sacra scriptura. Et hoc egit, quia vt inquit Vegetius in primo de re mili. ti. 28. Vtilius est erudire armis suos quàm alienos mercede conducere. Item quia isti omnes tanquam boni milites regnum cœlorum pugnando acquirent, & saluabuntur, iuxta illud Dan. 12. Saluabitur populus omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro vitæ. Et Isa. 4. Sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem. Ideo inquit dominus Apostolis. Lucæ. 10. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis, & Apo. 21. Non intrabunt in illa, scilicet cęlesti Hierusalẽ, nisi hi qui scripti sunt in libro vitæ, & agni. De quo libro in inquit Aug. super psalmistam & in 20. de ci. Dei c. 14. Liber iste de prædestinatione significat eos quibus æterna debetur vita. Quare autem dicatur liber vitę, assignant theologi multas rationes quas breuitatis causa pertranseo, maxime Alexander de Ales in prima parte summæ, in tractatu de libro vitæ. Et b. Bona. in 4. di. 43. parte secunda ar. primo, q. 1. & b. Tho. in prima parte summę. q. 24. ar. 1. & 2. & in quæstionibus disputatis de veritate, de libro vitę ar. 1. De hoc etiã libro vitæ habetur. in. §. finis in c. in domo patris mei, de pœni. di. 4. De ipso etiã lib. Inquit Paulus ad Phil. 4. loquẽs de quibus-

Contemplatio.

busdam discipulis, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ. Et Moyses dicebat Deo. Exod. 32. Aut dimitte populo huic noxam, aut dele me de libro quem scripsisti. Sed sciendum quòd sicut reperitur liber vitæ pro electis, ita reperitur liber mortis pro damnatis. Si enim est reperire vnum contrariorum in natura, est reperire & reliquum, vt ait Aristo. 5. Methaphisicæ, & secundo de cœlo, & mundo. Ideo de his libris dicitur Dan. 7. Sedit iudiciū, & libri aperti sunt, & Apoc. 20. ait Ioannes. Vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris fine opera eorum. Liber ergo mortis est liber in quo scripti sunt præsciti ad æternam dānationem, qui non sunt scripti in libro vitæ. De quibus per psalmistam dicitur Psalmo. 68. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.

Christus venit in mundum ad describendum electos qd denotatur p illud Lucæ 2. de descriptione totius orbis.

AD designandum autem quòd filius Dei venit in mundum ad faciendam descriptionem electorum suorum dicitur Lucæ. 2. quòd tēpore natiuitatis eius exijt edictum a Cęsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis. Super quibus verbis inquit Gregorius in homilia. Quid est quòd nascituro domino mundus describitur, nisi hoc quòd aperte mōstratur, quia ille veniebat in carne qui electos suos ascriberet in æternitate? Hæc autem descriptio facta est per primum cancellarium regis æterni, scilicet Ioannem Euangelistam qui Apoc. 14. dixit. Vidi supra montem Sion agnū stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptū in frontibus suis. Per montem Sion qui interpretatur speculatio, intelligitur ecclesia militās, quæ erecta est ad speculandum cęlestia, iuxta illud Apostoli Phil. 3. Nostra autem conuersatio in cœlis est. In isto ergo monte solo fit descriptio saluandorum, quia extra ecclesiam catholicam nō est salus, vt habetur extra de summa trini. & fi. ca. c. firmiter. §. vna vero. Agnus iste cū quo describuntur electi est dominus noster Iesus Christus. De quo ait Ioannes Baptista. Ioan. 1. Ecce agnus Dei &c. Iste igitur agnus est dux & princeps militiæ electorum, & ideo ipse se fecit scribi in principio huius libri vitę sicut in persona eius dicitur Psal. 39. In capite libri scriptum est de me. Stat ergo supra montem Sion idest supra ecclesiam militantē iste agn⁹ ad adiuuandos, & roborādos milites suos pugnantes. Vnde b. Stephanus in agonis sui pugna dixit, Actuū. 7. Video Iesum stantem a dextris virtutis Dei. Secundo autem loco scriptum est in hoc libro nomen matris Dei. Vnde Apoc. 12. ait Ioānes. Apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca Dei in templo, & paulo infra dicitur. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole &c. Cum hoc autem agno duce nostro dicūtur esse centum quadraginta quatuor millia signati, per quos omnis electorum numerus designatur, & ponitur numerus finitus pro infinito, quo ad nos. O igitur beata gens, cuius dominus Deus eius, populus quē elegit in hæreditatē sibi, Dauid. Psal. 32. per numerum tamen centenarium qui est numerus perfectus, quia cōstat ex numero completo, scilicet. Denario in seipsum multiplicato. Designatur perfecta obedientia decem præceptorum decalogi, per quadragenarium vero qui est numerus pœnitentium, figuratur detestatio peccatorum, per quaternarium autē numerum designatur vera fides quatuor euangeliorum, vel exercitatio, & obseruātia quatuor virtutum Cardinalium. Per millenarium vero, perfecta consumatio omnium aliorum virtutum, tam theologicarum, quàm moralium.

Qui nō est signatus signo thau nō saluabitur.

VIde ergo si es signatus, & custodi signum tuum quòd si non es signatus, procura signari, quia aliter non saluaberis. Vade igitur ad istum summum cancellarium gemens peccata tua, fac te signari. Illi etenim imperat dux noster di. illud. Ezech 9. Signa thau super frontes virorum gementium, & dolentium. Econtra vero de non signatis dicitur ibidem. terribile verbum. Ibi enim præcepit idē dux dicens Angelis suis. Percutite eos non parcat oculus vester neq; misereamini. senem, adolescentulum, virginem, paruulum, & mulieres interficite vsq; ad internitionem, omnem autem super quē vide-

videritis Thau, ne occidatis, & a sanctuario meo incipite, idest a religiosis, & clericis. Per centum quadraginta quatuor millia signatos significantur omnes boni, & veri christiani qui per fidem, a quatuor euangelistis per quatuor mundi partes prædicatam, & creditam, habent nomen agni, & patris sui scriptum in frontibus, idest in mentibus suis, digito Dei vivi, idest spiritus sancti, cum sint baptizati in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, vt præcepit dominus Matth. vlt. De hoc signo exultabat Dauid. Psal. 4. di. Signatum est super nos lumen vultus tui domine, dedisti letitiam in corde meo. Per lumen enim intelligitur nomen filij, per vultum nomen patris, per letitiam vero nomen spiritus sancti. Omnes enim boni christiani consignati sunt signaculo totius trinitatis.

Duodecim Apostoli fuerunt tubicinæ Christi.

Secundo videndum est in hac parte de secretarijs istius magni ducis, & de tubicinis, & alijs amicis suis. Maxime vero sunt in campis necessarij, & vtiles tubicinæ. Ait enim Boetius in musica libro primo. c. 1. Manifestum est in bello pugnantium animos tubarum carmine accendi. Inter alios autem tubicinas, fuit maximus Ioannes Baptista cui dixit rex æternus illud Isa. 58. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam &c. Vnde ipse Ioannes dicebat de seipso. Ioannis. 1. Ego vox clamantis in deserto. Parate viã domini. Clamat ergo Ioannes vt omnes se præparent ad bellum, & super montem Sion veniant cum armis suis quia capitaneus noster vult rapere cęlum & sacchomanare paradisum, & diuidere prędam militibus suis. Alios duodecim magnos tubicinas elegit, scilicet duodecim Apostolos quos per quatuor mundi plagas misit dicens. Marci vlt. Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ, sequitur. Qui crediderit & baptizatus fuit saluus erit, quasi diceret. Quot quot ex toto corde credere in me voluerint ascribite militię meæ. Illi vero per totum mundum profecti, multos & quasi innumerabiles ascripserunt, iuxta illud Psalmi. 18 In omnẽ terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Fuerunt & alij 72. discipuli tubicinæ minores, qui per omnes ciuitates, & terras discurrentes, sonitu suo vniuersum orbẽ repleuerunt. Inuitantes omnes ad sequendum agnum immaculatissimum supra montem Sion, vbi parantur acies ad expugnandum, & violandum paradisum.

Quatuor euangelistæ fuerũt quatuor secretarij.

Elegit quoq; quatuor principales prothocancellarios secretarios, quorum vnus nominatus est Ioannes Euãgelista. Cui vt canit ecclesia. Reuelata sunt secreta cœlestia, & ipse habebat vnum tractatum siue vt cõmuniter dicitur intendimentum in paradiso, & hoc nullus sciebat nisi capitaneus & ipse, cui capitane⁹ noster reuelauit, quando recubuit in cęna super pectus eius. Io. 13. Alius fuit Matthæus, alter Lucas, alius vero Marcus. De quibus dicitur Apoca. 4. In medio sedis erant quatuor animalia plena oculis ante, & retro, & animal primum simile leoni, & hic est Marcus. Et secundum animal simile vitulo, & hic est Lucas, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & hic est Matthæus, & quartum animal simile aquilæ volanti, & hic est Ioannes Euangelista. Qui quatuor Euangelistæ quare in tali specie figurentur, declarat sanctus Hiero. & Nico. de Lira in procemio suorũ euangeliorum. Vbi dicunt quòd Matth. depingitur in facie hominis, quia principaliter versatur circa humanitatem Christi, & conuersationem eius. Marcus vero in facie leonis, quia versatur principaliter circa ipsius regnum. Leo enim est rex animalium quadrupedum. Lucas autem in specie bouis qui erat animal immolatiuum in lege, quia principaliter versatur circa eius sacerdotium. Ioannes vero in specie aquilæ desuper ipsorum quatuor, quia principaliter versatur circa notitiã diuinitatis. Vel quia Matthæus describit Christi generationem, Marcus eius resurrectionem, Lucas passionem, & Ioãnes ascensionem. Licet enim prædicta omnia ab omnibus euangelistis tangantur. Tamen vnus eorum principalius, & singularius tractat. Ibi autem prothocancellarij habent sub se quatuor principaliores scribas qui designati sunt in quatuor rotis, de quibus dicitur Ezechiel. 1.

Cum-

Cumq; ambulabāt animalia, ambulabāt simul & rotę iuxta ea, quia exposuerunt sensum euāgeliorum & isti sunt quatuor doctores ecclesiæ quos assignauit eis dux & capitaneus cœlestis. Nā Hiero. datus est Marco quasi in leonica specie, contra hæreticos, de quo dici potest. Prouer. 28. Iustus quasi leo confidens. Ambro. Lucæ, quasi bos cornipeta contra Arrianos, huic conuenire videt quia euangelium Lucæ discretionis vngula luculentissime declarauit. Greg. totus in mortali sensu humanus Matthæo satis conformis est. Augustinus contemplatione altissima Ioannem vt aquila imitatus eius euangelium aquilino intuitu explanauit. Et hæc omnia declarat sanctus Bernardinus in sermonario de religione christiana, sermone. 66.

Doctores, et prædicatores sunt etiam scribæ paradisi.

ALios quoq; (subscribas, & minores notarios, sub istis ordinauit propter multitudinem exercitus, & isti sunt cæteri doctores ecclesiæ & prædicatores, quos misit & quotidie mittit dux noster ad congregandos milites suos, & isti designant per seniores. De quibus Apoc. 4. dicitur, quòd stabant etiam ipsi in circuitu throni, & laudabant viuentem in secula seculorum. Vnde quilibet eorum potest dicere. Psal. 44. Lingua mea calamus scribę velociter scribentis. Et quia dedit eis plurimam pecuniam & preciosam, scilicet sancta sacramenta quæ volentibus venire ad militiam suā pro arra & inpræstito dētur, ideo dixit eis vt sint fideles dispensatores, quia non vult ad militiam suam ascribi homines deditos carnalitatibus, & sensualitatibus. Ideo dixit Matthæi. 7. Nolite sanctum dare canibus.

Paulus etiā fuit tubicē paradisi.

SEntiens autem iste dux noster cœlestis alium esse magnum tubicinam, qui nolebat venire ad suum exercitum, imo ibat ad stipendia suorum inimicorum, qui vocabatur Saulus, fecit eum vocari, & ad se duci ligatum, & caligantem oculis, & conquassatum, qui audiens quòd durum erat illi contra stimulum calcitrare, promisit ei fidelitatem, & capitaneus noster fecit signari in fronte eius nomen suum, & imposuit illi nomen Paulus, & præcepit ei di. Vade & concine tua alta tuba per omnes regiones, & cōuoca mihi exercitum copiosum. De hoc tubicinatore ait ipse saluator. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel. Iuie ergo iste magnus tubicinator Paulus cū alijs tubicinis intonans, & conciniens aduersus aereas potestates, & vastatores aduersę potestatis, dicens ex mandato Dei Apoc. 7. Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.

Signifer fuit beatus Franciscus.

FActis igitur istis proclamationibus, & signatis oībus militibus, reuersi sunt tubicines ad capitaneum suum. Qui videns tantam multitudinem expeditorū militum, iussit suo primo prothocancellario Ioanni Euangelistæ vt omnes illos ascriberet in libro suo, qui per sanctum Stephanum collateralem generalem, & bulletarium suum, atq; principalem signatorem fuissent præsentati. Quibus omnib⁹ pręsentatis & in libro ascriptis. Conuocato consilio suo dixit capitaneus, quis est dignus ferre vexillum exercitus? Cui dabimus, oportet enim quòd eligatur de toto exercitu vnus fortissimus bellator, qui non sit timidus, sed audax in mundo cōtra tantam potentiam. Et circumeuntes totum exercitum viderunt vnum pauperculum male indutum & discalciatum, sed magnanimum qui ꝓpter eius magnanimitatem spreuerat totum mundum, & omnia dispersserat, & dederat pauperibus quicquid habebat. Vnde dixerunt illi si volebat seruire capitaneo magno. Qui respondit quòd erat paratus ponere vitam pro eo, & relatū fuit capitaneo, qui ad se adductum interrogauit quo nomine vocaretur, cui ille humiliter respondit. Domine mi ego vocor Franciscus. Cui dominus dixit, ex quo vocaris Franciscus quasi Frāchus stans, si vis venire mecum faciam te mecum vexilliferrum, sed oportet te mihi conformari. Cui respondit humilis Franciscus, quòd erat valde contentus & iam diu disposuerat sic facere. Tunc Christus dedit illi vexillum triumphātissimę crucis, quam ipse libentissime detulit in in corpore suo. Et hoc est quod dicitur

Apoc.

Apoc. 7. Vidi alterum Angelũ, idest Franciscum, ascendentem ab ortu solis, i. ab assisio in oriente posita, habétem signum Dei viui, idest stigmata Iesu Christi, & ità exposuit b. Bona. legens in studio Parisiensi, iurans q̃ Christus sibi apparens dixerat, q̃ illa verba dicta non sunt nisi de beato Francisco, hoc etiam prædixit Paulus ad Gal. 6. di. in persona beati Francisci. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Non enim hæc verba possunt intelligi de ipso Paulo, cum ipse non fuerit stigmatizatus, sed de solo beato Francisco qui recepit quinq; stigmata Iesu Christi in suo corpore. Fecit ergo rex cœlestis beatum Franciscum nõ solum vexilliferum, sed etiam caput primæ cohortis, & posuit illum ad curam personæ suæ. Fecitq; eum primum in secretarijs, vt intrare posset cubiculum secretorum suorum, & sub eo dedit familiam multam; & principem eum constituit totius militiæ suæ. Ideo de ipso canit ecclesia in officio eiusdem. Decus morum dux minorum Franciscus tenens brauium. Est enim generalis confallonerius portans insigna superni imperatoris.

Primus capitaneus fuit Iudas. Tertio in hac parte est cõsiderandum qui fuerint electi capitanei exercitus. Fuerunt enim duodecim de quibus. Apoc 7 Primus appellatur Iudas, & iste est capitaneus vastatorum & extirpantiũ aduersarios regis, Iudas enim secundum Hieronymum confessio interpretatur. Per confessionem namq; omnia peccata cunctaq; scelera destruũtur atq; exterminantur, & de istius comitiua possunt numerari omnes qui confessi sunt peccata sua, quia fuerunt vastatores peccatorum. In huius autem figuram præcepit cœlestis capitaneus huic duci, & cuilibet suorum militum dicens illud Iosue. 17. Transibis ad montem, & succides tibi atq; purgabis ad habitandum spatia & poteris vltra procedere cum subuerteris Cananeum, quem dicis ferreos habere currus & esse fortissimũ. Cananeus interpretatur dæmon zelans animam. Nam anima quæ amat Deum, & per confessionem se purgat a peccatis declinando a malo, & faciẽdo bonũ occidit Cananeũ idest diabolum, & efficitur de militia huius capitanei primi.

2. Capitaneus fuit Ruben. Secundus capitaneus fuit Ruben qui interpretatur filius visionis. Et iste est capitaneus vbtium balistis, & arcubus, & de istius comitiua sunt omnes viri docti, & scientifici. Grammatici, rethorici, legistæ, & canonistæ, & sacræ theologiæ, Professores. De quibus Dan. 12. di. Qui aũt docti fuerint fulgebũt quasi splẽdor firmamẽti. Et qui ad iustitiã erudiũt multos quasi stellæ in ppetuas æternitates. Isti igitur balisterij sagittas suas ita tirẽt, & in medio veritatis eijciunt, q̃ nunquã errant in aliqua falsitate imo corda ignorantium feriunt iaculo veritatis, sicut boni prædicatores faciunt, qui sunt de militia istius capitanei. In quorum persona dicit psalmista. Vidi præuaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Et ratio q̃ ille qui vult balista vti, & bene eijcere sagittam, claudit vnũ oculum, ad denotandum q̃ si vis bene, & directe emittere desideria tua ad Deum, oportet te claudere vnum oculum, scilicet vanitatum & desiderij cupiditatum huius mundi Isa. 33. Claudit oculos suos ne videant malum, & habere vnum solum oculum apertum, tenendo ipsum fixum in Deum, & habendo ipsum in omnibus operibus tuis pro obiecto, & sic nunquam errabis.

3. Capitaneus fuit Gad. Tertius vero capitaneus fuit Gad, qui sacchomanorum capitaneus est. Interpretatur enim accinctus latrunculus, accincti quidem latrunculi sunt quilibet coniugati, seruantes iura matrimonij & honeste viuentes: & maxime seruantes castitatem. De quibus saluator Matt. 19. inquit. Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum, scilicet per violentiam acquirendum, & furandum. Isti etiam sacchomani sunt quędam bonæ viduæ, ac personæ simplices & deuotæ quæ sunt latrunculæ & fures vitæ æternæ, quia cum conscientia sua bona simplici & pura furantur Iesum Christum licet, sicut sacchomani multa incommoda patiantur. De tali vidua furante paradisum inquit Apostolus 1. ad Thimothe. 5. Quæ vere vidua est & desolata speret in Deum.

4. Capitaneus fuit Asser. QVartus capitaneus fuit Asser, qui interpretatur beatus vel diuitias habens, & iste est princeps illorum diuitum qui per viam eleemosynarum acquirunt regnum cœlorũ. Sicut promisit dñs Matt. 19. dicens eleemosynam facientibus. Centuplum accipietis, & vitam æternã possidebitis. Et de hoc dicitur Eccle. 31. Beatus est diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurũ non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Sub isto etiã capitaneo sunt illi q omnia spreuerunt ꝓpter Christum, qui sunt dñi omniũ quæ pedibus calcant, de quibus dicit Apostolus. 2. ad Cor. 6. Nihil habentes, & omnia possidentes. Et ideo exhortatur beatus pater noster Franciscus in regula sua fratres suos ad hanc sanctissimam paupertatem, di. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimos fratres meos hæredes, & reges regni cęlorũ instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit. Hæc sit portio vestra quæ perducit in terram viuentium &c. Et isti q sunt de comitiua istius capitanei sunt custodes vexilli.

5. Capitaneus fuit Neptalim. QVintus capitaneus fuit Neptalim quem sequuntur omnes religiosi mendicantes. Interpretatur enim dilatatio. Hij.n. non solum seruant præcepta Christi, sed etiam dilatantur ad seruanda cõsilia. Insuper cultum Dei dilatant, vñ dicere possunt illud. 2. ad Cor. 6. Cor nostrum dilatatum est. Sunt enim dilatati in charitate Dei & proximi. Comitiua ergo istius capitanei appellatur vulgari sermone fantaria. Sunt enim veri famuli cęlestis regis, & pedestres incedunt, non in equis faleratis.

6. Capitaneus fuit Manasses. SExtus capitaneus dicitur Manasses, q interpretatur abolitio siue obliuio. Et iste est princeps sanctorum monachorum qui viuunt secreti, & incogniti quasi mortui mundo & obliuioni omniũ quę fiunt in eo. Talibus enim dictum est. Psal. 44. per prophetã Obliuiscere populũ tuũ & domũ patris tui. Monachus.n. dr̃ a monos qđ est vnus, & achos q est tristis, debet n. stare desolatus & solus. c. placuit. 16 q. 1. & solũ viuere Deo. Isti sunt fortes bellatores, quia semper sunt in continua militia cõtra carnẽ, mundũ & diabolũ. Et isti vulgariter appellant lanceę spezzate.

7. Capitaneus fuit Simeon. SEptimus dux appellatur Simeon, qui interpretatur auditio, vel obediẽtia, & de istius comitiua sunt oẽs boni filij parentibus obedientes, & subditi dñis seruientes sequentes consiliũ Apostoli. 1. Petri. 2. dicentis. Serui subditi estote dñis, non tñ bonis, & modestis, sed etiam discolis, & malis. Hæc est.n. gratia si ꝓpter conscientiã Dei sustinet quis. Et Ephe 6. Filij obedite parentibus vestris in dño. Hoc.n. iustum est. De tali filio obediente, & seruo obsequente, põt dicere dñs eius Psal. 17. In auditu auris obediuit mihi. De comitiua quoq; istius capitanei sũt oẽs boni christiani diuina mandata seruantes, & cõsequenter cęlũ rapientes. Iuxta illud Matth. 19. Si vis ad vitã ingredi serua mandata. Et istorum acies electa ꝓpter numerositatẽ dicit el squadrone.

8. Capitaneus fuit Leui. OCtauus dux dicitur Leui, qui interpretatur assumptus, & de huius comitiua sunt oẽs prælati, & rectores, tam temporales, q̃ spũales aliorũ, qui eos secundũ Deũ bene regunt & gubernãt, qui in hoc mũdo sunt assumpti ad gubernandos subditos. Deinde assumẽtur ad æternos cęli triumphos. In hac quoq; comitiua sunt omnes boni sacerdotes, & clerici qui ad diuinum cultũ sunt assumpti, q dicunt milites Christi 16. di. c. quid proderit & 1. q. 3. c. saluator, & per glosam in c. militare. 23. q. 1. Et de hoc etiam habet in c. 1. de cle. egro. & in c. degradatio, de pęnis. in 6. Et de quolibet istorũ dr̃ Deo per prophetã Psal. 64. Beatus quem elegisti, & assumpsisti, habitabit in atrijs tuis. Isti autem sunt de squadra personę ducis celestis.

9. Capitaneus fuit Isachar. NOnus capitaneus est Isachar, qui interpretatur vir mercedis. Et iste est ductor bonorũ artificum & laboratorũ, qui de arte sua viuunt, & labore, quorũ quilibet in iudicio audiet illud. Psal. 127. Labores manuum tuarũ quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Quia vero Isachar appellatur. Gen. 49 asinus fortis. Ideo iste est capitaneus super mulaterios, & carratores campi.

10. Capitaneus fuit Zabulon. DEcimus est Zabulon, qui est capitaneus imperatorum, regũ, ducũ, marchionũ, comitũ, dñorum, baronũ, oĩumq; nobilium, seruantiũ illud quod de eorũ offi-

officio dr in c. regu.23 q.5. Et oes stipendiarij milites qui sunt cōtenti stipendijs suis,& nemini violentiā faciunt, vt præcipitur eis Lucæ. 3. Sūt sub hoc duce. De istius quoq; familia sunt omnes boni iudices a iustitia nunq̄ declinantes, sed cōstantes,& fortes in ea administranda. Zabulon.n. interpretatur habitaculum fortitudinis. De talibus dr. Sap. 6. Qui custodiūt iustitiam iustificabunt. Et isti quia iuribus patriam defendunt sicut milites armis, vt patet in proemio insti. & in.l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudiciorum. Et in.l. laudabile. C. de aduo. diuer. iudicum. Ideo in numero armigerorum computantur. Et ita familia dicitur gens armatorum equitum.

11. Capitaneus fuit Ioseph.

VNdecimus est Ioseph, qui interpretatur ampliatus, vel augumentum. Et de huius comitiua sunt oēs boni mercatores, qui nolunt facere vsuras, nec vendere pro pluri precio, vendendo terminos,& tempus, nec falsificant mercantias, & custodiunt festa, nec vendunt cū mendacijs, aut periurijs, vt amplificent diuitias,& potius volunt parce viuere, q̄ iniustis abūdare opibus. Et faciūt cōtractus suos iustos,& sine aliqua fraude,& libēter seruiunt proximo quando possunt. Vnde pōt quilibet horū dicere illud Psal. 119. Viam mandatorum tuorum cucurri, cū dilatasti cor meum. Magis n. studuerunt ampliari in virtutibus q̄ in diuitijs, de quibus prædixit psalmista. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorū in Syon. Et isti sunt campi prouisores.

12. Capitaneus fuit Beniamin.

DVodecimus capitaneus est Beniamin, qui interpretatur filius virtutum. Et de huius comitiua sunt oēs virtuosi, & maxime virgines, qui sequuntur agnum quocunq; ierit, Apoc. 14. Et ideo Beniamin etiam interpretatur filius dextræ. s. Dei. Castitas. n. animam ad dextrā Dei repræsentat. §. sancimus in auten. de leoni. Et incorruptio facit proximum Deo. Sapien. 6. Isti ergo milites sunt valde grati, & speciosi in conspectu Dei, iuxta illud. Sap. 4. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. In hac etiam acie sunt omnes diligentes Deum toto corde, & ideo iste dux appellat̄ princeps schiopeteriorum, & bombarderiorum, quia sui milites semper ignē diuini amoris secum habentes, ignita charitate desideria sua ad cęlum emittunt. Omnes autē isti capitanei habent sub se duodecim millia signatos viros robustissimos. Et hoc est q̄ ait Apostolus. Apocalip. 7. dicens de eis. Ex tribu Iuda duodecim millia signati. Ex tribu Ruben duodecim millia signati. Ex tribu Gade duodecim millia signati. Ex tribu Asser duodecim millia signati. Ex tribu Neptalim duodecim millia signati. Ex tribu Manasse duodecim millia signati. Ex tribu Simeon duodecim millia signati. Ex tribu Leui duodecim millia signati. Ex tribu Isachar duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin duodecim millia signati. Et quia vltra prædictos specialiter signatos sunt multi alij milites ex diuersis mundi partibus congregati, ideo subdit. Post hæc vidi turbam magnam q̄ dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus,& tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis,& palmæ in manibus eorum. Hæc autem turba vt ait b. Bernardinus vbi supra pro eo innumerabilis dicta est, quia nemini nota est, nisi illi qui numerat multitudinem stellarū, & omnibus eis nomina vocat. Psal. 146. Vnde Sedulus poeta inqt ei. Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus. Signa, potestates, cursus, loca tempora nosti. Hi sunt ex omnibus gentibus, etiam barbaris ad Christum conuersis, & tribubus gentium,& populis tribuum, & linguis populorum adunati. In gentibus enim diuersę sunt tribus. In tribubus diuersi sunt populi. In populis diuersæ sunt linguæ. Et de omnibus istis eligit dominus multos ad militiam suam; dicuntur autem amicti stolis albis quo ad puritatis candorem, & palmæ in manibus eorum, quo ad triumphalem honorem, palmæ enim victoribus dantur. Hæc sanctus Bernardinus vbi supra.

QVartoquo ad conditionem militum electorum, quia de eorum conditionibus aliqua tetigi supra sermone. 27. *Conditiones militum electorum.*

parte prima, & posui leges militum temporalium, & spiritualium, & sermone. 29. parte 1. In qua posui sex cōsilia data militibus. Ideo breuiter hic loquendo dico quod boni milites debent habere plures conditiones quæ notantur in l. vlt. ff. ex quibus cau. ma. & inst. de militari testamento in glo. super rubricā & in l. fi. C. lo ca. & in auten. de man. prin. §. fi. coll. 3. sunt autem istæ. quod sit de genere militātium qui vult militare. l. ne iniunctum. C. de neg gest. quod sit examinatus C. qui militare non pos. l. 1. quod in numero aliorum militum sit ascriptus. l. ex eo tempore. ff. de mili. test. quòd habeat stigma. i. notam publicam in brachijs, per quam ab alijs distinguatur & cognoscatur, sicut nunc cognoscitur per calciamenta, & calcaria. C. de fabricem. l. 3. lib. 11. Et similiter miles spiritualis debet distingui ab alijs, seruādo illud dictum 1. Petri. 2. Conuersationē vestrā inter gentes habentes bonā &c. Ita vt non sit de illis de quibus inquit Lucanus lib. 10. Nulla fides pietasq; viris qui castra sequuntur. Item quod habeat animum deditum militiæ & non agriculturæ, vel alijs negocijs. l. milites. ff. de re mi. quod ense accingatur. l. pe. ff. de mili. te. quod iuret non vitare mortem pro re pu. & quod pugnando magis attendat communem vtilitatem quam priuatam. Et prædicta tangit Vegetius lib. 2. de re mi. di. Iurant milites omnia se strenue facturos quę præcipit imperator nunquam defuturos militiam, nec mortem recusaturos pro re pu. Et ca. 18. iterum ait. Incongruum videtur imperatoris militem qui annona publica pascitur vtilitatibus vacare priuatis, hæc ille. Et in c. fi. 23. q. 1. Grego. Summa militiæ laus inter alia bona merita hæc est. Obedientiam rei publicæ vtilitatibus exhibere, & quicquid sibi vtiliter imperatum fuerit obtemperare quę omnia possunt ad milites spirituales referri.

Prima, & secunda cōditio militis boni.

SEptem quoq; alias conditiones habere debet miles bonus. Prima est quòd sit prouidus facie, & oculis circūspectus. Eccle. 2. Oculi sapientis in capite eius, & erectus ad omnem modum positionis, quia si in terra prospiceret sagittæ volantes, & alia instrumenta bellica eum ferirent. Debet ergo oculos leuare, ac fixos tenere versus illam partem qua sunt hostes, & versus arcem quam vult expugnare, & capere, quia igitur aduersarij nostri dæmones cum quibus nobis est pugna. Ephe. 6. In aera morantur, ideo si volumus liberari a sagitta volante in die. Psalmo 90. Et non vulnerari ab hostibus debemus sursum oculos erigere, ad implorandum, scilicet diuinum auxilium, sicut faciebat Dauid dicens: Psal. 122. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Et dicere illud Iob. 17. Pone me domine iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me, quia vero multi non aspiciunt nisi in terra terrenis intenti. De quibus psalmista ait. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Ideo sæpe ab inimicis vulnerantur & occiduntur. Quia etiam ciuitas quam capere optamus est illa superna Hierusalem. Ideo semper debemus cœlum oculis cordis speculari, & cogitare quomodo illud capere possimus, & per quam viam nobis intrare sit necesse, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum, Actuum. 14. Secunda militis cōditio est quòd habeat corpus bene proportionatū & cōplexionatum membráque dura. Vnde ad pugnandum fortes sunt fabri, & alij qui in continuis laboribus sunt. Illi autem qui sunt debiles parum valent ad pugnandum corporaliter. Exercitium enim armorum requirit aliud quam exercitium scientiæ. Nam in scientia molles carne aptos mente dicimus, secundum philosophum in 2. de anima. In armis autem contrarium est. Vnde Vegetius in libro de re mili. ait. Non est dubitandū aptiorem armis esse rusticam plebem, quæ sub dominio; & in labore nutritur, solis ardorem patiens, vmbræ negligens, balneorum nescia, delitiarum ignara, simplici animo, paruo contenta, duratis ad omnium malorum tolerantiam membris. Cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre consuetudo est, & iterum dicit. Piscatores, aucupes, sonatores, & omnes qui tractare videntur ad mulicbria pertinens, longe arbitror pellendos a castris. Fabros autem ferrarios, carpentarios, aprumque venatores conuenit

sociare

sociare militiæ. Et Seneca ad Lucillum lib. 12. epistolarum, epistola. 3. cum prædictis concordans ait. Nullum laborem recusant manus quæ ad arma ab aratro transierunt. Sicut ergo fabri stant iuxta ignem, & percutiunt ferrum, ita spirituales milites debet stare iuxta Christum ꝑ amorem, & percutere diabolum insidiatorem, & cor suum durũ & obstinatum. Ad fortitudinem autem hanc spirituale habendam nos hortatur sancta mater ecclesia in officio Apostolorum di. Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente, & accipietis regnum æternum. Nõ ergo habere debem⁹ membra mollia idest sensualia, ita vt inclinemur ad opera carnalia, & vana, vel ad diaboli blandicias vt fecit Eua, Dauid, Salomon, & Sanson, & alij multi. Sed fortes esse debemus cum beato Stephano glorioso Christi milite primo, de quo dicitur Actu. 6. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo.

Tertia quarta, & quinta conditio militis boni.

Tertia boni militis conditio est quòd sit aspectu & facie terribilis. Vnde ait Vegetius in lib. de re mi. Si homo habet effigiem leonis, vel vrsi, aut huiusmodi ferox & fortis est, ratio est, quia vt ait auctor. lib. sex principiorum. Anima coniuncta corpori imitatur passiones corporis, sicut per experientiam videtur ꝙ iuuenis qui in effigie mulier apparet, cõmuniter est quasi vna femella. Debemus ergo esse terribiles contra peccata nostra illa per duram pęnitentiam destruendo, & contra dæmones illis fortiter resistendo, & similiter contra quoslibet tentantes. Psal. 75. Tu terribilis es, & qs resistet tibi? & non facere sicut mulierculæ quædam dicentes tentantibus eas, Deus dimittet me &c. Talibus autem dicitur Iacobi. 4. Resistite diabolo, & fugiet a vobis Nã audaces fortuna iuuat timidosq, repellit. 10. Eneid. Quarta conditio est ꝙ habeat pectus latum, quia si haberet strictum, signum esset hominis pusillanimis. Itẽ debet habere brachia longa, & nõ breuia quia huiusmodi cõiter sunt debiles. Vñ dicit Vegetius in lib. de re mili. Sit adolescens martio operi deputandus, vigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris musculosis, valentibus digitis, lõgioribus brachijs, vẽtre modicus, exilior suris, & cruribus nõ superflua carne distinctis, sed neruorũ duritia collectis. Cum hæc in tirone signa depræhenderis, proceritatem non magnopere desideres. Vtilius. n. est fortes milites esse ꝙ grandes. Debemus ergo, & nos habere cor latum in charitate & in remittendo iniurias, & brachia longa illa extendẽdo ad subueniendum omnibus ita vt dicere valeamus illud ad Phi. 1. Testis est mihi Deus qũo vos oẽs cupio in visceribus Iesu Christi Et seruare illud Deut. 5. Præcipio tibi vt aperias manum tuam egeno & pauperi. Prouer. vlt. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperes. Quinta conditio militis est ꝙ non multus curet de cibo, ac potu, & lecto, non. n. debet assuesci sensualibus delitijs. Nam vt inquit facetus poeta libri sui. c. 10. Nil valet in bello qui viuit delitiose. Nec sine duritia bellica palma dat. Et Seneca ad Lucillũ epistola. 3. ait. Nulli potest secura vita contingere, qui de ꝑ ducenda nimis cogitat. Item dicit miles a malo ꝙ sustinere debet, vt ait glo. insti. de mili. testamento in rubrica vbi etiam dicit, ꝙ miles etiam dr̃ quia in numero milenario eligitur, vt in. l. 1. §. miles. ff. de mili. testamẽto in qua lege etiam habet, ꝙ miles dr̃ a militia, idest a duritia quam sustinet. Spũaliter aũt ꝑ panẽ intelligitur corpus Chri, q de seipso inquit Ioan. 6. Ego sum panis viuus, quasi dicat, comedite, & manducate vt sitis fortes in prelio, & non quærite delicata cibaria. De vino aũt ait psalmista. Et vinũ lætificat cor hoĩs. Sãguis. n. dñi lætos, ac robustos reddit milites ad pugnandã. Vñ Chriso. sup Ioannem ait. Vt leones flammam spirantes de mensa domini recedimus, terribiles dæmonibus facti.

Sexta conditio militis boni.

Sexta cõditio est ꝙ nõ fugiat vidẽdo inimicũ, nec debet recusare mortã subire ꝑ virtute Aristo. 3. Ethi. Si ergo Hector, Diomedes, & multi alij pagani vitam exposuerunt vt fortiter dimicarent, & inimicos expugnarent, multo magis nos illam exponere debemus pro Christo, & potius mortem subire, quam Deum offendere capitulo ita ne 32. quest. quinta.

Non debet quoq; miles semper stare firmus ne occidatur, dum propter immortalitatem suam est quasi signum ad sagittam. Debet autem miles Christi semper esse in motu bonæ operationis, & non stare occitus, quia aqua quæ non mouet marcescit, & generat vermes. Illa vero q̃ mouetur generat pisces. Ideo auté in festis plura peccata cõmittuntur, quia homines stant ociosi magis in illis diebus q̃ alijs, vt enim ait Bernardus in quodam sermone. Ocium est mater omnium vitiorum. Non debet etiã miles retro aspicere dum pugnat, ne ab inimicis feriatur, Sic quoq; facere debet Christi miles. Cui idem dominus ait Luc. 9 c. nemo mitens manum ad aratrum & aspiciens retro aptus est regno Dei. Quia vt ait Ber. In via Dei non progredi retrogredi est. Et prædictorum habetur figura. Gen. 19. in vxore Loth quæ retro aspiciens in sta tua salis conuersa est.

Septima cõditio militis boni et quæ debent esse arma nostræ militiæ.

Septima militis conditio est ꝙ sit bene armatus, & hoc est quintum quod erat videndum in hac parte, scilicet quibus armis debet esse munitus ille qui vult paradisum appræhendere. Arma militię nostræ non sunt carnalia, sed spiritualia ad destructionem inimicorum, vt dicitur 2. ad Cor. 10. c. Omnes ergo capitanei, & milites in toto corpore debent esse armati. Si enim fuerint in aliqua parte corporis discooperti faciliter ab inimicis suis ferientur, & cum voluerint se defendere ab vna parte vulnerabũtur ab alia. Bene autem armati milites sunt audaciores. Vnde Vegetius libro. 1. de re mili ti. 20. inquit. Necesse est vt aeriorem dimicandi sumat audaciam, qui munito capite, & corpore non timet vulnera. Et ideo describamus armaturã gloriosi militis, incipiendo a capite, & descendendo vsq; ad pedes. Debet ergo bonus Christi miles habere in capite galeam cum nomine Iesu in fronte, hæc autem significat filialem Dei timorem qui caput mentis a peccatorum ictibus defendit. Vnde Psalmo. 110. dicitur. Initium sapientiæ timor dñi Ecce galea capitis, ecce elmeit* fortissimus, ecce celata impenetrabilis rejciens omnes ictus peccatorum. Ideo Eccle. 1. scriptum est. Timor domini expellit peccatum, hæc autem galeã est bene tersa, & brunita, ac relucens, & ideo si lapide, vel sagitta percutiatur, mox lapis vel sagitta scintillando resilit sine offensione percussi, quia si timor domini bene armauerit caput mentis nostræ, ab ictibus malarum cogitationum & suggestionum mundi, carnis, & diaboli, non poterit vulnerari, sed illesa conseruabitur in gratia Dei, quia vt inquit glosa quædã super Psalmo. 110. Ianua conuersionis est metus, ideo super illud psalmi. 111. Beatus vir qui timet dominum. Dicit glo. Vis redire ad amissam beatitudinem? cõpẽdiosa via hæc est, scilicet timoris Dei. Hanc autem galeam assumere hortatur Paulus ad Ephe. 6. di. Et galeam salutis assumite, quod exponens beatus Ber. vbi supra ait, idest timorem Iesu, qui salus interpretatur suscipite, habet etiam viseriam cum rimulis, & foraminibus paruis, vt melius videat offendicula, & sciat qua parte se debeat tueri, & euitare ictus & percussiones. Per quod secundum beatum Bernardinum vbi supra significatur veri intelligentiam cum illuminationibus multis diuinis, ideo propheta cum de galea timoris Dei dixisset. Intellectus bonus omnibus facientibus eũ. Qui enim habet intellectum illuminatum, & timoratum de Deo, stat semper in proposito vitandi peccatum, & cognoscendo illud per viseriam intellectus, illud ef fugit & ab eo diuertit atq; suggestiones eius a se repellit, nec permittit conscientiam suam ab illo penetrari. Qui autem vadit ad prælium sine hac galea, & viseria, potest expectare fractionem capitis vel destructionem, & nõ videndo pericula offendiculorum peccati percussus moritur sicut bestia, quia non aspiciendo, nec cognoscendo, nescit illa vitare, habẽs autem hanc galeam cum sua viseria sollicitus est vitare omnia pericula. Iuxta illud Eccle. 7. Qui timet dñm, nihil negligit. Potest quoq; per viseriam quæ sursum eleuatur & postea deprimitur. aliud significari. In eo. n. quod erigitur, & eleuatur significatur spes q̃ sursum sedit in Deũ, & bona cęlestia, hæc. n. facit militẽ fortiter dimicare quia vt ait. Greg. in homilia paschali. Expectatio pmij minuit vim laboris, erige ergo o Chri miles viseriam

riam spei, & cõtemplare æterna gaudia paradisi, quæ pugnando acquires & robustior efficieris. Ideo milites suos hortatur dñs Matth.24.di. Leuate capita vestra, & Psal.36. inquit Dauid cuilibet bono militi Christi. Spera in dño & fac bonitatem. Quapropter ipse cũ esset bonus miles dicebat. Psal. 30. In te dñe speraui non confundar in æternum. Per viseriã etiam cum sursum eleuatur significatur ꝙ miles Christi debet omnem confidentiam victoriæ suæ ponere in Deum, & dicere cum psalmista. Psal. 17. Dñs fortitudo mea & refugium meum & liberator meus Et Psal. 117. Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo. Dñs mihi adiutor & ego despiciam inimicos meos & Psal. 17 Deus meus adiutor meus & sperabo in eum & postea subdit. Persequar inimicos meos & comprehendam illos, & nõ conuertar donec deficiant. Cõfringã illos nec poterũt stare, cadent subtus pedes meos, & Psal. 26. Si consistant aduersum me castra, nõ timebit cor meum. Si exurgat adursum me ꝓlium, in hoc ego sperabo. Cum autem deprimitur viseria, significatur ꝙ qñ miles Christi vanagloriatur de victoriosa pugna contra dæmones debet se deprimere per humilitatem considerando naturalẽ impotentiam suam. Deprime ergo viseriam o vanagloriose, & dic tum propheta. Psal. 21. Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hoĩum, & abiectio plebis. Habet quoq; bonus miles Christi cristã pennarũ diuersorũ colorum galeæ infixam, & in altum eleuatã, quæ significat intentionẽ ad Deũ in omni ope nr̃o, diuersis bonis respectibus decoratã. Et hæc multũ decorat totã armaturã, qa Matth.5.c. inquit dñs. Si oculus tuus simplex fuerit, totũ corpus tuũ lucidũ erit. Per oculũ aũt intelligit intentionẽ animi, quia sicut oculus corporalis dirigit corporales gressus, ita mentalis per rectam intentionem dirigit mentales. Et ꝙ intelligat de mentali oculo, patet, quia dicit simplex Non autem inquit sanus. Et de malo oculo dicit nequam, non autem infirmus, quia nequitia nõ est nisi in corde per totum autem corpus quod erit lucidũ intelligit congeries bonorũ operũ, ꝗ erit bona si bona fuit intẽtione. De mala aũt intentione subdit si aũt oculus tuus neq̃ fuerit, totũ corpus tuũ tenebrosum erit. i. si tua intentio fuerit mala oĩa opera tua mala erunt quia vt dr̃ in communi prouerbio. Quicquid agant hoĩes intentio iudicat oẽs. Sicut ergo oculus corporalis sanus videt omnia sicut sunt lippus, vel strabus aliqñ videt vnũ & apparent sibi duo, & alibi ꝗ vbi res est cernere videt. Ita oculus cordis neq̃. i. mala intentio & peruersus finis ac iniqua voluntas facit qñq; malum videri bonũ & ecõtra. De operibus vero bona intentione factis inquit propheta. Psal.67. Pennæ cõlumbæ deargentatæ. i. opera bonorũ sunt ad modum argenti splendentia, & posteriora eius, idest intentio & finis in pallore auri, per quod sapientia designatur, quia hæc est vera sapientia propter Deũ operari. Iuxta illud. 1. ad Cor. 10. Omnia in gloria Dei facite.

Habent quoq; milites in galea gurgiraculum, per quod significatur mansuetudo ad proximum. Solet enim mansuetudo caput inclinare, & flectere collũ voluntati alienæ, sicut in exemplum posuit Christus. Matth. 11. di. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Et ideo miles Christi debet seruare illud. Eccle. 18. Congregationi pauperum affabilem te facito &c. Est enim mansuetudo ornamentum virtutum, & omnibus gratum. Ideo inquit propheta. Psal. 36. Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabũtur in multitudine pacis, & Matth. 5. ait saluator. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. *Militer debent habere mansuetudinem.*

Debent insuper milites habere corpus armatum primo loricam, per quam designatur iustitia, quæ oẽs virtutes cõpræhendit. 5. Ethico. Hanc loricam præcipiebat dñs induere Apostolos Matt. 5. di. Nisi abundauerit iustitia vr̃a plusquã scribarũ, & phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorũ. De hac etiam lorica inquit Paulus Ad Ephe. 6. Induti lorica iustitiæ. Conficitur autem lorica cathenellis, & maglietis simul cõglutinatis, ad significandum ꝙ virtutes sunt concatenatæ, Albertus magnꝰ in tractatu de virtutibus, ornatus ergo debet esse omnibus *Milites sicut debent habere corpus armatũ ita & milites Christi debent esse armati.*

virtutibus qui regnum cœlorum capere desiderat. Hunc quoq; milites toracē siue coratiam vt vulgariter dicitur, & significat fortitudinem, & constantiam in aduersis. Sicut enim qui habet toracem quæ facta est de laminis siue plastris ferreis, & calibeis, non timet iacula, nec ab eis penetratur, ita qui habet verā patientiam, & animi constantiam non timet aduersa ei illata, imo omnia superat. Quia vt ait Lucanus poeta. Gaudet patientia duris. Sicut enim torax cingitur, & stringitur ad corpus, ita patientia circundat animam, & eam defendit. Vnde saluator Lucæ. 21. inquit In patientia vestra possidebitis animas vestras. & Paulus ad Hebræ. 12 Per patientiam curramus ad ꝓpositum nobis certamen. Ideo Dauid. Psal. 17. inquit Deo. Et præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgētes in me subtus me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. Et comminuam eos, vt puluerem ante faciem venti, vt lutū platearum delebo eos, hæc ibi. Decipiuntur enim inimici nostri dæmones qui per tribulationes credūt nos debellare, qn̄ per patientiam nostram, qua nos præcingit Deus vident se esse confusos, & superatos. Habent etiam milites militarem vestem, super arma iacinthini coloris, homicidę ante retroq; volitantem, & significat excessiuum Dei amorem, quo nihil aliud scire desiderat miles Christi, nihilq; cogitare, vel loqui affectat, nisi Deum trinum, & vnum, & Iesum Christum ꝓ nobis humanatum, crucifixum, & mortuum. Quo etiam ebuliens totusq; feruore charitatis plenus, cū Paulo exclamat ad Roma. 8. Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia? an persecutio? an fames, an nuditas? an periculum, an gladius? & sequitur. Certus sum, quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; virtutes, neq; instātia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; ꝓfundum, neq; creatura alia poterit nos separare, a charitate Dei quæ est in Christo Iesu domino nostro.

HAbēt insuper milites sup dictā vestē insignia. s. bandā albā cū crucibus rubeis, & hoc significat memoriā passionis Chri, quā semꝑ habere debemus in corde. Ideo inqt dn̄s. Can. 8. Pone me signaculū supra cor tuū. Rubeæ aūt sunt cruces ad recolendū illud Apoc. 1. Ipse dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Hæc itaq; insignia deferūt milites Christi, ad denotandūq; in eius exercitu sunt ascripti. Inquit. n. Geminianus in c. si iudex, de sen. ex lib. 6. q̄ deferens alicuius officij signum præsumitur esse illius officialis.

CIrca armaturam vero brachiorū habent milites spatulas, quæ significāt tollerantiā multorū laborū, non. n. pōt sine magno labore acquiri magnus triumphus, iuxta illud poeticū. Absq; labore graui non possunt magna parari. Vnde Greg. in homilia vnius martyris inquit. Ad magna præmia peruenire nō pōt, nisi per magnos labores. Vn̄ Paulus egregius prædicator dicit. Non coronabit̄ nisi qui legitime certauerit. Delectat igitur mentem magnitudo præmiorum, sed non deterreat certamen laborum. Talis ergo debet esse miles Christi, vt de ipso dici possit. Gen. 49. Isachar asinus fortis supposuit humerum suum ad portandum. Per spatulas quoq; intelligi potest supportatio proximi, iuxta illud ad Gal. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Habent etiam milites duo brachialia, vnū dextrū, aliudq; sinistrū, quibus dat̄ intelligi q̄ debent declinare a malo & facere bonum, vt dicit̄ Psal. 33. habent etiam cyrothecas. i. manuum tecas. s. guātos, & manichas ferreas, ꝑ quas significatur practica bene operandi, & bona consuetudo virtuosę exercitationis, de qua Ouid. in 2. de arte amandi ait. Fac tibi consuescat nil consuetudine maius. Habent quoq; scutū siue clipeum, ad repellendos ictus per quod significatur fides firma, & stabilis. Vnde ad Ephe. 6. ait Paulus. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis oia tela inimici ignea extinguere, de quo etiam inquit propheta. Psal. 90. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & dæmonio meridiano. Et Sapien. 5. dicit̄. Sumet scutum in expugnabilem

bilem æquitatem. In hoc Scuto depictũ est litteris aureis nomen Domini Iesu cu ius pœnitentia defenditur pugnãs, iuxta illud Psalmi 15. Prouidebam Dominum in conspectu meo sẽper quoniam a dextris est mihi ne commouear, cuius etiã virtute inimici debellantur. Ideo in illo qui tali scuto munitus est, verificabitur illud Prophetę Psalmo 90. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Maxime autem non appropinquabit habenti scutum septemplicem, sicut ille quo ait Ouidius 13. Metamor. Clipei septemplicis Aiax. &c. Debemus n. habere scutum fidei septemplicatum septem donis spiritus sancti.

bent esse capi, quòd denotatur per faldam. HAbent super faldam quę circuncingit lumbos cum fianchalibus, ad significandam castitatem. Milites enim debent esse casti. vnde dicitur in l. qui cum vno. ff. de re mili. Adulteri vel aliquo iudicio publice damnati intermilites non sunt recipiendi. Ait enim Seneca ad lucillum. Effeminat animos amœnitas nimia. Et Valerius Maximus dicit quòd campana luxuriosa mulier Hannibalem inuictum armis, suis illecebris amplexata vincendum Romano militi tradidit; econtra vero de castitate legitur in historijs Romanorum quòd Cornelius scipio legionem romanorum, quę quasi defluxerat in Hispania reparauit abijciendo omnia delicata, & ad libidinem inducentia. Ea propter inquit saluator. Lu. 12. Sint lumbi vestri præcincti, vbi Gregorius dicit. Lumbos enim præcingimus cum carnis luxuriam per continentiã coartamus. Et ad Ephe. 6 ait Paulus, State ergo succincti lumbos vestros.

Debẽt etiã milites habere vitã actiuã & cõtẽplatiuã, quæ per duas ocreas ferreas designatur, & de HAbent quoq; milites duas ocreas ferreas, tegentes crura quæ coxalia vulgariter nuncupantur siue arnesię, & significant duplicem virtutem sustentantem spiritum scilicet vitæ actiuæ, & cõtemplatiuæ, quarum quelibet est bona ad salutem animæ, vt ostendit Augustinus in Homilia super illud Lucę, decimo Mariam optimam partem elegit &c.

Habent etiam armaturam tibiarum quæ vulgariter scheniera appellatur, & significat humilitatem, quia sicut hęc armatura defendit Tibias ne incidantur, ita humilitatis defendit & liberat animam ne a dæmonibus vulneretur, iuxta illud Psalmista 114. Custodiens paruul' Dominus, humiliatus sum & liberauit me. Et ideo ad hanc armaturam accipiendam hortatur Apostolus ad Col. 3. di. Induite vos sicut electi Dei viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem &c. Habent quoq; pedes ferreos idest ferro circundatos per quos significatur promptitudo ad obediendum, & complendum mandata cęlestis imperatoris, quia miles qui capitaneo suo inobediẽs. est debet capite puniri. l. omne delictum §. contumacia. ff. de re mili. De hoc calciamento pedum ait Paulus ad Ephe. 6. Calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Item habent annulum in manu, ad significandam fidelitatem & sinceritatem, quam habere debent Deo & proximo & de his duobus vltimis dicit Dominus Iesus Angelis suis illud. Luc. 15. Date annulum in manu eius & calciamenta in pedes eius, habent etiam calcaria aurea ad pungendum equum, vt velocius vadat quę sunt timor inferni, & desiderium paradisi, vt ait beatus Bernar. vbi supra Propterea de ambobus dicitur Ecclesiastico 9. Nemo scit verũ dignus sit amore vel odio. Vel est consideratio vitæ breuis, & longi itineris. Habent postremo milites arma offensilia & defensilia i. ensem vibratilem. i. gladium spiritus quod est verbum Dei, vt ait Pau. ad Ephe. 6. ad Heb. 4. idem dicens. Sermo Dei est viuus & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti Hoc ergo ense debet quilq; animam suam & proximi penetrare, vagina autem huius gladij est memoria. Cũ hoc ense percussit Christus diabolum di. ei Matthei. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Vel per gladiũ intelligitur cõpassio de passione Christi. Lucę 2. Et tuam ipsius animam pertrãsibit gladi'. Vel est ille de quo dicitur Deute. 33. Gladi' gloriæ tuæ De' tu', faciẽdo sicut agebat propheta dicẽs Ps. 15. Proponebã Dominũ i cõspectu meo semper quoniã *multis alijs quæ debent habere.*

quouiam a dextris est mihi commouear, gratia quoq; Dei est gladius amputans caput diaboli cui dicit potest illud Gen. 3. Ipsa conteret caput tuum. Velle de quo ait Dominus Matth. 10. Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Habent etiam ficam siue pugionem, vel dagam lateri adherentem, qua significatur zelus honoris Dei, iuxta illud. Ioã. 2. Zelus domus tuæ comedit me quo pugione percutendo diabolum, fecit eum Christus cadere in abyssum dicens vbi supra. Non tentabis Dominum Deum tuum, habent quoq; baculum ferreum qui macia vulgariter nominat, & significat deuotionem erga Beatam Virginem, qua percutiuntur dæmones sicut prædictum fuit Numeri. 24. vbi dicitur. Consurget virga de Israel & percutiet duces Moab. Habent etiam lanceam longam; quæ significat longam perseuerantiam in bono a custodia matutina, vsq; ad noctem i. a pueritia vsq; ad mortem. Qui n. perseuerauerit vsq; ad mortem hic saluus erit. Matthei 10. per lanceam quoq; potest elemosyna designari quæ a longe tantum aduersarios nostros ne nobis obesse possint, illosq; impugnat, iuxta illud Ecclesiastici 29. Elemosyna super scutum potentis & lanceam impugnabit pro te inimicos tuos. Et igitur milites Christi. Ecce quòd rex noster monstram fieri præcepit cito ergo adimplete illud Apostoli ad Ephe. 6. dicẽtis. Confortamini in Domino, & potentia virtutis eius & induite vos armatura Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quia non est nobis colluctatio ad versus carnem, & sanguinem. s. sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in celestib⁹. Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis stare in die malo, & in omnibus perfecti stare, hęc ille.

Exhortatio ne amittantur arma, & vt habeantur licentiæ.

Videte ergo ó milites Christi, ne vobis aliquid de prædictis armis deficiat & ne illa alienetis vel amittatis, quia vt dicitur. i. l. qui commeatus. §. arma. ff. de re mili. Arma alienasse graue crimen est & in. l. desertorem. §. miles eodem ti. scriptum est. Miles qui in bello arma amisit. s. illicite secundum glosam, vel aliena uit capite punitur. Super omnia autem satagite habere arma vera bene polita, & ornata, ut tanquam ignaui & pusillanimes eijciamini de exercitu cęlẽstis imperatoris, pessimum. n. est signum militis, quando non curat de armis vnde Vegetius enim 2. li. de re militari. c. 13. ait. Plurimum terroris hostibus splendor armorum importat. Quis n. credat militẽ bellicosum cuius dissimulatione, situ, ac rubigine arma fędantur? hęc ille. Talia autem erant arma nonnullorum in vna ciuitate Italiæ in qua cum insurrexisset bellum, & congregarentur milites ad describendum. Quidam venerunt portantes in capite galeam siue celatam totam rubignosam, & interrogati qualiter eã tenuissent, responderunt quòd tenuerant eam leguminibus plenam. E contra vero magna est gloria militis in armis relucentibus & bene fruitis. Accedite ergo o egregij milites ad monstram ita optime armati, vt verificetur de vestris armaturis illud primi Machabeorum 6. c. Refulsit sol in clipeos aureos, & resplenduerunt montes ab eis, sicut lampades ignis. Ante exercitum autem vadunt tubicines cum tubis alti sonis, quarum sonens longe auditur & audientes ad bellandum animantur, per quas tubas significatur bonũ exemplũ, & bona fama quę, longe distenditur quã habere debent boni milites Christi, iuxta illud 2. ad Cor. 8. Prouidemus. n. bonam non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus, per illã nãq; alij ad bene operandum incitantur, ideo inquit saluator Matt. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum qui in cęlis est.

Equorũ descriptio huius militiæ.

Sexto & vltimo in hac parte est considerandũ descriptio equorum huius admirandę militię. Nam quilibet miles huius exercitus equitat super candidissimum equum. Miles. n. cuiuslibet q rationalis spiritus est, equus autem albus est innocens corpus eius subditum rationi quòd eidem rationi per Psal ait 72. Vt iumentum factus sum apud te & ego semper tecum. i. ad portandum onera mansuetum, & cum perseuerantia obe-

obediens etiam ad sequẽdum instinctus ipsius rationis, & eius ducatum. Vnde in prædicto Psal. sequitur. Tenuisti manum dexteram meam, & cum voluntate tua deduxisti me.

NOtandum tamen quòd in sacra Scriptura aliquando equus accipitur in malam partem, vt Psal. 31. vbi dicitur. Nolite fieri sicut equus & mulus quib⁹ non est intellectus. Vbi dicit quædam glo. per equum superbi, per mulum pigri accipiuntur, & alia glo. dicit. Nolite fieri sicut equus .i. nolite recalcitrare aduersus auctorem vestrum. De talib⁹ enim dicitur Psal. 48. Homo cum in honore esset.s. ad imaginem Dei non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Aliquando vero equus accipitur in bonam partẽ sicut Apoc. 6. ostendens beatus Ioannes resurrectionem Christi ait. Vidi, & ecce equus albus quo significatur corpus Christi gloriosum secundum expositionem Petri Ioannis, & qui sedebat super eum habebat arcum.s. crucis vel per arcum significatur misericordia & iustitia Christi iuxta illud. Psalmi. 83. Misericordia & veritas obuiauerũt sibi, p chordam.n. quę flectitur, Intelligitur misericordia, per lignum vero iustitia. Quia vero corda quandoq; attrahit lignum, per hoc significatur ꝑ misericordia superexaltat iudiciũ Iacobi 2. & data est ei corona.s. regni secundum illud Mat. vel Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Habet autem iste equus in fronte armaturam, qua significatur animositas, & nobilitas animi, quia bonus miles erubescit turpiter fugere, imo desiderat in fronte prę lij persistere & viriliter decertare, est.n. magna gloria militis si in fronte sit vulneratus, quia signum est quòd terga hostibus non vertit. Fugiẽs autem ab acie debet capite puniri.l. omne delictum.§. qui in acie.ff. de re mili. Habet insuper habenam & retinaculum quibus significatur prudentia & simplicitas quas in manibus tenere præcepit Dominus Apostolis dicẽs Mat. 10. Esto te prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Debet enim corpus prudenter per rationem regi, ne si tanquam equus nimis velit ascendere per nimium feruorem retro cadat, & si nimis velit ad sensualitates descẽdere, præcipitetur in profundum. Ideo super illud psalmi. 31. In chamo & freno maxillas eorum constringe, ait glosa. Parcius victualia dando voracitatem restringe. Et Blasius in quodam sermone inquit. Sicut equis frena sunt imponenda, ita corpora sunt refrenanda ieiunijs. Bonum ergo frenum habere debet equus militis Christi, & morsum in ore per quem significatur refrenatio linguæ. De hoc autem loquens Iacobus Apostolus suę canonice 3. c. ait Potest etiam freno circunducere totum corpus, sicut equorum frenos in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circunferimus. Et naues cum magnæ sint & a ventis validis mineantur, circunferuntur a modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat hęc ibi.

SElla autem istius equi quæ habet duas partes anteriorem videlicet, & posteriorem, significat duas considerationes fiendas, per anteriorem.n. significatur consideratio nobilitatis animę ad imaginem & similitudinem Dei. Gen. 1. Per posteriorem vero putredinis carnis, de qua Iob. 17. dicitur. Putredini dixi, pater meus es mater mea & soror mea vermibus. Ait.n b. Tho. in commento Boetij de consolatione li. 1. prosa 6. Causa maxima morbi hominis est seipsum ignorare & li. 2. de prosa 5. ait Boetius. Humanæ quippè naturę ista conditio est vt tunc tantum cęteris rebus cum se cognoscit excellat, eadem tamen infra bestias redigatur, si se nosce desierit. Nam cęteris animantibus se se ignorare natura est hominibus autem vicio venit. Vel per istas duas partes intelligitur illud Ecclesiastici 11. In die bonorum non immemor esto malorum. Ista n. faciunt spiritum super corpus firmiter residere, & damnari, habet etiam sella duos stapeos, seu duas staffas, vt vulgariter dicitur, per dextram significatur mansuetudo, & benignitas, & despectio sui ipsius in prosperis, iuxta illud. Ecclesiastici 3. Quanto

Duas considerationes militer sq; cere debẽt s. anteriore et posteriore.

Quanto maior es, tanto magis humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Per sinistram vero magnanimitas in aduersis exemplo Apostoli qui qui de seipso dicit 2. ad Cor. 4. Tribulationem patimur & sustinemus, habet quoq; pectorale siue antellam, quæ est confessio preteritorum peccatorum, iuxta illud psalmistę. Cogitatio hominis confitebitur tibi, vel significat considerationem, misericordiæ Dei, iuxta illud psalmistę. Misericordia eius præueniet me. Quam considerationem facere debet ne forte retrocedat per desperationem, misericors.n. Deus saluos facit sperantes in se, vt inquit Dauid Psal. 16. ideo dicebat Psalmo. 45. In Domino sperans non infirmatur.

Milites debent habere considerationem diuinæ iustitiæ, quæ p postillã significatur.

HAbeat etiam postellam quæ vulgariter post cauda nuncupatur, & significat considerationem diuinæ iustitię & iudiciorum eius, ne sela nimis veniat ante per præsumptionem. Horrendum est n. incidere in manu Dei viuentis, vt dicitur ad Hębrę. 10. Per ipsam quoq; significatur memoria mortis & æternæ dãnationis quæ debetur peccatoribus. De qua dicitur Ecclesiastici. 7. Memorare nouissima tua & in æternum non peccabis. Cingulum vero q̃ sub corpore equũ stringit est examinatio conscientiæ suę, iuxta illud. Oleæ. 2. Iudicate matrem vestram.i. conscientiam. Fit autem sela de corio mortuorum, per quod designatur cogitatio exemplorum præteritorum, quia vt dicitur in cõmuni prouerbio. Ratio præteriti scire futura facit.

Milites debent custodire sensus corporis.

OPertotium autem equi.s. bardarum significat custodiam sensuum corporis per quos mors peccati intrat. Hiere. 9. Iste etiam equus debet habere omnes quatuor pedes ferratos, ne lapidibus, vel alijs nociuis vulnerentur vel dilacerentur, per quod significatur q̃ quatuor affectionibus humanis.s. timoris & spei, doloris, & gaudij debet firmamentũ apponi, de quibus inquit Boetius de consolo. Tu quoq; si vis lumine claro &c. Et Iacoponus noster. Quanto venti &c. Ita vt de quolibet nostrum dici possit illud Apoc. 10. Pedes eius tanquam columna ignis. Vt enim ait beatus Ber. vbi supra. Per pedes significantur affectiones prædictæ, quia sicut corpus pedib^9 ita anima affectionibus currit. In columna ergo figuratur firma rectitudo intentionis ad deum. In igne autem ardenti feruens Dei affectio denotatur, hęc sanctus Bernardinus. Ornatis igitur omnibus equis, & armatis militibus, omnes ceperunt per legiones suas, cohortes, cuneos, & alas procedere monstram dignissimam facientes iubilantesq; De quibus dicitur Apoc. 6. Cantabant canticum nouum dicentes. Dignus es Domine magne capitanee accipere librũ, & aperire signacula eius, quoniam occisus es & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua, & populo & natione, fecisti nos Deo nostro regnum.

SECVNDVM MISTERIVM huius sermonis quod dicitur dimicationis.

SOlent boni capitanei antequã exercitum adducant ad pugnandũ pri^9 mittere exploratores ad inuestigãdum de viribus aduersariorum, & de dispositione ciuitatis & terræ expugnandæ, sicut fecit Moyses per terra Chanaã qui misit duodecim exploratores vt habetur. Numeri 12. & similiter fecit Iosue. Vnde habetur Iosue 2. c. dicti exploratores hortati sunt populũ Dei ad pugnandum viriliter, & ad proficiscendum alacriter, ex consideratione bonæ dispositionis terræ & facilis, apprehẽsionis illius dicentes. Tradit Domin^9 omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt omnes habitatores eius. Hanc autem explorationem commendat Vegetius li. 3. de re mili ti. 26. di. Difficile vincitur qui vere potest de suis aduersarijs copijs iudicare &c. Et Frontinus li. 1. ti. 2. Laudat Scipionem Aphricanum, qui misit exploratores in castris aduersariorum ad scrutandum de eorum viribus, & de situatione castrorum. Vnde Franciscus Sfortia dux Mediolani optimus capitaneus & in bellis expertus, dicebat quòd meliores & vtiliores denarij qui expenduntur a bel

ligerantibus funt illi qui expenduntur in exploratoribus.

NOster ergo cęlestis capitaneus vt ex intelligentia admirandæ ciuitatis, sui milites ad dimicandum animentur misit aquilinum contemplatorem, & explotatorem Ioannem Euangelistam, vt referret eius pulchritudinem, & situm modumq; per quem capi posset. Qui reuersus bona noua nunciauit di. illud Apoc. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cœlo, a Deo paratam sicut sponsam ornatã viro suo. In quibus verbis vt ait sanctus Bernardin⁹. in suo sermonario de religione christiana, sermone 66. comprehendit totam futuram gloriam beatorum, quo ad septem principales dotes, quarum tres pertinẽt ad animam, quatuor vero ad corpus.

De 7. dotib⁹ beatorũ denotatis in illis verbis Apoc. 21 vidi ciuitatẽ &c.

Prima ad animam pertinens est dilectio plena, & perfecta, & de hac dicit. Vidi ciuitatem. Ciuitas.n. dicitur quasi vnitas, quæ maxime in cęlesti patria p dilectionem fieri habet, quia ibi in Deo mira est vnitas omniũ beatorum tanquam conciuium. Secunda est possessio certa & de hac subdit, sanctam. Sanctus enim idem est quod firmus, vt dicit glo. in. §. sancte. insti. de rerum di. & notatur in. l. sanctum. ff. eodem ti. omnes autem. Beati firmiter & inseparabiliter adherent summo Deo. Tertia est visio aperta, & clara q p Hierusalem denotatur, quæ interpretatur visio pacis, vt canit ecclesia in officio dedicationis templi, quia ibi beati omnes semper Deum regem pacificum contemplantur. Deinde addit quatuor dotes quibus præmiantur corpora beatorum. Prima est impassibilitas, & ideo dicit nouam, quia per remotionem vetustæ corruptionis, & passibilitatis, beatorum corpora noua, & impassibilia fient. Secunda est agilitas quæ per descendentem de cœlo clamare manifestatur. Tertia est subtilitas, de qua subiungit Deo paratam, sicut.n. res grossitudinem habens parari dicitur quando subtiliatur, sic & corpus beatorũ a Deo parabitur cũ illud faciet tam subtile q quasi spirituale redditur. Quarto vero est claritas, de qua subiungit, sicut spõsã ornatam viro suo. Nã sicut ornamẽtum formosius reddit corpus, sic & claritas, beatorum corpora decorabit.

Modus appræhendẽdi illã supernã ciuitatẽ declaratur.

DEscripta vero pulchritudine supernæ ciuitatis declarat modum apprehensionis eius. s. in virtute meriti Iesu Christi. Et ideo subdit. Et habebat murum magnum & altũ, meritũ.n. Christi magnũ est, p incõpræhensibilitatẽ diuinitatis, & altũ p altitudinẽ humanitatis, qua tale meritũ acquisitũ est. De hoc multo dicit Isa 26. Vrbs fortitudinis nostrę sion saluator ponet in ea murus & antemurale. Descripto autẽ muro ciuitatis, declarat viã p quã trãsiri debeat ad illã. Vnde subdit, habentẽ portas duodecim & in portis angulos, p has.n. portas duodecim articuli fidei designãtur. Nã sicut p portas ingredimur ciuitatẽ terrenã, sic p articulos fidei vrbẽ ingredimur sempiternã. Harũ vero portarũ duodecim anguli sũt in vno quoq; articulo firmitas fidei, & credulitatis. In scripturis.n. diuinis nomẽ angulus p fortitudine. Nam in angulis domorũ in quibus parietes iunguntur domos fortitudo cõsistit. Vnde & Christus lapis angularis est dictus & q in caput anguli factus est, vt prædixerat Dauid Psal. 117. Iob quoq; 1. c. scriptũ est, q ventus concussit quatuor angulos domus vt dirueret eã firmitas ergo fidei in angulis denotatĩ, hęc sanctus Bernar. vbi supra. Postea autẽ b. Ioan. manifestat qui ingressuri sint illã ciuitatem, & exponit sanctus Bernar. ibidẽ dũ dicit. Ab oriente portæ tres, & ab aquilone portæ tres, per orientẽ.n. iusti q fuerãt ab origine mundi intelligũtur, p aquilonẽ vero significantur illi q ex gentilitate quondam a bono frigidi, ad calorẽ fidei sunt conuersi. Per austrũ aũt antiquos iudeos in saluatoris fide calentes conuenienter intelligere possumus. Per occasum vero illos qui in fine seculi conuertentur. Ab oriente igit & ab aquilone ac ab austro, & occasu portæ tres esse in ciuitate congrue designatur, quia quicunque exigentibus antecedentis intrant in ciuitatem supernam, per fidem sanctissimę trinitati, in quattuor mũdi partibus in duodecim articulis prædicatam ingrediantur, hinc apostolus ad Hebreos. 10. inquit. Sine fide impossibile est placere Deo.

Christus hortatur suos militis ad pugnandū, eis etiā necessaria tradens.

FActa igitur relatione exploratoris & confortatis ab eo militibus, dux ipse cęlestis qui est optimus capitaneus, cui Ierę. 22 dicitur. Fortissime magnæ potens Dominus exercituum nomen tibi, magnus, consilio, & incomprehensibilis cogitatu: volens exercitum suum animare ad bellum cepit face sicut boni duces qui ante inchoatum bellum promittunt & certificant eis quòd habebunt victoriam. Vnde Dominus ait. Ecce dedi in manu tua Hierico, & infra Iosue ad populum ait. Vociferamini, tradidit enim Dominus ciuitatem; & Iudicum 7. dixit Dominus Gedeoni. Descende in castra quia tadidi eos in manu tua. Ipse quoq; Gedeon dixit populo vt in eo. c. habetur Surgite, tradidit. n. Dominus in manus nostras Madiā. Et ad hoc facit quod Vegetius inquit 1. li. de re mili. ti. 12. di. Militibus oratione ducis virtus accrescit & animus, præcipue si futuri certaminis talem acceperint rationem quasi sit facile ad victoriam perueniri. Econtra vero est quando dux desperat de victoria. Vnde Vegetius vbi supra li. 3 ti. 23. ait. Ad fugam parati sūt qui ducem suum sentiunt desperare. Primo ergo Dominus Iesus hortatus est suos milites ad pugnandum hilariter spe victoriæ, dicens illud Lucæ. 10. Videbam sathanam sicut fulgur de cęlo cadentem ecce dedi vobis potestatem supra omnē virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Deinde quia bonus capitaneus habens comittere bellum prius considerat si potest occurrere ei qui venit ad se vt dicit Lucę 14. Ideo considerans ꝙ milites sui habent certare cum illo hoste, de quo Iob. 41. dicitur, non est potestas super terram quæ comparetur ei qui factus est vt nullum timeret, tradidit eis necessaria ad le præparandum ad pugnam, omniaq; expedientia ministrauit. Vnde dicitur Matthei 25. quòd alij dedit 5. talē ta, alij duo, alij vero vnum. Et vt dicit Lucę 14. Vnicuiq; dedit secundum facultatem suam. Sciebat. n. veram esse sententiam Vegetij li. 3. de re mili. dicentis. Sæpius inopia quam pugna consumit exercitum, & ferro seuior fames est. Et ideo antequam bellum inchoetur, de copijs expensisq; solers debet esse tractatus. Qui. n. frumentum cęteraq; necessaria non præparat vincitur sine ferro. Ea propter ipse capitaneus noster abundantissime prouidit suo exercitui de omnibus necessarijs, & multa donatiua erogauit suis militibus, hęc autē dona sunt gratię diuinæ. Vnde de se, & de vnoquoq; bono christiano, inquit Ioā. Euāgelista sui Euangelij 1. c. De plenitudine eius accepimus omnes, gratiam pro gratia. Sine adiutorio nanq; ipsius certare, & bonum facere non possemus secundum Apostoli dictum 2. ad Cor. 3. ideo Salomon. Sap. 8. inquit. Scio quoniam aliter non possum esse continens nisi Deus Det.

Quomodo pugnare debeant milites boni, & q d post primā pugnā facere debeant.

ORdinatis igitur optime aciebus dixit vnus quisq; ex capitaneis militibus suis. Quia quanto quis magis est leuis tanto melius pugnat, ideo seruare debemus præceptū Apostoli ad Hębreos. 12. dicentis Deponentes omne pondus, & circundans nos peccatum. Curramus ad propositum nobis certamen, aspiciētes in auctorem fidei, & consumatorem Iesum. Quia agnus vincet eos, & qui cū illo sunt vocati electi, & fideles, vt dicitur Apoc. 17. Dixit ergo ipse capitaneus generalis Dominus Iesus omnibus capitaneis suis. Estote viriles, & robusti, qa oportet vos transire per tria regna. s. mūdi, carnis, & diaboli, & subiugare illa. In primo regno habebitis tria prælia, scilicet auaritiam, luxuriam, & superbiam. Quia omne quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ, vt dicitur 1. Ioan. 2. Cęperuntq; omnes capitanei cum militibus suis contra mūdū dimicantes, altisona voce exclamare bellum, bellum, mors, & lętale exitium mundo, prosternatur mundus cum auaritia, luxuria, & superbia sua. Dicebatq; vnusquisq; capitaneus militibus suis. Nolite diligere mundum, nec ea quę in eo sunt & c. 1. Ioan. 2. Quorum exhortationibus illi animati, impetu facto contra hostes faciliter victoriam reportauerunt. Quia vt dicit Vegetius li. 3. de re mili ti. 28. Pars victoriæ est inimicum turbare antequam dimices, & Conculcatis autem istis tribus aciebus mundi

mundi omnes inceperunt iubilando clamare dicentes illud Apoc. 18.e. Cecidit, cecidit, cecidit Babilon ciuitas magna, & facta est habitatio dęmoniorum. Post victoriam igitur mundi inquit magnus & victoriosissimus capitaneus illud Col. 3. Mortificate membra vestra quæ sunt super terrā. Additq; O boni milites, & victoriosi armigeri ingrediamur audacter secundum regnum quia suppeditabimus eum. Et sic directis aciebus, & explicato vexillo, agressi sunt secundum regnum intestinum.s. peccati & hortabatur eos cęlestis capitane° dicens illud Leui. 26. Persequimini inimicos vestros.s. septem peccata mortalia, & cadent corā vobis, vnus.s. corde contritus fugabit mille, & duo.s. cor contritum & humiliatum fugabunt decem millia. Sicut.n. vnum peccatum trahit aliud, ita destructio vnius est delectio alterius. Confitendo ergo cum contritione & proposito amplius non peccandi sed recte viuendi, debellauerunt regnum peccatorum mortalium. Et cęperunt iubilando clamare. Victoria, victoria, quia superauimus duo regna, & similiter de 3. triū phabimus.s. diaboli.

VT autem fortiores essent ad tertium certamen, & quia vt ait Cassiodorus li. 4. epistolarum, epistola. 13 disciplinā non potest seruare ieiunus exercitus omnes receperunt cibum confortatiuū corporis, & sanguinis Domini. De qua refectione inquit Dauid Psal. 22. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos q tribulant me. Verum quia vera est sententia Aug. in 19 de ci. Dei c. 13. di. Sed neq; sancti, & fideles vnius veri Dei summiq; cultores, ab eorum.s. dęmonum fallaci & multiformi tentatione securi sunt. Lucifer n. videns homines debere ascendere ad capiendum regnum a quo ipse eiectus est illis durissima tentationū prælia per se, & alios Angelos tenebrarum commouet, maxime his quos quandoq; superauit per peccatum. Iuxta illud Psalmo 77. Immissiones per Angelos malos, vbi glo. inquit. Diabolus prātem habet in peccatore sicut in pecore proprio, ideo videns capitaneus milites suos habere armaturam nimis debilem ad resistendum tam terribilibus ictibus tentationum, & quòd vt inquit glo. super illud Tre. 2. misericordię Domini, &c. Non potest homo diu stare contra insultus diaboli nisi misericordia Domini adiuuetur eis gratiæ suæ armaturam & fortitudinē subministrat di. illud q ponit Gre. in home. plurium martyrum Vos ad certamen accedi tis, & ego sum q prælior; præcipitq; vt in omnibus presfutis inuocent nomen eius, quia vt dicit Prouerbio. 18. e. Turris fortissima est nomen Domini, Vnde illud Psalmi 43. dicūnt boni milites Christi. In nomine Domini, spernemus omnes insurgentes in nobis. Eos quoq; hortatur ad fortiter dimicandum dicens ad Ephe. 3. Nolite locum date diabolo, & illud Iacobi. 4. Resistite diabolo, & fugiet a vobis, nec eius potentiā metuite, fidelis enim De° non patiet vos tentari supra illud quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentū vt possitis sustinere vt dicitur 1. ad Cor. 10. Quia vero vt inquit Vegetius libro. 3. de re mili. Milites in expeditione spes, & præmia faciunt meliores. Ideo subiunxit idem capitaneus illud Apoc. 3. di. Qui vicerit faciam eum sedere in throno meo. Certantes igitur viriliter, & omnes diaboli tentationes superantes, exclamauerunt cum exultatione dicentes illud primæ ad Cori. 15. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum. Resonantibus igitur vndiq; tubis Christus exultans de victoria suorum militum conuocat omnes societates suas, & videt si aliq; ex suis mortu° est, & nullum reperiens mortuum, videt si aliquis est percussus, & omnes repertos percussos sua benedictione sanauit, iuxta illud Psalmi. 102. Qui sanat omnes infirmitates tuas.

ET tunc iocundissimo vultu illis. inqt Gaudete & exultate o gloriosi milites, & proceres victoriosi. Hodie enim faciam omnes vos diuites. Sed nihil aliud superest nisi vt aggrediamur arces supernæ ciuitatis, quam fundaram vides tis in montibus altis, quę omnibus bonis plena est. Sed vndiq; sunt asperrimi mōtes, & trāsire oportet fossas, & valles *Duabus viis perueniēdum est ad hanc ciuitatem.*

les amplissimas, & est valde arduum ibi figere tentoria, & castrametari. Ad hanc autem ciuitatem perueniri non potest, nisi duabus vijs, de quibus psalmista inquit Psal. 24. Vniuersæ viæ Domini, misericordia, & veritas. Vtraq; tamen valde laboriosa est. Nam prima licet sit plana est, valde prolixa. Secunda vero, est breuis sed valde arcta & difficilis, de qua Matthei 7. dicitur. Arcta est via quæ ducit ad vitam & pauci sunt qui ingrediuntur per eam. Via ergo misericordię, quia est magis plana per eam ingrediuntur pueri, & pauperes, debiles, cęci, claudi, vulgusq; promiscui generis, & omnes qui faciunt sibi amicos de mammona iniquitatis Lucę. 16. quia beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur Matthei. 5. Per hanc viam omnis munitio exercitus & omnia fulcimenta & victualia, necnon & carriagia & omnia instrumenta bellica dirigantur. Per viam vero veritatis, quę est arctissima ingredientur omnes viri bellatores, robusti, & fortes. Sed ipse dux cęlestis incipit, per hanc viam anreire qui de se ipso inquit. Ioan. 14 Ego sum via veritas, & vita: & cępit facere, & docere. Act. 1. Sanctus autem Franciscus capto vexillo in manibus per viam breuiorem, & celsiorem atq; arctissimam incedens quia secutus est via perfectionis. Intrauit quandam scrupulosam vallem quæ appellatur vallis violentię, per quã trãsitur ad paradisũ quia regnum celorum vim patitur & violenti rapiunt illud Matt. 11.

De multis vallib⁹ difficilibus.

IVxta istam vero vallem inuenit aliam quæ appellatur vallis stricta per quã quanto quis minus portat, tanto leui⁹, & melius transit, & cęlum intrat, quia beati pauperes spiritu quoniam ipsorũ est regnum cęlorum Matt. 5. quia autem beatus Franciscus erat pauperrim⁹ ideo faciliter dictam vallem transiuit. vnde de illo canit ecclesia. Pauper nudus egreditur, cęlũ diues ingreditur. Inuenit etiam ibi vallem lachrymarum qua transitur ad æternas consolationes, quia beati qui lugent quoniam ipsi consolabũtur Matt. 5. & ibi fixit brauium crucis. Et expectauit donec vniuersus esset congregatus exercitus. Quo tandem adunato quia vt dicitur Prouer. 14. Cum dispositione initur bellũ, ideo cęlestis capitaneus iubet circumcingi ciuitatem & obsideri. Tenduntur igitur papiliones protectionis diuinę. Firmantur vexilla exemplorum sanctorum & omnes acies equitum, & peditum per ordinem distinguũtur, & aduersus singulas portas singuli ordinatur capitanei cum militib⁹ suis. Vt.n. inquit Vegetius li. de re mili. tit. 26. Nil magis prodest in pugna quã vt milites in acie dispositos ordines seruent. Et quia inquit idem doctor in eodem li. Magna pars victoriæ est, ipsum locum in quo quis dimicaturus est possidere. Ideo approximant vrbi milites scutati, & clippeati lectionibus diuinatum scripturarum. Subsequuntur balisterij s. illi qui extensis in cruce manib⁹ iacula suarum petitionum ad Deum mittunt, replentq; cęlum sagittis suorum desideriorum ab imo ardentis cordis emissis, quibus Deum ac Beatam Virginem sanctosq; Angelos ferire conantur, iuxta illud Psal. 191. Sagittę potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Alij missilia speculationum cęlestium multiplicare non cessant simul cum spiculis planctuum, & peccatorum confessionum. Inde insurgunt fundibularij, facientes oculorum fundis rotundos lapides lachrymarum, quibus omnipotentem vincunt, & eius regnum diripiunt, dicente Bernar. in quadam sermone. O lachryma, tuũ est regnum, tua est potentia, tu vincis inuincibilem, tu percutis magnum Deum in pectore, ita vt ipse saluator dicat per psalmistam filij matris meę percusserunt me. Fundibularij igitur non cessant iacere lapides gemituum innumerabilium, q bus non solum Deus, sed etiam Angeli cum beata Virgine suscipiunt crebra miserationum vulnera. Vnde ipsa pia virgo medullitus affectibus pietatis confossa, & cordialiter perforata, exclamat dicens. Vulnerata sum charitate, victaq; sum, & perfossa iaculis deuotæ genuflexionis, & angelicę salutationis illius peccatoris, & non potest fieri quin parcatur ei, me.n. captiuam ducit ante Deum, ad rogandum pro eo, beatus autem Petrus claudibus cęli quas manibus tenebat per

cussit

cussit librariũ Michaelem, & Ilaterã ad dexterã patré cadere fecit, aggrauatsq; est bellum valde. Sed sicut a talibus validis pugnatoribus vulnerantur cęlestes ciues, ita & ipsi vulnerant dictos vrbis suæ oppugnatores ignitis iaculis diuini amoris, quibus maiori desiderio ad expugnandam ciuitatem cęlestem accedun- tur.

Quæ sint bõbardæ militu ellectorũ et quomodo diuersa ab illis rapiuntur in illa celesti patria.

INterea constituuntur bombardæ cordialiũ ardorũ, atq; clamorũ ex feruore spiritus ammissorum quę violento impulsu cõcutiunt atq; confringũt muros, & alta mœnia ciuitatis. Applicãt quoq; muro vrbis machinæ cũ multitudine mãganorum, idest operũ perfectorũ, qbus paradisi portæ deijciuntur. Applicantur postremo scalæ deuotissimarum orationum, quibus veloci ascensu milites scandunt se p visibilia ad inuisibilia rapientes. Altati quoq; feruoribus importunis audaci conatu subito ascendũt muros, perstrepunt tubis diuinarum laudũ. Omnisq; exercitus proclamat. Sacco, sacco, sacco ac totam ciuitatem in admirationem & stuporem adducunt. Vidés auté b. Franciscus altissimam arcem vbi sunt archana Dei quæ non licet homini loqui, de quib⁹ loqtur Pau. 2. ad Corin. 12. Et quæ ne oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit &c. vt dicitur 1. ad Corin. 2. c. Applicuit illuc cũ suo vexillo, volens deprędari thesauros abscõditos Dei, in illoq, grauissimo cõflictu vulneratus fuit quinq; plagis, sicut & prius vulnerat⁹ fuerat ei⁹ capitaneus. De quo. Lucę 25. scriptũ est. Oportuit Christum pati, vt etiã ita intraret in gloriam suã. Profunda igitur altitudine secretorum cęlestium penetrata patefactisq; portis cœlestibus f. figuris enigmatibus declaratis irrunt vndiq; fortissimi milites Christi per plateas ciuitatis altissima voce clamantes viuat Iesus, viuat Iesus, viuat filius Dei. Post Franciscum vero ingrediuntur reliqui penetralia diuini palacij, & intrant audaces ad regem cœlestem ita vt dicere possit illud Iob 32. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me. Ingrediuntur tandem in æterna gazophilatia cœlestium thesaurum, & diuinæ sapientiæ ac scientiæ, & vnusquisq; de diuitijs illis rapit secundum capacitatem sacci sui scilicet charitatis, & humilitatis. Ab vno rapitur sermo sapientiæ, alius rapit sermonem scientiæ, ab altero rapitur fides, ab alio gratia sanitatum, ab altero opera virtutum, ab alio prophetia, alter rapit discretionem spirituum, ab altero rapiuntur genera linguarum, ab altero interpretatio sermonum, de quibus habetur 1. ad Cor. 12. Alius rapit abstractiones, alter estasim, alius raptus, aliter reuelationes, alius visiones, ab isto rapitur thesaur⁹ sapientiæ, ab illo thesaurus intellectus ab isto thesaurus consilij, ab illo thesaurus fortitudinis, ab isto thesaurus pietatis, ab illo thesaurus mortis Domini. In talique modo gazæ illæ cœlestiũ charismatus varia sorte a diuersis diripiuntur.

TERTIVM MISTERIVM quod dicitur pacificationis seu triumphationis.

SAcchomanato itaq; cœlesti thesauro a virtutum prædonibus omnes onusti spolis exultant, sicut Victores rapta præda quando diuidunt spolia, nec possunt tantum eripere de illo thesauro, quin plus scaturiat in erario Dei. Verum cum Deus pater lamentaretur de natura humana quæ illum tantopere offenderat, & in super ausa fuisset talé insultum facere ciuitati supernæ & diripere regnũ eius. Ecõtra vero sanctus Fran. vexillifer cõquęrebatur q fuerat qnq; plagis vulnerat⁹, & q illo conflictu, multi pro obtinẽda illa victoria paradisi fuissent percussi, & mortui. Beata Virgo Maria plena pietate, & charitate se interposuit ad faciẽdã pacẽ inter naturã diuinã & humanam, dixit q. Deo patri. Pater æterne pro peccatis humani generis pęnam pertulit vester, & meus dilectus filius, qui eos omnes ad diripiendũ cœleste regnũ introduxit. Placato igitur Deo patre, ad sanctum Franciscum reuoluta dixit. Si tuo Fran-

cisce,& alij cōmilitiones tuij passi estis in hoc conflictu, & filius meus dominus Iesus percussus fuit, & occisus pro te, & socijs tuis. Et sic facta compensatione mutua dolorum, vulnerū,& laborū fuerunt concordes, q̄ natura humana fieret vnus populus cū natura angelica & diuina, & essēt mēbra, qdē multa, vnū aūt corp⁹ de quo habetur 1. ad Cor. 12. & ad Ro 12. Et tunc sicut scriptū est Apoc. 11. Factæ sunt voces magnę in cęlo dicentes. Factū est regnum huius mundi Domini nostri & Christi eius,& regnabit in secula seculorum. Et tunc facta fuit lex inter Deum & agnum,fuitq; córam omni multitudine publicata.s. vt quicunq; esset signat⁹ in fronte ; nomine Iesu & patris eius si vinceret illa tria.s. mundum,peccatum, & diabolū , posset intrare & habitare in cęlo,& incorporari cū sanctis Angelis in cęlesti curia , & frui ipso Deo sicut natura angelica . Et q̄ omnes gratiæ diuinæ communicantur cuilibet in superna patria secundū corōnā gloriæ suorum meritorum.

VIctoriosus ergo agnus in militibus suis,sicut Beniamin mane rapiēs prędam,ad uesperam vero diuidens spolia vt dicitur. Gen. 49. cępit exercitui suo distribuere bona cęlestia , triumphare eos faciēs de victoria acquisita, voluitq; seruare illud decretum Dauid primi Regū 30. vt æqua esset portio euntium ad prę lium.s.per vitam contemplatiuā , & remanentiū ad sarcinas per vitā actiuam. Benedixit igitur populo suo in pace , de qua Isa. 32. dicit Dominus.Sedebit populus meus in multitudine pacis, in requie opulenta , In tabernaculis fiduciæ, de qua etiam Dauid Psal. 118. inquit . Pax multa diligentibus legem tuā . Et Sapientiæ 3. ait Salomon. Donum & pax est electis Dei . Et ad Romano. 14. dicit Paulus ;nō est regnum Dei esca vel pot⁹, sed iustitia & pax . Et de ipso agno innocentissimo idem Apostolus ad Ephe. 2. inquit. Ipse.n. est pax nostra , qui fecit vtraq; vnum . De hac pace æterna iterū Psal. 36. Propheta canit . Delectabitur in multitudine pacis. Ad illam autē pacem desiderabat transire post hanc vitā, idem psalmista dum ait Psal. 4. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Et sanctus senex Simeon hoc idem affectans amplexato Iesu cantabat, vt habetur Lucæ 2. dicens. Nunc dimittis seruū tuum Domine secūdum verbum tuum in pace. Cęlum ergo empireum & ciuitas illa cęlestis appellatur locus pacis. De quo Dauid Psal. 75. inquit factus; est in pace locus eius. Quia igitur est tempus belli,& tempus pacis , vt dicitur Ecclesiastes 3. ideo cum militia sit vita hominis super terram, Iob.7. Debet vnusquisq; nostrū seruare illud Apostoli 2. ad Thimo.2. dicentis. Labora vt bonus miles Iesu Christi . Pugnate igitur viriliter o milites Christi , vt post bellum consequamini illam pacem de qua Paulus ad Philip. 4. ait . Et pax Dei quæ exuperat omnē sēsum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu Domino nostro. Cui sit honor gloria in secula seculorum. Amen.

DOMINI-

DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS, DE MORTE

SERMO TRIGESIMUS SEXTUS.

ESTOTE prudentes & vigilate in orationibus 1. Petri 4. in epistola occurrentis Dominicę. Aspera valde ac terribilis, multumque acerba fuit sententia, quam iustissimus Deus contra inobedientem primum parentem nostrum, & ac totā eius posteritatem intulit dicens Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuoq;, donec reuertaris, in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quod sciens beatus Iob dicebat 3. c. sui libri. Antequam comedā suspiro, & quasi inundantis aquæ sic rugitus meus. Et 34 c. eiusdem libri iterum ait. Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. Sed licet hoc experientia quotidiana cernamus esse verissimum. Tamen diabolica deceptione verificatur in multis, illud Senecæ ad Martiam dicentis. In hoc omnes errore versamur, vt non putemus ad mortem nisi senes, inclinatosq; iam vergere. Eapropter inquit Cato in suis documentis c. 3. Tempora longa tibi noli promittere vitæ. Quocunq; ingrederis sequitur mors corporis vmbrā. Et Ber. in li. de contemptu mundi ait. Vita breuis velut vmbra leuis sic annihilat. Atq; fugit, subitoq; cadit dū stare putat. Dicit autē Greg. super Ezechielē. Cōditor noster diē mortis nostræ nobis incognitum esse voluit, vt dū ignoratur, semper nobis proximus esse credatur. Et tāto quisq; in operatione feruentior sit, quanto est incertior de vocatione. Plinius vero li. 2. naturalis historię c. 54. inquit. Natura nihil hominib⁹ breuitate vitę prestitit meli⁹, hęc ille. Dū.n. hominib⁹ cognoscūt se cito esse morituros, maiori studio inquirunt quomodo alterius vitæ felicitatē valeāt adipisci. Ad quod peragendū nos hortatur Apostol⁹ in verbis propositis, dicēs, q debem⁹ prudētes esse, & vigilare in orationibus, Dominū s. deprecando, vt nobis cōcedere dignetur felicē transitū de hac miseriarū valle. Quod profecto obtinebimus si pro posse conabimur nos ad mortem quotidie preparare. De qua quatuor in præsenti sermone considerationes faciemus. Prima dicetur quidditatis, Secūda vtilitatis, Tertia generalitatis, Quarta vero & vltima appellabitur terribilitatis.

PARS PRIMA huius sermonis de mortis quidditate.

QVO ad primam partem sciendum est, quòd mors diuersimode describitur. Et 1. a Phylosopho in 3. Ethicorum vbi qui ait. Mors est omnium terribilium finis. Secundo a Seneca in libro de remedijs fortuitorū qui inquit. Mors est quæ omnia abscidit, & deuorat. Ad quam omnium quæ habem⁹ exitus spectat, & qui aliud se non timere iudicat, hanc timet. Tertio describitur ab Augustino qui super *Mortis diuersæ descriptiones.*

Ioannem dicit. Mors est relicto corporis depositio sarcinę grauis, si alia sarcina non portetur qua homo prçcipitetur in gehennam, hçc ille. Et bene addidit. Si alia sarcina non portetur, quia si homo cum mortali peccato moritur, sarcinam portat quo ad infernum deprimitur. Plus enim onerat animam sarcina pecca ti mortalis, quàm faceret tota machina mundialis. Vnde Dauid Psal. 37 ait. Ini quitates meę supergressæ sunt caput me um, & sicut onus graue grauatæ sunt su per me. Quarto diffinit eam Dionisius in li. de ecclesiastica Hierar. di. Mors nō est alicuius rei consumptio, sed coniunctorum separatio, hçc ille. Separat.n. animā a corpore quę tanto amore coniuncta sunt, q perpetuo simul manere vellent. Vnde Aug. in li. de gratia noui testamentis ait. Mortis diem omnes futurum sciunt, & tamen eum omnes dif. ferre conantur, etiam qui post mortē se beatos credunt esse victuros. Tantam ha bet vim carnis & animæ dulce consortiū hçc ille. Iustinianus autem imperator in autē de here. & fal. §. his omnibus col. t. describit mortē di. Omnibus hominibus terminus est vitæ mors. Oratius vero li. 1. epistolarū epistola. 16. dicit Mors vltima linea rerum.

Q meritur à quo facta sit mors.

SEd hic q̄ri potest a quo facta sit mors. Et 1. videtur q a Deo, iuxta illud Ecclesiastici 11. Mors & vita a Domino Deo est. Sed contra est illud Sapientię 1. Deus mortem non fecit, sed impij accer sierunt illam. Respondet magister sen. in 2. di. 37. q Deus non fecit mortem, idest causam mortis non fecit. i. peccatū. In quantum autem mors est punitio ma li, ac peccati, sic causatur ex dispositione Dei à qua procedit omnis pœna. Et ita intelligitur illud Amos. 3. Nōest ma lum in ciuitate quod non fecerit Dominus. Et Isa. 45. ait ipse Deus. Ego sum creans malum, & faciens bonum. Licet autem mors dicatur mala inquārum pri uat hominem presentis vitæ dulcedine. Tamen in miserijs existenti dicitur bona. Vnde sapiens Ecclesiastico 41. inqt. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur virib*, & defecto ætate. Vnde refert Linconiensis in tractatu suo de reflexionibus, q circa quendam polum sunt quidam montes, super quos sic fit vniformis, & regularis reflexio radiorum solis, q in multo temperamento homines ibi existētes tandiu viuunt q tandē de vita tædiū ha bentes saltant in flumine subtus montes & demerguntur ac sic seipsos occidunt. Sed isti decrepitę ætatis molestias cuirare volentes ad æternas molestias pp homicidium sui ipsius transeunt. Volentes.n. fugere minus malū incidunt in maius. Licet autē mors sit dolorosa tamē quādo a Deo mittit̄ est libēter tolerāda, iuxta illud Lucani li. 8. Mors vlti ma pęna est. Nec metuēda viris. Vnde Iuuenalis l 4. Satira 2. inqt. Fortem dis ce animū mortis terrore carentē, & Cato c. 4 Fac tibi pro pęnis mortē nō esse timendā. Quæ bona si non est, finis tamē illa malorū est. Et ideo sicut mal* dē hoc mūdo exiēs anxiatur, sicut ille latro qui educitur de carcere vt suspendatur. Vnde Eccle. 41. dicit̄. O mors quā amara est memoria tua homini iniusto. Ita econtrario, bon* debet lętari cū morit̄. sicut incarceratus gaudet quādo de car cere liberat̄. Itē q̄a mors bonis est princi piū vitæ, sicut infra patebit, iuxta illud. Eccle. 7. Dies mortis dies natiuitatis. Et ideo gaudēt iusti in morte secundū il lud. Prouer. 14 Sperat iustus in morte sua. Vera est.n. sententia Prophetæ dicē tis Psal. 126. Cū dederit dilectis suis som num. i. mortem. Ecce hęreditas, Domini, filij merces fructus ventris, per hoc tamen nulli licitum est eam procurare, vnde dicitur. Sap. 1. Nolite zelare mortem.

PARS SECVNDA HVIVS sermonis de vtilitate meditationis ac recordationis mortis.

De 1. vtilitate quam mortē meditantes consequuntur.

SEptem inter alias consequitur vtilitates ille q sępe de morte meditatur. Prima dicat̄ sapiētię acqsitio. Sicut.n. sūma fatuitas est nō cogitare de morte, iuxta illud Deute. 32. Gēs absq; cōsilio est & prudētiā. Vtinam saperent, &

& intelligerent, ac nouissima prouiderẽt. Ita summa prudẽtia est semper mortem habere in memoria, ac se ad illam diligenter praeparare. Vnde Hieronimus ad Helio. ait. Platonis est sententia, omnium sapientũ vitã meditationem esse mortis. Laudãt hoc Philosophi, & in cęlis ferũt, hęc ille. Mors ergo in memoria semper ab omnib⁹ est habẽda c. in ecclesiastico 33. q. 2. Nam indignus est in morte recipere solaciũ, qui se non cogitat moriturum de pęni. di. 7. §. Hoc autem. Ideo Ber. in quodam sermone ait. Semper fuit mihi summa philosophia, cogitare qualiter caro mea futura sit mortua? Quid. n. fętidius humano cadauere? Quid horribilius mortuo homine? Cuius erat gratissimus amplexus, erit horribilis aspectus, hęc ille.

Euitatio peccatorum est secunda vtilitas meditationis mortis.

Secunda vtilitas dicitur peccatorum euitatio, de qua Hieronymus in testamento inquit. Non facile in peccata labitur, qui se moriturum cogitat, & Deum sibi fore iudicem non ignorat. Vere nimis imbecilis est & miser, cui horũ est memoria, si cuncta diabolica tentamenta non facile vilipendit. Et Gregorius dicit. Impossibile est ꝙ vincaris quando tentaris, si mortem ante oculos habebis. De hoc etiam inquit Augustinus in quodam sermone. Nihil sic reuocat a peccato quàm frequens mortis meditatio. Et ideo Ecclesiastici 7. dicitur. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in aeternum nõ peccabis. s. nec peccato superbiae, nec luxuriae, nec & alio quouis peccato capitali. Superbus. n. si aliquas gratias habet inde extollitur, & si aliqua sibi prospera succedunt inde eleuatur, & si aliquibus aduersis deprimitur inde dedignatur. Sed memoria mortis conspicit ne homo extollatur in gratijs. Eccl. 10. Quid superbis terra & cinis? Sicut. n. Pauo in extensione caudae gloriatur, sed cõsiderando pedes ad humilitatem reducitur. Sic homo si ex consideratione gratiarũ extollitur cõsiderando, pedes, idest finem ad humilitatem reuocatur, vnde Greg. in mora. animit. Despecti iacent in putredine qui prius tumescebat in vanitate, hęc ille. Memoria etiam mortis cõpescescit ne homo eleuetur in prosperis. Sicut. n. aues cauda se regunt volãdo per aerem. Sic memoria mortis regit hominẽ ne eleueẽ in prosperis ꝑ superbiã. Et sicut vinum purũ cito inebriat, mixtum vero sobrietatẽ facit. Sic lętitia humana cito resoluit animã, mixta vero cũ mortis memoria animum temperatũ facit Prouer. 14. Risus dolore miscebitur. & extrema gaudij luctus occupat. Conpescit etiam ne eleuetur in prosperis, vel frangatur in aduersis. Sicut enim pisces in aqua natando cum cauda se dirigunt, sic & homines in aquis tribulationum, ne per impatientiam demergantur se per memoriam mortis regunt Secundo expellit peccatũ luxuriae. Sicut n. animal cum cauda expellit muscas, sic & homo cũ mortis memoria debet se repellere cogitationes immundas. Et ideo dicitur Iob. 12. Interroga iumenta & docebunt te, & volatilia cęli ac pisces maris. Quasi dicat Propheta. Sicut aues & pisces regunt se cauda, & iumẽta ac boues causa se defendunt a muscis, sic tu memoria mortis dirige vitam tuam, & defende tentationibus diabolicis. Admodum etiam gubernatoris nauis se habere debet homo. Nam gubernator nauis qui vult eam bene regere ponit se in fine nauis, & ipsam nauẽ ante dirigit, ac sic pericula euitat. Et similiter debet homo se ponere per meditationem ad finem vitae suae, vt possit ad bonum exitum nauem, idest vitam suã dirigere. Vnde Seneca ad Lucillũ ait. Considera quam pulchra sit res, ante mortem vitam consummere, deinde secure expectare reliquam partem temporis tui, hęc ille. Qui ergo sępe de morte cogitabit, a superbia & luxuria se continebit, sciens, ꝙ de quolibet homine verificabiẽ in morte illud 1. Macha. 2. Omnis gloria ei⁹ stercus, & vermis. Verũ est n. illud Iob. 25. Homo putredo ẽ, & filius hominis vermis. Vbi Gre. ait Fili⁹ hominis vermis, diciẽ, quia ex mortaliũ corporũ propagatione generaẽ. Vnde dicebat Psalmo 21. Ego sum vermis & non homo, & in alio Psalmo dicebat Deo. Memorare quae mea substantia. Inquit quoque beatus Gregorius. Quid sic carni substantia attestantur. sepultu-

turæ. Magna siquidem stultitia est corpus suum impinguare, & delitijs exponere carnalibus, q; postmodũ cibus futurum est vermibus associatũ serpentibus & subiectum bestijs ambulantib⁹. Istam n. triplicẽ hereditatem corpus habiturũ est scilicet vermes ad corrodendum, serpentes ad associandum & bestias ad conculcandum. Ecclesiastici. 10. Cum morietur homo hęreditabit serpentes, bestias, & vermes. Tertio memoria mortis expellit peccatum auaritiæ. Nullus enim sapiens debet diuitias nimis appetere, cũ cito de corpore, sit nudus egressurus. Iob. 1. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Item sacco & cilicio tegendus. Iob. 16. Saccum consui super cutem meam. Item omnibus suis bonis spoliãdus. Vnde psal mista ait. Ne timueris cum diues fact⁹ fit homo & cũ multiplicata fuerit gloria domus eius. Quia cũ interierit nõ sumet omnia, neq; descendet cũ eo gloria domus eius. Itẽ cito in vermem & putredinẽ resoluẽdus. Iob. 17. Putredini dixi, pater meus es, mater mea & soror mea vermibus. Item cito in puluerem redigendus Genesis 3. Cinis es & in cinerem reuerteris. Et ideo Bernardus inquit. Quid superbis puluis, & vermis, cuius cõceptus culpa, nasci miseria, viuere pęna, & mori angustia? De prædictis autẽ tribus peccatis a quibus reuocat memoria mortis tangitur cum Isa. 14 vbi dicitur. Detracta est vsq; ad inferos superbia tua concidet cadauer tuum, sub te sternetur tinea, & opperimentum tuum erunt vermes. Superbus enim appetit locum altum sed in morte detrahetur ad locum infimum. Et ideo dicitur. Detracta est ad inferos superbia tua. Auarus autem moratur in terra per amorẽ, sed in morte habitabit sub terra per putredinem. Et ideo dicitur. Concidet cadauer tuum. Luxuriosus vero vult habere lectum carnalem, & delitiosum, sed in morte habebit lectum penosum Et ideo subditur. Sub te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Et ad prædicta facit illud quod in persona Alexandri Magni mortui dicitur. f.

Memoria mortis tua peccata euitare facit.

En ego qui totum mundum certamine vici.
Dictus Alexander vincor in hora biui.
Omne tenens regnum cunctis dominabar in orbe.
Nunc me non teneo; nec mihi regna valent.
Reges sternebam; me mors durissima sternit.
Omnia mactabam, mactor & ipse miser.
Omnia tentabam, me vermis tentat, & arctat:
Me vermes rodunt, vermis in orbe fui.
Omnia tollebam, mors me tollit omnia tollens.
Nulla tenere queo, puluis, & vmbra teror.
Vnus sufficiens mihi mundus non fuit vnquam.
Me breuis vrna capit, cui breuis orbis erat.
Ethęreum culmen griffo mediante petiui.
Nunc cum tartareis infima tango reus.
Me mare præsensit in vitrea testa profundum
Sed nunc sum stigijs excruciatus aquis.
Cur homo qui moreris optas sublime leuari?
Cum plus lucratis plura tenere cupis?
Omnia prætereunt, transit quoq; florida vita.
Cum magis ascendis summus ad ima ruis.
Aspice me miserum corpus cui cuncta fauebant.
Nunc breuis in stricto me tenet vrna loco.
Cur natura viri scandens sublimia gaudet.
Cum grauius summo culmine celsa ruant?
Si præsciremus quę cunctis morte parantur.
Multa timeret homo quæ sibi tuta putat.
Magnus Alexander dicebar in orbe tyrannus.
Quis sim quàm fragilis, lector, & ipse vide.

Non

Non solum autem tria prædicta peccata facit euitare memoria mortis. Sed etiam omnia alia vitia. Dum recordatur homo quòd peccatum est causa mortis temporalis. Ad Roma. 5. & æternæ. Ezechiel. 18. Et ideo inquit psalmista, Sciant gentes quoniam homines sunt & mortales, propter quod peccare desistant. Debemus ergo reminisci illius sententiæ quam ponit Bernar. in quodam sermone di. Certus es o homo quia morieris, sed omnino es incertus vbi, quomodo & quando. Vbi scilicet an ibi, an alibi in terra vel in mari. Quomodo, an scilicet in statu pœnitentiæ, an in statu culpæ, morte subitanea vel naturali, aut violenta. Quando scilicet in hieme, vel æstate, in iuuentute, vel senectute, hodie, vel cras.

Memoria mortis omnia vitia euitare facit

Tertia vtilitas dicitur voluptatum dimissio. Vnde Gregor. in quodam Homelia inquit. Nihil sic valet ad victa carnis edomanda quam cogitare qualis futura sit mortua. Et 13. lib. mora. iterũ ait. Qui considerat qualis erit in morte, semper pauidus est in operatione. Nihil quod transeat appetit. Cunctis vitæ præsentis desiderijs contradicit, & pœnæ mortuum se cõsiderat, quia moriturum se minime ignorat. Exemplum habemus in vita Barlaam quam scripsisse dicitur Ioannes Damascenus, vbi habetur quòd quidam rex in die potentissimus habens filium nomine Iosaphat, statim quo natus fuit fecit eum in quodam castro includi, & ibi delicatè nutriri, timens ne Christianus efficeretur si cum aliquo Christiano loqueretur. Qui ad ætatem floridam perueniens mirabatur quare pater eius sic eum teneret inclusum, & cuidam suo familiari dixit se hoc ægre ferre. Quod audiens pater, fecit parari equos cum multa pompa, & venire sonatores omnis generis musicorum, & correas præparari ac conuiuia, præcepitque vt omnes diligenter cauerent ne filius eius aliquid fœtidum videret. Cum ergo iuuenis ille semel equitaret, obuiauit cuidam seni rugatam habenti faciem, qui erat sine dentibus ac valde curuus ac baculo se sustentabat, vixq; incedere valebat. Qua ex re interrogauit propter quid homo ille sic deformis, & debilis factus esset. Et audiet quòd propter senectutem multorum annorum, interrogauit quis etiam futurus eius finis. Et responderunt ei serui eius quòd mors. Tunc ille iterum interrogauit Si tantum aliqui homines morerentur, an vero omnes. Et audito quòd nullus mortem euadere posset, cœpit contristari, ac nullis blandicijs aut sonis poterat ad hilaritatem reduci. Et tandem Deo operante a sancto Barlaam in fide Christi eruditus, regno dimisso eremum petijt, & Deo seruiuit. Ea propter August. in quodam sermone ait. Beatus qui horam mortis suę semper ante oculos habet, & ad moriendum quotidie se disponit. Si vidisti aliquem mori, cogita quòd & tu per eandem viam transibis. Et ideo cum mane fuerit, puta te ad vesperam non peruenturum, & cum sero ad dormiendum vadis, mane tibi non audeas polliceri. Semper ergo paratus esto, & taliter viue, vt nunquam te mors inuenire valeat imparatum, hæc ille. Isido. quoq; in lib. de summo bono inquit. O quam fœlix est, & prudens qui talis nititur esse in vita, qualis optat esse in morte.

Voluptatũ dimissio tẽporaliũ diuitiarum vilipensio, Honorum fastidium sunt tertia, quarta, & quinta vtilitas mortis.

Quarta vtilitas dicitur temporalium diuitiarum vilipensio, de qua Seneca ad Lucillum Epistola 15. ait. Nihil æque tibi proderit ad temperantiam omnium rerum, quam frequens, cogitatio breuis huius incertiq; itineris. Et ideo quicquid facies respice ad mortẽ, hæc ille. Exemplum habemus, & videmus quotidie in multis qui dum sani sunt, nihil de suo pauperibus tribuunt, imo aliena rapiunt. Cum vero se iam mori sentiunt, aliena restituunt, & eleemosynas faciunt. Sed hoc est signum q̃ dũ sani erant mortem meditari noluerunt. Ideo Hiero. testaméto exclamat di. Si illum expectas diem tam terribilem ac crudelem, in quo non solum de luxurijs, vestibus, ebrietatibus, conuiuationibus, & de toto tempore amisso quomodo vixisti. Sed etiam quaelibet re cogitata oportebit te Domino reddere rationem. Cur non emendatis? Cur moratis de die in diem miser conuertí ad Dominum?

4. vtilitas.

minum? Cur iam te malorum non pęnitet? Ecce mors properat vt te conterat die noctuq; currens. Ecce diuitiæ tuæ tibi deficient, ecce vermes corpus tuum quod tanta nutris diligentia expectant, vt illud rodant, quousq; iterum coniunctum animæ æternas pariter pœnas habeatur infinitas, hæc ille. Quibus consideratio seruare debemus illud quod idé doctor in prologo super Iosue inquit dicens. Nos ad patriam festinantes mortiferos sirenarum cantus surda debemus aure pertransire, hæc ille. Considerare ergo debemus quòd omnia mundana sunt cito transitoria. Vnde de Alexandro magno legitur quòd cum in iuuentute sua mortuus esset, ac eius ossa in vase auro fuissent recondita, multi phylosophi de diuersis mundi partibus conuenerunt. Quorum vnus dixit. Heri iste faciebat thesaurum de auro, hodie vero aurum fecit thesaurum de ipso. Alius dixit. Heri non sufficiebat ei totus mundus, hodie quinq; pedum sepultura est contentus. Alius ait. Heri istum sequebantur omnes viuentes, hodie iste sequitur omnes morientes. Alter dixit. Heri iste poterat omnes quos volebat a morte liberare, sed hodie mortis iacula non potuit euitare. Alius dixit. Heri iste premebat terram, hodie autem a terra premitur ipse. Alter autem dixit. Heri iste multos habebat subditos, hodie vero omnes sunt ei æquales. Refert quoque Hierony. quòd Diogenes phylosophus extra vrbem in quodam vase habitabat, & semper in æstate fundum vasis soli opponebat. In hieme vero ad ipsum solem voluebat. Cum autem semel Alexander magnus ante ipsum staret, sicq; ei vmbram faceret, ac ei diceret, si volebat vt aliquid pro se faceret, respondit Diogenes. Vellem quòd mihi non auferres quod mihi dare non potes. Quod imperator intelligens ad aliam partem se diuertit dicens se valde mirari quòd suam non videbatur timere potentiam. E ille. Potentiam tuam non timeo, quia aut est præterita, aut præsens, aut futura. Præteritam non timeo, quia iam nó est, futuram non pertimesco, quia incerta est, præsentem non formido, quia est cito transitura. Refert quoq; Quintus Curtius quendam dixisse Alexádro. Si dij habitú corporis tui auiditati animi tui parem esse voluissent, orbis te nó caperet, & vna manu orientem, altera vero contigéres occidentem. Deinde triplici exemplo ostendit q̀ licet tunc esset magnus, tamen in breui poterat fieri paruus scilicet exemplo vnius magnæ arboris subito eradicatæ, & exemplo hominis in altum ascendentis qui subito patitur casum, & exemplo leonis qui aliquando paruorum animalium cibus efficitur. Legitur etiam in gestis ipsius Alexandri quòd quidam lapis ei missus fuit, qui positus in vna parte stateræ ponderauit plusquam omnia alia posita in altera parte stateræ. Puluere autem modico posito super ipsum lapidem, minus ponderabat quam quodcunque poni posset in alia parte. Et tunc vnus phylosophus dixit Alexandro. Iste lapis demonstrat quòd tu nunc plus ponderas quam totus mundus, qui te sustinere nó potest, sed paruo puluere posito super te mortuo, eris minus quam quicquid mundi.

Quinta vtilitas dicitur honorum fastidio, de qua inquit Hierony. ad Paulinum. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum. Et Augost. in 2. lib. de doctrina christiana ait. Timor de futura morte menté necessario concutit, & quasi clauus carnis omnes motus superbiæ ligno crucis affigit. Exemplum habemus de rege qui nunquam ridebat, quod posui supra in prima parte principali huius operis, sermone 9. parte vltima. Ideo dicit Persius Satira. 5. Viue memor lęti. Fugit hora &c. Et Virgilius 10. Eney. ait. Stat sua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus. Omnibus est vitę. Quidam autem versificator exclamat dicens. 5. Vtilitas.

Cur mundus militat sub vanagloria?
Cuius prosperitas est transitoria.
Tam cito labitur eius potentia.
Quam vasa figuli quæ sunt fragilia.
Dic vbi Salomon olim tam nobilis,
Vel vbi Sanson dux inuincibilis.
Vel pulcher Absalon valde mirabilis.
Et dulcis Ionathas multum amabilis.
Quo cęsar abijt celsus imperio.
Vel diues splédidus totus in prandio.

Dic vbi Tullius clarus eloquio.
Vel Aristoteles plenus ingenio.
Tot clari proceres, tot rerum spacia.
Tot ora præsulum, tot mundi fortia.
Tot magni principes tanta potentia.
In ictu oculi clauduntur omnia.

Gratia Dei cõseruatio, & futurorũ dilectio sunt sexta, & septima vtilitas mortis.

SExta vtilitas est gratiæ Dei conseruatio. Sicut enim cinis conseruat ignẽ. Sic memoria mortis, & incinerationis conseruat gratiam spiritualem, & feruorem ad bene operandum. Vnde Ambrosius in quodam sermone ait. Valde se solicitat in bono opere, qui semper cogitat de extremo fine. Talem cineram se recognoscebat Abraham dicens Deo. Loquar ad dominum meum cũ sim puluis, & cinis. Genesis. 18. Septima vtilitas dicitur futurorum dilectio. De qua Hieronymus ad Cyprianum ait. Memento mortis tuæ vt non pereas. Qui enim se quotidie recordatur moriturum contemnit præsentia, & ad futura festinat. Et ideo idem Hieronymus ad Eustochiũ inquit. Eggredere paulisper de corpore, & præsentis laboris ante oculos pingere mercedem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Contemplare qualis erit illa dies cum Maria mater domini correis occurret comitata virgineis &c. Vide supra. sermone. 8. parte. 3. Qui enim meditatur sæpe de morte, sed ad illam præparat per opera virtutum, vt possit cum illis ad præsentiam æterni regis securus accedere. Ad quod adducitur exemplũ cuiusdam domini tres amicos habentis; de quibus duos dilexerat, tertium vero nunquam amauerat. Cum autem a rege suo esset vocatus, timens ne aliquid mali sibi accideret, iuit ad primum amicum rogans eum vt ipsum comitaretur quo securior esset. Qui respondit. Sufficit quòd dum mecum stetisti fui amicus tuus, ac tibi seruiui. Nunc autem nolo tecum venire. Secundum autem amicũ quem minus primo dilexerat cũ de eodem rogasset, ille respondit. Ego nolo venire ad regem. Tamen veniam vsque ad ianuam, & ibi te dimittam. Qua ex re accessit ad tertium quem non dilexerat dicens. Amice, ego nunquam te dilexi. Tamen rogo quòd digneris mecum venire ad regem, quia misit pro me. Ille vero respondit. Doleo quòd non plus me dilexeris, & pluris præ ijs feceris. Tamen vadas quocunq; volueris, quia sequar te. Nota quòd primus amicus est substantia, & abundantia diuitiarum huius mundi, quam homo præponit parentibus & amicis, quæ in morte illum deserit, nec sequitur. Secundus vero est vxor, filij consanguinei & amici qui sequuntur eum vsq; ad sepulturam. Tertius autem amicus est virtus de qua parum curauit, quę morientem sequitur vsque ad conspectum æterni regis, rogans eum pro illo vt sibi det æternam fęlicitatem. Sed pauci sunt qui hæc mediteutur, vel cogitent de morte. Vnde in quodam sermone dicit sanctus Bernardinus quòd homines sunt similes castratis. Nam quolibet die Veneris, vel Sabbati vadit macellarius ad stabulum, & arripiens aliquos ex eis per pedes violenter extrahit, vt ad macellum perducat, & occidat. Alij vero illos qui extrahuntur comitantur vsq; ad ostium vociferantes & balantes. Clauso autem ostio ad comedendum reuertuntur. Et sic facit omni hebdomada macellarius, semper aliquos extrahens donec omnes interimat, & mactet. Sic enim faciũt homines ad quorum aliquos mors venit. Alij vero amici eos sequuntur vsq; ad portam tumuli, loquentes de eo & de morte illius. Deinde eo sepulto, ad propria reuertuntur, & sic vnus post aliud ad mortem trahitur. Ideo quilibet mortuus superstiti homini dicit illud Eccle. 38. Memento iudicij mei. Sic enim erit, & tuum. Mihi heri, tibi hodie.

PARS TERTIA huius sermonis de mortis generalitate.

DIcit Bernardus in quodam sermone. Quid in rebus humanis certiùs morte? & quid incertius hora mortis inuenitur. Non miseretur inopiæ, non reueretur diuitias. Non sapientiæ, non moribus, non ætati denique parcit. Nisi quòd senibus mors est ianuis, iuuenibus vero in insidijs, hæc ille. Ipsa percutit Papã, Cardinales, Episcopos, Reges, Imperatores, Duces,

comites, & marchiones &c. Vnde Bernardus ait. O mors crudelis, & seua. Tu inuadis minores, arripis mediocres, cóculcas sublimes, nec est in filijs hominum qui tuæ possit resistere ferocitati quoniam nec filio Dei parcere voluisti, hæc ille. Cuilibet enim homini dici potest illud. Gen. 2. Morte morieris. Omnes namq; filij sumus eius propter cuius peccatum mors intrauit in mundum, Roma. 5. Et sic prima causa nostræ mortis est peccatum propter quod statutum est omnibus hominibus ex Adam progenitis semel mori, vt inquit Paulus ad Hebræ. 9. Et Eccle. 11. Iudicium mortis a domino omni carni. & Salustius in iugur. ait. Omnia orta occidunt. Dicere ergo possumus quòd lex mortis totum humanum genus occupauit in longitudine, quia vsq; ad finem mundi durabit. Sed tunc in inferno solum remanebit. Isa. 25. Præcipitabit dominus mortem in sempiternum. Item in latitudine, quia per totum mundum a paruo vsq; ad maximum se extendit. Ad Roma. 5. In omnes homines mors pertransijt. Item in altitudine, quia vsq; ad altissimum Dei filium se erexit. Vnde vbi supra dicitur. Christus pro impijs mortuus est. Item in profunditate, quia vsq; ad illum qui est in matris vtero se immergit. Oseæ. 9. Interficiam amarissima vteri tui. Si autem dicatur. Postquam oportet omnes homines mori. Nonne melius esset quòd Deus faceret eos decedere in infantia tanquam in meliori statu? Respondetur quòd non, propter tria. Primo quia sic periret multiplicatio hominum, si omnes morerentur ante tempus pubertatis, & consequenter antequam essent apti ad procreandum, & per consequens etiam non fieret restauratio ruinæ angelicæ. Secundo quia libertas hominis frustra esset, si nunquam ad vsum bonæ, vel malæ operationis deduceretur. Tertio quia homines cum libero arbitrio bene operando vsq; ad senium possunt promereri magnam gloriam. Quo quidem bono priuaretur humana natura, si omnes in infantia tollerentur.

Prima causa nostræ mortis est peccatum.

Humidi cõsumptio ra dicali est secunda causa mortis.

Secunda mortis causa est consumptio humidi radicalis in quo vita consistit. Quod quotidie consumitur paulatim a calido naturali, & nutrimentali, quod ex cibis comestis generatur. Et ideo non potest perfecte manere. Et sic oportet tandem consumptionem fieri. Vnde philosophus primo de generatio. ponit exemplum de vino quod ex vegete hauritur & desuper aqua infunditur, quia rãdem sola aqua hauritur. Sic enim homo accipit cibum per os & in secessum vadit. Sed quotidie humidum radicale minuitur, quia per cibum non potest totaliter restaurari, & sic tandem totum consumitur. Et ideo Seneca ad Lucillum epistola. 25. ait. Quotidie morimur, quotidie demitur aliqua pars vitę. Et tunc quoq; cum crescimus vita decrescit. Auicenna vero ponit exemplum de lampade siue lucerna, in qua est oleum, & ignis. Nam quamdiu oleum durat, tamdiu & lumen conseruatur, sed consumpto ab igne oleo lumen deficit. Sed consumpto humido radicali per actionem naturalis caloris, deficiet vita corporalis.

Compositio cõtrariorũ est tertia causa generalis mortis.

Tertia causa generalis mortis omniũ est contrariorum compositio. Omne enim compositum ex contrarijs est corruptibile. Nam ait philosophus. 5. Phisi. Contraria ad inuicem sunt corruptibilia. Et 4. Phyfi. iterum dicit. Omnia quæ fiunt, & generantur in tempore, etiam corrumpuntur in tempore. Cum ergo corpora nostra sint composita ex quatuor elementis, seu ex qualitatibus quatuor elementorum quę sunt inuicem contraria, necesse est vt alterentur, & corrumpãtur. Quia vt ait philosophus 5. Physi. Omne corruptibile necesse est aliquando corrumpi. Et sic corrumpendo resoluitur in ea ex quibus est compositum. Nam omne compositum diuiditur in ea ex quibus componitur. 12. Metha. Omnis enim res per quas causas nascitur, per easdem resoluitur. c. omnis, de regu. iu. & l. nihil si. eo. ti. Et ideo cum homo sit compositus ex anima & corpore. 2. de anima. Necesse est vnum ab altero separari. Quia in libro de pomo, & morte. Aristoteles ait qui. Mors nihil aliud est quàm recessus animæ à corpore. Et cum corpus originem traxerit a terra, oportet illud in terram reuerti, maxi-

maxime dictis quatuor elementis quorum virtus est in corpore inuicem contrariantibus. Et ideo inquit Scotus in 3.di.15. Materia prima semper machinatur ad destructionem compositi. Et prędicta confirmat Maximianus poeta di. Ortus cuncta suos repetunt, matremq; requirunt. Et reddit ad nihilum quod fuit ante nihil.

In cõgruentia loci est quarta causa mortis.

QVarta causa mortis nostræ est loci incongruentia. Locus enim proprius vt dicit Philosophus.4 Phys. continet, & conseruat locatum. Et ideo res extra proprium locum, non bene conseruantur sed corrumpuntur. Item homines extra patriam propriã cito infirmantur. Vnde boni medici solent tales infirmos ad proprium aerem mittere vt ibi sanentur, & conseruentur. Cum igitur mundus iste non sit proprius locus humani generis, iuxta illud Senecæ in libro de senec. Commorãdi natura diuersoriũ nobis non habitam dedit. Ideo necesse est quòd hic alteretur, & corrumpatur. Locus autem proprius hominis est paradisus in quo non potest corrumpi. Vnde Hiero. ad Eusto. ait. Regio tua paradisus est.

Motus perficiens circulum est quinta causa mortis.

QVinta causa mortis nostræ est motus perficiẽs circulũ. Vita enim humana non est nisi quidam circulus. Vnde Seneca ad Lucillum ostendens oportere hominem mori ait. Circulus nõ est perfectus nisi in omni loco sui, contingãt principium cum fine. Ex quo concludit quòd homo de terra factus, tandem reuertitur in terram. Eapropter philosophus in lib de generatione dicit, q̃ omnis res suo periodo mensuratur, id est circuitu, vel fine. Periodus autem siue circulus vitæ humanæ est nasci vel generari, & mori seu corrumpi. Hic autem periodus alicui est magnus, & alicui est paruus. Magnus fuit in lege naturæ quãdo homines multum viuebant Vnde Gen. 5. Adam vixit annis.930. Seth vero filius eius annis.912 Enos autẽ filius eius.905. Sed Cainam filius eius vixit annis. 900. Malaleel vero filius eius.962. Sed Enoch filius eius. 366. Ambulauitq; cum Deo, & amplius non comparuit, quia tulit eũ dominus, scilicet in paradisum terrestrẽ ipsum collocando, vt exponit Nico. de Lira. Gen.5. Vbi generationes prædictæ ponuntur. Mathusalẽ vero filius Enoch vixit.969 annis, & similiter mortuus est cum alijs vt ibidem habetur. Vbi postq̃ numerati sunt eorum anni, subditur de singulo eorum. Et mortuus est excepto, scilicet Enoch, qui morietur, & ipse tempore Antechristi, vt supradictum est sermone.11.parte.3.

Quintus de causis anti qui tamdiu vixerint.

QVare autem isti tam diu vixerint rationes assignat Nico. de Lira, vbi supra. Prima est propter bonitatem cõplexionis primorum parentum, qui fuerunt immediate formati a Deo, & ideo optimę complexionis, & sic ad longiorẽ vitam erant dispositi. Et illa bonitas mãgis venit ad propinquos quãm ad remotos. Secunda causa fuit temperantia, q̃a homines illius temporis valde temperate viuebant, vnde Boetius in 2. de consol. ait. Fœlix nimium prior ætas contenta fidelibus aruis. &c. Tertia fuit bonitas nutrimenti, quia ante diluuium terræ nascentia fuerunt meliora. Aqua enim diluuij fuit maiori parte ex aqua oceani quæ est salsa. Aquæ autem salsæ induxerunt sterilitatem terræ, & faciunt terræ nascentia esse peiora secundũ Virgiliũ in.2. Georgicorũ. Ex quibus vita hominis breuiatur. Quarta causa fuit scientia, quia Adam fuit formatus in perfectione scientiæ, & ideo cognouit ea quæ faciunt ad conseruationem vitæ, & virtutes fructuum, lapidum, herbarum &c. quam scientiam tradidit posteris, & durauit in eis vsq; ad diluuium. Quinta fuit diuina dispositio quę ita ordinauit, vt per longam hominum vitam cito multiplicaretur genus humanum. Post diluuium vero hic circulus est valde diminutus, quia pauci inueniuntur qui viuant, centum annis, vnde ait Dauid. Psalm.88. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis. Si autem in potentatibus octuaginta anni, & amplius eorum labor & dolor. Et ideo longissimum vitæ hominis tempus dicitur centum annorum l.vt inter diuinum.C.de sacrosan.ec. & l. an vsus fructus.ff. de vsufruct. Ideo dicitur Eccle.18.Numerus dierum hominum

vt multum centū anni, quasi guttæ aquę maris deputati sunt in die æui.

Ad mortē nos præparare debemus, cū ipsam euidere nullo modo possimus.

CVM igitur isti qui tam diu viuebāt mortui sint. Cur nos qui tam parum viuimus ad mortem non præparamus nos? Cur nos morituros non credimus? Debemus ergo vt Hiero. inquit ad Helio. Et nos præmeditari quod aliquando futuri sumus, & quod velimus nolimus longius abesse nō potest, scilicet exterminiū mortis a quo nullus exemptus est. Nam vt in vita sancti Iosaphat legitur, dixit ei sanctus Barlaam, quòd vita nostra est quasi quædam arbor cuius radices duo mures vnus albus, & alter niger, idest dies, & nox semper corrodunt. Et ideo in breui finitur. Et quia est tam breuis vita humana, ideo consuetudo erat antiquis vt dicit Ioannes eleemosynarius quòd in die eadem qua imperator coronabatur, fragmenta marmorum diuersorum sibi ab artificibus portabantur qui dicebant. De quo marmore iubet imperator sibi fieri sepulchrum? Et eadem die qua imponebatur sibi corona, etiam præparabatur ei sepultura. Nemo est enim qui possit mortem euadere. Hoc autem patet discurrendo omnes status hominum. Vnde secundi Regū. 14. dicitur. Omnes morimur, & sicut aqua dilabimur super terram. Et psalmista ait. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? quasi dicat nullus. Primo enim moriuntur potētes ditione, quia vt dicitur. Eccle. 10. Omnis potentatus vita breuis & infra. Hodie rex est, & cras moritur. Vnde legitur in historijs Romanorum ꝙ Octauiano totius mūdi imperatori facta fuit statua habens in fronte scriptum. Cæsar, quod nomē deriuatur a cędo cædis. Sed statim fulgur percutiens statuam delevit. C. ab illo nomine, & dimisit scriptum esar quod deriuatur ab æde ædis, ad denotandum quòd cito erat a vermibus deuorandus post mortem quę in breui erat ventura. Non ergo parcit mors dominis, vel principibus, non regibus, aut imperatoribus, non Episcopis, aut summis pontificibus, vel alijs personis quacūq; dignitate, vel potētia refulgeāt. Necesse est enim in vno quoq; verificari illud Senecæ ad Lucillum dicentis. Eo ibis quo omnes eunt, quid tibi noui est? Ad hanc legem natus es, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te. O igitur magnate, noli de tua potentia extolli quæ te a morte defendere non valet. Sed recogita sæpe illud quod Bernardus in quodam sermone ait. Cur caro lætatur quæ vermibus esca paratur? Vile cadauer eris igitur super hoc mediteris. Vile cadauer eris videas quid nunc opereris. Vera est ergo sententia quam quidam versificator ponit di.

Est commune mori mors nulli parcit honori.

Est necesse mori iuueni, simulat q; minori.

Mors dominum seruo, mors sceptra ligonibus æquat.

Pauperis, & regis communis lex moriendi.

Vnde legitur de Diogene Philosopho ꝙ quadam vice stans in carnali pleno ossibus mortuorum, vertebat ossa hinc inde. Et interrogatus ab Alexandro magno q̄d faceret respondit non possum inuenire quod volo. Putabam enim inuenire differentiam inter ossa, & cadauera diuitū, & nobilium, nec non, & pauperum. Sed non reperio, quia sunt omnes vnius formæ & mors eos omnes æquauit. Secundo moriuntur sapientes. Eccle. 2. Moritur doctus similiter & indoctus. Et vnus stulti, & sapientis erit occasus, & interitus. Non enim ad euitandam mortem proderit sapientibus allegare codices legum, aut canonum. Non rationes naturales, aut philosophica, vel sophistica argumenta. Ideo Dauid. Psal. 58. inquit. Non videbit interitum cum viderit sapientes morientes. Simul insipiens, & stultus peribunt. Tanto autem quis magis cruciatur de morte, quanto magis studet vitam prolongare. Iuxta illud Senecæ ad Lucillum epistola. 3. dicentis. Nulli potest secura vita contingere qui de producenda illa nimis cogitat. Et idem in libro de clementia, ait. Crudelius est quā mori semper mortem timere.

Fortes et robusti moriūtur.

TErtio moriuntur fortes, & robusti. Iob. 21. Moritur robustus, & sanus. Non enim gigantes, vt Athlas, & Hercules,

lès, Antheus, Carolus magnus, & alij pro ceres potuerunt se a morte tueri. Ideo de ipsis prophetauit. Iob vbi supra di. Simul in puluere dormiêt, & vermes ope rient eos. Et de viro forti ibidem.ait. Ipse ad sepulturam ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.

Fortes et robusti moriũtur, diuites mor.untur.

QVarto moriũtur diuites. Iob.21. Moritur diues & fœlix. Non enim pos sunt locupletes suis nummis se a morte redimere, vel aliquos denarios secũ portare. Ideo Dauid. Psa 49. dicit. Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniã cũ interierit non sumet oĩa, neq; descendet cũ eo gloria eius. Et iterum ait. Relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorũ domus illorũ in æternũ. O malum testamentum diuitũ qui relinquunt animã diabolo, corpus vermibus, & diuitias mundo. Et ideo in persona diuitis dicebat Iob.c.16. sui libri. Ego ille quondam opulentus repente contritus sum. Tenuit ceruicem meã, & confregit me.s. mors, & diabolus. Eapropter Ambro. in exameron inquit. Nudi eẽs nascimur, nudi morimur. Nulla est discretio inter cadauera mortua, nisi forte q grauius fetêt diuitũ corpora distenta luxuria. Salomon quoq;. Eccle.5. ait. Sicut eggressus est nudus de vtero matris suæ sic reuertetur & nihil afferet secũ de labore suo. Aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Et Eccle.11.dr Relinquet oĩa alijs. Nullum ergo diuitiæ poterunt a morte eripere, iuxta illud Horatij in epistoli. Non domus, aut fundus, non æris aceruus, & auri. Egroto dñi deduxit corpore febres.

Homo bonus, & sanctus moritur corporali morte.

QVinto moritur corporali morte homo bonus, & sanctus. Mors.n.neminem reueretur, licet mors sanctorum sit illis salutifera, iuxta illud. Apoc. 14. Beati mortui qui in dño moriunẽ, quia requiescẽt a laboribus suis &c. Et Isa. 14. Dabit tibi dñs in illa die requiem a labore tuo, quem patiebaris, & a concussione tua, & a seruitute tua qua ante seruiuisti. Requiescunt enim a labore quem patiebantur in hoc mundo.2 ad Cor.11. In laboribus plurimis &c. A cõcussione quã patiebantur a diabolo. Lucæ.22. Ecce Sathan expetiuit vos vt cribraret sicut triticum, & a seruitute quã patiebanẽ a corpore suo. Romanos.8. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, &c. Et ideo sancti viri desiderant exire de hoc mundo. Quod ondit Cyprianus ad Fortunatũ triplici exemplo. Primo sicut nauta desiderat exire de naufragio. Modo.n. conturbanẽ fluctibus concupiscentiarũ, & ventis diabolicarũ tentationũ. Matt.8. Ecce motus magnus factus est in mari, quo ad ventos tentationũ ita vt nauicula operiretur fluctibus, quo ad fluctus cõcupiscentiarum. Sed postea Deus in alia vita sedat ventos, & fluctus oẽs ei tranquillat, vnde ibidem subditur q surgens Iesus imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Secundũ exemplum est de peregrino qui desiderat exire de exilio, sancti nanq; modo sunt peregrini.2. ad Cor. 5. Quamdiu sumus in hoc corpore peregrinamur a domino. Et ideo desiderant exire de ista peregrinatione, tũ quia habent viam nimis longã. Vnde propheta ait. Psal. 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Vnde dicit glosa, q licet sit vita breuis, tñ cœlestia amantibus videtur nimis longa, tum quia habent domũ tenebrosam. Et ideo subdit. Habitaui cum habitantibus cedar qui interpretatur tenebra. Iob.37. Nos quippe inuoluimur tenebris. Tũ qa habent viam nimis asperam. Modica eñ via si est nimis aspera videtur esse nimis longa. Et ideo subdit. Multũ incola fuit anima mea. Tum quia habent hospitiũ instabile, vnde secundũ vnã translationẽ dicit. Habitaui in tabernaculo cedar. Vbi dicit glosa, q tabernaculũ dicitur a taberna, sicut etiam dicit Vguitio, eo q nõ sit domus stabilis, sed ad ipsius durans sicut sit innundinis. Sancti aũt viri dicũt cum Apostolo ad Hebræ.13. Nõ habemus hic permanenteẽ ciuitatẽ, sed futurã inquirimus. Tũ quia habẽt societatẽ peruersam. Quod notatur cum subditur. Cum his qui oderunt pacem erã pacificus. Habent enim tres malos socios.s. mundum, carnem, & diabolum. Mundus eos conturbat per oppressionem. Ioannis. 16. In mundo pressuram habebitis. Caro per impugnationem ad Gal 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Et diabolus immittendo discensionem. Matth.

13. Ve-

13. Venit inimicus, & superseminauit zizania. Tertium exemplum est sicut desiderat habitator exire de hospitio ruinoso, de quo psalmista ait. Tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ: & Apostolus ad Hebræ. 8. Quod antiquatur & senescit propter interitum est, ex quibus verbis habetur quòd habitaculum corporis nostri est habitaculum inclinatũ, depulsum & antequatum. Quia est de terra creatum. Ideo est versus, Terram inclinatum tanquam cito in terram casurum. Et quia vt diximus est ex quatuor elementis contrarijs compositum, & nullo temperamento beatitudinis colligatũ, Ideo est tanquam maceria depulsum. Quia vero est antiquatum ex eo quòd ab Adam vsq; ad nos propagatum est, ideo est morti vicinum. Quartum exemplum addere possumus sicut incarceratus de carcere exire desiderat. Et ideo psalmista ait Deo. Educ de custodia animam meam, &c. Primo enim sancti desiderant exire de carcere corporis per mortem vt assequantur mentis iocunditatem æternã, quæ erat in continua laudatione Dei, & iubilatione. Isa. 51. Gaudium & lætitia inuenitur in ea, gratiarũ actio, & vox laudis, & ideo subdit. Ad confitendum nomini tuo. Secundo vt assequantur propinquorum, & amicorum societatem. Gen. 25. Mortuus est Abrahã in senectute bona, & appositus est ad populum suum. Et ideo subdit. Me expectant iustum vt assequamur hæreditatẽ fęlicitatis æternæ quam eis Deus retribuet pro remuneratione. Vnde subdit donec retribuas mihi. Et ideo psalmista etiam inquit Deo. Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi, scilicet post hanc vitam: propter prædicta autem exclamabat Paulus ad Roma. 7. di. Infęlix ego. Qui me liberabit de corpore mortis huius? Et ad Philip. 1. dicebat. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Ad prædicta etiam adduci potest illud quod legitur de sancto Iacobo interciso, qui desiderabat mori pro Christo. Vnde cum ei Persarum rex diceret vt sacrificaret idolis he graui morte periret, ipse respondit. Hæc non est mors, sed potius somnus est di[...]dus, cum post modicum resurrectio tribuatur. Cui cum diceret tyrannus. Quomodo mors est somnus, cum etiam magni principes timeant eam? Ille respondit. Nos christiani mortem non timemus, quia de morte ad vitam transire speramus. Congrue ergo mors somno comparatur. Vnde de Lazaro mortuo dixit dominus. Ioannis. 11. Lazarus amicus noster dormit. Apostolus quoq; 1. ad Thesa. 4. Appellat mortuos dormientes. Quod etiam facit ecclesia in capitulo. habenr, & in c. qui diuina. 13. q. 2. Quare autem mortui dicantur dormientes dixi supra sermo. 1. parte prima. E. Et prædicta confirmantur per prophetam. Psal. 126. f. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini, filij merces fructus ventris. Inquit quoq; Dauid, Psal. 105. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Et Cato canit. Fęlices obeunt quorum sine crimine vita est. Et Matthæus poeta in historia Tobiæ. Iustus obit, nec obit, sed abit ab hospite migrans. Namq; petit patriam delicias q; patris. Et Sap. 4. dicitur. Iustus si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit. Et ibidem de bono in iuuenture moriente subditur. Placẽs Deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Consumatus in breui compleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius. Propter hoc properauit illum educere de medio iniquitatum, hæc ibi. Aug. vero in libro de doctrina christiana inquit. Vocantur ante tempus boni ne diutius vexentur a noxijs. Et Seneca in lib. trage. ait. Mors sola portus erumnis dabit. Et Isido. 1. lib. solilo. c. 1. dicit. Mors calamitati terminum præbet. Omnem enim calamitatem adimit. Et ideo ait Boetius in primo de conso. Mors hominum fęlix, scilicet sanctorum. Et Bernardus in quodam sermone dicit. Mors est finis miseriæ, victoria pugnæ, ianua vitæ, adeptio coronæ, beatitudinis plenus ingressus. Initiũ refrigerij, paradisi scala qua ascenditur in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad montem Dei. Sed quacunq; ex causa transeant ex hac vita, certum est quòd omnes moriuntur. Si enim patriarchæ, & prophetæ, ac Apostoli, & doctores,

doctores, cæteriq; sancti innumerabiles. Imo & ipse dominus noster Iesus Christus Dei filius cum matre sua mortui sunt. Quare o peccator stulte, o demens, o fatue, non cogitas te esse moriturum? Scias pro certo quòd non multo tempore viues. Vera est enim sententia quam Matthæus poeta sui libri. c. 40. ponit di. Est hac valle grauis cursus, via lubrica, iugis anxietas, tempus mobile, vita breuis. Et Seneca ad Lucillum scribit. Fluunt dies, & irreparabilis vita decurrit.

Formosi, & pulchri moriuntur. Sexto moriuntur formosi & pulchri. Nõ enim mors parcit decori, nec formositati virorum, aut mulierum, sed sicut sol arefacit rosam in campo, sic infirmitas arefacit pulchritudinem. Vnde Dauid. Psal. 128. ait. Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquã euellatur exaruit. Et sicut pluuia postea illud marcescere facit. Sic mors corpora iam infirmitate arefacta facit marcescere. Ita quòd de tanta virorum, ac mulierum pulchritudine nihil remanet, nisi illud quod ait Vgo in lib. de arra sponsæ di. Ad illos festino q morte corporis hinc exeũt. Et cum eorum corpora respicio, non inuenio in eis nisi cinerem, & vermes, fœtorem, & horrorem. Quod ego sum, illi fuerunt, & quod ipsi sunt, ego ero, hæc ille. Et verificabitur ille versus quem recitat glosa in c. fucare, de conse. di. 5. Si vitium frontis alienus fucus adauret. Gloria fõtis obit, cum color hospes abit. O igitur domina frontosa, o impudica mulier, o lasciua fœmina, scias quòd illa facies tua tam splendida, tam decora, tamq; ornata, ac polita, tamq; amabilis, ac grata luxuriosis, efficietur terra fœtida. Illi oculi falconis tam vagi, cito debent a vermibus corrodi. Illud caput tanto studio pectinatum, & gemmis, ac margarithis, & fucis ornatum, cito sine crinibus, oculis, auribus, naribus, dentibus, ac labijs, deforme remanebit. Lingua illa cantilenis dedita palato adherebit, & simul cum ore illo venusto marcescet. Brachia illa amplexibus præparata, sic formosa & pulchra simul cum delicatis manibus interibunt. Tibiæ illæ formosæ velut columnę marmoreæ erectæ deficient. Pectus tanta diligentia & arte ornatum, ac inflatum, & venter tam bene, ac delicate cibatus a vermibus deuorabitur. Omnisq; illa tua pulchritudo in puluerem, ac putredinem redigetur. Vt enim ait Horatius in odis lib. 4. c. 56. Puluis & vmbra sumus.

Nobiles mo Septimo moriuntur nobiles. Vt enim scriptum est Isa 4. Omnis caro fęnũ, & omnis gloria eius quasi flos fęni. Exiccatum est fęnum, & cecidit flos eius. Et iterum ibidem. Vere fęnum est populus. Et Iacobi. 1. dr. Exortus est sol cum ardore, & arefecit fęnum, & cecidit flos eius, & decor vultus eius deperijt. Et psalmista ait. Mane sicut herba transeat, & floreat, vespere decidat, induret, & arescat. Nemo enim adeo est floridus qui per senectutem, infirmitatem, ac mortem nõ deflorescat, & arescat. Omnes ergo quantumcunq; nobiles quomodocunq; nobilitatis, veluti fęnum in morte marcescẽt. Scriptum est enim. Eccle 40. Omnia quę de terra sunt, in terram conuertentur. Quæ cum ita sint, magna est dementia nostra quòd stamus ociosi, & voluptatibus vacamus, tanquam si immortales essemus, nec ad mortem pręparamur. Ideo Hier. ad Helio. inquit. Xerses ille rex potentissimus qui subuertit montes, & Maria constrauit, cum de sublimi loco infinita hominum multitudinem, & mirabilem vidisset exercitum, fleuisse dicitur, quòd post centum annos nullus eorum quos tunc cernebat superfuturus esset. O si possemus in talem conscendere speculum, de qua vniuersam terram sub nostris pedibus cerneremus, iam tibi ostenderem totius mundi ruinas, gentes gentibus, & regnis regna collisa. Alios torqueri, alios necari, alios absorbi fluctibus, alios ad seruitutem trahi. Hic nuptias, ibi lamenta. Illos nasci, istos mori. Alios affluere diuitijs, alios mendicare. Et nõ tãtum Xersis exercitum, sed totius mundi homines, qui nunc viuunt in breui spatio defunctures. Vincitur sermo rei magnitudine & minus est omne quod dicimus. Redeamus ergo ad nos, & quasi e cęlo descendentes paulisper nostra videamus. Sentis ne obsecro te quãdo infans, quando iuuenis, quando robustæ ætatis, quando senex factus sis? Quotidie mo-

rimur, quotidie commutamur, & tamen æternos esse nos credimus, hæc ille. De incertitudine autem mortis. s. de eius tẽpore loco, & modo, dixi in prima parte principali huius operis. sermone. 7. parte. 6. De acceleratione autem mortis, & finitione huius miserabilis vitæ, dixi aliquid ibidem, sed diffuse supra, sermone 27 parte. 2. Et ideo hic pertranseo. Solũ autem ad mentem tibi popule mi reducere volo illud. Eccle. 40. Memor esto, q̃m mors non tardabit. Quæ verba multum sunt ponderanda, & quotidie ad mentem reuocanda. O igitur amatores huius mundi, scitote quoniam mors non tardabit, vt non inueniat vos dormientes. O iuuenes, o adolescentuli, o senes præparate vos, quia mors non tardabit quæ omnia solatia vestra terminabit. Sicut tñ poma immatura in arboribus abscinduntur, & vi euelluntur. Matura vera, & decocta per se decidunt, sic vis, & infirmitas adolescentibus vitam aufert. Senibus vero maturitas tẽporis, ac senectus. Vnde Tul. in lib. de senec. ait. Mors contingit adolescẽtibus natura aduersante, & ideo est grauis. Senibus vero venit tãquã sponte, nulla vi adhibita, & ideo est leuior. In eodẽ quoq; lib. idẽ Tullius inquit. Frustra sperat adolescens se diu victurũ. Quid aũt stultus, q̃ incerta ꝑ certis habere? q̃m etiã illa ætas multo plures casus q̃ senectus habet. Facilius enim adolescentes in morbos incidunt, & grauius egrotant, tristiusq; curanẽ, hæc ille. Et Sene. ad Lucil. ait. Iuuenes mortẽ habent a tergo, senes aũt ante. Sed vt idem philosophus in alia epistola ad eundem scribit. Molestũ est iniquis mortem ante oculos habere, quæ tñ tam seni q̃ iuueni debet esse ante oculos. Vt. n. idem inquit in alia epistola. Corpora nostra rapiunẽ fluminum more. Nam quicquid vides, cum tempore currit, & nihil ex his quæ videmus manet, hæc ille. Et Aug. 13. de ciui. Dei. dicit. Nemo est qui non sit morti propinquior post annũ q̃ ante annum fuit, & cras, q̃ hodie, & hodie, q̃ heri, & paulopost q̃ nunc, & nunc q̃ pauloante. Quoniam quicquid temporis viuitur, de spatio viuẽdi dimittitur, & quotidie fit minus. Ita vt omnino nihil aliud sit tempus vitæ huius quam quidam cursus ad mortem. Et Horatius epistolarum, lib. 2. epistola. 3. ait. Singula de nobis anni prę dantur euntes, & Quintilianus, lib. declamationũ, declamatione. 2. inquit. Omnis nos hora per tacitos, flantesq; cursus applicat fato, & hic hac ꝑpetuitatis turpissima cogitatione perstricti, per exigua sed inanis eui momenta præmorimur.

PARS QVARTA huius sermonis de mortis terribilitate.

Quia supra in prima parte huius operis, sermone. 8. Tractaui de multis anxietatibus quas homo, maxime peccator tempore mortis patitur, & etiam de mortis doloribus. Ideo hic breuius me expediam, & solum quinq; mortis ferocitates, ac terribilitates declarabo. Prima dicit̃ ablationis. Aufert enim homini statum merendi, & pœnitẽdi, ita ꝙ si vel in vno peccato mortali infectum aliquem occiderit, nunquã amplius spem de salute sua habere poterit. Nã illum ad æternam desperationẽ & infinitam cruciationem, perpetuamq; mortemq; cõducit. Ideo Dauid. Psal. 33. ait. Mors peccatorum pessima. Et Sap. 3. dr̃. Vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. Et hoc patuit in Virgilio Mantuano poeta, qui circa finem vitæ suæ quatuor versus fecisse dicitur, in quibus ostendit se cõpilando tres libros. s. Eneydos in quo tradit artem militiæ, & pugnæ, & bucolicorum in quo tradit artem pastoralis curę, & georgicorum in quo tradit artem agri culturæ, multũ laborasse. Sed tñ nec de capris tam bene pastis portauit lac, nec de agris tam bene satis portauit segetes, nec de hostibus superatis, & victis portauit spolia. Vñ ait. Pastor, arator, eques, paui colui, supaui. Capras, rura, hostes, quæq; labore graui. De capris pastis, de rure sato, deq; hoste subacto. Nec lac, nec segetes, nec spolia vlla tuli. In quibus verbis methaphorice loquendo ostẽdit Virgilius ꝙ nullus in morte de suis delitijs portare pôt lac alicuius dulcedinis, nec de suis diuitijs segetes alicuius refectionis, nec de suis triumphis titulũ alicuius honoris. Ad prædicta etiã adduci potest

De prima mortis ferocitate.

pèt quod de Aristotile legit. s. q laborãs in extremis rogatus fuit vt aliquod ędificatorium dictũ suis discipulis relinqueret. Qui ait. Humiliatus in hunc mundũ intraui, anxius vixi, cõturbatus egredior, & inscius, ac ignarus. In quibus verbis ostẽdit statũ suũ fuisse miserabilẽ quãtũ ad ingressum, cũ dixit. Humiliatus in hunc mundũ intraui. Vere humiliatus, quia cũ culpa, & fletu, pauper, ac nudus. Fuit etiã miserabilis quãtũ ad progressũ, quia anxius vixit. Homo.n. ad laborem nascit. Iob. 5. Vel secundũ illud Hiere 9. Vt inique agerent laborauerunt. Vel quia eius labores non fuerunt meritorij, quia eos nõ tollerauerat ꝓpter Deũ, sed propter fauorẽ mundanũ. Item quantum ad egressum fuit miserabilis, quia conturbatus egrediebatur, vel quia mundana, quæ dilexerat relinquebat, vel quia dæmones ad se portandum ad æternã damnationem præparatos videbat. Fuit etiã miserabilis post egressum, quia inscius erat, & ignarus. Vñ postea apparens cuidam suo socio dixit, q totam scientiam suã ꝑdiderat, & nihil aliud nouerat nisi pœnas suas, & q omne tẽpus suũ vane cõsumpserat. O qualis dolor, o qualis tremor, o quanta anxietas animæ peccatricis quæ in hora mortis videt se tantum tẽpus frustra ꝑdidisse, in cuius morula regnum celeste potuit adipisci, Et sic se fructu oĩum bonorũ operũ priuari. Tales.n. moriẽtes vt ait Chrisostomus in quodã sermone, singuli oculis miserabilibus, & vultu lugubri obsecrantes, & præcantes dicunt Angelis. Misereamini mei amatores generis humani. Non me sine fructu & immũdum ad iudicem deportetis. Nõ me peccatorem a corpore segregetis. Rogo vos, & deprecor, dimittite me modicum tempus pœnitere, suspirare, eleemosynas facere, & cõfiteri. Præcamini Deũ pro me, intercedite, quia male vitã meã expendi. Ista vero audientes Angeli dicũt. O aĩa misera, o aĩa vilis, omnes dies tuos in vanitate, & peccato cõsumpsisti, & modo vis penitere? Sol tuus occubuit. Finis tuus aduenit. Deus iussit. Miserabilis anima eggredere, & separare a corpore, & cruciare in æternum secũdum acta tua. Non est tibi de cętero spes salutis, sed perpetua dãnatio, hęc ille. Vndę tales bene possent dicere. Sap 5. Nos nati continuo desinimus esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, sed in malignitate nostra consumpti sumus.

De 2. mortis ferocitate.

SEcunda ferocitas mortis ẽ priuationis. Primo enim priuat hoĩem honoribus, & dignitatibus, ac gloria huius seculi. Et ideo de superbis, ac vanis hoĩbus dr Sap. 4. Erunt post hæc decedentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum, qm̃ disrumpet illos inflatos sine voce, & commouebit eos a fundamentis, & vsq; ad summum desolabitur, & erũt gementes, & memoria eorum peribit. O qualis afflictio, o quanta tristitia, o qualis dolor erit tunc superbo morienti qui in iactantia, & vanagloria mundi posuerat finem suum, cum se videbit priuari omni dignitate, ac gloria mundana. Profecto dicere poterit. Iob. 19. In calle meo tenebras posuit. Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Destruxit me vndiq; & pereo, & quasi auulsæ arboris abstulit speciem meam. Secundo priuat hoĩem diuitijs, & omnibus temporalibus bonis, & ponit eum in extrema paupertate, ac pęnuria omnium rerum. Iob. 27. Diues cũ dormierit nihil secum afferet, sed appræhendet eum quasi aqua inopia. Nocte opprimet eum tempestas. De hoc loquẽs Bernardus in quodam sermone ait. Angustum nos foramen mortis expectat, nihil nobis asportare licebit. Ideo Sapientiæ quinto. Dicunt auari, & superbi morientes. Quid profuit nobis superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt hæc omnia tanquã vmbra. Angeli autem dicunt auaro morienti. Hieremiæ. 2. Vbi sunt dij tui, idest denarij quos quasi deos colebas, quos fecisti tibi. Surgant & liberent te in die afflictionis. Tertio priuat hominem voluptatibus carnis, scilicet luxuriandi, bibendi, comedendi, tripudiandi, cantandi, ludendi, & huiusmodi alijs omnibus. Cruciat.n. illũ afflictio maxima, & inextimabilis mœsticia, maxime cũ in iuuentutis flore superueniẽte morte voluptates quas rãtopere amabat relinquere cogit. Et ideo de hominibus vanis ait. Vgo in lib.

lib. de anima. Quid profuit illis inanis gloria, breuis lætitia, mundi pompa, carnis voluptas, falsæ diuitiç, magna familia, & mala concupiscentia? Vbi risus? vbi iocus? vbi iactantia? vbi arrogantia? De tanta lætitia, quãta tristitia; post tantam voluptatem tam grauis miseria. De illa exaltatione ceciderunt in grandem ruinam, & in magna tormenta, hæc ille. De ipsis quoq; inquit psalmista. Quomodo facti sunt in desolationem subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.

Mors priuat hoīem filijs, vxore &c.

QVare o priuat mors hominem filijs vxore, consanguineis & amicis, in quibus spem, & fiduciam suam posuerat. Et ideo dicitur Hiere. 17. Maledictus homo qui confidit in homine, & posuit carnem gladium suum, quia. s. eo priuabitur in morte. Eapropter Hie. in quodã sermone ait. Suauitas, & pulchritudo cũ infirmaberis te relinquent, diuitiæ cum morieris, amici cum sepelieris, & sic memoria tua post triduum delebitur, hæc ille.

De 3. mortis ferocitate.

TErtia mortis terribilitas dr̃ destructionis, destruit enim oĩa bona corporalia, quorum principalia sunt tria. s. pulchritudo, fortitudo, & sanitas. Primo enim destruit pulchritudinem. Nam color venustus aufugit, facies palescit, nigrescunt labia, nasus inflatur, cõtabescũt oculi, & tota caro ad corruptionem vertitur. Oĩs formositas, & pulchritudo abscedit, & cuncta membra erant formosa, ex macie, & attenuatione deformant, ita q; de morientibus potest dici illud Treno. 4. Quomodo obscoratum est aurũ mutatus color optimus? denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. s. quando post mortem p eas deportantur ad sepulturam. Sequit ibidem. Adhæsit cutis ossibus eorum, & aruit, & facta est quasi lignum. Secundo destruit mors fortitudinem. Imminente enim illa pedes, nec ambulare, nec corpus portare possunt, tibiæ tremunt, brachia decidunt, caput inclinatur, pectus anhelat, & corpus omnibus viribus destituitur, & animus lãguescit, oculi caligãt, & non vident lumen, aures surdescunt, & audire non possunt, nares replentur putredine, gustus peruertitur, tactus nõ sentit, & lingua palato adhæret, labia non possunt se mouere. O superba hominum fortitudo, cogita ad qualem miseriam deuenies. Certe verificabitur in te illud psalmistæ, humiliata est in puluere virtus mea, cõglutinatũ ẽst in terra venter noster, & illud. Iob. 21. Videbunt oculi eius imperfectionem suam. Tunc etiam adimplebitur illud. Daniel. 7. Ecce quatuor venti pugnabant in mari magno, & quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari inter se diuersæ. Isti eñ venti sunt quatuor humores corporis. s. sanguineus, colericus, melãconicus, & flegmaticus, tempore mortis inter se pugnantes ad destruendum corpus. Quatuor autem bestiæ sunt quatuor affectiones. s. dolor, amor, timor, & spes, quæ ascendunt de mari, idest de corde amaricato morientis. Cruciat enim illum dolor infirmitatis, amor temporalium, timor mortis, & inferni, ac spes recuperandæ sanitatis quam desiderat, sed habere non potest.

Mors destruit etiã sanitatem.

Tertio destruit sanitatem. Dolent enim in morte omnia corporis membra, dolet caput, pectus, brachia, dentes, latera, stomacus, venter, tibiæ, pedes, viscera concutiuntur interiora. Sitiret infirmus, modo æstuat calore, & sudorẽ mortis emittit, statimq; frigescit, ingemiscit, vlulat lamentatur. Prope stat vxor, & filij, ac filiæ, & consanguinei, maxime si diues fuerit. Flent & tristantur, ac se dolere demonstrant. Adsunt medici, tangunt brachia, respiciunt vrinam, præparant sirupos, medicinas, confectiones, electuaria, pictimas, aquam rosatam, vinum pro manibus, & pedibus refrigerandis. Fiunt fricationes, & cum his omnibus non conualescit infirmus, sed excrescit dolor, reuoluitur per lectum, & non inuenit requiem. Vnde dicere possunt astantes illud psalmistæ. Dominus opem ferat illi, super lectũ doloris eius vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

De 4. mortis ferocitate.

QVarta mortis terribilitas dicitur extirpationis. Extirpat enim violenter animam a corpore eruens cũ ea omnes potentias, vt inquit Aug. in lib de spiritu

ritu & anima. c. 17. Et ideo non est nec imaginari potest maior dolor in seculo, q separatio animæ a corpore, quæ fit p mortẽ. Et ideo Ari. 3. Ethi. appellat mortem vltimum terribiliũ, quæ reddit corpus exanime, & cadauer facit. Ad prædicta est tex. in. l. vltimum. ff. de pęnis. O mors crudelis, o mors dira, o mors amara, o mors terribilis, tu es illa quæ omnes mundi cruciatus superas, ita vt dicere possit moriens. Dolores inferni circundederunt me. Psal. 17. Ideo dicit Quintilianus. 5. lib. declama. O q̃ graue est mori. Vnde moriente homine verificatur illud Matth. 12. In illo tempore commota est vniuersa ciuitas. Tempore enim mortis commouetur totus homo qui est admodum ciuitatis. Imo vocatur a Philo. 8. Phisic. microcosmus, idest minor mundus. Clamat ergo moriens & dicit Psal. 14. Circundederũt me dolores mortis, & iterum. Tribulationẽ, & dolorẽ inueni. De hac anxietate loquens Chriso. in quodam sermone ait. Magnus timor tunc fratres mei. Magnus tremor quando se videt anima separari a corpore. Magnæ hora angustiæ quando vox detinet, qñ lingua verbum nudum excutere non valet. Reuoluit oculos dicit inde frequẽter, & assistentes amicos, ac parentes, & fratres non cognoscit. Aliquid eis loqui non potest, filios lachrymantes audit, & istum dolorem habens recedit, hæc ille. Legitur etiam ad confirmationem prædictorum q sanctus Lazarus, postq̃ a mortuis fuit resuscitatus nunq̃ risit toto tempore vitæ suæ, & interrogatus de causa respondit. Quia semel bibi calicem amaræ mortis, & iterum eũ bibere oportet. Item quia sum in valle lachrymarum, & miseriæ, & ideo non habeo causam ridendi.

De 5. mortis ferocitate.

QVinta mortis terribilitas dicitur timorationis. Cũ enim prædicta aduenirent signa, nunc timor moriendi insurgit, mentem occupat, cor ligat, intellectum hebetat, memoriam salutis suæ alienat, & totus tribulationibus, ac pauoribus plenus peccato remanet. Vnde dicere potest illud psalmistæ. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrę. Et iterum. Formido mortis cecidit super me. Et iste timor est causa accelerationis mortis. Iuxta illud Martialis. c. 3. Mortis Paule timor tibi vitæ gaudia tollit. Nam moreris viuens dum moriendo peris. Et ideo dico vobis qui estis sani. Lucani in 4. Consulite extremis angusto in tempore rebus, ne scilicet postea impediti timore mortis, nõ valeatis vobis prouidere, & consulere in grauitate infirmitatis. Dicit autem moriens intra se illud quod ponit Chriso. in quodã sermone, scilicet. Heu mihi quia iter perago extraneum, quod nunq̃ ambulaui. In regionem longinquam quã nunq̃ vidi, & in seculum alterum animarũ vnde nullus reuersus est, & in mansiones metuendas ad quas nullus me comitatur, & ante iudicem terribilem, vbi nescio quid mihi contingat. Ecce quæro adiutorem, & non est qui eripiat, vel qui mihi compatiatur, & de gentibus non est vir mecum, hæc ille. Vnde refert sanctus Bernardinus in quodam sermone, q quidam magnus dominus in transitu suo inquit. Heu mihi, quia cum habeam tot castra, & domos, ac palacia, nescio quo hac nocte ire debeam, aut quis hospitari debeat. Timet præterea moriens, & horrore concutitur, quia horribiles dæmonum figuras videt: de quibus sanctus Cirillus ad Augustinum scribit, q quidam a beato Hieronymo resuscitatus dicebat. Adueniente mortis meæ hora tanta in loco illo in quo migraturus iacebam nephandorum spirituum aderat multitudo, q præ multitudine dinumerari non poterat. Quorum species talis erat, q nihil pœnosius, nihil horribilius excogitari potest. Potius enim quilibet homo in flãmis ardentibus arsurum se poneret, q̃ eorum visione ictu oculi potiri. In cronicis quoq; ordinis minorum legitur qui beatus frater Egidius interrogauit sanctum Franciscum di. Pater est ne aliquid tam horribile, & terribile quod homo donec diceretur pater noster non posset sustinere? Cui respondit beatus Frãciscus. Diabolum nullus posset sustinere respiciendo donec diceretur medium pater noster, quin statim moreretur nisi diuino præsidio iuuaretur. Quantus ergo erit tremor peccatoris morientis, qui innumerabiles videbit dæmones ad capiendam

EODEM DIE POST PRANDIVM

DE EXCOMMVNICATIONIBVS.

SERMO TRIGESIMVS SEPTIMVS.

ABsque synagogis facient vos. Ioannis. 15. & in euangelio occurrentis Dominicæ. Inquit Aug. super Ioannem sermone 49. Cum excõmunicat ecclesia, intelligat excõicatus. Et cum recõciliat, in cęlo soluitur. Idem quoq; doctor super eundem euangelistã sermone. 24. dicit. Nihil sic debet formidare christian⁹, q̃ separari a corpore Christi. Si.n. separatur a corpore Christi, nõ est mẽbrũ eius. Etsi nõ est membrũ eius, nõ vegetat spiritu eius. Quisquis aũt inquit Apostolus spiritum Christi nõ habet, hic nõ est ei⁹, hæc ille. Qui etiam in lib. de verbis Apostoli. Et ponit. 11. q. 3. c. omnis christianus, ait. Oĩs christianus dilectissimi qui a sacerdotibus excõicatur sathanæ traditur, quia. s. extra ecclesiã est diabolus, sicut in ecclesia est Christus. Ac per hoc quasi diabolo tradi dr, qui ab ecclesiastica cõione remouet. Vnde illos quos tunc Apostolus sathanæ traditos esse prædicat, excõicatos a se esse demonstrat, hæc ille. Sicut ergo ignis nõ inflãmat ligna a se elongata, nec spiritus humanus viuificat membra a suo corpore separata. Sic nec Spiritus sanctus inflammat, vel viuificat excõicatos, a corpore ecclesiæ separatos. Et quia eis gratia, & protectio Dei subtrahit, & sibi ipsis relinquuntur. Ideo in peccati præcipitiũ ruunt, a quo resurgere nõ valent cũ sint soli. Eccle. 4. Veh soli, qa si ceciderit, nõ habet subleuantem, Itẽ sicut ramus aridus, & putridus in viridi arbore, & fructuosa, nõ est susceptibilis humoris radicis, q̃uis sit alijs ramis coniunctus in arbore Sic excõicatus licet cõuersetur cũ christianis, ac membris ecclesiæ. Tñ quia caret gr̃a q̃ est vita spiritualis, est mortuus spiritualiter, atq; aridus, & putridus. Vñ nõ est susceptibilis meritorũ, nec aliquorũ bonorũ ecclesiæ. Qua ex re oẽs summopere cauere debent ne in excõicationis sententiã incidentes, extra Dei, ac ecclesiæ catholicæ synagogã eijciantur. De qua excõicatione septẽ cõsiderationes faciemus. Prima dicet diffinitionis, secunda inflictionis, tertia iustificationis, quarta obseruationis, quinta malignationis, sexta participationis, septima vero, & vltima appellabitur absolutionis. *Sermonis intentio, ac diuisio.*

PARS PRIMA huius sermonis de excommunicationis diffinitione.

CIrca primam partẽ sciendũ est q̃ excõicatio a theologis, & canonistis sic diffinit. Excõicatio est a cõmunione ecclesiæ separatio. Quæ diffinitio elicit a magistro senten. in 4. di. 18. & a S. Bonauen. Ricar. & Scoto in eadẽ dist. & habet. 11. q. 3. c. nihil. & c. canonica. & 27. q. 1. c. viduas. vbi dr. Auctoritate apostolica dãnandas, & a cõione fideliũ, atq; liminibus ecclesię esse arcẽdas censemus, vsquequo obediãt suis Ep̃is &c. Et 24. q. 3. c. iã sacerdotes dr. Si incorrigibiles appareant, ab ecclesia separentur. Panormita. *Excõicationis diuinæ diffinitiones.*

mita auten. super rubrica de senten. excō mu. diffinit excōmunicationem sic. Excō municatio est censura a canone, vel a iudice prolata, priuans a communione sacramentorum, & quandoq; hominum, & facit ad hoc. 11. q. 3. c. audi. Ad cuius diffinitionis declarationem est sciendum secundum omnes canonistas, & theologos. Maxime sanctum Bonauenturam, vbi supra parte 2. ar. 1. q. 1. & Ricardum de media villa eadem di. ar. 6. q. 1. & beatum Thomam in eadem di. de excommunicatione ar. 1. q. 1. & Petrum de taren. eadem di circa tertium problema. ar. 1. q. 1. & Alexādrum de Ales in 4. parte summæ, in tractatu de excommunicationibus, q̄ duobus modis pōt quis per excōmunicationem ab ecclesia separari. Et isto modo duplex est excōmunicatio. s. maior, & minor. Per excōmunicationem autē maiorem nō tm̄ quis separat̄ a perceptione sacramentorū, & ab ingressu ecclesiæ ad audiendū diuina officia, sed etiam excludit̄, & separatur a cōmunione fideliū in actibus legitimis. Et ista excommunicatio sic diffinitur. Excommunicatio maior est a qualibet licita cōione, & legitimo actu separatio. Et hanc diffinitionē ponit Gof. Raimon. & Hosti. in summa. In directoria auten. iuris lib. 3. tit. 2. dicitur q̄ excō municatio est a sacramentorū participatione exclusio, & a communione fideliū separatio. Et de hoc habetur. 11. q. 3. c. ad mensam. §. euidenter, & c. sicut Apostoli, & c. nihil. & c. omnis, & 3. q. 4. c. engeltrudam, & de sen. ex. c. a nobis. el. 2. & c. si vero. & c. si quem. Hæc autem excommunicatio appellatur anathema. c. nemo. 11. q. 3. Per excommunicationem vero minorē quis separatur tantūmodo a perceptione sacramentorum. d. §. euidenter. Et sic diffinitur. Excōicatio minor est separatio a cōione ecclesiæ quo ad fructus, & suffragia generalia, vt habetur extra de excep. c. a nobis. & de sen. exco. c. si quē in tex. & in glo. Dr̄ n̄ quilibet existens in peccato mortali esse excōicatus quo ad Deū. c. audi. 11. q. 3. Nam talis eucharistiā, & alia sacramenta recipit in suā damnationem c. si. de coha. cle. & mu.

Duplex est excōmunicatio maior, & minor, & qd sit maior declaratur.

Excōicatio minor quid sit.

Excōicatio minor quo ad ecclesiā quando incurrit.

Excommunicatio aūt minor quo ad ecclesiam incurritur primo per participationem cū excōicato maiori excōicatione, vt loquendo, comedendo, & huius modi. c. cū excōicato. 11. q. 3. Secundo cū quis sacrilegiū cōmittit. 17 q. 4. c. maior, & c. si quis inuentus. Aliq̄n etiā per sacrilegium incurrit maiorē, vt si quis iniuriam irroget in psonā ecclesiasticā de sen. exc. c. nō dubium, vel si incendat vel frangat ecclesiam. c. tua nos. & c. conquesti. extra eodem. Tertio pro notoria fornicatione de coha. cle. & mu. c. vestra. Quarto pro simonia etiam occulta in ordine, vel beneficio. e. tāta. de simo. Hodie tñ est excōicatio maior, & papalis, vt patet per extrauagantes decretales, maxime Martini quinti, vnam quæ incipit multæ, & aliā quæ incipit, dānabile. Et Eugenij quarti qui incipit, cū detestabile. Quinto cū qs recipit ecclesiā de manu laici. 16. q. 7. c. si quis deinceps. Ar. ad idem in c. quisquis de elect. Sexto secundū quosdā cū quis in bello iniusto contra christianos exercet artem balistariorū. c. artem. de sagit. Septimo cū quis est manifestus raptor, vel oppressor pauperum seu publicus vsurarius, vel aliqua est publica meretrix, qui large dicuntur excōicati, eo q̄ eorū oblationes ad altare Dei nō recipiunt̄, vt inquit Ray. in summa. Octauo in illis casibus in quibus negatur ecclesiastica sepultura. Sicut pro torneamento, in quo moriens nō sepelitur in sacro c. 1. de tornea. Et idem de eo qui nō cōfitet̄ semel in anno. c. oīs. de pęni. & re. Nono quilibet notorius peccator. di. 95. c. illud & de conse. di. 2. c. pro dilectione. & 88. di. c. neq; & 13. q. 2. c. pro obeuntibus, & ibi glo. Ab omni tñ excōmunicatione minori pōt absoluere proprius sacerdos: vt dicitur in summa confessorū li. 3. ti. 33. q. 69. Et hi omnes casus ponuntur ibidem.

PARS SECVNDA huius sermonis de excommunicationis inflictione.

PRO declaratione huius partis sciēdū est secūdū oēs canonistas in ea. nu p de se. exc. & theologos in 4. d. 18 q̄ duob⁹ modis principalibus infligit̄ excōmunicatio. s. vel p dispositionē iuris, vel p ordinationem iudicis seu hoīs. Primo ex dispositione iuris cōis, in quo mul-

Excōmunicatio quot modi infligitur.

multa pcipiũtur fieri, vel nõ fieri, sub pœna excõicationis ipso facto incurrendæ. Et hæ excõicationes sunt multæ. Nam Host. in ti de sen. exco. in principio numerat triginta excõicationes quæ habentur in decretis, & decretalibus. Ioannes quoq; Andreæ in capitulo eo, de sen. excom. lib. 6. in glosa numerat trigintaduas quę habentur in eodem libro. Et idem in clementina prima de sen. exco. numerat quinquaginta quæ habentur in clementinis. Quas omnes vide ibi. Sunt quoq; multæ decretales extrauagantes diuersorum summorũ pontificũ, vt Bonificij. 8. Nicolai. 4. Ioannis. 22. & aliorum in quibus diuersæ excommunicationes continentur. Inter quas est illa Martini. 5. quę incipit. Martinus Episcopus, &c. In qua ex parte omnipotentis Dei patris, ac filij, & spiritus sancti, & auctoritate beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, excõmunicantur oẽs hæretici cuiuscunq; sectæ, & quocunq; nomine censeantur, & oẽs fautores, receptores, & defensores eorum. Item imponentes noua pedagia in terris suis, vel prohibita exigentes. Item falsarij bullarum, vel litterarũ Apostolicarum & pirratæ maris. Et ducentes equos, arma ferrunt ligamina, & alia prohibita saracenis, qui christianos impugnant. Item impedientes eos qui deferunt victualia, vel alia ad vsum Romanę curiæ, & spoliantes seu detinentes eos, qui pro causis suis, vel vadunt ad sedem Apostolicam, vel ab ea recedunt, & omnes iniuriantes, vel verberantes Romipetas, vel peregrinos per Hierosalem ex deuotione accedunt, vel ibi morantur, vel inde reuertuntur. Item omnes qui contra ecclesiam Romanam hostiliter insurgunt, aut contra terras eius. Omnes etiã qui se ab obedientia Romani pontificis pertinaciter subtrahunt, vel quolibet recedere præsumunt, & dantes eis auxiliũ, vel fauorem in prædictis. Et alij multi de quibus in processu curiæ habetur qui omni anno in cęna domini per summum pontificem publice excommunicati denuntiantur. Non solum autem incurrũt excommunicationem ipso iure facientes contra prædictas decretales, sed etiam q contrauenerunt similibus constitutionibus factis in concilijs generalibus, quæ astringunt omnes fideles. Si vero sint cõstitutiones, puinciales, seu sinodales alicuius diocesis, vel sint factę ab aliquo legato alicuius prouincię, solum ligant in illa dioceci, vel prouincia & non extra.

Incurritur autem excõicatio a iudice siue ab homine, qñ aliquis excõicatur ab aliquo hab. nte auctoritatem excommunicandi a iure communi, vel priuilegio, aut delegatione, vel consuetudine, vt dicit Petrus de Lignano, in tractatu suo de censura ecclesiastica, & Ricardus in 4. di. 18. Inter quos sunt Epi, vt habetur in c. vltus. in h. 16. q. 2. etiam dicitur q excommunicatio est mucro Episcopi, & ideo sicut Papa in vniuersali ecclesia, ita ipsi in diocesibus suis, in quibus habent ordinariam iurisdictionem possunt excommunicare. c. corripiantur. 24. q. 3. Item excommunicare possunt abbates licet nondum benedicti, dummodo sint cõfirmati extra de simonia. c. sicut tuis. Alij quoq; prælati collegiati, vt priores & huiusmodi possunt singulos de collegio suo excommunicare. c. cum ab ecclesiarum, de officio ordi. vbi de hoc plene tractatur p doc & de maio. & obe. c. cum in ecclesijs, vnde dicit glo. in c. nemo Episcopus. 2. q. 1. & in c. cum in cunctis, de elect. q de iure communi possunt omnes ecclesiarum prælati excommunicare suos subditos, super quibus habent iurisdictionem, vt in prædictis iuribus, & in c. repræhensibilis, de appel. & de eo qui furti. ord. re. c. 1. Et hoc etiam possunt, licet ipsi subsint alteri, puta Episcopo, vt de elec. c. 1. & 93. di. c. legimus. Quæ tamen limitantur esse vera, nisi contraria consuetudo vel dissuetudo repugnet, secũdum Host. & Gofre. in summa. vt etiam refertur in summa consel. lib. 3. ti 33. q. 50. Archidiaconus quoq; licet non sit præsbyter, potest excommunicare. Argumẽtum. 25. di. c perlectis, & extra de offi. archi. c. 1. nisi consuetudo sit in contrarium. Soli tamen Episcopi possunt excommunicare cum illa solemnitate quæ habentur. 11. q. 3. c. debent, scilicet circunstantibus sibi duodecim, sacerdotibus cum candelis accensis. Capitulum etiam de consuetudine excommunicare potest, & interdicere sede vacante. c. cum olim. de maio. & obe. & de rescrip. c. ex parte decani

De habentibus auctoritatem excõmunicandi, excõmunicatione ab homine.

Parrochiales an possint excõicari.

& de consue. c. cum inter vos. Si autem quæratur vtrum sacerdotes parrochiales possint excommunicare? respondet. b. Tho. in 4. di. 18. de excõmunicatione. ar. 2. q. 1. & Ricardus eadem di. arti. 4. q. 1. & Ioannes de Lignano vbi supra, quòd non, nisi vbi est consuetudo approbata, quæ dat iurisdictionem. 9. q. 3. c. conquestus. in tex. & in glo. & extra de arbi. c. dilecti, vel nisi aliquo iure speciali, vel delegatione iurisdictio eis competat. Oportet enim eum qui vult excommunicare habere iurisdictionem in foro exteriori, & quòd prius causa probetur. c. nemo. 11. q. 3. Quod non potest facere simplex parrochianus. Dicit tamen Hostien. in summa quòd licet in occultis quæ requirunt iudicialem indaginem, non possint excommunicare de iure communi, tamen ex quo curam habent, habent etiam potestatem excommunicandi in notorijs, præmissa admonitione, & in omnibus his quæ sine libelli oblatione expediri possunt, extra de clande. despon. c. cum inhibitio. Dicit etiam Ioãnes de Legnano, vbi supra, quòd sacerdotes parrochiani possunt excommunicare suos parrochianos in generali dicendo excommunicamus eos, vel eum qui talẽ rem furaturus est, nisi infra tot dies restituerit, vel concordauerit, & huiusmodi. Et hoc nisi sit contraria consuetudo, vel superioris inhibitio, hæc ille. Et cum hac limitatione debet etiam intelligi dictum Hostiensis, vbi supra, vt habetur in summa confes. in dicta. q. 50 Mulier autem prælata vt abbatissa, & huiusmodi excommunicare non potest, cum careat clauibus, c. noua quædam, de pęni. & re.

PARS TERTIA huius sermonis de excommunicationis iustificatione.

PRO expeditione huius partis est sciendum secundum b. Bonauenturam in 4. di. 18 parte. 2. ar. 1. q. 1. & Ricardũ in ea. di. ar. 3. q. 1. & b. Tho. etiã in prædicta di. articulo. 1. q. 2. & Alexandrum de Ales in secunda parte summę in tractatu de excõmunicationibus, q̃ valde conueniens est aliquos ex rationabili causa per excommunicationem a communione ecclesiæ separari, vt. s. illi qui per superbam contumaciam ecclesiæ parere recusant, de tali confusione erubescentes humiliter ad ecclesiasticam reconciliationem reuertantur, & malam vitam suam corrigant flagellis ecclesiasticis castigati. Item excõmunicatio est vtilis alijs non excõmunicatis, vt timore illius peccare timeant ne etiam eis idem fiat si in eodem crimine labátur. Pęna enim vnius efficit metus multorũ. l. aut facta in fi. ff. de pęni. Item illis prodest malos ab eorum communione separari, ne illos inficere possint. Ideo dicitur in c. resecãdę. 24. q. 3. Resecandæ sunt carnes putridæ, & scabiosa a caulis repellenda est ouis, ne tota domus, massa, & corpus, ac pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, & intereant, hæc ibi. Quia ergo vt ait cõmentator super proemio Physicorum. Sicut in naturalibus, ita & suo modo debet fieri in spiritualibus. Ideo iudex ecclesiasticus, qui est medicus spiritualis, debet seruare in curatione infirmi spiritualis per peccatum modum medicinæ corporalis. Nam discreti & prudentes medici quando per leuia remedia, & dulcia medicamenta non possunt expellere infirmitatem ab egroto, vtuntur sæpe afflictiuis, & mordacibus remedijs. Vt incidendo membra putrida, vel igne decoquendo, vel cibaria subtrahendo, aut amarissimas potationes dando. Quod quidem facere debent prælati ecclesiastici, in medicina spirituali, quia scilicet quando non possunt peccatorem a morbo criminis sui per bonas, ac humanas exhortationes, & per ministrationem sacramentorum sanare, debẽt eis mordacia remedia, & amara adhibere, scilicet increpando, vel sacramenta quæ eis sic indispositis nocerent subtrahendo, & a communione fidelium eos rebelles, & obstinatos separando. Quod præcepit fieri dominus. Matthæi. 18. di. Si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Quæ verba exponens Scotus in 4. di. 18. dicens q̃ per prædicta verba innuit dominus q̃ rebelles præceptis ecclesiæ, debent excõmunicari. Est ergo excommunicatio medicinalis, vt dicitur in capitulo. cum

Vtilis est excõicatione quãdoq; vti.

medi-

medicinalis de senten. exco. lib. 6. Ideo Paulus Apostolus 1. Corin. 5. iubet quendam fornicatorem maximum excõmunicari di. Ego quidem absens copore præsens autem spiritu, iam iudicaui eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis, & meo spiritu cum virtute Domini nostri Iesu Christi tradere huiusmodi sathanæ in interitum carnis, vt spirit⁹ saluus sit in die domini nostri Iesu Christi, hęc ille. qui etiam vltimo c. eiusdẽ epistolę inquit. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum christũ anathema sit. Et ad Galla. 1. iterum ait, Si quis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Et 1. ad Tho 1. etiã dicit. Quidam repellentes scientiam circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymeneus, & Alexander quos tradidi sathanæ, vt discant non blasphemare. Ea propter inquit Pelagius. Papa in capitulo apostolicę 24. q. 3. Apostolicę auctoritatis exemplo didicimus, errantium & in errorem mittentium spiritus. i. hominis tradendos esse sathanę, vt blasphemare dediscant, hęc ille.

Excõmunicatio nõ est infligẽda ꝑ leuibus criminibus.

VErum quia excõmunicatio est quoddam remedium ad conseruationem ecclesię Dei inuentum, & ea quæ a Deo sunt ordinata sunt, vt dicitur ad Ro. 13. Ideo oportet ipsam excommunicationẽ esse iustificatam, & ordinatam, maxime triplici ordine. s. materiali, formali, & finali. Quo ad primũ ordinẽm est sciendum secundum Ricardũ in 4. di. 18. ar. 3. q. 2. & sanctum Bonauenturam in eadem di. parte 2. ar. 2. q. 2. & Tho. etiã in prędicta di. de excommunicatione ar. 3. q. 3. ꝙ nulla excommunicatio debet fulminari nisi pro peccato mortali illius qui aliter non videtur posse corrigi. vt dicitur in c. nemo 11. q. 3. Et idem ponit glosa in c. ex parte de verbo. sig. nã vt dicitur in dicto c. nemo Anathema est æternæ mortis damnatio. Et ideo dicit Panor. in c. per venerabilem, extra qui fi. sint legit. ꝙ vbicunq; in iure canonico reperitur pęna mortis, pro excommunicatione debet exponi, vt probatur in dicto c. per venerabilem vt enim ait Augustinus in c. corripiantur 24. q. 3. Nulla est grauior pęna in ecclesia Dei quàm excommunicatio. Et ideo vt inquit glo. ibidem, non est infligenda pro leuibus criminibus.

Iuste aliqs potest excõmunicari ꝑ culpa mortali, maxime quando adest contumacia.

COncludunt ergo prædicti doctores, ꝙ iustè aliquis excommunicari potest pro culpa mortali, pro qua iam est a charitate diuisus, etiam si non excommunicetur. Et quia in damnificando aliquem corporaliter, vel in rebus temporalibus aliquis peccat mortaliter, & facit contra charitatem. Ideo pro damno temporali illato potest excommunicari, si tali peccato sit annexa contumacia contra præceptũ ecclesiæ aliter non debet excommunicari c. absit. 11. quę 3. Quadriplicitet autẽ secundũ prædictos doctores, qs peccatũ contumaciæ incurrit. s. quando sufficiẽter vocatus ad iudiciũ non venit, nec remanendi habet causam legitimã c. Quoniã extra de lite nõ contes. & 24. q. 3. c. de illicita aut quando veniens respondere contemnit, & rationẽ reddere quare respondere non debet, & nõ vult stare iuri 11. q. 3. c. certum est aut quando ante quàm debeat discedit, vt ibidem dicitur, aut quando offensa eius est manifesta, & ad iussũ iudicis nõ vult emendare c. ex parte. de verbo, si. nec vult sententię ipsius iudicis obedire 2. q. 6. c. quisqs probatus Illi autẽ qui impedit aut procurat fraudulenter ne citatio ad eũ perueniat, ꝓ citato habere debet. Argumentũ. l. generaliter & in. l. ꝙ potev facere ff. de reg. iu. Ille etiã ꝙ veniens se nõ representat iudici, sed se occultat, reputãd⁹ est quasi nõ venisset. Quia perinde est nõ facere, & vitiose facere. l. quotiés. ff. ꝙ satis. co. Et ꝙ talis impediẽs citationẽ, vel se occultans habeatur pro citato, est textus in c. quoniã frequẽter extra vt lite nõ cõfes. Quia ergo excõmunicatio nõ ferenda nisi pro peccato mortali, ideo dicit Petr⁹ de plaude in 4. di. 18. ꝙ cũ sententia iuris nõ sit iniusta, potest homo formare conscientiam suã, ꝙ vbi nõ peccat mortaliter nũquam incurrit excõmunicationem iuris.

SCiendum quoq; est secundum Ricardum in 4. dist. 18. ar. 3. q. 3. & 4. q. vxor

vxor non debet excommunicari pro peccato viri nec econtra, nec filius pro peccato primis, aut Dominus pro peccato populi, aut seruus pro peccato Domini, nisi ipsi participent in crimine. Nam 24. q. 3. c. si habes. §. vt ergo dicitur quòd illicite excommunicatur quis pro peccato alterius, neq; aliqua ratione vtuntur qui pro peccato vnius in totam familiã sententiam ferunt excommunicationis, & in §. his ita respondetur in fi. ea. q. & causa scriptum est. Non ergo pro peccato alicuius tota familia excommunicanda est, notandum est etiam secundum Ricardum in predicta di. 4. ar. 5. q. 3. & beatum Tho. vbi supra quòd vniuersitas, siue communitas, vel collegium, excommunicari nõ potest de quo est text⁹ in c. Romana ecclesia §. vltimo de sen. exco. quo dicitur. In vniuersitatem, vel collegium proferri excommunicationis sententiam penitus prohibemus, volentes animarum prohibere periculũ, quod ex inde sequi posset cum non nunquam contingeret innoxios, etiam huiusmodi sententia irretiri, hæc ibi. Et ratio hui⁹ est quia cum excommunicatio non debeat ferri nisi pro peccato mortali vt supra dictum est peccatum autem in actu consistat actus vero non fit communitas, sed singularium personarum, ieicirco singuli de ciuitate, vel de collegio, actores talis peccati mortalis, vel consentientes excommunicari possunt, nõ autem ipsa communitas, vel collegium. Vnde dicit Ricardus vbi supra quòd si sententia excommunicationis ferretur contra vniuersitatem vel collegium non tenet, quia esset data contra intentionem legis & eã instituentis, ad quãm respiciendũ est. l. C. de legi.

Cõmunitas excommunicari nõ potest.

Excõmunicari quoq; non potest mortuus, quia non est homo c. 1. de sũ. tri. & fi. ca. Excommunicari enim non potest a canone, quia huiusmodi excõmunicatio nõ fertur nisi propter crimẽ, & mortuus delinquere non potest, nec amplius penitere. 24. q. 2. c. damnationis, vbi dicitur. Viuentes non mortuos soluere possumus, vel ligare. Non potest etiam excommunicari a iudice, quia non potest moueri, nec contumax

Mortu⁹ excõmunicari nõ potest in aliquibus tamẽ casib⁹ potest, & quid absit illis.

cõstitui secundum tamen Ricardum vbi supra q. 4. in aliquibus casibus possunt mortui excommunicari. s. heretici, scismatici, & qui hæreticum constituit hæredem 24. q. 2. c. sane profertur. Et illi qui seipsos voluntarie occidunt. 23. q. 5. c. placuit. Et hi excommunicantur, nõ quia ista excommunicatio sit illis pęna vel medicina, sed in detestationem criminis præcedentis, & ad terrorem aliorum propter quod fit eis negatio sepulturæ, suffragiorum & huiusmodi. Sciendum est etiam, ꝙ si in aliquo excommunicato apparuerunt signa contritionis, & pęnitentię, potest absolui post mortem c. a nobis cl. 2. de sen. exco. & c. nec quisquam 24. q. 2. Et talis absolutio secundum quòd inquit Gulielmus glosator Raimundi valet, vt sepeliatur in loco sacro, vel vt sepultus nõ exhumetur, & vt oretur & celebretur pro eo vt dicitur in summa confes. li. 3. ti. 33. q. 121. Est autem notandum secũdum Tho. vbi su. ar. 3. q. 3. in solutione, secundi argumenti ꝙ nullus potest excommunicare seipsum. Cuius ratio est, quia ille qui excommunicat aliquem habet iurisdictionem & imperium super eum. Et per consequens est superior eo quem excommunicat, sed nullus est superior se ipso ergo &c. Vnde si contingant casus quòd sacerdos aliquando excommunicet in generali, vt puta, pro furto, & huiusmodi. Quod quidem ipse fecit non est excommunicatus. Si vero denunciaret excommunicatos ab alio, & tanquam minister Episcopi, vel eius vicarij, vel alterius excommunicantis legeret excommunicationem bene incideret in excommunicationem. Item si Episcopis participat cum aliquo ab ipso excommunicato, incidit in minorem excommunicationem, etiam si intenderet per hoc absoluere eum c. cum desideres de sen. exco. & ibi Panor. quia non potest eum tali modo absoluere vt dicitur in summa confessio. vbi supra q. 161. Papa autem non potest incurrere excommunicationem nisi propter hæresim, de qua & iudicari potest & deponi 40. di. c. si Papa Non. n. potest ab homine excommunicari, vt ait Ioan. de Lignano vbi supra quia est omnibus superior 21. di. c. inferior. Nec a canone

Mortui quando possunt ab excõmunicatione absolui, & quid illis prosit talis absolutio.

ctione quia solutus est ab eo. §. his ita respondetur 25. q. 1. quamuis secundũ canones deceat eũ viuere vt ibidem oratio. Et in c. institiç ea. q. & causa. Non etiam incurrit minorem excommunicationem participando cum excõmunicatis extra de sen. exco. c. nulli glosa sed excommunicationem qua omnes excommunicantur a Deo pro peccato mortali bene incurrit. Et tanto grauiorem, quãto alijs omnibus est dignior. Sciendum quoq; est secundum Ricar. vbi supra ar. 5. q. 2. & Tho. vbi supra ar. 3. q. 3. & & Bona. eadem di. parte 2. ar. 1. q. 4. q; excommunicatus excommunicari iterũ potest, vel eiusdem excommunicationis iteratione ad suam maiorem confusionẽ, vel etiam alia propter nouæ culpæ commissionem, vnde dicitur in c. cum pro causa. de sen. exco. quòd excommunicatos pro vna causa potest iterum excommunicari pro alia.

Excõmunicãs tria debet seruare. QVoad secundum ordinem iustificantem excommunicationem, qui dicitur formalis, dico quòd excommunicãs tria debet seruare quo ad irrogandam excommunicationem. Nam primo debet pręmittere competentem admonitionẽ vt in c. sacro de sen. exco. præcipit Innocentius tertius, & intelligitur de trina admonitione secundum glosam, vel de vna pro tribus, datis congruis interuallis ad arbitrium iudicis maxime in notorijs. 24. q. 3. c. de illicita. Alias excommunicator est suspensus ab ingressu ecclesiæ per vnum mensem, vt habetur in prefato c. sacro. Interuallum autem congruum dicitur aliquorum dierum q debent dari pro termino, nisi facti necessitas aliter suaserit c. constitutionem de sen. exco. libro 6. Secundo debet excommunicans proferre sententiam in scriptis, & scripturę copiam dare infra mensem requirentia, aliter est suspens᷒ ab ingressu ecclesię & ab officijs diuinis per mensem. Si autem exequatur diuina officia, efficitur irregularis, nec potest dispensari nisi per Papam c. cũ medicinalis. eo. ti. li. 6. Hę tamen pęnę nõ tangunt episcopos, cum de ipsis nõ fiat, expressa mentio sicut requiritur vt in c. quia periculosa. eodem li. & ti. Et hoc etiam dicit Ricardus in 4. di. 18. ar. 8. q. 2. & 3. tamen tenet & ligat excommunicatio, licet non seruetur modus suprã dictus, sed excommunicatus de facili absoluitur, & excommunicator tenetur ad interesse dicto c. cum medicinalis. §. si q; autem de quo etiam habetur per Ricardum in prædicta di. articulo 8. quęstioi prima.

Iudex debet vti congruitate verborum excommunicãdo. TErtio debet iudex vti congruitate verborum. Vnde vt habetur in summa confes. libro 3. titulo 33. q. 68. sic consueuit fieri sententia excommunicationis, propter talem & talem causam excommunico te. vel excommunicamus in scriptis. Huiusmodi enim, vel alijs ęquipollentibus verbis debet vti excommunicans. Argumentum ab hoc 2. q. 6. §. diffinitiua vbi dicitur. Diffinitiua sententia quæ absolutionem, vel condemnationem non continet, pro nulla habetur vnde dicit Ray. in summa quòd non approbat sententiam quorundam simplicium sacerdotum dicentium. Denunciamus talem excommunicatum, & tamen nunquam excommunicauerũt eum. Et licet talis euitandus sit ab illis, quibus fit denunciatio, quia ipsorum non est iudicare vtrum sit excommunicatus an non, tamen si de hoc agatur in forma iudicij non reputabitur excommunicatus per huiusmodi verba, nisi alias probetur excommunicatus. Et ad hoc satis facit c. cum medicinalis de sen. exco. libro 6.

Si aliquid præcipitur sub pœna excõmunicationis nõ obediens ã sit excõmunicatus. SEd pone quòd aliquid præcipitur excommunicationis verum non obediẽs sit excommunicatus Respondet Hostiẽ. & Vgo. ac glosator Raymundi, vt in sũma confes. refertur quòd si tale præceptum fiat canone, prædicta solum habẽt vim comminationis, vt patet 30. di. c. totam. Et hoc ideo quia mitius agitur cum lege quãm cũ ministro legis. l. si cum dies. ff. de arbi quando autem est a iudice, tunc si iudex excommunicare, intendat, & exprimat, hoc sic intenderit, prædicta verba habent vim latę sententiæ ante autem quàm iudex hoc declarauerit, dicit Hostien. quòd putat non esse excommunicatum illum qui sententiã non

non seruauit, cum probabiliter credere potuerit quòd comminatio tãtum esset. Prędicta enim verba de sui natura viden tur tantum importare comminationem vt. C. comminationes vel epistolas.l.vni ca. & notatur extra de sagitta c. arcem. Quando autem verba habeant vim latę sententiæ, vel ferendę satis diffuse tra ctat Panor. in c. si diligenti, de foro cõpe. Sed pone quòd iudex dicat, habeo te pro excommunicato, respondet Host. in summa dicens. Non facio vim vtrũ iudex dicat, excommunico te, vel scias te excommunicatum, vel te excommunicatum cognosce, vel habeas te pro excommunicato, vel repútes te excommunicatum, vel alia quæcunq; verba proferat, dummodo voluntatem, & consensum suum de pręsenti exprimat, sicut & alias similiter, dicitur extra de spon. c. si inter virum & extra de sponsa. du. c. 1. Voluntas enim iudicis spiritualis pro lege seruanda est 11. q. 3. c. audi. Verba namq; intentioni deseruiunt, & non econuerso. 22. q. 5. c. humanę. Et sermo rei non sermoni res est subiecta c. Intelligentia de verbo. sig. Facit ad hoc illud quod ponit Panor. in c. ex parte de sponsa. vbi qui ait quòd vbi actus dependet ex mera voluntate loquentis, pa ria sunt dicere, quòd vult talem habere pro vxore, vel ciue, & dicere, duco te in vxorem, vel facto te ciuem. Ad hoc etiam faciunt notata per Bar. in.l. si maritus.ff. de adul. & in.l. is qui pro emptore.ff. de vsuca. Et hæc quidem habent locum cum constat de intentione iudicis, vt quia ipse hoc declarauit, vel quia semper in excommunicationibus suis ita solitus est dicere, vt inquit glo. Raymundi in summa. Si autem dubitetur de intentione eius, licet, in foro iudiciali talis nominatus non reputetur ex communicatus, tamen in dubio melius est eligere viam securiorem, vt se reputet excommunicatum & absolutionem petat vt dicit etiam Host ien. vbi supra. Et ibidem habetur in summa conf. li. 3. ti. 33. q. 64.

Excõmunicatio quare fuerit intro ducta.

QVo ad tertium ordinem iustificantẽ excommunicationem qui dicitur finalis, est sciendum quòd vt patet ex prædictis excommunicatio introducta fuit ad emendandum proximum. Et vt ait Augustinus libro 3. contra epistolã Permenij non est inuenta ad eradicandũ illum, sed ad corrigendum, vnde in c. cum medicinalis de sen. exco. libro. 6. dicitur quòd iudex in excommunicatione proferenda debet se ostendere prosequi, quod corrigentis est, & medentis. Debet etiã cauere diligenter ne ad excõ municationem cuiuscunq; absq; manifesta & rationabili causa procedat, vt dicitur in c. sacro de sen. exco.

PARS QVARTA HVIUS sermonis de excommunicationis obseruatione.

SCiendum est secundum sententiam Ricardi in 4. di. 18. ar. 3. q. 5. Et Alexandri de ales in 4. parte summæ in tractatu de excommunicationibus, quòd sententia excommunicationis tripliciter potest dici iniusta vt habetur in c. episcopus. §. si ergo 11. q 3. Aliquando enim est iniusta ex causa quando.s. nullum omnino est delictum in eo qui excommunicatione dignum aliquando vero est iniusta, ex animo proferentis, quando.s. iudex non profert eam zelo iustitiæ & charitatis sed liuore odij, vel precio, aut fauore aduersariorum. Aliquando etiam est iniusta ex ordine quando.s. non seruatur ordo iudicialis in proferenda ipsa sententia c. seruetur. §. item sententia 11. q. 3. Quocunq; autem modo sententia excommunicationis sit iniusta semper est timenda, & seruanda, nisi in in aliquibus casibus, de quibus infra dicetur. Et talis sic iniuste excommounicatus debet se gerere pro excommunicato, donec per eum qui tulit sententiam, vel per alium habentem auctoritatem fuerit absolutus vel innocens declaratus. Et rationem quare timenda sit sentẽtia etiam iniusta assignat Gregorius in quodam sermone quia.s. ille qui non est in delicto propter quod est excommunicatus, forte alia ex causa meretur illam sententiam excommunicationis. Ideo inquit in c. sententia 11. q. 3. Sententia pastoris siue iusta, siue in iusta

Excommunicationis sentẽtia triplicit ex causa iniusti dici põt, quæ tã est timẽda.

iusta fuerit timenda est? Et in c. quibus eadem quest. & causa dicit Vrbanus Papa. valde timéda est seutétia episcopi, licet iniuste liget. Ille autem qui excommunicat aliquem iniuste, aut ex animo, & mala intentione, vel odio, aut contra iuris ordinem, aut sine rationabili causa, scienter & ex deliberatione peccat mortaliter, & est dignus pena æterna vt ait Ricard⁹ in prędicta distinctio. articulo 8. q. 4. quia proximum iniuste, & grauiter lędit in fama contra prohibitionem ecclesiæ, vt patet per illud quod habetur in c. si episcopus 11. q. 3. & de sen. & re iudi. c. cum eterni. in 6. & de sen. exco. c. cū medicinalis libro 6. Mortaliter etiam peccat si hoc faciat ex ignorantia crassa & supina, quamuis non ita grauiter sicut cum hoc agit ex certa malitia.

in quib⁹ casib⁹ excōmunicatio sit nulla, & iō nec timēda. Sciendum tamen est secūdum communiter doctores in c. solet & in c. præsenti de sen. exco. libro 6. quòd in quibusdam casibus excommunicationis sententia est nulla ipso iure, & per consequens nec timenda. Primus casus est quando quis excommunicatur a nō suo iudice c. ad nostram de consue. & c. nullus de parochijs, & C. si a non compe. iu. l. 2. & 3. & patet nullam esse in sententiam dotam a non suo iudice. Et idem habetur in c. Omnis de pęni. & re. Non ergo tenet sentētia excommunicationis ab eo lata qui super hoc non habebat potestatem.

2. Casus. Secundus casus est quando quis excōmunicatur a suo iudice sed excommunicato vt enim inquit Ricardus & beat⁹ Tho. in 4. di 18. sicut ligatus corporaliter alium ligare non potest ita nec ille q excommunicationis vinculo est ligatus excommunicare potest, cum vinculum spirituale sit fortius corporali. Ideo 24. q. 1. c. audiuimus dicitur. Excommunicare non potuit. Et eadem q. & causa. in c. miramur scriptum est quòd excommunicare valent.

3. Casus. Tertius casus est, quando quis excommunicatus est ab aliquo iudice intruso, vel suspenso iurisdictione, quia talis excommunicare non potest, vt dicit Ricardus & Tho. vbi supra & Ray. in summa Et hoc probatur 12. quęst io. 2 c. alienationes, & c. precarie. & de cōcess. præben. quia diuersitatem. Si tamen crimen talium excommunicatorum intrusorum, vel suspensorum esset occultū tolleranda esset sententia licet nulla, q̄ diu eorum crimen est occultum & ab ecclesia illi in officio tollerantur. Argu. 8. q. 4. c. nonne & 3. q. 7. §. tria. & de iure patro c. consulationibus. & l. barbarius. ff. de offi. præto.

Quartus casus est quando quis excōmunicatur post legitimam appellationem c. ad nostram præsentiam de app el. & c. per, tuas sen. exco. & solet. & c. venerabilibus eodem titulo li. 6. Quintus casus est quando sententia excommunicationis continet intollerabilem errorem vt in c. per. tuas, de sen. exco. & dicto c. solum & c. venerabilibus eodem titulo li. 6. Et dicitur intollerabilem errorem continere, quando qui excommunicatur, quia facit aliquod bonum op⁹, vt dare elleemosynam pauperi, & huiusmodi c. si is qui preest. 11. q. 3. vel qa non vult facere aliquid inpossibile vt dicit glo. in dicto c. per tuas vel quòd fit expresse contra ordinationes canonum c. cum Apostolus & ibi Panor. de censi. Talis excommunicatio non ligat elementina pastoralis. §. pisana. de re iudi. & nota. per Innocentium in c. fraternitatis de fri. & male. *4. & 5. excō municatio nō est timē da.*

Sextus casus est quando quis excommunicatus est ab eo qui violauit iter dictum c. tanta de exces. præla. eius. n. excommunicatio est ipso iure irrita, & inanis vt ibidem dicitur. Septimus casus est cum quis ex communicat aliquē contra suum priuilegij. c. cum capella & c. quanto de priui. Octauus casus est cū quis excommunicatur a prælato suo, qa reuellauit statuta ecclesiarum, vel monasteriorū suorum superioribus suis, vel legatis sedis apostolicæ inquisitionem facientibus c. quia plerīq; de offi. iudi. or. libro 6. Nonus casus est quando quis excommunicatur a delegato inpetrato ī casu non permisso. c. quia plerīq; de offi. iudi. *De multis alijs casibus in quibus excōmunicatio tenet.*

iudi. or. li. 6. & de rescrip. c. 1. Eodem libro. Sed iste casus cum præcedenti, potest ad primum reduci. Vndecimus casus est quando excommunicatio profertur generaliter contra non facientes aliquid puta restitutionem, vel non soluentes, & aliquis non facit quia non potest. Non enim ligatur secundum Federicum de Senis suo consilio. 93. Et ratio est secundum Panor. in c. P. & G. de officio delegati, quia talia verba debent intelligi ciuili modo. Argumentum in l. si. cui. ff. de serui. Duodecimus casus est quando sententia excommunicationis profertur, nisi aliquid fiat in certo termino, & terminis prolongatur ab eo cuius solius interest, & cui facere debebat, quia currit excommunicatio, vt tenet Petrus de ancha. in c. 1. de loca. Et facit c. præterea de appel. Faciunt etiam notata in simili per Bart. in l. i. §. & post operis. ff. de noui operis oun. Et per Ioã. an. in c. quicunq; de sen. exco. libro 6. Et per Bal. in l. maximum vicium C. de liber præte hæc tamen intelligunt quãdo prolungatio fit ante elapsum terminum, quia post pœnam inflictam consensus creditoris superueniens non tolleret eam. Faciunt per notata per Barto. in l. i. §. sed si filius. ff. de lega. 3. Tertiusdecimus casus est quando iudex ferens sententiam generaliter, vt dicendo. Excõmunicamus illos qui tale quid fecerunt, vel sciunt, & non reuellant, &c. aliquos non intendit ligare. Quia enim excommunicatio assumit vires ab intentione excommunicantis, secundum Panor. in c. ex parte el primo de offi. or. Facit quod notat glosa in c. 2. de testi. co. & in c. P. & G. de offi. del. & in c. 1. de iudi. Ideo tales non incidiunt excommunicationem. Quartusdecimus casus est quãdo excommunicatio fertur sub conditione, & ante conditionis euentum moritur excommunicator, quia sic expirat, & non ligat post mortem eius, secundum Panor. in c. eum ad hoc, de ele. non resi. Et quælibet etiam alia talis sententia expirat, ex quo non habuit effectum in vita sententiantis. Facit. l. si. ff. de pe.

De multis alijs casib⁹

IN omnibus ergo prædictis casibus, & in quibuslibet alijs in quibus sententiam excommunicationis constat esse nullam ipso iure, & constat notorie de errore, non est talis sententia seruanda, nec timenda. Et ita intelligitur illud quod habetur in c. certum. §. illicita 24. questio. 3. vbi dicitur. Illicita excommunicatio non lędit eum qui notatur, sed eum a quo notatur, & 11. questio 3. c. cui est illata. scriptum est. Si iniusta est sententia tamen curare eam non debet, quanto apud Deum, & eius ecclesiam neminem potest grauare eius iniqua sentẽtia. Quando vero non constat expresse de nullitate sententiæ, tunc quisq; tenetur eam seruare donec rationabiliter sedauerit scandalum, & notoriam fecerit nullitatem sententię per legitimas causas. Quo facto non tenetur eam seruare, quia tunc non erit amplius scandalum pusillorum sed phariseorum, vt ait Petrus de palude in 4. sententiarum. di. 18. Interim autem debet se gerere pro excommunicato. Facit capitulum si episcopus in fi. 11. q. 3. Aliter faciens, & se communioni fidelium ingerens posset excommunicari iuste propter contemptum 11. q. 3. §. cum ergo & §. huic. Nã propter hoc peccaret mortaliter, vt ait glo. in c. per tuas da senten. excommunica. vbi etiam dicit ꝙ propter contemptum sententia alias iniusta teneret. Ideo in summa confessorum libro 3. ti 33. q. 73. ad finem dicitur, de mente Hostien. ac Tho. & Ray. quòd talis excõmunicatus debet se excommunicatori pręsentare, & ostendere innocentiã suam, & petere absolutionem, vel proponere quærimoniam coram superiore cõtra excommunicatorem c. sacro de sen. exco. Interim autem talis iniuste excommunicatus vt inquit Alexander de ales i 4. parte summę licet ab hominibus reputetur excommunicatus, tamen apud Deum non est separatus ab vnione ecclesiæ quo ad spiritualia charismata, quia sicut homo pictus non est homo secundum rei veritatem, sed solum secundum vocem, sic excommunicatio iniusta non est excommunicatio secundum rei veritatem, sed solum secundum vocem, & apparentiam. Nec potest offendere innocentem iniusta, & iniqua pastoris sententia, cum ipse taliter condemnatus habeat

in quib⁹ excommunicatio non senet.

beat bonam coram Deo conscientiam, vt dicitur in c. quomodo, & c. temerarium, & c. quid obest, & c. in cunctis & c. & si ad tempus, & capitulo custodi. 11. quæstione 3.

Dubiũ pulcherrimum.

SEd hic quæritur quando sit excommunicatio quòd quilibet sciens quis talẽ rem furatus fuit, teneatur sub pęna excommunicationis reuelare infra certum terminum de qua excommunicatione habetur in c. a nobis de sen. exco. Nunquid omnes aliquid scientes teneantur reuelare & cui dicere debeant. Et respondet Hosti. in summa quòd scientes non tenentur reuelare ipsi damnum passo sed prælato ecclesię; vel per eum deputato. 35. q. 6. c. episcopus in sinodo. Sed nec ipsi prelato debet reuelari publice si solus reuelator scit, & probare non potest 2. q. 7. c. plerumq;. Et ita tenet glo. in c. sacerdos de pęni. di 6. & 6. q. 1. c. super omnia & q. 2. c. placuit, & 2. q. 1. c. si peccauerit. Facit c. si sacerdos de offi. or. Quando ergo dicitur qui scit, intelligitur de probabili scientia. l. q accusare. C. de edem facit. l. nostris. C. de calũ. debet tamen secrete reuelari prelato tanquam patri vt possit prouidere c. hoc videtur 22. q. 5.

PARS QVINTA huius sermonis de excommunicationis malignitate.

PRIMO de excõmunicationis minoris malignitate tractare volens præmittendum duxi, quòd participans cum excommunicato minori excommunicatione, non contrahit excommunicationem, vel peccatum, si specifice non prohibeatur per habentem auctoritatem prohibendi c. quoniam multos 11. q. 3. Et ideo dicunt doctores in prædicto c. quòd excommunicatio minor non transit in tertiam personam. Item sciendum est quòd excommunicatio vt inquit Ray. in summa & habetur in summa confes. lib. 3. ti. 33. q. 55. non tantum potest intelligi ab episcopo sed etiam a quocunq; iudice ecclesiastico inferiore c. cum ab ecclesiarum de offi. or. Et hoc siue pro contumacia. 5. q. 2. c. præsenti siue pro alijs culpis. Facit 17. q. 4. c. miror. Item potest intelligi simpliciter. i. ad tempus indeterminatum, sicut in c. in actione de pęni. di. 1. siue ad tempus determinatum, vt in capitulo tanta 86. di.

Excõmunicatio minor remouet, et separat á sacramẽtis ecclesiæ, & ẽ prima malignitatis excommunicationis.

PRima autem malignitas huius excommunicationis quæ dicitur separationis, est quòd excommunicatum remouet, & separat a sacramentis ecclesiæ, ita quòd si ea participiat peccat mortaliter c. si celebrat. de cle. excom. mi. non tamen incurrit irregularitatem etiam si celebret vt in eodem c. dicitur. Item peccat conferendo alijs ecclesiastica sacramenta; sed tamen ab eo sic collata non carent virtutis effectu, vt ibidem dicitur.

priuat etiã ab electione passiua: & est 2. malignitas.

SEcunda malignitas appellatur irritationis, scilicet electionis de ipso factę. Vnde inquit Greg. 9. in dicto c. si celebrat. Si tamen scienter talis electus fuerit, eius est electio irritãda, pro eo quòd ad susceptionem eorum elegitur, a quibus quorum perceptione à sanctis patribus est priuatus. Super quæ verba inquit glosa quod si excommunicatus minori excommunicatione elegitur etiam ignoranter non valet electio, quia ignorantia eligentium non facit ipsum habilem. Et si scienter talem eligerent priuarentur iure eligendi c. cum in cunctis de elect.

Excommunicatio minor hominẽ indignũ facit ingressu ecclesiæ, et est 3. malignitas.

TErtia malignitas dicitur ingressionis. Facit enim excommunicatio minor hominem indignum ingressu ecclesiæ a deo q inquit Vgo. in c. si inimicus 11. q. 3. quòd ab ingressu ecclesiæ separat; ita. quod non debet talis excommunicatus intrare ecclesiam. Sed Hosti. in summa dicit, q licet talis tutius faceret non intrando ecclesiam, antequam sit absolutus, si tamen intrauerit causa orandi non videtur peccare. Et idem dicit Ray. in summa addens maxime si ecclesia in quam intrat non sit consecrata. Et assignat rationem quare possit intrare. s. q a non est remotus a sacramentis. Vnde subdit dicens, Imo forte potest intrare ad horas, dum tamen non ad missas

Sed

Sed primum securius est. s. quod prius se faciat absolui, Goffredus etiã in summa dicit quod talis potest audire diuina præter missam, sed securius facit si ex deuotione abstineat c. ad eius 5. di. glo. vero Ray. dicit. Credo sine præiudicio veri, quod & missę poterit interesse, dũtamen ibi non cõmunicet, quia minor excõmunicatio non separat nisi a perceptione sacramẽtorũ quę ĩ sola perceptione cõsistit. c. si. de cle. exco. mi. Credo tamẽ quod huiusmodi excõmunicatus, pacem non debet recipere cum alijs post agnus Dei, quia osculũ illud succedit loco eucharistię; hæc ibi quę omnia ponuntur in summa confes. eodem libro & ti. q. 169.

Malignitates autẽ excõmunicationis maioris sunt viginti sex, quarũ prima dicitur sacramentorum exclusio. Excludit. n. & sperat hominem ab omnibus sacramentis c. Engeltrudam 3 q. 4. Quãta igitur bona lucratur qui digne suscipit sacramenta, tanta amittit qui excõmunicatione innodatus est. Vnd. de gratia quę acquiritur per sacramenta inq̃t Ricardus in 4. di. 1. Gratia in quantum per sacramẽtum confertur, directe, & immediate ordinat ad sanãd. animã a morbo peccati. Ex quo apparet excõmunicatio tollendo talẽ gratiã aufert sanitatẽ animæ, & dimittit & eã infirmã. Secunda malignitas dicitur elongatio diuinorũ; quia non potest excõmunicatus intra ecclesiam orare cũ alijs aliter mortaliter peccat. Et ideo sanctus Ambro. non permisit Theodosiũ imperatorẽ intrare ecclesiã quia erat excommunicatus. Nõ debet etiã excõmunicatus extra ecclesiã sic prope stare, quod audiat diuina c. quod in te. de pęn. & rem. Quãdo autẽ non dicũtur diuina põt ecclesiã solus intrare, dũ alij non sunt, vt ait Ioannes de Lignano in tractatu de censura ecclesiastica. Et potest interesse prædicationi, qua audita statim debet exire ecclesiam c. respõso. de sen. exco. Et ad hoc admittitur vt conuertatur sicut, & infidelis. c. episcopus de conse. di. 1. Tertia malignitas est quòd non potest contrahere matrimonium sine peccato. Dicit tamen Ioannes de Legnano vbi supra quòd licet peccet mortaliter contrahendo tenet tamen matrimonium contractum, reddere tamen debitum debet, exigere vero non debet. Sed quidam dicunt quòd nõ peccat mortaliter exigendo.

Quarta malignitas est quòd excommunicatus nõ potest ordinare nec ordinari quo ad executionem etiam si ignoret. Vnde ordinati ab ipso etiam ignoranter, indigent dispensatione episcopi, quo ad executionem ordinis c. ab excommunicatis 9. q. 1. Si vero scienter, indignet dispensatione Papę c. fi. de or. ab episcopo qui resi. epis. vel excõmunicato, quia executionem conferre non potest qui eam non habet 1. q. 1. c. gratia & c. statuimus. *Excõmunicatus maiori excõmunicatione, nec põt ordinare, nec ordinari, & est 4. malignitas.*

Quinta malignitas est quod licet excommunicatus si est clericus teneatur dicere officium, non potest dicere cum alio, sed debet dicere solus & sine Dominus vobiscum secundum Hosti. in summa, & habetur in summa confes. eodem libro & ti. q. 174. Quod enim teneatur dicere officium, probatur per c. si qs episcopus cum ç. se. 11. q. 3. Nam cũ sic obligatus ad hanc seruitutẽ c. 1. de celebra. mis. per excommunicationem nõ liberatur ab ipsa c. legi. 16. q. 1. *Et tñ debet sol. dicere officiũ &c. & est 5. malignitas.*

Sexta malignitas est vt ponit Ray in summa quod talis non potest suscipi ad religionem nisi prius absoluatur. Tenet tamen receptio & professio si fuerit receptus. C. de aposta. l. hi qui sanctam. Fratres autem prædicatores, & minores possunt absoluere regulares, & seculares volentes ingredi suum ordinem. Et hoc est speciali priuilegio marti magni Domini Sixti 4. *De 6 malignitate.*

Septima malignitas est quod talis est suspensus ab omnibus actibus legitimis, secundum Ricardum in 4. di. 18. ar. 7. q. 1. Cuius ratio est, quia excommunicatio ab ecclesia, fidelium separat 11. q. 3. c. audi. Sed separatus ab ecclesia nullũ potest actum legitimum exercere, quia omnes *De 7. excõmunicationis maioris malignitate.*

omnis talis actus requirit communicationem cum aliquo membro ecclesiæ, a qua communione est separatus excommunicatus. Et ideo non potest esse iudex, nec accusator, aut testis 3. q. 4. c. conspiratores & c. se. Nec valet sententia si vnus de pluribus ferentibus sententiam sit excommunicat secundum Io. de legnano vbi supra. Admittitur tamẽ secundum Ricardum vbi supra accusandum crimen hæresis, cuius tanta est labes, quòd ad eius accusationem etiam serui aduersus Dominum, & quilibet criminosi & infames aduersus quælibet admittuntur 2. q. 7. c. præsumunt. Item non potest constitui procurator c. post cessionem de proba. Nec procuratorem constituere quando est actor. capitulo fina. de procura. Sed quando est reus, bene potest constituere procuratorem ad defendendum se. c. intelleximus de iudicijs. Item constitutiones factę ab ipso vel etiam latę ex mandato eius, sunt irritę ipso iure, & nunquam valebunt e. aduersus de immu. eccle. Dicit tamen Ricardus vbi supra in solutione secundi argumenti prędicta esse vera, si est excommunicatus publice c. ad probandũ, & ibi glosa de sen. & re iudi. Quia facta, & iudicata per occulte excommunicatum, valent ratione publici officij, & communis vtilitatis, secundum Panor. in ca. post cessionem de proba. Facit lex barbarius ff. de offi. preto. Et ideo licet dicatur non valere, quod fit ab excommunicato capitulo constitutus de appel. & c. tanta de exces. præla. tamen quandiu toleratur, & est occultè excommunicatus, valet quod fit ab eo. Vnde si contulit beneficium vel confirmauit electionem tenere videtur. Argumentum ad hoc 8. que. 4. capitulo nõ ne tutius tamen erit post quam detecta fuerit excommunicatio, impetrare dispensationem. Et hanc sententiam dicit Rycardus vbi supra esse rationabiliorem. Alıter multi essent de suo statu incerti. Et eadem ratione dicunt quidam tenere absolutionem in foro conscientiæ tali occulto excommunicato factam. Et ad hoc allegant glosam in capitulo exceptionem de excep. Et argumentum ad hoc in capitulo consolationibus de iure patro. Nec obstat secundum eos capitulo ad probandum de sen. & re iudi. quia ibi loquitur decretalis, quando erat publicè excommunicatus tempore quo sententiam tulit. Sed contra hoc est textus in capitulo audimus 24. quæstione prima vbi dicitur. Hi qui vere extra ecclesiam sunt, nec ligare possunt, nec soluere, nec reconciliando ecclesiasticæ communione reddere. Non potest etiam excommunicatus publice, aliquem in iudicio conuenire e. cum inter. in fi. de excep. Quo vero ad contractus priuatos scilicet emptionis, & venditionis, & similes licet multi doctores dicant esse nullos, tantum tamen Panormitano in capitulo si vere. & capitulo veritatis de dolo. & contuma. ꝙ valent.

Octaua malignitas excommunicationis est, ꝙ excluditur conuersatione fidelium s. in osculo, salutatione, in conuiuio, & cęteris quæ cõtinentur in hoc versu. Os orare, vel cõmunio, mensa negatur. Et hoc probatur per c. Sicut 11. q. 3. Et in l. hi qui ductam. C. de aposta. Vnde dicit Alex. de Ales vbi supra & b. Bonauentura in 4. distin. 18. parte 2. articulo primo quest. prima quia talis excommunicatus tenetur euitare alios, vt etiam dicit Panormita. in capitulo nulli de sen. excom. Et contemnendo euitare totiens peccat mortaliter. Facit e. illud de ele. exco. mi. Et c. sicut 11. q. 3. Vnde licet excommunicat possint causa humanitatis in sustentationem vitę etiã non expectata extrema necessitate, necessaria vitę ministrari, vt alimenta, vestes, & hospitum e. quoniam & ibi glo. 11. q. 3. tamen vtensilia & alia instrumenta sine quibus viuere potest, nõ sunt ei ministranda. Solũmodo ergo in casu in quo homo ex præcepto charitatis tenetur communicare cum eo potest, & ipse cum alijs conuersari secundum theologos in 4. di. 18. de quo videbimus in sequenti parte Magna ergo est pœna viuere inter homines & non posse cum eis loqui.

De 8. excommunicationis maioris malignitate.

Nona malignitas est ꝙ tales excõmunicati sunt priuati suffragio ecclesiæ, vt inquit Ricar. in 4. dist. 18. ar. 7. q. 2.

q. 2. qui distinguit dicens, quòd si aliquis, est excommunicatus pro iniusta causa non excluditur a suffragijs, & orationibus ecclesiæ, quia non est excommunicatus quo ad ecclesiam triumphãtem nisi sic aliud quòd obstat. c. & si ad tempus 11. q. 3. Si autem sit excommunicatus pro iusta causa, & pœnitet atq; diligentissime absolutionẽ suã procurat, paratus facere quicquid in se est, & etiã in isto statu valens sibi orationes ecclesię, qa peccatũ censetur sibi remissũ, quã tum ad iudiciũ ecclesiæ triũphantis. Si autem non pœnitet: sed in sua obstinatione persistit, quãdiu in isto statu est, quamuis aliquo modo ibi possint prodesse orationes ecclesiæ, cum per orationes bonorum diuina misericordia volun tante pœnitendi multis sceleratis inspirauerit, possunt.n. fideles facere orationes, vt Deus conuertat excõmunicatos ab errore suo, vt ait Tho. in 4. di. 18. tamen longe minus prosunt ei quàm alijs, qa quãtum ex sua parte indignus est vt ei prosint. Ecclesiæ etiã ad tales excommunicatos sua suffragia non intendit dirigere, sicut ad non excõmunicatos 11. q. 3. c. quicunq; intra. Oratio autẽ cęteris paribus magis prodest illis ad quos specialius, & directius dirigitur, quam alijs. Non igitur orat ecclesia pro excõmunicatis, vt patet in orantibus quę fiunt in die parasceuen, vbi licet ores solemniter pro diuersis statibus etiã pro hæreticis & scismaticis, & pro Iudeis, ac paganis & infidelibus, non erat tamen pro excõmunicatis. Et per hoc demonstrat ꝙ permanentes in ex communicatione, sũt infidelibus & omnibus peccatoribꝰ deteriores.

Suffragia ecclesiæ q d prosint.

OMnes ergo excõmunicati priuantur ecclesiasticis suffragijs, ex quo incurrunt multa damna. Nã suffragia ecclesiæ vt inquit magister in 4. di. 20. valẽt primo ad augmẽtum gratiæ vel ad merẽdum eis qui non habent. Et quantum ad hoc dicit magister quòd gratia Dei per excommunicationem subtrahitur. Secundo valent ad protectionem Dei habendam, sicut de se dicebat psalmista. Dominus protector vitæ meæ a quo trepidabo. Et quantum ad hoc dicit magister quòd protectio, Dei subtrahitur omni excommunicato. Qua videlicet pro ectione filios ecclesiæ spiritali modo custodit, de quo inquit psalmista. Dominus custodit omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet. Ideo dicitur 24. q. 3. c. tam sacerdotes ꝙ excommunicatio a Deo separat. Tertio valent ad defendendum ab hostibus. Et quantum ad hoc dicit magister & Ricardus vbi supra ꝙ diabolo maior potestas seuiendi datur in ipsum corporaliter, & spiritualiter. De hoc etiam 11. q. 3. c. nihil & 11. q. 3. c. audi. dicitur quòd ex communicatio sathanæ traddit. Excommunicatio etiam est corporis & animæ detrimentum 2. q. 1. c. de manifesta 11. q. 3 c. audi. Et per eam subuertitur status hominum, quia de ecclesiæ corpore traditur sathanæ. Et est æternæ mortis damnatio, ideo timẽda est sicut mors Et excommunicati pro mortuis reputantur 11. quęst. 3. c. nemo episcoporum. Et non participant de bonis operibus, & meritis ecclesiæ de qua participatione inquit psalmista. Particeps ego sũ omnium timentium te & custodientium mandata tua.

De 10. malignitate.

DEcima malignitas est illa quam ponit Ricar. in 4. di. 18. ar. 7. q. 1. in corpore quęstionis circa finem scilicet quòd excommunicatus non potest eligere, nec eligi. Et si secus facta fuerit talis electio nulla est ipso iure c. cum dilectus de consue & 9. q. 1. c. nos in hominem & ibi dicit glosa quòd si aliqui eligunt simul cum excommunicato vitiatur electio. Et addit Ricardus vbi supra in solutione secundi argumenti, ꝙ si latenter aliquis excommunicatus interesset electioni, & postea detegeretur eius excommunicatio, ante confirmationem electi, quamuis propter hoc non irritaretur electio, si electus alias habeat sufficientem numerum vocum, tamen vox sua reputabitur nulla. Vnde si necessaria fuit ad sufficientem numerum vocum electio reputabitur nulla. Et secundum aliquos excommunicatus non potest eligi, non solum ad dignitatem spiritualem, sed nec ad laicalem, vel secularem. Nã non potest eligi in regem, vel imperatorẽ c. per venerabilem de elec.

Vnde-

De 11. malignitate magistris excommunicationis.

VNdecimã malignitatem ponit Ricar. prædicta dist. in. ar. 2. q. 1. 2. & 3. dicens. Prima q milites non tenentur obedire suis principibus publice maiori excommunicatione excõmunicatis 15. q. 6. c. nos sanctorũ & c. fe. & c. graué de pœnis & ibi glo. Excõmunicatio enim publica absoluit a iuramento fidelitatis. Et hoc constitutum est in detestationem criminis vnde vasalli non tenentur Dominis, quam diu durat excommunicatio vt ait Panor. in c. veritatis de dolo contu. Si tamen dubium esset vtrũ princeps esset excommunicatus, vel nõ obedire teneretur quia in dubijs superioribus est obediendum c. quid culpatur. 23. q. prima & ibi glosa.

SEcundo nõ tenẽtur clerici obedire suo episcopo manifeste excommunicato maiori excõmunicatione 19. di. c. nulli. & 16. q. vltima c. sane cuius ratio est, q a obedire est quodam communicare. Sed clerici tenentur euitare suum episcopũ excommunicatum c. miratus 93. di. Ergo non debet ei obedire. Et similiter nõ tenentur monachi obedire suo Abbati manifeste excommunicato c. sacerdotes 2. q. 7. & ibi glo. Imo abbas excommunicatus non solum non potest præcipere quia est priuatus actibus legitimis, sed nec alteri committere vices suas, quamuis si alicui commiserit ante excommunicationem ipso postea in excommunicationem incidente potestas quam antea commiserat non expiret. Argumẽtum a simili in c. Romana. de officio vica.

De 12. ac 13. malignitate.

DVodecima malignitas est q talis excommunicatus, nullũ beneficiũ ecclesiasticum potest acquirere, & iã collatũ non potest retinere, nisi ex dispensatione c. postulasti de cle. exco. mi. Et c. cũ bone in. ti. de eta. & qua. Et ideo de beneficijs iã habitis dum est in mora petendi absolutionem, nihil potest percipere c. pastoralis de appel. & c. sacro de sen. exco. Tertiadecima malignitas est quòd si excommunicatus publice baptizat solenniter, vel in foro pœnitentiæ absoluit fit irregularis. Quod probatur per c. presbyterum 28. di Et per c. si q s presbyter. de cleri. exco. mi. Et c. cũ medicinalis de sen. exco. li. 6. vbi glo. Si tamen baptizaret non solenniter, sicut faciunt vetulę in casu necessitatis, nõ propter hoc irregularis fieret, vt inquit Petrus de palude in 4. di. 18. vbi etiã dicitur, q excõmunicat[9] si celebrat vel ordines recipit, fit irregularis nisi probabilis ignorantia eum excuset c. Apostolicę de cle. excomim. Et hoc siue suscipiat ordinẽ sacrũ siue non sacrum c. cum illorum de sẽten. exco. Similiter si in suo officio ingerit se diuinis, vt puta cantando epistolam, vel euangelium in missa, exequendo officiũ suum, efficitur irregularis dicto. c. Apostolicę. Et non potest dispensari nisi p Papam dicto c. cum medicinalis & c. cũ æterni de senten. & re iudica.

De 14. malignitate excommunicationis malignitate.

DEcimaquartam malignitatem ponit Io. de. Legnano vbi supra dicẽs q si quis debet dare alicui incerto termino aliquam rẽ, & ipse interim excõmmunicatur, non tenetur ei debitor soluere dũ perseueret in excommunicatione, & allegat Bartholomeũ Brixiensem idem dicentẽ, sed debet deponere debitũ apud aliquem vt postea creditori ab excommunicatione absoluto reddatur. Et hoc dicit tenere Ioan. an. licet quidam contrarium dicant. Et hanc opinionẽ etiam tenet Hostien. & Ray. in summa per c. ius sanctorum 15. q. 6. glosa vero Ray. ait q talis debitor non tenetur soluere vel deponere quamdiu est excommunicatione, quia sub intelligitur tacite in iuramento, vel obligatione, si talis permanserit cui liceat communicare. Argumentum in c. nequis 22. q. 2. Si tamen ex auaritia non ex zelo iustitiæ differret solutionem peccaret quo ad deum, licet non puniretur quo ad ecclesiam. Sicut hebræi qui ex cupiditate exportauerũt bona ęgiptiorum peccauerunt, qui autem propter obedientiam hoc fecerunt meruerunt, hęc ille. Quæ etiam ponuntur in summa confess. vbi supra quæst. 24. Non obstat autem huic conclusioni capitulum inter alia. de senten. excõmunica. vbi dicitur quòd excommunicato tenentur communicare illi qui pri-

us erant ei obligati ad familiare obsequium, quia respondet Panor. ibi, q illud est speciale in illis personis de quib⁹ ibi & in c. quoniam multos 11. q. 3. Ergo in alijs est contrarium. Et ideo ipse concludit quòd talis debitor non tenetur soluere, sed sufficit deponere vt supra dictum est. Et idem tenet glosa in capitu. iuratos 15. quęst. 6. Quod autem determinatio illius capituli inter alia sit specialis patet per rationem in textu assignatam dum dicitur. Cum duret debitum beneficio canonis id agente scilicet illis personis de quib⁹ in ipso c. quoniam multos.

De 15. malignitate. Decimaquinta malignitas est q stans excommunicatus per annum potest priuari omnibus beneficijs si quae habet 11. q. 3. rursus & c. quicunq; quod limitat glo. in c. cum contumacia de here. li. 6. Et Inno. in dicto c. cū bone. de eta. & quali. Et Anto de bu. in c. 1. de iudi. verum est excommunicatus fuit pro causa criminali. Secus pro ciuili, quia si stetisset per mille annos excōmunicatus non posset priuari glo. est singularis in c. contingit de dolo & contuma.

De 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. maioris excommunicationis malignitate. Decimasexta malignitas est quòd excommunicatus impetret aliquod rescriptum super alio articulo, quam appellationis, vel excommunicationis nihil valet capitulo ipso iure. de rescripti. libro 6. Decimaseptima malignitas est quòd excommunicatus notorie, efficitur infamis c. infames 6. q. prima Decimaoctaua malignitas est q excommunicatus notorie est suspensus ab officio, & beneficio capitulo pastoralis de appella. Decimanona malignitas est quòd debet soluere pro singulo die vnum grossum donec perseueret in excommunicatione, vbi est statutum episcopale hoc determinans. Quod licet quibusdam videatur esse simoniacum per capitulo ad nostrā & capitulo nemo de simonia. tamen Hostien. & Ioannes An. in capitulo ad aures eo. titu. determinant quòd sit licitū, quod intelligo verum si fit in pęnam, & vt citius quaerat absolutionem. Vigesimam malignitatem ponunt quidam dicentes, & excommunicatus non potest testari. Sed tamen communis tenetur huòd possit vt not. Albricus in l. 1. C. de haere. institutio. Et cardinalis in capitulo quamquam de vsu. libro 6. Et Panor. in capitulo ad probandum de re iudica. Vigesimaprima malignitas est q excommunicatus non potest absolui a peccatis nisi prius absolutus fuerit excommunicatione, secundum communiter theologos in 4. dist. 18. & probatur per capitulo quicunq; & 4. quęst. prima. Vigesimasecunda malignitas est, quòd talia per excommunicationem priuatur omnibus meritis suis, ante acquisitis, etiam si ante excommunicationem habuisset merito omnium patriarcharum, & prophetarum martyrumq; & Apostolorum. Et hoc probatur per c. si quis a catholica 23 q. 4.

De 23. malignitate. Vigesimatertia malignitas est q tales excommunicati non debent in loco sacro sepeliri, nec potest oblatio pro eis suscipi, secundum Ricardum in 4. dist. 18. ar. 7. q. 3. vt enim dicitur in capitulo quicunq; 24. q. 1. Quibus non communicamus viuis, nec mortuis communicare debemus. Et idem habetur 24. q. 2. capitulo de communione & extra de priui. c. ad hec dicit glo. q communicātes eos in morte incidunt excommunicationem. Et hoc idem habetur in c. c. non extimemus 23. q. 2. Et ideo secundum Ricardum vbi supra. Si excommunicati in cimiterio fuerint sępulti, inde debent eijci, & extra locum sacrum sepeliri, iuxta illud Ieremiae 22. Sepultura asini sępelietur scilicet excommunicatus. Ecclesia vel cimiterium est reconciliandū c. consuluisti. de consecra. eccle. vel al. quod intelligēdum est si ossa eorum possunt discerni ab alijs, aliter, non quia minus malum est vt ossa excommunicatorum remaneant in cimiterio, quam q inde eijciantur ossa aliorum fidelium. Nec post mortem absolui ab excommunicatione debent, si in sua obstinatione perstiterunt vsq; ad mortem inclusiue. Et ita intelligitur illud 24. quest. 2. capitulo legatur ī quo dicitur, quòd Christus in ligatione defunctum nunquam dixit esse soluendum, nec legitur eum ab

soluisse

soluisse aliquos mortuos in errore. Secus vero est, si ostendit signa contritionis in morte. Vnde refert Grego. in 2. dialogorum quòd cum beatus Benedictus excommunicasset quasdã moniales propter earum loquacitatem, semper quando dicebatur officium videbantur exire de sepulchris & de ecclesia. Sed cum eas absoluisset beatus Benedictus ab excõmunicatione, amplius non sunt visæ. Mortuę enim erant contritæ & ideo potuerunt absolui, vt dictum est supra parte 3. huius sermonis.

De 24. & 25. malignitate excommunicationis maioris.

VIgesimaquarta malignitas excommunicationis est vituperatio. Opprobrium enim excommunicatorum in tribus apparet. Primo quia tanquam canes expelluntur de ecclesia Apoc. vl. Foris canes &c. Non enim sunt digni videre Dei misteria Matthei 7. Nolite sanctum dare canibus, nec mittere Margaritas ante porcos. Nec sunt digni fidelibus admisceri Ecclesiastici 13. Quæ cõmunio homini sancto ad canem. Secunda vituperatio, seu opprobrium est, quia magis quàm saraceni, & iudei euitantur, & magis quàm omnes peccatores cũ quibus omnibus etiam sceleratissimis hominibus, atq; infidelibus loqui possumus & non excommunicatis 1. ad Cor. 5. Cum huiusmodi nec cibum sumere &c. vbi dicit Augustinus quòd Apostolus ibi intelligit de excommunicatis, qd ait Dominus. Matthei 18. Sit tibi sicut ethnicus & publicanus. s. excommunicatus ab ecclesia. Vbi dicit glosa. Detestabilior est qui sub nomine fidelium agit opera infidelium, quàm aperte infideļis Tertia vituperatio est quia excommunicatus videtur esse sine lege. Iudei n. suam legem habent licet nõ sufficientem, etiã saraceni, suã, & similiter christiani. Sed cum excõmunicatus sit extra christianitatẽ, non erit Iudeus, nec saracenus, nec christianus. Et de tali dicitur Prouer 6. Homo apostata vir inutilis &c. infra. Huic ex templo veniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit vltra medicinã. s. si cito non faciet se absolui ex cõmunicatione. Vigesimaquinta malignitas est ꝙ per excõmunicationẽ homo depuratur eternis incendijs c. omnis 11. q. 3. Et ideo in c. nemo. eadem q. & causa Chriso. dicit Nemo contemnat inculam ecclesiasticam, quia non est homo qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit sacerdotibus, & Domino fecit tanti honoris.

De 6. malignitate.

VIgesimasexta malignitas est quòd excludit a regno cęlorum. Et ideo appellatur anathema quòd idem est quod separatio. s. a cęlesti gloria, ad quam nullus excommunicatus poterit peruenire c. quisquis & c. quicunq; 24. q. 1. & c. nemo 11. q. 3. Ex quo apparet crudelitas eorum qui pro qualibet minima re faciunt fieri excommunicationes. Item stultitia maxima illorum qui non timẽt incidere in eas, & cum excommunicati fuerint non procurant quàm citius absolui.

PARS SEXTA HVIVS sermonis de excommunicationis participatione.

CVM excommunicatis non est cõuersandum, quia excommunicatio est moribus contagiosus. Vnde sicut conuersans, & participans cum leprosis efficitur leprosus, sic conuersans, & participans cum excommunicatis efficitur excommunicatis. Et hoc patet per illud quod legitur de quodam sancto patre qui adiurauit dæmonẽ vt sibi diceret quod esset illud peccatum per quod plures lucraretur. Qui respondit quòd est excommunicatio. Quia vnº excommunicatus alios tota die peccare facit, dum eos ad participandũ secum inducit. Quia igitur scriptum est Ecclesiastico 13. & experientia demonstrat, ꝙ qui tetigerit picem inquinabitur ab ea Ideo omnibus christianis dicit ecclesia illud. Numeri 16. Accedite tabernaculis hominum peccatorum. Et nolite tangere quæ ad eos pertinent ne inuoluamini in peccatis eorum. Cum excommunicatis ergo conseruantes, & participantes peccant in seipsos, quia se fędant, & maculant excõmunicatione. Itẽ in excommunicatorem cuius auctorita-

Nõ esse conuersãdũ cũ excõmunicatis ostenditur.

tem contemnunt, & per consequens peccant in Deũ qui ait Lu. 10. Qui vos spernit me spernit. Item in qui excõicatum cuius sanitatẽ impediunt dũ verecundiã & cõfusionẽ quæ aliquãdo est causa salutis ei aufert. Eccle 4. Est confusio adducẽs gratiã & gloriã. Itẽ peccat in illũ cuius occasione excõmunicati sunt, qa per hoc satisfactionẽ eis fiẽdã impediũt. Cũ ipsis autẽ excõmunicatis non esse participandũ, demõstrari potest exẽplo quod recitat Iacobus de Vitriaco di. q̃ fuit qdã in episcopatu linconiẽsi excõmunicatus q sententiã illã contemnebat. Et dũ quadã die comederet cũ socijs venit ante eũ porcus, cui excommunicatus proijciens de pane suo ait. Nunc apparebit si porcus iste de pane meo comedet qui sum excommunicatus? Porcus vero panẽ odorans non tetigit eum. Tũc excommunicatus dedit vni socijs vt daret, porco, & etiã tunc nihil tangere voluit. Tunc alij socij dederũt de pane eorum quem porcus statim comedit.

SEd pro meliori declaratione dicendorum sciendũ est q̃ tripliciter potest qs participare cum excommunicato. Primo participatione criminis & hoc dupliciter, primo in crimine mortali pro quo incurritur excommunicatio maior, quãdo iudex, vel canon excommunicat aliquem cum omnibus participantibus cũ eo. Tunc enim clarum est q̃ omnes dantes ei auxilium, vel consilium seu fauorem, quomodo libet ei cooperando in crimine sunt excommunicati eadem excommunicatione cle. si quis suadente de pęnis. Si autem non est excõmunicatus cũ participantibus sibi, tamen participãtes eũ eo in eodẽ crimine dando cõsiliũ, auxiliũ vel fauorẽ sunt excõmunicati vt declarat Ri. in 4. di. 8. ar. 6. q. 1. & Tho. ibidẽ parte 2. ar. 4. q. 2. Et bea. Bona. in eadem di. 2. ar. 1. q. 5. Et ad hoc allegatur textus in c. si concubinę & c. nuper de sen. exco. Sed isti loquuntur quando ille cui participatur in crimine iam inciderat in excommunicationẽ. Et ideo qdã dicunt q̃ si ante quã in eã incidat, qs cum eo participet ĩ illo crimine propter quod incidit in excommunicationem licet peccet mortaliter, tamen ipse non incurrit excommunicationẽ. Sed Panor. in dicto c. super ait sic, posset dici q̃ ex alio capite qs incurrit excõmunicationẽ iuris vt si consulat vel auxilium impendat circa verberationẽ clerici, Nã facientem, & consentientem pari pęna constringit, vt dicitur ĩ textu, & facit c. mulieres su. eo. hęc ille. Et licet quidã dicãt q̃ consulentes nõ incidũt excõmunicationẽ, nisi quãdo non erat aliter facturus al legantes c. Sicut dignum. §. qui vero de homi. Tamen Innocentius in dicto c. nuper cum quo videtur transire Anto. de Bu. dicit idem esse, etiam si aliter nõ fuisset facturus, quia nihilominus participat in crimine vt notatur in directoria iuris li. 3. ti. 4. §. 125. Et idem videtur tenere Ioannes An. in c. nullus de regu. in li. 6. dicens quòd in maleficijs indistincte quis tenetur ex consilio. Et idem tenit Panor. in c. super de sen. exco. dicit tamen quòd quoad pęnę quantitatem mitius punietur consulens quando malefactor erat omnino illud facturus; quam cum non erat aliter facturus per dictum c. Sicut dignum. Secundo non potest quis participare in crimine mortali, sed non in illo propter quod excommunicatio; & talis licet peccet mortaliter participando, tamen non incurrit maiorem excommunicationem secundũ prædictos Theologos, sed tantũ minorẽ. Vt etiam notat Innocentius in dicto c. nuper.

SEcundo principaliter fit participatio cum excommunicato in diuinis. s. recipiendo eum ad diuina officia, seu ecclesiastica sacramenta, vel ad ecclesiasticam sepulturam. Et talis participans licet non sit irregularis vt dicitur in c. is qui. de sen. exco. libro 6. tamen peccat mortaliter, & est valde propinquus irregularitati. Nam est ei interdictus ingressus ecclesię, nec admittitur ad ecclesiastica sacramenta, vel sepulturam ecclesiasticam, nisi prius de transgressione huiusmodi satisfecerit competenter ad arbitriũ eius cuius sententiam cõtẽpsit c. episcoporũ de priui. li. 6. Et si postq̃ est ei interdictus ingressus ecclesiæ ingerat se diuinis in suo officio sicut prius, efficitur irregularis. Quamuis autẽ par- *2. quomodo contingat participare cũ excõmunicato.*

ticipans

ticipans cum excommunicato in diuinis incurrat solum excommunicationē minorem, tamen si talis excommunicatus, sit a papa, incurrit excommunicationē maiorē, vt patet in c. significauit de sent. exco. Et licet quidam dicant, ꝙ dictum c. intelligitur quando quis est excommunicatus cum participantibus sibi tamē vt notatur in directoria iuris eodem libro & ti. §. 41. secundum rei veritatem loquitur generaliter, vt patet ex lectione textus. Et ita tenet dominus Hostien. in apparatu. Dicit tamen Antonius de bu. super dicto c. ꝙ requiritur ad hanc excommunicationem incurrendam, ꝙ participās in diuinis cum tali excommunicato a papa sit clericus, & ꝙ participet sponte, & ex certa scientia. Et hoc idem tenet Host. & Archidiaconus in c. placuit 11. q. 3. Et Ioannes in cap. statuimus, de sent. excom. lib. 6. & intelligitur siue ista participatio in diuinis fiat in ecclesia siue extra ecclesiam, vt dicitur in summa confessorum, eodem libro, & titulo q. 34.

An partici pās cū excōmunicato metu, vt celebret metu mortis excusetur ratione timoris.

Sed hic quęritur. Nunquid participās per metum cum excommunicato, vt quia tirannus cogit sacerdotem celebrare metu mortis, excusetur ratione timoris. Respondet Alexander de Ales in 4. parte summę, in tractatu de excōmunicationibus, ꝙ pro nullo metu debet quis peccare mortaliter, nec participare cum excommunicato. Vnde si considerate, & habita deliberatione communicet, peccat mortaliter, quia huiusmodi excommunicatio non est sine contemptu. Nā licet talis culpa aliqualiter attenuetur propter metum, non tamen excusat 32. q. 5. c. ita ne. Et dicit Hostien. ꝙ beatus esset sacerdos si tolleraret mortem potius quā communicare, quia esset Mar. Si vero ex quadam subreptione & inconsiderate, sine vlla deliberatione quis metu mortis communicet, non peccat mortaliter, vt ait Alexander vbi supra. Guido tamen & Vgo dicunt quòd metus qui caderet in constantem virum, excusat a mortali. vt dicitur in summa confes. libro tertio ti. 33. quæstio. 173. Et Hostien. dicit hanc opinionem esse humaniorem, cum casus necessitatis excuset in talibus. Et etiam casus vtilitatis quod maius est. Et hoc ponitur in summa confes. eodem libro & ti. q. 169. Securior tamen est opinio Alexandri.

Tertio principaliter potest communicari cum excommunicato non incrimine, nec in diuinis, sed in alijs actib⁹ humanis. Et hoc etiam prohibetur in c. cum excommunicato 11. q. 3. vbi patet ꝙ primo nō debet participari cum eo ore, idest locutione. Item non licet litteras, excommunicato recipere, vel ei mittere litteras, vel nuncios, nisi in casu in quo liceret ei loqui vt inquit Vgo & Archidiaconus in dicto c. cum excommunicato. Item non debet quis excommunicatum salutare, vel salutantem resalutare, aliter incurrit excommunicationē minorem secundum Ricar. ac Bonauen. & Tho. in 4. distin. 18. Si tamen faciat actum reuerentię sine locutione, vt assurgere ei, vel inclinare se, vel ei salutanti mouere labia quasi resalutando, secundum Archidiaconum vbi supra nō incurrit excommunicationem, cum pęnę sint restringendę, & non amplhandæ de pęniten. distin. 1. §. pęnę. In directoria autem iuris libro 3. ti. 2. §. 146. dicitur quòd homo loquitur non solum verbo, sed etiam nutu, & signis pro quo facit 26. q. 6. c. qui recedunt ad si. Et sic non videntur prædicta posse fieri, vnde securius erit abstinere. Sciendum est autem secundum theologos in 3. distin. 18. quòd si quis salutatur ab excommunicato, potest respondere Deus emendet vos, & huiusmodi. Non solum autem est prohibitum loqui excommunicato, sed etiam orare cum eo vt dicit Isidorus in dicto capitulo cum excommunicato. Et idem habetur in capitulo excommunicatos eadem quæstione causa. Vnde dicit Innocentius in summa quòd si excommunicatus intrat ecclesiam, & ibi se firmat causa orandi, alij tenentur exire, vel procurare quòd ille exeat, si manifestum est illum esse excommunicatum 11. quæstione tertia capitulo. sicut. Apostoli & 24 quęstione prima capitulo omnis qui. Imo secun-

3. quomodo cōtingat participare cum excommunicato.

dum Theologos, in prædicta di. quarti si exire noluerit quando dicitur officium diuinum, violenter potest emitti, si fieri potest sine sanguinis effusione, maxime de mandato vel consensu sacerdotis. Argumentum in cap. veniens de senten. exco. si vero no potest emitti debet dimitti diuinum officium quousq; exeat, & etiam missa si nondum incępit canonem. Argumentum in di. cto c. omnis. Secus si incepisset, quia tunc debet prosequi vsq; ad communionem sumptam, cum solo seruitore relictis omnibus exeuntibus vt ait Ray. in summa, & ponitur in summa confes. vbi supra q. 172. Et postea residuum exeundo in sacristiam dicere vt dicunt theologi vbi supra. Incipit autem canon a te igitur secundum archidiaconem in capitulo de himnis de conse. distin. prima. Sed Alexander Vincentius in capitulo cum Marthe. de cele. missarum post Innocen Hostien. ac Panor. tenet quòd incipit a verbis consecrationis. Et hęc opinio videtur magis sequenda quo ad dimissionem vel prosequutionem missę, in casu isto. Licet aliqui dicant q incipit immediate post offertorium. Si vero excommunicatio esset occulta tūc illi qui sciunt debent exire secrete, & caute, ita quòd non fiat manifestatio eius, aliter non exibunt 6. questio. 2. capitulo & si tantum & capitulo cum non ab homine de sen. exco. Occulte n. excō municatus occulte deb t moneri, vt exeat, & non publicari, vt etiam dicunt prę dicti theologi vbi supra, qui etiam dicūt quòd si aliquis hospitatus fit in aliqua domo, & superueniat aliquis publicè ex communicatus ponens se ad mensam tenetur surgere a mensa non obstante quocunq; scandalo. Si vero est excommunicatus occulte, & non potest surgere sine eius nota non tenetur surgere, licet tamen in eadem camera cum excommunicato comedere, sed non in eadem mensa, nec in eodem lecto iacere, vt dicunt prę dicti theologi. Et etiam canonistę in dicto c. cum excommunicato. Et Innocentius in capitulo nuper de senten. excommu. Tamen in summa confessorum libro 3. titu. 34. q. 130. dicitur quòd mensæ debent esse ita remotæ, vt meritò dici possit quòd simul non comedant. Si enim essent prope videretur simul comedere.

Licet autem quidam dicant q participando cū excommunicato, semper incurritur peccatū mortale tamen Tho. in 4. di. 18. de exco. ar. 4. q. 3. Et Ric. in eadē di. Et Ioannes And. ac Ioannes de Legnano & Archidia. ac Panor in c. sicut 11. q. dicunt quòd non incurritur peccatum mortale nisi in quatuor casibus. Primo participando in crimine dicto capitulo nuper. §. in secunda & c. si concubinæ de senten. excommu. Secundo si participat in contemptum superioris, argumentum capitulo 2. de Maio. & obedien. Et ideo peccat mortaliter si participat postquam a superiore canonice monitus fuit, ne participare c. statuimus eo. titu. libro 6. & c. sacris quod me. cau. Tertio si participa in diuinis c. rogo. 11. q. 3. & ibi Vgo Quarto si participat ex studio vel contemptu, reputans excommunicationem trufam, secundum Hostien. in c. quo in dubijs de senten excommu. Et Ioan. & Archidia. in dicto c. rogo. Et ita intelligitur illud quod dicitur in dicto capitu. sicut Apostoli 11. q. 3. quòd cum quis per contemptum participat cum excommunicato, vel contra prohibitionem superioris potest excommunicari, tunc enim peccat mortaliter. Hodie tamen per extrauagantem Martini quinti, quæ incipit. Ad euitandum scandala, & multa peccata, nisi quis sit excommunicatus a iudice specialiter, & expresse, non, tenetur aliquis eum vitare, & ideo potest participare eum excommunicato à iudice generaliter. Et etiam cum omni excommunicato a canone, nisi talis sit excommunicatus pro sacrilega manuum iniectione in personam ecclesiasticam, quod adeo sit notorium, vt nulla possit tergiuersatione cęlari. Et dicit Archie. florentin° in tractatu de excommunicationibus, q hec decretalis fuit approbata ab omnib° qui erant in concilio Constantiensi sub prędicto pontefice. Et etiam per Eugenium 4 in concilio Basiliensi, & est perpetua nisi reuocetur.

In quatuor casibus incurrit peccatū mortale participādo cum excommunicato.

Scien-

Quædã personæ in quibusdã casibus possunt participare cũ excõicatis, sine incursione excõicationis minoris.

SCiendum tamen est secundum Theologos in 4. dist. 18. q quædam personæ possunt participare in quibusdam casibus cum excommunicatis sine incursione excommunicationis minoris de quibus habetur in c. quoniam multos. 11. q. 3. & continentur in hoc versu: Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse. Hæc anathema quidem faciunt ne possit obesse. Primo vtile, idest propter vtilitatem, & hoc dupliciter, scilicet excommunicati, vt quando quis loquitur ei de pertinentibus ad eius salutem, vel exhortatur eum ad quærendam absolutionem, licet alia verba incidenter interponat vt magis proficiat. Et ideo prædicatores, & confessores qui apud excommunicatos in prædicationibus, & cõfessionibus quasi gerunt causas eorum qui ab ipsis expoliati fuerant, possunt eleemosynas licite accipere ab ipsis excommunicatis, præsertim si aliter in locis illis non valent sustentationem habere. c. cum voluntate, de senten. excommuni. Non est ergo peccatum loqui cum excommunicatis de vtilibus ad salutationem animæ suæ; & propter hoc admittuntur ad prædicationem. c. respõso de senten. excommu. Secunda vtilitas potest esse ex parte participantis in temporalibus, vel spiritualibus. In temporalibus quidem, vt cum petit ab excommunicato quod ei debet dare. c. si vere. extra eodem. Vnde si nolit dare, potest in iudicio conueniri, alias ex delicto suo commodum reportaret, extra de iudi. c. intelleximus excommunicatus igitur potest conueniri licet ipse non possit contra alios agere, quia est separatus non solum a Christo, sed etiam a communione fidelium 3. q. 4. c. si. & de sen. excom. c. duobus vbi de hoc. & c. a nobis, de excep. In spiritualibus autem licite potest loqui de salute animæ propriæ si est necessitas, & non potest haberi recursus ad alium qui consulat. Et hoc secundum Gulielmum, qui etiam dicit quòd necessitate imminente potest peti consilium ab excõmunicato, etiam super temporalibus, pro quanta autem necessitate vel vtilitate liceat hoc agere arbitrio boni viri limitandum dicit. Cuius dictum ponitur in summa confes. lib. 3. tit. 32. q. 127. Et hoc quantum ad consilium. Secus autem est de confessione, quia etiam in casu necessitatis non licet confiteri excommunicato, vt notatur in prædicta summa eodem libro ti. 34 q. 64. Nec aliud sacramentum ab eo recipere præter baptismum morte interueniente, & catholico deficiente, vt notatur in eodem libro ti. 34 q. 8. Secundo excusat a participatione lex, scilicet matrimonij. Nam vt dicit Ricardus in 4. di. 18. Vxor communicando cum marito excommunicato nullam excommunicationem cõtrahit, quia tenetur ei obedire. Et hoc quando de matrimonio constat. c. quoniam multos 11. q. 3. Et non solum potest reddere debitum, sed etiam exigere. Argumentum in c. intelleximus, de iudi. Et hoc etiam potest vir facere cum muliere excommunicata, secundum theologos in prædicta di. quarti quia iudicatur ad paria. c. gaudemus de diuor. Si vero aliquis eorũ sit excommunicatus, & multo magis si vterque propter matrimonium illicite contractum, non licet participare etiam in petitione, vel redditione debiti. Vt dicunt theologi in prædicta di. quarti. Et canonistæ in dicto. c. quoniam multos.

Vxor excusatur participando cũ viro excõicato, de viro autẽ dubitatur.

SED si quæritur, nũquid cum aliquis coniugum est excommunicatus propter aliud q̃ propter matrimoniũ, an alter possit cum eo participare? Respõdet Hosti. Goffre. & Ray. vt ponit in summa confessorum eodem libro & ti. q. 129. q vxor excusatur participãdo cũ viro excõicato ratione subiectionis. Sed vir non excusatur participando cum vxore excõmunicata, quia põt eam cogere, vt faciat se absolui. Argumentũ in c. sicut. 7 q. 1. Et idem dicitur in directoria iuris libro ti. 5. 135 Aliqui tamen dicunt q si vir cum debeat esse caput mulieris. 33 q. 5. c. hæc imago non inducit eam ad petendam absolutionem secundum q debet & tenet, peccat mortaliter, per c. error, & c. consentire cum si. 83. di. Et ideo participando cum ea incurrit minorem excõicationem. Secus quando non potest eam cogere, & si non participaret cum ea efficeretur peior. Et hæc opinio videtur rationabilis. Sed quæritur, nunquid si vir vocet excõmunicatum ad mensam possit vxor simul comedere? Respondet Guliel-

lamus, vt ponitur in summa confes. libro. 3. tit. 34. q. 130. q non tamen poterit comedere in alia mensa in eadem domo, ita tamen remota quòd merito possit dici quod non comedant simul.

Humilitas subiectionis vel seruitutis excusat a participatione cũ excõmunicato.

TErtio excusat a participatione humilitas subiectionis, vel securitatis. Et sic filij qui sunt in patria potestate, & etiam emancipati, qui sunt commensales patri, & ab eo necessaria recipiũt possũt communicare cum eo, dũmodo non participent in crimine. Alij vero filij non excusantur, secũdum prędictum Guliel. vt ponitur in summa confes. vbi supra. q 131. Et idem dicit Rodonensis in summa. Et similiter dicit Vgo esse dicendum de patre respectu filij excommunicati, q tenetur eum vitare nisi ab eo recipiat alimenta. Quod etiam tenet Innocentius & Ray & Guliel. vt ponitur in summa cõfes. vbi supra. Excusant quoq; monachi participando cum abbate excommunicato, quia quasi de familia eius sunt, vt inquit Guliel. & ponitur in summa confes. libro. 3. tit. 33 q 140. Et clerici cum Episcopo excommunicato possunt participare si sunt eius officio deputati sicut & alij seruientes vt inquit Guliel. vbi supra, & ponitur in summa confes. eo. lib. & tit. q 139. Alij autem clerici non secun dum Hosti. in summa. Quod probatur p c Miratus. 93. di. Excusantur etiam serui, & ancillæ, & alij seruilis conditionis. Itẽ rustici, ac laboratores agrorum, atq; alij seruitores, & subiecti, & similiter nutrices, & alij ad seruitium eius ante excommunicationem astricti. c. Inter alia. de sen. excom. maxime si non possunt ab eo recedere sine detrimento proprio. Argumentum in c. b vere. eo. ti.

Ignorantia facti etiam excusat.

QVarto principaliter excusat probabilis ignorantia facti, vt puta quia quis nescit aliquem verberasse clericum, vel aliud huiusmodi fecisse propter qđ incurritur excommunicatio, vel nescit ipsum fuisse denunciatum in ecclesia vt dicit Guliel. per c Apostolicæ de cle. excom. mini. & c. significauit de scn. exco. Ignorantia autem iuris non excusat eos qui tenentur iura scire. c. vt animarum de consti. lib. 6. & etiam patet quòd ignorantia crassa, & supina non excusat.

Necessitas tam excõicati, q̃ participatis excusat.

QVinto excusat necessitas tam excommunicati quàm participantis. Vnde peregrini viatores, & similes possunt licite recipere ab excommunicatis necessaria quando aliter habere non possunt. c. quoniam multos. 11. q. 3. Excommunicato quoq; potest aliquid dari causa humanitatis quando necessitatẽ habet. Vnde si petat hospitium non tenetur quis expectare donec sit ab omnib⁹ expulsus, vt inquit Guliel. & ponitur in summa cõfes. vbi supra. q. 154. Vnde cõcludendum est quòd vbi propter necessitatem quis communicat cum aliquo excommunicato non peccat secundum communiter doctores in c. si vere & c. inter alia de sen. excom. Et ideo quando quis participat cum excommunicato non in fauorẽ eius aut commodum sed pro euitando suo dãno, vel subleuanda sua necessitate non incidit in excommunicationem. Ar. in c. veritatis, de dolo & contu. Et ideo si qs contraxit societatem cum aliquo ita q non potest abstinere ab eius consortio sine suo detrimento potest participare secundum Hosti. & Bernardum in dicto c. inter alia. Et ideo dominus potest communicare cum seruo excommunicato recipiendo debita obsequia. Et prælati cũ suis subditis eadem ratione, & hæc probantur per dictum capitulum, si vere.

PARS SEPTIMA huius sermonis de excommunicationis absolutione.

VT intelligere valeatis a quibus excommunicationibus absolueте possit quilibet parrochianus, & alij similes confessores declarare vobis in hac parte intendo, qui casus sunt Episcopo reseruati, & qui summo pontifici. Illis enim exceptis qui ipsi summo pontifici, vel Episcopis particulariter reseruantur, de alijs omnibus possunt parrochiani absolutionem impartiri. Notandum ergo est quòd si Episcopus reseruat sibi absolutionem excõmunicati ab eo, vel eius auctoritate. Non poterit talis absolui nisi ab eo, vel superiore, vt a Papa,

pa, vel delegato, aut etiam ab Archiepiscopo in casibus non prohibitis de quibus notatur in c. pastoralis, de offi. ordi. Solent autem communiter Episcopi reseruare sibi absolutionem excommunicatorũ spiritualiter, & nominatim expressa nominibus. Si vero non reseruant sibi absolutionem talium excommunicatorum tunc quilibet ordinarius potest absoluere subditos suos. c. nuper. de senté. excom. Quia tamen conditor canonum eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem alijs relaxandi. De casibus vero excommunicationum iuris quorum absolutio ad Episcopos pertinet infra dicemus in declaratione casuum Papæ reseruatorum. Sciendum est igitur quòd multi sunt casus in iure summo pontifici reseruati de qbus aliquos hic recitabimus alijs prætermissis causa breuitatis.

De excõicatis excõicatione papali.

DIco igitur primo quòd omnes qui excommunicati sunt & omni anno denunciantur excõmunicati per processum curiæ de quibus supra dixi parte secunda huius sermonis, non possunt absolui nisi per summum pontificẽ excepto mortis articulo. In quo etiam absolui non possunt nisi prius de stando mandatis ecclesiæ satisfactione, vel cautione præstita. Omnes quoq; symoniaci in ordine, vel beneficio, & eorum mediatores sunt excommunicati excommunicatione papali vt dictum est supra parte secunda, nec possunt absolui nisi a summo pontifice, pręterquam in mortis articulo, vt patet etiam per extrauagãtem Pauli secundi, quæ incipit. Cum detestabile. Incendiarius etiam ecclesiæ, vel loci religiosi seu priuilegiati in circuitu ecclesiæ ipso iure est excommunicatus, sed antequam sit denunciatus potest absolui ab Episcopo; postquam vero est denunciatus siue nominatim, siue in generali, puta dicendo denunciamus excommunicatos omnes, qui tale incendium fecerunt, istius absolutio excommunicationis est reseruata Papæ. c. tua nos, de senten. excom. Et similiter effractores ecclesiarum, cum expoliatione earum similem excommunicationem incurrunt, a qua nõ nisi per Papam absolui possunt post denunciationem. c. conquæsti extra. e. & Panor. ita declarat illum textum. Excommunicationem etiam papalem incurrunt insecutores Cardinalium Romanæ ecclesiæ hostiliter, vel clericorum, aut religiosorum familiæ Papæ, vel Cardinalium prędictorum, & percussores, ac captores eorum, & socij talia facientium, & mandantium, & qui factum ratum habuerunt vel consilium dederunt, vel fauorem & qui tales postea receptauerunt, vel defensauerunt sciẽter, vt habet in c. felicis. de pęnis lib. 6. Et omnes prædicti non possunt absolui nisi a Papa vt ibidem dicitur. In eodẽ quoq; c. habetur quòd principes, senatores, consules, potestates, rectores, siue alij domini, & eorum officiales qui infra mẽsem a die notitiæ habitæ de prædicto delicto non puniunt prædictos reos cum possunt secundum tenorem ipsius capituli excommunicationem incurrunt a qua tamen absolui poterant a suis ordinarijs. Alium etiam casum papalem habemus in c. quicunq;, de sen. ex com. lib. 6. Quicunque pro eo quod in reges, & principes, ac barones, nobiles, ac quoscunq; eorum ministros, aut quoscunq; alios excommunicationis, suspensionis seu interdicti fuerit sententia promulgata, licentiam alicui dederit occidendi, capiendi, seu alias in personis seu bonis, vel suorum grauãdi eos tales, qui sententias protulerunt siue quorum sunt occasione prolatæ, vel easdem sententias obseruantes, seu taliter excommunicatis cõmunicare nolentes, nisi licentiam ipsam re integra reuocauerint, vel si ad bonorum captionem occasione ipsius licentiæ sit processum, nisi bona ipsa fuerint infra octo dierum spacium restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa, eo ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Eadẽ quoq; sint sentẽtia innodati omnes qui ausi fuerint prædicta licentia data vti, vel aliqd præmissorum ad quæ committenda dari licentiam prohibemus alijs committere suo motu. Qui autem in eadem sententia permanserunt duorum mensium spacio, ex tunc ab ea non possint nisi per sedem Apostolicam absolutionis beneficiũ obtinere. Alia excommunicatio habetur in cle. 1. de pęnis, quilibet qui iniuriose, vel temere percusserit, ceperit, aut bãnierit,

sit aliquem Episcopum, seu qui prædicta mandauerit, vel facta ab alijs rata habuerit, vel socius fuerit in his faciendis, aut consilium, vel fauorem dederit, vel defensauerit eosdem, nec potest absolui præterquam in articulo mortis nisi a Papa. Et cum absoluendus fuerit in articulo mortis, non valet absolui nisi prius caueat idonee quòd parebit pęnæ imponendæ & pœnitentiam domino auxiliante faciet. Item ibidem excommunicātur omnes officiales quocunq; nomine censeantur, qui in aliquo prædictorum fuerint culpabiles, nec valent absolui nisi vt prædictum est. Alia papalis excommunicatio est in cle. grauis, de sen. excom. excommunicantur omnes domini temporales, etiam si sunt Episcopi, qui in terris, vel locis eorum interdicto suppositis cogunt quomodolibet diuina officia celebrare, aut qui voce præconia, seu per cāpanarum pulsationem ad officia eadem audienda, aliquos præsertim excommunicationis sententia, aut interdicti innodatos euocant, vel qui excommunicatis publice, aut interdictis prohibent ne de ecclesijs exeant dum missarum solemnia aguntur a celebrantibus moniti generaliter, vel spiritualiter vt exeant. Item si excōmunicati publice, & interdicti postquam moniti fuerint a celebrantibus, vt exeant remanere præsumpserint ipso facto sententiam excōmunicationis incurrunt a qua solum per Papam possunt absolui. Et sic colligitur quòd hæc pęna est contra cogentes audire diuina, & euocantes, & prohibentes exire de ecclesia, & contra exire nolentes. Item dicit glo. super dicta cle. quòd verbum, quomolibet comprehendit omnem modum compulsionis realem, vel personalem, directū vel indirectum. Vt puta consanguineos, vel ipsos in personis, aut rebus grauando. Item dicit Franciscus Zabarella post Paulum ibidem quòd quando locus est interdictus incidunt in hanc excommunicationem euocantes ad diuina etiam non excommunicatos, nec interdictos quia dictio præsertim stat pro maxime. Item dicunt ibidem prædicti doctores, q̄ per diuina officia ibi intelligitur missa. Alij casus excommunicationum sunt in extrauaganti Alexandri quarti quæ incipit. Ex alto. vbi excommunicantur illi qui libellos famosos, aut cantilenas, vel rithmos faciunt, detinent, vel publicant in infamiam status ordinis minorum, vel prædicatorum. Item excommunicantur prædicantes, docentes vel defendantes, q̄ præfactorum ordinum fratres non sunt in statu perfectionis, & quòd non licet eis de eleemosynis viuere aut quòd non possunt prædicare sine confessiones audire de licentia Romani Pontificis, seu aliorum prælatorum ordinariorum, siue consensu curatorum. Item excommunicantur facientes violentiam damnabilem in locis prædictorum ordinū. Et isti omnes non possunt absolui nisi a sede apostolica, aut a conseruatoribus dictorum ordinum præterquā in articulo mortis.

Declaratio illius excōicationis, si quid suadē te.

SED ne minus longam protrahamus hanc partem dimissis alijs excommunicationibus papalibus, maxime quia in angelica, & alijs summis diffuse ponuntur, quæ vide ibi. Solum illam excommunicationem declarabimus quæ ponitur. 17. q. 4. c. si quis suadente, vbi Innocentius secundus dicit. Si quis suadente diabolo huius sacrilegij vitium, vel crimen incurrerit, quòd in clericū, vel monachum manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subijciatur. Et nullus Episcoporum illorum præsumat absoluere nisi mortis vrgente periculo, donec Apostolico conspectui præsentetur & eius mandatum suscipiat, hæc ibi. Vnde sciendum est quòd monachus etiam cum clericus, & canonicus regularis, etiam si non sit clericus, & conuersus, vel conuersa cuiuslibet religionis gaudet hoc priuilegio vt eum percutiens sit excommunicatus. c. non dubium, & c. ad eminentiam & c. cum illorum, de senten. excom. Item moniales, & religiosæ personæ. c. de monialibus, & c. veniens. eodem ti. Nouicij quoq; cuiuslibet religionis approbate eodem gaudent priuilegio. c. religioso. eo. tit. lib. 6. Quicunq; etiam detinet aliquē ex prædictis in custodia publica, vel priuata absq; alia corporis læsione, vel intrudit in vincula est excommunicatus, vt in c. nuper. de sen. excō. Abbas quoq; vel prior etiam causa correctionis clericum, vel monachum faciens verberari p̄ laicum

Multa circa excōicationē pp̄ter religiosas p̄sonas inflicta.

laicum secularem est excommunicatus si aliter sit corrigibilis extra eodem.c. vniuersitatis. Et similiter non deffendens clericum cum ad eius officium pertinet, q̃a fauere videtur qui cũ possit manifesto facinori desinit obuiare.c.quãte.e.ti. & 23. q.5.c administratores. Itẽ verberans clericũ qui pro emẽda offensæ cõmissæ sponte se subjicit verberibus.c. contingit. de sen. excom. Itẽ clericus pcutiẽs se ipsum aĩo irato incidit in canonẽ. Qđ probat 35.q.5.c si non licet Hoc.n.priuilegium est concessum toti ordini clericali cui renunciare nõ põt, vt ait Ioannes de Lignano in tractatu de censura ecclesiastica. Spuens etiã in faciẽ clerici, vel lædens eũ pede, aut alia parte corporis aĩo iniurandi,& similiter effundens aquã super eum eodem animo secundũ Hosti. in summa est excõicatus. Itẽ violenter detinens clericũ p vestẽ, vel p frenum equi ne libere transeat est excõicatus secundũ Innocentium in c. nuper.de sen. excom. Itẽ auferens violenter res de manu clerici, vel occidens equũ cui insedet, aut lacerans vestes quibus est indutus si hæc facit ad eius iniuriã videt incidere in excõicationẽ secundũ Ioannẽ de Lignano vbi supra. Facit capitulũ.cõtingit, de sen.excom. vt.n. ait Archidia. super dicto c.si quis suadente. De mẽte cõditoris canonis est q̃ qualitercunq; quis tangat personã clerici iniuriose incidat in canonem.

De casibus in quibus p cutiens clericũ non incidit in canonem.

SCiendũ tñ est q̃ in qbusdã casibus nõ incidit canonem percutiẽs clericũ, vel religiosum. Primus est cũ quis percutit clericũ incedentem in habitu laicali quẽ ignorabat clericum esse, puta qoia comã nutriebat, nec tonsurã deferebat, nec aliquid de clericatu ostendebat c.si vero.el. 2. de senten. excom. Vbi dicit Innocentius & Ioannes An. q̃ etiam si eum occideret non incidit in penam, quia probabilis ignorantia excusat ab excommunicatione. Et similiter dicit Hostien.& Innocentius in c. cum non ab homine. de iudicijs. Et in dicto c. si vero, q̃ etiã si habebat habitum clericalem, sed percutiens eum non videbat quia erat de nocte non est excõicatus, quia oportet q̃ intendat pcutere clericũ vt incidat in canonẽ. Et ita dicit Ioannes de Lignano vbi supra.

SEcundus casus est cũ quis percutit clericũ in habitu laicali incedentem, nec aliquid de clericatu ostendentem, tertio monitum, & nõ correctũ quia licet sciat ipsum clericum, nõ est excõicatus.c.contingit.el.2.de sen.excom. Et sufficit q̃ admonitio fiat nõ solum ab Episcopo, sed etiam a quocunq; proprio prælato extra eodem.c.in audientia, vbi dicitur generaliter de prælatis proprijs. Et notat in directoria iuris.lib.3.ti.2.§.54. *2.Casus.*

TErtius casus est in clerico, qui cõtempto habitu clericali fert arma,& tertio admonitus non se correxerit dicto.c. in audientia. Quinimo etiam si non sit monitus, sed immisceat se tyrannidi, vt in c.cum non ab homine, de iudi. Et hoc notat glosa ibi. Et Inno. in c. non dubiũ, de sen.excom. dicit de clerico seditionẽ, & iniustum bellum faciente c. perpendimus,extra eodem,& idem dicit Ioannes de Lignano vbi supra. *3.Casus.*

QVartus casus est in clerico exercente negocia secularia ei prohibita. Nã si tertio admonitus,non destiterit, perdit priuilegium clericale, vt in c.si. de vita & hone. cle. Et idem habetur in summa confes.lib.3.ti.33.q.35.& hoc etiam pbatur per c. sacerdotibus, extra ne cle. vel mo.quiutus casus est in clerico coniugato non deferente habitum, nec tonsuram.Nam sine alia monitione omne priuilegium perdit secũdũ Ioan. mona. & archidia eo. in c. Ioannes. de clericis coniugatis, de quo textus est in c. vnico.eodem ti. lib. 6. Sextus casus est in percutiente clericum iocose, vt in c. 1. de sen. excom. Et doctores dicunt & Ioannes de Lignano,vbi supra.q̃ debet põderari qualitas ioci, quia si fieret in derisionem clerici,vel verberatio esset grauis nõ excusaretur percutiens propter iocũ, vt dr̃ in somma confes.lib.3.ti.33 q.200.Si autem fiat leuis percussio secundũ qualitatem ioci non incurritur excõicatio. Argumentum in c.1.de præsumptionibus. *4.5.& 6. casus.*

SEptimus casus est rõne correctionis,vt in magistro & domino qui leuiter causa disciplinæ vel correctionis percutere põt c.cum voluntare.§.fi. & c. ex tenore, de sen. excommuni. Et ideo non incidit in *7.& 8. casus.*

dam excommunicationem, requiritur quod verberatio fiat in ipso actu inuentionis, & non ex interuallo, postquam ad alia diuertit & a loco discessit, secundum doctores super dicto. c. Et dicit Monaldus in summa quod etiam si non inueniat in actu nephario luxuriæ, sed in tactibus impudicis, & signis propinquis actui, & in loco suspecto, talis verberans non est excommunicatus. Secus vero si inueniat eum osculantem in publico, secundũ morem patriæ. Similiter si mulier imperita a clerico de turpitudine qui eam inuitam tangebat eum percutiat cũ moderamine inculpatæ tutelæ, zelo castitatis non est excommunicata, secundum Monal. vbi supra, & Gulielmum, vt refertur in summa confes. lib. 3. tit. 33. q. 35. Si autem eam non tangebat nec vim corporalem inferebat, sed tantum verbis eã temptabat, caderet in excommunicationẽ illum verberando, secundum eundẽ Monal. Secus tamen esset si aliter eum repellere non poterat. Argumentum eorum quæ nota. glo. 23. q. 1. in principio.

11. *Casus.* VNdecimus casus est in prælato inferiore Episcopo qui subditum verberat causa correctionis. Vt in dicto. c. cũ voluntate, & c. vniuersitatis, & c. ex tenore, de sen. excom. Episcopus enim nõ debet aliquem percutere. c. non liceat. 86. di. sed debet debet per alium non secularem percuti facere. c. illi qui. 5. q. 5. & dicto c. vniuersitatis.

12. *Casus.* DVodecimus casus est in illo qui mittit manus violentas in clericum de præcepto prælati sui eum capiendo c. vt fame. de sen. excom. dummodo non excedat modum, quia si clericus quiete se permittit capi & duci, & capiẽs calce vel pugno impingit, non euaderet sententiam excommunicationis, vt dicit Io. An. in c. si clericos eo. ti. lib 6. & etiam si clericus fideiussionem de parendo daret, quia nõ posset capi nisi excessus enormitas, vel alia rationabilis causa aliud suaderet dicto. c. si clericos. Per laicum vero non potest verberari clericus etiam de mandato prælati, sed oportet quòd verberans sit clericus dicto. c. vniuersitatis, vel conuersus alicuius religionis, ex causa rationabili. Et ita consuetudo interpretatur dictum c. vniuersitatis. Clericus ergo vel conuersus verberans ex mandato superioris, non incurrit pœnam canonis. c. ex tenore eodem ti. dummodo non excedat modum.

DEcimus tertius casus est in clerico perseuerante in malo, qui ab aliquo maleficio aliter non potest compesci, secundum Inno. in c. si vero. el 1. eo. ti. quia iudex potest eum capere, & quilibet alius, & ligare dummodo quàm primum restituat prælato suo. Similiter secundum Panor. in dicto. c. potest familia potestatis inueniens clericum de nocte ipsum capere, quia potest timere, ne velit facere aliquod malum, iquia est contra eũ præsumptio. c. consuluit, de offi. dele. Item quando capit eum propter malum quod fecit, vt ducat illũ ad prælatum suum, & dubitatur de fuga eius secundum Panor. in c. cum non ab homine de iudi. Facit in argumentum. C. de decuri. l. generali. Et idem dicunt quidam posse fieri, si creditor timet de fuga clerici debitoris, secundum Inno. & Panor. in c. vt fame de sen. excom. & facit lex ait prætor. ff. de his quæ in frau. cre. Item potest detineri per viginti horas, si fecit aliquod delictum ad restes ne sit locus inficiationi. Facit lex vocandos capite quinto. ff. de adul. & in auten. vt liceat ma. & aui. § is quoque. 13. *Casus.*

DEcimusquartus casus est ratione degradationis quando scilicet verberatur clericus degradatus si enim sit degradatus actualiter, quod fit, quando clericus indutus vestibus sicut si in officio esset, dispoliatur, cum verbis ad hoc congruis, vt habetur in c. degradatio, de pœnis. lib. 6. Et talis verberans non est excõmunicatus, quando a proprio Episcopo, cum debito numero Episcoporum fit degradatio, secundum glo. in dicto. c. degradatio. Si autem sit degradatus solum verbaliter, sic incidit in excommunicationem verberans eum. Et ita debet limitari opinio Ioannis, & Aug. 50. di. c. accedens. Et idem tenet ibi Bernardus. Et hanc distinctionem ponit Ioannes de Lignano, vbi supra. Dicit tamen Panor. in c. ad abolẽdam, de hæreticis quòd si post 14. *Casus, in quo vim clerico inferentes in excõicationẽ nõ incidũt.*

ver-

verbalem degradationem sequatur incorrigibilitas talis degradatus perdit priuilegium clericale, etiam quo ad canonem Si quis suadente.c. cum non ab homine, secundum vnum intellectum, extra de iudicijs, & absque alia traditione posset talis comprimi, per iudicem secularem. Et ita potest intelligi & limitari opinio Bartho. Brixi. in dicto.c. accedés qui indistincte dicit, quòd percutiens degradatum non est excommunicatus.

15. Casus. DEcimusquintus casus est in percutiente clericum bigamum. 84. dist. c. quisquis. Bigamus enim est exutus omni priuilegio clericali, capitulo vnico de biga. libro sexto, tamen in glosa dicit Ioannes An. quòd intelligitur de illis qui contraxerunt bigamiam in minoribus. Et idem Geminianus ibidem ait. Et rationem assignat quia ille qui est in minoribus taliter contrahendo potest viuere, & debet vt laicus. Secus vero si contraxit in sacris, quia non perdit priuilegium clericale licet sit priuatus habilitate ordinum, quia non potest redire ad seculum, vt notatur in capitu. tue. de apostatis, in glo. fi. Similiter religiosus religionis approbatæ licet bigamus gaudet tali priuilegio, & ideo eum percutiens esset excommunicatus, vt tenet Ioan. An in mercuri. quia ille textus nō non priuat eum priuilegio monachali vel religionis. Hanc quoque opinionem quòd solum contrahens bigamiam in minoribus ordinibus perdat priuilegium dicti canonis. Si quis suadente, tenet Archi. in glo. in capitulo quisquis 84. dist. & Ioannes Mona. ac Ioannes Calde. licet bona gratia in capitulo de bigamis, eodem titu. teneat quòd sacerdos qui contraxit cum vidua, vel duo matrimonio successiue, & postea commisit homicidiū poterit puniri per iudicem secularem, per dictum capitulum vnicum, de bigamis. libro. 6.

16. Casus. DEcimussextus casus est ratione qualificationis facti. Nam secundum Ricardum in quarto distin. 18. oportet ad hoc vt quis incidat in excommunicationem percutiendo clericum quòd peccet mortaliter aliter non incurrit in excommunicationem, sicut probatur in puero suo qui non est doli capax qui percutiendo non est excommunicatus, capi. primo de senten. excommu. Et ideo dicit Petrus de Perusio in capitulo nuper. de senten. excom. quòd si quis fugiens. Inimicum equum, vel gladium violenter de manu clerici accipiat vt se defendat non est excommunicatus, licet Bartho. Brixi. & Tancre. teneat contrarium. Et rationem assignat, quia nullus diceret istum peccare mortaliter. Excommunicatio vero non infertur nisi pro mortali. 11. quæst. tertia capitulo nemo Episcoporum. Et idem dicit esse si quis violenter includit clericum ne ab inimicis lædatur, quia licet faciat violentiam ei non tamen ibi est dolus secundum Inno. in d. capitulo nuper. duo enim requiruntur ad excommunicationem incurrendam, scilicet animus dolosus, & opus, secundum notata per Ioannem An. in capitulo perpetue. de elec. libro sexto, similiter socius clerici quamuis turbatus si eum impellit non ex deliberatione, sed ex subito motu non erit excommunicatus vt inquit Ricar. vbi supra. Facit textus in. §. notandum secunda quæst. tertia, inquo dicitur. Inconsultus enim calor calumniæ vitio caret. Et propterea dicitur in dicto canone. Si quis suadente diabolo quod proprie notat dolum & peccatum mortale.

SED hic quæritur numquid vadens contra clericum eleuato pugno, vel ense, aut hasta vt percuteret sed tamen eum tangere non potuit in excommunicationem incurrat. Et respondens Ray. in summa quòd non, quia non iniecit manus in clericum. Et idem tenet Host. & Goffre. & ponitur in summa confes. lib. tertio titulo. 33. q. 207. si vero talis clericus fugiens cadit, & leditur, licet Rodonensis dicat quòd non incidit nisi ipse fugiens quasi coactus præcipitet se in aquam, vel in aliud periculum se ingerat, quia tunc persequens incideret in canonem, vt etiam dicitur in summa confes. eo. libro & titulo q. 206. tamen cum non possit reddi ratio diuersitatis magis in vno casu, quàm in alio, cum in vtroque casu causetur læsio a persequente, ideo

An vadens contra clericū pugnō, vel ense, vel aliquo alio, vt ipsum percutiat, & non potuit, excōicationem incurrat.

ideo videtur tutius tenere q in vtroque casu sit excommunicatus. Argumentum in.l.non possunt,cum si.ff.de legi. Si vero quis accipiens clericum per capillos, & huiusmodi dicat. Nisi esses clericus percuterem te. Si vero animo iniuriandi iratus fecit est excõicatus. Aliter non secundum Rodonen. vt ponitur in summa confes.vbi supra.q.210. q si quis furto acci-piat corrigiam a clerico qua cinctus erat, vel vestem qua erat indutus secundum Hosti. in summa. non videtur excommunicatus quia minima, vel nulla est violentia personæ eo q nõ sentiatur. Et idem ponit in summa confes.eo.lib.& ti.q.209. & in directoria iuris.lib.3.ti.2.§.114.

De casibus in quibus clericũ percutiens põt absolui citra sedem Apostolicã.

SED ad prædictorum maiorem declarationẽ est sciendũ q in aliquibus casibus põt quis percutiens clericũ absolui citra sedẽ apostolicã. Primus est ꝑpter periculũ mortis.17.q.4.c. si quis suadente,& c.non dubiũ,& c.ea noscitur.§.fi. & c. q de his, de sen.excom. Et tale periculum mortis intelligitur non solu propter infirmitatẽ.Sed etiam si quis sit in quocunq; periculo vicino morti puta si timeat hostem,vel prædonem,vel crudelitatem potentis, vel si sit nauigaturus, aut per loca insidiosa transiturus,vel cõfectus senio, vel obsessus in loco vbi machinæ iaciunt,vel balistę, & huiusmodi, secundum Host. in summa. Et hæc oĩa ꝓbantur in.l.mortis causa,cum tribus legibus sequentibus ff.de dona.cau. mor. Et tales põt absolui a quolibet sacerdote secundũ Inno.in c. A nobis.el.2. & c.sacris. de sen. excom. & Panor. in dicto.c. A nobis tenet, q etiã laicus põt absoluere talem ab excõicatione. Et est glo. ibidẽ. Et in c.pastoralis.§.præterea. de offi. or. & iura quæ videntur cõtraria dicit intelligenda de peccatorum absolutione,nõ autẽ ab excõicatione. Et hęc limitãda sunt de absolutione mere pertinentiæ ad forũ contentiosum. Nõ aũt de absolutione in foro pęnitẽtiæ, vt ait Monal. in summa, quia a solis sacerdotibus põt impendi,vt in c.canonica.de sen.excom. Quod autem dictum est quem posse absolui ab excõicatione fori cõtentiosi per laicum intelligendum est quando non potest haberi præsentia Episcopi, vel proprij sacerdotis,aut alterius. Si vero quis detineatur aliquo legitimo impedimento alio a periculo mortis Ep̃s est requirendus vt notat Inno.& sequitur Panor.in c. de cætero. de sen. exco. Et si ad eum mittere nõ potest secundũ Inno. in c.1. de sen. exco. sacerdos proprius absoluet. Et hęc locũ habent in excõicatione iuris, & etiã hominis,vt patet per capitulũ,eos eodẽ. ti. lib. 6. Quando vero quis non potest adire præsentiam Papæ,vel alterius habentis auctoritatem absoluendi non tantum in casu mortis, sed etiam in alijs casibus sequentibus, tunc absoluens eũ debet illi iniungere q q̃ primum cõmode poterit sedi apostolicæ se præsentet,vel alteri auctoritatẽ habenti mãdata eius super hoc recepturus.c.A nobis.el 2. & c. q de his, de sen.excom. Quod intelligendũ est nisi impedimentum sit perpetuum secundum Inno.in c quãuis.eodem ti. Item hoc fallit in pueris cui hoc nõ est iniungendum, vt in dicto c.quamuis,& c.fi. de sen.exco. & intelligitur de puero impubere minore quatuordecim annorum,vt ibidem dr̃. Si autem illi quibus iniungitur q cessante impedimento se representent, non se præsentauerint, incidunt in eandem excõicationem. Et similiter illi qui absoluti fuerunt a sede apostolica,vel a legatis quũ mandatur eis vt aliquibus se præsentẽt, vel quòd iniuriæ illate satisfaciant.c.eos. eodem ti.lib. 6.

SEcundus casus est quando quis habet inimicitias capitales, vel alias iustas excusationes propter quas non potest se sedi apostolicæ præsentare, capitulo de cætero. & capitulo quòd de his, de senten. excommu. Et quid sit legitimum impedimentum habetur arbitrio boni viri. ff. de verbo. ob.l. continuus. §. cum ita, & extra. de voto. capitulo quòd super his. Et de offi. dele. capitulo de causis,& idem notatur in summa confes. lib. 3.tit.33.q.36. *2. Casus.*

TErtius casus est in hostiario qui prætextu officij clericum non grauiter, nec ex proposito, vel malitia læsit.c.si vero. sen. exco. Et idem est de officiale qui arcendo turbã nõ ex proposito sed.iñcũ *3.4. Casus.*

Rer alt-

aliquali culpa clericum percussit, dicto c. si vero. Quartus casus est in muliere cuiuscunque conditionis sit nec distinguitur vtrum sit fortis vel debilis. c. mulieres, & c. quamuis, & c. ea noscitur, de sententia excommu.

5. & 6. casus. QVintus casus est in multum sene, aut valetudinario, ac membris destituto, vel debili. d. capitulo ea noscitur, & alijs duobus prædictis capitulis. Et similiter est de infirmo, siue infirmitas sit perpetua, siue temporalis quando timetur & est periculum ne eundo accelleretur mors capitulo quod de his. extra eodem. Sextus casus est in paupere qui si non est mendicans, & viuit de artificio suo quod non potest in via exercere. Vel si est mendicans, & vxori, vel alteri subueniebat cui subuenire non posset eundo non tenetur ire. c. quòd de his de senten. excommu. Secus vero esset in mendicante sibi iniunctum qui si eundo posset sibi necessaria inuenire tenetur ire, vt dicit Panor. in dicto c. eb noscitur.

7. Casus. SEptimus casus est in regulari percutiente regularem capitulo monachi, & capitulo cum illorum de senten. excom. vbi habet quod potest absolui a proprio prælato. Si vero percusserit regularem alterius claustri absoluetur per prælatum suum, & prælatum illius qui percussus est. d. c. cum illorum. Si autem percusserit clericum secularem absoluetur ab Episcopo. c. religioso. eodem tit. libro sexto similiter clerici qui communiter viuunt, & sub vno tecto dormiunt, & in eadem domo vescuntur possunt absolui ab Episcopo. c. quoniam, de vi. & hone. cle. Et supra dicta omnia sunt intelligenda de percussione non enormi, quia si esset & enormis, vt quia processum est ad mutilationem, vel magnam effusionẽ sanguinis, vel manus iniecerint in prelatum vel huiusmodi, tunc oporteret recurrere ad sedem apostolicam. d. c. cum illorum, de sen. excommu. & capitulo canonica. eodem tit. vbi etiam similiter limitatur quod infra dicetur de fratrib[9] sancti Ioannis, moniales quoque percutientes, se inuicem, vel conuersas suas, aut clericos possunt per Episcopum absolui c. de monialibus, de sen. excom. Item fratres sancti Ioannis Hierosolimitani possunt absolui a suo priore sacerdote. c. canonica. e. tit.

8 9. 10. & 11. casus. OCtauus casus est in illis qui nõ sunt sui iuris, sicut sunt filij familias, & serui qui non debent mitti ad Papam pro absolutione c. mulieres. de sen. excom. Quod intelligendum est quando hoc esset in magnum præiudicium patris, vel domini, vel nisi ipse pater, vel dominus esset in culpa, vel excessus esset enormis. Nam propter euitandum scandalũ oporteret mittere talem ad sedem apostolicã, c. relatum. eo. titu. Nonus casus est in impubere. c. 1. de sen. excom. Et hoc etiam si post pubertatem postulat absolui. c. si. eodem ti. Decimus casus est in nobilibus magnæ potentiæ qui non possunt terras suas sine magno periculo relinquere, prius tamen antequam absoluantur debet eorũ conditio Papæ intimari, & tunc secundum eius consilium absolui, nisi sit periculum in mora. c. mulieres. §. 1. de sen. excom. Vndecimus casus addunt quidã in viro qui in fraudem vxoris. Et in liberto qui in fraudem patroni percussit clericum. Nam licet dicat glo. & Panor. in c. relatum, de sen. excom. quod cum hoc edictum sit prohibitorium non extenditur nisi ad expresse exceptos. c. cum illorum, de sen. excom. Tamen Hosti. in d. c. relatum tenet quod idem erit iudiciũ de ipsis sicut de alijs qui non sunt sui iuris. Per dictum capitulum mulieres; quando scilicet patronus, vel vxor graue damnũ pateretur propter eorum absentiam. Ar. in c. relatum. Cum autem prædicti efficiuntur sui iuris, & liberi tenentur se præsentare apostolicæ sedi.

12. Casus. DVodecimus casus est in inferentibus clericis leuem iniuriam. c. peruenit. de sen. excom. quòd Episcopi possunt in leui iniuria absoluere, & dicit Ioan. An. in nouella super dicto c. quòd ista decretalis continet ius commune, vt in leui iniuria possit Episcopi quascunq; personas absoluere. In mediocri vero solum personas priuilegiatas, de qbus supra in enormi autẽ nullos nisi in casibus, in quibus Papam non possunt adire. c. cum illorũ

eodem

eodem tit. & exéplificat di. Enormis est si effodiat oculos. Si quis vulneretur, si in theatro, vel in foro, vel in conspectu iudicis pcutiatur. Et multo fortius si in cimiterio, vel dormitorio verberetur. Si quocunq; membro mutiletur. Si ad effusionem sanguinis grauem, ex graui ictu puenientem perueniatur. Si in Episcopū abbatem, vel clericum secularem, vel religiosum manus inijciatur. Si ex manus iniectione scandalum oriatur. Item si in priorem suum abbatis locum tenentem manus quis iniecerit. Et dicit Hosti. idem intelligendum quotiens inferior, & subditus in superiorem suum manus iniecit. Et per hoc videtur solui quæstio de monacho qui absente abbate percussit Vicarium quem abbas dimiserat in claustro. Alium tamé claustralem, hæc ille. Petrus etiam de Perusio super dicto. c. prædicta ponit, & specialiter hoc quòd si abbas se absentādo loco sui dimittat aliquem Vicarium iniciens in eum manus reputatur enormem iniuriam intulisse vt absolui non possit circa sedem apostolicam. Et in directorio iuris dicitur quòd prædicatores, & minores in huiusmodi enormibus iniurijs seu percussionibus incidentes, vigore suorum priuilegiorum possunt absolui a superioribus ordinis sui. Quia vero in dicto c. cum illorum dicitur quòd regulares si ad effusionem sanguinis venerit, ad sedem apostolicam sunt mittendi, dicit ibi glosa quòd non intelligitur de qualibet parua effusione sanguinis. Sed quòd hoc putat committendum arbitrio iudicis. Et idem est in alijs enormitatibus non expressis in iure. c. de eau sis. de offi. dele. A quibus enormitatibus liberet nos Deus noster. Amen.

IN DIE PENTECOSTES

DE SPIRITV SANCTO.

DE QVO POTERIT PRAEDICARI PER TOTAM HEBDOMADAM.

SERMO TRIGESIMVS OCTAVVS.

REpleti sunt omnes spiritu sancto. Actuum secundo, & in epistola solemnitatis hodiernæ. Sicut singularis Christi natiuitas est Natalitijs omnium aliorum sanctorum eminentior, & præclarior. Ita hodierna festiuitas est omnibus alijs quæ de ipso domino Iesu veneramur in terris, speciali quodam suæ diuinitatis ostensione gloriosior, atque præstantior, quòd enim natus est ex homine filius Dei, certum est illum ab Angelis minoratum. Psalmo. 8. minuisti eum paulo minus ab Angelis &c. quòd autem hodie in visibili claritate spiritum sanctum suū in discipulos fudit. Palam est eum super omnes Angelos ad dexteram patris exaltatum. Et ideo hæc solemnitas festiuis est laudibus celebranda, quia quicquid gestum est in hac die. totum constat esse diuinum. Item quia cum secundum philosophum tertio Topico. finis sit melior omnibus quæ sunt ad finem. Hæc tanquam finalis solemnitas particularibus est gaudijs recolenda. Ideo enim dominus Iesus incarnatus est vt congruo postmodum tempore nasceretur. Est autem natus vt per mortem suam humanam salutem operaretur. Mortuus vero est vt deuicta morte, & redempto homine a mortuis tertia die resurgeret.

Pentecostes dies est honoranda, ex eo quod excellentiam Christi ostē dit.

Resurrexit autem vt quadragesimo die gloriosus propria virtute ascenderet in cœlum. Sed ascendit in cœlum vt hodierna die paraclitum spiritum suis fidelibus destinaret. Quibus dixerat. Ioannis decimosexto, ego veritatem dico vobis. Expedit vobis vt ego vadam. Si enim abiero paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Cuius promissio hodierna die cōpleta est. Nam post resurrectionem ipsius domini nostri Iesu Christi quinquagesima die de cœlo descendit spiritus sanctus. Et hoc est quod dicitur in epistola occurrenti. Dum complerentur dies Pentecostes, idest quinquaginta, a penta quod est quinque, & costes, quod est decem. Hoc autem misterium quinquagesima die merito fuit celebratum. Nam in testamento veteri fuit præfiguratum. Sicut enim quinquagesima die postquam Moyses eduxit filios Israel de Egypto descendit Deus in igne in monte Sinai, vt patet. Exod. decimonono. Sic & quinquagesima die postquam Christus traxit sanctos patres de limbo, descendere debuit spiritus sanctus in linguis igneis super discipulos eius. Sicut etiam in iubileo remittebantur debita in quinquagesimo anno. Leuitico vigesimoquinto. Si per spiritum sanctum quinquagesima die in Apostolos descendentem peccata remissa

Dies quinquagesima missionis spiritus sancti præfiguratur fuit in veteri testamento.

fuere

facere. Virtute.n.spûs sancti & nō meritis hos um remittunt peccata.c. vt euidenter 1.q.1. Et sicut in illo iubileo serui donabant libertati. Leui.25. Ita spûs sanctus a diaboli seruitute erutos nos liberos fecit Vñ 2.ad Cor.3.df. Vbi spûs dñi.Ibi libertas. Et sicut in iubileo recuperabat hæreditas amissa: Sic spûs sanctus est pignus hæreditatis nostræ. Ephe.1. Et ideo canit ecclesia cōfirmando pdicta. Patrata sunt hæc mistice pascæ peracto tēpore. Sacro dierū numero quo lege fit remissio. Venit etiam spûs sanctus in Dñica die vt esset dies renouationis q̄ fuerat, & creationis. Dñica naq; die creatus fuit mūdus.c. qđ die dñico.75.di. Hora etiā in qua spirit⁹ sanctus in discipulos descendit fuit 3. vt habet. Act.2. Vnde canit ecclesia. Dū hora cunctis.3. repente mundus intonat orantibus Apostolis Deum venisse nunciat. Et hoc cōueniens fuit, tum quia spiritus sanctus est tertia in trinitate persona. Tū quia primi parentes dicuntur perdidisse gratiam in hora.3. compendio theologię lib.1. Vnde congruum fuit vt eadem hora Apostolis redderetur. Tum etiam vt insinuetur q̄ in 3. tempore gratia Dei copiose in mundum effusa est. Primū nāq; tempus legis naturæ fuit ab Adam vsq; ad Moysem, secundum vero, scilicet legis scriptæ fuit a Moyse vsq; ad Christum. Tertium autem scilicet legis gratiæ fuit a Christo inceptum, & durabit vsq; ad completum numerum electorum. Quo tempore venit plenitudo gratiæ vt inqt Apostolus ad Galatas. 4. Et ideo dicitur in verbis propositis. Repleti sunt omnes &c. Super quibus de spiritu sancto septem considerationes faciemus. Prima dicetur declarationis. Secunda nominationis. Tertia cognitionis. Quarta apparitionis. Quinta durationis. Sexta operationis. Septima vero & vltima appellabitur dispositionis.

Congruum etiā fuit qđ hora 3. in discipulos descēderet.

Sermonis intentio, ac diuisio.

DE SPIRITVS SANCTI declaratione consideratio prima.

IN hac prima consideratione tria de spiritu sancto declaranda sunt.s. eius veritas, processionalitas, & personalitas. Circa primum notandum est, quòd spiritum sanctum esse in diuinis nullus sanæ mentis negare potest. Patet enim clarissime, & probari potest ratione, & auctoritate. Primo ratione generationis siue causationis sic. In vno quoque genere rerum est deuenire ad vnum quod sit metrum, & mensura omnium aliorum, decimo Methaphi. Patet hæc regula. Nam omnes homines sunt a primo homine qui in statu creationis ante lapsum fuit perfectus in naturalibus. Similiter cyatus aquæ est a vase. Vas a puteo, puteus a fonte, fons a mari. Et sic mare dicitur esse principiū & mensura omniū aquarum. Ad prædicta quoq; facit illud quod ait Phūs. q̄ in causis essentialiter ordinatis non est processus in infinitum. Tunc sic infertur in genere donorum oportet venire ad primum donum, a quo omnia alia dona procedant. Et ipsum est amor. Quia amor est principium liberalitatis, & ipse amor eo spiritus sanctus qui procedit a patre, & filio per modum voluntatis. Ex qua processione habet ipse spiritus sanctus vt sit amor. Sub cuius ratione omnia a voluntate diuina conferuntur. Ob quam causam quidam philosophi dixerunt amorē esse totius naturæ principium. 1. Metha. & Diony. in quarto capitulo de diui. nomi. dicit quòd diuinus amor non permisit ipsum sine germine. Secunda ratio dicitur operationis. In quolibet enim bono operatore tria requiruntur, scilicet potentia ad exequendum opus. Sapientia ad ordinandum, & bene disponendum. Et amor siue bonitas eum inducens ad operandum. Et hoc habetur a philosopho. secundo Ethico. Tum ergo Dei perfecta sint opera. Deutero. trigesimosecundo. Et ipse omnia creauerit. Genes. primo, & Ecclesiastici pri. Oportet concludere quòd in eo est summa potentia quæ attribuit patri. Et summa sapientia quæ attribuitur filio, & summa bonitas amore plena, quæ attribuitur spiritui sancto. Et ideo inquit Philosophus in primo de regimi. princi. quòd bonitas Dei fuit causa factionis mundi, & originis omnium rerū. Infinita.n. bonitas Dei, siue eius amor infinitus qui est spûs sanctus induxit eū ad

Spiritū sanctum esse Deum probatur.

2. Ratio.

3.Ratio. creationem mundi. Tertia ratio dicitur perfectionis. Deus enim est perfectissimus spiritus. Nam quod eo fit omnis perfectio testatur Philo.1 t.Meth. Deū quoque esse perfectū, ostendit saluator. Matthæi 5. quod autem sit spiritus habetur in c. antropomorsitæ.24.q.3. Saluator ait Ioannis.4. Spiritus est Deus ad perfectum autem spiritum tria requiruntur. s. memoria intellectus, & volūtas, juxta Philosophū.3.de aīa. Ergo in diuino spiritu siue essentia omnem perfectionē habente est memoria quæ attribuitur patri. Intelligentia quæ attribuit filio, & voluntas quæ attribuitur spiritui sancto. Vnde canit ecclesia in officio trinitatis, lætentur cordis ostia memoria gignenti, nato intelligentia, voluntas procedenti. In Deo. n. esse memoriā indelibilem patet etiam per leges ciuiles. Maxime in lege.2.5. si quid autem. C. de vete. iu. enuc. vbi dicitur quod oīum habere memoriā, & in nullo penitus errare diuinitatis potius q̄ humanitatis est, quod vero in Deo sit intelligentia perfectissima patet ex eius nomine. Nam Deus dr a theore, quod est videre, vel a theos quod est currere, quasi cuncta videns, & percurrens, secundū Papiā. Et notat Arch. in extimant. 11. q. 4. Scit enim omnia anteq̄ fi-t.16.q.5.c.vl. in fi. Et omomnia nuda & aperta sunt oculis eius.2. q. 1. c. Deus noster omnipotens, & fuit dictū Pauli ad Hebræ.4. De voluntate autem Dei ait Salomon. Prouer.19. Voluntas domini manet in æternum. Ex quibus verbis patet quod spiritus sanctus est coæternus patri, & filio. Item quod sit omnipotens ostenditur. Gen. vl. vbi dr. Nunquid Dei possumus resistere voluntati? quasi dicatur, non.

4.Ratio. Quarta ratio dicitur dilectionis. Inter aliquos enim non pōt esse perfecta societas nisi sint amore coniuncti, & vniti, ac se inuicem diligant. 9. Ethico. Et patet de anima & corpore inter quæ non esset perfecta societas nisi per amorem, & dilectionem naturalem insimul connecterentur, & idem est de coniugatis per matrimonium. Amor enim est vis vnitiua amantis cum amato vt inqt Dioni. in libro de diui. no. & Tullius in libro de amicitia. Sed inter Deum patrē & filiū est perfectissima societas, & iocunditas æterna. Ego oportuit quòd inter eos esset amor æternus & charitas increata scilicet spūs sanctus qui est amor a patre in filium, & a filio in patrem procedens, vnde quidam philosophi licet gentiles, & pagani dixerunt quòd monas genuit monandem, & in se suum reflexit amorē. Ad probandum etiam quòd in veritate est persona spiritus sancti in diuinis, adduci possunt argumenta quæ fecit in prima parte principali huius operis, ser.15. parte.3. arguendo pro trinitate diuinarū personarum. Auctoritate quoque sacræ scripturæ idem probatur. Nam Gen. 1. dicitur. Spiritus domini ferebatur super aquas, & 6. c. Deus. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, & 41. c. etiam dicitur. Nunquid inuenire poterimus talem virum qui spiritu Dei plenus sit? Et Nume. 11. ait. Moyses. Quis mihi tribuat vt omnes prophetēt, & det eis Deus spiritum sanctum suum? Et Iudicum. 3. Fuit in eo spiritus domini, & iudicauit Israel, & 10. c. Factus est super septe spiritus domini. Et primi Reg. 10. Insiluit super Saul spiritus domini, & prophetauit. Et Psal. 32. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, & 50. Spiritum sanctum tuum ne auferas a me, & 103 Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ, & 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, & Sapientiæ.1. Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis, & 9. c. Sensum autem domini quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis? Et Eccle. 1. Ipse creauit illam in spiritu sancto, & 8. c. Non est in hominis potestate cohibere spiritum, & 24. spiritus meus super mel dulcis, & Isa. 11. Requiescet super eum spiritus domini. & 40. Quis audiuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit? & 41. Dedi spiritum meum super eum, & 48. Deus misit me & spiritus eius, & 61. Spiritus domini super me, & Iohelis.2. Effundam spiritum meum, & dabo prodigia in cœlo & in terra. Et in eodem c. effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ. Et Eze.36. Ponā spūm meū in medio vri, & Zacha. 12. Effundā sup domū Dauid, & super

Sacræ scripturæ auctoritatibus spiritū sanctū etiā in diuinis probatur.

super habitatores Hierusalẽ spũm grę,& Mat. 1. Inuẽta est in vtero habens de spũ sancto. Et ibidẽ. Qđ in ea natũ est de spi ritu sãcto est,& 3.c. Baptizabit vos in spi ritu sãcto, & 12. Qui dixerit verbũ cõtra spũm sanctũ nõ remittet ei,& Luc.1. Spi ritu sancto replebit vx vtero mrís suæ,& ibidẽ. Spũs sanctus superueniet in te. & 3.c. Descendit spũs sanctus corporali spe cie sicut colũba in spum,& 11. Ego in spũ Dei eiecio dæmonia, & 12. Spiritus sanctus docebit vos in ipsa hora quid vos oporteat loqui,& Ioan. 20. Accipite spiritũ sanctũ. Quorũ remiseritis peccata remittunt eis & Actu. 1. Accipietis virtutem superuenientis spũs sancti in vos, & 2.c. Repleti sunt oẽs spũ sancto.&c. Et ibidẽ ait Petrus. Accipietis donũ spũs sãcti.& 6.c.dr. Elegerunt Stephanum plenũ fide,& spiritu sancto,& 8 Imponebãt manus super illos & accipiebant spiritũ sanctũ,& 10. c. Cecidit spiritus sanctus sup oẽs qui audiebant verbũ. Et ibidẽ in nationes gratia spiritus sancti effusa est, & 1. ad Thesa. 5. Spiritũ nolite extinguere, & ad Ephe.4. Nolite cõtristare spiritum sanctum Dei.

QVo ad secundũ de spiritu sancto,qđ dr eius processionalitatis. Licet nullus viator propria virtute illã possit ad plenum indagare, dicente beato Hilario in lib. de trini. Non potest homo sua intelligentia sacramentũ generationis,& processionis se posse consequi. Vnde Paulus 1. ad Cor.2. ait. Loquimur Dei sapientiã quam nemo principũ huius seculi nouit, idest philosophorũ secundũ glosam. Tñ aliquid de ea loquemur sequentes eã q̃ sancti doctores per diuinam reuelationẽ & sanctarũ scripturarũ illuminationem edocti tradidere. Sicq; seruabimus illud Dyonisij consilium in lib. de diui. nominibus dicentis. Non est audendum dicere aliqđ nec cogitare de super substantiali occulta diuinitate præter ea quæ diuinitus nobis ex sacris eloquijs sunt expressa. Sciendum est ergo ꝙ fuit quædam damnata opinio de processione spiritus sancti quã tenuerunt græci dicentes ꝙ spiritus sanctus nõ ꝓcedit a filio,sed solũ a pr̃e. Et vt inqt Tho. in 1. parte summæ. q. 36. Hæc maledicta opinio inuenta est a Nestorio, vt patet in quodã simbolo Nestoriano dãnato ab ephesina sinodo. Hanc aũt suã falsam opinionẽ ꝓbare nitebant. Primo quia Christus. Ioan. 15. Loquens de spiritu sancto, illũ a patre ꝓcedere dixit nulla sancta mẽtione de filio di. Cũ venerit paraclitus quem ego mittã vobis a patre spũm veritatis qui a patre ꝓcedit, ille testimoniũ perhibebit de me. Secundo hoc probant auctoritate Damasceni lib.1.c.8.di. A patre ꝓcedentem & in filio quiescentẽ spũm sanctũ dicim⁹. Ex patre & filio nõ dicimus. Tertio idem ꝓbant ratione sic. Nullũ simplex est a pluribus. Sed spũs sanctus est omnino simplex. Ergo nõ est a duobus suppositis. Alioquin sequeretur ꝙ maior esset simplicitas in principio. Et cõfirmãt hãc rationem sic. Qđ pfecte fit ab vno, nõ indiget vt fiat ab altero. Quia frustra fit ꝑ plura qđ fie ri põt ꝑ pauciora. 1. Phisi. & notat in.l. ampliorem.§.in refutatorijs. C.de appel. & in.l. pediculis.§. labeo.ff.de au. & argẽ. le.& in l.dñs testõ.ff.de condi. inde. & in cle.1.de summa tri.& fi. ca. Sed pater ꝑfecte spirat spiritum sanctum. Ergo non debet spirari a filio.

SED contrariũ tenet sancta mater ecclesia. Vñ in simbolo patrũ qđ factum fuit in cõcilio Niceno dr. Et in spũm sanctũ dñm,& viuificantem q ex pr̃e, filioq; ꝓcedit. Et in simbolo Athenasij. Spũs sancti a pr̃e, & filio nõ factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Et idem tenet Chrisostomus. Idipsum etiã ꝓfitet Cirillus in epistola sua quã sinodus Calcedoniẽsis recepit. Et idem fatet Didimus in lib. de spiritu sancto. Aug. etiã in libro de trini. Et super Ioannẽ. Et ibidẽ Amb. Greg. Hiero. atq; Hilarius, ac q̃ plurimi alij sancti. Et põt hæc veritas declarari tribus rationibus. Primo quia notum est per se quòd amor procedit ab amante. Cum igitur spiritus sanctus sit amor quo pater amat filium,& filius patrem. Manifestum est quòd procedit a patre, & filio. Secundo quia in sole relucent trinitatis vestigia. Videmus autem ꝙ radius est a Sole & calor procedit a Sole, & radio. Et similiter spiritus sanctus a patre,& filio. Tertio quia in anima est imago Dei propter tres potentias. Amor au tem

Spiritũ sanctũ ꝓcedere a patre, & a filio, ecclesiæ auctoritatib⁹ hc rationibus ꝓbatur

tem ipsius animæ procedit a notitia. Et similiter spiritus sanctus qui est amor procedit a filio qui est sapientia, & notitia patris. Vnde etiam dicitur spiritus eius. Iuxta illud ad Roma. 8. Qui spiritū Christi non habet, hic nō est eius. Ad opposita vero respondetur, secundū theologos in 1. di. 11. maxime. Scotus & Bonauentu. & beatum Thomam ibidem, & etiam in prima parte summæ. q. 36. & in in summa contra gen. lib. 4. c. 25. Primo ad primum ꝙ propter vnitatem essentię diuinę, quod in scripturis diuinis de vna persona dicitur, etiam de alia oportet intelligi, nisi repugnet proprietati ipsius, etiam si dictio exclusiua adderetur. Licet enim dicatur. Matth. xi. 11. Nemo nouit filium nisi pater. Non tamen a cognitione filij, vel ipse filius, vel spiritus sanctus excluditur. Vnde etiam si diceretur in euangelio ꝙ spiritus sanctus nō procedit nisi a patre, non per hoc remoueretur quin procederet a filio. Cū hoc proprietati filij nō repugnet. Nec est mirum si Christus spiritum sanctū a patre procedere dixit, de se mentione non facta, quia omnia ad patrem referre solet, a quo habet quidquid habet. Sicut cum dicit. Ioannis. 7. Mea doctrina non est mea. Sed eius q misit me patris. Et multa huiusmodi in verbis domini inueniuntur ad cōmendandam in patre auctoritatem principij. Præterea spiritus sanctus a filio mittitur secundum illud. Ioan. 15. Cum venerit spiritus sanctus quem ego mittam vobis. Sed mittens habet aliquam auctoritatem in missum. Oportet ergo dicere ꝙ filius habet aliquā auctoritatem respectu ipsius spiritus sancti. Nō aūt dñij, vel maioritatis. Sed secundū solā originem. Ad secundū. s. de auctoritate Damasceni respondetur ꝙ ipse non negauit spiritum sanctum procedere a filio. Ait enim. Ex filio spiritum sanctum non dicimus. Non autem dixit, nō credimus. Sed non dicimus ex expresso sacræ scripturæ testimonio. Quod si inueniatur ipse vel alius sanctus dicere expresse. Spiritum sanctum non procedere a filio. In hoc non est tenenda eius opinio, iuxta illud Augustini in epistola ad Vincentiū de scripturis sanctorum doctorum qui ait. Tale genus scripturarum a scripturis diuinis distinguēdum est. Non enim ita in eis testimonia proferuntur vt contrarium sentire non liceat. Ad rationem autem respondetur negando maiorem. Quia supposita productiua in hoc producunt vnico principio. Et ad confirmationem dici potest quòd non fuit vana filij productio. Quia principij eadem perfectio est in filio quæ est in patre. Vna est enim virtus patris, & filij, & quidquid est a patre, necesse est esse a filio nisi proprietati filiationis repugnet. Igitur pater, & filius sunt vnum principium spiritus sancti propter vnitatem diuinæ virtutis. Et vna productinoe producunt spiritum sanctum. Sicut etiam tres personæ diuinę sunt vnum principium creaturæ, & vna actione creaturam producunt. Et ita determinat sancta mater ecclesia in c. firmiter, & in c. fideli. de summa tri. & fi. ca. & in c. 1. eodem ti. libro. 6. & in c. canones. 15. di. & in c. de spiritu, & in c. saluator. de conse. distin. 5. Non enim dixisset Christus Ioannis. 15. de spiritu sancto. Quem ego mittam vobis a patre, nisi procederet etiam ab eo. Et ideo in capitulo sequenti hoc apertius declarans ait. Ille me glorificabit quia de meo accipiet, & nūciabit vobis. Omnia quæcunque habet pater mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet. Hanc etiam veritatem affirmans Paulus ad Galatas. 4. ait. Misit Deus spiritum filij sui. Et hæc veritas firmata fuit tempore concilij Ferrariensis Eugenio quarto existente Papa.

Ad argumenta opposita respondet.

Ad auctoritatē Dama. responsio.

QVO ad tertium declarandū in hac parte, scilicet de personalitate spiritus sancti, est sciendum quòd secundū quòd probant theologi in primo senten. distin. 11. Maxime sanctus Bonauentura Scotus & Franciscus de mairo. ibidem, & Alexander de Ales in prima parte summæ in tractatu de spiritu sancto, & Thomas in summa contra genti. libro quarto capitulo. 7. Spiritus sanctus est Deus consubstantialis patri, & filio, & tertia in trinitate persona producta a patre, & filio per modum voluntatis, Augustini in libro de trinita. Deus namque est summe simplex duodecimo Methaphisicæ, & ait Philosophus quòd Deus est actus purissi-

Spiritus sanctus est consubstantialis patri, & filio, & est 3. persona trinitatis.

rissimus absq; aliqua compositione. Ergo omne quod est in Deo est Deus. Et per consequens scientia, sapientia, intellectus cognitio, voluntas, & amor Dei est Deus. In Deo enim nullum est accidens vt inquit Boetius in libro de tri ni. Constat autem quòd spiritus sanctus est amor patris ad filium, & contra vt inquit Hieronymus super psalmo. 17. Deus enim pater per intellectum suum cognoscit essentiam suam esse infinitæ bonitais. Ergo æque amat amore infinito. Sicut ergo qua se ipsum cognoscit cognitio est filius. Ita amor quo seipsum amat est spiritus sanctus.

Opinio arij, & macedonij. Sed contra prædicta fuit opinio Arijq vt inquit sanctus Thomas in summa cõtra genti, libro quarto capitulo 16. Docuit filium & spiritum sanctum esse creaturas. Filium tamen maiorem spiritu sancto, & minorem patre. Quem errorem quantum ad spiritum sanctum secutus est Macedonius, qui de patre, & filio recte sensit, quòd vnius eiusdemq; substantiæ sint. Sed hoc de spiritu sancto credere noluit, dicẽs illũ esse creaturã, & quandã perfectionẽ mentis, accidentalem patri, & filij vt charitatẽ creatam, & huiusmodi. Vnde quando vocãt Macedonianos Semiarianos ẽ quòd cum Arianis in parte conueniunt, & in parte differunt ab eisdem. Quos tamen omnes conuincere possumus & probare quòd spiritus sanctus est persona per se subsistens, & est Deus æqualis patri, & filio. Et hoc scripturæ testimonio declaramus.

Spiritũ sãctũ esse Deum ostenditur sacræ scripturæ authoritatibus. Nam nulli templũ constructũ, & consecratum, in veteri testamento reperitur nisi Deo. Vnde psal. 10. ait Dauid. Dominus in templo sancto suo. Sed templũ deputatur spiritui sancto, dicente Apostolo 1. ad Cor. 6 An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti. Ergo spiritus sanctus est Deus, cui⁹ templum fuerunt omnes sancti a principio mundi procerati, & erũt omnes alij electi vsq; ad finem ipsius mũdi procreãdi Insuper scire cuncta, & cõprehendere omnia profunda Dei nõ est alicuius creaturę, iuxta illud Apostoli ad Ro. 11. O altitudo diuitiarũ sapiẽtię sciẽtię Dei, q̃ incõprẽhensibilia sunt iudicia ei⁹, & inuestigabiles vie eius. Sed spiritus sanct⁹ omnia cognoscit, & prospicit, vt dicitur Sapien. 1. Et cõpręhẽdit omnia profũda Dei, dicẽte Apostolo 1. ad Cor. 2. Spirit⁹ omnia scruatur etiã profũda Dei & ib idẽ. Quę Dei sunt nemo cognoscit nisi spiritus Dei, ergo non est creatura, sed Deus verus qui omniũ absconditorũ est cognitor Dan. 13. Et cui omnia nota erãt antequã crearẽtur. Eccle. 27. Itẽ De⁹ reuellat misteria. Dan. 2. vbi dicitur. Est Deus in cęlo reuellans misteria. Sed taliter reuellatio est proprie op⁹ spiritus sancti. Vnde dicit Apostolus primę ad Cor. 2. Nobis reuellauit De⁹ p spiritũ sanctũ, ergo &c. Itẽ Deus locutus est p prophetas. Vnde Numeri 12. ait ipse Deus. Si qs fuerit inter vos propheta Domini, in visiõne apparebo, ei vel p sõnũ loquar ad illũ. Sed spiritus sanctus locut⁹ est p prophetas, ergo est Deus. Nã Actuũ 1. scriptũ est. Oportet impleri scripturã quã prædixit spiritus sanctus per eos Dauid, & secũdæ Petri 1. Spiritu sancto inspirati locuti sunt sãcti Dei homines. Itẽ creare est soli⁹ Dei vt probant theologi in 2. sen. di. 1. eo q requirit potentiã infinitã propter distãtiã infinitã de nihilo adesse, qa creare est de nihilo aliquid facere. Et ideo dicitur Gen. 1. in principio creauit Deus cœlũ, & terrã. Sed spiritus sanctus creat, dicẽte propheta Psal. 103. Emitte spiritũ tuũ & creabũtur &c. Vbi dicit glo. q duplex est effectus spiritus sancti. Prim⁹ de nihilo aliquid facere, quod ad solũ deũ pertinet. Et ideo dicit, & creabuntur. Secundus est culpa iustificare, & hoc etiã solius Dei est, quia secundum Augustinum super Ioannem maius opus est impium iustificare, quam cœlum, & terram de nihilo creare Et ideo subdit & renouabis faciẽ terrę Vnde Cassiodor⁹ ait. Totiens nos Deus spiritualiter creat, & renouat, quotiens in nouũ hominẽ nos restaurare dignatur. Item sicut anima est vita corporis ita Deus est vita animæ eam viuificans, vt inquit Augustinus super Psalmo 62. & in capitulo resuscitatus, de pęniten. distin. prima Sed spiritus sanctus est vita animæ viuificans eam. Ioannis sesto. Spiritus est

qui viuificat ergo, est Deus. Vnde saluator Ioan. 4. inquit. Spiritus est Deus. Vbi Bernar. ait. Spiritus sanctus est Deus, bonus, rectus, dulcis fortis, infirma roborans, aspera planans, corda purificans. Et quicquid in seculo nequam videtur difficile & angustum, leue facit, & latum, opprobrium gaudium iudicat, despectionem exaltationem persuadet, hęc ille. Item proprium est Dei inhabitatio cordium, primę ad Corin. 3. Vos estis templum Dei. Sed spiritus sanctus taliter inhabitat, dicente Apostolo ibidem, & spiritus Dei habitat in vobis. Super quo inquit Aug. Hic aperte ostendit Apostolus spiritum Dei esse Deum Item proprium Dei est sanctificatio hominum. Leut. 22. Ego Dominus qui sanctificatio vos. Sed spiritus sanctus sanctificat hominem, secundum Apostolum 1. ad Cor. 6. Vnde de beata Virgine recipiente fluuium spiritus sancti dicitur Psal. 45. Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus, ergo &c. Insuper interitus docere est proprium opus Dei, de quo psalmista ait. Qui docet hominem scientiam. Sed hoc est opus spiritus sancti, ergo est Deus. Nam Ioan. 14. ait. Dominus. Paraclitus autē spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Prærerea quorum est eadem operatio oportet, eandē esse naturam. Sed eadem est operatio filij, & spiritus sancti. Nam Christus loquitur in sanctis, iuxta illud secundę ad Corin. vltimo An exprimentum quęritis eius qui in me loquitur Christus? Et similiter spiritus sanctus, loquitur in sanctis dicēte Domino Matthei 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Item 1. ad Cor. 14. dicit Paulus. Spiritus loquitur misteria, ergo eadem est natura filij, & spiritus sancti, & per consequens patris. Ait enim saluator Ioannis 10. Ego & pater vnum sumus. Ampli⁹ esse vbiq; est proprium Dei qui dicit. Hieremiæ 23. Cœlum & terram ego impleo. Sed hoc spiritui sancto conuenit secundum illud Sapien. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Ergo ē Deus. Præterea Act. 5. Dixit Petrus. Ananię? Cur tentauit sathanas cor tuū, mentiri te spiritui sancto? Et postea subdidit. Non es mentitus hominibus, sed Deo. Ergo spiritus sanctus est Deus. Insuper quod est causa omnium perfectionum per se substit perfectissime, & non accidentaliter. Sed spiritus sanct⁹ est huiusmodi. Ergo est persona per se perfectissime subsistēs. Vnde 1. ad Cor. 12. inquit Paulus. Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt. Idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt. Idem vero Deus qui operatur omnia in omnib⁹. Alijquidem per spiritum datur sermo sapientiæ. Alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatum in vno spiritu. Alij operatio virtutum. Alij prophetatię. Alij discretio spirituum. Alij genera linguarum. Alij interpretatio sermonum. Hęc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus diuidens singulis prout vult. In q bus verbis manifeste exprimit spiritum sanctum esse Deum. Et ideo beatus Tho. in 1. di. 14 ar. 1. dicit. Verbum in diuinis procedit, vt per se subsistens & perfectissime. Et similiter spiritus sanctus, qui procedit per viam amoris patris ad filium & econtra, est persona per se subsistens, & perfecta, & est Deus æqualis patri, & filio. Hoc autem probatur per illud Apostoli 2. ad Cor. 3. di. Domin⁹ autem spiritus est. Nam vt ait Hiero. de hebraicis nominibus. Vbicunq; in latino ponitur istud nomen Dominus. In hebreo ponitur nomen Dei tetagramaton. Hęc etiam veritas probatur p dictum saluatoris Matth. vltimo di. Eūtes docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et 1. Ioan. 5. dicitur. Tres sunt qui testimonium dant in cęlo. Pater, verbū, & spiritus sanctus. Et hi tres vnum sūt scilicet coeterni & consubstantiales atq; æquales. Vnde dicit Aug. in 13. de trini. quòd sicut præstat filio essentiam sine vllo initio temporis, & sine vlla mutatione generatio. Ita spiritui sancto processio. Si autem quæratur quare pro-

Quare processio attribuatur spiritui sancto. processio potius attribuatur spiritui sancto quam filio. Respondet secundum theologos in 1. di. 10 & Alexan. de ales 1. parte summę, in tractatu de spiritu sancto, quod licet etiam filius procedat a patre per modum generationis, Tamē processio particulariter attribuitur emanationi spiritus sancti, quia ipse non tātum procedit a non procedente ab alio, scilicet patre sicut filius, sed etiam a procedente ab alio, scilicet filio, q modus procedendi non competit ipsi filio, quia tantum a non procedente, scilicet patre procedit. Item quia procedere per modum gemini amoris non competit ipsi filio, sed tantum spiritui sancto. Et ideo ista emanatio congrue appellata est processio.

DE SPIRITVS SANCTI nominatione consideratio secunda.

De multis nominibus spiritus sancti. QVO ad secundam consideratio nem.s. nominatione spiritus sancti est sciendum vt ait Albertus in compendio theologiæ, quòd spiritus sanct' multis nominibus appellatur. Et multo pluribus appellari potest. Nam vt dicitur in li. de causis. Linguę deficiunt a narratione Dei qui est à mor autem. Et glosa ait. Nullum nomē sufficit ad exprimendam diuinam perfectionem. Et ratio est, quia voces & nomina sunt signa intellectorum secundum Philosophum in 1. Perier. Sed Deus a nobis in viam non intelligitur. Ergo nō potest vno nomine nominari. Agnitus autem in patria vno nomine nominabitur, iuxta illud Zacha. vltimo. In illo die erit Dominus vnus, & nomen eius vnum. Vt tamen in aliquo modo diuina perfectio nobis innotescat, duodecim modis tertiam in trinitate personā principaliter appellatam declarabimus. Primo enim vt inquit sanctus Bona. in 1. di. 10. appellatur spiritus sanctus duplici ex causa. Primo propter naturę immaterialitatem.s. a spiritualitate contra corpulentiam. Et hoc nomen conuenit toti trinitati. Quia vt dicitur Io. 4. Spiritus est Deus. Secundo modo dicitur spiritus a spiratione passiua. Et sic amor, vel affectus patris ad filium, & econtra dicitur spiritus, & proprie conuēit illi personæ quę procedit vt amor, & spiratur a patre, & filio. Additur autem sanctus, quod idem est quòd mundus, vel firmus, secundum glosam in. §. sancte institutis, de rerum diuidum, & notatur in. l. sanctum. ff. eodem. Et conuenit ei non solum quo ad se, sed etiam in comparatione quo ad nos. Nam per gratiam spiritus sancti a peccatis mundamur, & in bono firmamur. Beatus autem Thomas in primo dist. 14. arti. 4. dicit, quòd spiritus sanctus dicitur a spiratione duplici ratione. Prima operationis inquantum per ipsum trahuntur homines a terrenis ad cęlestia. Vnde contemptores temporalium spirituales vocantur. Secunda vnionis. Per spiritum namq; sanctum corda diuersa vniūtur. Et ideo hoc nomine appellatur. Ait enim Ricardus de sancto Victore in li. de trinita. Illi dicuntur vnū habere spiritum quibus vnum est consilium, ideq; propositum. Qui idem amant, atq; idē affirmant, pariq; voto desiderant. Vnde Philosophus 9. Ethicorum dicit. Proprium amicorum est vnam animam in duobus corporibus esse. Et hac ratione duplici spiritus appellatur. Cui additur sanctus, quia per ipsum sanctificamur. Et ideo canit ecclesia. Veni creator spiritus. Mentes tuorum visita. Imple superna gratia quæ tu creasti pectora.

Appellatur etiam paradisus. SEcunda appellatur paraclitus, idest, consolator vel aduocatus. Paraclitus enim græce idem est quòd consolator, vel aduocatus latine, vt inquit Grego. in homilia hodierna. Vbi etiam dicit. Spiritus sanctus, ideo consolator vocatur, quia de peccati perpetratione merentibus, dum, spem venię dat, ab afflictione tristitię mentem leuat. De aduocatione autem eius inquit Paulus ad Ro. 8. vbi etiam ponit de cōsolatione ipsius di. Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus. Sicut ipse spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur ad corda scit quid desideret spiri-tus,

tus, quia secundum Deum postulat pro sanctis, hęc ille. Vbi dicit glosa, quòd ideo dicitur postulare pro nobis, quia nos postulantes facit. Et Beda in homilia ait. Paraclitus consolator interprętatur, quia corda fidelium ne inter huius seculi aduersa deficiant cęlestis vitæ desiderio subleuat ac reficit. Dulcis ergo magister cognoscēs discipulos suos esse afflictos, & męrentes de recessu suo, promisit eis spiritum consolatorem dicens Ioan. 15. Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre. Vbi glo. ait. Oppressos Apostolos propter inundantes tribulationum fluctus, nihil nisi spiritus sanctus releuare debuerat. Vt quorum vetustas carnis erat deposita, paraclitus spiritus lętificat.

Dicitur & donum ei. Tertio dicitur donum Dei. Nam in missionem temporali spiritus sancti, non solum ipse spiritus sanctus datur, sed etiam dona eius offerunt. Vnde Paulus ad Ro. 5. ait. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Est igitur spiritus sanctus primum donum, quo omnia alia donantur nobis.

Vocatur quoq; fons viuus. Quarto dicitur fons viuus. De quo prædictum fuerat Zacha. 13. vbi dicitur. Erit fons patens domus Dauid. Et habitantibus hierusalem, in ablutionem peccatorum & menstruatę. Per Dauid qui interpraetatur manu fortis intelliguntur actiui. Per hierusalem quę interpraetatur visio pacis intelligūtur contemplatiui. Nomine autem peccatorum intelliguntur illa qui habet peccata spiritualia. Per menstruatum vero illi qui habent peccata carnalia. Omnes enim isti in hoc fonte bibere debent. s. actiui vt amplius roborentur. Contemplatiui vt amplius roborentur. Contemplatiui vt amplius contemplētur, & omnes peccatores vt sordibus mundentur De hęc etiam fonte seu fluuio spiritus sancti dicitur Can. 4. Fons hortorum. Fluuius aquarum viuentum quę fluunt impetu de libano. Dicit autem Chriso. super Ioan. quòd spiritus sanctus flumē vocatur, quia sicut flumen nec reuertitur nec stat, scilicet semper currit. Sic etiam illi qui habent spiritum sanctū non reuertuntur ad peccatum, nec stant in ocio, sed semper currunt ad fortia. De isto etiam flumine dicitur Ezechiæ. 47. Mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquam vsq; ad talos, rursumq; mēsus est mille, & perduxit me per aquā vsq; ad genua Rursumq; mensus est mille & perduxit me per aquam vsq; ad renes. De quo etiam flumine dicitur Isa. 30. Spiritus Domini velut torrens inundas vsq; ad medium colli. Quidam ergo in hoc flumine introducuntur vsq; ad talos. Et sunt illi qui per spiritum sanctū fortes fiunt ad supportandum aduersa Psalmo 32. Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et Psalmo 74. Ego confirmam columnas eius. In talis enim est corporis supportatio. In genibus autē est de ambulatio. Et ideo illi qui in flumine spiritus sancti introducuntur vsq; ad genua sunt illi qui fiunt magnanimi ad aggrediendum opera virtuosa. Eze. 1. Vbi erat spiritus illuc gradiebantur, & Psalmo 83. Ibunt de virtute in virtutē, &c. Illis vero qui introducuntur vsq; ad renes in quibus viget concupiscentia, extingūtur omnia desideria carnalia Ps. 72. Inflammatum est cor meum. s. spiritu sancto & renes mei commutati sunt. Et Grego. ait Gustato spiritu desipit omnis caro. Illi autem introducuntur vsq; ad collum a quo procedunt verba quę q spiritus sancti instinctu loquuntur verba vtilia. Marci 13. Non estis vos qui loquimini, sed spiritus sanctus, &c. Dicitur autem ipse spiritus sanctus fons siue fluuius viuus, seu aqua viua, quia spiritualem vitam conseruat. De quo dicitur Apoc. vltimo. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam cristallum procedentem a sede Dei & agni in medio plateæ Hierusalem. Ex quibus verbis demonstratur quòd aqua spiritus sancti dat beatis in cœlo societatē reficientem. Et ideo vocatur fluuius. De aqua enim mundanæ consolationis dicitur Eze. 4. Aquam ad mensuram bibes. Sed in cœlo dicitur beatis. Can. 5. Bibite amici mei, & inebriamini charissimi. Item iste fluuius spiritus sancti habet continuam emanationem. Et ideo dicitur aquæ viuæ, quia nunquam deficit.

deficit. Mundus vero est sicut cisterna perforata, quia in breui deficit cum suis consolationibus Hiere. 2. Me dereliquerunt fonte aquę viuæ, & fodetũt sibi cisternas dissipatas q̃ cõtinere nõ valent aquas. Merito ergo cõsolatio mũdana dicitur cisterna pforata, qa ĩ breui deficit 1. Ioã. 2. Mundus trãsit & cõcupiscentia eius, Spiritus aũt sãctus dicit̃ aqua viua, qa semper pdurat 1. ad Cor. 13. Charitas nũq̃ cadit. Itẽ iste fluuius habet claritatẽ resplendentẽ. Et ideo dicitur splẽdid⁹ ad modũ cristalli. Fluuius n. amoris mundi est turbidus. Et ideo facit animã turbidã & fœdã. Hiere. 2 Quid tibi in via ægypti, vt bibas aquã turbidã. Fluuius autem aquę spiritus sancti est clar⁹ Et ideo facit animã clarã, & pulchram Sapien. 6. Clara est & quæ nunq̃ marcescit. Et Isaię 58. Implebit splendoribus animã tuã. Item habet suauitatem amaritudini impermixum. Et ideo dicit̃ procedere de sede Dei, & agni, idest de cõtẽplatione diuinitatis & humanitatis Christi in q̃ cõsistit tota felicitas paradisi Io. 17. Vel qui a patre, & filio procedit iste fluuius diuinæ gratiæ spiritus sanctus q est sine omni amaritudine, & plenus omni dulcedine. Sapien. 8. Non habet amaritudinem cõuersatio illus. Nec tedium cõuictus illius sed, lętitiã, & gaudium. Fluui⁹ autẽ mundi habet aquas amaras. Isa. 24. Amara erit potatio bibentibus eã. De spiritu autẽ sãcto dicit De⁹ Eccl. 24 Spiritus me⁹ super mel dulcis, & hęreditas mea sup mel, & fauũ. Item habet pſentiã assistentem. Et faciliter potest capi de eius aqua. Et ideo dicitur esse in medio plateę hierusalem. Mũdanę enim consolationes acquiruntur cum magno labore. Vnde Ecclesiastes 1. dicitur. In his est labor & afflictio spiritus Et 2. eiusdem libri c. dicitur de mundanis dediio. Cuncti dies eius pleni sunt laboribus, & ęrumnis. Fluuius autẽ spiritus sancti fluit ad ostium voluntatis nostrę. Apoc. 3. Ego sto ad ostium, & pulso. Et ideo qlibet potest faciliter haurire. Vñ Deut. 30. dicitur Mãdatum quod præcipio tibi iuxta te est valde in corde tuo vt facias illud dicitur etiam spiritus sanctus fons viuus, quia animã pecato mortuã viuificat remittendo peccata. Eze. 36. Effundam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris. Et hoc maxime in baptismo, quia spiritus sanctus est qui baptizat. Vnde dicitur Actuum 1. Vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Et apertius Ioan. 7. clamabat Iesus in templo in die festo di. Qui credit me flumina de ventre eius fluent aquæ viuę. Quæ verba euangelista glosat di. Hoc autem dixit de spiritu sancto quem accepturi erant credentes in eum. In hunc fontem se immergere cupiebat sanctus propheta Dauid dicens Psalmo 41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? De hoc etiam fonte inquit Ambrosi⁹ in libro de spiritu sancto. Ciuitas Dei illa hierusalem cęlestis, non meatu alicuius fluuij terrestris abluitur, sed ex fonte vitæ procedens spiritus, cuius nos breui satiamur haustu, illis cęlestibus spiritibus redundantius videtur affluere septẽ virtutum spiritualium feruens meatu, hęc ille.

QVinto dicitur ignis propter aspectus speciositatem Quia spiritus sanctus est lumen inextinguibile. Vnde Albertus magnus in commento super librũ Dionisij de angelica Hierarchia c. primo dicit Ignis feruore tria facit. Primo recalificat, & similiter spiritus sanctus cor quod semel inflammauit, reflammare non cessat. Secundo resuscitat. Videmus. n. per experientiam, q̃ ignis disponit calefactibile per formam caloris & suscitat in caliditatẽ similem sibi. Et similiter spiritus sanctus inflammãdo animam bene dispositam eam sibi assimilat. Tertio ignis purgat. Et similiter adueniente spiritu sancto in anima peccatrice sordes tollunrur, & purgatissima fit mentis acies, vnde bene dicitur. Deuteron. 4. Deus noster ignis est, & Isa. 51, Ignis eius in Sion, & caminus in hierusalem. De hoc etiam inquit Greg in Hom. hodierna. Spiritus sanctus ignis dicitur, quia per hunc p̃ctorũ *Spirit⁹ sanctus quare vocet ignis.*

rubi

rubigo consummitur. Bene ergo in igne apparuit, quia ab omni corde quod re plet torporem frigoris excutit, & hoc de siderio suæ æternitatis accendit. Ideo sancta Mater Ecclesia deprecatur di. Vre igne sancti spiritus renes nostros, & cor nostrum Domine, vt tibi casto corpore seruiamus & mundo corde placeamus.

Dicitur charitas.

SExto dicitur charitas per quam adoptamur in filios Dei, & illius efficimur hæredes secundum illud 1. Ioan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater vt filij Dei nominemur & simus. Et ideo Paulus ad Roma. 8. ait. Accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei in quo clamamus abba pater. Vbi glosa Augustini inquit. Accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei idest spiritum sanctum datorem omnium bonorum, per quem electi adoptantur & efficiuntur filij Dei.

Vocatur spiritalis vnctio.

SEptimo dicitur spiritalis vnctio consecrati aspersione, sanguinis Christi debent vngi oleo spiritus sancti. Et hoc significari videtur ex sancto Chrismate quod conficitur ex balsamo & oleo, & de quo benedicuntur fontes baptismales. Quod non nisi in die cęnæ Domini confici debet de conse. di. 4. c. omni tempore & de sen. ex. c. quoniã li. 6. Hoc enim sancto oleo in die cęnæ domini consecrato, idest in die qua exaudimus dominũ clamantem & dicentem illud Apoc. 3. Si quis mihi aperuerit ianuam intrabo ad illum, & cęnabo cum illo Benedicuntur fontes baptismales lachrymarum pœnitẽtiæ, quia secundum baptisma est lachryma per quam peccata abluuntur, sicut probat Magdalenę exemplum Lucæ. 7. De ista spiritus vnctione dicitur Isa. 61. Spiritus domini super me eo quòd vnxit me. Psalmo 44 inquit Dauid animę sanctificatę. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Hoc est illud oleum, de cornu sumptum quo Dauid vnctus est in regem pri. Regum 16. O sanctum oleum quo veri reges æterni regni inunguntur. O electum vnguentum cuius odore tota conscientię domus flagrat. O vnctio benedicta qua cuncti curantur ægroti.

Quare appelletur digitus Dei.

OCtauo dicitur digitus Dei, quia sicut res temporales digito demõstrãtur. Ita per spiritum sanctum ostendũtur res spirituales oculo spirituali. Item quia sicut in digito est virtus manus. Ita per virtutem spiritus sancti miracula operantur. Vnde cum viderent ægyptij Moysen per spiritum sanctum miracula facientem dicebant. Digitus Dei est hic Exo. 8. Et Christus se in spiritu sancto miracula fecisse testatur Lucę 11. di. Ego in digito Dei eijcio dęmonia. Ea propter sancta Mater Ecclesia prædicta omnia de spiritu sancto approbando canit dicens ei. Quia paraclitus diceris, donum Dei altissimi. Fons viuus, ignis charitas & spiritalis vnctio. Tu septiformis munere, dextræ Dei tu digitus &c.

Dicitur pater pauperum.

NOna dicitur pater pauperum. Vnde dicit quedam glosa super illo verbo Mat. 5. Beati pauperes spiritu Beati sunt, qui sunt sine spiritũ suæ præsumptionis, per quem moriuntur. Quoniã diuites sunt, & admissi ad thesauros spiritus sancti indeficientes. Per quem diuites fiunt quicunq; pauperes apud se sunt. Dicitur etiam pater idest aduocatus pauperum. Et ideo appellatur paraclitus quod idem est quòd aduocatus, vt ait Greg. in homilia hodierna. Vbi etiã inquit. Spiritus sanctus ideo aduocatus dicitur, quia pro errore delinquentium apud iustitiam patris interuenit, dum eos quos replet exorantes facit.

Spiritus sanctus vocatur lumẽ cordium.

DEcimo dicitur lumen cordium, quia vt ait Bernar. in sermone hodierno, per spiritum sanctum de omnibus pertinentibus ad salutem illustramur, & occulta misteriorum cęlestium nobis reuelantur, iuxta illud 1. Ioan. 2. Vnctio eius docet vos de omnibus. Et ideo dicebat Paulus 1. ad Corin. 2. Nobis reuellauit Deus per spiritum sanctum. Spiritus ergo sanctus est splendibus oculus mentis nostræ, & speculum sine macula Sapiẽ. 7. In quo videmus ea quæ sunt supra humanam facultatem. Vnde Ber. ait. Que super nos sunt non verbo docentur, sed spiritum sancto illustratore cordium reuelantur. Cuius rei testimonium Chri-

stus

stos perhibet Ioan. 14. di. Paraclitus au tem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixe ro vobis. Vndecimo dicitur hospes ani mę quam inhabitat per gratiam. Quod testatur Apostolus pri. ad Cor. di. Templum Dei estis vos & spiritus Sāctus habitat in vobis. Et Ioan. 14. Venturum se Dominus pollicetur cum patre & cōuenienter cum spiritu sancto, vtriusq; spiritu, ad eum qui mandata eius seruauerit dicens. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Vocatur et dulce refrigerium.

DVodecimo & vltimo dicitur dulce refrigerium, quod sapiens exclamando fatetur di. Sapien. 12. O quam bonus suauis est Domine spiritus tuus in nobis Et Eccle. 24. dicitur Spiritus Domini super mel dulcis. Super quo inquit Ber. Quicquid amarum videtur vnctio spiritus sancti dulce facit. Molestius est quādoq; pęnitentiæ labor, corporis afflictio grauis. Abstinentia onerosa. In Psalmis & vigiliis dormitat anima nostra. Non ob aliud sane quam propter inopiam spiritus. Ille enim si adesset facere laborem, atq; pęnitentiam nostrā non solum non laboriosam seu molestā, sed etiam desiderabilem, & delectabilē. Adeo enim dulces est quòd mortem facit dulcissimam, & suauissimam. Et subdit Ber. ibidem Spiritus domini bonus & dulcis infirma roborat, aspra planat, & quicquid in hoc seculo difficile videt, & angustum, leue facit & latū. Et ideo eius aduentum sancta Ecclesia exoptās, & prædicta confirmans dulciter decātat di. Veni sancte spiritus, & mitte cęlitus lucis tuę radium. Veni pater pauperū, Veni dator munerum. Veni lumen cordium. Consolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium. In labore requies, in ęstu temperies, in fletu solatium. O lux beatissima reple cordis intima tuorum fidelium. Sine tuo numine nihil est in homine nihil est innoxium. Laua quod est sordidum, riga quod est ardum, rege quod est deuiū. Flecte quod est rigidum, foue quod est frigidum, sana quod est saucium. Da tuis fidelibus in te confidentibus sacrum septenarum. Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium. Amen.

DE SPIRITVS SANCTI cognitione considera- tio tertia.

MIttitur spiritus sanctus in corda fidelium inuisibiliter, ita vt non percipiatur ab his qui foris sunt, iuxta illud Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat. Licet autem non possit certitudinaliter sciri quando quis se habeat se spiritum sanctum, tamen per coniecturas opinari potest. Ad quod adduci possunt duodecim coniecturę, siue signa quibus cognoscitur quando quis est in charitate, de quibus diffuse dixi supra sermone 5. huius partis principalis parte vltima. Multi enim habent spiritum sanctum qui se non putant illum habere. Spiritus sanctus semper manet in iustis per gratiam, licet non semper per miraculorum operationem de pęn. dist. 2. c. querendum, & c. post discursum. Multi quoq; putāt se habere spiritum sanctum qui non habent, licet faciant miracula. Inquit. n. Alexander de Ales in 3. parte summę in tractatu de timore seruili. q. 2. quò quędam sunt a spiritu sancto & cum spiritu sancto sicut sunt virtutes formatę, vt fides spes, & charitas. Quędam sunt a spiritu sancto, sed non cum spiritu sancto, vt timor seruilis fides informis. Et miracula facta in peccato mortali, & cetera huiusmodi. Quædam vero sunt cum spiritu sancto, sed non a spiritu sancto, vt peccata venialia. Quædam autem nec a spiritu sancto sunt, nec cum spiritu sancto, vt peccat mortalia. Inter alia autem sunt quinq; signa principalia quibus cognosci potest quando spiritus sanctus habitat in nobis. Primum quorum dicitur purgationis. Cuius fundamentum ponit Phylosophus 10. Metha. dicens. Contraria mutuo expellunt. Nā dulce fugat amarum. Lux tenebras, & mortem vita. Si ergo peccata mortalia fuerint in aliquo. Et postea veniat in eū compunctio, lachryma, dolor, & vera pęniten-

Licet certitudinaliter cognoscere nō possimus nos habere spiritū sanctū, tamen aliqui signa hoc possumus.

pęnitentia tunc signum est q spiritus sanctus venit illũ. Vnde ipsi spiritui sãcto inqt Dauid Psl 4. Signatũ est super nos lumen vult⁹ tui Domine, dedisti et in corde meo. Quod cõsiderãs Bernar. in sermone hodierno inqt. Per oculos nõ intrat spiritus sanct⁹ qa nõ est coloratus, neq; p aures, qa nõ insonat, neq; p nares quia, non aeri immiscet sed měti, neq; p fauces, quia non est aul⁹ neq; p tactũ corporis, qa nõ est palpabilis. Quæritur ergo cũ inuestigabiles sint vię spiritus sancti qualiter ipsũ adesse nouerim. Sed ex motu cordis intellexi pęnitentiã eius. Ex fuga vitiorũ aduerti potětě virtutě eius. Ex qualicũq; discussione occultorũ meorũ expertus sũ profunditatě bonitatis eius. Et emendatione delictorũ meorũ vidi pietatem eius. Ex renouatione, & refrenatione mentis meæ, percepi vtcũq; spetiě decoris eius. Et ex cõtuitu omniũ horũ simul, expaui multitudině magnitudinis eius, hæc ille. Dum itaq; videmus purgatã mentis aciě tũc, adesse credamus spiritũ sanctũ, quo dictante non tantũ præterita mala plangimus, sed etiam quæ accidere possent peccata abominamur. Tunc enim anima nostra est apta habitatio spiritus sancti, dicente psalmista. Domũ tuam Domine dacet sanctitudo in longitudinem dierum. Et ideo innocemus eum cum sancta Matre Ecclesia dicentes. Sancti spiritus adsit nobis gratia quæ corda nostra sibi faciat habitacula. Expulsis inde cunctis vitijs spiritualibus. Spiritus alme illustrator cordiũ, horridas nostrę mentis purga tenebras. Tu purificator omnium flagitiorum spiritus. Purifica nostri oculum interioris hominis. Vt videri supremus genitor possit a nobis. Mundi cordis quem soli cernere possunt oculi.

De 2. signo quo cognoscere possumus in nobis esse spiritũ sãctũ.

Secundum signum dicitur honoratio-nis. Cum enim quis est zelator diuini honoris, & iniuriantes Deo detestatur, signum est quòd habet spiritum sanctum. Hoc autem se fecisse psalmista Dauid confitetur di. Vidi præuaricantes & tabescebam. Vbi glosa Nicolai de Lira ait. Vidi præuaricantes legem tuam Domine, & plangebã. Vnde in exameron dicit Ambro. Quid nos dignum referimus creatori nostro cuius cibo vescimur. Et dissimulamus iniurias? O peruersi inimici Dei, o ferarũ gen⁹, o dęmonib⁹ deteriores, o insěsibiliores lapidib⁹, o iudeis neqores. Quare tam proni estis ad vlciscědũ vestras iniurias quas nunquã remittitis. Et Dei iniurias supportatis? Percutitur canis tuus. Et irasceris fratri tuo. Linguis impiorũ blasphemat De⁹, & ęquo animo tolleras, ac corrides. Et cũ blasphemãte blasphemas. Iã nõ in te spiritus sanctus est, sed diabolicus, & malignus. Hinc Hiero. in quadã episto. ait. Nationes aduersariorũ mortali prosequimur odio, & clementě Deũ blasphemãtibus manũ porrigimus adiutricě. Tertiũ signũ dicitur operationis. *De 3. signo.* Qui.n. habet spirit⁹ sancti gratiã, habet bonorũ operũ abũdãtiã. Quia vt ait. Gr. I homilia hodierna Nunq, est amor Dei ociosus. Operatur.n. magna si est. Si autě operarari renuit amor nõ ěst. Quartũ signũ dicit adimpletionis.s. diuinorũ præceptorũ Ioã. 14. Si qs diligit me sermonẽ meũ seruabit. Et pater me⁹ diliget eũ, & ad eũ veniemus & ac mãsioně apud eũ faciem⁹. *De 4. signo.* Quintũ & vltimũ signum p nũc dicit dilectionis. Quãdo.n. quis diligit Deum & proximum, signum est q habet in se spiritum sanctum quia vt 1 Io. 4. & in c. abijt 11. q 3. De⁹ charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. *De 5. signo.*

Dicit autě Chriso. super Mat. q trib⁹ modis cognoscič pęnitentia spiritus sancti s. sicut ignis cognoscitur scintillis suis. Sol radijs suis, & rosa odoribus suis. Sancti.n. viri habent tres scintillas. Primo feruětia desideria, quę habebat propheta dicens Psal. 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum &c. Secũdo feruentia verba Ecle. 48. Surrexit Helias quasi ignis. Et verba eius quasi facula ardebant. Tertio feruentia opera. Iob 47. Non ne vestimenta tua calida sunt cum perflata fuerit terra austro? Sicut ergo vbicunq; scintillas ignis videmus, præsupponimus ibi esse ignem materialem. Sic quicunq; habet prædictas scintillas, præsupponitur habere in se igně cœlestem. Et de istis scintillis dicitur Ezechiæ 1. Scintillę quasi aspectus ignis candentis

candentis. Desideria enim & verba ac opera sanctorum sunt scintille inquantum sine pódere terrenorum sunt leuia. Et sunt eris in quantum sunt auribus Dei consona. Et candentia. In quantũ sunt per amorem inflammata. Secundo viri sancti habent tres radios. Primus scientia, qua cognoscunt Deum, & eius iustitiam ac bonitatem. Vnde Psalmista ait. Duo hęc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia &c. Secundus est quo cognoscunt mundum, & eius misereria iste vanitatem. Naum 3. Omnis qui viderit te resiliet a te. Tertius est quo cognoscunt seipsos, idest miseriam suam, & vilitatem. Micheę 6. Humiliatio tua in medio tui. Sicut ergo quando videmus radios solis præsupponimus ornatum esse solem naturalem. Sic quando istos radios in nobis sentimus possumus præsupponere in nobis esse solem supersubstantialem. Et de his tribus radijs dicitur Ecclesiastico 43. Sol tripliciter exurens montes, radios igneos exsufflans &c. Tertio viri sancti habent tres odores. Vnus est deuote orationis. Apoca. quinto. Habentes singuli citharas, & phialas plenas odoramentorum quæ sunt orationes sanctorum. Secundus est famę pręclare 2. ad Corin. secundo, Christi bonus odor sumus in omni loco. Tertius est conscientie floridæ. Can. primo. Lectulus noster floridus est. Sicut ergo quando sentimus odorem rosarum, ibi rosas esse præsupponimus, etiam si eas minime videmus. Ita quando in nobis istos odores sentiamus rosas gratiarum, & virtutum in nobis esse credere possumus. De quo odore dicitur Ecclesiastici 24. Quasi plantatio rosæ in hierico.

Per 4. etiã species ĩ quibus apparuit spiritus sanctus, põt cognosci quando ẽ in nobis.

Dici quoq; potest quòd per quatuor species in quibus apparuit spiritus sanctus, de quibus in sequenti parte tractabimus, potest cognosci quando in nobis est. Per nubem enim in qua apparuit super Christum transfiguratum significatur abundantia lachrymarum, psalmista dicente. Flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Et Gen. primo ait Moyses. Spiritus Domini ferebatur super aquas, scilicet lachrymarum. Sicut enim adueniente austro nubes resoluuntur in pluuias. Sic adueniente spiritu sancto mentes resoluunt in lachrymas. Et ideo sponsa petit Can. terzo. di. Surge acquilo & veni auster. Perfla hortum meum, & fluant aromata illius. i. lachrymæ suauissimæ in conspectu Dei. Per speciem autem columbæ carentis felle significatur dimissio iniuriarum. Et ideo Sap. 7. spiritus sanctus appellatur suauis, benignus & humanus, quia facit homines suaues in corde, benignos in sermone, & humanos in opere, & conuersationem. Odium enim animam inflãmat, indurat, & amaricat. Sed spiritus sanctus describitur nomine roris, vnctionis, & mellis. Ros namq; appellatur inquantum cor odio inflammatum refrigerat Ecclesia. 18. Non ne ardorem refrigerabit ros? Et Dan. terzo dicitur. Fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Vnde in oratione dicimus, sui roris intima aspersione fęcundat. Vnctio vero dicitur inquantum cor odio induratum mollificat. 1. Ioannis secundo. Vnctionem habetis a sãcto, & nostis omnia. Mel autem appellatur inquantum cor odio amaricatum dulcorat, Ecclesiastici 24. Spiritus meus super mel dulcis. Sicut autem ferrum ferro coniungitur cum vtrumq; ignis exultione liquatur. Ita mens ferrea & in odio indurata, per spiritus sancti amorem liquefacta, mollificata, & indulcorata cũ inimico suo per charitatem copulatur. Per flatum vero significatur contemptus temporalium quæ spiritus sanctus facit contemnere tanquam flatum, vapore, & fumum. Quia vanitas vanitatum, & omnia vanitas, Ecclesiasti. primo. Vnde legitur de Sansone quòd cum spiritus in eum irruit leonẽ interfecit, Philisteos superauit, & vincula dirupit. Per leonẽ. n. intelligitur superbia, p Philisteos q interpretantur cadentes significantur diuitiæ, siue ipsa auaritia. Quia sicut dicit Pro. 11. Qui confidit in diuitijs corruet. Sed p. vincula intelligitur ipsa carnalis concupiscentia Eccl. 7. Vincula sunt manus illius. Quarto per ignẽ semper tendentẽ sursum, intelligiẽ desideriũ supernorũ, Ezę. 8. Eleuauit me

ſpiritus inter cęlũ, & terrã. Nõ dixit autẽ. Poſuit me in terra, qa ibi ſunt auari. Nõ etiã dixit. Poſuit me in cęlo, qa ibi ſũt tãtũ beati. Sed ait. Eleuauit me inter cœlũ, & terrã, qa ibi debẽt eſſe fideles christiani, q aliquãdo debent aſcẽdere in cęlũ de celeſtibus cõtemplando. Ad Philip. 3. Noſtra cõuerſatio in cęlis eſt. Et aliquãdo deſcendere in terrã pro ximorũ vtilitatibus prouidendo. Vbicunq; ergo eſt cõpũctio, & gemit⁹ de peccatis, amor inimicorũ, & remiſſio iniuriarũ, cõtemptuſq; tẽporaliũ credendũ eſt ibi eſſe ſpiritũ ſanctũ. Et vbi eſt fum⁹ aromaticus ſancti deſiderij ſignum eſt, q ibi eſt ignis ſpiritus ſancti Vnde Gre. ait. Qui mente integra Deũ deſiderat profecto iã habet quẽ amat. Et ideo inuocem⁹ eũ cũ ſancta Matre eccleſia dicentes. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorũ corda fideliũ. Et tui amoris in eis ignem accende. Quãdo igitur o anima deuota habueris hec ſigna, gaude & lętare, quia ad te de cęli irroratus eſt ſpiritus ſanctus. O igitur anima mea prępara habitaculũ ſpiritui ſancto. O cor meũ prębe dignum hoſpitium Deo tuo. O mens mea ſi vel cito hoſtia reſerare nõ vales, frãge parietes quibus impediris ne ad te veniat tã dulcis hoſpes, cuius manibus aquę lachrymarum porrigendę ſunt. O conſcientia mea cur in tanta flãma non accenderis? Cur in tanto igne non reſolueris? Clama & dic. Vre Domine Deus meus animam meã & cor meum infinita charitate tua, & me non mitte, ſed proijce in fornacem tanti amoris tui.

DE SPIRITVS SANCTI apparitione conſideratio quarta.

Spirit⁹ ſanct⁹ licet apparuerit in ſpetie colũbę, ignis vel alicuius alterius, non tamen erat ibi vera colũba, ſed tãtum ſimilitudo.

LICET viſibiliter in ſpecie viſibili apparuerit ſpiritus ſanctus. Inuiſibiliter tamen excellentiſſima operatus eſt. Non.n. fuerunt naturales illę ſpecies in quibus ſeſe demonſtrauit. Non vera columba, vel lignis, & reliqua qui fuerunt Apoſtolorum oculis penetrata. Sed rerum ſimilitudines in aliqua materia ad hoc pparata. Quia illa ſimilitudo non oſtendebatur ad manifeſtandam aliquam veritatem in ipſa columba, nube, flatu, igne, vel linguis. Sed ad declarandas proprietates inuiſibilis miſſionis ſpiritus ſancti. Et ideo ibi non fuit fictio, quia vbi non fuit veritas naturę extitit veritas figurę, quemadmodum aperte docet Nico. de Lira ſuper Marci. 1. c. Et beatus Tho in 16. di primi ſen. ar. 3. in ſolutione tertij argumenti, licet aliter idem ſentire videatur in tertia parte ſummę q. 36. ar. 7. Contra quem facit illud Lucę 3. Deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum. Illa.n. dictio ſicut importat ſimilitudinem non realitatem. Vnde ſecundum prędictum Nicolaum & communiter alios doctores in prędicta di. 16. illa columba poſt apparitionem ipſam rediit in prędiacentem materiam. Et ſimiliter alia ſigna, vt linguę &c. q ſi quęratur quare in iſtis creaturis figuratiue apparuit ſpiritus ſanctus, reſpondet ſanctus Bona. in 1 diſt. 16. ar. 1. q. 2. q hoc fecit pro vtilitate & illuminatione noſtra. Primo.n. apparuit in ſpecie columbę vt patuit Lu. 3. qa ſicut columba eſt animal ſine felle. i. ſine amaritudine & odio. Sic ſpiritus ſanctus illos quos replet facit eſſe ſine odio, & amaritudine. Sapientię 12. O quam bon⁹, & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus nobis. Et ideo de illo in quo eſt ſpiritus ſanctus dici poteſt illud Sapien. 8. Non habet amaritudinem conuictus ei⁹. E contra vero Eccle. 21. ſcriptũ eſt. Non eſt ſenſus ſcilicet ſpiritus ſancti, vbi eſt amaritudo. Secundo quia ſicut columba habitat in foraminibus petrę, ſic ſpiritus ſanctus quieſcere facit animam in Chriſti vulneribus, dicens illud Can. 2. Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni columba mea in foraminibus petrę. i. in Chriſti vulneribus. Ideo Hiero. ad Eu. de ſeipſo dicebat. Itaq; omni auxilio deſtitutus ad Ieſu iacebam pedes, rigabam lachrymis crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubiugabam. Tertio quia ſicut columba habet gemitum pro cantu. Sic ſpiritus ſanctus illos quos replet gemere facit, iuxta illud Iſa 59. Rugiemus quaſi vrſi omnes, & quaſi columbę meditantes gememus. Et Paulus ad Roma. 8. inquit. Ipſe ſpiritus ſanctus poſtulat pro

nobis

nobis gemitibus in enarrabilibus. Propter ea Hieronymo de seipso dicebat vbi supra. O quotiens in heremo constitutus in illa vasta solitudine quæ exusta solis ardoribus horridum monachis prestat habitaculum, putabam me Romanis interesse delicijs. Sedebam solus quia amaritudine plenus erā. Horrebant sacco membra deformia. Et squallida cutis sitū Ethiopisse carnis obduxerat. Quotidie lachrymę quotidie gemitus. Et si quando repugnantem me somnus immi nens oppressisset, humo vix ossa hæren tia collidebam. Ad hoc etiam adduci potest illud exemplum ar. in li. de animalibus de cigno qui in vita habet gemitū pro cantu, & in morte dulciter canit. Qđ econtra facit sirena. De quo vide supra in prima parte principali huius operis sermonis 8. parte 6. Et ideo Hierony. ad Iulianū inquit. Fęlix, & omni dign⁹ bea titudine quem senectus Christo occupat seruientē, quem extrema dies Saluatori inuenit militātem. Qui non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Cui in introitu paradisi dicetur. Recepisti mala in vita tua, nunc autem igitur, hęc ille.

Aliæ multæ causæ quare spiritus sāctus in spetie columbæ apparuit.

QVarto spiritus sanctus in columbæ spetiæ super Christum baptizatum visibiliter apparuit ad significandā fęcunditatem spiritualem quæ est in baptismo. Columba enim est animal fęcundissimū, & multę geniture. Et ideo de gratia spiritus sancti in baptismo potest dici illud Isa. vltimo. Parturijt sion filios suos. Vnde de ecclesia catholica fęcunda filijs gratiæ dicit sponsus eius cęlestis Cant. 6. Vna est columba mea &c. Quinto apparuit in spē columbina propter simplicitatem. Vnde Gregor. in homilia hodierna ait. In columba spiritus sanctus monstratus est, quia omnes quos repleuerit simplices facit. Ideo Matthei 11. inquit Dominus. Estote simplices sicut columbæ. Sexto ad denūtiandam pacem. Sicut. n. Noe dum esset in archa emisit columba quæ vt habetur Gen. 8. ore suo detulit ramum virentis oliue in signū pacis Dei erga humanū genus. Sic spiritus sanctus in colūbina spetie super Christū apparuit q est rex pacific⁹, vt dicitur in pemio de creatiū, ad insinuandū q est amic⁹ & operator pacis. Et super pacificos venit Psal. 75. Fact⁹ est in pace loc⁹ eius. Septimo q̄a sicut colūba gregatim volat, & extraneā sibi sociat. Sic spiritus sanctus facit viuere simul in fraterna charitate secūdū illud ad Ro. 12. Charitatē fraternitatis inuicem diligentes. Octauo quia sicut colūba nutrit pullos suos, & alienos. Sic ille q habet spiritū sanctū, cum proximo seruat illud prim æ ad Thes. 2. Facti sumus medio vestri tāq̄ si nutrix foueat filios suos. Nono quia sicut colūba habet pulcros oculos, & intuet mansuete. Sic ille in quo est spiritus sanctus bono oculo, & nō toruo aspicit facta p. ximi in meliorē partē dubiā interp̄tādo. Et ideo illi pōt dici illud Can. 1. & 4. c. Oculi tui colūbarū. Decimo q̄a sicut colūba discernit grana comestibilia, & mā ducat. Nō autē carnes. Sic spiritu sancto tacti nō pascuntur carnibus detractionis, iuxta illud. Pro. 23. Carnes ad vescēdū cōferūt. Sed bōis exēplis a proximo acceptis pascuntur, & in virtutibus crescunt. Vndecimo q̄a sicut colūba residet iuxta aquas, & ibi videt vmbram accipitris, & ab eo cauet. Sic ille q habet spiritū sanctum requiescit in gratia Dei significata per aquā, & in ea videt tentationes diaboli ac illas vincit. Et ideo de eo dicit potest illud Can. 5. Residet iuper flueuta plenissima.

Aliæ multæ congruitates ad idē ostēdēdū adductæ.

DVodecimo quia sicut colūba libenter stat in fenestris Isa. 60. Quasi co lumbę ad fenestras suas. Sic ille in quo ē spiritus sanctus de sensibus suis corporalibus qui sunt fenestrę animæ curā habet ne per illas morte intrante pereat iuxta illud Hiere. 9. Mors intrat per fenestras nostras. Tertiodecimo quia sicut colūba super petrā nidificat. Sic ille qui habet spiritum sanctū in dura moratur pęnitentia, & dicit illud Iob 29. In nidulo meo moriar. Quartodecimo q̄a sicut colūbę libenter se lauant in lacte. Ita spiritus sanctus animam albam facit puritate. Vnde de habentibus illum dici potest illud Can. 5. Sicut colūbę q̄ lacte sunt lotæ, & ideo Can. 4. dicit cęlestis spōsus animę. Veni de libano colum

ba mea. Libanus n. secūdū Hiero. in sermone ad Eustochiū, cādidatio interpretaē. Quintodecimo, qa sicut colūba habet pedes pēnatos. Sic ille in quo est spiritus sanctus est velox ad op⁹ bonū, ita vt de ipso dici possit illud Ps. 17. Volauit super pēnas vētorū. Has autē pēnas desiderabat prophetā Psa. 54. di. Quis dabit mihi pēnas sicut colūbæ? Nō ait. Sicut habet miluus, aut accipiter. Ac subdit. Et volat o.s. nō ad prædā vt aues rapaces, sed ad requiem. Et ideo addit. Et requiescā Quia ille in quo habitat spiritus sanct⁹ habet requiē, & tranquillitatē cōscientię, & dicit cū Paulo 2. ad Cor. 1 Gloria nostra hęc est, testimoniū conscientiæ nostræ. Sextodecimo, qa sicut corui de morte pascuntur. Ita ecōtra rio innocens est victus colūbæ vt dicitū in c. non omnis 2. q. 7. & colūba neminē rostro lędit. Quia ille in quo est spirit⁹ sanctus neminem offendit. seruans illud 2. ad Cor. 6. Nemini dantes vllam offēsionem. Beatus autem Tho. in 3. parte. summæ q. 34. arti. 6. colligit septem ex prædictis proprietatibus columbæ di. q significant septem dona spiritus sancti, & ob id ipse spiritus sanctus in columbina spetie apparuit. Nam 1. ex eo q columba secus fluenta habitat, vt viso accipitre se immergat, & euadat, significat donum sapientię per quod sancti secus scripture fluenta resident, vt incursum diaboli euadant. Secundo ex eo q meliora grana eligit, significat donum scientiæ quo sancti sententias sanas quibus spiritu aliter pascuntur eligunt. Tertio dum alienos pullos pascit donum consilij designat, quo sancti eos qui pulli diaboli fuerunt per peccatum sua doctrina nutriunt, & exemplo. Quarto dum rostro nō lacerat donūm, intellectus significat, quo sancti bonos non peruertunt hereticorum more sacras lacerando & corrūpendo scripturas malignis sensibus, & expositionibus. Quinto dum felle caret donum pietatis insinuat, quo sancti ira irrationabili carent. Sexto dum in cauernis petrę nidificat donum fortitudinis designat, quo sancti in plagis mortis Christi qui est petra firma nidum ponunt in suum refugium, & spem. Septimo dum pro cantu gemitum donum timoris significat quo sancti delectantur in gemitu pro peccatis, hęc ille.

Quare etiā spūs sanct⁹ missus est in spetie nubis.

SEcundo missus est spiritus sanctus in specie nubis. Vnde Matthei 17. dicitur. Adhuc eo loquente ecce nubes Lucida obumbrauit eos. Quod factū fuit primò qa sicut nubes a terra eleuaē, sic spiritus sanctus quos replet ab inordinato amore terrenorum subleuat. Et ideo Ezechi. 8. ait propheta. Eleuauit me spiritus inter cœlum, & terram. Et eduxit me in Hierusalem in visione Dei. O igitur mundi amatores. O terrenarum rerum dilectores. O carnalium delectationum inquisitores, non ne videtis q decepti estis? Quia hęc omnia vobis nolentibus deficient. Si ergo vultis veras habere diuitias, & consolationes acquirite in vobis spiritum sanctum, qui terrenorum amore dimisso faciet vos amare cœlestia, vbi verę sunt consolationes, & gaudia sine fine. Propterea Anselmus de consolatione vitæ eternę dicit. Quid enim amas caro mea? Ibi est quidquid amatur, & quidquid desideratur. Si enim delectat pulchritudo. Fulgebunt iusti sicut sol in conspectu Dei. Si velocitas aut fortitudo, aut libertas corporis, nihil eis obsistere poterit. Erunt enim homines sancti Angeli Dei similes. Si longa, & salubris vita. Ibi est sana æternitas, & æterna sanitas, quia iusti in perpetuum viuent, & salus iustorum a Domino. Si facietas. Saturabuntur cum apparuerit gloria Dei. Si melodia. Ibi Angelorum chori sine fine concinnunt. Si quælibet non immunda, sed munda voluptas. Torrente voluptatis suæ potabit illos Deus. Si sapientia. Ipsa Dei sapientia ostendet eis seipsam. Si amicitia, deum diligent supra seipsos. Et Deus diliget eos plusquam illi seipsos. Si concordia. Illis erit omnibus vna voluntas. Si potestas, omnipotentes erunt voluntatis suę sicut Deus suę. Quia sicut illi nolent aliud quam ille. Ita Deus volet quicquid illi volent. Si honor, diuitiæ Deus seruos suos bonos, & fideles supra multa constituet

stituet bona. Imo filij Dei, & dij vocabuntur. Si vera securitas. Certe securi erunt sibi illud nullatenus defecturum quod semel consequuntur bonum testimonio Christi qui ait. Gaudium vestrũ nemo tollet a vobis, hęc ille.

2. quare apparuit, ꝫ ipse nobis.

SEcundo apparuit in specie nubis, quia sicut nubes refrigerat. Sic spirit⁹ sanctus animam ab æstu viciorum refrigerans purgat. Et ideo deprecatur ecclesia di. Sancti spiritus Domine corda nostra mundet infusio, & sui roris intima aspersione fecundet. Per septem.n. dona spiritus sancti septem peccata mortalia ab anima expelluntur. Nã cõtra superbiam datur donum timoris Dei. Et ideo Dauid dicebat Psal. 118. Cõfige timore tuo carnes meas. Contra auaritiã datur intellectus per quem cognita supernorum dulcedine contemnuntur terrena. Iuxta illud Gre. in homelia 37. Si consideram⁹ fratres carissimi quę, & quanta sunt quę nobis promittuntur in cęlis. Vilescunt animo omnia quę habetur in terris &c. Contra luxuriã datur, scientia per quã dum quis cognoscit miseriam, & penosum finem luxuriæ. Ipsam fugit. Iuxta illud Apostoli Ephesi. 5. Hoc enim scito te quia omnis fornicator aut immundus non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Contra inuidiam datur pietas per quam de bono proximi gaudamus. Iuxta illud Tulij in libro de amicitia dicentis. Hoc proprium est animi bene constituti, & lętari bonis rebus & dolere contrarijs. Contra gulam datur sapientia per quam dum supernorum gustatur dulcedo, gullę vilipenditur delectatio, dicente Gregorio in quadam homilia, gustato spiritu desipit omnis caro. Contra iram quę pręcipitanter operatur datur consilium quo ponderate negotia peraguntur, iuxta illud Ecclesia. 32. Fili sine consilijs nihil facias, & post factum non pęnitebis. Contra accidiã per quam quis accidiosus, & impotens redditur ad bene agendum datur fortitudo per quã iocundus, & potens ad bonũ opus efficitur iuxta illud. Prouerbio 10. Manus fortium diuitias parat. Ideo Gr. in quadã homilia de Apostolis ait. Mũdi. huius potestatibus contrariæ non præsumerent nisi eos sãcti spiritus fortitudo solidasset. Sic ꝙ spiritus sanctus ad tollerãdũ aduersa fortes reddit. Quæ omnia concludit idem Gre. in 31. moral. Quia his septem vitijs nos captos doluit. Iccirco redemptor noster ad spiritualę liberationis nostrę prælium spiritu septiformis gratiæ plenus venit.

3. quare ē apparuit in nube spiritus sanctus.

TErtio apparuit in nube quia sicut nubes pluit. Sic spiritus sanctus oculos flere facit, iuxta illud psalmist. Flabit spiritus eius, & fluent aquę s. lachrymarum. De quibus Ber. in libro de contemptu mundi, inquit. Felices lachrymę quę benigna manus cõditoris abstergit. Et beati oculi qui in talibus liquefieri elegerent. Et Chrisosto. super Mattheum ait Sicut post vehementes hymbres mundus, aer, & purus efficitur. Ita post lachrymarum pluuias serenitas mentis sequitur atq; tranquilitas. Rogemus ergo celestem patrem vt nos hac sancta nube sancti spiritus obumbret sicut obumbrabit beatam Virginem cui dixit Angelus Lucæ 1. Spiritus sanctus superueniet in te. Et virtus altissimi obumbrabit tibi.i. te ab omni ęstu viciorum refrigerabit. Greg. autem dicit ꝙ ꝑ ipsam nubẽ lucidã significata est effusio doctrinę per prędicationem Christi. Quia nubis lucide est lumen spargere. Iob. 23. Nubes spargunt lumen suũ.

Quare spiritus sãctus missus ē in flatu.

TErtio principaliter missus est spirit⁹ sanctus in flatu. Vnde dicitur Ioan. 20. Hęc cũ dixisset insufflauit & dixit. Accepite spiritum sanctum. Quod factũ fuit triplici de causa. Primo quia sicut flatus est velox. Sic spiritus sanctus eos quos replet veloces ad bene operandum facit. dicente Ambrosio in quadã omelia. Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Et Can. 5. dicit̃ Man⁹ ei⁹.s. in quo est spiritus sanctus tornatiles idest veloces Propterea Dauid spiritum sancto plenus dicebat Psal. 117. Paratũ cor meũ De⁹, paratũ cor meum. Super quo dicit Ber. Paratũ ad sublimia. Paratũ ad vniuersa quæcunq; præceperis. Et propter hãc subitã mutationẽ & innouationem repentinam quam facit spiri⁹ sãct⁹ in eo in quo intrat dicitur Actuũ 2. Fa-

ctus est repente de cœlo sonus tamq̃ aduenien tis spiritus vehemētis. Subito.n. intrat in cor, & illud suauiter īmutat. Et ió dicit 3. Reg. 19. Post ignem sibilus auræ tenuis, & ibi Dominus. Secūdo dat⁹ est in flatu spiritus sanctus, quia sicut flat⁹ si attrahatur est calidus, & attrahentem calefacit. Sic spiritus sanctus illos a quibus recipitur feruentes, & ardentes in in amore facit iuxta illud Lucæ 12. Ignē veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Et Leui 6. Ignis in altari meo semper ardebit. Ideo Grego. in homilia hodierna ait. Dum Deum ī ignis visione suscipiunt, per amorem, suauiter ardescunt. Et de hoc habemus exemplum sancti Fran. qui interrogatus quomodo in magno frigore non frigesceret sed caleret, respondit. Si igne diuini amoris tāgeremur interius, frig⁹ istud exterius leuiter portaremus. Tertio dat⁹ est in flatu, quia sicut flatus est necessarius ad respirandū, adeo, quòd si per horam subtraheretur, statim homo moreretur, Sic spiritu sancto subtracto anima in peccati morte prolabiē Ps. dicente Deo. Auferes spiritū eorū & deficiēt, & in puluerem suū reuertentur Ideo Io. 6. dicitur. Spiritus est qui viuificat, caro autē nō prodest quicq̃. Et Eze. 37. ait deus. Dabo vobis spiritū & viuetis. Glosa vero su. 20. euāgelij Ioan. dicit q̃ ideo Dominus Iesus exsufflauit & dixit. Accipite spiritū sanctū vt ostenderet ipsum paraclitū spiritum non solū a patre procedere, sed etiā a se contra grecos.

Quare spiri⁹ sanct⁹ in linguis igneis miss⁹ sit.

QVarto missus est spiritus sanctus in līguis igneis primo verba ignea proterrent. De qua mirabili missione ait Aug. in sermone de plagis. Ipse ignis purgauit potius q̃ cremauit. Et super linguas refrigerio sanctificationis insedit, quia ipse flammas in camino restrinxit. Nouit.n. spiritus sanctus ignem facere amenum, qui addidit amenatum rorante flamma caminum. Delectaen.n. attendere labia Apostolorum, & ora ignea stillantia puerorum. Vbiq; enim fecit linguas & super Apostolos, & super pueros. Ipse nanquam est qui sanctificat patres, & nobis fecit loqui cęlestia piscatores. Quis non obstupuit ad ora puerorum deambulantium in plateis flāmarum cum dicerent. Benedictus es domine Deus patrum nostrorum? Stupueret attonita corda mirātiū labia caldeorum, & organa innocentium insolito modo cātantium persica lingua cōtremuit. Mirum erat in igne videre ambulātes & & laudantes spectaculum barbaricis cōspectibus facientes. Delectat Persas attēdere nouos hymnos & audire, sicut modo delectat conuenientes ex omni seculo nationes Apostolorum linguas attendere, & omnes sua labia recognoscentes, qa spiritus sanctus de diuersis nouit facere vnitatē. Attendebat vnusquisq; linguā suā recognoscens & Apostolos toti seculo cōcordantes. Oportebat.n. vt qui omnibus erāt pdicaturi gentib⁹ regnū cęlorū, omniū linguas gaudere facerent nationū. hęc ille. Et Gre. ait. Foris apparētib⁹ linguis igneis, intus facta sunt corda flāmantia. Et iterū. In linguis igneis apparuit spiritus, quia omnes quos repler ardentes pariter & loquentes facit. Apparuit. n. spiritus sanctus in lingua ignea inflāmata vt ostenderet quale linguagiū sit in cęlo, quia ibi non sunt nisi verba ignea & amoris. Deus.n. habet tres prouincias.s. cęlestē terrestrē & infernalē. Et qlibet puincia habet linguagiū suū. Et.n. linguagiū prouinciæ cęlestis Deū laudare & benedicere dicente. Psa. Beati q̃ habitāt in domo tua Domine In secula seculorū laudabūt te, linguagium vero puincię terrestris est de terrenis tractare & loq. Io. 3. Qui de terra ē de terra loqē. Sed linguagiū puincię infernalis est maledicere, ac blasphemare. Ha. 8. Cū esurierit irasceē & maledicet regi suo & Deo suo. Cognoscit aūt quisq; de qua puincia sit ad linguagiū suum sicut ex loquella sua: Vnde Petro dictū fuit Matt. 26. galileus es. Nā loquela tua manifestum te facit. Cū igitur quis loquiē verba laudis diuinę & ędificationis proximi signū est q̃ est de prouincia cęlesti. Vnde dicebat Dominus Ioan. 8. Quare loquelā meā non cognoscitis? Quando autē quis loquitur verba terrena: signū est quòd est de prouintia mundiali, & terrestri 1. Ioannis 4. Ipsi de mūdo sūt, & de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Quando autem aliquis loquitur

verba

verba mendacij & blasphemiæ, signũ est q̃ est de prouincia infernali, quia hoc ẽ proprium linguagium dæmonis infernalis. Ioannis 8. Cum loquitur mendaciũ ex proprijs loquitur. Multi autem sunt qui nõ habent linguã inflãmatã igne diuino spiritus sancti, sed diabolico & infernali. Iacobi 3. Lingua constituitur in membris nostris quę maculat totum corpus, inflãmat totã natiuitatis nostrę inflammata a gehenna. Non sic autem fuit lingua Apostolorum quam spiritus sanctus inflammauit vt loquerentur verba cœlestia. Et ob hoc eis apparuit in linguis igneis vt denotaretur q̃ dabat eis scientiam omniũ necessariorũ ad suã & proximorum salutem, & feruorem atq; constantiam prædicandi. Quod significatũ est per ignẽ qui lucet, & ardet. Item facundiã, vt scirent & possent ea quæ intelligebant explicare. Et hoc significatũ fuit per linguas apparentes. De quo prędictum fuerat Sapien. 1. vbi dicitur. Spiritus Domini repleuit orbem terrarũ, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Ipse.n. homo q habet participationẽ cũ omnibus creaturis vt dicit Grego. in homilia pascali hic appellatur continens omnia. In quibus verbis Salomon prophetauit loquens more prophetico de futuris tãquã de præteritis. Volens ostendere quia humana natura in Apostolis debebat recipere spiritum sanctum, quo mediãte ipsi Apostoli replerẽt orbẽ terrarum prædicatione fidei christianę, habẽtes scientiã omnium linguarum, & vocum. De quorum prædicatione Hiero. ad Paulinum inquit. Pharisei stupẽt in doctrina Domini, & mirãtur in Petro & Ioanẽ quomodo sciãt legẽ cum literas nõ didicerint. Quidquid enim exercitatio, & quotidiana in lege meditatio tribuere solet. Illis spiritus sancti gratia suggerebat iuxta illud quod scriptum est. Spiritus quem mittet pater in nomine meo. Ille vos docebit omnia & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis, hæc ille. Exemplum etiã ad hoc potest adduci de beato Francisco de quo sanctus Bona. in legenda eius dicit quòd erant ipsius eloquia non inania, sed virtute spiritus sancti plena, & medullas cordis penetrantia, ita vt in vehementem stuporem audientes conuerterent. Erat.n. verbum illius velut ignis ardẽs penetrans intima cordis omniumq; mentes admiratione replebat, hęc ille. Tertio missus est spiritus sanctus in lingua ignea vt legem igneã prędicarent.i. amoris. Vnde Actuum 2. ait glosa. Spiritus sanctus in linguis igneis venit, vt liguis omnium gentium verba ignea loquerentur, & legem igneã linguę igneæ prædicarent. Et sunt verba Bernar. Et ideo dicit textus ibi. Et apparuerunt illis dispertitę linguę tãquã ignis, seditq; super singulos eorum, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & ceperunt loqui varijs linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illud. De hoc etiam inquit Grego. in homilia hodierna. In linguis igneis apparuit spiritus vt linguas igneas doctores habeant, & dum Deum amando prædicãt corda audientiũ inflamẽt. Nã otiosus est sermo docẽtis si præbere non valet incendiũ amoris, hæc ille. Quarto apparuit potius in lingua quã in alio membro, qa vt dicitur Iacobi 3. lingua difficile regitur. Et ideo præ cęteris gratia spiritus sancti indiget, vt refrenetur. Quia mors & vita in manu linguę Ecclesiastici 18. Et bona lingua nihil quodã modo melius reperitur, & mala nihil peius & damnosius. Propter quod Iacobi 1. dicitur. Si quis putat se religiosum esse non refrenãs linguam suam, sed seducens cor suum. Huius vana est religio. Ad propositum autem nostrum adduci potest exemplũ Esopi quando fecit conuiuium, & non dedit aliud ad manducandum nisi linguas.

3. causa missionis spũs sancti i linguis ignei.

4. Causa.

QVinto principaliter missus est spiritus sanctus in specie ignis propter septemplicem eius gratiam? Nam spiritus sanctus ad modum ignis alta humiliat per donum timoris, emollit dura per donum pietatis. Illuminat obscura per donum scientię. Restringit fluuida per donum consilij. Consolidat mollia per donum fortitudinis. Clarificat metalla tollendo rubiginem per donum intellectus. Sursum tendit per donum sapientiæ. Et ideo dicitur Tren. primo De excelso misit ignem in ossibus meis, & erun-

5. causa missionis spũs sancti specie ignis.

erudiuit me. Et sunt verba sanctæ Matris Ecclesiæ cuius ossa sunt Apostoli q fuerunt exterius duri per passionum tolerantiam Iob 22. Solidissimi quasi ære fusi sunt. Fuerunt enim solidi, quia minas non timebant, & solidores, quia verba contemnebant. & solidissimi, quia mortem despiciebant. Interius autem fuerunt medullis pleni per deuotionem. Iob 21 Medullis ossa illius irrigantur. Medulla enim secundum Rabanum dicitur ex eo quòd medafacit & ossa est ea lidæ naturæ & dulcis saporis. Et similiter deuotio spiritualis animam aridam madefacit, frigidam accendit & mundi amaritudinem in dulcedinem conuertit Merito autem spiritus sanctus in igne apparuit quia vt dictum est, sicut ignis alta humiliat & incinerat atq; annulat, Sic spiritus sanctus illos quos replet inclinat inferius per sui humilitatem & contemptum, vt ait. Dyoni in libro de dini. no. Vnde psalmista ait ipsi spiritui sancto. Aufereš spiritum eorum scilicet superbiæ, & deficient scilicet a seipsis. Et in puluerem suum reuertentur per sui anihilationem, & contemptum. Sicut etiam ignis habet virtutem eleuatiuam quia sursum tendit. Sic spiritus sanctus nos eleuat superius per desiderium æternorum Ezechię. 8. eleuauit me spiritus inter cœlum, & terram, & duxit me in Hierusalem in visione Dei. Sicut etiam ignis habet virtutem adunatiuam, quia flurda ignis habet virtutem adunatiuam, quia fluuida solidat, & adunat. Ita spiritus sanctus nos coadunat per concordiam, & vnitatem morum. Ad Ephe. quarto. Solicitiserua re vnitatem spiritus in vinculo pacis. Virtus namq; ignis in hoc considératur quòd substernit sibi omnia alia elementa scilicet terram in carbonibus, aerem in flamma, & aquam balneo calido. Et similiter spiritus sanctus substernit sibi terrenam cupiditatem. Vnde Gregorio in homilia inquit. Quia spiritus sanct⁹ Apostolos in tantæ celsitudinis culmen erexit, quid aliud dixerim nisi quòd mẽtes terrenorũ cœlos facit? Item ambitiosam vanitatem. Vnde psalmista ait. Qui emittit fontes in conuallibus, idest gratiam suam præstat humilibus, & vanitates mundanas declinantibus. Item voluptuosam carnalitatem. Ad Galatas quinto. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Sciendum est autem secundum doctores quòd iste ignis nõ fuit carbo. nec flamma, sed lux. Carbo. enim est ignis materia terrestri. Et ideo non apparuit spiritus sanctus Apostolis quos ad prædicandum mittere volebat in materia carbonis, quia illos quos replet non facit prædicare propter terrenum quęstum, sed propter cęlestem præmium primæ ad Cor. 9. Quæ est enim merces mea cum euangelium prędico nisi vt particeps eius efficiar? &c. Nec apparuit in specie flãmę, quia flamma est ignis in materia aeris. Spiritus autem sanctus illos quos replet non facit prædicare propter fauorem humanum, sed propter honorem diuinum. Gala. 1 Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Apparuit ergo in specie lucis quæ est purissima, quia quos replet facit prædicare ex intentione sincera.s. propter vtilitatem proximi & honorem Dei. Philip. 4. Non quæro datum sed quæro fructum.

Ignis spiritus sancti quomodo extinguatur, et cõseruet.

De isto autem igne possunt considerari duo scilicet, quomodo extinguatur, & qualiter conseruetur. Quo ad primum dico quòd extinguitur primo per ventum superbię. Iob. primo Ventus veniens a regione deserti concussit quatuor angulos domus. Quatuor enim anguli domus spiritualis sunt fides spes charitas & bona operatio. Secundo extinguitur per lignorum separationem, idest per spiritum discordię. Lucę decima prima. Omne regnũm in se diuisum desolabitur. Item per separationem a Deo per peccatum mortale. Isa. quinta gesimonono. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Et per lignorum defectionem. Prouerbio duodecimo sexto. Cum defecerint ligna extinguetur ignis per ligna autem intelliguntur bona opera quibus ignis spiritus sancti nutritur vt infra dicetur. Tertio per aquam luxuriæ. Ecclesiast. 3. Ignem ardentem extinguit aqua. Cætera

ra namq; vitia non omnino extinguunt igniculum cordis qui aliquando ibi remaneant aliquæ affectiones bonæ voluntatis, luxuria vero adeo extinguit quòd nihil spirituale in corde relinquitur, sed totus homo caro efficitur. Conseruatur autem iste ignis primo per lignorum appositionem, idest per bonorum operum multiplicationem Ecclesiastici.28. Secundum ligna siluæ sic ignis exardescet, & Leuiti. sexto. Ignis semper ardebit in altari meo quem nutriet sacerdos subijciens ligna per singulos dies. Et ideo ait dominus Apocalip.2. Habeo aduersum te pauca, quia charitatem primam reliquisti. Secundo conseruatur per cineris superpositionem, idest mortis meditationem. Ecclesiastici decimo. Quid superbis cinis, & puluis? Sicut enim ignis conseruatur subcinere, sic spiritus sanctus mortis recordatione. Et isto modo ipsum conseruabat Iob dicens sui libri capitulo decimosexto. Operui cinere carnem meam. Vt enim inquit Ambrosius in quodam sermone. Valde se solicitat in bono opere qui semper cogitat de extremo fine. Et ideo Apostolus secundæ ad Corinth. quarto reducit nobis ad memoriam fragilitatem nostram di. Habemus thesaurum, scilicet spiritum sanctum in vasis fictilibus. Vas enim fictile est corpus mortale. Non enim est vas ferreum, sed tanquam fragilæ fœnum quod cito siccatur. Isai. quadragesimo. Omnis caro fœnum. Et tanquam vas terreum quod cito frangitur. Psalmo secundo. Tanquam vas figuli confringes eos. Et tanquam vas vitreum quod cito comminuitur. Vnde Augusti. in libro homiliarum ait. Fragiliores sumus quàm si vitrei essemus. Vitrum enim & si fragile sit, tamen seruatum diu durat, & inueniuntur tales calices ab auis, & proauis facti in quibus bibunt nepotes, & pronepotes. Vita autem humana quantuncunque seruetur durare non potest. Et isto modo conseruabant illum ignem Romani Imperatores quibus vt legitur in vita Ioannis eleemosynarij illa die qua coronabātur ædificatores monumentorum afferebant diuersa genera lapidum interrogantes de quo marmore volebant sibi sepulturam præparari scientes quòd omnis potentatus vita breuis est. Ecclesiastici decimo. Et sic eodem die quo ad imperij gloriam sublimabantur, etiam sepultura eius parabatur, vt suam miseriam cognoscerent, & se in humilitate conseruarent. Ecclesiastici septimo. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua & in æternum non peccabis. Tertio conseruatur ignis per sufflationem. Sunt autem istius ignis tres sufflatores. Primus est ipse homo qui debet in ipsum sufflare, feruentia desideria, & suspiria concipiendo. Ecclesiastici. 28. Si sufflaueris, quasi ignis exardebit. Secundus est Christus qui in istum ignem sufflat. Ioannis vigesimo. Insufflauit & dixit. Accipite spiritum sanctum. Tertius autem est diabolus qui in istum ignem sufflat malam concupiscentiam inflāmando. Isai. quinquagesimoquarto. Ecce ego creaui fabrum sufflantem in ignem prunas. Quarto custoditur per diligentem ab omni contrario custoditionem, quia vt dictum est. Ignem ardentem extinguit aqua. Ecclesiastici tertio, & malitia feruorem spiritus sancti. Sicut enim luridam facit cisterna aquam, ita malitia animam. Hiere. sexto. Item per malarum societatum vitationem. Ex mala enim societate homo peruertitur in intellectu quantum ad cognoscendum. Prouerbio.13. Qui cum sapientibus graditur sapiens erit, & amicus stultorum efficietur similis. Item in quinatur in affectu quantum ad diligendum. Ecclesiastici decimotertio. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Item mollescit in effectu quantum ad operandum. Hiere. primo. Recedite de medio Babilonis, ne forte emollescat cor vestrum. Quinto conseruatur per gratiarum eius occultationem, & exteriorum sensuum reclusionem. Sicut enim vas plenum balsamo apertū relictum cito effunditur. Sic balsamum gratiæ Dei publicatum cito perditur. Vt enim ait Gregorius. Depredari desiderat qui thesaurum publice in via portat. Item ipsius balsami odor per nimiam respirationem euanescit. Et similiter gratia spiritus sancti per exteriorum sensuum nimiam occupationem diminutionē sentit.

tit. Eccle. 20. Gratiæ fatuorum effundentur. Sexto per carnis mortificationem, sicut carnes conseruantur per salis appositioné Marci. 9. Omnis victima sale condietur. Aquæ enim stantes secundum Ambrosium putrescunt, sed per diuersos lapides decurrentes in suo vigore persistunt. Et similiter anima stans in ocio putrescit cito ex peccato. Sed quando inter diuersos lapides vigiliarum, & ieiuniorum frangitur, in gratia conseruatur, & secundum Augustinum in 21. de ciui. Dei. est quidam fons qui in die frigescit, & in nocte calescit. Quia ignis spiritus sancti prosperitate extinguitur, sed in austeritate pœnitentiæ conseruatur. Septimo per diuini timoris adhibitionem. Sicut enim domus stare non potest si nó habet stabile fundamentum, & forte tectum. Sic nec gratia in anima si non habet diuinum timorem, quòd enim timor sit tectum habetur. Eccle. 25. vbi dicitur. timor super omnia se super ponit, quòd verbo sit fundamentum habetur eiusdem libri. c. 27. vbi dicitur. Si non in timore domini instanter tenueris te, cito subuertetur domus tua. Timor enim ipse est initium salutis. Prouer. 1. Timor domini principium sapientiæ. Beatus igitur ille qui omni custodia conseruabit in anima sua ignem spiritus sancti de quo sancta mater ecclesia decantat. Aduenit ignis diuinus non comburens sed illuminans. Non consumens sed lucens, idest illustrans eos qui audiebant verba Apostolorum. Ait enim Greg. in homilia hodierna. Nisi corda auditorum spiritus sanctus repleat, vox docentium ad aures corporis incassum sonat. Iste auté ignis illuminauit Apostolos in cognitione omnium linguarum. Quod quidem necessarium fuit. Sicut enim gentibus ad idolatriam declinantibus introducta est diuersitas linguarum. Gene. 11. Ita quando erant gentes ad cultum vnius Dei reuocandę remedium adhiberi debuit per donum linguarũ. Si autem quæratur quare spiritus sanctus semper apparuit in creatura irrationali, & nunquam voluit apparere in forma creaturæ rationalis. Respondet sanctus Bona. & Tho. in 1. di. 16. & Alexan. de Ales in prima parte summæ in tractatu de miraculis, quòd ad

Spirit⁹ sanctus quare semper apparuit in creatura irrationali, & nunq̃ rationali.

hanc apparitioné magis fuit conueniens creatura irrationalis quàm rationalis. Ne forte crederetur vnita, & non tãtum significans. Et ideo voluit apparere in creatura irrationali quæ tamen haberet aliquam rationem significandi suas proprietates siue effectus in homine. Si autem quæratur cur ante glorificationem Christi solummodo datus est inuisibiliter spiritus sanctus. Respondet Aug. in libro octuaginta trium quæstionum. di. Spiritus sanctus latenter dabatur ante Christi glorificationem. Post manifestationem autem diuinitatis eius manifestus datus est. Ante enim nudum apparuerat sic vt eum datum homines faterentur. Sicut etiam dominus nudum erat clarificatus inter homines, sed tamen clarificatio eius æterna nunquam destitit esse. Hæc ille. In primitiua autem ecclesia datus est visibiliter spiritus sanctus credentibus qui tamen hodie non datur eodem modo fidelibus, cuius rei assignãt theologi duas rationes inter alia. Prima est quia ordo naturalis requirit vt ex visibilibus ad inuisibilia cognoscenda deueniatur secundum philosophum. 1. Phisic. & 2. de anima, & beatum Gregorium in quodam homilia. Et ideo in primitiua ecclesia adhuc rudibus christicolis cóueniens fuit dari cognitionem spiritus sancti per signa visibilia. Sed modo iam innotescente & publicata fide sufficit cognitio ex inuisibilibus signis quæ sunt dona gratiarum mentibus infusa. Et exẽplum de hoc videmus in naturalibus. Quia plantulæ dum adhuc teneræ sunt & nouæ adaquantur, sed postea illis iam ad perfectum deductis, cessat illis fieri adaquatio &c. huiusmodi. Secunda ratio est, quia illa signa, & visibiles missiones fuerunt quasi confirmantes fidei veritatem. Illius autem cuius probatio semel legitime facta est, non oportet probationem iterari. Sed ex suppositione prioris probationis procedi. Quia satis demonstrati frustra fit demonstratio. l. 1. in fi. ff. de dote præle. Et ideo nó oportet quòd per noua signa modo fides confirmetur; sed per ea quæ facta sunt. In primitiua auté ecclesia in qua erant pauci fideles comparatiue, & quasi seminaria plantatio totius ecclesiæ, nec ita veritas

Cur ante Christi glorificationẽ inuisibiliter tantũ dat⁹ est spiritus sanctus.

ritas erat in aperto. Ideo indigebant missione visibili spirit⁹ sancti, sicut etiã miraculis quibus confirmata est fides catholica.

DE DONATIONE, siue de donis spiritus sancti consideratio quinta.

Septem sunt dona spiritus sancti de quibus Isa. 11. dicitur. Requiescet super eum spiritus domini. Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. De quibus donis hic breuiter me expediam quia de ipsis aliqua in superioribus declaraui. Sciendum est ergo quòd inquit b. Tho. 1. 2 q. 68. ar. 2. q dona spiritus sancti sunt quædam hominis perfectiones quibus homo disponit ad hoc quòd bene sequatur instinctum diuinum. Vnde in his in quibus non sufficit instructio rationis est necessarius instinctus spiritus sancti de quo. Isa. 11. dicitur: Dominus aperuit mihi aurem & Ego autem non contradico, retrorsum non abij. Et philosophus, in libro de bona fortuna inquit quòd his qui mouentur per instinctum diuinum non expedit cõsiliari secundum rationem humanam Sed debent sequi interiorem instinctum quia mouentur a meliori principio quã sit ratio humana. Et facit ad hoc illud dictũ Apostoli ad Gala. 5. Si spiritu Dei ducimini non estis sub lege. Inter dona autem spiritus sancti summum videtur esse sapientia. Infimum autem timor. Vtrumq; tamen horum est necessarium ad salutem, quia de sapiẽtia dicit. Sap. 7. Neminem diligit Deus nisi qui cum sapientia inhabitat, & de timore dicitur Eccle. 1. Qui sine timore est non poterit iustificari. De omnibus autem donis spiritus sancti inquit Greg 2. mora. Spiritus sanctus dat sapientiam contra stultitiam. Intellectum contra hebetudinẽ, consilium contra præcipitationem. Fortitudinem contra timorem. Scientiam, contra ignorantiam. Pietatem contra duritiam, & timorem contra superbiam.

Dona spiritus sancti quid sint.

Notandum quoque est quòd quando gratia spirit⁹ sancti peccatori a Deo infunditur, tunc ipse peccator nouiter creari dicitur, secũdum illud Iudith. 16. Dixisti & facta sunt. Misisti spiritũ tuũ & creata sunt. Sicut enim Deus a principio septem diebus mundum creauit. Ita spiritualiter minorem mũdum, idest hominem per septem peccata mortalia ad nihilum redactum, septem donis quasi septem diebus per spiritum sanctum recreat, secundum illud. 1. Ioannis. 3. In hoc apparuit filius Dei vt per spiritum sanctum dissoluat opera diaboli. Primo ergo die creauit Deus lucem. Vnde dicit. Gene. 1. Dixit Deus fiat lux. Quia nãq; in anima peccatoris sunt tenebræ vitiorum, iuxta illud. Sap. 7. Vna cathena tenebrarum erant omnes colligati. Quia peccator connectit de peccato cogitationis, consensus, delectationis, operationis, consuetudinis, & contemptus quandam catheuam. Ideo spiritus sanctus adueniens in anima nouam lucem creat in ea per donum timoris. Et sic lima purgat ferrum, & splendidum facit. Sic timor Dei purgat animam per cognitionẽ propriæ fragilitatis, & vilitatis peccati, & seueritatis iudicij Dei. Iuxta illud. Eccle. 1. Timor domini expellit peccatũ, idest superbiam.

Cum gratia peccatori infundetur creari dicitur, & per 7. dona spũs sãcti recreatur, qđ ostẽditur comparando septẽ dona ad septem dies creationis mundi.

Secundo die creauit Deus firmamentũ. Gen. 1. Quia ergo in anima peccatoris est instabilitas, qua modo deprimitur p aduersitatem, modo eleuatur per prosperitatem. Tren. 1. Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Ideo spiritus sanctus adueniẽs in animam ipsam in bona stabilit, & firmat, & propterea dicitur ad Hebræ. 13. Optimum est gratia stabilire cor. Et psalmista deprecatur di. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Hæc autem firmitas creatur in nobis per donum, pietatis Eccle 3. Ignem ardentem extingit aqua, & eleemosyna resistit peccatis, & Deus protector eius, & in tempore casus sui inueniet firmamentum. Per hoc autẽ opus dissoluitur peccatum inuidiæ quæ gaudet de alienis malis & dolet de bonis. Sed pietas subuenit eis.

De 2. die creationis mundi, & de dono pietatis.

Tertio die produxit Deus herbam virentẽ & ligna fructifera. Gen. 1. Quia ergo

De 3. die, et de scientia.

ergo anima peccatoris ante aduentũ spiritus sancti est quasi arbor mortua, & arida sine humore gratiæ. Vnde est apta incendio infernali, iuxta illud. Lucæ. 3. Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ excidetur, & in ignem mittetur. Ideo spiritus sanctus adueniens in anima reddit ei humorem gratiæ, illamq; fructiferam facit, iuxta illud psalmistæ. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Oliua enim in se est pinguis, & alijs medicinalis. Et similiter anima viuificata a spiritu sancto est in se pinguis per deuotionem, & alijs medicinalis per bonorum operum exemplaritatem, & hanc fructificationem facit spiritus sanctus in anima per donum scientiæ quæ docet hominem graciose conuersari per mansuetudinem, & patientiam cum proximo, & sic dissoluitur peccatum iræ, quæ hominem impedit ne alijs fructificet per bonũ opus conuersationem eius odibilem reddendo, iuxta illud. Eccle. 18. Spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere?

De 4. die, & de dono fortitudinis

QVarto die fecit Deus luminaria magna, scilicet Solem, Lunam, & Stellas. Gen. 1. Quia ergo ante aduentum spiritus sancti licet anima aliquando bonũ propositum concipiat, & aliqua opera de genere bonorum faciat. Tamen statim deficit, & non perseuerat in bono. Iuxta illud Lucæ. 8. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Ideo spiritus sanctus adueniens in anima fortificat, & roborat eam in bono. Vnde b. Petrus post receptionem spiritus sancti reputauit leui mori pro Christo, qui tamen prius negauerat ipsum ad vocem ancillæ. Hanc autem perseuerantiam facit spiritus sanctus in anima per donum fortitudinis. Iuxta illud Iudicum. 5. Stellæ manentes in ordine, & cursu suo contra Sisaram pugnauerunt. Per hoc autem dissoluitur peccatum accidiæ quæ euertuat vires hominis. Prouer. 15. In mœrore animi deijcietur spiritus, & 17. c. eiusdem libri. Spiritus tristis exsiccat ossa.

De 5. die, et de dono consilij.

QVinto die creauit Deus ex aqua, & terra aues, & pisces. Gen 1. Quia ergo ante aduentum spiritus sancti in anima cor ad terrena deprimitur per nimiũ amorem, iuxta illud psalmistæ. Oculos suos statuerũt declinare in terram. Ideo spiritus sanctus adueniens in anima eleuat cor a terrenis ad cęlestia per promptitudinem obedientiæ mandatorum Dei iuxta illud Iob. 39. Ad præceptum tuum eleuabitur aquila, idest cor nobile doctũ a spiritu sancto. Hanc autem promptitudinem facit spiritus sanctus in anima per donum consilij, quòd dicit. Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Matthæi. 19. Per hoc autem dissoluitur peccatum auaritiæ quæ est idolorũ seruitus, vt ait. Paulus ad Ephe. 5. & ad Col. 3.

De 6. die, & de dono intellectus.

SExto die creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suã. Gen. 1. Quia ergo ante aduentum spiritus sancti in anima nihil homo cogitat, nec cupit nisi immunditiam luxuriæ, vt patuit in principio mundi. Omnis quippe caro corruperat viam suam. Gene. 7. Ideo spiritus sanctus adueniens in anima eleuat ipsam ad contemplationem æternorum per donum intellectus, quia spiritus omnia scrutatur 1. ad Cor. 2. Per hoc autem dissoluitur peccatum luxuriæ. Iob. 34. Si direxerit ad Deum cor suum, spiritum illius, & flatum ad se trahet, & deficiet omnis caro, idest carnalitas.

De 7. die, & de dono sapientiæ.

SEptimo die requieuit Deus ab omni opere quod patrarat. Gen. 1. Quia ergo ante aduentum spiritus sancti in anima non sapiunt ei bona cęlestia cum habeat palatum & gustum infectum in carnalitatibus, iuxta illud ad Philip. 3. Quorum Deus venter est. Ideo spiritus sanctus adueniens in anima vocat eam ad quietem cõtemplationis diuinorum. Iuxta illud Apoc. 14. A modo enim iam dicit spiritus vt requiescãt a laborib⁹ suis. Et hoc fit per donum sapientiæ quo præ gustatur cęna beatitudinis æternæ, secundum illud ad Roma. 8. Qui secundum carnẽ sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Qui vero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sapiunt per hoc autem dissoluitur peccatum gulæ quod facit hominem insensibilem & ineptum cęlestibus contemplationibus. 1. ad Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.

Dei. Ex quibus omnibus patet quòd per spiritum sanctum anima peccatoris recreatur. Et ideo de illa dici potest illud Eccle siast. 1. ipse creauit illam in spiritu sancto.

DE SPIRITVS SANCTI operatione consideratio sexta.

QVam sit necessaria & vtilis spiritus sancti gratia patere potest ex his quæ dixi supra in sermone. 33. parte secunda, vbi de gratia Dei tractatur. Pro expeditione tamen huius partis duo in præsentiarum sunt videnda ad maiorem elucidationem prædictorum, & inferius dicendorum. Primo quo modo venit spiritus sanctus in discipulos. Secundo vero, quid operata sit eius missio. Quo ad primum dico quòd venit primo festinans, quia in epistola hodierna dicitur. Factus est repente &c. Vt enim Sap. 7. di. Spiritus sanctus oĩbus mobilibus mobilior est, q̃a subito & in instanti temporis operatur. Nam subito & repente corda Apostolorum diuina charitate percussa sunt. Ita vt quælibet anima eorum dicere posset. Can. 4. Vulnerata charitate ego sum. Subito enim tali vulnere immutauit eos in nouos viros, & augmẽtauit in eis habitum fidei, spei, & charitatis. Ex quo tota ecclesia Dei lętificata est. Vnde propheta inquit. Psal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei &c. De hac etiam subita immutatione ait Grego. in sermone Apostolorum. O qualis est iste artifex spiritus. Nulla ad discendum mora agitur. In omne q̃d voluerit mox vt tetigerit mentem docet, solumq; tetigisse docuisse est. Nam humanum cor subito illustrat, & immutat. Abnegat hoc repente quod erat, & exhibet repente quod non erat. Secundo venit spiritus sanctus hodie super Apostolos eleuans eos, & ideo dicitur. Factus est repente de cœlo, vt scilicet illos ad cęlos ueheret, idest ad cęlestia cõtemplanda, Imo vt ipsos efficeret cęlos ad gloriã suam prædicandam. Vnde Psal. 32. dicit. Cęli enarant gloriam Dei &c. & Iob. 26. Spiritus domini ornauit cęlos. Vbi dicit Grego. quòd ornamenta cœlorũ sunt virtutes prædicamentum Apostolorum. Cœli enim dicuntur Apostoli, quibus cœlestia secreta reuelata sunt, domino attestante, qui Ioannis. 15. ait. Quæcunq; audiui a patre meo nota feci vobis. Quod secundum Nicolaum de Lira non intelligitur simpliciter, Sed de omnibus pertinentibus ad eorum statum, & salutem, & ad fidei, ac morum prædicationem ecclesiæq; gubernationem. Tertio venit spiritus sanctus super Apostolos intonans. Et ideo dicitur quòd factus est de cœlo sonus. Nam ideo cum tali sono stupefactiuo descendit spiritus sanctus in eos, vt debilitatem creaturæ, & celsitudinem maiestatis suæ infunderet in illo armoniaco sono, atq; ex tam admiranda suauitate quæ exprimebatur in illo sono, omnes in seipsis deficerent, ac se in eũ totaliter transformarent. Nam sonus iste quatuor proprietates aptas ad fortiter excitandum, & sursum agendum, & transformandum habuisse refertur. Tũ quia fuit subtilissime incohatus, quia factus est repẽte, tum quia fuit de sursum missus, idest de cœlo irruens & descendẽs, tum quia fuit rapidissimus, idest cũ fortissima rapiditate irruens super eos, quia fuit vehemens vt infra dicetur. Tum q̃a sphericæ formæ, seu vniuersaliter redundans. Et propterea dicitur totam domũ replesse, ex hoc enim excitabantur Apostoli ad præsentiendum, & cõcipiendum aduentum immensæ maiestatis diuinæ, vt resonantem & omni suauitate redundantem, atq; animæ repletiuum. Quarto venit spiritus sanctus visitans. Vnde dicitur. Factus est sonus tanquam aduenientis spiritus, idest aeris flatus. Et secundum hunc sensum, li tanquam est nota veritatis, nisi forte sonus ille descenderit absq; omni corporali motu, & flatu, & tunc dicitur descendisse, quia sic fuit a Deo factus, ac si descenderet de ipso cœlo. Si vero spiritus summatur hic pro spiritu sancto, li tanquam est nota similitudinis figuralis, quia sonus ille, & flatus erat quædam sancti spiritus similitudo, & non spiritus sanctus. mistice vero visitauit spiritus sanctus discipulos in hac die quemadmodum fluuius currens visitat terram, iuxta illud psalmistæ, Fluminis impetus &c. Inundatio. n. diui-

Quo spiritus sanctus venit in discipulos pulchre declaratur.

diuinorum catismatum a fonte spiritus sancti emanantium lætificauit ciuitatem Dei, idest ecclesiam in discipulis Christi fundatam. Quinto venit transportans, idest transuehens mentes discipulorum a terrenis ad cœlestia. A bono cõmutabili ad incommutabile, & a seipsis ad Deũ. Imo in ipsum Christum, vt quilibet eorum dicere posset Galatas secundo. Viuo autem non iam ego. Viuit vero in me Christus. Propterea dicitur sonus spiritus vehementis, idest mentes eleuantis, quia discipulorum mentes ab amore proprio eradicauit, & in spirituales ac diuinos ardores euexit. Sexto venit abundans. Vnde subditur. Et repleuit totã domum &c. Vt misticè designetur quòd omnia mundana, & transitoria fastidirent. Scimus enim quòd qui post plenitudine stomachi, & plenam saturitatẽ ad comedendum perueniunt, quælibet oblata, & apposita fastidiunt. Additur autem. Vbi erant sedentes, ne tumultus aut strepitus soni illius ex aliquo discipulorum tumultuoso strepitu venisse suspicetur, aut ne suauis, & armoniaca melodia illius soni per aliquem humanum strepitum impediretur in auditu eorum. Septimo venit facundans, quia facundauit eos vt quod intelligebãt fari possent. Et ideo subditur, & apparuerunt illis dispertitæ linguæ. Quod factum fuit maxime propter quatuor. Tum in signum quòd a verbo patris hoc donum procedebat, quod ad modum linguæ mouetur a verbo cordis ad formandum & exprimendum sonum vocis. Tum ad significandum quòd intimos gustus diuinorũ; vimq; gustatiuam ipsorum discipulis da bat. Tum in signũ quod facundiam atq; linguarum scientiam eis donabat. Tum in signum quòd ad prædicandam fidem Christi eos destinabat. Et notanter dicitur quòd apparuerunt linguæ dispertitę tanquam ignis idest quasi ab aliquo magno igne per quandam partialem diuisionem deriuatæ. Ad innuendum quòd fontalis plenitudo spiritus sancti existẽs in capite nostro Christo participatiue in Apostolos & in nos deriuatur, & quasi partialiter, & sub determinata destribui tur mensura, iuxta illud. 1. ad Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt. Idem autem spiritus & infra. Hæc omnia operatur vnus atq; idem spiritus diuidens singulis prout vult. Octauo venit inflammãs. Et ideo dicitur. Tanquam ignis, per qđ significatum est quòd venit ad inflammandum corda eorum & vt ignitis sermonibus cęteros ad diuinum amorem incenderent; verba ignea linguis eorum igneis prædicantibus, vt inquit glosa super epistolam hodiernam. Nono venit tranquillans. Vnde subditur, seditq; super singulos eorum, idest quiete pausauit, quia factus est in pace locus eius vt ait psalmista. Non enim erant perturbati propter persecutiones iudæorum, sed stabiles, & maturi atq; in bono proposito firmi. Vnde per psalmistam dicit ipse spiritus sanctus Deo patri. In populo graui laudabo te, idest in populo ipsorũ discipulorum. Decimo venit inæbrians. Et ideo subditur. Repleti sunt omnes spiritu sancto, idest inæbriati amore diuino, de quo prędixerat psalmista di. Inæbriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Sicut enim æbrij non curant de opprobrijs & irrisionibus, nec de periculis aut damnis rerum. Sic etiam de Apostolis amore diuino æbrijs dicitur. Actuum. 5. Ibãt Apostoli gaudentes a conspectu concilij quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati &c. Vnde taliter æbrius Paulus clamabat ad Rom. 8. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? Tribulatio an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius. Sicut scriptum est, quia propter te mortificamur tota die. Extimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eũ qui dilexit nos. Et certus sum quia neq; mors, neq; vita &c. Et sequitur concludens, poterit nos separare a charitate Dei quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hoc est vinum dulcissimũ. Eccle. 24. Spiritus meus super mel dulcis &c. Ad quod inuitamur Canti. 5. Bibite amici mei, & inæbriamini carissimi. Sed vinum dulce non debet dari opilatis. Vnde oportet habere venas largas pietatis, & non strictas tenacitatis si iocundari volumus hoc vino mellifluo. Et ideo hortatur Paulus secundæ ad Cor. 6. dicens. Cor nostrum di lata-

latatum est, dilatamini & nos. Vndecimo venit redundans, scilicet per feruentem prædicationem, quia, vt dicitur Matth. duodecimo. Ex abundantia cordis os loquitur. Et ideo subditur. Et cœperunt loqui uarijs linguis. Vnde dicunt doctores quòd per spiritus sancti donum receperunt Apostoli scientiam omnium linguarum & idiomatum, & habilitatem, atque promptitudinem ad proferendum expedite, ac perfecte voces, & dictiones cuiuslibet linguagij. Quando autem prædicabant vbi erant diuersæ nationes, virtute spiritus sancti eorum verba singulis auditoribus videbantur esse sui linguagij. Vnde in hodierna epistola dicebant græci, & latini, ac alij diuersarum linguarum de Apostolis. Non ne hi oẽs hebræi sunt. Et quomodo nos omnes audiuimus linguam nostram in qua nati sumus? Et hāc gratiam habuit sanctus Antonius noster de Padua qui cum Romæ prædicaret, ab omnibus nationibus intelligebatur, & singulis videbatur loqui in lingua sua. Ideo autem dedit spiritus sanctus Apostolis omnium genera linguarum vt ostenderet quòd per eos volebat constituere ecclesiam catholicam, ex omnibus gentibus, & nationibus adunandam. Duodecimo venit cooperans, scilicet ad loquendum. Et ideo subditur. Prout spiritus sanctus dabat elloqui illis. Et de hoc prædixerat Dauid Psalmo. 144. Dicens Deo patri. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabant, & in iustitia tua exultabunt. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam, & gloriã magnificentiæ regni tui. Ideo etiam dicitur. Prout spiritus sanctus dabat eloqui illis, quia ipsos instruebat continue, quis, quibus, vbi, quando & quomodo loqui deberent. Vnde verificatum est hodierna die illud Psalmi 71. Suscipiant montes pacẽ populo, & colles iustitiam. Quia Apostoli tanquam mõtes excelsi omnibus in sanctitate eminentiores susceperunt spiritũ pacis ad suam, & populi salutem, p quos postea omnes colles, idest alij credentes iustificati sunt.

Quid spiritus sancti missio sit operata, & quæ dedit dona oĩbus personarũ generibus ostenditur.

QVo ad secundum in hac parte videndum dico quòd munificentissimus omnium bonorum dator spiritus sanct⁹ omnibus personarum generibus diuersa influit dona? Et primo peccatoribus influit longanimitatem, illos diu ad pœnitentiam expectando. Vnde Sapientiæ. 1. dicitur, Benignus est spiritus sapientiæ. Et Ambrosius in quodam sermone ait. Copiositas longanimitatis Dei est non ad horam, sed longa, & per multa expectans tempora. Et quantum? Certe vsq; in senectam, & senium. Et nos nec sero cõuertimur. Sed expectantem dominum cõtemnimus qui nos blandicijs attrahere nititur. De hoc etiam inquit Paulus ad Roma. 2. di. Diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis cõtemnis, ignorans quòd benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit. Secundum duritiam autem tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ. Secundo influit, eis mundationem ab immũditia peccati, de qua dicitur, Tre. 1. Sordes eius in pedibus eius. Nam spiritus sanctus animã abluit. Et ideo inquit glosa super Isa. 4. c. Non in merito post lachrymas spirit⁹ sanctus purificat animas quas risus immoderatæ delectationis inquinauerat. Et de hac mũdicia ait Chriso. super illud Matth. 5. Faciem tuam laua. Facies animæ conscientia est. Quia sicut in cõspectu hominum gratiosa facies pulchra. Sic in conspectu Dei speciosa est conscientia munda. Tertio influit renouationem, quam efflagitabat Dauid. Psal. 50. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis, & Psal. 103. Emitte spiritum tuum & creabuntur & renouabis faciem terræ. Notandum est autem quòd propheta volens petere gratiam spiritus sancti in præallegato. Psal. 50. Primo petit sibi dari quoddam ante eius aduentũ scilicet cordis munditiam cum dicit. Cor mundum crea in me Deus. Secundo aliquid in eius aduentu, scilicet cordis inuocationem, & ideo ait. Et spiritum & c. Tertio aliquid post eius aduentum, scilicet gratiæ confirmationem, & ideo dicit. Et spiritu principali confirma me. Primo ergo petit cordis munditiam quæ necessaria est volenti recipere spiritum sanctum. Quia ipse spiritus sanctus sicut columba cœlestis. Lucæ. 3. Descendit spiritus sanctus sicut columba in eum. Et ideo

Dauid petens spiritũ sanctum in Psal. 50. tria facit, sz ne petit. 1. cordis munditiam.

ideo non habitat in corde lutuoso, & per peccatum mortale inquinato. Sicut nec columba ponit pedem in luto. Quod significatum fuit. Gen. 8. Vbi cum Noe columba emisisset, cum adhuc tota terra padulosa esset non inueniens ipsa columba vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad arcam. Item est hospes honorabilis. Et ideo requirit bonum hospicium. Sap. 18. Solem sine lesura boni hospicij præstitisti. Non enim vult habitare in hospicio pulueribus peccatorum asperso. Et ideo inquit Greg. Tergat ergo sordes praui operis qui Deo præparat domum mentis. Item est amicus dulcis. Sap. 7. Infinitus est thesaurus hominibus quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei. Et ideo vult habitare in loco florido, idest ameno per variarum virtutum adornationem. Vnde sponsa dicit. Can. 1. Lectulus noster floridus est. Item est balsami liquor suauis Eccle. 24. Quasi balsamum non mixtum odor meus. Et ideo vult reponi in vase solido per perseuerantiam, & precioso per charitatem vetam. Eccle. 50. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide precioso. In corde igitur inquinato nō habitat spiritus sanctus, sed fugit ab eo. Sap. 1. In maliuolam animam non introibit Sapientia. Nec habitabit in corpore subdito peccatis, scilicet mortalibus. In corde vero puluere, peccatorum venialium asperso habitat, sed non libenter, quia quodammodo a multitudine venialium contristatur. Et ideo ait Paulus ad Ephe. 4. Noli te contristare spiritum sanctum. In corde autem florido & puro habitat delectabiliter. Prouer. 8. Delitiæ meæ esse cum filijs hominum. In corde vero solido, & firmo habitat perseueranter. Ioannis. 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

De 2. qd sa cit David petendo spiritū sanctū in Psal. 50.

Secundo petit propheta in aduentu spiritus sancti cordis innouationem. Spiritus enim sanctus est ignis Dei quem saluator hodierna die misit in terram sicut ipse prædixerat. Lucæ. 12. Et ideo per ipsum renouatur homo instar argenti deponendo scoriam peccati. Isa. 1. Excoquam ad purum scoriam tuam. Item est fons Dei. Psalmista dicente ipsi Deo. Quia apud te est fons vitæ. Et ideo per eum renouamur ad instar aquilę & cerui Aqla nanq; exusta radio solari se in aquam proijcit, & vetustatem deponit. Et ceruus pugnans cum serpente, austo veneno in fontem se proijcit & venenum abijcit, & postmodum iuuenescit. Et similiter anima in fonte spiritus sancti renouatur sicut aquila nouam conuersationem assumendo. Vnde psalmista ait. Psal. 102. Renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua. Et instar cerui venenum abijciendo peccati, iuxta illud psalmistæ. Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus &c. Itē est auster Dei. Can. 4. Surge aquilo, & veni auster. Et ideo per eum renouamur instar accipitris, deponendo plumbas vetustas victorum, & induendo nouas plūmas virtutum. Iob. 39. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter alas suas expandens ad austrū? Item facit nos habitare in foraminibus petræ, idest in Christi vulneribus. Can. 2. Surge propterea amica mea, culumba mea, & veni in foraminibus petrę, in cauerna macerię. Et ideo per eum renouamur instar serpentis, qui transiens per foramen angustum deponit vetustam pellem. Et similiter anima habitans in Christi vulneribus per deuotam meditationem deponit vetustam conuersationem. Ephe. 4. Deponite secundum pristinam conuersationem veterem hominem.

De 3. qd petit David in Psal. 50.

Tertio petit propheta post spiritus sancti aduentum gratiæ cōfirmationem dicens. Et spiritu principali confirma me. Sed sciendum est quòd spiritus sanctus conseruatur multipliciter. Primo enim quia est aqua diuina Ioan. 4. Aqua quam ego dabo ei &c. Ideo sicut aqua cōseruatur per decursum. Ita spiritus sancti gratia per bonorum operum exercitium. Propter quod ait Apostolus. 2. ad Cor. 6. Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis &c. Secundo quia est sicut pupilla, quæ habet hominem dirigere, & illuminare ꝓpheta dicente Deo. Psal. 142. Spiritus tuus bon⁹ deducet me in terram rectam. Ideo sicut pupilla conseruatur per palpebrę appositionem. Sic spiritus sancti gratia per eleemosynarum lar-

largitionẽ. Eccle. 29. Eleemosyna viri qua si sacculus cũ eo & gratiã hominis quasi pupillam conseruabit. Tertio est sicut flãma, sine ignis habens animã inflamma re ad amorem. Ideo sicut ignis conserua tur per appositionem lignorum. Sic spiri tus sanctus per feruorem sanctorũ deside riorũ. Eccle. 28. Secundum ligna syluæ, sic ignis exardescet. Itẽ quia est sicut lucerna illuminans ea, quæ sunt in domo animæ. Ideo sicut lucerna conseruatur per olei appositionem. Sic gratia spiritus sancti per deuotionem quæ quidẽ per oleũ significatur, quia facit animã rebus mundi supernatare, & in cęlum ascendere. Ioannis. 4. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. O igitur peccator q imaginem Dei in te fœdasti, curre ad renouatorem tuum spiritum sanctum, vt verificetur in te illud. 1. ad Thi. 3. Per renouationem spiritus sancti &c. Hanc. n. reformationem, ac renouationẽ non pốt aliquis peccator per se facere. Sed illo indiget auxilio de quo inquit Amb. in quodam sermone. Nõ potest seipsam imago reformare, sed veniente spiritu sancto cunctorum reformatore, omnia deformata reformantur. De ipsa quoq; renouatione a spiritu sancto impetranda ait Paulus ad Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Quarto, spiritus sanctus influit super peccatores viuificationem a peccato in quo erant mortui, quia vt dicitur Ioannis. 6. Spiritus est qui viuificat. Ideo Eze. 37 ait propheta. A quatuor plagis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, vt reuiuiscant. Quatuor enim mundi plagæ sunt aquilo, auster, oriens, & occidens. Primo nanq; venit spiritus sanctus ab aquilone in mentem peccatoris dando ei de culpa sua cognitionem, & dolorem, & ad hoc applicari potest illud Hiere. 1. Ab aquilone pandetur omne malum, & hinc est q aquilo quasi in turbine surgit. Secundo venit ab austro, iuxta illud psalmistæ. Dominus ab austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Et mittit gaudium de venia. Et ideo auster venit in flatu suauissimo. Et hos ventos sponsa desiderabat. Can. 4. di. Surge aquilo & veni auster. Tertio spiritus sanctus venit ab oriente, dando spem æternorum, quia sic sol cum oritur terram illuminat. Sic spiritus sanctus mentem clarificat. Et ideo habens spiritum sanctum potest dicere illud 1. Ioanois. 2. Transierunt, & lumen verum iam lucet. Quarto venit ab occidente dum imprimit æternæ pœnæ pro peccatis de bitę memoriam, & recordationẽ, dicens illud Ecclesiastici. 18. Memento irę in die consumationis. Et his quatuor ventis flantibus peccatoris mens viuificatur.

Spiritus sanctus influit in iustos stabilitatẽ in bono, ac multa alia.

SEcundo principaliter spiritus sanctus influit in iustos. Et primo stabilitionem in bono. Eze. 2. Ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Vbi Greg. inquit. Spiritus sanctus nos implet, & leuat, & supra pedes statuit, vt qui proni in pœnitentia pro culpa iacuimus, pro bono opere postmodum stemus. Et hanc stabilitionem desiderabat Dauid dicens. Psal. 50. Et spiritu principali confirma me. Secundo influit in eis fructificationem in bonis operibus & virtutibus. Vnde de fructibus spiritus sancti ait Apostolus ad Gala 5. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, benignitas, mãsuetudo, fides, modestia, continentia, & castitas. Sicut ergo fructus est effectus arboris. Sic opera nostra grata Deo sunt effectus spiritus sancti operantis in nobis. Quem obnixe rogare debemus cum Augustino in quadam epistola dicentes. In me spira o spiritus vt te cogitem. Compelle vt faciam. Suade vt diligam. Confirma me vt te teneam. Custodi me ne te perdam. Tertio influit in eos illuminationem ad intelligendum omnia necessaria ad salutem. Vnde sciendum est quód in sacra scriptura per cęlos aliquando intelliguntur sancti & iusti. Et ideo Ecclesiastici. 24. dicit spiritus sanctus. Ego feci in cęlis vt oriretur lumen indeficiens. De his etiam cęlis scriptum est. Iob. 26. Spiritus domini ornauit cęlos, & Prouer. 30. Stabiliuit cœlos prudentia. Spiritus enim sanctus sanctorũ animas omnibus ornat virtutibus, atq; in seruitio Dei stabiles facit, ac in fide cõstantes vt eam publice confiteri non timeant. Vnde illa verba saluatoris dicẽtis de spiritu sancto. Ille te

stimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibitis Ioannis.16. exponit Aug. Ille testimonium perhibebit de me in cordibus vestris,& vos in vocibus vestris. Ille inspirando, & vos insonando. Adeo enim facti sunt stabiles,& fortes ad testificandum de Christo ꝙ qui prius timebant testificari in vna lingua, postea testificati sunt in omnibus linguis. Et ꝙ prius in vno angulo non audebant testificari, postea testificati sunt in toto mundo, & qui prius timebant confiteri voce, postea testificati sunt etiã morte. Quod patuit in Petro qui prius ad vocem vilissimę mulieris negauit Christum. Nam secundum Gregorium fuit persona vilis quantum ad sexum, quia non vir, sed fęmina. Vilior quantum ad conditionem, quia non libera, sed ancilla, & vilissima quo ad officium, quia nõ thesauraria sed hostiaria fuit. Qualiter autem postea ꝑ spiritum sanctum fortis sit factus, ostendit idem Greg. di. Contemnit Petrus flagella cędentium qui paulo ante timuerat verba requirentium, & qui ancillæ vocem requisitus expauit, postea vires principum cęsus non timuit, hæc ille. Sicut.n.vas terreũ est fragile,sed igne decoctum efficitur solidũ. Sic & Apostoli ante aduentũ spiritus sancti erant fragiles & tanquã mollis terra siue cera. Sed igne spiritus sancti excocti facti sunt sicut testa fortis. Vnde ante aduentum spiritus sancti poterat dicere quilibet eorum cũ psalmista. Factum est cor meum sicut cera liquescens. Sed post eius receptionẽ. Aruit tanquam testa virtus mea. Et ideo de ipsis Apostolis dicitur Actu.4. Virtute magna reddebant Apostoli, testimonium resurrectionis Iesu Christi. Et quãdo flagellabantur dicebant. Act. 5. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Nec mirum, si erant sic stabiles. Ait enim Aug. Talis est gratia spiritus sancti ꝙ si tristitiam inuenit dissoluit. Si desiderũ pernitiosum consumit, si vero trepidationem abijcit. Quarto influit in iustos filiationem, quia eos facit filios Dei. Ad Roma.8. Qui spiritu Dei aguntur hi filij Dei sunt, ꝙ si filij, & hæredes. Quinto influit in eos transfigurationem. Quia per spiritum sanctum Deo configuramur, & per ipsum ad bene operandum habiles reddimur, & per eundem ad beatitudinẽ nobis via parat. Quæ tria Apostolus insinuat.2.ad Cor.1.di. Vnxit nos Deus & signauit, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Et ad Ephe.1. Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. De qua etiam transfiguratione loquitur idem Apostolus. 2. ad Cor. 3. di. Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanquam a domini spiritu.

Sexto influit in iustos consolationem, & iubilationem quam desiderabat Dauid. Psal. 50. di. Redde mihi letitiam salutaris tui. Iusti enim pleni spiritu sancto adeo sunt consolati vt videatur eis iam habere arram paradisi, de quo ad Roma. 14. dicitur. Regnum Dei est iustitia, & pax & gaudium in spiritu sancto. Et ideo dicere possunt cum Apostolo ad Philip. 3. Nostra conuersatio in cęlis est. Septimo influit in iustos sanctificationem, de qua Psal. 45. dicitur. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus. *Influit etiã spiritus sanctus in iustos consolationem, ac multa alia.*

Tertio principaliter influit spiritus sanctus inuentores scientiarum, & artium non solum fideles, sed etiam infideles, omnis enim est artifex. Sap. 7. Nam vt ait beatus Tho. 2.2.q. 172. ar. 6. Prophetæ dæmonum non semper loquunt ex reuelatione dæmonum, sed interdum ex inspiratione diuina, sicut manifeste legitur de Balaam. Nume.23. Cui locutus est Deus licet propheta esset dæmonum. Quia Deus vtitur etiam malis ad vtilitatem bonorum. Vnde etiam Sibillę, multa vera prædixerunt de Christo. Quotiens ergo aliquod verum dicitur. Illud est a spiritu sancto etiam si sit a dæmonibus dictum, vt ait August. secundo super Gene. ad litteram, & Ambro. in quodam sermone inquit. Veritas a quocunque dicatur a spiritu sancto est. Hic est ergo ille spiritus qui primo docuit Moysen adinuentionem litterarum apud Hebræos, & Abraham apud Siros, *Spiritus sã ctus influit etiã in ois inuentores artium.*

Siros, & Caldeos, & Isim reginam apud Ægyptios, & qui Phenices docuit litteras græcas. Vnde Lucanus ait. Phenices primi magno si creditur ausu. Mansuram rudibus vocem signare figuris. Hic est ille spiritus sanctus quo suggerẽte Dyonisius Lontius sillabarum nomen singulasque formas apertissimas fecit, & ob id statua honoratus est. Hic est ille spiritus quo docente partes orationis primus Aristotiles duas tradidit nomen & verbum, deinde Donatus octo diffiniuit. Hic est ille spiritus cuius virtute studium carminum, & metrorum Moyses apud Hebræos adinuenit. Achatesuis apud Græcos, Ferecides apud Siros. Hic est ille spiritus quo docente fabulas Alcinon Cretoniensis primus adinuenit quæ fabulæ ficta narratione ad veri significationem deducunt. Hic est ille spiritus quo suggerente historiam quæ memoriam tribuit rerum gestarum primus Moyses apud Hebræos conscripsit. Apud gentiles vero Dares Phrigius de Græcis, & troianis historiam edidit. Apud Græcos autem Herodotus. Hic est ille spiritus cuius inspiratione rethorica a græcis inuenta est videlicet Gorgia. Aristotile, & Hermagora. Translata vero in latinum a Tullio, Quintilliano, & Titiano. Hic est ille spiritus quo docẽte dialecticam ad regulas quasdam, & argumenta primus Aristotiles perduxit. Demum eam Varro in octo libris diffiniuit. Hic est ille spiritus quo suggerente physicam apud græcos perscrutatus est primus Thales Milesius vnus ex septem sapientibus, qui ante alios cœli causas atque viam rerum naturalium contemplatus est. Quam quidem physicam postmodum Plato in quatuor diffinitiones distribuit. Hic est ille spiritus quo docente ethicam ad corrigendos componendosque mores atque ad bene viuendi studium Socrates instituit. Hic est ille spiritus quo inspirante Arismeticam primus apud græcos Pythagoras conscripsit. Deinde Nichomacus diffusius disposuit. Apud latinos vero Apuleius, & Boetius transtulerunt. Hic est ille spiritus cuius illuminatione geometricam disciplinam primo Ægyptij inuenerunt. Initiumque terræ diuiden dæ per lineas, & mensuras. Hic est ille spiritus quo docente musicam Tubal qui fuit de stirpe Caim primus reperit ante diluuium, vt Moyses testatur. Gene. quarto. Græci vero Pythagoram dicunt huius artis inuenisse primordia ex metallorum sonitu, & cordarum extensarum percussura. Alij Linum Thebeum, & Zethum, & Amphionẽ in musica arte primos ferunt. Hæc est ille spiritus cuius virtute astrologiam, & natiuitatis obseruantiam Caldei primo docuerunt. Astronomiam vero primus Abraham Ægyptos docuit vt Iosephus testatur gentiles vero dicunt hanc artem ab Athlante prius excogitatam. Ideoque dictus est sustinuisse cœlum. Ptolomeus autem rex Alexandriæ apud græcos præcipuus habetur. Hic est ille spiritus quo docente medicinam primus apud græcos Apollo inuenit. Quam filius eius Esculapius ampliauit. Sed postquam fulminis ictu Esculapius interijt, interdicta fertur medendi cura, & ars simul cum auctore defecit, latuitque per annos fere quingentos vsque ad tempus Artaxersis regis Persarum. Et sic eam reuocauit in lucem Hippocrate ab Asclepio patre genitus in insula choo. Hic est ille spiritus quo suggerente cronica apud græcos primus Eusebius Cæsariensis Episcopus edidit. Et Hieronymus præsbyter in latinam linguam conuertit. Hic est ille spiritus cuius virtute Moyses genti hebraicæ primus diuinas leges tradidit. Phoroneus vero rex primus græcis leges constituit. Mercurius autem trimegistus Ægyptijs, ac Solon Atheniensibus, & Licurgus Lacedemonibus. Numa Pompilius vero qui Romulo successit in regno primus Romanis leges dedit. Hic est ille spiritus qui aperuit os asinæ cui insedebat Balaam, eique loquelam dedit Numeri vigesimosecundo. Hic est ille spiritus quo inspiratus Adam omnibus rebus nomina imposuit. Gene. secundo. Hic est ille spiritus quo dictante Noe fabricauit arcam in qua saluatum est genus humanum. Gene. sexto, & septimo. De quo etiam fit mentio. Sapien. decimoquarto. Et descendentes de Noe artem nauigandi inuenerunt exemplo

ipsius archæ quæ ferebatur super aquas. Gene. septimo. Hic est ille spiritus quo suggerente Ioseph exposuit somnium Pharonis; Gene. quadragesimoprimo. Hic est ille spiritus qui pręcedebat Moysen, & filios Israel in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem. Exodi decimotertio. Hic est ille spiritus qui confortauit Gedeonem, de quo dicitur Iudicum sexto. Spiritus domini repleuit Gedeon di. Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian. Hic est ille spiritus qui dedit Sansoni fortitudinem in septem capillis, de quo dicitur. Iudicum decimoquarto. Cœpit spiritus domini esse cum eo &c. Hic est ille spiritus qui omnes prophetas constituit. De quo inquit Grego. in sermone Apostolorum. Libet oculos fidei in virtute opificis huius attollere, atque sparsim patres noui, ac veteris testamenti considerare. Et apertis oculis fidei, Dauid, Amos, Danielem, Petrum, Paulum, & Matthæum intueor, ac sanctus iste spiritus qualis sit artifex considerare volo, sed in ipsa mea consideratione deficio. Implet nanque citharedum puerum, & psalmistam facit. Implet pastorem armentarium sicomoros vellicantem, & prophetam facit. Impleuit abstinentem puerum, & iudicem senum facit. Implet piscatorem, & prędicatorem facit. Implet persecutorem, & doctorem gentium facit. Implet publicanum, & euangelistam facit, hæc ille. Hic est ille spiritus de quo ait Abdias propheta ad Heliam. Cum recesseris a te spiritus domini asportabit te in locum quem ignoro tertij Regum decimo octauo. Hic est ille spiritus Helisei de quo dicitur Ecclesiastici quadragesimooctauo quòd eius corpus mortuum prophetauit. Hic est ille spiritus qui Hieremiam in ventre matris sanctificauit & in pueritia prophetare docuit. Hieremiæ primo. Hic est ille spiritus qui dedit Danieli intelligentiam omnium visionum, & somniorum. Vnde ipse ait sui libri capitulo secundo. Est Deus in cœlis reuelans misteria. Hic est ille spiritus quo afflatus Esdras scriba reparauit incensam legem cum iudæi fuissent regressi, in Hierusalem post captiuitatem Babilonicam, secundi Esdræ vlti. Quo etiam spiritu Iesu filius Sirach renouauit sapientiam de corde suo. Ecclesiastici quanquagesimo. Quo docente primus librorum copiam Romæ aduexit Paulus Emilius deuicto per se rege Macedonum. Quo etiam suggerente græci, & tusci primum ferro in ceris scripserunt. Et chartarum vsum primo Ægyptus ministrauit cœptum apud Memphitem vrbem Ægypti. Iuxta illud Lucani. Conficitur bibula Mēphiticus charta papirus. Quo etiam instigante Pergameni reges cum charta indigerent membranas primi excogitauerunt. Et Moyses pondera, ac mensuras primus apud Hebræos inuenit. Argiuus autem ponderum rationem primus in Gręcia constituit. Et Esiodus agriculturam apud Græcos, apud Romanos vero Cato primus in Italia agriculturam docuisse. Hoc spiritu instigante prima Ceres cępit vti frugibus in Gręcia, & habere legentes translatis aliunde seminibus. De quo meminit Ouidius di. Prima Ceres vnco glebam demouit aratro. Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris. Noe vero primus vitis plantationem adinuenit. Gene. nono. Græci vero inuentorem vitis liberum appellant. Hic est spiritus quo docente ferrariam artem Tubalchaim primus inuenit, & res bellicas exercuit, sculpturasque operum fabricauit. Gene. quarto. In fabrorum autem arte gensiles Vulcanum auctorem dicunt. Hic est ille spiritus quo docente fabricandi domos artem apud Græcos Dedalus primus adinuenit. Et picturam Ægyptij primum excogitauerunt vmbra hominis lineis circunducta. Carpentariam vero artem, ac serrę, circiniq; vsum quidam adolescens Perdicem primus inuenit. Noema autem soror Tubalchaim inuenit artem varię texturæ. Apud gentiles vero minerua. Hoc quoque spiritu instigante cerdoniam artem Romulus primus reperit, & Nembroth artem venandi. Gen. decimo. Hæc est illa virtus quę exibat a Christo quando mulier tetigit fimbriam vestimenti eius Matth. 9.

Pro-

Spiritus sanctus quare dicatur spiritus intelligentiæ, sanctus vnicus & de multis alijs eius nominibus, pro qui designantur varii effectus ipsius.

PRopter prædictos autem effectus, & multos spiritus sancti dicitur. Sapien. 7. Est enim in illa scilicet diuinitate spiritus intelligentiæ. Sanctus vnicus multiplex, subtilis, mobilis, disertus, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum actum, qui nullũ vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, securus, omnem habens virtutem, & omnia prospiciens. Dicitur enim spiritus intelligentiæ, quia omnibus dat intelligentiam Iob. vigesimoseptimo. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Dicitur autem vnicus, quia licet sit spiritus patris, & filij, tamen est vnus solus spiritus. Vel quia licet pater sit spiritus, & filius sit spiritus, & similiter spiritus sanctus tamen in diuinitate non est nisi vnus spiritus, quãuis tertia in trinitate persona particulari ratione appelletur spiritus. Vel ideo sic dicitur, quia fideles suos vnicos facit in fide, spe, & charitate, sicut erãt credentes in primitiua ecclesia post receptionem spiritus sancti, Actuum. 48. De qua vnione etiam tangit Apostolus ad Ephe. 4. di. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis &c. Vel qa vnit eos sibi 1. ad Cor. 6. Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo. Dicit̃ quoq; certus, quia nec fallit, nec fallitur, vt dicit glosa super prædicta verba. Vel quia certificat hoĩem de sua salute, sicut certificauit Paulum vt patet. Roma. 8. Vel quia remouet nubem dubitationis & erroris ab intellectu. Item dicitur incoinquinatus, quia est sine macula, vt dicit glosa ibidem. Vel quia remouet maculam ab intentione, & affectu. Vel quia in præsenti nos a peccatis præteritis lauat, & futuris præseruat. Item dicit̃ mundus propter naturæ suæ omnimodã mundiciam. Vel quia in futuro nos mundabit ab omni miseria per gloriã. Dicitur quoq; humanus, quia est oĩbus cõis, dicit glosa ibidem. Hoc est sine personarum acceptione. Dicitur etiam benignus naturæ benignitate vt dicit glosa vbi supra. Vel benignus ab ignita bonitate. Vel nos benignus & mansuetos facit. Et similiter dicitur amans bonum non tantum ipse, sed etiam quia nos facit bonum amare in affectu & effectu, iuxta illud ad Roma. 12. Dilectio sine simulatione &c. Dicitur quoque subtilis, & acutus, tamen quia penetrat cordium occultissima, secundum Apostolum. 1. ad Cor. 2. Tum quia facit nos acutos per zelum iustitiæ contra peccatis. Sicut enim in mathematicis dr̃ acutus angulus & in litteris acutus accentus, & in naturalibus, vel naturis acutũ ingenium. Sic in moralibus dicitur aliquis acutus per zelum iustitiæ iuxta illud Isa. 49. Posuit os meum quasi gladiũ acutũ. Et iste est gladius spiritus qui est penetrabilior omni gladio ancipiti. Ad Hebr. 4. De quo gladio dicitur Apoc. 1. Ex ore eius procedebat gladius ex vtraq; parte acutus. i. spiritus sanctus a patre, & filio procedens qui admodum gladij diuidit, & separat ab omni carnali affectione. Et facit spiritum quem penetrat subtilem in intellectu, & cognitione atq; cõtemplatione cœlestium. Item dicitur stabilis, & mobilis. Stabilis in natura sua, & mobilis in nos. Quia vt ait Boe. in 3. de conso. Stabilisq; manens dat cuncta moueri. Dicitur enim mobilis quia facit sanctos viriliter operari, ac in bono opere proficere. Stabilis vero quia facit eos in sanctitate perseuerare. Et fortes in aduersis, & arduis quibuscunq; persistere. Et ad mundi delitias, nec modicum flecti. Vnde in laudem Ioannis Baptistæ inquit saluator. Matth. 11. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Et ad Hebræ. 13. ait Apostolus. Optimum est gratia stabilire cor. Cuius exemplum patuit in sancta Lucia quam tanto pondere fixit spiritus sanctus, vt mille paria boum non possent eam mouere. Item dicitur suauis, quia hoĩem suauem & pium facit atq; misericorditer tribulatis. Sap. 12. O quàm bonus, & suauis est domine spiritus tuus. Dicit̃ etiam securus, quia tantã fiduciam tribuit vt nõ valeat ille qui eo plenus est nec comminationibus, nec pœnis terribilibus pterreri. Imo vt dicitur Prouer. 28. Quasi leo confidens absq; terrore permanet. Vnde Psal. trigesimosecundo ait propheta verbo domini cęli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Item dicitur omnia prospiciens, quia facit nos considerare finem actuum vt sic opera nostra meritoria faciamus. Eccle. 1. Lustrãs vniuersa in circuitu pgit spiritus. Vel qa

quos inhabitat prudentes facit 1. ad Cor. 12. Spiritualis iudicat oĩa. Dicitur etiam multiplex propter multiplicia dona quę prȩstat. Et disertus, quia vt dicit Sap. 10. Aperit os mutorũ, & linguas infantium facit disertas. Dauid quoq; Psal. 50. appellat ipsum spiritum rectum, quia vt inquit philosophus. rectum si recto supponatur. vndiq; tangit, & tangitur. Curuum vero non tangitur nisi in puncto. Et secundum hunc modum sancti, & iusti habentes spiritum sanctum totaliter tanguntur, quia in oĩbus operibus suis per semitas rectas iustitiȩ spiritus sancti instinctu diriguntur. Vnde de ipsis dici põt Ezechiel. 1. Pedes eorum pedes recti. & Sap. 10. dicitur. Iustum deduxit dominus p vias rectas, & oñdit illi regnũ Dei &c.

DE SPIRITV SANCTI dispositione consideratio septima, & vltima.

QVia vt dicunt iuristȩ, vbi est eadem ratio debet esse eadẽ dispositio. l. a ticio. ff. de verbo. obli. & l. 1. C. de liber. prȩ. vel exhe. & de similibus idem eg iudicium. l. non possunt. ff. de legi. & c. in causis de re iudi. vt etiam dicit philosophus. 2. Topi. Ideo conari debemus habere illas dispositiones in nobis quas sancti Apostoli habuere quãdo receperunt spiritum sanctũ, vt & in nos venire digneiur. Prima ergo dispositio Apostolorum fuit q̃ erant animo quieti. Et ideo quia vt ait philosophus 2. de anima. Actus actiuorum sunt in patiẽte bene disposito. Ipsi Apostoli cȩteriq; discipuli Christi tanq̃ vasa aurea mũda, & bene disposita in se recipere potuerunt carismata spiritus sancti. Vnde de eis eanit ecclesia. Inuenit corda discipulorum receptacula munda. Erat aũt in eis quies mentis sine qua spiritum sanctum recipere non congruebat. Et hoc probatur, ratione, auctoritate exemplo & figura. Fundamentũ rationis sumitur a philosopho. 2. de anima, & 10. Ethic. q ait q̃ nulla potentia perficitur nisi a proprio obiecto. Nam potentia auditiua non perficitur nisi a sono: visiua colore, intellectiua ab intelligibili, & vero, volitiua autem a bono. Quanto igitur obiectum fuerit melius, tanto potentia in eo melius quiescet. Sed spiritus sanctus est summe bonus. Ergo in eo quiescere summe dubuit mens Apostolorum, & per cõsequens vacare debuerant ab omni alio opere per quod disti aherentur ab illa quiete. Nec aliter bene doceri poterant, quia vt dicit philosophus. Sedendo & quiescendo homo efficitur sapiens. Secundo est ad hoc auctoritas Isa. 66. Super quẽ requiescet spiritus meus dicit dominus, nisi super quietum? Et glosa super illud Actuũ. 2. Dum complerentur dies Pentecostes. Exponit, idest quietis, quia quies ȩterna ex nostra quiete, & animi pausatione acquiritur. Et ad hoc facit exemplum qđ continuo periculo discimus. Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Studere enim & negociari, orare, & vagari non se comportant. Igitur nec vacare Deo, & creaturȩ. Vnde bene saluator ait Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire. Econtra vero dicitur Actuũ. 2. de Apostolis quòd receperunt spiritum sanctum sedentes, idest a superfluis curis quiescentes. Quieuerunt igitur oculi Apostolorum a vanis aspectibus, aures a dissoluto sono. Linguȩ a turpibus colloquijs, & solo animo in Deum tendebant. Magnȩ enim virtutis est quies mentis de qua inquit Seneca in libro tragediarum. Paucos nouit secura quies. Multi enim possunt ex quiete vtrunq; seculum possidere, & neutrum habent, quia in se habitare nequeunt, & pluribus occupati, nec minima se habuisse tempore mortis cernunt per quȩ saluari queant. Nec sibi blandiantur quia peccata mortalia non committunt, quia vt dicit Aug. Nullum est adeo veniale peccatum, quin fiat mortale dum placet. §. criminis. 25. di. Quod tamen intelligitur dum placet vt mortale. Et hoc quandoq; accidit ei qui nõ curat de venialibus, vt instantum intenda tur eius voluntas in ipsis peccatis venialibus quòd etiam ea cõmitteret si essent mortalia. Ad prȩdicta autem facit illud quod legitur in libro de animalibus, scilicet quòd reperitur quoddam animam fortissimum quod cętera timent, nec ab aliquo venatore capi potest. Eiusq; cornua secans & scindunt tanquam ense obuias quasq; inuenerit arbores. Quo plurimum

De 1. dispositione Apostolorũ quã do receperunt spiritũ sanctum & hoc ratione primo cõfirmatur auctoritate, exẽplo, & figura.

rimium gloriatur. Luditq; inter virgulta, intusq; implicat cornua, & inde exire non valet. Vnde seipsum capit proprijs cornibus in virgultis, quod arbores ingetes scindebat cornib[9]. Notate o filij mei exemplum hoc. Multi enim sunt quos non capit luxuria, furtum, vel rapina &c. huiusmodi magna vicia. Sed virtutes scindunt has magnas arbores. Cornibus autem implicantur in peccatis minimis per quæ veniunt, & in magna scelera. Quiescite igitur agere peruerse. Isai. primo, ex scurrilitate enim enim peruenitur ad detractionem. Ex dulci & familiari mulierum colloquio & conuersatione venitur ad fornicationem. Vnde glosa super proxime allegatam auctoritatē Isaiæ ait. Quiescite etiam illa agere quę licent, nequando peruerse agatis & illa faciatis quæ non licent. Super quiescentibus igitur Apostolis venit spiritus sanctus. Et sedit super singulos eorum, idest quieuit in mētibus eorum. Actuum.2. Et prædicta de necessitate quietis, & pacis mentalis ad receptionem spiritus sancti probantur etiam per figuram. Nam filij Israel nō receperunt manna quamdiu fuerunt in Ægypto, & quamdiu habuerunt farinam Ægypti, & quamdiu nō transierunt mare Ægypti. Illi enim sunt in Ægypto qui sunt in peccato, & ideo non possunt esse in quiete Isaiæ.48. Non est pax impijs dicit dñs, & Iohelis.3 Ægyptus in desolatione erit. Et consequenter nō possūnt habere spiritū sanctum. Illi autem qui habent adhuc farinā Ægypti sunt illi, qui adhuc retinent delectationem, & cogitationes peccati. Et tales non sunt in quiete. Iob. 4. Cogitationes meæ dissipatæ sunt torquētes cor meum. Illi vero non transierunt mare Ægypti qui adhuc varijs premuntur solicitudinibus mundi. Et tales etiam non sunt in quiete. Ioannis. 16. In mundo pressuram habebitis. In me autem pacem. Et consequenter nemo prædictorum habet spiritum sanctum. Iob.27. Abissus dicit nō est in me, & mare loquitur non est mecum. Qui ergo vult vt spiritus sanctus super eum requiescat, & quietem habere desiderat. Exeat de tenebrositate peccati, & abijciat reliquias & occasiones peccati, ac deserat anxias curas mundi. Filij enim Israel receperunt manna in solitudine. Et nos accipimus spiritus sancti dulcedinem in mentis quiete. Libenter enim quilibet hospes ad aliud hospitium diuertit in quo quietem inuenire se credit. Et ideo spiritus sanctus ad hospitandum in anima quieta libenter venit. Sicut etiam Helias. iij Regum. 17. in solitudine mane, & vespere pane, & carnibus pascebatur. Veniens autem ad populum, vix bucellam panis inuenit. Et similiter homo in mentis quiete diuinas consolationes recepit. In turbatione vero famem inuenit.

In quibus spiritus sanctus quiescit, & in q b[9] quiescit sed nō pfecte, & in q bus perfecte, quod figuris ostenditur.

EST autem sciendum q̄ in aliquibus spiritus sanctus nullo modo requiescit. In aliquibus vero quiescit, sed non perfecte. Nam in eis est requies semplena, & non perfecta. In sanctis autem qui sunt in patria requiescit perfecte, quia in ipsis est requies perfecta. Quod figuratum fuit. Gen. 8. in emissione columbæ de archa. Nam Noe ter ipsam emisit. Et in prima emissione cum terra adhuc esset paludosa nullatenus requieuit, sed ad archam redijt. Per quod datur intelligi q̄ spiritus sanctus non requiescit in peccatoribus qui habent corda immunda, & & in continua pugna. Isa.57. Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & luctum. Licet ergo dicatur Actuum.2. q̄ repleti sunt omnes spiritu sancto, nō intelligitur de aliquo peccatore. Peccatores.n. non sunt de numero vniuersi. Omnia.n. entia aut habent esse, aut viuere, aut sentire, aut ratiocinari, aut intelligere. Peccatores aūt non habent esse, quia omne esse est a forma quæ dat esse rei.7. Metaphi.2. de anima & 7. Phisi. Forma vero ipsius esse spiritualis est charitas, iuxta illud Philip.3. Obseruate eos qui non ambulant sicut habetis formam esse spiritualis. Ideo non habent esse spirituale. Vnde Iob.18. dicitur. Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est. Item non habent viuere. Deo enim sunt signa vitæ, scilicet sensus & motus. Ipsi autem non habent sensum dilectionis, vel cognitionis diuinæ, nec motum operationis bonæ. Vnde de

ipsis dicere possumus illud psalmistæ: Oculos habent, & non videbunt. Et hoc quo ad sensum diuinæ dilectionis, & cognitionis. Duo enim oculi sunt intellectus, & affectus. Pedes habent & non ambulabunt. Et hoc quo ad motum bonæ operationis. Item non habent sentire. Na enim sentiunt diabolicas tētationes. Ideo aūt nō sentiūt quia consentiunt. Ille enim sentit qui dissentit Prouer. 23. Verberauerunt me & non sensi. Non habent etiam ratiocinati, quia non viuunt secundum rationem, sed secundum sensualitatem. Et ideo non sunt rationales, sed brutales. Vnde psalmista ait. Facti sunt sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Item non habent intelligere, quia vera intelligentia est Deum timere, & a malo recedere. Prouer. 28. Ecce timor domini ipse est sapientia, & recedere a malo intelligentia. Quia autem fideles in primitiua ecclesia habebāt prædicta. Ideo dicitur. Actuum. 9. Ecclesia quidem crescebat & habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore domini, & consolatione spiritus sancti replebatur.

Peccatores spiritus sancti consolatio nem recipere nequeunt.

HAnc igitur consolationem non possunt recipere peccatores qui delectātur in mundi consolationibus. Ioannis. 14. Spiritum veritatis quem mundus nō potest accipere, idest amatores mundi. In mundo enim sunt tria peccata magis communia de quibus dicitur. 1. Ioānis. 2. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. Quæ tria, scilicet luxuria, auaritia, & superbia impediunt consolationem spiritus sancti. Primo enim eam recipere non possunt luxuriosi, & carnales, primæ Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Ipsi enim circa cor suum faciunt fossatum plenum aqua turbida, & fetida, idest carnali concupiscentia. Et ideo ibi intrare non potest inspiratio diuina. Hieremiæ. 2. Quid tibi vis in terra Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Superbi quoque quia habent cor durum sicut lapis. Ideo pluuia diuinæ inspirationis, licet quandoq; eos tangat, tamen interius madefacere nequit. Vnde dicere possunt Deo cum psalmista. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Ipsi enim faciunt circa se murum lapideum idest animum obstinatum vt diuina inspiratio transire non possit. Iob. 41. Cor eius indurabitur quasi lapis. Auari quoque quia habent cor plenum aceto, & felle curarum mundanarum non possunt sentire melleam dulcedinem spiritus sancti. Et ideo August. super illud psalmistæ. Diligite dominum omnes sancti eius inquit. Disce non diligere mundum vt discas diligere Deum. Auari enim faciunt, circa cor suum aceruum luteum. Et ideo non possunt transire ad aliquod bonum propositum. Abachuc. 2. Veh qui congregat, & multiplicat non sua. Vsque quo aggrauat contra se lutum? Non solum autem spiritus sanctus in prædictis peccatoribus requiescere non potest, qui nimo si ante peccatum in eis erat, statim peccato adueniente discedit.

Tria sunt q impediunt ne spiritus sanctus remaneat in homine.

TRia enim vt dicit August. & Inno. in c. & si iudæos de Iudæ, sunt quæ male remunerant hospites suos, scilicet mus in pera, ignis in sinu, & serpēs in gremio. Mus in pera est superbia in anima quæ omnia bona spiritualia comedit, & corrodit. Eze. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut thaurus, ne forte elidatur virtus tua per superbiam & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in heremo. Et propter hoc dicit Calixtus Papa in c. iustum. 11. q. 3. Melior est in maleficijs humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio. Ignis in sinu est auaritia in affectu quæ omnia bona spiritualia quæ in anima inuenit anihilat, & consumit. Iob. 31. Ignis est vsq; ad consumptionem deuorans. Et omnia eradicans genimina &c. Iste est ille ignis de quo dicitur Prouerbiorum. 30. Ignis nunquam dicit sufficit. Serpens in gremio est luxuria in animo quę ibi venenum diffundit, & vitam gratiæ extinguit. Prouerbio. 5. Fauus distillans labia meretricis, & 23. Ingredietur blande, & in nouissimo mordebit vt coluber, & quasi regulus venena diffundet. Secundum etiam quoddam dictum Salomonis, & experientia teste videtur, tria sunt quæ expellunt hominem

Dem de domo, scilicet fumus, stillicidiũ, ac mala vxor. Per fumum intelligitur superbia quæ in altum ascendit et cito deficit. Vnde psalmista ait. Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit. Iste autem fumus superbiæ spiritum sanctum de corde expellit, & ne reuertatur semper resistit. Actuum 7. Dura ceruice, & incircuncisi cordibus semper vos spiritui sancto restitistis. Per stillicidium autem intelligitur auaricia, quia sicut stillicidium hominē in domo inquietat. Sic auaritia varijs solicitudinibus diuiciarum animam suffocat. Iuxta illud Lucę octauo. A solicitudinibus suffocantur. Tales enim spiritum sanctum expellunt. Cum tamen dicatur prime ad Thesa. 5. Spiritum nolite extinguere. Per malam vxorem intelligitur carnalis concupiscentia, quę semper cum ratione litigat. Ad Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Et isti tales spiritum sanctum & filium Dei pedibus immundis conculcant, & contumelia dehonorant. Ad Hæbreos 10. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? De hac vxore siue concupiscentia carnali dicitur ad Romanos 8. Prudentia carnis mors est. Voluptas enim carnis ita tenet hominem in delicijs temporalibus, quòd ad æternas delicias peruenire non desiderat. Vnde in figuram huius dicitur tertij Regum 12. quòd Ieroboam fecit duos vitulos aureos. Vnum in Dan, & alterum in Bethel, ne populus reuerteretur in Hierusalem, sed ipsos adoraret. Qui vituli sunt duplex lasciuia, scilicet voluptas carnis, & vanitas mundi quas tam clerici, quàm laici multi adorant, & ad cęlestem Hierusalē ire non laborant. Ad hunc autem vitulum conflatilem faciendum populus Israel in aures proiecit, quia quicquid habet homo preciosum ad hoc expendit vt voluptas, vel vanitas impleatur. Et sic voluptas carnis spiritum sanctum expellit.

Tria loca sunt in qb⁹ spiritus diabolicus mā sionē facit ī homine. QVia vero spiritus sanctus non potest in peccatoribus habitare. Ideo diabolus in eis mansionem suam ponit. Vnde sciendum quòd quandoq; vocatur serpens, quandoq; coruus & aliquā do porcus. Inquantum est serpens habitat in hominibus spinosis, idest in auaris, diuiciæ.n. spinę dicuntur. Lucę 8. Inter istas.n. spinas diuiciarum serpens īfernalis latitat 1.ad Thi.6. Qui volūt diuites fieri incidunt in tentationes, & in laqueos diaboli, & in desideria multa stulta, & noxia quæ demergunt homines in interitū, & perditionē. Inquantum vero est coruus habitat in cadaueribus, idest in mundi honoribus. Cadauer.n. videtur esse homo, & non est. Sed si ei anima coniungeretur, tunc vero non diceretur. Et similiter honores mundi non sunt veri, quamuis appareant in exterioribus. Animæ vero honor est charitas quę ipsam viuificat. Tunc igitur sunt veri honores quando ad ipsos suscipiēdos inducit fraterna charitas, & non aliqua ambitio, vel vanitas. Inquantum autē est porcus habitat in luto, idest in hominibus immundis & luxuriosis 2. Petri.2. Sus lota in volutabro luti. Et non tantū tale lutum inhabitat, sed etiam conculcat. Naum. 3. Intra in lutum, & calca. Tales vero deberent clamare cum psalmista & dicere. Miserere mei Domine quoniā conculcauit me homo. Quia autē mēbra diaboli sępe a suo capite denominant. Ideo ex quo diabol⁹ ē serpēs, coruus, & porcus, possunt & ipsi vocari serpentini, coruini, & porcini. Et quia sūt serpētini. Ideo a Deo maledicūtur dicēte Domino. Gen. 3. ipsi serpenti. Maledictus eris inter omnia animantia & bestias terræ. Et tādē maledicētur maledictione perpetua, cū eis dicet in iudicio. Ite maledicti in ignem æternū. Mat. 25. Quia vero sunt coruini. Ideo vix aut nūquā ad archā, idest ad sāctā ecclesiā p pęnitētiā reuertūtur Gen. 8. Aperiens Noe fenestrā emisit coruum q egrediebatur, & non reuertebatur. Tales.n. suā conuersionem procrastināndo different, Clamantes cū coruo, cra, cra, idest cras beneficiā licet nō modo. De qb⁹ Aug. ait Remanēt foris cū voce corui na q noluerūt habere gemitū colūbinū. Sopho. 2. Vox cātātis in fenestra, & coruus in superliminari. Quia vero sunt porcini. Ideo in baratrū in inferni demerguntur Mat. 8. Impetu abijt totus grex porcorū per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. Ista autē

tria

tria loca in quibus immundus spiritus diabolicus mansionem facit ponuntur Iob. 41. cum dicitur. Sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus. Quiescit enim in hominibus vmbrosis idest auaris. Et ideo dicitur. Sub vmbra dormit diuitiæ.n. tanquam vmbræ cito transeunt. Sap. 5. Transieret omnia tanquam vmbra. Quiescit etiam in hominibus superbis, & vanagloriosis. Et ideo subditur. In secreto calami. Superbi enim exterius videntur esse nitidi, sed interius sunt vacui, in quibus diabolus quiescit Iob. 41. Ipse enim est rex super omnes filios superbię. Quiescit quoq; in hominibus delitiosis. Et ideo dicitur. In locis humentibus. In locis humentibus. In locis enim aridis, idest in sanctis viris ab huius mundi delicijs exsiccatis quiescere non potest Matt. 12. Ambulat per loca arida querens requiē & non inuenit. Et ideo in eis quiescit spiritus sanctus. Quod significatum fuit per secūdam emissionem columbæ de Archa. quando super oliuam quieuit. Oliua enim quæ in folijs habet virorē, & in liquore dulcedinem significat bonos christianos qui habet virorem bonę vitæ, & dulcedine bonæ conscientię, & habens virore bonę exēplaritatis, & pinguedinem siue oleum operum pietatis. Quod quidem oleum habet virtutem penetratiuam psalmista dicente. Intrauit sicut oleum in ossibus meis. Et impinguatiuam. Eodem propheta dicente. Impiguasti in oleo caput meum, & lætificatiuam. Vnde iterum ait. Vt exhilaret faciem eius in oleo. Et eleuatiuam, quia super ceteros liquores eleuatur, per quę datur intelligi quòd elemosina siue opus pietatis diabolum penetrando vulnerat, cum sit lancea Dei. Ecclesiastici. 29. Super scutum potentis & lanceam impugnabit pro te inimicos tuos. Item animam pugnando delectat cum sit adeps Dei Psalmo 62. Sic vt adipe & pinguedine repleatur anima mea, &c. Item conscientiam lętificat cum sit vinum Dei, quod lætificat cor hominis secundum Psalmistam. Et ideo de iusti conscientia dicitur Iob. 15. Ietetur qua si oliua projciens florem. Animā quoq; ad cęlestia eleuat cum sit virtus Dei. Et hinc est quòd Christus de monte Oliueti ascendit in cœlum, ad innuendum q̄ ipsa opera misericordiæ animam ad cęlum deducunt 1. ad Thimo. quarto & c. hospitalem 42. dist. vbi dicitur. Pietas ad omnia valet promissionem habēs vitæ quæ nunc est & futuræ. Licet autem spiritus sanctus in sanctis adhuc viuentibus requiescat, quia habent conscientiæ munditiam, non tamen plene, quia adhuc a corpore habent pugnam vt patet per Apostolum ad Galat. 5. Et propter hoc significandum columba postq̄ in 2. emissione requieuit super oliuam iterum reuersa est ad archam. Per tertiā vero emissionem, quia vltra ad archam non redijt significauit quòd spiritus sanctus super eos qui sunt in patria perfecte requiescit. Cum in eorum cordib[9] sit pax plena, & requies perfecta Isa. 32. Sedebit populus meus in multitudine pacis, in requie opulenta & in tabernaculis fiduciæ.

Secundo Apostoli fuerunt dilectione vniti. Vnde canit ecclesia Inuenit eos charitate concordes, & illustrauit eos inundans gratia deitatis. Venit ergo spiritus sanctus super Apostolos congregatos, ad denotandum vnitatem 24. q. 1. c. audiuimus, & notatur in c. cum ecclesia sutrina. de cau. pos. propri. Quod fuisse necessarium probatur 1. ratione 2. auctoritate & 3. exemplo fundamentum rationis ponit Phylosophus 6. Ethico. dic. A quocunq; remouetur pars diffinitionis remouetur & ipsum diffinitum. Si enim a diffinitione hominis remoueatur genus, vel specifica differentia vt animal, vel rationale, non probabitur diffinitum. Sed charitas Dei est summe necessaria ad habendum spiritū sanctum. Et illa non potest haberi sine dilectione proximi quia ponitur tanquā pars diffinitionis. Vt enim dicit magister in 3. sen. di. 27. Charitas est dilectio qua Deus diligitur propter se & p̄ximus propter Deum vel in Deo. Ergo necessarium fuit vt ipsis Apostoli essent inuicem concordes si recipere volebant spiritum sanctum. Secundo est ad hoc auctoritas ex dicto Gregorij qui in Mora. inquit. Pro amore proximi amor Dei

Apostoli erant in pace vniti, q̄ fuisse necessarium ostenditur ratione, auctoritate & exēplo.

Dei, & acquiritur & nutritur, & Augu. super Gen. ait. Ex vno homine omnes progeniti sunt vt tota mundi machina vnum Deum diligeret, & vnitatem amoris proximi in stipitis vnitate seruaret. Tertio est ad hoc exemplum. Sicut.n. anima non viuificat illa membra quę corpori disiuncta sunt. Sic nec spiritus sanctus illorum mentes viuificat quæ diuisæ sunt. Et sicut ignis lignorum diuisio ne extinguitur. Sic spiritus sanctus per diuisionem, & discensionem hominum effugatur. Et sicut vnitas mentium de religione paradisum facit. Sic diuisio infernum de paradiso. Vnitas cordium dominia amplificat. Diuisio vero de Dominis seruos de ciuitatib9 oppida facit. Ad ostendendum quoq; quòd ipsi Apostoli erat pace vniti, descendit super eos spiritus sanctus in Hierusalem quę interpretatur visio pacis. Item vt habetur Ioan. 20. Postquam saluator apparens discipulis obtulit eis pacem di. Pax vobis. Insufflauit & dixit. Accipite spiritum sanctum. Dicitur itaq; Actuum 2. de Apostolis quòd erant omnes pariter. Et 4. c. Multitudinis autem credẽtium erat cor vnum & anima vna Augu. in regula sua inquit. Erat in eis anima vna & cor vnum in Deo.

Apostoli fuerunt loco secreti, & fuisse necessrium osten ditur ratione, auctoritate, & exẽplo.

Tertio principaliter dico, quòd fuerunt loco secreti. Quod fuisse necessarium probatur ratione auctoritate, & exemplo. Fundamentum rationis ponunt naturales in libro de sensu & sensato dicentes. Necesse est vt sensus mẽti seruiant & representent. Ad quod facit illud phylosophi in tertio de anima. Necesse est intelligentem phantasmata speculari. Si.n. pulchras videris imagi mulierum illę menti imprimuntur, & concupiscentiam generant. Agnoscentes igitur Apostoli mundanas vanitates esse periculosas stabant in loco remoto & secreto ne veniente spiritu sancto mens occupata esset exterioribus imaginatis. Secundo est ad hoc auctoritas. Ait.n. ipse spiritus sanctus Oseę 2. de anima quam vult replere. Ducam eam in solitudinem & ibi loquar ad cor eius. Vbi glosa inquit. Zelotipus est Deus, nec sponsam suam mortaliũ oculis vult offerri, cui donaturus est vitam immortalem, & dona quæ nullus auferet Tren. 3. dicitur Sedebit solitarius, & leuabit se super se. Sed dicentibus quibusdam q solitudinem pati non possunt respondet Hiero. scribens ad Heliodorum. Infinita heremi vastitas terret. Sed tu paradisum mente deambula. Quotienscunq; enim illuc mente conoscenderis totiens in heremo non eris. O solitudo beata in qua illi nascuntur lapides de quibus vt in Apocalipsi dicitur ciuitas regis magni extruitur. O heremus familiari Deo gaudens & cętera. Idem duoq; Hiero. ad pręsidium ait. Intuitus es in solitudine dum nuper ęgipti deserta vidisti angelicam vitam? Quanti ibi flores sũt quam spiritualibus gemmis prata virentia? Vdisti serta quibus Dominus coronatur? Ille tibi in pectore ignis exestuet & illa quotidie cogita tracta & considera. Et quasi quodam carcere tentus exclama. Heu mihi quia prolongata est peregrinatio mea. Et infra. Habebis celulam quæ te solum capiat. Imo non eris solus Angelica tecum turba versabitur, tot ibi erunt socij quot sancti. Lege seu angelium. Fabulabitur tecum Iesus. Replicabis Apostolos, vel prophetas. Nunquid poterit talem alium tuis sermonibus habere consortem. Et idem in alia epistola dicit. Vbi ego sum & in ea qua dego solitudine non solum quid agatur in patria, sed an ipsa patria sit ignoro. Tertio idem probatur exemplo. Nam Abraam dum stetit iuxta Caldeos nunquam fuit visitatus a Deo, sed postquam recessit ab eis. Gen. 12. 15. & 17. Iacob etiam dũ in turba, & apud fratrem esset desolatus. Fugijt & recepit consolationem Gen. 28. Vnde bene Hiero. ad rusticum ait. Mihi oppidum carcer est & solitudo paradisus. Fugite igitur conuentus malignantium. Quia non in congregationibus magnis, non in conuiuijs, non in plateis, non in spectaculis diuinæ consolationes recipiuntur sed in Angulis in ecclesijs, & in solitudine. Sicut ergo sponsa virum recipiens alienum non meretur a sponso suo consolari, sed flagellari. Sic anima non meretur consolationem diuinam quę recipit, aut quærit alienam. Vnde Ber. ait.

Delicata est diuina visio, & non datur admittentibus aliena. Propter quod Psalmista inquit. Renuit consolari anima mea, memor fui Dei & delectatus sum & cetera. Et ideo de Apostolis dicitur. Actuum 2. quòd erant in eodem loco.s. solitatij a inmultibus.

apostoli fuerunt humiles, quæ necessario requiri ad receptionẽ spiritus sancti ostenditur ratione, authoritate et exemplo.

QVarto fuerunt humilitate præditi. Quam virtutem maxime esse ad receptionem spiritus sancti valde vtilem probat ratio, auctoritas & exemplum. Fundamentum rationis ponit quidam sapiens dicens. Templum gratiæ, norma iusticię & ianua sapientiæ est humilitas. Tunc sic. Quanto templum fuerit capatius, tanto illud quo impletur erit amplius. Sed humilitas dilatat tẽplũ cordis. Ergo vbi maior humilitas ibi maior grã ẽ spũs sancti replens mẽtẽ. Vnde Ps. inquit Deo. Qui emittis fontes in conuallibus, idest gratiam in eis qui deiecti sunt apud se & humiles. Et Isa. 66. ait Deus. Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem? spiritus enim sanctus non habitat in cordibus superborum e. si. autem 24.q. prima. Secũdo ad prædicta est auctoritas. Nam Ecclesiastici. 3. dicitur. Quanto maior es tanto magis te humilia in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Et Iacobi quarto scriptum est. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quia enim quilibet libenter hospitatur in illo hospicio in quo honoratur. Ideo spiritus sanctus libenter in humili eum honorante inhabitat, Ecclesiastici tertio. Magna potentia Dei solius & ab humilibus honoratur. Hoc autem figuratum fuit Genesis primo. cum dicitur. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Non enim fertur super terram, quia non requiescit in corde terrenis dedito, nec super aerem, quia non requiescit in corde elato, nec super ignem, quia non requiescit in corde igne concupiscentię inflammato. Sed super aquas, quia requiescit in corde mansueto. Econtrario autem spiritus malignus fertur super terram, quia data est ei ad manducandũ. Gene. tertio. Terram comedes cunctis diebus vitę tuæ. Quia diabolus terrenos sibi incorporat. Isa. 65. Serpenti puluis panis eius. Item super aerem, quia datus est sibi ad habitandum. Ad Ephe. secundo. Super principem potestatis huius aeris. Diabolus enim superbos inhabitat quibus dominatur, vt dicitur. Iob 41. Item super ignem gehennę, quia datus est sibi ad comburendum. Matthei. 25. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Et super ignem concupiscentię qui datus est ei ad succendendum. Oseę septimo. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus a coquente. Super aquas autem non fertur, quia in corde ductili, & humili ac mansueto non moratur, sed ibi contribulatur. Psalmista dicente. Cõtribulasti capita draconum in aquis. Ibi quoq; submergitur. Exodi 15. Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehemẽtibus. Et ideo quia scriptum est. Sap. primo, quòd spiritus sanctus corripietur idest expelletur a superueniente iniquitate, idest superbia, quæ iniquitas proprie dicitur, idest inæqualitas. Nullus enim est magis inęqualis quàm superbus qui nullum vult habere ęqualem. Imo sicut dicit Plautus poeta. Natura superbi est minores despicere, maioribus inuidere, & ab ęqualibus dissentire. Debet vnusquisq; volens spiritum sanctum in se recipere & conseruare, a se effugare superbiam, & humilitatis floribus, & suauibus odoribus replere domum animæ suę secundum doctrinam Gregorij dicentis. Certe si domum nostrã qsq; diues ac prepotens amicus intraret, omni festinatione domus tota mundaretur, ne quidquam forte esset quod oculos amici intrantis offenderet, & cetera. Ad quam humilitatis virtutem hortamur tertio Christi exemplo qui discipulis suis inquit Matthei 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. In ipso.n. saluatore nostro quo ad humanitatem fuit amplior gratia spiritus sancti propter maiorem humilitatẽ. Itẽ exemplo Beatæ Virginis Mariæ & Ioã. Baptistę, qui quanto fuerunt humiliores, tãto maiori gratia spiritus sancti repleti fuerũt. Ideo autem discipuli Christi humiles fuere, quia virtutem hãc didicerant in scola humilis magistri sui. Vnde Actuũ 2. dici-

2. dicitur q erant sedentes idest humiles. Nam Apostoli tunc erant in oratione quæ non fit sedendo, sed genuflexo.

QVinto erant in oratione assidui. Sicut enim cupiens columbas nutrire & pullos eius habere in domo propria, præparat sibi domicilium, & electum. Alias columba non veniret, nec pullificaret ibi. Sic q volunt gratiã spiritus sancti p columbã figuratã, & eius fructus recipere, debent sibi mundũ animæ domicilium præparare vt possit in eo nidũ suũ quiete ponere, & ibi escas orationis & deuotionis appõnere quibus delectat. Alias ibi non habitaret. Et ideo de Apostolis dicitur Actuum 1. q erant perseuerantes in oratione, quam esse necessariã ad receptionẽ spiritus sancti ratio, auctoritas, & exemplũ. Rationis fundamentum naturale est q q per se nõ possunt, ad aures potentium preces fundunt. Nobis autem volentib' hospicium parare spiritui sancto insidiatur caro, mundus, & diabolus. Quibus resistere non valentes clamare debemus ad dominũ in oratione. Vnde Hiero. ad saluiniã ait: Semper in manibus tui diuina sit lectio & tã crebræ orationes vt omnium cogitationum sagitte quibus adolescentia percuti solet huiusmodi clipeo depellantur. Secundo ad hoc est auctoritas. Hiere. 33. vbi ait Deus. Clama ad me, & ego exaudiã te, & annũtiabo tibi grãdia quæ nescis. Et Paulus ad col. 1. inquit. Non cessamus pro vobis orantes & postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spirituali vt ambuletis digne Deo per omnia placentes, & in omni opere bono fructificantes, & cetera. Et de hoc gloriatur Salomon Sap. 7. di. Inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ. De hac autem conditione loquens saluator. Lucæ 11. ait de patre nostro cęlesti. Dabit spiritum bonum petentibus se. Ad ostendendum vero qui discipuli tũc erant in oratione erecti & eleuati receperunt spiritum sanctum in superiori cenaculo. Vnde glosa super Actuum 1. dicit. Qui spiritum sanctum desiderat carnis domicilium mentis contemplatione trãscendat. Tertio patet hoc exemplo eius qui emittit ex ore anhelitũ calidũ, & humidũ ac recentẽ, & postea attrahit aurã. Nã similiter emittentes orationes, calidas, deuotas, & feruentes attrahunt spiritum gratiæ refrigerãtẽ a febre peccati. Vnde Psal. 118. ait propheta. Os meum aperui & attraxi spiritum. Si autem nescis orare, disce ab eo qui reus est, & cõdemnatus ad suspendium ducitur ligatis manibus, quomodo iudicem precib' placare contendit. Apostoli igitur iudeorum persecutione perterriti, & propter magistri sui discessũ afflicti, memoresq; factæ promissionis, humo prostrati spiritum paraclitum venturum exorabãt. De quibus dicitur in hymno solemnitatis hodiernæ. Orantibus Apostolis Deũ venisse nuntiat. Et de hoc etiam habetur Actuum 4. cum dicitur. Cum orassent motus est locus vbi erant congregati, & repleti sunt omnes spiritu sancto. Et merito, libenter enim quilibet ad illud hospicium vadit ad quod inuitatur. Orationes vero sunt inuitationes vt spiritus sanctus ad nos mittatur Ioan. 14. Rogabo patrem meũ, & alium paraclitũ dabit vobis, & ideo ipse spiritus sanct' sic inuitatus libenter venit.

Apostoli erant fide armati q etiã ad spiritus sancti receptionem requiri ostenditur.

SExto fuerunt fide armati. Et hoc ideo quia futuri erant magistri, & doctores gentiũ quas fundare debebant in soliditate, fidei. Hoc autem fuisse necessarium probatur similiter ratione, auctoritate & exẽplo. Fundamẽtũ rationis ponit philosophus 1. posteri. di. Oportet addiscẽtem credere. Sed spiritus sanctus docturus erat discipulos Christi, vt dicit Ioan. 15. Ergo illi credere debuerunt docenti Scriptũ est. n. Iob. 32. Spiritus est in hominibus & inspiratio omnipotentis dat intelligentiã. Secundo ad hoc habetur auctoritas Apostoli ad Hebre. 11. vbi ait. Sine fide impossibile est placere Deo & ad Ephe. 1. In quo credentes signati estis spiritu promissionis sancto, & Ioã. 7. ait euangelista Hoc autem dixit de spiritu sancto quem accepturi erant credẽtes in eum. Tertio habemus exemplum illorum super quos venit spiritus sanct' propter eorum fidem quibus dictum est Actuum 18. Spiritum sanctum accepistis credentes.

Septimo

Charitate ĩ famari fuerant Apostoli, q ad spũs sancti receptionẽ requiri ostenditur.

SEptimo fuerunt Apostoli imflammati chsritate. Quod fieri debuisse probatur etiam ratione, auctoritate, & exẽplo. Fundamentum rationis ponit commentator super 2. de anima dicens. Inter locum & locatum debet esse proportio & conuenientia. Sed spiritus sanctꝰ qui est flamma amoris locari debeat in mentibus apostolorum. Ergo eorum corda tota flammea esse debebant. Auctoritatem autem huius ponit saluator. Ioãnis 14. dicens. Si diligitis me mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis spiritum veritatis & cętera. Ad idem quoq; est glosa super illud Actuum secundo tanquam ignis di. In igne spiritus sanctus venit, quia purgat, corda, vrit peccata, illuminat ignorantias, calefacit mentem, torporem ignauię excutit, incinerat per humilitatem, indurat per fortitudinẽ, se communicat per misericordiam, & sursum tendit per desiderium æternorum. Exemplum autem huius habemus quarti Regum 2. de Helia qui assumptus est in curru igneo, & sic translatus est in paradisum.

Multæ aliæ conditiones necessariæ ad receptionẽ spiritus sancti, quas & Apostoli habuerunt.

OCtauo requiritur ad receptionem spiritus sancti quòd cum Apostolis simus a simulationibus & malis cogitationibus alieni, quia Sap. 1. dicitur. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Ipse enim est spiritus veritatis vt dicitur Ioannis 16. Veritas autem cum duplicitate, & fictione stare nõ potest. Item quia carnalis concupiscentia facit hominem esse bestialem, & sine intellectu iuxta illud psalmistę comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Ideo spiritus diuinus q est spiritus sanctitatis. Ioannis 14. aufert se a cogitationibus immundis & carnalibus. Nono requiritur q simus in in pęnitentia austeri. Et ideo Actuum. 2. dicebat Petrus. Pęnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum, & accipietis donum spiritus sancti. Sed heu, quia hodiernis temporibꝰ multi sensuales credunt accipere spiritum sanctum cum tamen dixerit Beata Virgo Lucę 1. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Talibus paratior est mensa corporis, quàm mentis. Dapibus ventrem implent, & mente esuriunt. Feruet coquina, ⁊ mens alget. Bullit lebes, & anima frigida est. Propterea tanto hospite est indigna. Decimo requiritur q volens recipere spiritum sanctum sit attentus verbo Dei, & diligenter audiat illud. Scriptum est enim Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hec, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebãt verbum. Vndecimo requiritur quòd sit corde contritus de peccatis dicente Domino Isa. 66. Ad quem respiciam, nisi ad pauperem contritum spiritu, & trementem sermones meos? Duodecimo requiritur quòd sit patientia robustus. Nam Act. 12. scriptum est quòd excitauerunt iudei persecutionem in paulum & Barnabam & eiecerunt eos de finibus suis. Et illi cum discipulis suis replebantur gaudio & spiritu sancto. Tertiodecimo requiritur quòd sit castus volẽs recipere spiritum sanctum. Nam dicente Beata Virgine Lucæ primo. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Respondit Angelus. Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi. In luxuriosis ergo nõ residet, nec moratur spiritus sanctus, sed diabolicus. Vnde de anima luxuriosi dici potest illud Apoca. decimoseptimo. Facta est habitatio spiritus immundi. Quartodecimo requiritur quòd sit obediens mandatis Dei, & eius seruitijs deditus qui spiritum sanctum recipere cupit. Ait enim Deus. Iohel. secundo. Super seruos meos & ancillas meas in diebus illis effundam spiritum meum. Hę sunt quatuordecim cõditiones quas si habueritis, proculdobio accipietis spiritum sanctum. Quas quidem quilibet si vult faciliter potest habere. Quatuor enim sunt quæ de facili se diffundunt scilicet aer dum attrahitur, lux dũmodo fenestra aperiatur, aqua dummodo loca depressa inueniat. Et ignis dummodo materiam præparatam habeat. Et quia spiritus sanctus vt ex prædictis patet significatur per aerem, lucem, aquam & ignem. Ideo instar aeris se statim diffundit dummodo attrahatur desiderio cordis, sicut faciebat psalmista

dicens

dicens. Os meum aperui & attraxi spiritum. Item instar lucis dummodo aperiatur fenestra bonæ voluntatis. Apoc. 3. Ego sto ad hostium & pulso. Si quis mihi aperuerit ianuam intrabo ad illum & cenabo cum eo, & ipse mecum. Item instar aquæ dummodo inueniat cor depressum, idest humile, & mansuetum, Psalmista dicente Deo. Qui emittis fontes in conuallibus. Inter medium montium pertransibunt aquæ. Duo enim montes sunt duę species superbię. Vna nascens ex re spirituali, & alia ex re temporali. In medio quorum montium est vallis humilitatis per quàm transeût aquæ diuinæ gratiæ, & bonitatis. Itẽ instar ignis se diffundit spiritus sanctus dummodo inueniat ligna bonorum operum. Et secundum quantitatem lignorum, fit flamma, & augmentum incendiorum vt dicitur Eccleſia. 28. Econtra vero est si deficiant ista ligna, quia vt ait Hieronymus ad Furiam. Exundas flamma deficientibus alimentis paulatim emoritur. Quam flammam spiritus sancti rogo nobis omnibus mittere dignetur pater ille cęlestis qui cum filio suo & eodem spiritu sancto in seculum seculi viuit & regnat. Amen.

✠✠✠
✠✠
✠

FERIA

bus verbis videbimus duodecim signa q bus ostenditur magnitudo amoris Dei erga hominem, etiã peccatorem. Vt.n. ait Greg. in homilia pentecosten ex operis exhibitione probatur dilectio, & secũ dum auctorẽ in li. de causis, magnus effectus arguit magnitudinẽ suæ causę.

DE PRIMO SIGNO & beneficio quod dicitur creationis.

PRimũ signũ amoris diuini erga hominem licet peccatorem est beneficium creationis nullo quippe pcio emi posset vnus ex oculis, aut alijs mẽbris nostris, & multominus aliqua potentia animę que qdẽ omnia ex sua liberalitate, atq; mera dilectione Deus cõtulit peccatori, & cuilibet homini, de quo inqt Lactan. in 2. diui. insti. Deus veri patris officio functus est. Ipse corpus effinxit. Ipse animã quã spiramus infudit. Illius est totũ qcqd sumus, & Ber. i quodã sermone ait. Parũ ne tibi videt o homo? cogita qualẽ te fecit nempe secundum corpus egregiam creaturã, secũ dum animã magis imagini creatoris insignem, rationis participẽ, beatitudinis æternæ capacẽ, porro ambo sibi coherce re fecit artificio incõprehẽsibili, & sapiẽtia inuestigabili, nec hoc ante pmeruit q ante non fuit, nec spes retributionis fuit quoniã bonorũ nostrorũ non eget hęc ille. Ex qbus patet in mensã bonitas, & dilectio Dei creatione etiam illius quẽ puidebat debere sibi esse ingratũ, & inobedientem. De hoc autem beneficio ac de sequenti breuiter me expedior, qa sufficienter dixi supra sermone 5. parte 4.

DE SECVNDO SIGNO diuini amoris quod dicitur gubernationis.

PArum prodesset homini q creatus sit nisi in esse cõseruaretur, quod naturaliter appetit omnis creatura nedum rationalis, & intellectualis, sed etiã insensibilis, & brutalis, dicente philosopho 2. de anima, omne qnod est naturaliter appetit cõseruationem sui i esse, & Boetius 3. de cõso. Prosa. 11. inquit, omne animal naturaliter tueri vitã desiderat, mortẽ vero pnitiemq; deuitat. O igitur infelices peccatores, qs vos gubernat. Vos alit, pascit, sustentat & nutrit? Proculdubio est ille pater cęlestis benignus omniũ Dominus de quo dicitur Sap. 6. & ponitur di 8. c. quo iure. & extra de deci. c. tua nobis, Dñi est terra & plenitudo eius orbis terrarũ vniuersi q habitãt in eo, de quo etiã inqt Gre, in mora. Cito omnia in nihilũ tenderẽt, nisi manus cõditoris ea teneret. Hoc ãt beneficium ac amoris indiciũ cõsiderans Vgo de san. Victore inqt in li. de arra animę. Certe mihi videt cũ Dei miseratio nes circa me attẽdo, q si fas ẽ dicere quo dammõ nihil agat aliud Deus nisi vt meę saluti puideat. Et ita totũ ad custodiam meã occupatum eũ video quasi omnium oblitus sit, & mihi soli vacare velit, semper se præsente exhibet, semp se paratũ offert. Quocunq; verto me non deserit. Vbicunq; fuero non recedit. Quicquid egero semp assistit, hoc ille. Cõsidera ergo anima peccatrix quãta fecit tibi Deus, & cũ admiratione dici et illud Iob. 7. qd est homo qa magnificas, eũ aut filius hominis qa reputas eũ? & quare apponis erga eum cor tuũ? O benedicte Deus cur tãta beneficia sceleratis peccatoribus tibi inimicis quotidie pstas? idolatris? infidelibus, hęreticis, scismaticis, incantationibus, diuinis maleficijs, excõmunicatis, sacrilegis, pditoribus, seditiosis iracundis, homicidis, partialibus, crudelibus, detractoribus, murmuratoribus, biliguis? falsarijs, periuris, deceptoribus, mendacibus, auaris, raptoribus, latronibus vsurarijs, superbis, hypocritis, ambitiosis, vanaglorïosis, blasfemis, lusoribus, fornicatoribus, adulteris sodomitis, & alijs pessimis viris, ac mulieribus? tu im perasti terrę, vt sustineat illos, producatq; fructus, quibus viuere possint, iussisti Soli, lunæ, ac stellis vt suos exerceant motus ad illorum vtilitatẽ mandasti omnibus qui in cęlis, terrisq; reperiuntur vt istis perditis inimicis tuis deseruiãt ex quibus apparet infinita Dei charitas & beneuolentia erga peccatores.

DE TRIGESIMO SIGNO diui ni amoris quod dicitur associationis.

TErtiũ diuinę dilectionis inditium ac signum appellatur associationis.s. angelicæ custodię de qua diffuse tracta ui supra sermone 10. parte tertia ideo hic pertrãseo solum breuiter dico secundũ sententiã beati Bona. in 2. di. 11. ꝙ Angelus ad custodiã hominis deputatus nõ deserit eũ etiã in peccatis obstinatũ, cuiꝰ ratio est, qa pronior est bonus Angelus ad iuuandum quàm malꝰ ad perdendũ, sed malꝰ Angelus non derelinquit hominem etiã quãtũq; sanctũ vsq; ad mortẽ Vnde glosa quedam super Thobiæ 6. c. ait. Diabolus vsq; ad crucẽ sequutꝰ est Christũ, & Zacha. 3. dicitũ stabat Sathan a dextris Iesu sacerdotis magni.s. in cruce, vt aduersaretur ei ergo nec bonus Angelus derelinquit vsq; in finem hominẽ quãtũq; sceleratũ. Sed contra arguunt quidã ꝑ illud Hiere. 51. Curauimus Babilonem, & nõ est curata, dereliquamus eã. Vbi glo. ait. Medici sunt, Angeli quos a nobis repellimus dũ eorũ consilio non acquiescimus. Item ꝑ dictum Damasceni ĩ quodã sermone di. ꝙ antichristus carebit angelico præsidio de quo vide su. sermone 11. in exordio. respõdet bea. Bona. vbi sũ. ꝙ bonus Angelus nõ deserit etiã obstinatos quãtum ad eos retrahendũ a malo ne labantur in peius, quãtũ vero ad actũ boni peragendi eos deserit. videns ipsos taliter induratos, ꝙ eius custodia nõ iuuaret, sicut ẽt bonus medicus qui licet deserat infirmũ incurabilem quo ad danda remedia sanitatis, non cessat tamen prouidere ne labatur in peius, & cum hac determinatione transire videtur beatus Tho. in parte sũmę. q. 113. ar. 4. di. quòd sicut ꝑsciti & infideles & antechristus non priuanẽ interiori auxilio naturalis rationis ita ẽt nõ priuãtur exteriori auxilio toti humanę naturæ diuinitus concesso.s. angelicę custodię per quam, & si non iuuantur quantum ad hoc quòd vitam æternam bonis operibus mereantur, tamen ab aliquibus malis retrahuntur quibus, & sibi ipsis, & alijs nocere possunt, hęc ille, hanc etiã veritatem affirmat glo. super illud psalmistæ, Angelis suis Deus mandauit de te dist. custodes Angeli ab ortu vsq; ad exitum nunquam homines deserunt, non solum autem vnus Angelus datur homini pro illuminatione intellectꝰ & inflãmatione affectus, sed etiã omnes nouem chori Angelorum concurrunt in adiutorium hominũ etiã peccatorum ad hoc vt saluentur vnde Chriso. sũ ꝑ Mat. inquit. Nõ solus Angelus in auxiliũ humanæ salutis mittitur sed omnia agmina angelorum operatur ad salutẽ nostrã. Et idem ponit beatus Bona. in 2. di. 10. Ex quibus omnibus concluditur quantũ Deus valde amat peccatorem, cui tot ministros mittit quot sunt Angelr nouẽ ordinum. O igitur pectora dura, O ferreę mentes, o saxea & admantina corda peccatorum o extrema dementia, o pessima ingratitudo, o reproba durities obstinatorum in peccatis, qui spreto cęlo curant magis de miserijs terrenis, & vili pendunt sanctorum Angelorum bonas ĩspirationes, veh veh & iterum veh vobis o perditi peccatores, quoniã in morte vestra, & in vniuersali iudicio audituri estis tot voces clamantes, & vindictas quot Angelos in auxilium habuistis, reuertimini ergo ad patrem vestrum celestem qui vos tantopere diligit, quòd videns vos habere aduersariũ illum terribilem de quo dicitur Iob. 41. nõ est potetas super terram quę cõparetur ei, qui factus est vt nullum timeret, & Apoc. 13. quis similis bestię? & quis poterit pugnare cum ea? dedit vobis Angelorum præsidium, ac custodiam, ita vt dicere valeatis illud quarti Regum 6. plures sunt pro nobis quàm contra nos.

DE QVARTO SIGNO diuini amoris erga hominem peccatorem quod dicitur præpositionis.

QVartum signum amoris diuini erga peccatorem dicitur præpositionis. Tam vehementer. n. Deus peccatores diligit, quòd posito casu, quòd ab vno latere sint centũ mille personæ iustę & in gratia, & tamen presciti, ab alio autem latere sit vnum solꝰ pecca-

peccator in multis peccatis inuolut⁹, sed tamen respectu finis prædestinatus, magis profecto Deus hunc solũ peccatorem charipẽdit, q̃ simul diligat omnes supra dictos, quod ꝓbat̃ dist. Ricardi nostri in 3. di. 32. ar. 2. q. 2. in corpore. q. d. Cũ quærit̃ vtrum Deus magis diligat iustũ pręscitũ, q̃ peccatorem ꝓdestinatũ, respõdeo ꝙ quantũ ad intensionẽ actus diligendi nõ magis diligit vnũ q̃ aliũ, q̃a ille act⁹ nõ potest recipere magis, & min⁹ ratione tamen boni voliti plus diligit simpliciter peccatorẽ ꝓdistinatũ cui simpliciter optat mai⁹ bonũ. s. vitã ęternam, q̃ nõ optat omnib⁹ iustis ꝓscitis, vt nũc iñ magis diligit iustũ ꝓscitũ, q̃a vt nũc melior est peccatore ꝓdestinato, & ei vult maius bonũ. s. gratiæ gratũ facientis, hec Ric. Et cõfirmat̃ hec veritas ꝑ illud philosophicũ dictum. s. ꝙ sapiẽtis ꝓpriũ est magis cõsiderare finẽ rei, q̃ principiũ, idẽ dicitur ꝙ finis maxime est attẽdendus. l. deniq;. ff. de mi. & l. papirianus. §. meminisse. ff. de inof. testa. qua ex re cõcludit̃ ꝙ De⁹ prudentissim⁹ ac sapientissim⁹ videns peccatorẽ ꝓdestinatũ, finaliter futurũ amicũ suũ, & in amicitia perseueraturũ, ecõtra vero iustũ ꝓscitũ cognoscẽs a sua amicitia finaliter recessurũ, magis diligit ipsũ peccatorẽ ꝓdestinatũ, q̃ ipsũ iustũ ꝓscitum ab ipsa iustitia recessurũ, q̃bus cõsideratis animari debent peccatores ad pęnitentiã pagendã, & amorem Dei, qui eos tantum diligit, & opinari debent se de numero prædestinatorum esse, & per consequens ad deum per pęnitentiam conuerti.

DE QVINTO SIGNO diuini amoris quod dicitur supportationis.

QVam magna sit Dei charitas, & dilectio erga peccatores appere ret ex eius supportatione. s. n. perditi peccatores pro grauissimis peccatis; quibus Deum offenderent, pęnam mereantur infinitam ita quòd digni essent p iuari omnibus sensibus corporalibus, videlicet, auditu, visu, gustu, odoratu, tactu, ac motu. Similiter etiã spiritualibus videlicet intellectu, memoria, ratione, ac meritorio vsu liberi arbitrij, & effici sicut bestię. Item mererent̃ omnibus bonis temporalibus, ac tempore eis ad viuendũ cõcesso priuari, quia priuilegiũ meret̃ amittere, qui concessa sibi abutitur potestate c. vbi ista 74. di. & c. priuilegiũ 11. q. 3. & c. tuarũ & c. vt priuilegia de priui. mererent̃ quoq; in corpore, & anima demergi in profundũ inferni æternisq; supplicijs cruciari, & tamen misericors De⁹ rigorẽ iustitię suæ in eos nõ exercet, quinimo dissimulatẽ vltionẽ, lõgoq; tẽpore illos supportat. Si n. quęrat̃ quare ꝓ tantis peccatorũ facinoribus non aperit̃ terra deglutiens eos sicut fecit dathã, & abirõ, vt habet̃ nume. 16. respondet beatus Petrus 2. canonicę suæ 3. c. di. Dominus patienter agit nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiã reuerti, & Sapientiæ. 28. ait Salomon misereris omniũ Domine quoniã omnia potes, & dissimulas peccata hominũ ꝑꝑ pęnitentiã, sed veh obstinatis & induratis in peccato, quia tanto maiora supplicia expectant, quanto longiori tẽpore a deo fuerint supportati, ideo inq̃t Paulus ad Roma. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis? an ignoras quia benignitas Dei ad pęnitentiã te adducit? secundum duritiã autem tuam, & cor impeniteus thesaurizas tibi iram in die irę, & reuelationis iusti iudicij Dei, & Psalmo. 7. inquit Dauit. Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit, arcũ suũ tetendit, & parauit illum. Ex quo igitur o peccatores tanto vos tempore supportat De⁹ cognoscere potestis quantum vos diligat & ideo conari debetis totis visceribus cordis ad eũ redire per verã pęnitentiã.

Quare peccatorib⁹ nõ aperitur terra.

DE SEXTO SIGNO diuini amoris quod dicitur remissionis.

PRopono vobis causam peccatores, quidam seruus cuiusdam magni principis, pręcepta illius non solum superbe contempsit, sed etiam sigillum illius malitiose falsificauit, & eius hostes proditorie in regno ipsius introducere procurauit, & quod peius est illum veneno, seu gladio interficere, tentauit. Si princeps ipse hoc cognitio nul

 lam

lam de illo seruo vindictã faceret cũ tamen omnimodam facultatem haberet eũ puniendi, sed liberaliter omnem offensã ei supplicanti dimitteret, & vltra hoc ipsum in pristinã amicitiam recipere magnaq; illi dona tribueret, quid iudicandũ esset de tali Domino, ac principe? pfecto censeretur q maxima charitas, ac dilectio immensusq; amor illius Domini erga seruũ horũ causa fuisset. O igitur pessimi peccatores ecce q vos peccastis cõtra Deũ pricipem principũ ac regẽ regũ, & Dominũ dominorũ, quatuor grauissimas iniurias cõtra eũ fecistis 1.n. ei sacra iperia, & iusta pcepta supbe cõtẽpsistis, quod mai' ẽ q̃ oĩs trãsgressio facta cõtra oẽs principes mũdi, q̃a vt dicit 3 c. vergẽtis extra de here. lõge graui' est ęternã q̃ tẽporalẽ lędere maiestatẽ, & ad idẽ ẽ text' 17. q. 4. c. sicut q ecclesiã facit etiã ad hoc lex manicheos. C. de hęre. 2. falsificastis sigillũ nõ cereũ nõ plombeũ, sed luę sanctissime imaginis, & similitudinis, iuxta illud Tre. 4. denigrata ẽ super carbones facies eorũ, Tertio introduxistis hostes suos in regno eius quod est cor humanũ i quo p gratiã regnat & habitat. Io. 14. Propter quod saluator ait Mat. 11. de diabolo assũmit septẽ spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Quarto eũ interimere quãtũ in vobis fuit procurastis dicente Gre. in quoddã sermone Quid. n. ẽ peccatũ nisi venenum quodã. seu gladius quo interimitur pater, & filius, ac spiritus sanctus, licet tã grauiter, & multipliciter eũ offenderitis tamen cito & i instãti vobis oẽs iniurias remittit nõ tãtũ leues sed etiam graues, nõ solũ numero paucas, sed ẽt quasi infinitas, & innumerabiles, nõ tãtũ in paruo tempore sed etiã in lõgissimo contractores, de quo in c. talis de pęni. di. 3. ait Chriso. talis mihi crede ẽ erga homines Dei pietas, q nũq̃ spernit penitẽtiã si ei sincere ac simpliciter offerãt & si ad sũmũ qs peruenerit malorũ, & inde tamẽ velit reuerti ad Deũ & virtutis viã suscipit eũ libenter, & amplectitur De', hęc ille, & Aug in li. de pęni. sic dicit. Quęcũq; necessitas peccatorẽ ad pęnitẽtiã cogat neq; quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec enormitas sceleris, nec honore extremitas, si pura fuerit voluntatis mutatio excludit a venia, sed in amplissimos sinus suos mater virtutum charitas filios suos prodigos suscipit, reuertentes, & Hie. de pęni di. 1. c. qa diuinitatis ait. Si qs post lapsum omnium peccatorum ad pęnitentiam se cõuertit cito a misericorde iudice omniũ peccatorũ suorum veniam obtinebit.

HOc autẽ patuit in figura Lazari resuscitati, p quẽ peccatores significantur de quo dicitur Io. 11. q habebat faciẽ velatã, & man' ligatas, ac pedes, eratq; quatriduan' ac fętẽs in monumento. Vellatã qppe faciẽ peccator habet cũ nec Deũ quẽ offendit, nec pęnã q̃ incurrit, nec bona quæ pdit, cõsiderat, iuxta illud Psalmi. noluit intelligerẽ vt bene ageret. Ideo Isa. 6. dicit. Ex cęca cor populi hui', & aures ei' aggraua, ne forte oculis suis videãt, & corde suo intellegãt, & conuertãt & sanẽ eos & 59. eiusdẽ li. c. dicũt peccatores palpauimus sicut ceci parietem, & quasi absq; oculis attractauimus. Impegimus in meridie quasi in tenebris, & in caliginosis quasi mortui, & Tre. 4. scriptũ est errauerũt, ceci in plateis, polluti sunt sanguine, & de phariseis inq̃ Dñs Mat. 15. Cęci sũt & duces cęcorũ, ad Ephe. 4. dicit Pau. nõ ambuletis sicut gentes ambulant i vanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habentes intellectum alienati a via Dei p ignorantiã, quę est in illis propter, cęcitatem cordis ipsorũ. Secundo Lazar' ligatas habebat manus & pedes & similiter peccatores in omnibus bonis operib' sunt impediti, & ligati, iuxta illud Sap. 17. vna catena tenebsarũ omnes colligati erant, & ideo dicit Isa. 58. Si abstuleris de med io tui chatenã orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, & requiem dabit tibi Dominus Deus tuus semper, & replebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus & sicut fons aquarum cuius non deficient aquæ, Tertio Lazarus quatriduanus erat & peccator quatriduan' efficitur in consuetudinę peccati. Psalmo enim dies est delectatio peccati secundus consensus peccati. Tertius operatio peccati. Quartus vero consuetu-

Per Lazarũ resuscitatum significãtur peccatores.

do

do. Hic etiã est ille lapis qui suppositus Lazaro describitur. Vnde glosa super illo verbo, & lapis superpositus erat ei ait difficulter surgit, quem moles malæ consuetudinis premit. Quarto Lazar⁹ fœtens erat, quia peccata fœtet apud Deũ & sanctos iuxta illud Psalmistę disperierunt in endor, facti sunt stercus terræ, endor secundum glo. est fons delectationis carnalis, & merito facti sunt vt stercus terræ, quoniam carnalitatibus dediti nihil aliud quàm fœditatem carnalitatis perroducunt. Ideo Eccle. 9. dicitur. Omnis mulier fornicaria quasi stercº cõculcabitur in via, & de peccatore põt dici illud primi Macha. 2. Gloria est stercus, & vermis, hos tamẽ peccatores quãdiu sunt in mondo diligit Deus, vnde in supradicto Ioan. c. dicitur diligebat Dominus Lazarum. i. peccatorem per Lazarum figuratũ. Et ideo Augu. in 4. de trini. ait, diligis vt lachrymeris, & spiritu turberis. Ideo valida spes mihi in te ꝙ sanabis ęgrotum, viuificabis imperium, suscitabis mortuum, educẽs sepultum, & fętidum faciens redolentẽ, hęc ille. Amat autem Deus peccatores, & eis pęnitentibus indulget, ac illorum miseretur considerans fragilitatem humanæ cõditionis. Vnde Ioan. 6. dicebat saluator, misereor super turbã, qa ecce iã triduo sustinent me, nec habent qd manducent. Turba hęc peccatorum multitudinẽ significat. Triduũ hominis facultatẽ ostendit. s. velle scire, ac posse, quæ in miseris peccatoribus deficiunt nisi suppleat pietas creatoris, quo modo. n. miser peccator bonum facere vellet sciret ac posset, nisi diuina eũ pietas adiuuaret? nõ. n. volentis, aut currentis, sed miserentis est Dei, vt ait Paulus ad Roma. 9. quomodo autẽ in bonũ opus exiret cũ habebat ligatas manus ac pedes, certe eiº indiget auxilio q Isa. 41. inquit. Ego dominus apprehendens manum tuam ad cooperandum, ne timeas qa ego adiuuo te, quomodo insuper reuerti ad viã Dei sciret, cũ sit velatus facie nisi ab eo adiuuaretur, de quo Psalmo ait. Dominus illuminat cęcos. O igitur peccator ingrate, certe tu in veritate dicere poteris illud Psalmistę, nisi quia Dominus adiuuit me paulominus habitasset in inferno animá mea? Et iterum quomodo miseretur pater filiorum misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum recordatus est quoniam puluis sumus &c.

DE SEPTIMO SIGNO diuini amoris quod dicitur humiliationis.

PRO expeditione septimi signi diuinę dilectionis peto a vobis peccatores. Si filius magni regis humiliaret se ad contrahendum matrimonium cum vna paupercula, ac ignorabilissima, nunquid ex hoc censeretur quòd vehementissimo amore ardentissimaq; dilectione afficeretur, est clarum ꝙ sic. Sed certe incomparabiliter maior fuit amor, quo Dei filius, & cęlestis pater peccatores dilexit, dum idem filius Dei de voluntate patris tantum se humiliauit quòd vestem nostræ carnis passibilis & mortalis assumpsit, & cum ea indissolubile matrimonium contraxit, dicente apostolo ad Phil. 2. Fratres, hoc. n. sentite in vobis quod & in Christo, Iesu, q cum in forma Dei esset &c. Et sancta Mater Ecclesia decantat. Qui propter nos homines & propter naturam salutem descendit de cęlis, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria Virgine & homo factus est, ꝙ. n. Dei filius fuerit incarnatº propter amorem & salutem peccatorum patet per dictum Pauli 1. ad Thimo. 1. di. Christus Iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere, & Matthei. 9. ait Dominus, non veni vocare iustos, sed peccatores ad pęnitentiam. Maxima ergo fuit charitas filij Dei, & dilectionis eius euidens inditium quòd propter salutem peccatorum naturam vilẽ in suæ comparatione, atq; mortalem assumpsit, ob quàm causam non immerito omnes peccatores tenentur totis viribus, peccato relicto ad ipsum Dei filium confugere per amorem.

DE OCTAVO SIGNO Diuini amoris quod dicitur propagationis.

OCtauum signum diuinæ dilectionis erga peccatores appellatur propagationis. Nam Dei filius de peccatricibus mulieribus, videlicet Thamar, Ruth, Mobite, & Bersabeę, quę in genealogia sua memorantur Matthei. 1. Nasci voluit ad insinuandum amorem quo peccatoribus afficitur. Vnde Hiero. superdicto c. inquit. Notãdũ in genealogia saluatoris nullam sanctarũ assummi mulierũ, sed eas tantũ quas scriptura reprehendit, vt qui propter peccatores venerat de peccatoribus nascens omnium peccata deleret. Vnde & in consequentibus Roab meretrix, & Ruth moabitis ponitur & Bersabeæ vxor Vriç, hçe illæ. Aliter tamen sentit Nico. de Lira super hoc passu, quẽ breuitatis causa prætereo.

DE NONO SIGNO Diuini amoris. Quod dicitur conuiuationis.

SEcundum Philosophi sententiam 9. Ethi. amicitię signum apparet in amico in bonis colloquijs, cõuiuijs atq; operationibus bonis. Vt igitur Christus signum amicitiæ suæ peccatoribus ostenderet cum ipsis sæpe manducauit, propterea Matth. 9. dicebant scribæ & pharisei discipulis eius, quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester, quasi dicerent, deberet eos contemnere sicut facimus nos, de quibus prophetauit Psal. di. superbo oculo & insaciabili corde cum hoc non edebam quibus Dominus respondit, non est opus valentibus Medicus, sed male habentibus, non. n. ibat Christus ad conuiuia vt gulositati operã daret sicut multi hodiernis temporibus faciunt, sed vt bono exemplo suo, & verbi pabulo peccatores cõuerteret, & bonos meliores faceret. Vnde Ioan. 4. discipulis eum rogantibus vt manducaret, respondit Ego aliũ cibum habebo manducare, quem vos nescitis, aperte insinuans quòd cibus eius principaliter erat salus peccatorum, loquebatur. n. de Samaritana, & samaritanis quos conuertendos cernebat. Vocaturus etiam Ioannem ad cęlibatum, inuitatus ad nuptias interuenit ipse & Mater eius vna cum discipulis suis vt habetur Ioan. 2. & tunc vt dicit Hieronymus traxit Ioannem a nuptijs, & matrimonio ad virginitatem, seruandam. Similiter vocatus Mattheum publicanum ad apostolatũ voluit vt sibi cõuiuium præpararet in quo non nulli alij publicani, & peccatores fuere ut habetur Mat. 9. & pie creditur quòd ad pœnitentiã sint cõuersi. Zacheo quoq; conuertendo dixit Lucæ 19. Zacheæ festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere, & tunc cum eo manducauit, & conuersus est. Deniq; vt habetur. Luce 7. Magdalenam peccatricem in domo Symonis leprosi qui ad prandium Dominum inuitauerat simul cum ipso ad verũ ipsius amorem conuertit, ex qua familiari collocutione, & comestione cum peccatoribus patet quantum diligebat illorum salutem. Taceo quod nunc etiam peccatoribus pęnitentibus sacramẽtum sui preciosi corporis, & sanguis communicat. Vnde Ian. 6. dicit. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. s. animam, & corpus omnium bonorum, & peccatorum conuersorum reficiens in signum dilectionis.

DE DECIMO SIGNO diuini amoris quod dicitur vocationis.

DEcimũ signum diuinę dilectionis appellat vocationis. Nõ. n. cessat omnipotens Deus peccatores multipliciter ad pęnitentiã vocare. Primo inspirationibus. Vnde Ioan. 6. saluator inqt. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eũ. s. p inspirationẽ interiorẽ. Ideo Dauid Ps. 44. Audi filia & vide inclina aurẽ tuã. s. ad inspirationem diuinam & Ioan. 1. dicitur, quòd Deus illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundũ, ob hãc autem causam. Lucę 15. dicitur, quòd erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores vt audirent, eũ, nõ. n. ei appropinquare potuissent nisi sicut calamita eos ad se traxisset

xisset per intrinsecã inspirationẽ, & etiã per vocalem inuitationẽ. Vnde in cruce pendens, vocabat peccatores di. illud. Ioan. 19. Sitio.s. salutẽ peccatorũ, vnde etiam dicebat illud Matt. 11. Venite ad me omnes q laboratis.s. in peccatis, & onerati, estis in iniquitatibus, & ego reficiã vos.s. pane gratiæ meæ. Et propterea Ber. in sermone de passione ait. Ascẽdit Iesus Christus Dominus noster in altum crucis, vt ab omnibus videretur, voce magna clamauit vt ab omnibus audiretur, clamori lachrymas addidit, vt homo ei cõpateretur. Quia.n. ad eius clamorem non excitatur, ad eius vocem nõ cõpungitur, ad eius lachrymas non conteritur grauior est terra, durior petris, & fętidior ipso sepulchro, hęc ille. Ex quibus patet duritia peccatorum obstinatorũ in sceleribus suis, qui tam benigna voce saluatoris non commouentur ad pęnitentiam, & amorem ipsius.

DE VNDECIMO SIGNO diuini amoris quod dicitur susceptionis.

VNdecimũ signũ dilectionis diuinę appellatur susceptionis. Posito.n. casu quidã vilissimus homo ex merito alicuius maleficij sui omnino suspendendus esset ab aliquo iudice, vel Domino. Si filius alicuius magni regis, vt illum malefactorẽ a suspendio liberaret tria faceret, videlicet ꝙ funderet præces ad Dominũ, & iudicẽ. Itẽ post præces, cordiales funderet lachrymas, post lachrymas vero ipse pro eo patibulo suspendi eligeret, quid iudicaretis, peccatores de tali regis filio? Profecto diceretis ꝙ maxima fuerit eius dilectio, & amor erga malefactorem illũ crudeliter suspendendũ. Sed hęc tria, o ingrati, & indurati peccatores Christus æterni regis filius pro vobis fecit. Nam cum essetis æternaliter suspendẽdi in patibulo inferni ob demerita peccatorum a iustissimo iudice Deo patre cęlesti pijssimus Dominus noster Iesus Christus primo humiliter supplicauit eidem patri, vt vos ab ęternis pęnis liberaret, vnde Lucæ 23. ꝙ orauit dicens Pater dimitte illis.s. peccatoribus peccata sua, & Isa. 23. scriptũ est. Ipse multorũ peccata tulit, & pro transgressoribus rogauit, vt nõ perirent 2. præcibus suis pijssimas lachrymas & abundantissimas adiecit, nam fleuit amare in cruce pendens, ad hoc vt cęlestis pater peccatoribus indulgeret, de quo ad Hębreos 5. inquit Paulus, cũ clamore valido & lachrymis præces offerens exauditus est pro sua reuerẽtia. Tertio post præces, & lachrymas, etiam sanguinẽ fudit, & vitam perdidit, quia vt dicit ad Hębre. 9. sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorũ, & ideo saluator noster voluit nos sub sanguine redimere. Sed de hoc signo copiose dixi supra sermone 10. parte vltima circa finẽ. De quo quidem signo dilectionis loquens Ioan. Apostolus 1. ait. Ipse dilexit nos & lauit nos peccatis nostris in sanguine suo. Et ad cõfirmationẽ prædictorum est notãdũ ꝙ Deus ostendit nobis suũ amorẽ omni modo quo amor demõstrari potest, qui est quadruplex. Primo.n. ostenditur amor ꝑ verba, nã quando cor est plenum amore, tunc os abundat, & redundat in sermone Lucę. 6. Ex abundantia cordis os loquitur. Secundo per collata beneficia. Et istud est maius quàm primũ. Multi.n. bona verba dicerent q tamen de rebus suis nõ seruirẽt. Et ideo Gre. ait Probatio dilectionis exhibitio est operis. Tertio per obsequia personalia. Et istud adhuc est mai⁹. Nã multi de suis rebus seruirent, ac de sua substãtia, q tamẽ nõ seruirent de persona sicut fecit Iacob qui seruiuit labam auunculo suo de persona suo quatuordecim annis ꝑ Rachel & Lia vxorib⁹ habendis. Gen. 29. 4. ꝑ aduersa & istud ẽ vltimũ vltra quòd nõ inuenitur maius. Multi.n. darent personã suã ad seruiendum, q tamen nõ darent animã suam ad moriendũ ꝑ amico. Et ideo ait saluator Ioã. 15. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet vt animã suã ponat quis ꝑ amicis Hãc autẽ charitatem habebat Pau. dicẽs 2. ad Cor. 13. libentissime impendã & superimpẽdar egoipse ꝑ animabus vestris. Ista autẽ quatuor signa amoris Deus humano generi ostendit. Tempore.n. legis, & prophetarũ ostendit suũ amorem per verba quia tunc homini documenta dedit per quę ad vitam peruenire potuit

Leui. 28. Custodite leges meas atq; iudicia quę faciens homo viuet in eis, & Baruch. 4. dicitur. Beati sumus Israel, quia quę Deo placent manifesta sunt nobis. Deinde ostendit nobis amorem suũ per beneficia & hoc ante legem, in lege & post legem quia omni tempore beneficia sua dedit, temporalia, corporalia, & spiritualia, & promisit etiã dare cęlestia. Matth. 6. Nonne anima plus est q̃ esca, & corpus plus quã vestimentum? Quęrite ergo primũ regnũ Dei, & omnia adijcientur vobis. Nomine autẽ animæ intelligũtur bona spiritualia, & nomine regni bona celestia. Est ergo sensus. Nõ sitis soliciti quęrere nisi bona cęlestia, qa pater vellet q vult vobis dare bona cęlestia dabit bona spiritualia, & multo magis corporalia, & temporalia Qui.n. vult dare maiora, dabit & minora. Tãdẽ Christus ad nos venit in signũ amoris, quod est p obsequia personalia, quod signũ ostẽdit quãdo per triginta & tres annos personaliter humano generi deseruiuit infirmos curãdo, mortuos resuscitãdo, & dæmones effugãdo Apoc. 10. Qui per transiuit benefaciendo & sanãdo omnes oppressos a diabolo, quoniã Deus erat cũ illo. Vltimo autẽ ostẽdit signum amoris quod est per aduersa qa secundũ Ber. pro nobis passus est dura verba, duriora verbera & durissima crucis tormẽta. Quę quidem pertulit non solum pro amicis sed etiam pro inimicis ad Roma. 5. Cum adhuc inimici essemus Christus pro nobis mortuus est.

DE DVODECIMO SIGNO amoris diuini quod dicitur reputationis.

Dvodecimum & vltimum dilectionis diuinę iudicium appellatur reputationis. Cum.n. Christ⁹ Dei filius esset sanctus sanctorum Danielis 9. qui peccatum non fecit nec inuent⁹ est dol⁹ i ore ei⁹. Esaiæ 53. tñ ob amorẽ peccatorũ tanquam peccator, voluit reputari. Vnde vt habetur Ioan. 7. quidã dicebant quia bonus est alij autem non, sed seducit turbas. Item cum esset corã Pilato accusatus, dicerunt scribę & Pharisei. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum Ioan. 19. & vt magis hanc humilitatem in se ostenderet, & amorem erga peccatores, voluit in medio duorum latronum crucifigi, vt habetur Io. 19. quod quidem fecerunt iudei vt ostenderent ipsum nõ solum di gnũ morte cõmuni malafactorũ, sed grauiori tanquam esset princeps latronum. Ideo Mat. 27. dicitur. Tunc crucifixi sunt cũ eo duo latrones. Vnus a dextris & alius a sinistris. Taceo q in signũ dilectionis etiã libentissime præces peccatorum pęnitẽtium exaudit dum humiliter ei offeruntur. Vnde de pę. di. 1. c. Importuna Hiero. ait. Importuna in euangelio mulier Cananea tandem meruit, exaudiri, & clauso hostio cum seris media licet nocte ab amico panes amicus accepit. Deus etiam ipse qui nullius in terra superari viribus potest, publicani precibus vincitur, & superatur, & Luc. 11. saluator ait. Petite, & accipietis &c. obquam causam. Criso. inquit super di. c. petentis negligentia reprehenditur. Vbi de dantis misericordia non dubitatur. O igitur peccatores, eccequantum vos diligit Deus, qui tot signa amoris vobis ostendit. adeo q non solum de infimis, & mediocribus, sed de omni genere maximorũ peccatorũ ad æternam gloriam eligit, vt nullus peccator despeietur, seu de salute sua diffidat, sed magis studeat cum omni spe, & confidentia cor de contrito, & humiliato ad creatorem suum reddire, q autẽ multi magni peccatores ad æternam peruenerint & peruenturi sint gloriam ostendit saluator Mat 8. di. Amen dico vobis quòd multi s. magni peccatores Venient ab oriente s. in sua iuuentute per contritionem & occidente. i. sua senectute, & recũbent cum Habraam, Isaac, & Iacob, in regno cœlorum, & Mat. 21. dicebat pharisei. Amen dico vobis q publicani, & meretrices præcedent vos, in regno cęlorum. Præterea hoc patet exemplo, nam Petrũ qui cum negauit, principem apostolorum constituit, & vicarium suum fecit in terris cui & tradidit claues regni cœlorum Matt. 16. Nonne & Magdalene, quæ peccatrix fuit, & demoniaca vt habetur Marci vl. 1. Apparuit post resurrectionem suã nonne Paulus sęuissi

mus

mus psecutor Christi, & totius ecclesiæ, qui Stephanum lapidauit, & lapidari fecit conseruans vestimenta lapidantium illum, Actuum. 7. c. qui de seipso dicit 1. ad Thimo. 1. Blasphemus Christi & persequutor, & contumeliosus fui, ad apicẽ apostolatus assumpsit, & doctorem gentium fecit, & vsq; ad tertium cęlũ subleuauit. 2. ad Corin. 12. de quo ipse saluator ait. Actuum. 9. vas electionis est mihi iste. Nonne Matthæum publicanũ, & exactorem vectigalium & pedagiorum ad apostolatum recepit. Matth. 9. Nonne Dauid adulterum, proditorem, & homicidã, eximium prophetarum constituit? qui super senes. i. super alios ꝓphetas intellexit sicut ipse. Psal. 118. testatur dic. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Nonne Zacheum principem publicanorum raptorem, & bonorum aliorum fraudatorem propter quod Luc. 19. dicebat. Si quem defraudaui reddo quadruplum ad amorem suum recepit, & saluauit? di. hodie salus huic domui adeo facta est eo quod & ipse sit filius Habraæ. Nõne Ciprianum dæmonũ incantatorem, & magicam artem exercentem postmodũ pręsulem in ecclesia dignissimum fecit. Nõne tres magos reges ad se adorandũ ab oriente venire fecit, Matth. 2. Augustinum insuper Manicheum, & hæreticum lasciuum, & vanagloriosum ad prædicationem sancti Ambrosij ad se conuertit & magistrũ in ecclesia, atq; doctorem excellentissimũ fecit? Nonne publicanus in ecclesia orãs iustificari meruit? Luc. 18. Nonne Iulianus patricida per pœnitentiam sanctificatus est? Soror etiam Moysi Maria post quam lepra percussa est quia in Moysen murmurauerat, acta pœnitentia a peccato mundata est & pristinam gratiam prophetandi recepit? Aaron quoq; post confiatum vitulum in summum sacerdotem consecratus est, in c. si post ordinationem 50 di. Nec prætermittendum puto Bonifacium adulterum, & ebriosum, qui in momento per martyrium in cœlũ assumptus est, ex quibus exemplis apparet maxima benignitas saluatoris erga peccatores. Et ideo inquit Dauid. Psal. 112. Quis sicut dominus Deus noster qui in altis habitat & humilia respicit in cęlo, & in terra. Suscitans a terra inopẽ, & de stercore erigens pauperem. Vt colloeet eum cum principibus populi sui.

Exhortatio vt reuertã tur peccatore ad Deum per pœnitentiam.

Reuertimini igitur quæso, o peccatores ad Deum vestrum per pœnitentiam, & nolite timere quin saluemini. [Reuertimini dico ad patrem vestrum cęlestem, patrem pium, patrem dulcẽ, & suauem, patrem misericordiæ, & totius consolationis. Reuertimini ad sponsum vestrum Iesum, qui amore animarũ vestrarum attractus de cęlo descendit & tanq̃ sponsus procedens ad dilectam sponsam vadens ad vos venit, iuxta illud Psal. 18. tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Solet. n. sponsus ad suam charissimã sponsam pergens vestimentis indui colo ratis, caput quandoq; ornare sertis, rosasq; in manibus, aut flores portare verba quoq; attractiua dicere, ac bursam plenam pecunijs apertam ostendere, calciamenta etiam ornata deferre, inclinare insuper caput, ac salutare illam, & alia amoris signa facere. N igitur peccatores, ecce ꝙ sponsus vester Iesus ad amoris indicium voluit purpureo indui vestimento atq; coronam spineam in capite gestare. Ioan. 19. vbi dicitur. Exijt Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum, rosasq; vermilias cicatricum in manibus deferre, atq; dulcissima verba ad mollificandum corda obstinata proferre, & in signum liberalitatis, & largiratis latus apertũ ostẽdere, in pedibus quoq; pro calciamentis rubeis sanguinolenta vulnera sustinere, caput etiam suum in cruce vobis inclinare, manꝰ insuper suas in cruce extendendo vobis porrigere. Currite ergo ad illum, & tota cordis affectione illi adhærete, & amplexans crucifixum tuum anima peccatrix ad dominũ conuersa dic. Can. 2. dilectus meus mihi, & ego illi. Ipse enim te sponsam suam licet multis fornicationibus contaminatam non despiciet ad se reuertentẽ, quinimo benigne te suscipiẽs, dabit tibi in præsenti gratiam suam, & in futuro seculo gloriã sempiternam. Amen.

FERIA

FERIA III.
POST PENTECOSTEN
DE DVODECIM
EXCELLENTIIS
DIVINI AMORIS.
SERMO QVADRAGESIMVS, ET VLTIMVS.

EGO sum hostium, per me si quis introierit saluabitur Ioan. 10. & in euangelio occurrentis feriæ. Inquit saluator noster. Apocalip. 3. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, & probatum vt locuples fias, per aurum autem hic accipitur diuinus amor, cuius est vnica apotecha in toto mundo in qua venditur hæc preciosa mercantia ipsius diuini amoris, & vnus solus est venditor, scilicet Deus qui pro bono foro paratus est omnibus vendere. Licet enim istam preciosam margaritā diuinæ dilectionis deberet quilibet bonus negociator venditis vniuersis quæ habet, comparare. Matth. 13. Tamen De⁹ non requirit a nobis multum precium sed tantummodo cor purum, dicens. Prouer. 25. Fili præbe mihi cor tuum. Et si quis sit adeo pauper quòd nihil aliud habeat, pro nihilo paratus est dare. Isa. 55. Omnes sitientes venite ad aquas. Et qui non habetis aurum, vel argentum, venite, properate & emite. Si ergo quis istam aquam diuinæ charitatis non habet, culpa est ipsius non recipere volentis, non autem Dei offerentis. Si enim quis tibi offerat ciphum aquæ vel boni vini, & tu non velis os aperire, vel si porrigat rosam odoriferam, & nolis eam accipere, vel si sol ad fenestram irradiet, & nolis eam aperire, vel si quis ad hostium pulset vt tibi munera tribuat & non velis aperire, tua erit culpa, & non illius. Sic tibi imputabitur si hanc mercantiam amoris diuini tam gratiose tibi oblatā nolueris comparare. Qui vult ergo thesaurū istum acquirere, & recipere debet per sanctitatem animum suum præparare. Eccle. 2. Qui timent dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas, scilicet vt repleātur diuina gratia, & amore. Sicut autē ille qui os negligit aperire ad sumendum cibum, debet merito fame mori, ita qui a suadente mercatore amoris, hāc mercantiam negligit emere, æterna egestate iuste debet perire. Et ideo Deus inquit per psalmistam. Aperi os tuum & adimplebo illud. Per os enim impletur saccus tritico, & clibanus pane, huius autem præparationis figura habetur quarti Reg. 4. De muliere vidua quæ ad consilium Helisei multa vasa vacua accepit mutuo a vicinis. Et de modico oleo quod habebat in lecthto porrigentibus filijs suis vasa, illa infundebat oleum & implebantur vasa. Sed deficientibus vasis oleum nō amplius creuit, vt innuatur quòd deficiē te præparatione deficit gratia Dei, & amor eius infusus, qui ideo aurum denominatur, quia sicut aurum omnium thesaurorum, cunctarumq; rerum precium est, cum omnia hæc inferiora venalia precio auri extimentur, sic cuncti homi-

nes

nes cogitationes, sermones & operationes in Dei foro amoris precio extimantur, ac mensurantur. Non enim ponderat Deus opus solum, sed affectum, vt patet.14.q.5.c.si quid.& 22.q.5 c.qui periurare.& 24.q.1.c.odi.& 32.q.5.c.1.& di.42.c.quiescamus. Quanto igitur puriori, & feruentiori amore quicquam Deo beneplacitum facimus, tanto gratius redditur coram eo. Multum ergo est amor preciosus, qui in conspectu domini omnia preciosa facit, nec solum aurum est amor, sed quod mirabilius est aurea reddit quæcunq; contingit, plumbumq; in aurum preciosum conuertit, opera enim licet de genere bonorum sint, si absq; charitate fuerint, quasi plumbea, & nullius valoris sunt. Cum autem fuerint ex charitate, quasi aurea, & valde preciosa redduntur, propterea tertij Regum.6. dicit, quòd nihil erat in templo, quod non auro tegeretur, quia bona opera ex charitate facta quasi aurea sunt quibus anima iusti ornatur sicut scriptum est. Psal.44. Astitit regina a dexteris tuis in vestitu deaurato &c. Appellatur etiã amor Dei, aurum ignitum, quia sicut ignis accendit linguã, sic diuinus amor inflammat cor illius in quem ingreditur. Iste est ignis de quo inquit saluator. Lucæ.12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? dicitur quoq; aurum probatum, quia nihil adulterinæ commixtionis secum patitur verus amor. Sicut eñ aurum alchimicum non nisi sex potest sustinere decoctiones. In septima autem deficit, sic charitas ficta, sex fornaces sustinet, sed in septima alchimiæ falsitas patet, primus nanq; fornaceus ignis fit in corde, secundus fit in ore, tertius in opere, quartus in inimicorum dilectione, quintus in ipsorum subuentione, sextus in recta intentione, septimus in perseueranti continuatione, hic autem tactus probatur amor, quia si verus non est eua nescit. Ideo Matth.10 ait dominus. Qui perseuerauerit vsq; in finem saluus erit, aurum probatæ charitatis in se habuit, quo quidem auro mirum in modum diues efficitur. Ille enim cito ditatur, cui omnes mercantiæ, omnesq; venditiones, ac emptiones, cæteriq; contractus lucro si fiunt, diligentibus autem Deũ omnia cooperantur in bonum, ad Roma.8. Ideo in prædictis verbis subdit saluator, vt locuples fias, scilicet diuitiarum cęlestiũ. Amor enim diuinus est hostium, & introitus æternæ salutis de quo contéplabimur duodecim excellentias, prima dicetur impressionis, secunda processionis, tertia magnificationis, quarta apreciationis, quinta purgationis, sexta specificationis, septima facilitationis, octaua lætificationis, nona extensionis, decima deificationis, vndecima fortificationis, duodecima & vltima appellabitur certificationis. *Sermonis intentio, ac diuisio.*

DE PIRIMA DIVINI amoris excellentia quæ dicitur impressionis.

TAntæ dignitatis, ac excellentiæ, & nobilitatis, tantiq; priuilegij voluit diuina maiestas esse virtutem amoris, quòd omni creaturæ tã sensibili, quàm insensibili, tam rationabili, quàm irrationabili, tam damnatæ, quàm beatificatæ amorem impressit suæ bonitatis, nec aliqua reperitur creatura cuiuscunq; conditionis existat, siue in cœlo, siue in terra, siue in paradiso, siue in inferno quæ suo naturali instinctu non diligat bonitatem Dei creatoris sui, & quia bonum quanto vniuersalius, tanto est nobilius, atq; diuinius, primo Ethic. Hinc est quòd hac de causa amor excellentissimus dicitur, quòd autem amor ad diuinam bonitatem ex magna sui excellentia & prærogatiua vniuersaliter sit, & inueniatur in omni creatura probatur quadrupliciter, scilicet auctoritate, ratione, distinctione, & exemplo, primo auctoritate Dyonisij.4. c. de diui. no. di. Amor diuinus omnia creata ad amorem conuertit sui ipsius. Boetius in super Metro.6. quarti libri. de conso. ait. Hic est cunctis communis amor repetuntq; boni fine teneri, quia non aliter durare queant nisi conuerso rursus amore refluant causæ quæ dedit esse, & Philosophus.1. Ethi. dicit. Bonum vniuersale qđ est Deus naturaliter est diligibile, & Augustinus in quodam sermone inquit. Audistis in omni solemnitate quando legun tur, quoniam omnia diligunt Deum &c.

Secun-

Secundo idem probatur ratione conseruationis. Teste enim philosopho. 2. de anima. Omne quod est naturaliter desiderat conseruationem in sui esse, & causa illius agit quicquid operatur secundum naturam, vt dictum est sermone praecedenti parte secunda. Quo concesso, dico quòd cum omnis conseruatio creaturarum dependeat ab influxu primae causae vt ostensum est, vbi supra. Vnde Auicen. 6. suae Metha. dicit. Causatũ omne eget datore sui esse semper & incessanter quãdiu habet esse. Hinc est quòd propter talem conseruationem naturali instinctu eis innato omnes creaturae primam causam, & bonitatem Dei increatam suo modo diligere dicuntur. Tertio hoc probatur distinctione beati Tho. 2. 2. q. 26. articu. 7. & 1. 2. q. 3. di. Cum quaeritur vtrũ homo sine gratia gratum faciente, & similiter omnia creata suo modo in puris naturalibus diligere bonitatem Dei super omnia possint. Respondeo quòd sic. Nam homo in statu naturae integrae, & originalis iustitiae poterat operari virtute suae naturae omne quod naturale est absq; superaditione gratuiti doni licet non absq; auxilio generali Dei mouẽtis, diligere autem Deum est quoddam connaturale homini, & etiam cuilibet creaturae nõ solum rationali, sed etiam irrationali, & inanimatae secundũ modum amoris, qui vnicuiq; creaturae suo modo cõpetere potest, cuius ratio est, quia vnicuiq; rei naturale est quod appetat, & amet aliquid secundum quòd aptum natum est esse, vnumquodq; igitur mouetur prout natum aptum est moueri. 2. Phisi. Manifestum est autem quòd bonũ partis est propter bonum totius. Vnde etiam naturali appetitu, vel amore vnaquaeq; res particularis amat suum bonũ proprium propter bonum commune totius vniuersi quòd est Deus, propter q̃d dicit Diony. de diu. no. quòd Deus conuertit omnia ad amorem suũ, haec Tho. 4. idem probo similitudine quam ponit Salomon Eccle. 1. di. Oĩa flumina intrant mare, & mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant, qua similitudine patet quòd sicut omnia flumina redeunt ad mare, quod est causatiuum ipsorum, & a quo egrediuntur, sic omnes creaturae suo naturali instinctu, & non conuertuntur per amorem, & laudem ad suum creatorem a quo habuerunt esse, & a quo conseruantur, proinde Lucae. 4. similitudinarie dicitur, quòd omnis turba quaerebat Iesum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Si igitur omnes creaturae etiam insensibiles, & irrationales suo modo bonitatem Dei amant, ac laudant eiq; obtemperant, quanto magis Deum diligere debet, & timere rationalis creatura, ad imaginem, & similitudinẽ Dei facta? Sed audi quod mirabilius est, o tu ingrate peccator, qui plus mundum, & concubinam quàm Deum diligis. Ipsi enim maligni spiritus, & daemones, & insuper animae iam reprobatae, & damnatae Dei bonitatem diligunt, naturaliter loquendo, licet quidam contrarium probare voluerint tripliciter. Primo auctoritate Dei per os psalmistae di. retribuerunt mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea, & iterũ idem psalmista. inquit Deo superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper, & per eũdem ait dominus, odio iniquo oderunt me. Secundo hoc probãt ratione assimilationis. Ait enim philosophus in lib. de sen. & sen. Sicut se habet sensus ad sensibile, ita se habet intellectus ad intelligibile, sed clarum est teste Augustino in quodam sermone, & experientia, quòd oculis aegris odiosa est lux, quae sanis oculis delectabilis est vt dicit Eccle. 11. & palatu ęgro poena est cibus, qui sano dulcis est. Igitur a simili cum Deus sit lux increata, & spiritualis, iuxta illud Sap. 7. Candor est lucis aeternae, & Ioan. 8. dicit Dei filius. Ego sum lux mũdi, de quo etiam dicitur. Ioan. 1. Erat lux vera quae illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. Sequitur ex hoc quòd odio habeatur Dei bonitas a malignis spiritibus, & damnatis animabus omni charitate carentibus, propter quod Ioan. 3. dicit. Omnis qui male agit odit Lucem. 3. hoc probant effectu, teste enim auctore in libro de causis, ex effectibus causas cognoscimus cum igitur teste philosopho primo perihermenias. Voces sint notae earum quae sunt in animo passionum, propter quod saluator Matth. 12. dicit, ex abundantia cordis os loquitur, & ma-

Dãnati naturaliter bonitatẽ diuinã diligunt.

Argumenta pro negatiua.

& malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala, ex quo omnes præfati Deum iugiter blasphemant. Apoc. 16. Ergo apparet quod odio habeant eius bonitatem ex effectu. quòd autem damnati blasphemant Deum, & ex consequenti odio habeant declarat. b. Tho. 2. 2. q. 13. ar. 4. in cor. q.

Argumenta ad oppositum ex quibus veritas erit manifesta.

SED hijs argumentis non obstātibus dico quòd omnes dæmones, & damnati nullo pacto odio habere possunt bonitatem sui creatoris, quin potius eam naturali amore diligunt, etiam plusquam seipsos. Quam veritatem quadrupliciter probo. Primo auctoritate Augustini in quodā sermone dicentis, Deū nullus sōscientia odisse pōt, Deus est quē amat omne qđ amare pōt siue sciens, siue nesciens. Secundo hoc probo ratione cōtrarietatis. Ait enim philosophus secundo de cęlo, & mundo, & octauo Phi. Sicut oppositum in opposito, ita propositum in proposito, quod etiam notatur in l. si ex toto. ff. de lega. primo & in l. 3. si. ff. & l. quarta, & l. legata in fi. ff. de ad di. lega. quo concesso, clarum est quòd malum inquantum malum nunquam ab aliquo diligitur naturaliter, & ideo diabolus tanquam malus nunquam diligitur etiam a malis. Nam si interrogaretur aliquis homo malus verum diabolum diligat, respondebit cum omni vehementia, & execratione quod non, veruntamen diligendo vitia quorum ipse est occasio, per consequens diligit eū per imitationem veluti crudelē, & pernitiosum dūm, quod si sic est, ergo econtrario bonum inquantum bonū semper diligitur. Cū igit Deus sit optimū, & infinitū bonū ergo nō tantū ab Angelis, ac sanctis & virtuosis viris diligit, sed etiā ab ipsis spiritibus malignis, & reprobatis hominibus naturaliter amatur. Tertio hoc pbo distinctione. b. Tho. 2. 2. q. 34. ar. 1. dr. Cum quæritur vtrum Deus possit ab aliquo odio haberi etiā reprobato, & damnato, respondeo quod odiū est quidā motus appetitiuæ potentiæ quæ nō mouetur nisi ab aliquo obiecto apprehenso. Deus autem dupliciter appræhendi & cognosci pōt, vno modo secundū seipsum, vtputa cum per essentiam videtur, & cognoscitur, Alio modo per effectus suos, cum scilicet per visibilia inuisibilia Dei intellecta conspiciuntur vt dr ad Roma. 1. Deus autem per essentiam suam est ipsa bonitas etiam in abstracto, quam nullus etiam dæmon, vel malus homo odio habere potest, quia de ratione boni est quod naturaliter ametur, & ideo impossibile est quòd aliquis videns Deum per essentiam, eum odio habeat siue naturaliter, siue deliberatiue, ꝑpter quod Diony. 4. c. de di. no. dicit quod omnibus amabile est & diligibile primum bonum, & pulchrum quod est ipse Deus qui est infinita bonitas, & pulchritudo. Inquantum autem Deus cognoscitur, & intelligitur per effectus Dei sunt, qui non possunt vllo modo cōtrariari volūtati humanæ prout est esse, viuere atq; intelligere quod libet eni horum omnibus est naturaliter appetibile, & amabile. Vnde secundum quod Deus appræhenditur vt auctor horum effectuū, videlicet inquantum est creator, beneficator, veritas & huiusmodi non potest odio haberi ab aliquo naturaliter, sed potius diligitur. Sunt autem quidam effectus Dei qui repugnāt inordinatę volun tati humanæ per peccatum deprauatę sicut inflictio pęnæ, & cohertio peccatorū & huiusmodi, & secundum hanc considerationem potest Deus deliberatiue odio haberi tam a dæmonibus quàm ab alijs damnatis, hæc Tho. Ex qua distinctione patet responsio ad argumenta contraria.

QVarto hoc idem probo similitudine, quam sicut fur, & latro nullo modo odit iudicem inquantum est homo, quia hoc esset contra naturam quæ bonum naturaliter diligit, sed simpliciter illum odit inquantum est iudex, & tortor. sic diabolus Deum inquantum est creator, & gubernator creaturarum nullo pacto odit, sed diligit, sed solum eum odit cum cæteris damnatis inquantum est punitor superbiæ, & aliorum peccatorum suorum. Ecce ergo o deuoti christiani, quòd ille qui Deum non diligit deterior est inanimatis, brutisque & irrationabilibus animalibus, quinimo etiā dæmonibus, & dānatis, qui amplius non gau- *Similitudine idem probatur.*

gaudent libertate diligendi Deum ex charitate sicut ipse. Talis profecto contra naturam, & rationem facit, cum primus actus totius naturæ amor sit, dicēte Tho. in prima parte summæ.q.10. ar. 1. amor est primus actus voluntatis, & appetitus. Vnde omnes alij motus appetibilium præsupponunt amorem quasi primam rationem, nullus enim desiderat nisi bonum amatum, hæc ille de quo amore Dei loquens Ber. in lib. de diligendo Deum ait. Inexcusabilis est omnis etiam infidelis si non diligit dominum Deum suum toto corde, tota anima totaque virtute sua, clamat nanq; intus innata ei natura quòd ex toto illum diligere debeat, cui se totum debere non ignorat, & idem in quodam sermone iterum dicit, valde profecto a me amandus est Deus per quē sum, viuo, & sapio, dignus plane est morte æterna, qui te domine Iesu Christe recusat amare. Ad istum amorem nos inuitant exempla sanctorum de quibus Augustinus in libro de verbis domini ait, omne studium, omnisq; diligentia, ac solicitudo sanctorum, atq; sanctarum, qui vitam æternam adepti sunt in hac vita fuit vt Dei bonitatem, & vehementer diligerent, & humiliter sicut decet venerarentur.

DE SECVNDA EXCELLENTIA diuini amoris quæ dicitur processionis.

PRO meliori declaratione huius partis est sciendum primo quòd amor Dei immediate infunditur in anima ab ipso Deo, & procedit ab illo, secundo quòd amor Dei semper est cum Deo, tertio quòd amor Dei est directe pductiuus ad ipsum Deum. Primo igitur dico quòd amor Dei habet hoc priuilegium quòd immediate infunditur & procedit a Deo, quòd probatur primo aucto ritate Augustini in 15. de tri. di. amor est donum Dei excellentissimum, & sanctus Maximus in sermone vnius martyris dicit. Charitas hominis non est a seipso; sed salubriter donatur a Christo, Christus illam donauit martyribus suis, qui illam donauit fidelibus suis. Secundo idem probatur ratione creationis sic.

Amare Dei imediate infundi a Dei probatur.

Amor Dei infusus quo meritorie diligitur est quid creatum secundum theologos in primo di. 17. sed aliquid de nihilo creare solū potest Deus, vt probant theologi. in. 2. di. Ergo amorem charitatis solum Deus potest in anima infundere. Cū igitur Deus sit infinitæ dignitatis apparet quod amor ab eo infusus est etiam infinitæ dignitatis, & excellentiæ habito respectu ad causam a qua procedit.

COnfirmatur etiam prædicta veritas, scilicet quòd amor Dei non potest ab aliqua creatura procedere, sed solum a Deo. Nam qui non potest facere quòd minoris est difficultatis, non poterit etiā facere quod est difficilius. argumentum in. l. relegatorum. §. potest. ff. de interdic. & rele. l. cui pacto. ff. de seruis expor. & l. qui indignus. ff. de sena. facit ad hoc illa regula topica. Si non de quo magis, ergo nec de quo minus. 2. Topico. Qui enim non potest dare denariorum multo minus poterit dare ducatum, sed nulla creatura postea a seipsa formare, vel vnam bonam cogitationem sine Deo. 2. ad Corin. 3. Ergo nec nos, nec aliqua creatura potest in nos formare habitum amoris diuini gratum facientis. Tertio hoc idē probo distinctione. Nam Alexander de Ales in 2. parte summæ di. 34. q. 29. & Tho. 2. 2. q. 26. ar. 7. Et sanctus Bonauentura in primo di. 17. ar. 1. q. 3. Item Vgo de sancto Victore in libello simul incipit. Accipe frater carissime simul concorditer dicunt quòd quinq; sunt species diuersi amoris diuini. primus amor est naturalis de quo amatur a qualibet creatura; vt supra dictum. Sed iste amor cum simpliciter procedat ab ipsa natura non infunditur a deo nisi habito respectu ad creationem creaturarum cum quibus simul concreatur. Qui amor quia non est electiuus, non est virtuosus, nec meritorius, quia virtus est habitus electiuus. 2. Ethi. Et ideo sicut ignis cogitur dare calorem; sic nam omnium creaturarū suo modo & naturali instinctu cogitur amare creatorem suum. Et iccirco. 2. Ethi. Philosophus dicit quòd necessitas non meretur laudem, nec vituperium, secundus amor dicitur rationalis. Cum enim philosophi per rationes acquisitas Deū spi-

Alia ratio est alia.

spiritualiter cognouerint prout inquit Magister in primo di.3.c.1.sequendo sen tentiam Aug. libro de ciui. Dei. Nam arguebat [illegible] est reperire effectum, & motum, est necessario reperire causam ef fectiuam, & motricem quæ est Deus. Et ex hac cognitione diligebant Deum spon tanea, ac deliberatiua voluntate. Et talis dilectio nobilior est naturali, & vniuersa li. Sed hac dilectione potest Deus diligi a multis sapientibus sine mundo, vt vt philosophis legistis. canonistis. Astro logis. Poetis. oratoribus. theologis, & huiusmodi alijs etiam in mortali pecca to existentibus quorum amor nō est me ritorius quia simpliciter Deum amant, vt creatorem, & causam causarum, sed non vt redemptorem, & glorificatorem. Et de talibus antiquis philosophis & sa pientibus ait Sanctus Bonauentura in se cundo di.23. & Ricar. in 4.di.49.ar.2.q. 5. quòd licet Deum in vniuersali & ratio nabiliter cognoscerent, & intelligerent ta men in particulari eum contemnebant præponendo amorem creaturæ amori sui creatoris. Dicente psalmista. Incras satus est dilectus, & recalcitrauit. Et Isa. 5. dicitur. Vhe qui sapientes estis in ocu lis vestris &c. Talis amor rationalis & si fit a Deo tamen non infunditur ab ipso, sed magis per proprium intellectum ac quiritur. Et ideo non potest esse meri torius vitæ æternæ.

Amor acq situs nō est imediate a Deo, sed ab actuum fre quentatio ne

TErtius amor dicitur acquisitus, & nō procedit naturaliter nec per rationē supradictam, sed simpliciter per quandā frequentationem aliquorum bonorum operum moralium. Et de tali amore re præhendebat Ber. in quodam sermone quosdam monachos quos cernebat pro suis operibus inaniter se laudare, & ex tollere sicut faciebat pharriseos. Lucæ.18. Nam asserebat se Deum fortiter diligere propter multitudinem orationū, & elee mosynarum & huiusmodi. Et quòd talis amor acquiratur per opera & non infun datur a Deo. testatur philosophus.2. Ethi corum dicens. Multum differt assuesci sic. Quicunq; enim assuetus fuerit in vi tio vitiosus erit. Et quicunq; in virtute virtuosus. Et 10. Ethicorum iterum di cit. Bonos nos fieri quidam existimant hij quidem a natura hij, a consuetud in e hij vero a doctrina. Ex quibus patet quòd ex quadam bonorum operum continua tione cōtrahitur quidā acquisitus amor & dilectio inter hominem & Deum. Sed talis amor cū habeat pro motiuo & obie cto consuetudinem operādi, & non Deū proprie non est meritorius æternæ salu tis. Vnde Augustinus in lib. de laude cha ritatis, inquit. Nam numerositas operū, non diuturnitas temporum, sed maior amor, scilicet infusus, & charitas auget meritum. Quartus amor dicitur merce narius qui procedit ex consideratione be neficiorum Dei, & retributionis eius. Qui etiam non est sufficiens ad salutem, quia vt dicitur.9. Ethicorum. Amare est velle bone alicuius ipsius gratia. Ex quo igitur talis amor principaliter non respi cit bonitatem Dei diligendam sed po tius beneficia & dona ipsius sequitur q non est verus, nec meritorius ad salutem. Nam & canes, & asini hoc amore diligu benefactores suos. Proinde.8. Ethicorum ait idem philosophus. Amicis existenti bus propter bonum vtile, & delectabile. cessantibus hijs cessat amicitia. Tales vtuntur Deo, & non fruuntur, & fruun tur rebus quibus debent vti. Propter qd inquit Aug. lib 83. quæsti. Summa per uersitas est. vti fruendis, hoc est amare Deum veluti creaturam, & frui vtendis, idest amare creaturas sicut Deum. Talium amantium Deum amore mercena rio inueniuntur multi in quorum perso na ait Dauid. Psal.118. Inclinaui cor meū ad faciendas iustificationes tuas in æter num propter retributionem. Et ideo in quit Bernar. in lib. de diligendo Deo. Et si sine præmio Deo seruiri non possit, ta men sine intuitu præmij seruiendum est.

De amore gratuitio, seu infuso, & qūo est meritorius.

QVintus amor dicitur gratuitus, qui immediate a Deo animæ infundi tur. & ideo appellatur infusus, & facit q homo voluntate gratuita, & liberali dili git bonitatem. Sapientiam, iustitiam, po tentiam, & clementiā sui creatoris. Qua propter est valde laudabilis, & meritori bus quia finem habet principalem incō mutabile. Vnde dicit beatus Tho.2.2. q. 24.ar.2. quòd talis amor gratuitus, & in fusus simpliciter est verus, quia fundat

super

super communione bonorum supernaturalium, scilicet fine dona gratuita. Et 2.2.q.3.iterum ait. Charitas fine infusus amor diligit Deum propter bonitatem suam super omnia eminentius, quàm natura, & omnis alia dilectio. Ex quibus patet quòd iste amor infusus cum procedat a nobilissima causa, & infinita quæ est Deus, est indicibilis dignitatis, & meriti.

Amorē infusum semper concomitatur spiritus sanctus.

SEcundo principaliter dico quòd amor Dei infusus semper est cum Deo, seu semper est vnitus cū spiritu sancto. Nā amorem infusum semper comitatur spiritus sanctus tanquam sui singulare donum. Ita quòd vbi est amor infusus ibi est semper spiritus sanctus per vinculum amoris. O dulcis societas. O suauissima amicitia. O iocundissima fraternitas. Nam amor iste infusus est sicut quędam calamita. Sicut enim illa naturali virtute sua trahit ad se ferrum, & ipsum sibi coniungit. Sic amor Dei trahit sua virtute per gratiam personam spiritus sancti in anima rationali. Imo vt immediate dicetur totam sanctissimam trinitatem. Dic mihi o anima deuota si aliquis illustrissimus duxit. Rex vel Imperator aut summus Pontifex personaliter sua benignitate descēderet in domum tuam, & tecum etiam tantum semel in eadem mensa & conuiuio comederet. Nunquid summe lætareris? & te reputares ab illo recepisse maximum donum, & gratiam? Certum est quòd sic. Imo totiens gauderes quotiens de tanta humilitate, & clementia illius recordareris. Sed profecto o fidelis anima amor Dei maius donum tibi tribuit dum facit personaliter habitare in te per gratiam personam spiritus sancti quæ non est mortalis, aut corruptibilis sicut omnes supradicti. Sed omnino incorruptibilis, & immortalis, & in infinitum excedens omnes mundanas dignitates, quòd autem vbicunq; est amor Dei infusus ibi simul semper sit per gratiam persona spiritus sancti sicut etiam inseparabilis est fragrancia, & odoriferis odora rosis vel alijs floribus. dupliciter probo. Primo auctoritate Augu. super Psal. 149.di. Sic familiaris est Deo amor & charitas vt ipse mansionem habere no lit vbi charitas non fuerit. Vbi autem amor est, & charitas, ibi simul semper Deus est. Et 1.Ioan.4. dicitur. Deus charitas est, & q manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. Et Gregorius super Canticam & ponitur a Magistro sententiarum in 1.di.37.ait Licet Deus com muni modo omnibus rebus insit pœnitentia, potentia atq; substantia, tamen familiari modo, Dicitur inesse per gratiā in illis qui munificentiam operum Dei acutius, & fideliter considerant.

Aliter hoc idem quod superius probatur.

SEcundo hoc probo distinctione sancti Bonauenturæ, & Ricardi in 1.q.14.ar. 2.q.1.in cor.q. di. Cum quæritur vtrum descendat spiritus sanctus personaliter in anima vt Donum. Respondeo quòd descēsio spiritus, scilicet in animabus humanis duplex est vna per simplicem pęnitentiam, alia vero per pœnitentiam, & possessionem, seu fruitionem. Primo modo spiritus sanctus seu amor spiritus sancti est præsens omnibus & est in omnib^9 rebus creatis. Secundo modo non est in omnibus sed solum in iustis personis. Nam vere & proprie talibus datur spiritus sanctus fine, & personaliter. Qua acceptione creatura habet facultatem ad fruendum eo quod prius non habebat. Hanc autem facultatem habet creatura rationalis per amorem, & charitatem. Et ideo cum sibi datur donum amoris, & charitatis sibi etiam vere dicitur dari ꝑsona spiritus sancti. Et quamuis ante istud donum esset in anima persona spiritus sancti per essentiam. Quia vbiq; est, tamen ipsa creatura non habebat facultatem ad fruendum eo. Sicut si homo pauper haberet in domo sua magnam quantitatem pecuniæ alicuius diuitis non ꝓpter hoc diceremus quod haberet illam pecuniam vt rem suam. Vnde non obstante quòd illa pecunia potens esset in domo pauperis posset sibi dari de nouo a diuite ex sua liberalitate. Quo facto nō tantum haberet eam vt rem per solā pęnitentiam in domo sed etiam haberet eā vt rem suam, ita quòd posset eam expendere ad libitum. Ita a simili aliqualiter dicendum est quòd quamuis spiritus sanctus sit semper præsens per essentiam omni rei imo tā peccatori quàm iusto, quia

tamen

tamen peccator non habet facultatem ad fruendū eo. Ideo nō obstante illa pęnitentia potest a Deo sibi vere dari psona spiritus sancti & datur omnino cū creaturæ rationali donū charitatis, seu amoris infunditur, hęc Ric. & Bonauen. Sed ꝙ nō solum persona spiritus sancti sed tota Trinitas descendat in animā propter donum amoris infusi probatur Ioan. 14. nam Christus inquit. Si quis diligit me diligetur a patre meo, & ad eū veniem⁹ & mansionem apud eū faciemus. O igitur amor inextimabilis. O charitas incōparabilis. O immensa dilectio sanctissimæ trinitatis, quę in creatura seu inhabitacu lo tā vili, & arcto nō dedignatur simul descendere cū amore infuso & Familiariter habitare. Opera.n. sanctissimę trinitatis, licet ab intra sint diuisa. Quia alia est operatio patris dū generat filiū. Alia est operatio filij dū a patre generatur. Alia ē operatio spiritus sancti dū ab vtroq; spiratur, & procedit. Ab extra tamen vt in creatione rerū & homini sunt indiuisa. Vnde Leo Papa in sermone Pente. ait. Beatæ Trinitatis incommutabilis deitas vna est in subiecto, indiuisa in opere, eō iois in voluntate. Par in omnipotentia, & equalis in gloria, hęc ille.

Amor Dei infusus est directe pductiuus ad ipsum Deū, p effectu, et p effectū.

Tertio principaliter dico ꝙ amor Dei infusus est directe perductiuus ad ipsum Deum, & hoc dupliciter 1. in hoc mundo per affectum & desideriū, quod patet exēplo Dauid q ait Psal. 41. Quēadmodum desiderat ceruus ad aquarū &c. Et Psalmo. 122. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cęlis. Patuit etiam hoc in Paulo qui ait ad Philip. 3. Quæ retro sunt obliuiscens ad ea quæ sunt priora extendo meipsum, & ad destinatum persequor brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Et infra addit Nostra autem conuersatio in cęlis est scilicet per affectum & desiderium. Secundo amor Dei est perductiuus ad Deum post mortem per effectum, & desiderij consumationem pro eo quod anima hinc recedens cū perfecto amore Dei in momento trahitur ab ipso amore ante cōspectū sui creatoris seu diuinæ maiestatis, quod probatur primo Auctoritate Augustini. li. 13. cōfessionū di. Sicut corpora grauia suo pondere trahuntur ad terræ centrū sic anima amoris pondere fertur ad Deum. Amor enim meus pondus meum eo feror quocunq; feror. Et idem in octauu. de Trinita. ait Amor est quasi iunctura quedam duo aliqua simul copulans, vel copulare appetens. Et Gregorio. super Ezechi. inquit. Inquantum quis amat in tantū ad ingressum regni appropinquat. Inquantum vero amare neglıgit in tantum ingredi recusat, quia non studet amare quod appetit. Secundo hoc idem probo exemplo. Nam legitur in cronicis ordinis nostri quòd semel in loco montis apud Perusium existente Bona. qui erat generalis ordinis. Interrogauit eū b. Egidius. Nūquid Ignari literarū & omnis sapiētię acquisitæ possent saluari, Cui ille respondit. Scias pro certo frater Carissime ꝙ si Deus nullā aliā scientiam, aut gratiam daret homini nisi tantū ꝙ eum diligeret hoc solū sibi sufficeret ad salutem, & vitā æternā acquirēdā intantum quòd homo simplex & idiota tam feruenter posset Deum diligere ꝙ excederet in gloria cęlesti multos theologos & maximos legistas. Canonistas & philosophos, et si esset vna vetula paupercula. Tunc b. Egidius extra se rapt⁹ confestim cępit cū magno cordis iubilo per hortū discurrēs, cātare, & dicere. O vetula simplex & idiota. O religiose, & mūdane gaude, & lętare, qa si toto corde diligis Deū creatorē tuū et sine alia sciētia poteris esse fęlicior multis theologis, & sapientibus. Amor enim Dei ad æterni patris pręsentiam hominem perducit.

DE TERTIA EXCELLENTIA DIUINI AMORIS QUĘ DICITUR MAGNIFICATIONIS.

Propono vobis hanc verissimā conclusionē ꝙ amor Dei excedit omnia dona Dei, corporalia, ac spiritualia. Quę quidem veritas satis patet ex dictis supra sermone. quinto

parte prima tamen etiam hic aliqualiter declaratur primo auctoritate Augustini quem recitat Magister in 3. di. 23. Respice ad omnia munera Dei, & militantis ecclesiæ, & vniuersis excellentius charitatis, & amoris munus cognoscens. Quia sicut oleum omnes exuperat liquores. Sic amor Dei & charitas præest omnibus Dei donis. Et Ber. in quodam sermone ait sola est charitas Dei quæ in regno virtutum noscitur tenere principatum. Et Chrisosto. super Matthæum dicit, nihil est præclarius apud Deum, & nihil amabilius eo qui diligit eum. Item Damascenus lib. 4. inquit. Quanto Angelus per naturam homine præstantior est, tanto amor Dei cæteris virtutibus, & donis honorabilior est Hiero. etiam in quadam epistola ait. Charitas Dei est vestis regalis qua quisquis indutus erit apud Deũ eminentior esse censet. Secundo idem probatur ratione ordinationis: Teste.n. philosopho.2. Ethi. & 3. Topico. ordinata ad aliquid sunt rationabiliter minus nobilia illo patet hæc veritas. Nã posito ꝙ hic esset ab vno latere vnus dominus. Ab alio autem innumerabiles serui sibi subiecti. Si quæreretur quis nobilior esset an dominus an serui illi. Respõderetur ꝙ dñs solus pro eo ꝙ oẽs serui ordinantur ad obiectum ipsius dñi, & non econuerso. Quo concesso. Si quæratur quo fine, seu ordine Deus cõtéat diuersimode alicui dona corporalia, temporalia, & spiritualia certũ est ꝙ hoc fine tantum vt recipiens illa dona Deum toto corde diligat. Vt.n. ait Apostolus.1. ad Thi 1 Finis præcepti est charitas de corde puro &c. Ergo nobilior est amor Dei infinitis thesauris, scientijs, dignitatibus & cæteris quibuscunq; donis corporalibus, temporalibus & spiritualibus. Et ideo s. Bona. in 1. di. 38. in quæstionibus circa litteram. q. 3. dicit ꝙ amor Dei est nobilior omnibus virtutibus & donis cũ cæteræ virtutes & dona ordinat tanq̃ ancillæ ad seruitiũ amoris, & charitatis.

Similitudine idem ꝓbatur.

SEcundo hoc probo similitudine, posito.n. casu, ꝙ aliquis magnus princeps. Rex seu imperator fecisset fieri in curia sua suis curialibus, & seruis pulchra & varia vestimenta preciosa, pro se vero fieri fecisset pulcherrimam & preciosissimam vestem gemmis, & omni alio ornamento ornatissimam. Si largiretur, & donaret illam cuidam suo curiali, vel cubiculario siue secretario. Nonne ex hoc cognosceretur immensam fuisse liberalitatem in principe donante, & insuper fuisse magnam fidelitatem, atq; virtutẽ in suscipiente tam preciosum donum? A simili ergo dicendum est de anima in se habente amorem, & charitatem Dei. Cũ enim ipse Deus qui est rex regum, & dñs dominantium essentialiter sit ipsa Charitas vt supra dictum est. Bene concluditur ꝙ quando infundit animæ amorem suum, nihil maius ei impendere potest. Hoc.n. amoris vestimento ornauit Deus omnem cælestem curiam. omnes.s. Angelos, & sanctos, sine quo indumento nemo põt regnum Dei introire, sed ab illo excludi meretur Matthæi.22. Sicut.n. nullum est maius Dei donum dono amoris & charitatis, nihilq; est illi carius, sic nulla maior potest toti trinitati fieri iniuria quam auferre a Deo amorem sibi debitũ & impendere creaturæ sicut multi hodiernis tẽporibus faciunt offerentes amorem suum meretricibus, lenonibus, alijsque creaturis quem ipsi creatori suo impendere deberent.

DE QVARTA EXCELLENtia diuini amoris quæ dicitur appræciationis.

QVia de hac excellentia & de alijs sequentibus aliqua tetigi supra sermone.5. parte.2. & 3. Ideo breuius hic me expediam de singulis pro declaratione autem huius partis dico ꝙ experientia teste tãto res dicitur nobilior, & carior quanto est maioris prætij & extimationis, & ecõtra de vilitate est dicendum. Ex quo patet excellentia diuini amoris qui est inextimabilis & incomparabiliter excedens precium, & valorem omnium aliarũ rerũ. Sed vt hoc melius cognoscatẽ, est sciendũ ꝙ triplex est valor maximus & preciũ diuini amoris. Primus dr̃ spũalis. Tanti.n. valoris atq; precij, & bonitatis & extimationis est diuinus amor ꝙ solus actus, sola cogitatio cũ cõsensu, solũ verbũ, solaq; operatio cũ amore Dei facta,

De triplici pretio diuini amoris.

cta, sunt de cōdigno meritoria vitæ æternę atq; infinitę fęlicitatis, qđ ꝓbatur.t. auctoritate glosę super illud ad Ro.8. Diligentibus Deū oīa cooperātur in bonū, q̄ aie. Tantæ virtutis est Dei dilectio, & amor q̄ qdquid cogitat, qcquid loquit, quicqd facit & quicqd operat videlicet ad æternā vitā. Et Aug. ibidem dicit. Oēs actus, q eliciunt a charitate meritorij sūt æternæ vitæ. Scđo hoc idē probo rōne cōiunctionis. Vt.n. inqt philosophus in lib. de cœlo, & mundo. Qui habet substantiā alicuius rei habet & proprietatē. Nā qui habet pomū, aut florem habet & eius fragrantiā, & qui habet ignē habet, & eius calorē. Sed vt supra ꝓbatū est, q habet amorem Dei, habet simul, & spiritum sanctū. Cum ergo ipse spiritus sanctus sit infinitæ virtutis, sequit q̄ ꝑpter talem coniūctionem dat meritū infinitū cuilibet verbo, cuilibet consensui, & cuilibet operationi factæ cum amore Dei. Et ideo licet opera nostri liberi arbitrij de se sint finita. Si tn̄ fuerint coniuncta cum Dei amore, & cōsequenter cum spiritū sancto dicunt esse meriti infiniti nō ratione actus, sed ratione coniuncti. Oīs.n. denominatio fit a nobiliori, vt inquit Arist.9.Ethi. Et quando effectus dependet a duabus causis videlicet prima, & secunda naturaliter attribuitur primæ. Sicut figura vel pictura facta ex arte magistri mediante penello seu stampa attribuitur magistro, & non stampæ, vel penello.

Idem quod superius ēt probatur.

TErtio hoc idem probo distinctione. Sicut.n. elicitur a b.Tho.2.2.q.24.ar.6. Triplex potest esse actus amoris, vel charitatis videlicet remissus, vniformis, & feruens. Primus actus dicitur remissus siue tepidus cum quis existens in amore Dei facit aliquod bonum opus cum nota bilē pigritia, & tepiditate, & tūc ille act⁹ non auget amorem Dei in anima nec disponit ad recipiendum maiorem amorē. Qui immo magis disponit ad diminutionem amoris Dei, & tandē ad omnimodā perditionem. Secundus actus in amore, & charitate factus dicitur vniformis seu æqualis, vt puta cum quis facit aliquem actū seu operationē cum æquali amore, & charitate cum qua ante fecerat, sed tn̄ non crescit in meliori bono seu actu. Et tunc ille actus non disponit ad minorem charitatem, nec etiā auget in anima maiorem amorem, sed solū disponit ad maiorem gradum amoris. Et per consequens ad maius meritum.

De triplici actu amoris seu charitatis.

TErtius actus amoris dr̄ feruens, vt puta cū homo facit actum feruentiorem quam prius fecerat alij vicibus, & tūc ex tali actu feruētiori semper augetur amor Dei, & charitas in anima magis radicat. Sicut etiam ex feruentioribus ictibus magis figit clauus in ligno seu muro, & talis actus feruens semper auget spirituale gradū meriti in vita æterna. Si igitur in dn̄i actu feruenti amoris & charitatis nō tm̄ acquirit vita ęterna, sed etiā meritū augetur. Quia teste philosopho.6.Topi. Tale additū tali facit magis tale. Considera o fidelis aīa q̄ amorē Dei possides quanta erit felicitas tua, & præmiū in ęterna vita. Quarto hoc probo similitudine. Certum est.n. q̄ oīs actus inordinatus amoris mundani, & carnalis, & superbiæ, ac huiusmodi fundatus super mortalem culpam meretur de condigno æternam pęnā in inferno. Dicēte Anselmo in lib. cur Deus homo. Nō dat aliqđ dedecus culpę sine decore iustitiæ & pęnæ, & Apoc. 18. dr̄. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit tantū date illi tormentū & luctum. Et Deuter. 25. Secundū mensuram delicti erit & plagarum modus. Cum ergo bonum sit potentius malo.t.Ethi. Sequitur per oppositū, q̄ oīs actus amore Dei informatus meretur de cōdigno infinitā retributionem in vita æterna. Aliā similitudinem habemus de arbore siluestri. Sicut enim arbor siluestris sibijpsi derelicta, & non irrigata facit omnes fructus siluestres, & insipidos, econtra vero si ei inseratur domesticus ramusculus alicui⁹ domesticæ arboris, & ei aqua infundatur facit fructus domesticos, dulces, & saporosos. Sic a simili si anima quælibet in suis puris naturalibus dimittatur, & non irrigetur aqua supernæ gratiæ seu infusione amoris, cęlestis, vel ei domesticus ramus cuius, idest spiritus sanctus ab arbore patris, & filij procedens non inferatur, omnes fructus operationum suarum insipidi erunt, & inutiles ad æternam vi-

De 3. actu amoris.

Idem similitudine quoq; ꝓbatur.

tam promerendam. Sed si aqua seu ros spiritus sancti, vel ramusculus diuini amoris inseratur cum libero arbitrio, & morali opere, profecto omnes fructus reddet dulces, & suaues, felices, ac immortales, confortatiuos, gloriosos, beatos & meritorios æternæ vitæ. Proinde Ioan. 15. Saluator ait. Sicut palmes non potest facere fructum a semetipso nisi manserit in vite. Sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis, & vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum & in ignem mittent, & ardet, hæc ibi. Ex quibus omnibus patet quòd nec Angeli, nec sancti aliqui, imo nec b. Virgo Maria aliquid meruisset in actibus suis sine hoc ramusculo amoris diuini, & charitatis. Et ex hoc cognoscitur.

De 2. precio diuini amoris.

Secundus valor ipsius amoris diuini qui dicitur socialis. Quia enim teste Dionysio in libro de diuinis nominibus, bonum naturaliter est sui ipsius communicatiuum. Hinc est quòd cum charitas seu amor Dei infusus, sit virtus optima, singulariter communicat bonitatem suam alijs virtutibus. Quæ sine ipsa sunt sine merito æternæ vitæ cum ipsa autem coniunctę merentur infinitam retributionem, quod probatur auctoritate Isidori. 2. de summo bono di. Sine amore charitatis quamuis quisq; recte credat, & virtuose viuat ad meritum tamen beatitudinis peruenire non valet. Et August. super Ioannem sermone nono dicit. Tanta est vis amoris, & charitatis vt si deest frustra habeantur cætera. Si autem adsit recte & meritorie habeantur omnia.

De 3. precio seu valore diuini amoris.

Tertius valor diuini amoris dicitur vniuersalis, quia vniuersaliter facit nos participare de omnibus meritis ecclesiæ militantis, & triumphantis, & etiã de meritis Christi, quod probatur primo auctoritate Aug. in quodam sermone di. Charitas est virtus quædam neminem spolians, sed omnia rapiens. Omnia. n. aliorum bona sua facit dum bonum qđ in alio diligit diligendo acquirit. Et dum sua bona alijs cõmunicat aliorum, bona sua facit. Secundo hoc probo ratione cõiunctionis. Teste enim philosopho in libro de regi. prin. Simul coniuncta naturaliter gaudent & participant de eisdem bonis, vt patet in membris humanis sicut dicit Apostolus. 1. ad Cor. 12. Cum igitur amor Dei infusus qui dicitur charitas, idest cara vnitas coniungat omnes existentes in gratia tam de ecclesia militante quàm de triumphante sequitur q facit eos de omnibus aliorum bonis, & meritis participare. Amicorũ enim sunt omnia communia. 9. Ethic. Contrarium autem contingit non habentibus amorẽ & charitatem qui non participant de aliorum meritis tanquã membra ab alijs præcisa per peccatum 3. q. 7. c. Quemadmodum, & extra de here. c. firmissime.

DE QVINTA EXCELLENtia diuini amoris quæ dicitur purgationis.

Qvia vt declarant Theo. in quarto dist. 16. Non potest quisquã in vitam æternam intrare nisi prius fuerit, ab omni labe peccati mundatus. Ideo sciendum est quòd amor Dei infusus animam purgat ab omnibus immunditijs peccatorum, quod probatur primo Auctoritate Ricardi nostri in suo quolibet di. Solus amor Dei siue charitas infusa ab anima omnia peccata expellit. Sicut & lux Solis omnes tenebras, & nebulas ab aere expellit. Et sicut medicina proportionata expellit a stomaco omnes malos humores. Grego. quoque super illa verba Deuter. 4. Deus noster ignis est ait. Flammis suis amor Dei, & charitas mentes humanas accendit quas cum impleuerit, & ab omnium vitiorum sordibus mundas reddit, & peccatorum omnium rubiginem consummit. Et super illa verba Lucæ duodecimo. Ignem veni mittere in terram ait glosa. Sicut ignis materialis consummit rubiginem omnium metallorum. Sic ignis diuini amoris consummit rubiginem omniũ peccatorum. Secundo hoc idem probo ratione contrarietatis. Teste enim philosopho in lib. de generatione, & cor. Ex generatione vnius formæ in subiecto necessa-

Amorẽ Dei infusũ nos purgare ab oĩbus peccatis pbatur.

necessario sequitur corruptio alterius formæ contrariæ præexistentis. Nam ex generatione formæ ignis in ligno necessario corrumpitur forma ipsius ligni. Cũ ergo peccatum, & amor Dei iofusus siue charitas siot directe opposita secundũ theologos in 1. di. 17. & Th. 2. 2. q. 131. ar. 3. Contraria vero mutuo se expellant. 10. Metha. sequitur q̃ intrãte amore Dei in anima, ipsa protinus purgatur ab omnibus peccatis quæ ab ea expelluntur. Ideo animæ sic purgatæ inquit æternus sponsus Can. 4. Tota pulchra es amica mea & macula oon est in te & Eccle. 3. dicit sapiens. Pulchritudinem eius admirabitur oculus. s. diuinus. Tertio idem probatur similitudioe. Nam Lucæ. 11. inqt saluator. Cum fortis armatus. i. Diabolus siue amor muodanus custodit atriũ suũ. i. cor peccatoris peccatis plenum. In pace suot omoia quæ possidet. Si autem fortior illo superuenerit, idest spiritus sanctus cum amore infuso, vniuersa arma eius aoferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet, quia oĩa peccata protious disperget, & aonullabit. Aliam similitudiuem ponit. b. Bonauẽ. io. 4. di. 17. ar. 2. q. 1. diceos. Quod sicut in illuminatione aeris tria simul in eodem instanti cooeurrunt. s. Iofluentia solaris luminis, refulgẽtia aeris, & expulsio caligni, atq; tenebrarum. Sic in iustificatione peccatoris quæ est quædam illuminatio spiritualis aoimæ charitate informatæ tria simul concurrunt in instanti s. influentia luminis gratiæ, & amoris Dei in anima, refulgentia aoimæ, & expulsio oĩum peccatorum, per veram contrarioeem quã amor Dei in anima immittit. Vnde glosa super illud Tre. 2. Magna est velut mare contritio tua inquit, quanto quis plus Deum diligit tanto magis de eius offensa cruciatur, & dolet.

DE SEXTA EXCELLENTIA diuini amoris quæ dicitur specificationis.

Sexta amoris diuini excellentia appellatur specificationis. Speciali etenim amore diligit Deus diligentes se illosque caros habet super omnes alias creaturas, quod probatur primo au ctoritate Augustini super Ioannem di. Omnia diligit Deus quæ fecit, & inter ea magis diligit creaturas rationales, q̃ per maiorem amorem sunt membra vnigeniti sui. Itẽ Prouer. 16. inquit Salomon. Melior est vnus timens Deum q̃ mille viri impij vbi glosa ait. Nihil est apud Deũ amabilius eo, qui diligit eum. Secundo hoc idem probatur ratione reciprocationis. Teste enim Seneca in libro de beneficijs. Quicuoque non reddit æquales vices pro beneficio, vicium ingratitudinis incurrit. Si ergo quis Deum diligit super omnia sequitur quòd etiam ipse Deus illum amat soper omnia. Vnde Prouer. octauo inquit dominus. Ego diligentes me diligo, probatur etiam hoc ratione assimilationis. Nam Tho. prima secundæ q. 23. articu. secundo sic ait. Quando aliqui duo suut similes quasi eandem formam habentes sunt quodammodo vnum in forma illa sicut duo homines, imo plures suot idem in forma, & specie humanitatis eo quòd plures homines sunt vous homo participatione voius speciei, & ideo affectus vnius teodit naturaliter in alium tãquam in seipsum, & sicut in vnum sibi. Vnde talis similitudo causat magnum amorem, & beneuolentiam, hæc Thom. Cum ergo Deus sit essentialiter charitas primæ Ioan. 4. sequitur quòd cum videt amorem suum & charitatem in anima alicuius est quasi videat alium Deum non per naturam sed per participationẽ, & per consequens magis illum diligit qoam omoes simul creaturas in quibus non videt similitudioem sui amoris. Quod autem diuinus amor transformet hominem in similitudioem Dei. Testatur Augustious soper Ioanoem di. Talis est vnusquisq; qualis est dilectio eius. Si terram diligis terra es. Si aurum diligis aurum es. Si Deum diligis Deus es. Audi psalmistam dicentem. Ego dixi dij estis. Probator quoque eadem veritas ratione impermistionis. Teste enim philosopho 3. Topicorum. Bonum tanto melius, & nobilius est, quanto est malo impermistius, patet hæc regula. Nã illud albius, & calidius dicit̃ qđ est nigro

Deum speciali amore diligere se diligentes ostenditur.

& frigido impermistius, & sanius dicitur quod habet minus de ægritudine, quo præsupposito concluditur quòd cũ omnes aliæ virtutes & opera moralia possũt esse in illo, qui est extra gratiã Dei. amor autem Dei infusus non possit esse nisi in eo, qui est in gratia Dei absq; comparatione plus diligit Deus illum in quo est amor eius, quam omnes alios in quibus non est, licet in eis reperiant cæteræ omnes virtutes. Ideo Aug. in libro de vera innocentia dicit. Dilectio Dei & proximi est propria, & specialis virtus priorũ atq; sanctorum, cum cæteræ virtutes bonis, & malis possint esse cões. Et idẽ Augustinus. 12. de trinitate, & ponit in c. scaet de regu. & de pœni. di. 2. §. item omnis inquit. Charitas est fons proprius bonorum cui non cõicat alienus. Ex quibus apparet q cũ amor Dei sit impermistus & separatus ab omnibus vitijs magis facit diligere habentem ab ipso Deo quã omnes alios qui habent affectum implicitũ in mundanis concupiscentijs. Cum enim alia dona Dei & virtutes dentur etiam inimicis Dei, sicut & canibus dantur ossa & carnes putridæ. Solus amor Dei infusus nõ cõicatur nisi bene dispositis, tanq̃ filijs. Propter quod Matth. 7. Dicebat dñs nõ est bonum dare sanctum canibus, nec mittere margaritas ante porcos, & q omnes virtutes possint esse cũ peccato mortali excepta charitate, & amore Dei. Declarat. b. Tho in quæstionibus disputatis de virtutibus, quæstione de charitate ar. 6. inquit etiam Augu. in lib. de laude charitatis, habere omnia sacramenta & virtutes & malum esse, hoc esse põt, habere aũt amorem Dei & charitatem & malum esse, hoc omnino esse non põt. Charitas. n. sine gratia Dei, & spiritu sãcto esse non põt. Sicut etiã nec albedo separari potest a niue, nec ratio ab hoie. De quo amore inquit Vgo. in lib. de arra sponsæ. Scito anima mea quòd amor Dei est vita tua & per consequens ille in quo est non potest esse mortuus per peccatum.

Probat ts Deum speciali amore se diligẽtes diligere

Tertio principaliter probatur singularitas amoris Dei erga illum qui ipsum diligit. Exemplo beati Ioannis euãgelistæ cui dilectissimam matrem in cruce commendauit. Ioã. 19. qua tñ nihil ei erat in mundo carius & hoc fecit in signũ immensæ dilectionis. Ipse & enim Ioannes amore dulci, & contemplatiuo præ ceteris omnibus Apostolis diligebat, & ab ipso domino diligebatur prout dicit. b. Bonauen. in 3. di. 32. ar. vlt. q. vlt. Et ideo de ipso canit ecclesia illud dictum venerabilis Bedæ in quodam sermone. Iste est Ioannes qui priuilegio amoris præcipui ceteris altius a dño meruit honorari. O quantum gaudium, o quantam lætitiam, o quantam iocunditatem cordis habet secretarius, aut cubicularius alicuius magni principis, aut pontificis dum videt se maiori, & specialiori amore præceteris alijs ab ipso principe seu pontifice amari. Sed profecto maius gaudium, atq; exultationem habere debet anima dum videt se tantum diligi a tota sanctissima trinitate quæ in infinitum est nobilior infinitis dominis, & pontificibus. Licet autem amor carnalis in plures diuisus sit minor q̃ singularis erga vnam solã personam, quia virtus creata fortior est vnita q̃ dispersa, in lib. de causis. Tamẽ diuinus amor quamuis sit cõis omnibus electis per hoc non minuitur quia Deus propter suam simplicitatem & indiuisibilitatem omnes vnice diligit. Vnde Vgo de sancto Victore in lib. de arra animæ inquit. Nihil o anima priuilegio singularis amoris tui societas bonorum præscribit, quia sponsus tuus in omnibus te, & quos diligit propter te, ac per hoc singulariter, & vnice. Iste. n. amor vnicus est non priuatus. Solus nec tñ solitarius, participatus, nec diuisus. Communis, & singularis, totus nec participatione decrescens, nec vsu deficiẽtes, nec tempore veterascens antiquus, & nouus, affectu desiderabilis, & experientia dulcis. Fructu æternus & iocunditate plenus, hæc ille. Et propter prædicta inquit sponsus celestis Can. 6 Vna est colũba mea. Vna est perfecta mea ad designandum huius dilectionis singularitatẽ. Possum⁹ quoq; dicere q Deus singulari amore diligit quãlibet animam sanctam per respectum ad aliquam singularem virtutem, vel gratiam quæ est eminentius in ea, q̃ in ceteris. Et propterea de qualibet virgine canit ecclesia. Eligit eam Deus & præelegit eam, & de quolibet sancto. Non est inuen-

inuentus similis illi qui conseruaret legẽ excelsi. Vnde Abraham propter fidẽ singulariter dilexit in veteri testamento. Moysen ꝑpter mansuetudinem, & sic de singulis qui particularem aliquam prærogatiuam habuerunt quæ nulli alteri cõpetit secundum illum modum sicut Salomon sapientiam, Sanson fortitudinem, Iob pacientiam, Petrus principatum apostolicum, Paulus doctoratum gentiũ, Ioãnes priuilegium amoris præcipui, beata virgo Maria fęcunditatem virginalem, & similiter cæteri sancti, & sanctæ. Vnde quilibet sanctus in patria habet aliquod præmiũ secundum aliquem modum singularem qui nõ est in aliquo alio sancto. Et exinde bene saluatur ꝙ quilibet sanctus in suo festo in superlatiuo commendatur. Et ad prædicta potest dari exemplum de facie humana. Nam in qualibet humana facie est indita naturaliter aliqua distinctio singularis qua nulla sibi quo ad omnia similia reperitur. Et idẽ est de facie mentali. Vnde videmus ꝙ aliquibus deuotis personis fiunt crebro aliquæ apparitiones quæ tñ non fiunt alijs in eodem gradu charitatis, vel etiam maioris existentibus. Similiter quidam sancti multis clarent miraculis quibus non clarent alij etiam maioris meriti, & præmij, beatus enim Nicolaus plura fecit miracula q̃ sanctus Petrus & similiter multi alij, qui hoc meruerunt aliquo singulari modo gratiæ quamuis nobis occulto. Vnde Bernardus super Can. inquit. Non omnibus eodẽ modo data est gratia porro Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu patris, Paulus in tertio cęlo, secreta huiusmodi gratiarum assecuti sunt. Et primo Thomas in fundamento fidei, Ioannes in loco charitatis. Paulus in intimo sapientiæ. Petrus in luce veritatis. Sicq; apud sponsum mansiones multæ sunt. Et secundum quòd reperit tabernaculum dispositum, & mundum ita dotat cum singulari priuilegio. Et ideo quilibet sanctus potest dicere cum psalmista. Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.

DE SEPTIMA EXCELLENtia diuini amoris quæ dicitur facilitatis.

INter omnes virtutes, scientias atque mundanas diuitias nihil est ad acquirendum facilius diuino amore, reliqua autem omnia cum multis laboribus acquiruntur, proinde Deuter. 30. inquit Deus. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie nõ supra te est, nec procul positum, nec in extremo situ, vt possis dicere, quis nostrum ad cęlum valet conscendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus atq; opere compleamus, neq; trans mare positum vt causeris, & dicas. Quis est nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsq; deferre, vt possimus audire & facere quod pręceptum est? sed iuxta te est sermo meus in ore tuo, & in corde tuo vt facias illum. Considera ꝙ hodie propositum est in corde tuo, & in conspectu tuo vita & bonum, vt diligas dominum Deum tuũ, & ambules in vijs eius, vt custodias mandata illius, hæc ibi. Quia igitur amare Deum in voluntatte nostra consistit, per quem amorem acquiritur vita æterna, ideo inquit saluator. Lucæ. 17. Regnum cęlorum intra vos est. De hac autem excellentia loquitur idem dominus noster Matth. 11. di. Iugum. n. meum suaue est & onus meum leue. Nihil enim facilius, leuius, aut suauius quã Deum diligere.

DE OCTAVA EXCELLENtia diuini amoris quæ dicitur lætificationis.

TAntam exultationem, atq; lætitiam generat, ac parit in anima diuinus amor quòd omnes mundi iocunditates, & gaudia excedit. Quæ veritas probatur primo auctoritate Grego. super Ezech. di. Absit vt tanta delectatio reperiatur in amore carnis quanta reperitur in dilectione creatoris. Secundo idẽ probatur ratione concursionis, quatuor enim in anima concurrunt cum diuino amore intrante in illam, quæ magnã pariunt lætitiam, primo sanitas ipsius animæ. Si enim quis grauiter infirmus corpore multum lætatur recepta sanitate

Diuinum amorẽ maximam parere lætitiã in anima nostra, probatur.

multo magis gaudet anima eum ab infirmitatibus peccatorum grauioribus quã sint corporales sanatur per introitum diuini amoris, de quo propheta ait. Psa. 112. Qui sanat omnes infirmitates tuas q autẽ grauior sit infirmitas animæ quã corporis probatur p Testũ in c. si habes. 24. q. 3. Secundo concurrit cum diuino amore pacificatio conscientię. mali enim per peccatum cõtrahunt discordiam cũ Deo. Isa. 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum & ex hoc sequitur q semper sunt tristes, & malanconiosi in conscientia. Malũ.n. sequitur pœna, & tristitia, philosophus. 9. Metaphsicæ & 9. Ethic. Cum autem intrat in anima amor Dei pacificat animã iuxta illud Lucæ. 2. Pax hominibus bonę voluntatis, & consequenter in ea exultatio nem infundit. Tertio concurrit in anima simul cũ amore diuino Spiritus sanctus, vt supra patuit in secunda excellentia. Et ideo summe iocundatur habens enim spiritum sanctum. Potest dici habere paradisum qui interpretatur quasi parans spiritualem risum. Proinde Eccle siast. 43 dicitur. Gratia. s. in anima sicut paradisus in benedictionibus & Can. 4. Scriptum est. Ortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisus. Quarto concurrit spes vitæ æternæ simul cũ diuino amore. Nam vt dicit Magister in 3. di. 26. Spes est certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia Dei, & meritis procedens. Vbi autem est gratia Dei ibi necessario est amor infusus. Et ideo Apostolus ad Ro. 5. dicit spes non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus vestris per spiritum sanctũ qui datus est vobis. Ex quibus patet q habens diuinũ amorem ratione istius spei, & expectationis summe gaudet. De quo gaudio dicit Salomõ Prouer. 17. Secura mens quasi iuge conuiuium. Et Eccle. 30. Non est delectatio supra cordis gaudiũ. Tertio idẽ probatur similitudine quã ponit dñs Ioã nis. 16. di. Mulier cum parit tristitiã habet quia venit hora eius cum autẽ pepe rit non meminit pressuræ propter gaudium quia natus est homo in mundum. Si igitur ex conceptu & partu filij carnalis tanta recipitur delectatio quanto magis ineffabile gaudium recipit aĩa dũ concipit in se amorẽ spiritus sancti. De quo Isa. 26. dicitur. A facie tua domine concepimus, & parturiuimus spiritum salutis. Talis anima repleta diuino amore potest dicere illud Can. 2. Sub vmbra illius quem desideraueram sedi & fructus eius dulcis gutturi meo. Fulcite me floribus, stipate me malis quia amore langueo. leua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me.

DE NONA EXCELLENtia diuini amoris quæ dicitur extensionis.

Via vt inquit philosophus. 1. Ethi. Bonum quanto vniuersalius & cõius tanto est melius, & diuinius. Ideo excellentissimum est donũ diuini amoris infusi quod se extendit ad diligendum omnes vniuersaliter in Deũ vel propter Deum. Et hæc veritas primo probatur distinctione. b. Tho. in 3. di. 27. ar. 3. q. 2. & etiã 2. 2. q. 25. ar. 1. qui ait. Cum actus cognoscatur ex formali ratione obiecti. 2. de anima, & obiectum propter quod omnes proximi diliguntur sit Deus. Ergo sequitur q idem est habitus amoris Dei, & proximorum & non plures, quod patet per similitudinem. Nam per actum visionis videt oculus multos colores mediante vna luce, vel propter vnã lucẽ, & tñ est simpliciter vnus actus visionis. Similiter ex vno fonte diuersi riuuli generanẽ. Ergo a simili ex vno fonte diuini amoris generatur amor in oẽs proximos; Propterea regula est philosophi, q vbi est vnũ ꝑpter alterũ vtrobiq; tantum vnũ est, patet hoc. Nã si teneo equũ per frenũ non est simpliciter nisi vna tentio equi, & freni. Igitur remota tentione a freno remouetur, & tentio ab equo. Ergo a simili. Dum quis p amorẽ Deũ diligit simul, & semel illa dilectio se extẽdit ad oẽs ꝑximos, hæc Tho. 2. idem probaẽ auctoritate. 1. Io. 3. Nã ait Apostolus. Si quis dixerit quia diligo Deum, & fratrẽ suum odit. mendax est & infra. Hoc mandatum habem⁹ à Deo, vt qui diligit Deũ diligat & fratrem suum. Tertio probatur vnica ratione, scilicet causalitatis, cuius fundamentũ ponit philosophus. 8. Me-

Eodẽ habitu, & amore nos diligere Deum & proximũ ostenditur.

Metha. dicens, quod quando sunt causę plures essentialiter ad inuicem ordinatæ, stante prima necessaria stant & omnes posteriores. Si enim mare staret a quo omnia flumina exeunt Eccle. 1. necessario starent, & ipsa flumina. Cũ igitur amor Dei sit causa quòd diligamus omnes proximos ergo stãte ipso amore Dei in anima, necessario stabit & amor omnium proximorum, quod si vel vnus solus nõ ametur, sed odio habeatur, clarũ est quod in anima nõ est amor Dei infusus, q̃a nõ potest, esse imperfectus, pp quod Matthei. 5. dicebat Dñs. Estote perfecti. s. in amore sicut & pater vdetur cęlestis perfect⁹ est, & ibidem. Si diligitis tantũ eos qui vos diligũt q̃ mercedẽ habebitis? Nam ethnici & publicani hoc faciũt, ex qbus patet excellẽtia diuini amoris & dilectionis quæ vniuersaliter est ad omnes extensiua.

DE DECIMA EXCELlentia diuini amoris quę dicitur deificationis.

TAnta est amoris diuini dignitas, vt nulla lingua exprimi possit, tãta n. est virtus amoris, quod deũ hominem, & hominem fecit Deum. Vnde Vgo. in li. de laude charitatis inqt. Nescio qd mai⁹ o amor & charitas in laude tua dicere possim, q̃ vt Deum de cęlo traheres, & hominẽ de terra ad cęlum eleuares, magna certe fuit virtus tua vt p te ad hoc vsq; humiliaretur Deus fact⁹ homo, & vsq; ad hoc exaltaretur homo factus Deus, hęc ille. O igitur singularis gratia, o ineffabile donũ, o beneficiũ incõparabile, o inextimabilis atq; excessiua clemẽtia nostri creatoris q sic hominẽ vilissimũ exaltauit vt deũ efficeret. Certe nec tu De⁹ humano generi maius vnq̃ beneficiũ dare potuisses, nec humanũ genus a te suscipere. Cũ fuerit beneficium infinitæ charitatis & dignitatis. Proinde Aug. in 3. de tri. c. 19. Inquit in rebus p tẽpus ortis illa sũma & excellentissima gratia fuit quod homo in vnitate personæ Deo cõiũctus est atq; deificat⁹. Nõ solũ aũt amor fecit de Deũ icarnari, & hominẽ fieri. Sed hominẽ deificare dicitur, & filiũ Dei cõstituit. Et ideo amantibus Deum ait Psalmo. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes.

DE VNDECIMA EXCELlentia diuini amoris quæ appellatur fortificationis.

Quatuor sunt homini in hac vita difficilia.

QVatuor pręcipue reperiuntur q̃ sunt homini difficilia in hac vita Primũ ẽ facere opera virtuosa, vt est castitatẽ seruare pp Deũ, ieiunare, vigilare & huiusmodi. Vñ philosophus 2. Ethi. dicit, virtus consistit circa bonũ, & difficile & Isi. 2. de summo bono ait. Ad virtutes difficile cõsurgimus, ad ad vicia vero sine labore dilabimur. Hęc n. prona Illa ardua sunt. Grandes sudores patimur vt ad cęlum conscendere valeamus. Et Greg super Ezechi. dicit. Satis angustum est omnia pretermittere. Vnũ solũ diligere prospera non ambire, aduersa non timere. Et Lactan. in 2. diui. insti. inquit. Bonorum natura in arduo posita est, malorum in pręcipiti, summo igitur labore, summum bonum exequi necesse est, hęc ille. Secũdo est difficile in inceptis bonis perseuerare. Nã licet aliquando anima propositum bonũ concipiat, & aliqua de genere bonorum faciat, tamen, quia nihil est volubilius humano animo non diu perseuerat in incepto. Iuxta illud Lucę 8. Ad tẽpus credunt, & in tempore temptationis recedunt. Et Eccle. 27. dicitur. Stultus vt luna mutabitur. Tertio est difficile a peccatis pręseruare se ne aliquando quis cadat, & labatur, in eis. Scriptum est. n. 20. que. 3. capitulo. Procliuis est cursus ad voluptatem, & imitatrix est natura vitiorum, & Trenorum 1. dicitur Peccatum peccauit Hierusalem. Propterea instabilis facta e st. Quarto est difficile in aduersitatibus patientiam habere & non mutari, sed stabilem esse, iuxta illud ad Hębre. 13. Optimum est gratia stabilire cor. Pauci. vero hanc stabilitatem habent. Nam multi sunt impaciẽtes, quibus dici potest illud quòd scriptum est Iob. 4. vbi est patientia tua? De tali impatiente etiam dici potest illud Eccle. 6. Non permanebit in die tribulationis.

SEd hęc omnia facilia facit amor Dei infusus, quod probatur primo auena te Aug dicentis. O iugum sancti amoris, quam feliciter oneras, quam dulciter illaqueas, quam suauiter stringis, q̃ vtiliter vris, quam subtiliter vulneras, & quam salubriter sanas? Nec immerito, si.n. amor carnaliter est tantæ efficaciæ quòd facit hominem non sentire quędammodo labores. Vnde Gene. & 9. dicitur. Seruiuit Iacob pro Rachael septem annis, et videbantur & dies pauci præ amoris magnitudine. Certo multo magis hoc faciet amor spiritualiter & diuinus. Vnde ait Augusti. in libro de moribus Ecclesiæ, nihil tam durum est atq; ferreum quòd amoris igne non vincatur, & 13. confessionum iterum dicit, verus amor non sentit amaritudinem licet dulcedinem, quia soror amoris est dulcedo, & de pęni. dist. secunda capi. hęc est charitas dicitur. Si charitatem Deo exhibeamus facile omni peccato resistimus, bonis operibus abundamus. Seculi blandamenta respuimus, & omnia quæ difficilia videbantur etiam cum delectatione perficimus. Item beatus Bonauentura in secunda. dist. 28. articulo primo. quest. tertia. inquit. Opera Domini & præcepta dicuntur esse leuia respectu amoris, & charitatis qoo omnia alleuiantur, qui semper conceditur volentibus illa seruare Augustinus in quodam in quadam sermone ait. Amor facit omnē sarcinam leuissimam apparere, eo quòd amant nihil est difficile. Solus enim amor nomen difficultatis ignorat. Et Hieronymus ad Eustochium dicit. Nihil amantibus durum nullus difficilis cupientibus labor, idem epistola ad eandem inquit. Amemus nos Christum, & quæramus eius amplexus & facile videbitur omne, difficile. Bernardus etiam in quodam sermone ait. Si quis gustu charitatis inebriatus fuerit, ad omne opus bonum hilarescit, laborat, & non sentit. Dolet & est in sensibili. Deridetur, & non aduertit. Secundo hoc probatur ratione prędominationis. Teste enim philosopho quarto de cęlo, & mundo. Omne quod mouetur mouetur a prædominante natura, quod sic patet. Nam quia lapis magis, habet de materia, quam ignis ideo mouetur deorsum, econtra vero ignis sursum. Et hoc propter prædominationem leuitatis & paucitatis materiæ. Cum igitur amor spiritus sancti sit potentior amore mundi. Si amor mundi facit hominem grauem ad bene operandum, eo quòd sit conionctus grauedini terrenorum. Ergo econtrario. Amor cęlestis & diuinus facit homini esse leue omne opus virtuosum. Et ratio est quia ex pęnitentia diuini amoris tollitur & corrumpitur inordinatus amor mundanorum, & restituitur habilitas animæ & fortificatur, malaq; consuetudo deponitur ac fomes peccati originali destruitur, siue restringitur, & superba gratia infunditur quo fit vt omnia amara dulcia videatur etiā probatur ratione extractationis. Fundamentum cuius ponit Dionysius quarto. capitulo. de diuinis nominibus di. Est autem faciens extasim diuinus amor Ambrosius quoq; super epistolam. secūdam ad Corin. inquit. Amor Dei extasim in anima facit. Extasis autem est virtus qua mens elleuatur ab omni eo quod est sibi secundum naturam Virtute superioris naturæ, in lumen incircon scriptum quod est sibi extra & supra sui naturam, hęc ille. Et Augustinus in li. de trini. ait. Amor Dei animam sic absorbet, quòd eam in extasim mittit, Extasis autem est quidā excessus vehemens quo mens extra se, & extra omnia visibilia ponitus per æternorum amorem. Si igitur amor Dei extasim in homine facit, ergo sequitur quòd ille in, quo est, nihil fere sentire videt de hijs quę circa se fiunt, vel eueniunt. Anima & enim vt Bernardus in quodam sermone ait, est magis vbi amat qoam vbi animat. Tertio idem probatur similitudine Teste.n. experientia videmus quòd ebrius & calore, vel magna potentia & virtute vini obliuiscitur ponitus sui, & omnium aliorum quæ circa ipsum fiunt. Similiter & phylocaptus sic extra se exit vt circa nihil aliud qusm immundum amorē, ac bestialem versetur. A fortiori igitur diuinus amor sic animam inæbriat q̃ contemptis omnibus terrenis solum occupatur circa amorem sui creatoris. Proinde Can. 5. Spiritus sanctus inuitat

Idē et probatur.

Alia ratio.

Similitudine idē ostenditur.

tat dicens. Comedite amici mei, & sębriamini carissimi. Et si quis diceret. Quid debet comedi, & bibi vt spiritualiter inebriemur? dicitur ibidem comedi fauum cum melle meo. Nam fauus est quoddam compositum ex cera, & melle, & propter sui excellentiam aureis litteris scribebatur. Est enim fauus cera cō tinens mel.i. caro Christi continens diuinitatem, aut fauus est mel in cera.i. Deus in carne. vel diuinitas in humanitate. Vnde Can. quarto. dicitur Mel, & lac sub lingua eius, & addit. Bibi vinum meum cum lacte meo. Istud vinum fuit sanguis preciosus humanę redemptionis qui fluxit de latere Christi. Inæbriata igitur anima isto vino diuini amoris, mundanas delectationes nō recipit. Ait enim Augustinus super Ioannem. Qui biberit de fluuio paradisi, restat vt in eo omnis sitis huiusmundi penitus extinguatur. Similiter nec mundanas tribulationes sentit ita vt illi noceant. Exemplum potest dari de illo ebrio qui in fluuium cadens & subtus aquam sepius reuolutus postea exiens. Interrogatus quomodo non fuisset submersus, & necatus. Respondit. Tantum de vino erat intus ꝙ aqua non potuit ꝑtransire.

Exemplo Magdalenæ declarat excellentia diuini amoris

ET quasi prædicta omnia in hoc sermone de excellentijs amoris diuini declarari possunt exemplo Magdalenę. Nam fecit in ea primo mentis purgationem. De qua Gregorius in homilia ait. Tanto amplius rubigo peccati consummitur, quanto peccatoris cor maioris charitatis igne crematur. Ista autem purgatio peccatorum est illud magnum debitum de quo Christus dixit. Lucę 7. Duo debitores erant cuidam fęneratori &c. Nos enim debemus Christo quicquid sumus tanquam emptori 1. ad Cor. 6. Empti estis precio magno, & quicquid habemus tamquā a creditore 1. ad Cor. quarto. Quid habemus quod non accepisti &c. Et quicquid possumus tanquā fęneratori, quia ad gratiā tanquam ad sortem debemus addere bona opera vltra sortem. Vnde quidam de hoc reprehenditur Lucæ. 19. Vbi ei dicitur. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris exegissem illam? Magdalena autem erat debitrix quingentorum denariorum. Phariseus vero quinquaginta, quia minus se peccasse credebat. Et ideo illa plus tenebatur diligere ex dimisso. Ille autem ex commisso, quia maior scientia legis sibi commissa erat. Ambo autem tenebātur diligere ex immisso, quia multa bona proposita Deus immittebat Psalmo dicente. Immittit Angelus Domini &c. Et ex promisso primæ ad Corin. secundo. Quod oculus non vidit &c. Secundo amor Dei fecit in ea mentis liquefactionem. Ipsa enim fuit prius valde indurata, sed postea est liquefacta Psal. dicente. Liquefacta est terra.i. Magdalenam quę prius erat terra.i. a dæmonibus trita. Quatuor autem sunt quæ valde liquæfaciunt.i. ignis sicut patet in metallis, aqua sicut patet in re aridā. Auster sicut patet in aqua congelata, & Vnguentum sicut patet in re aspera. Olim autem Magdalena fuit dura ad cōtritionem. Arida ad deuotionem. Congelata ad amorem. Aspera per grauem famam, & opinionem. Sed eius duritiem ignis diuini amoris liquæfecit ad contritionem. Can. quinto. Anima mea liquefacta est vt dilectus meus locutus est, quando.s. dixit. Remittuntur tibi peccata tua &c. Quia vero erat arida, ꝑ aquam lachrymarum facta est humida, fęcunda ad deuotionem Isa. 44. Effundā aquam super sicientem &c. Et quę erat congelata, per Austrum spiritus sancti resoluta est in amorem Can. 4. Surge Aquilo & veni Auster &c. Et quę erat infamis, per vnguentum odoriferum.i. per redolentiam virtutum facta est odorifera per bonam famam & opinionem. Ioan. 12. Domus repleta[est] ex odore vnguenti. Tertio amor Dei fecit in ipsa inflammationem. Sicut enim ex concussione duorum lapidum ignis excutitur sic ignis magnus in corde Magdalenæ generabatur ex duobus lapidibus concussis. scilicet recordatione suorum peccatorum, & meditatione diuinarum mandatorum. Vnde Psalmo ait. In meditatione mea exardescet ignis. Vel duo lapides erant dulcia verba Christi quæ audierat, & sancta eius exempla quæ viderat,

rat, vel erat timor, & amor ex quorum agitatione excutiebat ignē doloris quantum ad timorem, sancti desiderij quantum ad amorem. Quarto amor Dei fecit in ea mentis vulnerationem. Fuit namq; vulnerata sagitta doloris, & hoc patet per lachrymas quas effudit, quia vt patet per Augustinum. Lachrymę sunt testes doloris quibus quasi sagittis cor peccatis vulneratur Psalmo dicente Sagittæ potentis acutæ &c. Item sagitta amoris. Vnde de ea dicitur amoris igne succensa ardebat desiderio. Item sagitta diuini sermonis quia iuxta pedes Christi stabat, & verba illius attente audiebat. Et de ista sagitta dicitur ad Hębre. quarto. Viuus est sermo Dei & efficax, ac penetrabilior omni gladio ancipiti &c. Item sagitta timoris dicente psalmo. Confige timore tuo carnes meas. Prima sagitta ipsius cor scindebat. Secunda mentem eius a mundo diuidebat. Tertia omne peccatum vitare faciebat. Vnde Psalmista. In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccē tibi. Quarta omnem peccati saniem effundebat, iuxta illud Eccle. 1. Timor expellit peccatum. Quinto amor Dei in ea mentis alienationem. Et de hoc inquit Origenes loquens ad Christum. Ioseph posuit in monumento corpus tuum, Maria ibi pariter sepeliuit spiritum suum. Spiritus enim Mariæ magis erat in corpore tuo quam in corpore suo cunq; requirebat corpus tuum requirebat pariter, & spiritum suum. Et vt perdidit corpus tuum, perdidit & spiritum suum. Quid est ergo mirum si te nesciebat quę non habebat spiritum quo scire debebat. Ideo forsitan non te cognoscebat quia, non erat in se sed propter te extra se. Sexto amor Dei fecit in ea mentis inebriationem. Ebritas namq; præsumit impossibilia, contemnit pericula, & peruipendit damna. Quia igitur Maria spiritu sācto ebria erat. Ideo impossibilia pręsumebat dicens. Domine si tu sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Non enim attendebat ponderositatem funeris, nec imbecilitatem mulieris. Item pericula contemnebat. Vnde Origenes ait. Christe, Ioseph non fuit ausus tollere corpus tuum nisi de nocte, & nisi hoc peteret a Pilato. Maria vero noctem non prę stolatur, nec etiam quēquam veretur sed audacter promittit. Et ego eum tollam. Item damna temporalia peruipendebat. Nam vnguenta preciosa modo pedibus illius adhibebat modo super caput eius effūdebat & modo eis totum corp⁹ eius vngere volebat Prouerbio 12. Qui negligit damnum propter amicum iustus est. Septimo fecit in ea mentis transformationem siue deificationem, quia vt ait Paulo 1. ad Corin sexto. Qui adheret Deo vnus spiritus est cum eo. Et Vgo de sancto Vic. inquit quòd amor est talis vigoris quòd amantem transformat in similitudinem eius quem amat sicut patuit in beato Francisco qui tanto fuit amore crucifixi accensus quòd in eius expressam similitudinem est transformatus. Nec mirum. Nam sicut ignis est maioris actiuitatis inter omnia elementa vt ait philosoph⁹ in secundo. de cęlo & mundo, & in omnibus agit & ea in suam similitudinem conuertit vt patet in ferro ignito & in alijs rebus ab igne accensis. Sic nihil est amore vehementius. §. illud in autem qui. mo. na. ef. le. qui amantem quodammodo facit idem cum amato. Vnde quidam philosophus interrogatus quid esset amicus respondit. Alter ego, Propterea dicit Vgo de sancto Vic. Scio anima mea quòd quicquid diligis in eius similitudinem transformaris. Et Aug. ait Vnusquisq; taliter est qualis est dilectio sua. Si Deum diligis Deus es. Si terram terra es. Pro conclusione autem istius partis dico ꝙ iste ignis amoris diuini taliter Magdalenam in deum transformatum ꝙ omnem luxuriam & alia peccata in ea extinxit. Vnde Luc. 7. ait Saluator pharisęo. Remittuntur ei peccata multa, qa dilexit multum. Et sic corniculam nigerrimam conuertit in columbam candidissimam. Iste quoq; ignis tetigit Saulum & de lupo feroce fecit agnum mansuetissimū. Tetigit etiā Matt. & de raptore, & auaro fecit omniū temporalium contemptorem, & ita ꝙ qui prius rapiebat aliena, postea, pauperibus pro Dei amore dispersit omnia propria.

DE

DE DVODECIMA ET vltima excellētia diuini amoris quę dicitur Certificationis.

Licet dicatur Ecclesiastes 9. Nemo scit vtrum amore, vel odio dignus sit, scilicet de communi lege, tamen si quis in se habet perfectum amorem Dei, potest pro certo sperare ꝙ saluabitur, & vitam æternam consequetur. Nihil.n. magis certificat hominē de sua salute quàm diuinus amor, hęc autem esse vera probantur primo auctoritate Augustini in libro de ciui. Dei dicentis Duas ciuitates duo faciūt amores. Hierusalem facit amor Dei Babiloniam facit amor seculi. Interroget se ergo quisq; ad amer, & inueniet vnde sit ciuis. Item Bernardus homilia nona in cęna Domini inquit. Diligentibus Deum non promittit Deus aurum, non argentum, non gemmas, non lapides preciosos, non cœlum, non terram sed seipsum creatorem omnium, & Dominū cunctorum hoc enim est premium amoris diuini, & meritum tuę dilectionis qui Dominum Iesum super omnia diligis & 2. ad Thimo. 4. dicit Apostolus. Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidem seruaui. De reliquo reposita est mihi corona iustitię quàm reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Item super illa verba ad Ephe. tertio. in charitate radicati &c. inquit glo. ęternam vitam charitas & amor Dei apprehendit. Sanctus quoq; Bonauentu. in secundo. di. 28. articulo. secundo. questione. tertia in cor. questionis dicit. Bonum ꝙ est informatum diuino amore, & gratia gratum faciēte quod fit cum spiritu sancto meretur de condigno vitam æternā. Secundo idem probatur. Triplici ratione. primo. dicitur dispositionis. Fundamentum cuius ponit philosophus secundo. de anima di. Ex proportione potentiæ bene dispositæ cum suo obiecto necessario sequitur ipsius obiecti apprehensio, patet hoc. Cum enim obiectum potentiæ visiuę sit color, vel corpus coloratum, vt dicitur secundo. de anima. Si oculi fuerint bene dispositi necessario bonum iudicium datur de coloribus quo concesso, cum subiectum beatificatiuū rationalis animę sit super naturalis visio Dei, dicente Domino Ioannis. 17. Hęc est vita æterna vt cognoscant te verum Deum &c. Sequitur quòd cū amor Dei sit quidam habitus a Deo in anima infusus vt supra probatum est excellentia. Secunda quo anima est bene disposita ad videndum Deum, talis professo habens ipsum amorem diuinum introducetur cum Angelis, & sanctis ad contemplandam æternam Dei maiestatem. Et ideo Oseæ 11. Amantibus eum inquit ipse creator mundi. Traham vos ad me in vinculis charitatis. secunda ratio dicitur promissionis nam Dominus. Matthei quinto. Promisit di. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Cum igitur amor Dei mundet animam ab omnibus, peccatis, vt supra probatū est excellentia quinta. sequitur quòd sine dubio talis amans Deum, in superna prima ipsum videbit eternaliter. Dominus enim Iesus qui est veritas vt ipse testatur Ioan. 14. mentiri non potest in suis promissionibus. Vnde ipse inquit Matthei quinto. Amen dico vobis quòd iota vnum, aut vnus apex non præteribit a lege donec omnia fiant. Et 24. c. iterum dicit. Cęlum & terra transibūt, verba autem mea non præteribunt. Tertia ratio dicitur perfectionis. Certum est.n. vt dicit Bea. Tho. 2. 2. q. 113. ꝙ perfectior est. Gratia Dei in suis effectibus quam ars & natura. Sed clarū est experientia teste ꝙ licet ferrum de se sit graue, tamen naturali virtute adamanti naturaliter indita ferrum sursum per ipsam trahitur. Et hoc idem facit magnes, seu calamita quæ tenet in aere suspensam capsam ferream in qua dicitur esse corpus machometi. Similiter videmus ꝙ virtute Solis vapores & humores grossi, & ponderosi attrahuntur a terra, & superius eleuantur in aere, ꝙ si hoc facit naturalis virtus in sensibilium, multo magis post mortem hominis diuinus amor trahit animam sursum ad paradisum. Tertio hoc idem probatur figura quæ habetur quarti Regum. 2. vbi dicitur.